BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
XLVIII
H
26
NAPOLI

XLVIII
11
26

Digitized by Google

Digitized by Google

ITALIA SACRA

SIVE

DE EPISCOPIS ITALIÆ,

ET INSULARUM ADJACENTIUM.

TOMUS QUARTUS,

Complectens Metropolitanas, earumque ſuffraganeas Eccleſias, quæ in ampliſſimis Inſubriæ, Liguriæ, ac Pedemontis Italiæ Provinciis ſpectantur.

AUCTORE

D. FERDINANDO UGHELLO

Florentino, Abbate SS. Vincentii, & Anaſtaſii ad Aquas Salvias Ordinis Ciſtercienſis, & Sacræ Indicis Congregationis Conſultore.

Editio ſecunda, aucta & emendata,

CURA, ET STUDIO

Nicolai Coleti, Eccleſiæ S. Moyſis Venetiarum Sacerdotis Alumni.



VENETIIS Apud Sebaſtianum Coleti MDCCXIX.

SUPERIORUM PERMISSU, ET PRIVILEGIO.

Collg: Stab: Soc: Jesu Cat: inscript: pro Biblioth:

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo Principi

D. D.

BENEDICTO

HERBÆO DESCALCHO

S. R. E. TIT. SS.

NERE I, ET ACHILLEI
CARDINALI AMPLISSIMO

ARCHIEPISCOPO MEDIOLANENSI

Sebaſtianus Coletus

SEMPITERNAM FELICITATEM.

NE mireris, EMINENTISSIME PRINCEPS, ſi in Italiæ Sacræ Abbatis Ferdinandi Ughelli Quartum Tomum TIBI ſiſtendo, conſecrandoque, ab uſitato, quo ſolent alii, me videbis more deflectere. Solent quippe, ut mihi videntur, id unum agere alii Typographi, ut ſibi Amicos, Operi vero Patronos inveniant. Mihi contra accidit; ut dum EMINENTIÆ TUÆ Nomen Tomo huic inſcribo, nullius invidia mihi metuenda ſit, & de PATROCINIO TUO planè ſecurus eſſe debeam. Atque ad Librum quidem ipſum quod attinet, puſilli admodum animi me eſſe oporteret, ſi tot Eruditorum exiſtimatione, ſi tanta Ughelli ipſius claritate, totque gratulationibus, quibus à primis jam inde typis ab Omnibus exceptus eſt, plus à caninis Ludi-Declamatorum, aut

Fori-Rabularum latratibus mali, quam à judiciis Literatorum Hominum emolumenti (Ughello potiſſimum nunc redivivo, à mendis fere innumeris perpurgato, atque pluribus in locis auctiore) expectarem.

Ad EMINENTIAM TUAM, Princeps Generoſiſſime, quod ſpectat: Ex quo primis humillimis literis meis de ſupplici meo TIBI dicandi Voluminis conſilio certiorem Te feci, uſque adeo omnem Clementiæ, ac Benevolentiæ Tuæ erga me modum abundè explere dignatus es, ut quod expeti amplius queat, nihil, quod deprædicare debeam, longè plurimum ſuperſit. Quare alia mihi ſuppetit ratio dicandi; quæ tamen non ex alia ſcaturigine, quàm ex ejuſdem Libri; quàm ex Tuorum, Tuique ipſius (dicam melius) Virtutum Tuarum rivulis derivabitur. Ne tamen Virtutibus iiſdem Tuis, Tuorumque videar id negotii faceſſere, ut, dum velim omnes debitis laudibus extollere, Humilitati Tuæ, quam præcipuo jure, tanquam cæterarum fundamentum excolis, incogitanter imponam, Provinciam hanc feliciori calamo obeundam lubens relinquam. Qui enim puſillus calamus meus, veluti ex tenuis elationis, ac volatus Avicula depromptus, tantæ immenſitati, ac celſitudini percurrendæ (procul vertiginis periculo) ſufficeret? Quamobrem altiores evolatus explicent alii, ut remotiores, atque etiam minutiores Sanguinis Tui guttulas perveſtigent, & in ampliſſimum Stirpis Tuæ pelagum, quod Mediolani in immenſum intumeſcit, derivent, deducantque. Alii propterea dicant, Sanguinem Genuſque Tuum cum principibus, clarioribuſque Inſubrum Familiis eſſe multiplici propinquitate conjunctum. Dicant Avos Tuos, Proavos, Abavos, Atavos, Tritavos, cæteroſque Gentis Tuæ Proceres ad Henricum de Herba (Friderico I. Imperatori apprime charum) uſque, & ultra aſcendentes, ſummos, ac editiſſimos Civitatis gradus obtinuiſſe, maximaque ſemper Urbis Imperia honorificentiſſimè geſſiſſe. Dicant Parentem Tuum optimum ex Illuſtriſſimis DD. Alexandro de Herba, & Lucretia Odeſcalcha progenitum, Regium Quæſtorem extraordinarium, Senatorem Ampliſſimum, Supremum Cancellarium, Magiſtratus extraordinariorum reddituum Præſidem, indeque in Supremo Italiæ Matritenſi Conſilio Regentem, Regiumque Marchionem, Feudatarium, &c. extitiſſe; &, ſiquę ſunt alia, Dignitatis & Amplitudinis Ornamenta nactum fuiſſe. Dicant, eundem, propter excelſam Affinitatem, quam cum Sanctiſſimæ recordationis INNOCENTIO Papa XI. (aliàs Benedicto) ex Matre contraxerat, eam Tibi, CARDINALIS FORTUNATISSIME Benedictionem promeruiſſe, ut illius Sanctiſſimi Pontificis non Benedicti modo nomen, verùm etiam Odeſcalchorum cognomen, bona, opeſque; et (quod majus eſt) etiam Virtutes (utinam & aliquando Supremæ Dignitatis faſtigium) ſortitus fueris. Dicant tandem . . . . . At quò inconſideratè feror, atque ab inſtituto mihi propoſito vel nolens digredior? Recta igitur progrediendo: En quò collineat jam vides, EMINENTISSIME PRINCEPS, Conſilii mei ſtylus. Virtutes nempe Tuas, non Avitas; neque omnes, ne longius quàm par eſt excreſcat Epiſtola, ſed præcipuas; non

ſigilla-

Digitized by Google

ſigillatim de unaquaque diſſerendo, ſed generatim, & quaſi perfunctoriè inſimul recenſebo. Prudentiam nimirum in negotiis conficiendis, Juſtitiam in cauſis dijudicandis, in levandis Egenis Liberalitatem, Comitatem verborum cum Gravitate conjunctam, Humilitatem cum omnibus, in Superos Pietatem. Ecquid enim Eminentiſſimi Cardinalis Caſoni animum movit, ut ipſe à Legatione Ferrarienſi ad Bononienſem migrans, Te, vicibus ejus paucos menſes Ferrariæ geſtis, ad eaſdem & Felſinæ gerendas (quo Ferrarienſium mœrore! qua Bononienſium lætitia!), traduceret? Nonne Virtutum Tuarum, quas prælibavimus, ſpecimen & ſplendor fuit, qui illius Ampliſſimi, & Oculatiſſimi Viri oculis illuxit? Ecquid in Poloniam Te Nuntium Apoſtolicum advocavit? Nonne Virtutes Tuæ, animique Dotes, quæ (quaſi Italia ſibi anguſtus nimis eſſet Campus, in quo renidèrent) etiam Germano-Sarmatis illuceſcerent? Ecquid tandem Mediolanenſem Infulam canæ Sapientiæ, ac Senili ætati ſolitam conferri, & à ſummis euſque Viris percupidè expetitam, tum tamen, propter nimiam temporum, & negotiorum difficultatem à nonnemine fortaſſe recuſatam capiti impoſuit Tuo? Nonne earumdem Virtutum Tuarum cumulus, qui animi canitiem in corporis viriditate referebat? In cujus rei argumentum, ſi Virtutum unicuique ſuus quiſque reſpondet color: ecce poſt paucos menſes ſeſe aliis adjecit & Purpura: ut, ſiqua Virtus Tua fuiſſet ſine colore, color iſte non deeſſet; aut ſi qua Purpura ſine Virtute fuiſſet, hanc ſibi Virtutem Tuam copularet. Quæ cum ita ſint, cujus mihi potiſſimum (Ughello in novam lucem prodeunte) fuit habenda ratio, quàm Tui? Nonne æquiſſimum fuit, ipſas Virtutes Tuas hujus tomi nuncupatione clarere, & tomum ipſum multis nominibus, Tibi debitum, ſplendore Tui nominis illuſtrari? In hoc enim Volumine, præterquamquod omnes Provinciæ Tuæ ſuffraganei Epiſcopi Tibi ponentur ob oculos, quamplurimas, quammaximas complurium Sanctorum Mediolanenſis Eccleſiæ Archipræſulum, atque etiam Purpuratorum, quin & eorumdem Suffraganeorum Virtutes, tanquam in ſpeculo contemplaberis. Quodque plauſibilius eſt, magiſque ad meum, quo ducor, conſilium confert, præ cæteris
* *hic p. 574.* offendes * BENEDICTUM HERBA ex Ordine Prædicatorum, egregium Concionatorem, Mantuæ Fidei Quæſitorem, & à Pio V. ad Epiſcopatum Caſalenſem evectum, ibique primum Montis Pietatis inſtitutorem, Genere, Nomine, Pietate Tibi conjunctum: ut utriſque, Tuis nempe, & illorum Virtutibus hinc inde collatis, ſiquas videbis illorum Virtutes à Tuis ſuperari, in Domino glorieris; ſi quas præſtare Tuis, auſu magnanimo, piiſſimoque eas exæquare contendas; vel ſi id minus liceret, at ſaltem imitari valeas, aut admirari, aut ut minimum in eorum nonnemine eas mirè fuiſſe cognoſcas. Quaſi Tibi illud Bilbilitani Poetæ dictum ſit:

Mart. lib. 8. Epig. 15. *Quid tibi de ſancta credis pietate tuorum?*
Principis eſt Virtus maxima, Noſſe Suos.

At quis neſciat Anteceſſorum Tuorum ſanctioris diſciplinæ Te feciſſe delectum, ac jam inde à primis commiſſæ Tibi Mediolanenſis Provinciæ rudimentis, Paſtorali ſollicitudine ac pietate, eorum

Te perfectum exhibuiſſe Imitatorem? Inſtar omnium Tibi ſemper fuit (ut alios præteream) fulgentiſſimum Borromæorum Cardinalium Sydus (glorioſiſſimus ille, ac Sanctiſſimus Carolus) quod, ut olim ignea nubis columna Iſraelitico Populo ad promiſſas terras peregrinanti præfulſit; Ita Tibi, ut Mediolanenſem Populum in æternarum Promiſſionum deducas poſſeſſionem, prælucebit. Ea de re, ſi hujus Sancti Antiſtitis Liberalitatem in Pauperes perſpiciamus, quis ibit inficias, Te ejus exemplo ſtatim ab initio Eccleſiaſtici Regiminis Tui magnam reddituum Tuorum partem in Pauperum ſubventionem erogandam poſuiſſe? Quæ adhuc ipſiſſima perduraret, niſi Largitas Tua, quæ nullum agnoſcit modum, modum ipſum à temporum calamitatibus accipere quandoque cogeretur. Si Sancti ejuſdem Pietatem ſpectemus, qua duce in ſolitudinem Varalli montis ad Dominicæ Paſſionis myſteria ibi ad vivum repræſentata, contemplanda ſeceſſerat, Tu ex tanto Archetypo exempla ſumens, breviore Corporis quidem, at Animi non minore peregrinatione, Varallum Tuum in Collegio B. M. Virginis prope Rhaudium Tibi conſtituiſti, ut Sancti Ignatii Spiritualia Exercitia, ut vocant, tanto imitationis exemplo, tota revolvas mente, Animumque Tuum iiſdem perpolias. Utque, dum Spiritui Tuo totus ades, non longè & ab urbe abſis Tua; ne, ſiquid accidat, quod in tot tantiſque ampliſſimæ Diœceſeos Tuæ negotiis aliò Te advocent, præſto eſſe non poſſis. Plurima, ac fere innumera ſupereſſent alia, quæ quidem de Te ſine fuco dici poſſent, quibus Ambroſios, Carolos, Benedictos, alioſque ſuperiorum temporum Antiſtites ab Ughello relatos æmularis; egregium nimirum Catholicæ Religionis dilatandæ ſtudium, mira in rebus gerendis ſolertia, in Eccleſiæ Tuæ juribus conſervandis robur invictum, ac poſtremò præclarum deſiderium illud, quo Te natum factum omnibus omnia ſignificas: Pompejum illum forte imitatus, qui in Caſtris *Saltu cum alacribus, curſu cum velocibus, vecte cum robuſtis, ac validiſſimis certabat*. Diſpari tamen ratione: ille, ne torpeſceret corporis vigor: Tu autem, ut Animi robur exerceas.

Verùm quis omnes animi Tui dotes, quæ Te eximium in Eccleſiæ Caſtris certantem Principem conſtituunt, & abſolutiſſimum præteritorum Archipræſulum Tuorum ſectatorem recenſeat? Quid igitur plura? Quid ultra Te morer, torqueamque modeſtiam Tuam? Reliquum itaque eſt, ut munuſculum hocce qualecumque ſit, quod Tibi CARDINALIS AMPLISSIME, ſiſto, quodque ſuo ſibi jure tutiſſima Tuorum Clientela depoſcit, perbenignè ac liberaliter digneris accipere; & ea, qua aſſoles, Animi Tui munificentia, ac Benignitate, humillimam Obſequii mei teſſeram gratam habeas: ac tandem pro colophone Largitatis, ac Comitatis Tuæ, me Venerabundum oram Sacræ Purpuræ exoſculari permittas. Vale.

Dabam Venetiis Kalendis Maiis MDCCXIX.

Lun·

LECTOR ADVERTE.

IN hoc Quarto noſtræ Italiæ Sacræ Volumine, quod jam ſtudioſorum ſpectationi efficitur, tres contineri ultra Padum Italiæ Provincias, tres Metropolitanas Eccleſias, cum Cathedralibus earum ſuffraganeis. Quarum prima Inſubriam opulentiſſimam Provinciam (quam Longobardiam appellant) amplectitur, cum ſua Metropoli Mediolanenſi, cujus olim divinam poteſtatem adeo profanæ opes auxere, ut cæteris Italiæ Eccleſiis etiam formidabilis videretur.

Secunda Provincia erit Liguria, ubi Janua nobiliſſima Metropolis, ac Reſpublica Italis totique Chriſtiano Orbi inclyta, & famoſa ſpectatur.

Tertia Pedemontana Regio ſe prodit, ubi Metropolis Taurina ſita eſt, dignitate recentior, ætate ſuperior, cum Pedemontani principatus caput ſit, ac ſedes Sereniſſimorum Sabaudiæ Ducum, quorum vetuſta nobilitas Reges ipſos videatur æquare.

His accedunt aliæ duæ Epiſcopales Eccleſiæ, quarum una intra fines, aiia in Italiæ limitibus propemodum recenſentur, ut inde Lector abunde de omnibus Eccleſiis, quæ in Italia, vel in ipſis limitibus divinam poteſtatem aliquo modo habere videntur, ſuam poſſit curioſitatem explere.

Metropolitanis autem Eccleſiis alphabetico ſolito ordine ſuas ſuffraganeas adjungemus, non minus ſuccinctas monumentis, & privilegiis ad jucunditatem legentium, ac Metropolitanæ ipſæ ſuffultæ ſint, Interim lege, & vale.

PROTESTATIO AUCTORIS.

CUM Sanct. Mem. Urbanus Papa VIII. die 13. Martii anno 1625. in S. Congregatione S. R. & Univerſalis Inquiſitionis Decretum ediderit, idemque confirmaverit die 5. Julii 1634. quo inhibuit imprimi libros hominum, qui ſanctitate, ſeu Martyrii fama celebres è vita migrarunt, geſta, & miracula, vel revelationes, ſeu quæcumque beneficia, tanquam eorum interceſſionibus à Deo accepta continentes ſine recognitione, atque approbatione Ordinarii, & quæ hactenus ſine ea impreſſa ſunt, nullo modo vult cenſeri approbata. Idem autem ſanctiſſimus die 5. Junii 1631. ita explicaverit, ut nimirum non admittantur Elogia Sancti, vel Beati abſolute, & quæ cadunt ſuper perſonam, bene tamen ea, quæ cadunt ſuper mores, & opinionem cum proteſtatione in principio, quod iis nulla adſit authoritas ab Eccleſia Romana, ſed fides ſit tantum penes auctorem. Huic decreto, ejuſque confirmationi, & declarationi obſervantia, & reverentia, qua par eſt, inſiſtendo, profiteor me haud alio ſenſu, quicquid hoc quarto Tomo refero, accipere, aut accipi ab ullo velle, quam quo ea ſolent, quæ humana dumtaxat auctoritate, non autem divina Catholicæ Romanæ Eccleſiæ, aut Sedis Apoſtolicæ nituntur, iis tantummodo exceptis, quos eadem S. Sedes Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum Catalogo adſcripſit.

NO-

NOVA HUJUS EDITIONIS PRÆFATIO.

QUis unquam crederet, nobiliſſimam Italiæ partem, optimarumque artium cultu peregregie efflorescentem, Inſubriam ſcilicet, Liguriam, Galliamque Subalpinam, quarum Eccleſiaſticam hiſtoriam in hoc quarto Italiæ ſacræ volumine explicat eruditiſſimus Abbas Ferdinandus Ughellus, mihi novam hanc præclariſſimi operis editionem molienti omninò defuiſſe, & ſurdas prorſus aures repetitis literis ſuppetias hinc indè efflagitanti præbuiſſe? Ne miretur propterea æquiſſimus Lector, ſi pleroſque in hoc tomo contentos Epiſcoporum Catalogos non elimatos, ſed vix recognitos offendat. Dum enim ex editis libris excerpendi non adfuit materies, dum eruditorum virorum patrias res callentium non adfuit ſubſidium, quì fieri potuit, ut res externæ alieno pumice, ac proinde inepto expolirentur? Neque aliorum licuit diutius præſtolari ſuffragium, vel ſingularum urbium abdita monumenta perſcrutando, Archiva inviſendo meam probare diligentiam, longiores moras minime patiente fraterno prælo, doctiſſimoque illuſtrium virorum cœtu, quorum ſubſidiariis expenſis nova hæc elaboratur editio, quadrimenſtruum penſum ſollicite exigente.

Tres interea ex tot civitatibus, quarum res agitur in hoc volumine, reperti ſunt præſtantes viri, quibus patriæ Eccleſiæ decus cordi fuerit, quique propterea ad illuſtrandas, corrigendas, ſupplendaſque Epiſcoporum Bergomatium, Brixienſium, atque Nicienſium ſeries uberes notas mihi perhumaniter tranſmiſere; videlicet Cl. vir MARTINUS ANTONIUS GUERRINUS *S. Th. & J. U. D. Cathedralis Bergomenſis Canonicus.*

Cl. vir PAULUS GALEARDUS *Canonicus Brixienſis, à quo S. Gaudentii Brixienſis Epiſcopi opera ad Mſſ. Codices collata, notiſque illuſtrata expectat eruditus orbis;*

Cl. vir JO: BAPTISTA BARALIS *Clericorum Regularium familiæ nobiliſſimum germen. Neque ſilentio prætereundi Cll. viri* PROSPER MANDOSIUS *S. Stephani Eques & Romanus Patritius, ac* PETRUS ALOYSIUS MARIA SGAMBATELLUS *Neapolitanus civis, quorum alter notulas Auctorum nomina indicantes, è quibus Epiſcoporum cumulatior notitia queat deſumi, alter additiones aliquot, ac ſupplementa (à quo etiam ad tomum ſextum adornandum plurima expectamus) contulere.*

Auctores porrò, quorum editis libris uſi ſumus, hi ſunt.

BOLLANDUS, *& Socii in Actis Sanctorum fol. Antuerpiæ editis, & præcipuè* GODEFRIDUS HENSCHENIUS, *qui in Tractatu ſecundo præliminari ad tomum ſeptimum Maji Mediolanenſium Archipræſulum ſeriem ex membranaceo perantiquo Bibliothecæ Ambroſianæ Codice reſtituere conatus eſt.*

HARDUINUS, *cujus labore optima Conciliorum collectione in fol. XII. vol. non ita pridem edita fruimur.*

AUGUSTINUS AB ECCLESIA, *qui Chronologicam Prælatorum Pedemontanæ regionis hiſtoriam emiſit in 4. Taurini 1633.*

JO: JOSEPH VALIANUS, *qui Archiepiſcoporum Mediolanenſium geſta vernaculo ſermone (quo & ſequentes) conſcripſit 4. Mediolani 1715.*

HIERONYMUS GHILINUS, *qui Alexandrinos Annales conſarcinavit fol. Mediol. 1666.*

FRANCISCUS ARISIUS, *qui Cremonam Litteratam edidit in fol. 2. vol. Parmæ 1702. 1706.*

LAZARUS AUGUSTINUS COTTA, *qui Muſæum Novarienſe publici juris fecit, fol. Mediolani 1701.*

Cæterum ut omnia deſint, nunquam deficiet doctiſſimi, eruditiſſimique viri BENEDICTI JOANNELLI *Caſanatenſis Bibliothecarii ſingulare de Republica Litteraria benemerendi ſtudium, cui potiſſimum hanc qualemcumque novam Italiæ Sacræ impreſſionem potiſſimum deberi lubens profiteor.*

NOI

NOI REFFORMATORI
Dello Studio di Padoa,

HAvendo veduto per la Fede di Reviſione, & Approbatione del P. fra Tomaſo Maria Gennari Inquiſitore nel Libro intitolato: *Italia Sacra, ſive de Epiſcopis Italiæ*; non v'eſſer coſ alcuna contro la Santa Fede Cattolica, & parimente per Atteſtato del Segretario noſtro, Niente contro Prencipi, & buoni coſtumi, concedemo Licenza à Sebaſtiano Coleti Stampatore che poſſi eſſer ſtampato, oſſervando gl' ordini in materia di Stampe, & preſentando le ſolite copie alle Publiche Librarie di Venetia, & di Padoa.

Dat. 19. Luglio 1718.

(Franceſco Soranzo Procurator Reform.
(Zan Piero Paſqualigo Reform.
(Michiel Moroſini Reformator.

Agoſtin Gadaldini Secr.

IN.

INDEX
ALPHABETICUS
ARCHIEPISCOPATUUM
ET EPISCOPATUUM,

Qui in hoc Quarto Tomo Italiæ Sacræ continentur:

Janua.	*Genova.*	830
Mediolanum.	*Milano.*	11
Taurinum	*Torino.*	1019

Accium.	*Acci in Corſica.*	*fol.* 907
Alba Pompeja.	*Alba.*	281
Albingaunum.	*Albenga.*	910
Albintimilium.	*Ventimiglia.*	301
Alexandria.	*Aleſſandria della Paglia.*	322
Aquæ Statellæ.	*Aqui.*	326
Aſta.	*Aſti.*	332
Auguſta Prætoria.	*Aoſta.*	1096
Bergomum.	*Bergomo.*	404
Bobium.	*Bobbio.*	925
Brixia.	*Breſcia.*	519
Brugnatum.	*Brugnetto.*	979
Caſalis S.Evaſii.	*Caſale.*	567
Cremona.	*Cremona.*	576
Derthona.	*Tortona.*	623
Eporediæ.	*Ivrea.*	1064
Foſſanum.	*Foſſano.*	1079
Lauda Pompeja.	*Lodi.*	654
Marianum.	*Marana in Corſica.*	999
Mons Regalis.	*Mondovì.*	1084
Naulum.	*Noli.*	1004
Nebium.	*Nebbio in Corſica.*	1010
Nizza.	*Nizza.*	1103
Novara.	*Novara*	689
Savona.	*Savona.*	730
Vercellum.	*Vercelli.*	744
Viglebanum.	*Vigevano.*	815

ITA-

ITALIA SACRA
FERD. UGHELLI
Abbatis Ordinis Ciſtercienſis.

PROVINCIA SEPTIMA,
SIVE
LOMBARDIA TRANSPADANA APPELLATA,
OLIM
INSUBRIA GALLIAQUE CISALPINA,
Ubi accuratè de Mediolanenſi Metropoli, ejuſque Suffraganeis Epiſcopis pertractatur.

INSUBRIÆ nobiliſſimæ Provinciæ modo Præſules aggredimur commemorare. Eruditionis omnis fons, ac lux Homerus Poeta, eam Italiæ partem, quam Galliæ Ciſalpinæ priſca, Lombardiæ nomine recentior appellavit ætas, planiciem Eridani nominavit, & jure proſecto: eſt enim univerſa Gallia Ciſalpina plana atque campeſtris, hinc Apennino, inde Alpibus ſuavi quadam acclivitate ſubſidentibus, & perennes amnium curſus ad Eridanum demittentibus, quibus irrigata camporum ſubjecta planicies ſingulari prædita eſt & amœnitate, & fertilitate. Quocirca Lombardiam quidam theatro aſſimilem eſſe dixerunt: cujus veluti gradus aſſurgentes circumquaque montes efficiunt; ut pulcherrima naturæ, atque artis opera plurimis ex locis uno oculorum obtutu ſpectari poſſint. Quis enim eſt, qui ſive ex Gallia Grajas ad Alpes, ſive ex Germania ad Julias, Tridentinaſque pervenit, hanc Italiæ primum oculis oblatam partem deſpectans, non deſpiciat reliquas, hanc unam ſuſpiciat? quinimmo ipſi etiam Itali, cum primum ex Hetruria ſuperato Apennino Bononienſis agri fines attingunt, etſi amœniſſimam Hetruriæ regionem paulo ante reliquerint, dum tamen proſpicere oculis incipiunt theatri hujus jucundiſſimam, & ampliſſimam faciem, atque aream, proinde afficiuntur, ut ſi quis ornatiſſimo egreſſus cubiculo in aulam ingentem, & regio decore excultam demigret. Jam illa planicies, ut Polybii Græci ſcriptoris auctoritatem ſequamur, triangulari eſt forma, cujus trianguli apex, ſeu vertex ad occidentem eſt, ſupra Nicæam Maſſilienſium, ubi Apenninus, & Alpes copulantur, latus ſeptentrionale Alpes faciunt, quæ ad duo millia & ducenta ſtadia procurrunt, hoc eſt millia paſſuum ducenta, & ſeptuaginta quinque; latus vero meridionale efficit Apenninus, qui ad tria millia, & ſexaginta ſtadia protenditur, hoc eſt milliaria octuaginta tria ſupra trecenta; baſim trianguli facit ora littoralis maris Adriatici, quæ à Senogallia uſque ad intimum ejuſdem maris ſinum porrigitur ſeptuaginta quinque. Ita omnis camporum Galliæ Ciſalpinæ circuitus Scipionis, & Annibalis temporibus, cum Æſinus amnis, non autem Rubicon ejus, & Italiæ terminus cenſeretur, claudebatur ſtadiis decem millibus, hoc eſt milliaribus mille ducentis quinquaginta. Padus fluvius, quem Poetæ Eridanum vocant, ortum habens in radicibus Alpium, ubi quaſi apicem trianguli eſſe docuimus, in hanc planiciem verſus meridiem defluit; hinc ſe ſe ad Orientem flectens duobus oſtiis prorumpit in Adriaticum ſinum. Aquarum multitudine præ cæteris Italiæ amnibus abundat, quippe omnes fluvii qui ab Apennino, Alpibuſque deſcendunt, ad numerum duorum & quadraginta in unum coeunt Padi alveum. Æſtivo, quam hyemali tempore major fluit ob liqueſcentium nivium multitudinem. Navigari incipit à ſuo fonte milliario 20. atque hinc uſque ad oſtia navigatur duo fere millia ſtadiorum. Eſt hic fluvius Græcorum Poetarum carminibus inclytus, ſed non ita fabuloſo Phaetontis caſu, quam creberrimis aggerorum perruptionibus, & camporum inundationibus funeſtus; ſiquidem perpetuis adaggerationibus arenarum ex Apennino, & Alpibus devectarum, ita jam ſublatus in altum alveus eſt, ut ejus fundum, ſubjecta camporum ſuperficie, altiorem eſſe conſtet, ita fluvius hic cæterorum amnium tributis, & finitimarum regionum prædis onuſtus, triumphali velut curru ſuperbus incedit, & Ciſalpinam Galliam ab Alpibus nomen deſumere indignatus, in partes duas Ciſpadanam, & Tranſpadanam arbitrio ſuo diſpertit. Hæc ex Polybio, quem etiam de regionis hujus fertilitate diſſerentem audire operæ precium eſſe puto, ne alienas laudes jactabunde eſurire voluiſſe videamur. Igitur hos campos extremos totius Italiæ, omnis vero Europæ maximos, atque uberrimos eſſe ait; *Ita enim in omnia frugum genera fæcunda* (inquit) *eſt, ut ſæpenumero noſtra ætate* (hoc eſt tempore belli Punici II.) *modius frumenti Siculus, non amplius quatuor obolis venum ierit, hordei vero non amplius duobus, dolium vini tantundem. Milii præterea & farris tanta copia eſt, ut opinionem hominum ſuperet. Quam vero glandibus abundet, quæ ex nemoribus ejus regionis diverſis in locis producuntur, vel id in primis teſtimonio eſt, quod cum infinitam pene porcorum multitudinem Italici generis homines alant, & ad ſacrificia facienda, & ad privatos uſus, & ad neceſſarium exercitibus apparatum, iis omnibus abundè hæc regio alimenta ſubminiſtrat. Jam verò quanta particularium etiam rerum, quæ ad victum hominum ſpectant, in*

ea provincia copia ſit, ex hoc licet intelligere, quod viatores cum in hoſpitia divertunt, nunquam de rebus, quas ſint accepturi, particulatim paciſcuntur, quod cæteris in locis fieri conſuevit: ſed quantum ſinguli quique homines debeant cum hoſpitibus conveniunt. Hi viatoribus honorifice acceptis, & omnibus ad victum neceſſariis abunde ſubminiſtratis non amplius quam ſiliquam capiunt (hæc oboli tertia pars eſt) id precium non excedunt. Ex quibus Polybii verbis apparet modium frumenti ad Romanam menſuram noſtri temporis octo drachmis, hoc eſt octo Julliis, ſeu quod idem eſt, ſeſquiaureo nummo coronato veniiſſe, hujuſmodi modium juliis quatuor, hoc eſt tertia parte nummi auri coronati. Cum igitur hæc omnis regio adeo ſit & cœli clementia, & ſoli ubertate, ac rerum omnium affluentia felix, minime mirandum erit, ſi tot in eam finitimæ, ac longinquæ nationes ſuperatis Apennini, & Alpium jugis, huc certatim ad proprium conſtituendum imperium, ac perpetuas collocandas ſedes commigrarunt. Cæterum regionem hanc primi omnium, quod memoriæ proditum ſit, tenuere Ligures, & Hetruſci; ſecundi Galli; tertii cum certa totius Italiæ poſſeſſione Romani; quarti Longubardi, quorum adhuc nomen manet, imperio ad Francos, inde ad Germanos translato, ac poſtremo etiam plures in provincias reguloſque ſciſſo, ut nunc videmus. Ac ut à vetuſtiſsimis incipiam, Hetruſci principes duodecim urbes in Hetruria obtinentes, cum præ multitudine gentis anguſtiores ſe fines habere arbitrarentur, Apenninum tranſgreſsi terram hanc occuparunt primi, & ut in eam totidem quot cis Apenninum capita originis erant, colonias dimiſerunt, quarum clariſsimæ Felſina totius gentis trans Apenninum Metropolis, & Adria, quæ ſupero mari nomen dedit. Unde propagato ultra Padum imperio, Hetruſci omnia trans Padum loca uſque ad Alpes tenuere, uno excepto angulo Venetorum, qui intimos maris receſſus jam tunc incolebant. Dum ita florerent Tuſcorum res, Galli Tranſalpini, Celtæ etiam dicti, quorum ſemper apud omnes gentes clarum, & formidabile bello nomen fuit, inteſtinis diſcordiis, & aſsiduis domi diſſenſionibus laborantes, earum tædio in Italiam veniendi, ſedeſque novas quærendi conſilium expediunt, & ſuperato Apennino, Tuſcos armis aggreſsi, vetere poſſeſsione deturbant, qui ſedibus exuti, in Rhæticos montes ſeſe abdiderunt. Galli autem Mediolanum, Comum, Brixiam, Veronam, Bergomum, Tridentum, Vicentiam, aliaſque in hoc tractu urbes condunt, terramque univerſam de communi gentis nomine Ciſalpinam, ſeu Citeriorem Galliam appellant. Fuerunt autem Celtarum gentes variæ, ſingulæque ſingulas ſibi ſedes ſtatuerunt, Inſubres Mediolanum, Novariam, Comum, Ticinum, & finitima occuparunt: Cœnomani Bergomum, Brixiam, Cremonam, Veronam, Mantuam, Tridentum: Boii inter Padum, & Apenninum, ubi nunc Bononia, & Ravenna eſt, habitarunt; & extremi Gallorum omnium Senones, terram eam, quæ nunc partim Romaniæ, partim Urbinatium Ducatus eſt, Senogalliam, atque Æſim uſque tenuerunt. Neque his contenti Imperii terminis, cum vires Populi Romani in dies quam maxime augeri cernerent, bellum iis intulerunt, cujus Senones potius fuere auctores, & ſuperatis prælio Romanis, triduo poſt initam pugnam, Roma præter Capitolii arcem potiti ſunt, quam ſeptem menſes obſederunt, primique fuerunt, qui Urbem Orbis dominam futuram victricibus armis cedere, imperataque facere coegerunt, atque incenderunt ducenteſimo anno poſt quam ex ulteriore Gallia in Italiam migraverant, ut Livius ſcribit. Sed non eam injuriam inultam Romani tranſmiſere, & ad Gallos non tantum finibus prohibendos, ſed prorſus delendos, omnes demum ſuas, ſociorumque exinde convertere vires, quin & poſtea Cœnomanos Gallorum gentem legationibus delinitos, & ad amicitiam & ſocietatem pertraxere. Itaque poſt permulta fere annorum ſpatia, varia utrimque fortuna commiſſa prælia, cum audiſſent, Gallos Ciſalpinos à Geſſatis, qui circa Rhodanum incolebant, & à Tranſalpinis auxiliares copias evocaſſe, & univerſos in Romani nominis exitium conſpiraſſe, contra tanti belli molem ſubſidia præparantes, totis jam animis in bellum Gallicum verſi, cum Annibale Carthaginenſium duce fœdus renovant; Italiæ populos omnes in ſocietatem ad commune Gallorum periculum avertendum adſciſcunt, & deſcriptiones omnium totius Italiæ copiarum fieri, atque ad Senatum referri mandarunt: frumenti inſuper, telorumque ac exterarum rerum bello neceſſariarum tantum apparatum faciunt, quantum nunquam antea, quippe cum conſtet, omnium ſimul ex tota Italia armatorum numerum ſepties centena millia peditum, equitum ad ſeptuaginta millia deſcripta fuiſſe. Quo apparatu inſtructi Romani Gallorum copias in agro Piſano inter Telamonem, & Piſas duobus Conſularibus exercitibus, quorum alteri C. Atilius, alteri L. Æmilius præerat, circumventas, commiſſo prælio, ſuperarunt: quadraginta Gallorum millia cæſa, decem millia vivi in poteſtatem Romanorum venerunt, Regum Gallorum alter Congolitanus vivus captus, alter Averroeſtes mortem ſibi conſcivit. Romanorum vero Conſulum alter peremptus, alter L. Æmilius victoria uſus cum omnibus copiis in Bojorum agrum profectus omnia vaſtat. Verum in eo prælio, quemadmodum ex Polyblo cognoſcere licet, non tam pernicioſa Gallis fuit virtus Romanorum, quam felicitas, & Gallicorum armorum cum Romanis diſparitas; quippe, ut ait ipſe, Gallorum enſes graves, & obtuſa cuſpide, ſcuta vero & exigua & debilia erant; Romani autem & ſcutis ad protegenda corpora validioribus utebantur, & gladiis brevioribus, ſed tamen acutis. Itaque ſemper, & in univerſo certamine & ſingulorum congreſsibus Galli ſuperati paſsim cadebant. Stetit tamen immota eorum acies, donec equites Romani e colle cum ingenti impetu deſcenderunt. His rebus Romani in ſpem adducti expellendi omnino ex Italia Gallos, anno ſequenti, Q. Fulvium, & T. Manlium creatos nuper Conſules in Galliam cum ingenti exercitu tranſmittunt. Hi ſimul ac Provinciam ingreſsi fuerunt, Bojos in deditionem Populi Romani venire compulerunt. Ita jam duæ Gallorum gentes ſubactæ in poteſtatem; Senones, qui primi omnium, utpote viciniores, & infeſtiores deleti fuerant, atque Boii. Sequenti anno creati Conſules P. Furius, & C. Flaminius adverſus Inſubres proſpere pugnarunt. Poſtero dehinc anno M. Claudius Marcellus, & C. Cornelius Coſs. adverſus eoſdem Inſubres, Geſſatoribus auxiliaribus copiis inſtructos profecti, Gallos profligarunt, ac Mediolano præcipua Inſubrum Civitate per vim capta, Gallia Ciſalpina univerſa potiti ſunt; finemque bello Gallico impoſuerunt, quo nullum ante id tempus, ut Polybius ait, vel obſtinatione animorum, vel militum audacia, vel atrocitate præliorum, vel multitudine interſectorum, vel numero copiarum majus, aut auditum eſt, aut lectum. Igitur Imperium Galliæ Ciſalpinæ ad Romanos pervenit anno ab Urbe condita 530. ab incenſa à Gallia 144. à primo autem Gallorum in Italiam adventu 344. ex quo apparet terram hanc totidem annis ſub Gallorum imperio fuiſse, Romanorum vero Imperium felicius multo, ac diuturnius quam Gallorum, aut Thuſcorum fuit. Nam Thuſci quidem Ciſpadanas, Galli Tranſpadanas fere urbes, atque oppida conſtruxerunt, quibus in hunc uſque diem plurimis hæc regio frequentatur; at Romani colonias deduxerunt, vias munierunt, jura, leges, moreſque dederunt, & cum incolas in partem libertatis, imperiique vocaſsent, eam demum humanitatem, eoſque ſpiritus ipſis afflarunt, quorum ne nunc quidem poſt infinitas, atque effuſas immanium barbarorum incurſiones potuerunt penitus oblivisci. Sed Romanorum ne æternum in Italia foret Imperium, Gothi effecerunt, qui Italia, ac proinde Gallia etiam Ciſalpina occupata, Regni ſedem Ravennæ collo-

ca-

A cavere, per Narſetem demum Eunuchum Juſtiniani Ducem ſeptuageſimo occupati Italiæ imperij anno fracti, ac deleti. Quo factum eſt, ut reſtituta in Romanorum poteſtate Italia fuerit, ſed ad breve tempus. Nam cum Narſes Italiæ liberator falſis apud Juſtinum Juſtiniani ſucceſſorem calumniis Romanorum impetitus, litteras ab eo accepiſſet, quibus Italiæ adminiſtrationem deponere jubebatur; à Sophia vero Auguſta Juſtini uxorem etiam per ludibrium additum in litteris eſſet, ut Conſtantinopolim quantocyus maturaret, quod ipſa illius opera uti in penſis lanarum gregi ancillarum ſuarum diſtribuendis vellet. Dux æger animi, ac contumeliæ impotens reſpondit eam ille ſe telam texturum, quam neque ipſa, neque maritus ejus dum viverent, retexere potuiſſent; ac Imperatoris juſſis haudquaquam obtemperans, novam Barbarorum ſobolem in Imperatoris, ac Romani nominis perniciem accivit. Florebant eo tempore in Pannonia rei militaris, atque armorum gloria Longobardi. B Hanc gentem Cheruſcis, Cattis, Caucisque finitimam inter inferioris Germaniæ populos Tacitus numerat, quos nonnulli Vveſtſalos fuiſſe opinantur. Meminit etiam illius Paterculus, & Ptolemæus, qui Laucapardos eos vocat, Tacitus vero Longobardos. Neque enim iis aſſentior, qui a longitudine barbarum, quaſi Longobarbos dictos autumant. Paulus vero Diaconus genere Longobardus Scandinaviam quondam Inſulam ad Oceanum Aquilonarem incoluiſſe Longobardos ſcribit, indeque in continentem Germaniam cum liberis uxoribuſque profectos, certas ibi ſedes, ac domicilium poſuiſſe; poſt multos inde annos iniiſſe Pannoniam, quæ ab Hunnis adhuc colebatur, atque eorum auxilio vicinos Gepidas prælio deleviſſe. Quo factum eſt, ut præter cæteros virtutis fama, & rerum geſtarum gloria præſtarent Longobardi, tum cum Gothi rerum in Italia potirentur. Præerat eis Alboinus Ardoini filius Rex jam X. numeratus, cujus claritate nominis Narſes motus, cum bellum adverſus Gothos compararet, ipſum è Pannonia cum magnis ſuorum copiis accerſivarat, ac Gothis, forti, & fideli ejus opera exterminatis, domum inde præmiis ingentibus, ac mirificis laudibus oneratum dimiſerat. Hoc vero tempore Juſtinum, & Sophiam illudentes, ac Romanos calumniantes ulturus in Italiam ad imperium ejus capeſſendum invitat. Quibus Narſetis litteris erectus Alboinus, per patentem Fori Julii portam in Italiam exercitum, gentemque Longobardorum cum conjugibus, ac liberis adducit anno à Chriſto nato 568. Galliam Ciſalpinam ſuperioribus bellis, & recenti peſtilentia exhauſtam triennii ſpatio in poteſtatem redegit, quin & Hetruriam, atque Umbriam occupat. Ipſe Ticini Regni Longobardorum ſedem ponit, Duces Forojulienſem, Spoletanum, atque Thuſcum inſtituit. Una dumtaxat reſtabat Ciſalpinæ Galliæ pars, extrema ſcilicet regio Senonum atq; Bojorum, quam Longinus Exarchus novo magiſtratus nomine Ravennæ impoſito cum Urbe Roma, ac reliqua D Auſtrali Italia Imperatoris Orientalis nomine, atque auctoritate adminiſtrabat. Sed poſteriores Longobardorum reges non Ravennam modo, & Exarchatum, ſed reliquas etiam Italiæ regiones aliquando occuparunt. Nam Autharis III. Rex Beneventum cepit, & Ducatum Beneventanum inſtituit, & ad Regium uſque extremum Calabriæ, & Italię terminum victricibus armis penetravit. Longobardorum Reges extra Italiam novem, in Italia ab Alboino ad Deſiderium quatuor, & viginti fuere, de quibus mihi ſermo. Ex his porro priores duo Alboinus, & Clepho Idololatræ, tertius Autharis Chriſtianus, ſed Arrianus. Quartus Agilulphus, & ab eo reliqui, uno Arioldo excepto, Catholici fuerunt. Sed longe omnium pientiſſimus fuit Aripertus hujus nominis II. Regum decimus octavus, qui patrimonium Alpium Cottiarum Eccleſiæ reſtituit, nec non Luitprandus Rex XX. qui eodem patrimonio Pontificio confirmato, patrimonium inſuper Sabinenſe donavit. Fortiſſimi, ac bello feliciſſimi fuere Alboinus ipſe regni conditor, Agilulphus, qui Patavium, Cremonam, Mantuam recepit, Rotaris Grimoaldus, qui Duces Forojulienſem, ac Beneventanum delevit, & Francos arte vicit, itemque Luitprandus. Sapientiſſimi, & legis Longobardiæ conditores fuere Rotaris, cujus adhuc leges Juſtinianeis nihilo inferiores editæ extant, & Grimoaldus. Sæviſſimi fuere Aldavaldus, qui deſipuit, & cædem Principum fecit, & Aripertus. Magnificentiſſimi in ædificiis condendis Agilulphus, Tranſamundus, & Deſiderius. Miſerabili autem exitu memorabiles Alboinus à Roſimunda uxore interfectus, Clepho à familiari, Autharis veneno ſublatus, Rodoaldus à Longobardo homine propter ſtuprum uxoris: Aripertus in flumine merſus: Regno demum pulſi, & exuti Adovaldus, Pertantus, & Deſiderius. Rachis vero XXII. Rex abdicato regno apud Caſinum Monachum induit. Regnatum eſt in Italia à B Longobardis annis ſex ſupra ducentos. Regni ſedes Ticinum, coronæ ſuſcipiendæ, & inaugurationis locus Modœtia ex Agilulphi Regis, & Theodelindæ Reginæ inſtituto fuit; coronandi autem Regem jus Mediolanenſis Archiepiſcopus ex S. Gregorii Romani Pontificis privilegio habuit. Reges Flavii nomine antiquo Imperatorum exemplo appellabantur ex Autharis edicto; ſingulis urbibus ſinguli Duces erant impoſiti, ea lege, ut vectigalium ſuorum dimidium ad regiam tuendam amplitudinem conferrent. Quem illi cenſum tertio quoque anno perſolvebant. Cæterum Longobardicum Imperium ſævum ab initio atque impotens, poſt Chriſtianam religionem Catholicamque fidem adſcitam mitius, & benignius effectum fuit. Teſtes ſunt rectæ leges eorum, quibus furta, latrocinia, rapinæ, cædes, adulteria ſeveriſſime vindicantur, ac libertas, & fortunæ privatorum ſummo ſtudio conſervantur. Docent templa magnifica, & monaſteria ampliſſima, quibus pietatis ergo ipſi potiſ-C ſimum Septentrionalem Italiam exornarunt, Baſilicæ Epiſcoporum, quas ampliſſimis præmiis honeſtarunt, inclyta oppida, quæ aut nova condiderunt, aut diruta inſtaurarunt, homines ſanctitate conſpicui, quos honore eximio habuerunt, demum Pontifex ipſe, quem cum ditione opibuſque auxerunt, tum tanto cultu, ac reverentia proſecuti ſunt, ut monente eo, Regnum ipſum dimiſerint, Monachumque induerint. Hæc autem omnia decora nimia una dominandi, ac dilatandi Regni libido corrupit, ita ut etiam faſtigio Regio, & inveterata jam Italiæ dominatione exuerit. Nam cum ſæpe antea ad propagandos quacumque ratione poſſent regni fines, Romanæ Urbi, Romanoque Pontifici graves, & infeſti Longobardi fuiſſent, ut Agilulphus, qui Romam S. Gregorio Pontifice ſedente obſedit, Rotaris, qui patrimonium Alpium Cottiarum Pontifici ademit, Luitprandus, qui Urbem Romam, & Ducatum ejus, à Leone Iſaurico Imperatore hæretico ad Pontificem propter D hæreſim deficientem, junctis cum Eutychio ipſius Imperatoris Eunucho viribus obſederat, ut Aiſtulphus, qui Ravennatem Exarchatum occupatum Romam in poteſtate Pontificis poſitam obſeſſurum ſe minitaverat, niſi penderet tributum, coacti Romani Pontifices, vel inviti Francorum in Italiam auxilia accerſere. Ergo contra hunc Aiſtulphum Stephanus II. Pontifex Pipinum Francorum Regem Pontificia authoritate haud pridem creatum, defenſorem implorat, qui Aiſtulphum obſeſſum jurare coegit Exarchatum Pontifici redditurum Hoc tamen non reddidit, quin Romanum Ducatum acrius divexavit. Hinc rurſus Pipinus è Gallia ſuperatis Alpibus Papiam advolavit, ibique obſeſſum rurſus Aiſtulphum reddere Exarchatum coegit. Aiſtulpho Deſiderius Stephani II. Pontificis auxilio ſuffectus in Regno eſt, qui ingratus in Eccleſiam, cujus ope ex Flaviæ Duce ad regium ſceptrum fuerat evocatus, in Exarchatum, & Pentapolim ir-

rupit. Quamobrem Adrianus Carolum Magnum Pipini filium in Italiam ultorem vocat, qui Deſiderio in poteſtatem redacto finem Longobardorum Imperio in Italia fecit, idque ad Francos tranſtulit, ſeque exinde ac ſucceſſores ſuos non Longobardorum, ſed Italiæ Regem appellavit: fuitque hic titulus deſignato Imperatori peculiaris, proinde, ac noſtro ævo titulus Regis Romanorum. Atque hæc quidem de Longobardorum Regno ſummatim ex inſtituto dicere libuit, ut paucis patefierent initia, progreſſus, atque interitus ejus gentis, de cujus nomine Ciſalpinæ Galliæ nomen ad noſtra tempora pervenit. Hoc vero iiſdem finibus definiuntur Gallia Ciſalpina, Lombardia, ac Regnum Longobardorum. Nam Regnum quidem ipſum Longobardorum, ut paulo ante admonuimus non tantum ipſam Galliam Ciſalpinam, ſed & Hetruriam quoque, immo & Umbriam continebat, quæ duæ regiones ſunt citra Apenninum; Ciſalpina vero Gallia Apennini juga non excedebat; Longobardia vero utique anguſtior eſt: hæc ſiquidem nec totum Longobardorum Regnum, nec totam Galliam Ciſalpinam continet. Nam nec regio ſubalpina, nec Romandiola, nec Pentapolis in Lombardia cenſentur, quæ & in Regno Longobardorum, & in Gallia Ciſalpina continebantur; ſed Longobardia anguſtiores utraque fines habet, qui tameu nou iidem ab omnibus ponuntur: & quidem terminari eam ad Septentrionem Alpibus, ad Meridiem Apennino omnes conſentiunt: ad Occaſum vero quidam Seſiam amnem, quidam vero Alpes terminum faciunt. Sed magis mihi eorum probatur opinio, qui Seſiam ponunt, ut Boterus, cum conſtet Pedemontanam regionem extra Longobardiam cenſeri: neque enim Pedemontani Lombardos ſe dici, aut haberi volunt, quamvis ad Regnum Longobardorum aliquando pertinuerint. Conſimiliter ad Orientem alii Longobardiæ terminum Scultemnam, nunc Panarum appellatum, ut Blondus, alii Rhenum, qui Bononiam interfluit, ut Georgius Merula, alii volunt fuiſſe Ulmum quandam juriſconſultis, atque hiſtoricis recentioribus memoratam, à Vitaliano Papa, ut ferunt, poſitam ad eum locum, ubi nunc eſt Foſſa Burana, & antiquitus fuit Ferrariola ſupra Bondenum Ferrarienſis agri vicum. Sed quicquid veteres cenſuerint, noſtra certe tempeſtate Lombardia Ciſpadana uſque ad litus maris haud dubie porrigitur, ſic Bononia, ac Ferraria, tractuſque omnis Ferrarienſis uſque ad Argentæ foſſam, & S. Alberti in Lombardia continentur, quicquid ſecus dixerint Blondus, Merula, & Leander. Nam prætterquam quod opinio hæc noſtra ipſo Provincialium, Bononienſium ſcilicet, ac Ferrarienſium conſenſu nititur, qui ſe Lombardos, & in Lombardia cenſeri volunt, adſtipulatur etiam huic noſtræ ſententiæ Urbanus IV. Pont. Max. qui in prima ſua Decretali epiſtola, ubi deputat Inquiſitorem Provinciæ Lombardiæ, aperte docet Bononiam, atque Ferrariam in Lombardia contineri. Nec minor eſt controverſia de Orientali termino Lombardiæ Tranſpadanæ aliis Mincium, aliis Atheſim ponentibus Sed profecto Atheſis verus eſt terminus, quo à Marchia Triviſana dividitur. His ergo finibus circumſcripta Longobardia, urbes in ea quinque & viginti numerantur, quorum maxima Mediolanum; proxime accedunt Bononia, Brixia, Verona, ſed Verona præſtat ædificiorum pulchritudine, Bononia civium multitudine, & opulentia, Brixia agri amplitudine, & agreſtium frequentia. Mantua, Cremona, Placentia haud magnopere inter ſe differunt, paremque etiam poſt has civium multitudinem fere alunt, Bergomum, Mutina, Papia, Parma, Ferraria, atque Alexandria, quamvis Ferraria omnium ſit ampliſſima, eademque munitiſſima; etiam opere eſt Crema, & ſitu Mantua, & Comaclum; hæ duæ poſtremæ lacu circumfluente cinctæ ſunt. Ex arcibus, quibus plurimis Longobardia munitur, præcipui nominis ſunt Mediolanenſis, Parmenſis, Caſalenſis. Univerſæ porro

A Lombardiæ imperium hac tempeſtate ſeptem in ditiones diviſum eſt. Nam ex viginti quinque Civitatibus, novem, quæ in Ducatu ſunt Mediolanenſi, Catholico Regi parent, Mediolanum ſcilicet, Cremona, Alexandria, Novaria, Papia, Landa, Comum, Dertona, Vigevanum: quatuor Venetorum reguntur imperio, Verona, Brixia, Bergomum & Crema: tres item Mantuano parent Duci, Mantua, Caſale & Aquæ; una Sabaudo principi, Alba: tres Duci Parmenſi, Parma, Placentia, & Faunm Domnini; duæ Duci Mutinenſi, Mutina, & Regium Lepidi: ac poſtremo tres Romano Pontifici, Bononia, Ferraria, atque Comaclum. Porro antiquitus diviſa fuit Gallia Ciſalpina duplici partitione, quarum altera ſumpta erat à ſitu locorum, altera à moribus accolarum. A ſitu locorum diviſa eſt in Ciſpadanam, & Tranſpadanam; ab habitu indigenarum in Galliam Togatam, Comatam, atque Bracchatam. Comatam Galliam Ptolomæus appellat, quæ à Placentia ad Rubiconem B porrigebatur, quo in tractu ſunt urbes Placentia, Parma, Regium, Mutina, Bononia, Forum Cornelii, Faventia, Forum Liviæ, atque Cæſena, Plinius vero, Cato, & Sempronius Togatam Galliam faciunt ab Ancona ad Rubiconem; quos ſi ſequamur, Togatæ Galliæ civitates dicemus fuiſse Senogalliam, Fanum, Piſaurum, Forumſempronii, Urbinum, atque Ariminum, quod illi nomen à Romanorum uſu togarum inditum eſt. Bracchata dicta eſt reliqua Gallia Ciſalpina, quod bracchis Gallicis, non Romanis togis uterentur, præſertim Tranſpadani.

Verum hæc Ciſalpinæ Galliæ partitio non admodum diuturna fuit: nova enim à Romanis Ducibus, & Conſulibus Æmilio, ac Flaminio nomina indita, à quibus Ciſpadanæ præſertim Galliæ pars, altera Flaminia, altera Aemilia dicta eſt; idque nomen duravit à victoria Romanorum annis fere ſeptingentis uſque ad tempora Juſtini junioris, qui Juſtiniano Magno proxime ſucceſſit. Quo tempore noC vo Magiſtratu Ravennæ impoſito, Gallia Ciſpadana Aemiliæ, ac Flaminiæ nomina in Exarchatum ac Pentapolim commutavit, ut ſupra in a. noſtro Tomo diximus. Antiquiſſima autem eaque perpetua Ciſalpinæ Galliæ diviſio eſt à ſitu locorum, de qua Sempronius; *Padus amnis Galliam Ciſalpinam primo diſcrevit*. Atque hæc partitio uſurpata perpetuo fuit etiam poſt tempora Longobardorum, quam proinde nos ſequimur.

Quæ vero ſint hominum ingenia, quique habitus corporum, atque animorum in Gallia Ciſalpina degentium, duo graviſſimi auctores Polybius, & Cicero declararunt: ille enim cum fæcunditatem regionis multis laudaſset, de gente ſic cenſet: *Hominum vero*, inquit, *tanta copia, ea proceritas, ac pulchritudo corporum, tantum in rebus bellicis robur, ut facilius ſit id ex eorum rebus geſtis, quam ex cujuſquam oratione intelligere*. Cicero in 3. Philipp. *Nec verò*, inquit, *de virtute, conſtantia, & gravitate Galliæ taceri poteſt* (Ciſalpinam intelligit) D *Etenim ille flos Italiæ, illud firmamentum, Imperiique Romani, illud ornamentum dignitatis*. Hæc Cicero. Et quidem Lombardi hoc tempore, & pulchritudine corporum, & humanitate, atque hoſpitalitate fere omnes cæteros Italicos præſtare videntur. Virtutem vero militarem gentis hujus plures bello inclytæ familiæ oſtendunt, Mediolani Vicecomites, ac Trivultii, Bergomi Coleonii, Brixiæ Gambaræ, Avogadri, Veronæ Boniſacienſes, Mutinæ Rongonii, Parmæ Rubei, Placentiæ Pallavicini, & in aliis urbibus alii, una certe Gonzagiaca domus fortiſſimorum Ducum ſobolem ſemper aluit; & Eſtenſis familiæ bellica lumina poetarum carminibus plurimis decantata ſunt. In re autem literaria haud ſcio an ulla ſit natio ita bene merita de literis; nam poetas dedit Virgilium & Catullum, hiſtoricos Livium, Aemilium, Jovium, Theologos Petrum Lombardum, e Pontificii juris authoribus Gratianum, ex ſacris

con-

concionatoribus duos præterito ævo longe præſtantiſſimos Cornelium Muſſum, & Panicarolam, ut innumeros claſſicos cujuſque diſciplinę authores taceamus. Archigymnaſia liberalium artium duo ſunt in Gallia Ciſalpina, Bononienſe in Ciſpadana, & Papienſe in Tranſpadana quibus, nuper fuit additum Parmenſe.

Chriſtianam in Ciſalpina Gallia religionem Apoſtolicis temporibus alibi indicavimus, cum duorum ſummorum diſcipuli Apoſtolorum duas hujus regionis principes urbes petierunt. Apollinaris Petri diſcipulus Ravennam, Barnabas Pauli aſſecla, idemque Apoſtolus Mediolanum, indeque ambo, alter Tranſpadanam, alter Ciſpadanam Galliam Evangelii luce colluſtrarunt, & Epiſcopos Petri authoritate conſtituerunt. Ex quo tempore duæ iſtæ Eccleſiæ principatum ſibi in hac Provincia vindicarunt. Nec vero hæ ſolum, ſed aliæ perplures in hac Gallia ſedes Præſulum ſanctitate & meritis floruerant, ut in Tranſpadana regione Veronenſis, Brixienſis, Vercellenſis, in Ciſpadana Ticinenſis, Parmenſis, Bononienſis. Sunt enim provinciales religioni mirifice addicti, ut vix alibi invenias templa ſplendidiore cultu ornata, aut amplioribus ditata redditibus, vel Cęnobia opulentiore, & ſumptuoſo magis opere, aut venuſto artificio conſtructa, ac concinnata. Nec vero natio ulla eſt, quæ hujus Provinciæ populis pio metu numinis, ſacerdotum reverentia, & ſacrorum ſtudio, ac frequentia præſtet, nulla, quæ ſacratis legibus ſit obſequentior, aut ſacratis viris addictior: id quod ipſi provinciales Præſules teſtantur; teſtantur etiam tot viri ſanctiſſimi, qui ſeveriſſimis ſanctioris diſciplinæ inſtitutis religioſorum Ordinum reformationes in hac Provincia, aut à Provincialibus poſtularunt, quorum, aliorumque Religioſorum opera Catholicæ religionis cultus in hac Ciſalpina Gallia noſtro hoc ævo mirificè floret. Felix prorſus regio, quæ & errorum monſtra venenata aliunde invecta non ſuſtinet, & ſua ipſa pietatis exempla late diffundit, quod facile eſt & vetuſtis, & recentibus exemplis comprobare. Nam & ſub Paganis ante Conſtantinum Imperatoribus ſæviente perſecutionis gladio non ſuccubuit, & poſt Conſtantinum Arriana hæreſi Italiam, Chriſtianumque Orbem univerſum pene occupante, Ciſalpinæ Gallię propugnandæ, vel unius Ambroſii Mediolanenſis auctoritas ſuffecit. Quin etiam Gothos poſt conſtitutas in hac Gallia ſedes veterem ſuperſtitionem depoſuiſſe, & Chriſtianam pietatem induiſſe conſtat: idemque multo felicius contigit Longobardis, qui cum initio Idololatræ eſſent, & Capræ caput immolare conſuevissent, quemadmodum ſcribit S. Gregorius lib. 3. Dialog. cap. 28. haud diu poſt collocatas in hac provincia ſedes, Chriſtiana ſacra ſuſceperunt. Nam Autharis tertius eorum in Italia Rex anno Domini DLXXXV. à Longobardorum in Italiam irruptione vigeſimo, abjecta gentilitate, Chriſtianam religionem ſuſcepit, ſed Arriana labe fædatus, & Longobardos fide Arriana baptizari mandavit: at quinto poſt anno Agilulphus, qui ei in regno ſucceſſit, Theodelindæ Reginæ uxoris rogatu, depoſito errore Arriano, Catholicam fidem adſcivit, cujus auctoritatem ſecuti Longobardi, & qui gentilitatis hæreſeoſque labe erant infecti, Catholica ſubinde dogmata ſunt amplexi. Agilulphus autem quaſi ſuperiorum errorum pœnitentia ductus, Eccleſias, & Monaſteria, quæ bello afflicta fuerant, inſtaurare, ac poſſeſsionibus cumulare, Epiſcopos atque Abbates, qui depreſsi fuerant, ad priſtinos redigere honores inſtituit, quæ res mirifice totius Italiæ animos reſocillavit; & Gregorius Pontifex gratiis Theodelindæ actis, litteras ad Italiæ Epiſcopos miſit, ut Longobardorum infantes nuper ſacro lavacro in hæreſi Arriana ablutos Catholicæ fidei conciliarent. Poſt exceſſum vero Agilulphi, Aldovaldo filio cum Theodelinda matre Regnum gerente, magni progreſſus Catholicæ pietatis ſtudio facti, templa paſsim inſtaurata, ac magnificis operibus exornata, Epiſcopi, & Abbates eximiis privilegiis honeſtati. Quamvis autem poſtea Aribaldus, & Rodoaldus reges Arrianam hæreſim aliquamdiu foverint, poſteriores tamen reges ab Ariperto, qui octavus ab Alboino numeratur, Catholici omnes fuerunt, & in Eccleſias eximie munifici, ac liberales; indeque catholica in Longobardia religio, uſque ad noſtra tempora perpetuo viguit, ac nunc etiam viget, nulla finitimorum Helvetiorum, aut Rhætorum hæreſis contagione infecta. Certe quod pertinet ad pietatem catholicamque religionem, adeo in uno colendo numine catholicave veritate dedita eſt, ita piis ſtudet operibus Provincia hæc, ut inſigniter religioni addictos ubique & ſemper ſanctos protulerit viros, condecorata plurimorum Martyrum ſanguine, illuſtrata ſanctimonia vitæ. Quæ omnia illi ſi deeſſent, unus tamen Carolus Cardinalis Borromæus, cujus noſtris temporibus effloruit ſanctitas, illam potuiſſet illuſtrare. Cæterum Epiſcopatuum ordinatio in Longobardia eſt hujuſmodi. Sunt in ea, lato modo ſumpta, Diœceſes viginti quinque, duæ Archiepiſcopales, & viginti tres Epiſcopales. Archiepiſcopatus ſunt Mediolanenſis in Tranſpadana, & Bononienſis in Ciſpadana. Ex quibus undecim ſuffraganei ſunt Metropolis Mediolanenſis, nempe Brixienſis, Cremonenſis, Bergomenſis, Alexandrinenſis, Novarienſis, Laudenſis, Dertonenſis, Caſalenſis, Albenſis, Aquenſis, Vigievanenſis. Sunt ſuffraganei Archiepiſcopatus Bononienſis, Placentin. Parmen. Mutinen. Cremen. & S. Domnini: duo juncti in Provincia Aquilejenſi, Veronenſis, & Comenſis, duo in Provincia Ravennatenſi ſcilicet Comaclenſis, & Ferrarienſis, duo exempti, Papienſis, & Mantuanus. Rurſus ex omnibus Longobardiæ Epiſcopatibus duodecim ſunt in Tranſpadana, tredecim in Ciſpadana. De Bononienſi Metropoli ejuſque ſuffraganeis Epiſcopis fuſe in 2. tomo: de Epiſcopis Comaclen. & Ferrarienſibus in eodem egimus tomo: Ticinenſes, ac Mantuanos Epiſcopos, qui immediate Pontificem Romanum agnoſcunt, numeravimus in noſtro 1. tomo inter exemptos Romanæ Provinciæ Epiſcopos. Modo hic Mediolanenſis Eccleſiæ Archipræſules enarrabimus, deinde illius Eccleſiæ quindecim ſuffraganeos, quorum quatuor, Albintimilienſis ſcilicet, Aſtenſis, Saonenſis, & Vercellenſis, qui extra Longobardiam ſunt, ſed cum Archiepiſcopi Mediolanenſis faſces venerentur, & colant, in numerum ſuffraganeorum illius Eccleſiæ rejiciuntur. Novocomenſes, & Veronenſes Epiſcopos omittimus, quod Aquilejenſi Patriarchæ parent.

METROPOLIS MEDIOLANENSIS

Cujus, qui ſequuntur Suffraganei ſunt.

Epiſcopatus
(Albenſis.
(Albintimilienſis.
(Alexandrinenſis.
(Aquenſis.
(Aſtenſis.
(Bergomenſis.
(Brixienſis.
(Caſalenſis.
(Cremonenſis
(Derthonenſis.
(Laudenſis.
(Novarienſis.
(Saonenſis.
(Vercellenſis.
(Viglebanenſis.




MEDIOLANUM nobiliſsima Civitas, Inſubriæ caput, ut fabuloſa quorundam figmenta ſileantur, ex certiori ſcriptorum opinione, fuiſse ædificata narratur à Celtis Gallis, qui in Italiam deſcenderunt cum Belloveſo Duce temporibus Tarquinii Priſci Romanorum Regis, ante conditam Chriſtianam ſalutem DLXXXXVI. anno, in planicie trans Padum inter Ticinum, & Lambrum amnes. Inde enim Hetruſcis antiquis dominis depulſis, ibi pluribus Civitatibus fundamenta jecere, quorum caput fuit Mediolanum, ubi quondam parva, ſed antiquiſsima Civitas fuerat, quæ pluribus ædificiis incoliſque aucta propemodum nova civitas ſtetit. Utcumque ſe res habuerit, Livius, Calchus, Alciatus, Corius à fabellis procul ſcriptores, tantæ fundatæ urbis in Belloveſum Ducem gloriam retulerunt. Quare vero Mediolanum fuerit appellatum, haud ſatis convenit inter ſcriptores. Credidere ſiquidem alii ita fuiſse dictum à media lanoſa ſue, B quam auctor in fundamentis reperiiſse narratur, ac etiam nunc in Foro Mercatorum marmorea ejus Porcæ effigiem, antiquæ originis monumentum proſtare: alij vero quod inter Lambrum Ticinumque flumina medium locum teneret; contendunt alii in memoriam Gallici Melioduni ejuſmodi no-

A men illi obveniſse. Nec defuere, qui reliquerunt ſcriptum, eam civitatem primum Inſubriam Pentheniamque fuiſse nominatam, à lanata Sue ſcilicet utriuſque Populi inſigni, qui cum Belloveſo conſpirarunt ad bellum. Primi etenim pro inſigni tulerunt arietem, alteri ſuem, quæ ſimul juncta lanatam ſuem fecerunt, indeque Mediolanum nomen factum civitati, quam ædificaverant. Innuit fortaſse hoc ipſum Claudianus in nuptiali carmine Honorii, & Mariæ.

Jam Ligurum terris ſpumantia pectora Triton,
Appulerat, laſſoſque fretis oſtenderat orbes
Continuo ſublime volans ad mœnia Gallis
Condita lanigeri ſuis oſtentantia pellem
Pervenit.

Sidonius Apollinaris lib. 7. epiſt. cum illuſtriores Orbis Civitates commemoraret, id non prætermiſit, cum diceret:

Et quæ lanigero de ſue nomen habet.

B Itaque Mediolanum Inſubrum, dum res eorum floruerunt, caput extitit, omnibuſque late Ciſalpinæ Galliæ populis imperavit. Gallis multo tempore paruit, donec Marcellus Conſul debellato Virdumaro Inſubriæ Rege, Romanæ ditioni illud adjecit. Gallis ſubactis eandem potientibus rerum Romanis retinuit dignitatem: etenim vigente populo Prætor Galliæ forum ibi egit, & re ad Imperatores

trans-

tranſlata ibidem Liguriæ Conſularis conſedit, quin ipſique, & nonnumquam Romani Cæſares ſedem hic Imperii collocarunt, ut Philippus, Maximianus, Conſtantius, Theodoſius, Valentinianus, Honorius, Ludovicus, & alii recentiores; fuitque Romano ſub Imperio Mediolanum ea nobilitate, opuleotia, publicorum operum magnificentia, & civium, inquilinorumque frequentia præditum, ut facile ſecundum à Roma dignitatis atque amplitudinis teneret gradum: ſiquidem ut Auſonius Gallus poeta cecinit, Circum, theatrum, templa, palatium, porticus, thermas Romanam magnificeotiam æmulantes habuit; ſic enim inquit:

Et Mediolani mira omnia; copia rerum,
Innumeræ, cultæque domus fæcunda virorum;
Ingenia, antiqui mores, tum duplice muro
Amplificata loci ſpecies, populique voluptas
Circus, & incluſi mores cuneata theatri,
Templa, palatinæq; domus, opulenſque moneta,
Et regio Herculei celebris ſub honore lavacri,
Cunctaque marmoreis ornata periſtyla ſignis,
Mœniaque in valli formam circumdata limbo.
Omnia quæ magnis operum velut æmula formis,
Excellunt, nec juncta premit vicinia Romæ.

Horum porro ædificiorum veſtigia nunc etiam poſt tot Urbis direptiones, & incendia monſtrantur. Nam Capitolium fuit ad S. Salvatoris, & Brovettum vetus, Arenarium, ubi nunc Arengum appellant, circum indicat Ædes S.Mariæ ad circum nuncupata; Theattum Ædes S.Victoris ad Theatrum dicta, Amphitheatrum Ædes S.Stephani in Brolio, Ergaſtum, quo feræ incluſæ ad Amphitheattales ludos aſſervabaotur, eo fuit loco, ubi ounc ædes S. Nazarii, Thermæ Maximiani Auguſti, ædificium, & Templum Herculis fuere ubi nunc eſt ædes S. Laurentii, palatium vero Trajani indicat ædes S. Georgii io palatio nuncupata; fuit & gymnaſium liberalium artium, ubi Virgilius philoſophicam ſumpſit togam, Albuccius Novarienſis, ac S.deinde Auguſtinus Rhetoricam docuit. Prodiere inde Statius Cæcilius poeta Mediolanenſis, Symmachus, Plinius, Auſonius, & alii præſtantiſſimi ſcriptores. Verum ubi Gothorum barbara natio Italiam invaſit, & Ticini regiam collocavit, Mediolani cœpit majeſtas, & amplitudo imminui. Gothorum exemplum ſecuti Longobardi regiam & ipſi Ticini habuerunt. Itaque ſub Longobardis etiam Mediolaneoſis Urbs non admodum floruit. Poſtea vero quam Carolus Magnus ablato Longobardis Italiæ regno ſanctionem tulit, ut Archiepiſcopus Mediolanenſis ex decreto vetere Gregorii Pontificis jus legendi reges haberet, & Modœtiæ corona redimiret, hinc Archiepiſcopi, & Civitatis creſcere potentia cœpit adeo, ut ipſe aliquando Archiepiſcopus contra ipſam Romanam Eccleſiam caput erigeret. Francorum deinde in Mediolanenſem Eccleſiam atque Urbem beneficia, Germani, qui Francis in Regno ſucceſſerunt, & confirmarunt liberaliter, & auxerunt. Atque Otho ipſe, qui Valperti Archiepiſcopi favore vocatus in Italiam fuerat, Archiepiſcopum ac ſucceſſores multis iiſque amplis beneficiis, ac ditionibus ornavit, quibus Eccleſiæ ac urbis Mediolanenſis potentia magis eſt aucta. Nam penes eum cum delectis duodecim ex nobilitate Conſulibus totius erat civitatis imperium, & jus vitæ, necisque habebat, unde Comitis nomen ferebat, ac jus illud per Vicecomitem exercebat. Vicecomes autem gladio ſtricto Prælato incedebat, atque omnia cum Conſulibus peragebat. Erat itaque Mediolanenſis libera reſpublica, in qua principatum Præſul obtinebat, ſicque diu floruit hæc Civitas finitimis circumquaque urbibus aut ſubactis, aut bello tentatis uſque ad Fridericum Æneobarbum, qui anno 1158. Mediolanum evertit, civeſque exulare coactos diris modis afflixit; ſed Mediolanenſes, & Galdini Archiepiſcopi viri ſanctiſſimi, & Alexandri III. Pont. Max. ſtudio, cujus & Eccleſiæ partes contra impium Imperatorem perpetuo tutati fueraot, brevi patriam, & potentiam priſtinam re-

A ceperunt. Ergo anno 1171. muros urbis latius protulerunt, templis Ss. Ambroſii, Laurentii, Nazarii, & Euſebii, quæ ante excidium vetere murorum ambitu excludebantur, intra mœnia comprehenſis, Conſules propriis impenſis foſsæ emiſſarium cum Turri, Archiepiſcopus Epiſcopium magnificentiore quam ante fuerat opere ædificavit, & pœna propoſita ſancitum eſt, ne quis Friderici nomen in ſermooibus uſurparet, & ſublati Comites, quos ille io Caſtris proximis conſtituerat. Quamobrem indignatus Fridericus, in Mediolanenſes infeſto rurſus agmine contendit; illi autem benigno aſpirante numine ad Lignanum ſummo prælio confligunt, & victorem antea Cæſarem ſuperant, ejuſque cædunt exercitum ipſo die S.Martyris Siſinnii. Qua clade afflictus Fridericus anno 1183. pacem Conſtantiæ cum Mediolanenſibus, ac ſociis Lombardiæ Civitatibus conſtituit, cujus conditionibus & Mediolanenſium, & totius Lombardiæ libertas conſtabilita fuit; quin & tertio poſt anno promiſit
B ſe cum nulla Lombardiæ, Romaniæ, aut Marchiæ Civitate inconſultis Mediolanenſibus ſocietatem initurum. Hinc poſtea ejus filius Henricus VI. anno 1188. Mediolanenſibus jus Prætoris pro arbitrio creandi conceſſit, qui Comes eſset, & jus vitæ neciſque haberet: quo facto apud eos antiquum jus Vicecomitis exolevit. Sub Comitibus vero multa deinde Mediolanenſes cum finitimis Cremenſibus, Cremonenſibus, atque Bergomatibus vario eventu bella geſſerunt, ac Federicum II. Imp. Eccleſiæ hoſtem magno, ac mirabili prælio ſuperarunt, novamque urbem Victoriam ab eo in Parmenſi agro conditam funditus deleverunt anno Domini 1248. urbemque ſuam Cæſareis ſpoliis exornarunt. Sic florebant res Mediolanenſium, & ſummam inter finitimos belli, ac pacis artibus partam induſtriæ ac poteotiæ famam obtinebant; cum dira illa ad humani generis perniciem inventa Guelphæ, ac Gibellinæ nomina ex inferis prodita Mediolaoum irrepſere. Ergo potens civitas & opulenta ſciſsa eſt in duas par-
C tes, quarum alteram popularem, ſcilicet Turriani, alteram nobilium Vicecomites Principes tuebaotur; ac initio quidem Turriani à populo duces creati patritiis exulare juſſis urbem tenuerunt. Quo tempore navigabilis foſsa, Navilium majus appellant, Mediolanum ducta. Martinus autem Turrianus urbis dominationem arripuit anno 1257. fratreque Archiepiſcopo per vim creato patrimonium Eccleſiæ Mediolanenſis invaſit, nequicquam ſummo improbante Pontifice, qui Othoni Vicecomiti Archiepiſcopo rite creato ſtudebat. Sed anno 1277. Otho ipſe Archiepiſcopus Dux à nobilitare factus, Turrianos ad Decium Oppidum commiſso prælio ſuperavit, & Mediolanenſis urbis imperium nobilitatis potiſſimum armis arripuit, idque tandem Caſſone Turriano ad Vaurum cum octo millibus ſuorum cæſo ſtabilivit. Sicque Civitas, atque Eccleſia Mediolanenſis libertatem, quam à Carolo Magno ad id uſque tempus quingentos propemodum annos retinuerat, prorſus amiſit, imperio urbis ab
D Othone ad propinquos hæreditario veluti jure tranſmiſso, qui ab Venceslao Imp. Ducis titulum obtinuerunt anno 1393. iis autem extinctis Sfortiani ſucceſſerunt, quos iterum cum Ludovicus XII. Rex Gallorum fregiſset, Mediolanum ſuæ ditionis fecit; quo amiſso, iterum Franciſcus Rex, eſt potitus, rurſuſque rediit ad Franciſcum Sfortiam Ludovici filium, cum Gallorum io ea Civitate exoleviſset imperium, donec Carolus V. Imperator, poſt Sfortianos, qua fato, qua belli fortuna deletos Mediolanenſem Ducatum in filium Philippum II. Hiſpaniarum Regem transfudit. Sub quorum regum dominatu Mediolanum hactenus efflorescit. Et hæc quidem de politico ſtatu Mediolani ſatis dicta ſint à nobis, præcipue quibus ſemel conſtitutum eſt de ſpiritualium rerum progreſſione tractare.

Conſtat igitur fere apud omnes, S.Bernabam Apoſtolum Mediolaneoſem fundaſse Eccleſiam, eoque acceſſiſse anno Domini 51. ubi duobus fidiſſimis

ſociis, ac alnmnis Anatholone Græco, Cajoque Romano comitatus evangelicæ prædicationis uberem ſructnm tulit. Poſtque ſeptem annos, quibus piures erudierat ad pietatem, Brixiæ Narno diſcipulo relicto Epiſcopo, in Cyprum Inſulam trajeciſse, cum prius Anatholonem ſocium Eccleſiæ Mediolanenſis Epiſcopum ordinaſset, quem paulo ante Brixienſem Epiſcopum conſtituerat. Chriſtiana fides Mediolani mirum in modum crevit ſub Anatholonis Pontificatu, prædicantibus Nazario, & Celſo, qui ibidem effuſione proprii ſanguinis per martyrium illam couſecrarunt. Nec impar augmentum cepit Præſule Cajo, per Philippum Oldradum opulentiſſimum Civem, quem idem Cajus cum tota familia ſacro fonte abluerat. Quibus addere poſſumus Vitalem & Valeriam Martyres, illorumque liberos Gervaſium Protaſiumque glorioſos gemellos. Ibidem Fauſtinus, & Jovita Brixiani palmam ſumpſere martyrii, cum innumeris aliis, qui eandem Mediolanenſem ſuo ſanguine illnſtrarunt Eccleſiam. Quid? quod in ea ſancti ſanctis Præſulibus certatim videbaatur ſuccedere, ut ſi nnam Romanam Eccleſiam excipias, nulla Mediolanenſi habeatur ſœcundior vel Martyrum triumphis, vel confeſſorum gloria, vel Pontificum dignitate, ſingulari ſanctimonia vitæ conjuncta. Ex omni autem clara & illnſtri centum, & viginti octo Mediolanenſium Archipræſulum longiſſima ſeculorum ſucceſſione quadraginta, & amplius Divorum adſcripti numero ſeruntur, quos inter longe clariſſimus fuit Ambroſius, qui ſeniore imperante Valentiniano ex Conſulari Epiſcopus acclamatus mirum in modum doctrina atque exemplo Mediolanenſibus, ac finitimis populis proſuit ad ſalutem. Ex quo Eccleſia Mediolanenſium non aliter atque Urbs ipſa non ſolum magnam inter vicinas ſibi authoritatem conciliavit, ſed inter Italicas Eccleſias ad id pervenit faſtigii, ut jam nec Ravennati, nec Aquilejenſi Præſulibus ne latum quidem unguem concedere videretur. Quin olim, ut mutuam invicem paritatem dignitatis oſtenderent, & Mediolanenſis inaugurabatur ab Aquilejenſi, & hic viciſſim conſecrandus thronum Mediolanenſem reverebatur.

Cæterum quæ olim dignitas fuerit Archipræſulum Mediolanenſium, illud maxime declarat, quod Mediolanenſes Antiſtites jus conſtituendi & inaugurandi Longobardorum, & Italiæ Regis non Longobardicis tantum, ſed & Francicis, ac Saxonicis, Suevicisque temporibus obtinuerunt. Sic enim Mediolanenſes produnt Annales. Mediolanenſem Archiepiſcopum eo iure à S. Gregorio Magno Romano Pontifice decoratum, ut vacante Italiæ Regno ipſe poſt quatuordecim dies ſuffraganeorum ſuorum concilium advocaret, atque ex eorum ſententia Regem conſtitueret, eumque corona Ferrea à Theodelinda Regina inſtituta Modœtiæ redimiret. Quod jus à Rege ullo Longobardorum uſurpatum Paulus Diaconus nuſquam oſtendit, imo morem eis fniſſe addit, ut haſtam regi declarato porrigerent. *Verum ne auctoritatem prorſus Mediolanenſibus abrogem*, ait Carolus Sigonius, *illud facit, quod coronam hanc ferream poſt Carolum Magnum omnibus Italiæ regibus video deinceps fuiſſe ſolemnem, & quod hoc muneris Gregorium Theodelindæ petenti tribuiſſe non ſit abſonum, vel ut gratiam Reginæ referret, cui plurimum ſe debere ipſo in Epiſtolis confitetur, vel ut Archiepiſcopo acceſſionem dignitatis adjungeret, quam ſuperioribus annis Longobardorum immanitate afflictam proſtratamque fuiſſe ſentiret.* Igitur Thomas Archiepiſcopus Mediolanenſis Carolum Magnum victorem, & poſcentem Modœtiæ maxima cæremonia coronavit, quæ in rituali antiquiſsimo, qui Ordo Romanus vocatur, deſcripta eſt. Ubi enim poſcenti Archiepiſcopo populus reſpondiſſet eum Regem velle, tum Præſul regis caput, pectus, ſcapulas, atque ipſas brachiorum compages oleo ſancto ungebat, Deum orans, ut & in bello gerendo, & in ſobole propaganda votis ejus annueret; ornato inde enſe, armil-

A lis, pallio, anulo, & ſceptro coronam imponebat; & per chorum ductum in ſolio collocabat, atque oſculo pacis oblato divinam inde rem faciebat. Acta hæc memorantur anno ſalutis 774. Ex quo tantum Mediolanenſi Civitati, & Eccleſiæ ſplendoris accrevit, ut & Papiam veterem Regni ſedem celebritate, ac potentia ſuperarit, & Archiepiſcopus in poſterum de dignitate cum Ravennati contendere non dubitarit. Caroli deinde exemplo & hortatu idem Thomas Pipinum ejus filium anno 781. ferrea corona pariter donavit, ſicque deinceps poſteriores Archiepiſcopi eos, qui ſucceſsere, Italiæ Reges ornarunt, Petrus Bernardum Pipini filium anno ſal. 813. Anſelmus Lotharium Ludovici Pii filium, quibus temporibus tanta fuit horum Archipræſulum potentia, ut Angilbertus Archiepiſcopus Lothario hoc regnante ab Eccleſia Romana circa annum 844 non comperta de cauſa deſciſcere auſus fuerit, tantumque exemplo in poſterum valuerit, ut non niſi poſt ducentos, & quinquaginta annos Eccleſia Me-

B diolanenſis ad Romanæ obedientiam, authoritatemque redierit uſque ad annum Jubilæi 1095. cum Urbanus II. Pontifex Claromontem pergens Mediolanum progreſsus Arnulphum Archiepiſcopum ab Henrico IV. Rege datum, nec legitime conſecratum, e Cœnobio, in quo latebat, eductum pallio decoravit, ſicque Eccleſiam Mediolanenſem in gratiam & obedientiam Romanæ Apoſtolicæ Sedis recepit. Nec Romanis ſolum Pontificibus, ſed Italiæ Regibus formidabiles fuere Archipræſules Mediolanenſes. Nam Lambertus Archiepiſcopus iratus Beringario Regi repetenti à ſe hominem captum Rodulphum Regem Burgundiæ adverſus eum vocavit anno 920. rurſus iratus Rodulpho, ex Joannis Pontificis, Principumque ſententia Ugonem Comitem Arelatenſem adverſus eum vocavit & coronavit anno 927. Unde Ardericus Archiepiſcopus Berengarium II. adverſus Ugonem Regem accivit, tantumque ejus valuit authoritas, ut Mediolanenſes præſentibus Ugone & Lothario Regibus, Ugo-

C nem pro Rege colerent. Quid plura? Nonne Valpertus Archiepiſcopus Berengarii & Adelberti Regum injuriis provocatus unà cum Agapito Pontifice Othonem Magnum Germaniæ Regem ad Italiæ Regnum vocavit, & profectum Mediolani in Eccleſia S. Ambroſii coronavit, atque ita Regnum Italiæ ad Germanos tranſtulit? Ex quo Eccleſiæ Mediolanenſis potentia mirifice eſt aucta, poſterique Archiepiſcopi poſteros coronarunt Reges, non modo Saxonici ſanguinis ſed etiam Suevici. Sic Arnulphus Henricum I. qui Sanctus fuit, Heribertus Rodulphum, Jordanes Henricum IV. Obertus Fridericum Æneobarbum, Milo Henricum VI. Obertus Othonem V. Caſſo Turrianus Henricum VII. Robertus Vicecomes Carolum IV. & Bartholomæus Capra Sigiſmundum Ferreo diademate ornarunt. Nec tantum coronare Italiæ Regem, ſed eundem futurum Imperatorem Romano Pontifici offerre Mediolani Antiſtites conſueverunt. Anno itaque Chriſti 1027. cum Conradus Italiæ Rex die

D Reſurrectionis in Baſilicam Vaticanam Auguſtalia Inſignia à Joanne XIX. Pontifice accepturus veniſſet, cumque abſente forte Hereberto Archiepiſcopo Mediolanenſi Arnoldus Archiepiſcopus Ravennas Regem manu prehendiſſet, ut ipſum Pontifici pro ara ſtanti offerret, ea re animadverſa Legati Mediolanenſis Archipræſulis munus id eſſe ſui clamaverunt, qui Regem Italiæ legendi & coronandi jus obtineret: & in eorum favorem Conradus pronunciavit, & Pontifex annuit. Cum vero Herebertus juſta de cauſa abeſse diceretur, juſsit Pontifex, ut Ardericus Vercellenſis Epiſcopus ſervatas Metropolitano ſuo vices impleret; atque ita ab Arderico Conradus oblatus aureum diadema ſuſcepit. Nec vero de coronatione tantum Regis, deque oblatione Imperatoris, ſed de præceſsione etiam, præcipuoque loco Mediolanenſes Archipræſules cum Ravennatibus contenderunt. Nam Vido Archiepiſcopus, qui proxime Hereberto ſucceſſerat,

in Conventu Lateranenſi anno Domini 1047. cum A
Clemens II. ſediſſet, & Aquilejenſis Patriarcha dex-
teram, lævam Archiepiſcopus Ravenoas occupaſ-
ſet, inclina ote jam ad veſperam die dexteram ſedem
poſtulavit, Concilium Symmachi Pootificis me-
morans, in quo Mediolaneuſis primo loco ſediſſet.
Cum vero Hunfridus Archiepiſcopus Ravennas li-
teras protuliſſet Joaonis Pontificis, qui Symmacho
ſucceſſerat, lo quibus ſcriptum erat id Petri Archie-
piſcopi Ravennatis ſubmiſsione Mediolaneoſi con-
ceſſum, atque Joanoem ipſum ſaoxiſſe, ut abſen-
te Cæſare dextera Ravennati, præſente ſiniſtra
tribueretur, patres rogati lo hanc ſeotentiam reſ-
ponderunt. At parum fuerat Raveonatum Aoti-
ſtitum depreſsiſſe ſupercilium, quod Exarchis Ita-
liam prementibus erexerant, niſi Romanorum quo-
que Pontificum ſummæ poteſtati ſe oppoſuiſſent.
Hinc ipſe Vido, eo ſiquidem authore Mediolanen-
ſis Eccleſia repudiavit decreta Stephani Romani
Pontificis de ſervando à Clero cœlibatu, deque tol-
lenda ſimooia, quin & in Concilio Provinciali ex B
ſuffraganeorum ſententia pernicioſa, ac ſacrilega
lata lex, ot Presbyteris uxores habere liceret, quæ
etſi Petri Damiani viri ſaocti Nicolai II. Pontificis
legati opera paulo poſt fuit antiquata, magnarum
tamen ſeditionom caoſa fuit, cum plerique Cleri-
corum cælibatum ſervare recuſareot. Sed Medio-
lanenſium Archipræſulum opes ut explicentur, de
menſa Archiepiſcopali nobis dicendum. Menſæ
igitur Archiepiſcopalis, cenſus ampliſſimi quon-
dam fuerunt. Nam Carolus Magnus Petrum Ol-
dradum Mediolani Archiepiſcopom Adriani I.
Romani Pnutificis Apocriſarium, & ab eo ad Ca-
rolum in Italiam evocandum miſſum Regali pala-
tio, atque Urbis ipſius imperio donavit, ut liber de
Mediolanenſium Antiſtitum ſucceſsione editus te-
ſtatur. Quod quidem haud difficile creditu
eſt, ſi quis immenſam, atque omnem fidem
ſuperantem ipſius Caroli erga Epiſcopos non mo-
do Italicos, ſed Germanicos, & Francicos libe-
ralitatem, ac munificentiam æſtimare velit: quip- C
pe qui, ut certiſsimis antiquitatis monumeotis con-
ſtat, horum pleroſque Principes effecit earum ur-
bium, quarum Præſules eſſent. Eccleſiaſtico gla-
dio gladium jungens temporalem. Et quidem ipſi
Mediolanenſes Antiſtites ſive Imperatorum dona-
tione nixi Principem in Mediolanenſi Repub. lo-
cum poſt Caroli Magni tempora perpetuo teoue-
runt uſque ad Othonem Vicecomitem Archiepiſco-
pum, qui ſedere cœpit aono 1256. Amplificavit
maxime ſedis hujus patrimonium Otho I. Impera-
tor, qui Valperto Archiepiſcopo à quo ad Regnum
Italiæ vocatus, & coronatus Mediolani fuerat, pro
accepto beneficio vicem referens, ditiones donavit
ampliſsimas, Comitatum Parabiagi, Seprii, &
Balzariæ, ducatum item Bulgariæ, Marchionii,
Marthelii anno Chriſti 961. qua ditione amplifica-
tis Archiepiſcopi opibus & auctoritate Arnulphus
Archiepiſcop. qui Valperto ſucceſsit, cum duode-
cim lectis ex nobilitate Conſulibus totius Civitatis
imperium juſque vitæ, & necis haboiſſe legitur, D
unde Comitis nomen tulit, ac jus illud per Viceco-
mitem exercebat. Vicecomes autem gladio ſtricto
prælato incedebat, atque omnia cum Conſulibus
negotia peragebat. Itaq; cum vaſſallorum præte-
rea, & Epiſcoporum ſibi ſubjectorum ardentia ſtu-
dia teneret, ac maximis opibus, fortunisque flore-
ret, facile ſecum totam Civitatem trahebat, jam-
que juris ſui vel retinendi, vel amplificandi cauſa
modo ad ſeditiones, modo ad bella exercenda addu-
cebat. Neque id ſolum animos faciebat, quod cum
Archiepiſcopus à Regibus ipſis inſtitueretur, ac
Reges ipſe contra conſecraret, atque ad accipien-
dum Imperium præpararet, maximis ab iis erat pri-
vilegiis decoratus, verum etiam, quod maximas
non ſolum io Urbe Mediolani, ſed etiam in tota
Longobardia opes habebat, cum plurimis Epiſco-
pis, Capitaneis, & Valvaſoribus imperaret, ma-
jeſtatem etiam afferebant homines variæ digoitatis

ei aſsidentes. Arnulpho Gotiſredus ſub Othone II.
& huic Landulphus ſub Orhone III. ſucceſsit Impe-
ratoris opera iovito popolo, à quo pulſus, quod fra-
trem Ducem creare vellet, inde pace cum civibus
facta ad eos ſibi obſtringendos bona Eccleſiæ eis feu-
di nomine diſtribuit, & Capitaneos inſtituit circa
annum Dom. 676. Capitanei verò ea bona aliis com-
municarunt, qui Valvaſores vocati ſunt. Inter
Capitaneos ab eo creatos tres memorantur fratres
Capitanei facti Oppidorum Carani, Pirovaoi, &
Meregnani. Ex quo intelligitor ea Oppida ad pa-
trimonium Eccleſiæ pertinoiſſe. Ejus deinde ſuc-
ceſſor Arnulphus ab Henrico Rege, quem in locum
Othonis ſine liberis defuncti corona verat anno 1015.
pronunciatus eſt Comes ditionum Ugonis, & Be-
ringarii Comitum, qui quod agrum latrociniis in-
feſtum reddiderunt, victi, ac proſcripti ab eo fue-
raot. Arnulphi ſucceſſor Herebertus pleroſque no-
bilium Mediolanenſium feudis, ac nobilitate pri-
vavit, atque Urbe ejecit, qui junctis animis, &
viribus Mottam Oppidom inter Mediolanum, &
Laudem ſitum muniverunt, & ſedibus hic conſti-
tutis Motteoſens appellati ſunt. Cæterum tantum
faſtigii Mediolanenſi olim Eccleſiæ exitio fuit, ot
vel ſemel diximus, cum ejus Eccleſiæ Præſules Ro-
mano Pontifici reluctari auſi fuiſſent, Pontifex Ja-
nuæ oovo Archiepiſcopo ioſtituto, eidemque iis
ſuffraganeis attribuit, qui olim Mediolanenſi pare-
bant, decurtatam rebelli Archiepiſcopo Inſubriæ
juriſdictionem, & cenſus reliquit; haud tamen ita,
ut non ampla, ideſt trecentorum milliariorum diœ-
ceſi potiretur, quà una ditione omnes alias Italiæ
ſedes anteire adhuc videtur, Cenſus vero anouus
nunc Meoſæ Archiepiſcopalis eſt fere ſcutorum
duodecim millium, taxatur tamen in libris Came-
ræ Eccleſiæ, hæc florenis mille, Ædes vero pro
domicilio Archiepiſcopi, & Canonicorum ampliſ-
ſimæ, ac pulcherrimæ extaot prope templum Me-
tropolitanum via dumtaxat publica interjecta, ſed
ſubterranea etiam via aditus ex iis patet lo ipſum
Templum Metropolitanum.

Metropolitaoum Templum contuentibus mira-
culo eſt, ſive magnitudinem ſpectes, ſive archite-
ctonicæ elegantiam, ſive compoſtorum marmorum
ſtupendam molem, ſive ſtatuas, ſignaque tam fo-
ris, quam iotus, non loquentia tantum, ſive de-
mum ſacrarum reliquiarum theſaurum, miniſtro-
rum numerum, ritum, ac dignitatem, quibus exor-
natur, contempleris. Dignum plane videtur, quod
Deiparæ Virgini Mariæ conſecretur. Hujus ædifi-
cii area patet io longitudinem palmos Romanos
noningentos, in latitudinem quadringentos trigin-
ta quinque, ſumma altitudo, abſoluto opere, futu-
ra palmorum quingentorum quinquaginta duorum;
Columnæ in ambitu quinquaginta duæ, ſtatuæ mar-
moreæ ad quatuor millia quadringenta quinqua-
ginta in deſignatione operis addenda ſunt, ut vel
ex hoc intelligi poſsit quanti ſumptus ad hujus tem-
pli perfectionem deſidereotur. In primis ſunt bina
organa muſica, & duo ſuggeſta, quorum hæc qua-
tuordecim, illa ſexagiota duo aoreorum millia in
ſumptu conſtituta ſunt. Admirabilis hujus ædificii
fundamenta jacta ſunt anno ſalutis 1386. Joanoe
Galeatio Vicecomite Mediolani Duce, & Antonio
ex Marchionibus Salutiarum Archiepiſcopo ſeden-
te. Aram maximam Martinus V. Pont. Max. coo-
ſecravit; Pius IV. æneo tabernaculo exornavit;
atque ampliſsimis indulgentiis, quas ſuperiores
Pontifices Bonifacius IX. Eugenius IV. Pius II. Leo
X. Alexander VI. Adrianus VI. & Clemens VII.
alternis annis huic Eccleſiæ & majori Hoſpitali
conceſſerant, inſuper addidit plenariam omnium
peccatorum veolam viſitantibus Aram hanc ſan-
cto die Natalis, Reſurrectionis, & Corporis Do-
mini, & in Nativitate Beatiſsimæ Virginis; reli-
quis diebus centenos anoos. Hic quieſcunt corpora
SS. Monæ, Dionyſii, & Galdini Mediolani Anti-
ſtitum. Hic trium fratrum Cantii, Cantiani, &
Cantianillæ. Hic Aurelii Epiſcopi Vicadicianæ

Ci-

Ciritatis Armeniæ, ejus qui S. Dionyſii corpus Mediolanum adduxit, & inter oſcula, & amplexus B. Ambroſii ſpiritum Deo reddidit. Hic corpus S. Maximi, & militis, e regione Thebanorum, & corpora trium puerorum Innocentium. Hic caput S. Theclæ diſcipulæ S. Pauli, & fœminei ſexus Prothomartyris, translatum ex antiqua Collegiata Eccleſia Theclæ nomini ſacra, quam Ferdinandus Gonzaga, Pontifice probante, in munienda Urbe delevit, tantopere B. Ambroſio, Gregorio Nazianzeno, & Baſilio celebratæ. Caput S. Chriſtinæ Virginis & Martyris. Extant cineres S. Pelagiæ, & Clavus, quo affixus eſt Dominus Noſter Jeſus Chriſtus, quatuor ſpinæ coronæ ejuſdem ſummi Regis Jeſu Chriſti cruore conſperſæ. Hunc Clavum S. Archiepiſcopus Carolus anno 1576. ſæviente peſtilentia ſolemni ſupplicatione, ac nudis pedibus per Urbem circumtulit, & plurimis Civium funem collo pœnitentiæ indicem ferentibus, ac divinam expertus opem conſtituit, ut quotannis feſto inventionis Dominicæ crucis die ſolemni ſupplicatione deferretur. Sacris in hac celeberrima Baſilica miniſtrantium numerus ferme 300. & in primis Canoniei quinque, dignitate eminent Archipresbyter, qui primam poſt Pontificalem ſedem habet, quam hodie implet Carolus Septalius utriuſque Signaturæ in Romana Curia Referendarius, nobilitate generis, & eruditione præclarus, Archidiaconus, Primicerius, Præpoſitus, & Decanus. His accedunt ordinarii Canonici Cardinales vocati 26. ex quibus tres, ut vocant, perſonatus Theologi, ſupremi Pœnitentiarii, & Doctoralis. Hi purpureis veſtibus in Choro, ſupplicationibus, & funeribus ad inſtar S.R.E. Cardinalium, purpureo tamen dempto capitis tegumento, utuntur, ante annos ſupra quingentos authore ejus rei Heriberto Antimiano Archiepiſcopo Mediolanenſi, qui huic Eccleſiæ præerat anno trigeſimo ſupra milieſimum. Hoc inſtitutum Damaſus II. Leo IX. Victor II. & Stephanus IX. Summi Pontifices, Mediolano forte tranſeuntes comprobarunt, ex quo poſtea Innocentius IV. ampliſſimi S.R.E. Cardinalium ordinis inſignia deſumpſit. Horum porro Canonicorum Cardinalium duodecim ex præſcripto ſunt Presbyteri, novem Diaconi, & quinque Subdiaconi. Eſt & Cimeliarcha Sacrarum rerum cuſtos; ſunt præterea Beneficiati, in quibus Magiſter cæremoniarum, Notarii quatuor, Primicerius Lectorum, qui una cum Mazaconicis nigra cappa utitur, cum caputio ex viridi interius colore nitente, Lectores in ſeudo majori quinque, Lectores in feudo minori decem, hi vero almutium pelleum brachiis deſerunt, Mazaconici 6. Capellani chorales 2. Ducales 4. Vicarii duo perpetui curam animarum exercentes, & Parochus alius ex Eccleſia S. Michaelis in Metropolitanam translatus; Capellani tituli S. Agnetis duo, Sacriſtæ duo, alter Sacrarii Aquilonaris, alter vero Meridionalis, Oſtiarii 16. Clerici Sacrarii Aquilonaris, Capellani ſtipendia accipi ſoliti 32. Præfecti fabricæ 32. & horum miniſtri Clerici 8. Muſici 25. ſtipem ab iiſdem accipientes. Accedunt præterea Clerici Seminarii alumni 140. qui & ipſi ſtationem in choro habent. Ea vero multitudo, ab omni confuſione procul, in Eccleſiaſticis exercendis muneribus ita ſe gerit, ut contuentibus ſtudium ad pietatem videatur exercere. Habent enim Ambroſiani ritus vetuſtæ pietati majeſtatem propiorem, tum vero maxime, cum ſacrificantibus in miſſis majoribus, decem laici ſeniores viri, totidemque provectæ ætatis matronæ, antiquo cultu venerabiles ſuo ſub Priori bini offertorii tempore accedentes, vinum, panemque ad uſum ſacrificii Diaconis proferunt, qui ea in argentea patena ſubjecto lineo linteo accipiunt, & Sacerdoti porrigunt. Porro in vetuſtis Mediolanenſis Eccleſiæ monumentis variæ dignitatis homines Mediolani Archiepiſcopo aſſiſtentes memorantur, nempe ſuffraganei decem & ſeptem, Archipresbyteri duo, Primicerii totidem, Præpoſitus, Archidiaconus, duo A & viginti Cardinales ordinarii, duodecim Canonici Decumani vocati, Secundicenſis, clavicularii quatuor, Terminarii decem, Notarii quatuor, totidem Magiſtri literarum, octo pueri, totidemque viri & fœminæ ſenes, quam D. Ambroſii ſcholam vocabant, & Cimeliarcha cum cuſtodibus ſexdecim ad augendam ſacrorum majeſtatem inſtituti. Hæc ergo ſunt nomina dignitatum, ac miniſtrorum, qui priſcis, noſtriſque temporibus Ambroſianis ſacris ſummo in Templo præſto eſſe conſueverunt. Hunc illud par eſſe videtur, ut de ritu ipſo Ambroſiano pauca diſſeramus. Hoc enim ad Mediolanenſis Eccleſiæ dignitatem pertinere vel maxime videtur, quod in ipſa Italia, atque adeo in Apoſtolicæ Romanæ Sedis vicinia conſtituta, ritum tamen in ſacris proprium, ac peculiarem nihiloſecius retinet, inſtar Eccleſiarum Orientalium, quæ ab ipſa Orbis terrarum principe Romana Eccleſia longiſſimo itinerum intervallo disjunguntur. Quemadmodum igitur apud Græcos SS. Patrum B Liturgiæ celebrantur, ut Jacobi Apoſt. ut Andreæ, ut Baſilii, ut Chryſoſtomi, ſic apud Latinos plures extant ſacri faciendi formulæ à ſanctiſſimis viris inſtitutæ. Verum enimvero tantum præ cæteris ſumma ſummæ Apoſtolicæ Sedis authoritas valuit, ut Ritus Romanus; qui, quod à S. Gregorio ejus nominis I. multis partibus auctus, locupletaruſque eſt, Gregorianus appellatur, univerſam Latinorum Eccleſiam in varias Orbis terræ regiones ampliſſime diffuſam facile impleverit, adeout non modo Itali, ſed Galli, Hiſpani, Germani, Sarmatæ, Britanni, Indi, quin etiam & Antipodes, & quicumque demum Latina in ſacri utuntur lingua, Gregorianum, & Romanum ſuſceperint ritum, perpaucis Eccleſiis exceptis, quarum dignitati hoc datum eſt, ut veterem, propriumque ritum retinere liceret, qualis in Hiſpania eſt ſedes Toletana, & ſi quæ ſunt aliæ. Quod ſi cui alii jure conceſſum eſt, Mediolanenſi profecto Eccleſiæ jure ſuit optimo concedendum. Ambroſianus enim C Mediolani ritus multo fuit ante inſtitutus à S. Ambroſio, quam à Gregorio. Qua de re orta aliquando Romanos inter Pontifices, ac Mediolanenſes Antiſtites controverſia, differentia divinitus in hunc modum deciſa fertur. Cum enim Magno imperante Carolo Adrianus Romanus Pontifex eo nomine I. Imperatoria ipſius præſentis authoritate ad tollendam rituum varietatem uteretur, ac proinde Romanum ritum Mediolani conſtituere contenderet, ſanctus quidam Præſul Gallus nomine Eugenius, qui cum Cæſare Romam fortè venerat, Ambroſiani ritus patrocinium ſuſcepiſſe fertur, ac divino monitu talem propoſuiſſe divinæ voluntatis explorandæ rationem. Cum enim ipſo annuente Pontifice Miſſales libri Gregorianus pariter, & Ambroſianus ſupra Aram maximam B. Petri poſiti fuiſſent, & occluſis templi foribus, fuſæ interea preces ad Deum, ut quod optimum eſſet, indicaret, mane foribus recluſis deprehenderunt Gregoriani libri folia per templum disjecta ſparſaque, D Ambroſiani vero libri per menſam Altaris dumtaxat diſperſa. Ex eo itaque Patres ſignificari dixerunt, Gregorianum quidem ritum totum in Orbem diſſeminandum, Ambroſianum vero ſua dumtaxat in Mediolanen. Eccleſia, ac Diœceſi retinendum, prout factum eſt: Ambroſianum ſiquidem Mediolanen. Civitas atque Diœceſis in hodiernum uſque diem retinet.

Hactenus de Baſilica Metropolitana. At quoniam Gregorius XIII. Pontifex Caroli Borromæi Archiepiſcopi rogatu ſeptem principes Eccleſias Mediolani ad ſimilitudinem ſeptem illarum Romanæ Urbis Eccleſiarum privilegiis, atque indulgentiis ornatas conſtituit: non alienum à ſuſcepto inſtituto videtur, ut quemadmodum in earum ſanctæ Urbis deſcriptione, poſt Patriarchium Lateranenſe illas, quæ hunc ſacrum ſeptenarium numerum conficiunt, proxime diſponunt, ita hoc in loco ſex reliquas poſt Archiepiſcopium Mediolanenſe attexa-

mus.

A mus. Secundum igitur inter ſeptem principes Mediolani Eccleſias poſt Metropolitanam locum Ambroſiana Eccleſia pluribus meritis ſibi vindicat. Hanc Ambroſius ipſe, ut à Gregorio Turonenſi proditum eſt, à fundamentis extruxit, in qua SS. Gervaſii, & Protaſii Martyrum corpora divinitus ſibi detecta repoſuit. Fuere Gervaſius, & Protaſius Pauli Apoſtoli diſcipuli, & à Nerone martyrio coronati, à Philippo Oldano tumulati ſunt, cumque trecentos fere annos latuiſſent, Ambroſio oranti una cum Paulo Apoſtolo tertium apparuerunt, & ex oſtenſo ſepulchro educti, cum per Urbem magna populi frequentia ipſo etiam Auguſtino, & Cæſaribus comitantibus ſolemni pompa ducerentur, terræ gleba ex alto in eorum capita delapſa ſanguis effluxit, quo tincta linteamina in multis adhuc Galliæ, & Italiæ Eccleſiis religioſe aſſervantur. Hic conditus eſt S. Ambroſius, cui ſancti Martyres ab altero pauliſper recedentes medium locum fecerunt, ex quo tempore Mediolanenſes Archie-
B piſcopi, S. Ambroſii imagine in medio horum Martyrum poſita pro ſigillo uſi ſunt. Hic requieſcit corpus B. Marcellinæ Virginis ſororis S. Ambroſii, quæ ſacrum velum de manibus Liberii Papæ accepit. Hic jacent corpora SS. Manſueti Archiepiſcopi Mediolanenſis, Diaconi Caſti, Polymii, Candii, Sigiſmundi Regis, & Martyris, Deſiderii Epiſcopi, & martyris, & Juſtinæ Virginis, nec non Aquilini Martyris, qui ad hanc potiſſimum viſendam Eccleſiam Mediolanum ſe contulerant. Hic S. Auguſtinus Occidentalis Eccleſiæ lumen, & columen longe præclariſſimum a B. Ambroſio una cum Deodato, & Alipio baptizatus, quocum Hymnum Te Deum laudamus alternatim cecinit, & compoſuit. In hac Eccleſia plura Concilia Provincialia habita, quæ à Brocardo commemorantur. Hic Cæſares ab Archiepiſcopis Mediolanenſibus ferrea corona ornari ſunt ſoliti, & quod in paucis Italiæ atque Europæ Eccleſiis obſervare licet, ſacris in ea operantium duplex eſt ordo, nimirum Collegium Canoni-
C corum ſecularium ſuo ſub Præpoſito 12. quatuorque Capellanorum, & præterea pulcherrimum Monachorum Ciſtercienſis Ordinis Cœnobium, ut divina diurna, nocturnaque officia, ac ſacrificia quotidie in hac Eccleſia geminentur. Nec ſilendum de Ara maxima hujus Eccleſiæ, quam aureis argenteiſque laminis, & pretioſis lapillis, atque unionibus micantem Angelbertus Paſtrela Archiepiſcopus anno ſalutis 830. viginti octo millia aureorum ſumptu dicavit. Nec item ſilendus æneus ſerpens, quem Græci ex eo conflatum aere aſſerunt, ex quo olim Moyſes ſuum in deſerto conſecerat: hunc Arnulphus Archiepiſcopus ab Othone Magno Occidentis Auguſto Conſtantipolim ad Joannem Imperatorem legatus, ut Theophaniam ejus neptem Othonis filio in matrimonium poſtularet, ex Auguſtali theſauro, ubi annulum ingentis pretii poſuerat, permittente Cæſare detraxit, ac Mediolanum tranſtulit an. 971. Confractus hic cernitur Ezechiæ Hieroſolymorum Regis opera, ne Judæi pro numi-
D ne colerent, æneus ſerpens: è regione ejus ſpectatur Rex gloriæ Chriſtus cruci affixus, ut umbræ corpus reſpondeat. Ad ſerpentem hunc ſolent Mediolanenſes matronæ ſecunda feria Paſchatis Reſurrectionis ſiſtere infantes morbo laborantes. Hujus Baſilicæ, ac Monaſterii monumenta nuperrime in lucem emiſit doctus Puricelius.

Tertia Baſilica tituli S. Simpliciani, etſi initio à B. Ambroſio Dei Genitricis, & omnium ſanctarum Virginum nomine conſecrata fuit, vulgus tamen à Simpliciani ſepulchro, nomine Simpliciani appellavit. Hic ergo conditum eſt corpus S. Simpliciani, qui B. Ambroſio ſucceſſit, & Auguſtinum ad converſionem ſalutaribus monitis maxime juvit, ut ipſemet Auguſtinus in libris Confeſſionum fatetur, qui & libros duos quæſtionum Simpliciano inſcripſit. Nec non hic quieſcunt corpora SS. Gerontii, Antonini, & Benigni Archipræſulum Mediolanenſium, SS. item Seſinnii, Martyrii & Alexandri martyrum, quæ S. Simplicianus Mediolanum attulit, quo tempore, ut ſcribit B. Paulinus Nolanus, cæcus quidam, contacto feretro, quo ſanctorum trophæa geſtabantur, è veſtigio viſum recepit. Miniſtrant huic Eccleſiæ Monachi S. Benedicti Congregationis Caſinenſis.

Quarta Baſilica S. Victoris ad Corpus, ſive Aduſti: ad Corpus dicta, quod in ea S. Victoris corpus quieſcat; Aduſta, quod ignis ab Arrianis ad S. Ambroſium hic orantem comburendum neſariè accenſus divinitus extinctus eſt. Hic enim diu S. Ambroſius magnam partem temporis egit, & complura ſuorum operum volumina conſcripſit, & ut ſcribit Paulinus Nolæ Epiſcopus, præclaram illam concionem habuit, cujus initium eſt: *Debitum fratres* &c. Porrò Victor ſub Maximiano martyrium ſubiit, corpuſque ejus feris objectum nequicquam violatum, ſed cuſtoditum potius eſt, cum neminem eò accedere permiſiſſent, niſi S. Maternum Antiſtitem, qui illud religioſe tumulavit. Hic etiam condita ſunt corpora SS. Mirocleti, & Protaſii, Datii, Mediolani Antiſtitum, Satyri fratris Ambroſii, Valentini presbyteri, & mart. Fortunati Epiſc. & mart. Saturnini martyris, Mauri Abbatis, Amatoris, Cæciliæ, & Diatheriæ Virginis, & martyris. Primus hujus Eccleſiæ fundator fuit Portius Oldanus ante annos 1300. noviſſime à Monachis Congregationis Montis Oliveti à fundamentis inſtaurata eſt.

Quinta Baſilica è primariis eſt Eccleſia S. Laurentii Majoris ad Romani Pantheonis ſimilitudinem à Maximiano Herculeo Herculi exædificata, & S. Laurentii nomine deinceps conſecrata, in qua quieſcunt corpora SS. Euſebii, Euſtorgii, Thomæ, & Laurentii Mediolani Antiſtitum. Hic jacent etiam corpora SS. Theodori, & unius ex Innocentibus.

Eccleſiæ hujus fornicis ſua ſponte collapſi inſtaurationem populo ſuadens S. Carolus Borromæus, brevi affuturam divinam opem prædixit; nec annus elapſus eſt, cum Dei Genitricis Imago miraculis coruſcare cœpit, quæ civium liberalitatem, pietatemque ad ſe convertit. Divinis miniſtrant in hac Baſilica Canonici duodecim cum Præpoſito, & Archipresbytero, clericiſque duobus. Nec ſilenda huic vicina Eccleſia in honorem S. Aquilini, cujus corpus integris carnibus, & liquorem quemdam reſudantibus adhuc ſpectatur. Hic conditum eſt à Galla Placida magni Theodoſii filia quondam excitata. Quapropter Reginæ Capella nuncupatur.

Sexta inter primarias Eccleſia eſt titulo S. Nazarii, S. Ambroſii ædificium; ea nunc Romana Eccleſia à porta Romana cui vicina eſt, eſt tunc Eccleſia Apoſtolorum ab Apoſtolorum reliquiis appellata, quas S. Simplicianus huc attulit, & inter cætera Brachium S. Petri, & corpus S. Nazarii martyris, quod ſua ætate, hoc eſt poſt 300. à martyrii conſummatione annos, integrum barba, & capillis ſanguine quaſi recens extinctum S. Paulinus viſum affirmat. Hic corpora S. Venerii D. Ambroſii diſcipuli, ad quem S. Joannes Chryſoſtomus Epiſcopus Epiſtolam è Græcia ſcripſit, S. Glycerii Mediolanenſis ex genre Landriana, SS. Maruli, Lazari, Olderici, & Marroniani. Hujus Eccleſiæ pavimentum Serena Stiliconis Italiæ comitis uxor Libycis marmoribus ſtravit, ut vetuſtiſſima inſcriptio indicat. Divinis rebus perurgent in nobili Baſilica Canonici cum ſuo Præpoſito quindecim, cum aliis undecim miniſtris.

Septima, & poſtrema ex primariis Eccleſiis eſt Eccleſia titulo S. Stephani Majoris in Broilo nuncupata, in qua ſeptem ſanctorum corpora quieſcunt, Auſatii, Auſani Mediolani Antiſtitum, S. Agapiti martyris, S. Martini mart. SS. Mametti, & Leonis. Hic etiam viſitur miræ proceritatis ſimulacrum Chriſti Redemptoris noſtri, quod religionis cauſa ex Hieroſolymis quondam Jacobus Tritius convexit. Sacris in hac Eccleſia miniſtrant Canonici cum ſuo Præpoſito octodecim, ſexque alii clerici.

In

In Civitate igitur Mediolanenſi præter has ſeptem primarias Eccleſias, aliæ ſunt Eccleſiæ Collegiatæ. Inſignis eſt S. Georgii in Palatio habens Præpoſitum, & decem Canonicos, unumque cuſtodem, & unum clericum. Collegiata nobilis eſt S. Mariæ Scalenſis, cujus clerus conſtat perſonis 27. nempe tribus dignitatibus, Præpoſito, Archidiacono, Archipresbytero, Canonicis 14. & Manſionariis, ac officialibus octo, & uno cuſtode, ac duobus clericis. Collegiata eſt S. Thomæ in Terramara, cujus clerus diſtinctus eſt in perſonis 19. nempe Archipresbytero, 13. Canonicis, duobus Capellanis, & uno cuſtode, ac duobus clericis. Nec minoris dignitatis eſt S. Sepulchri ædificata anno 1107. à nobili laico ex Hieroſolymitana expeditione, quo cum ſeptem millibus Mediolanenſium militum Duce Othone Vicecomite profectus erat, incolumi reverſo cum egregiis myſteriorum redemptionis noſtræ monumentis, & quatuor ibi Canonicis atque octo Monachis conſtitutis. Hæc tamen Eccleſia fuit poſtea auctoritate Apoſtolica conceſſa Congregationi Oblatorum S. Ambroſii, qui titulum, & privilegium collegiatæ ab eadem ſede habentes, horas divinas recitant, confeſſionibus audiendis incumbunt, ſermoneſque breves ad populum ſæpius in hebdomada à prandio habent, præter conciones, & lectiones diebus feſtis haberi ſolitas, & præſto ſunt aliis omnibus functionibus Eccleſiaſticis, quæ ab Archiepiſcopo jubentur. Poſtrema collegiata actu eſt S. Babilæ habens Præpoſitum, ſeptemque Canonicos, duos Capellanos Chorales, & alios clericos mercenarios. Collegiatarum habitu prima eſt S. Mariæ ad Falcorinam habens Præpoſitum, & ſeptem Canonicos; ſecunda eſt S. Sepulchri, quia præter oblatos, quorum ratione annumerata ſuperius fuit inter Collegiatas actu, habent etiam tres ſimplices canonicatus. In his autem omnibus collegiatis cenſentur Canonici ſexaginta octo ſupra centum. Parochiales vero, ſeu curatæ Urbanæ ſunt 69. *juxta* ſex Urbis regiones, quæ à totidem portis nominantur, ita diſtinctæ, ut ſint octo in regione portæ Orientalis, ſeptem in regione portæ Romanæ, ad portam vero Vercellinam duodecim, totidemque ad portam Novam, ſexdecim ad portam Ticinenſem, & quatuordecim ad Cumanam; eſt & porta Ludovica, cujus in regione eſt Eccleſia S. Mariæ Aſſumptionis miraculorum habens quatuor Capellanos Ducales, octo mercenarios, quotidie celebrantes, & Sacriſtam, ac duos clericos. Parochi autem Urbani ſunt octoginta, quia nonnullæ Parochiæ duos, aut plures Parochos habent.

Virorum Cœnobia diverſorum Ordinum cum aurea copia rerum, ſingularis elegantiæ, & religionis in hac civitate ſunt triginta novem. Sanctimonialium ſepta quadraginta octo Mediolani erant ante ann. 1563. At S. Carolus Cardinalis Archiepiſcopus ad regularem diſciplinam reſtituendam numerum imminuit, ut eſſent Cœnobia trigintaquatuor, prout hodie ſunt. Sunt & duæ piæ domus adinſtar monaſteriorum, ubi mulieres ducentæ octoginta, & amplius à meretricio ad pœnitentiam converſæ degunt Marias Magdalenam, & Ægyptiacam, ac Pelagiam Antiochenam pœnitentiæ ſtudio imitantes. Eſt & domus mulierum publice peccantium repoſitarum. Illius porro inſtituti, & domus mulierum pœnitentium auctor fuit Cremonenſis quidam Fr. Bonus appellatus, qui linea tunica talari indutus, & fune præcinctus Chriſti Domini Crucifixi imaginem ad pectus ferens à primo die converſionis ſuæ vino ſemper abſtinens, multis à Deo gratiis ad ſuam, & aliorum utilitatem impetratis anno ſalutis 1332. piam hanc domum ad Sanctæ Valeriæ ædem fundavit. Sunt præterea duæ aliæ mulierum pœnitentiæ domus, altera Succurſus, altera Depoſiti nuncupata, ubi degunt mulieres, quæ relicto peccato animarum ſuarum ſaluti conſulunt. Nec deſunt & aliæ hujuſmodi piæ domus, in quibus virgines quingentæ, & amplius ad ſervandam caſti-

A tatem cuſtodiuntur, & ſpiritualibus, ac manuum exercitiis incumbunt. In omnibus autem hiſce monaſteriis piiſque domibus mulieres ſupra quinque millia, & trecentas Deo famulari Paulus Morigia auctor eſt. Nec ſilenda pia domus Guaſtallæ appellata à Ludovica Torella ejus Oppidi domina fundata, ubi virgines nobiles orphanæ duodeviginti pie educantur, & exacto duodecimo ætatis anno data optione, aut religionis voto congruo tempore ſe adſtringunt, aut ſi nuptias expetant, congruam dotem accipiunt ſingulæ ſcuta 350. Nuper vero erectæ ſunt Congregationes duæ Virginum pauperum una titulo S. Luciæ, altera S. Praxedis: ambæ vitam communem ducunt, ſub regula approbata S. Urſulæ, ac regimini Archiepiſcopi, ad nullam admittuntur profeſſionem.

Jam piæ miſericordiæ domus, Hoſpitalia generatim appellantur, in quibus varia miſericordiæ opera exercentur, tam multæ, tamque opulentæ Mediolani ſunt, ut vix in ulla Chriſtiani Orbis ci-
B vitate miſerabilium perſonarum neceſſitatibus tam bene conſultum videatur. Non enim deſunt Xenodochia, non Noſocomia, non Ptocomia, non Orphanotrophia, atque hæc omnia commendabili piorum civium diligentia optime adminiſtrantur. Et quidem ea fuit veterum Mediolanenſium civium in hoc genere cura, & liberalitas, ut cum ſex Urbis portæ eſſent, ſingulis vicina Cœnobia, & Xenodochia fundarint, quorum curam Cœnobiarchis ipſis hoc eſt Abbatibus Cœnobiorum commendarunt. Ergo ad portam Novam exædificata eſt Abbatia S. Dionyſii cum vicino Xenodochio: ad portam Vercellen. Abbatia, & Xenodochium S. Celſi; ad portam Orien. Abbatia S. Victoris cum vicino Xenodochio. Similiter ad portam Romanam Abbatia Claræ vallis cum vicino Hoſpitali; denique ad portam Comen. Abbatia S. Vincentii cum ſuo pariter Hoſpitali fuit inſtituta. Verum poſtquam ſublata Monachorum diſciplina, ac pietate Abbatiæ ſecularibus clericis commendari cœperunt, quo ne-
C ceſſitati pauperum, miſerorumque ægrotantibus conſuleretur, Franciſcus Sfortia Mediolani Dux illud, quod à ſplendidis opibus, ædificiorumque laxitate Majoris traxit cognomen, in ipſa veteris arcis area fundavit, & ex veterum Hoſpitalium patrimoniis quotam partem demptam huic Romano Pontifice probante attribuit. Jacta ſunt hujus ædificii fundamenta 12. Aprilis 1456. Eſt vero Xenodochium hoc & ædificii magnitudine, & cenſu, atque opulentia, piorumque operum, atque ſumptuum multitudine inter primarias, non modo Italiæ, ſed & totius Orbis domos jure cenſendum. Forma ædificii quadrata, ſingula latera cubitorum centum quinquaginta, ambitus totus cubitorum ſexcentorum, qui ad palmos redacti (ſinguli enim cubiti ſunt trium palmorum) efficiunt ambitum palmorum mille octingentorum, ſubterraneis totum concameratum cellulis, quæ magnam domeſticorum operum diſtributioni commoditatem adferunt. Forma crucem imitatur, quaterna circumquaque
D atria, ſuis cum circumcolumniis ac porticibus crucem hanc circumdant; crux vero ipſa aulas efficit ingentes quatuor, medium Altare obtinente locum, ubi ſacrum faciens ſacerdos cunctis ſit cubilibus conſpicuus; cubilia vero ipſa omni tempore anni ſunt centum vigintiduo ſingula cubantium hominum capacia. Jam vero ſumptibus magni hujus Xenodochii ſupra tria millia hominum perpetuo aluntur. Præſunt illi ſelecti è primaria nobilitate viri duodeviginti ex ſingulis Urbis regionibus terni, principem obtinente locum eo, qui Catholici Regis perſonam refert. Horum ſuffragiis legitur Præfectus Prior appellatus, qui cum collegis coram Archiepiſcopo ejuſve Vicario omnia piæ domus negotia tranſigit. Omnium autem ac ſingulorum partes ſunt inſolitis ac proinde minus expectatis horis huc venire exploratum, an recte miniſtri ſuo fungantur officio ad præſcripta legum, quæ optimæ ſunt, ut nihil omnino prætermiſſum videatur, quod ad

re-

rectam tanti operis adminiſtrationem pertinere
poſſit. Ac quoniam, ut diximus, in hanc unam
domum ad ſuſtinendos Chriſti pauperes diſperſa
quondam alimenta, & patrimonia congeſta fue-
runt ſex illorum Hoſpitalium antiquorum, propte-
rea factum eſt, ut magni hujus Hoſpitalis curato-
res aliorum novem curam gerunt; quæ, quia variis
pietatis operibus dicata ſunt, ſingillatim recenſere
eſt operæ pretium. Horum igitur primum eſt Hoſpi-
tale S. Ambroſii, ubi Ethica, Hydropiſi, nervo-
rum debilitate, ulceribuſque laborantes pie curan-
tur: aluntur in hac domo hominum capita 225. Se-
cundum Hoſpitale eſt S. Vincentii dicatum alimo-
niæ, & curæ amentium, energumenorum, muto
rum, cœcorum, morboque ſacro laborantium; ubi
hominum capita 250. Tertium Broli, ſeu S. Job,
Gallico morbo, aut ſcabie affectis dicatum, cen-
tum in eo homines numerantur, ſed purgationum
tempore multo plures. Quartum S. Simpliciani in-
curabilium eſt, morborum ſedes, Ethicis exceptis:
aluntur in eo homines fere 150. Quintum S. Lazari
tinea laborantibus dicatum, qui ſolent eſſe ſexa-
ginta. Sextum S. Dionyſii Orphanotrophium eſt
puerorum ſpuriorum, & ibidem curantur etiam ti-
nea laborantes: familiam alit capitum 150. Septi-
mum S Celſi utriuſque ſexus expoſitos recipit; puel-
læ quidem ſub matronæ, ac ſeptuaginta mulierum
pia cura inſtituuntur, quouſque nubilem ad ætatem
perductæ, terrenas, aut cœleſtes nuptias celebrent,
quin & infantes lactandi nutricibus dati octingenti
numerantur: pueri artibus inſtituuntur, quibus vi-
tam inopem ſuſtentent; hominum capita uno hic
ſub tecto quadringenta cenſentur, annuatim in id
opus aureis decem millibus impendi ſolitis. His ac-
cedunt ſub eorundem magni Xenodochii curatorum
patrocinio duæ aliæ domus, altera ubi adventitii
infantes collocantur, quæ Dominæ Bonæ domus
dicitur, altera S. Catherinæ, ubi adultæ puellæ in
ſtituuntur. At ut earum magis excitetur induſtria,
ſingulis ſeponitur, quod fuerint lucratæ laboribus
ſuis. Ex his igitur apparet decem Hoſpitalia uno
magni Xenodochii nomine comprehendi. Undeci-
mum Hoſpitale ſenum eſt utriuſque ſexus, ubi ſe-
ptuagenario majores, dummodo ſani ſint, laute
aluntur. Quod ſi in morbum incidant, pariter cu-
rantur, Presbyterque ac clericus, ibidem etiam
quotannis duæ, & quadraginta virgines dotantur,
quin & aqua hordeacea, panis, vinum, caro, li-
gna, & legumina atque ad ſummam 300. aureorum
in pauperes civitatis erogantur. Appellatur hæc
Domus pietatis, à Graſſæ familiæ cive dotata fuit,
& à ſelectis patritiis viris adminiſtratur. Sunt &
duo alia Xenodochia, alterum S. Petri, alterum S.
Jacobi appellatum, quod in eo Romam, in hoc
Compoſtellam petentes peregrini excipiuntur.
Duodecimum inter Hoſpitalia numerari poteſt
quod Lazaretum vocant anno ſalutis 1490. Jo. Ga-
leatio Duce, Ludovico Mauro rem, & vim Impe-
rii obtinente prope, & extra mœnia ædificatum ad
curandos eos, qui peſte laborarent, omnium, quæ
in Italia ſint, hujus generis ædificiorum pulcherri-
mum. Forma ejus quadrata, ambitus cubitorum
1800. hoc eſt palmorum 5400. Fluenti aqua totum
circumfluitur ad arcis inſtar; parietes opere lateri-
tio, aſſurgunt: intus atria ſunt, & porticus co-
lumnis ornatæ; in medio Templum S. Gregorii no-
mine ſacrum; circumquaque cubicula ducenta no-
naginta ſex. Decimumtertium eſt Hoſpitale Men-
dicantium, ubi ingens numerus pauperum, qui pio-
rum civium, domorumque memoratarum ſumpti-
bus aluntur. His etiam annumerari poteſt pia do-
mus S. Coronæ nuncupata, cujus curatores ſunt
duodecim Patritii viri ſelecti non ad tempus, ſed in
omni vita nullum temporale ſtipendium habentes.
Hi domum habent honeſtiſſimam, in qua Tem
plum, ſive Oratorium omni ſacra ſupellectili pre-
tioſiſſima inſtructum; hic illi ſacro audito, & B.
Virginis horis recitatis conſervatore eorum nume-
rum ad biennium lecto proponente piæ domus red-

A ditus, qui decem fere millium ſcutorum ſunt, in
hos uſus erogant. Eſt hic & aromatopolium, &
pharmacopolium omnigena aromatum, & pharma-
corum etiam pretioſiſſimorum copia refertum, cum
ſea operariis, ex quo pharmaca etiam precioſa gra-
tis præbentur viginti quatuor piis domibus, & col-
legiis civitatis, ut egenis, Monaſteriis Monialium,
& piis domibus Mulierum pœnitentium, nec non
Orphanotrophiis, Capuccinis, atque aliis præte-
rea cunctis pauperibus totius civitatis. Ejuſdem
etiam domus ſumptibus ſtipendia dantur quinque
Medicis, & duobus Chirurgis, & ſeptem tonſori-
bus, ſingulis centena ſcuta, ut aſſignatæ ſibi regio-
nis pauperes curent. Cæterum Medici, & Chirur-
gi quotidie huc venire tenentur ad ſcribenda ægro-
tantibus medicamina, quos quoties viſitant, præ-
ter ordinarium ſtipendium quadrantes triginta lu-
crantur. Ac ne forte pauperes infirmi lateant, Sa-
cerdotes integerrimi ſex ad id ſelecti ſunt, qui ægro-
tantium domos explorent, tot argenti drachmas lu-
B crantes, quot ægrotos deprehenderint. Horum
etiam munus eſt in ipſa S. Coronæ æde ſacra facere.
Hujus etiam piæ domus ſumptibus dotantur virgi-
nes nonnullæ, & ſubvenitur iis, qui ære alieno
preſſi in carceribus detinentur. Aliæ undecim piæ
domus Mediolani ſunt, quæ Chriſti pauperibus quo-
tidie ſubveniunt, nimirum Miſericordiæ, quatuor
Mariarum, charitatis, atque hæ quidem tres prin-
cipem locum obtinent: Quarta Domus Divinitatis
appellatur: Quinta Humilitatis: Seata Michettæ:
Septima B. Mariæ Conceptionis: Octava S. Catha-
rinæ ad S. Nazarium: Nona S. Mariæ ad S. Michae-
lem: Decima S. Mariæ ad S. Celſum: Undecima S.
Joſeph, quæ omnes per nobiles laicos adminiſtran-
tur. In his igitur domibus quotidie erogantur in pau-
peres panis, vinum, riſum, ſal, nonnunquam
etiam pannum; frumenti quidem quotannis ero-
gantur modii 5899. ſinguli modii ſunt librarum Ro
manarum 300. Vini cadi, brentas appellant, 1424.
ſinguli cadi ſunt librarum 225. Diſtribuuntur præte-
C rea riſi modii 800. ſalis modii 60. & panni pro ve-
ſtiendis pauperibus cubiti, brachia illi appellant,
2300. ut omittamus ſalmas quingentas panis, quem
monaſteria Urbana diſtribuere ſolent. Jam vero
piæ omnes domus Urbis dotare quotannis ſolent ex
eleemoſynis. & piis fundatoribus Virgines 780. Pias
inter domos Urbis hujus cenſenda etiam, quæ dici-
tur Mallaſtalla, à Galeatio Vicecomite ſecundo
Mediolani Domino fundata, cujus ſumptibus quin-
que Advocatis, totidemque Procuratoribus ſtipen-
dia dantur, qui pauperum carceribus mancipatorum
cauſas defendendas ſuſcipiant. Mediolani præterea
ſunt Chriſtianæ Doctrinæ ſcholæ 120. in quibus te-
nera puerorum, ac puellarum ætas rudimentis im-
bui ſolet: præter has perplures aliæ ſunt ſcholæ lit-
terariæ, & gratuitæ, ut ſchola Graſſorum ab ejus
familia pio viro fundata, ubi quinque ludimagiſtri
gratis docent. Schola Tabernarum, ejus ſcilicet
familiæ ædificium, ubi quinque pariter ludimagi-
ſtri, quatuor legere, quintus ſcribere gratis docent.
D Eſt & ſchola Canobiana ubi duæ quotidie lectiones
habentur, altera Dialecticæ, altera Philoſophiæ
moralis Ariſtotelicæ. Scholas Platinas Plata gens
fundavit; quinque ibi habentur lectiones, Geome-
triæ, Aſtronomiæ, Arithmeticæ, Dialecticæ, ac
Linguæ Græcæ. In Scholis Broletti tres habentur
lectiones, duæ Humanitatis matutinæ, tertia In-
ſtitutionum civilium veſpertina. Schola, & Col-
legium Caleorum quinque nobiles pueros cum ma-
giſtro alit gratis, quibus alii convivunt ingenui pue-
ri ad numerum quadragenarium. Huic aſſimile eſt
Collegium S. Simonis à Taveggiis fundatum, ubi
duodecim nobiles adoleſcentes Grammaticam,
Rhetoricam, & Moralem docentur Philoſophiam.
Eſt & Collegium Helvetiorum à B. Carolo Archie-
piſcopo inſtitutum in Canonicorum domicilio; le-
ctiones habentur Humanitatis, caſuum conſcien-
tiæ, & Sacræ paginæ. In Scholis Seminarii 120.
ſunt Rhetoricæ auditores; reliqui frequentant Col-

legium Breræ, in quo à Patribus Societatis Jeſu habentur lectiones Sacræ quidem Theologiæ quatuor, una Scholaſtica, una caſuum conſcientiæ, & duæ Sacræ Scripturæ; Philoſophiæ profeſſores tres inſuper adſunt, nec non profeſſores Græcæ, & Hebraicæ linguæ, & Mathematicus unus, quatuorque Grammatici. In his porro omnibus Collegiis id præcipue curatur, ut juventus non minus pietatis, quam litterarum ſtudio aſſueſcat ſacramenta frequentando, & B. Virginis horas recitando. Laicorum Sodalitia plurima Mediolani extant, ac primum quidem confraternitates diſciplinatorum, item novendecim Confraternitates ſub titulo S. Crucis, quæ in præcipuis Urbis compitis, ac triviis erectas habent marmoreas columnas, quibus Chriſti Domini Crucifixi effigies æneæ ſunt impoſitæ: quæ res magnum Chriſtianæ pietatis exemplum peregrinis præbet, magnum etiam pietatis incitamentum Civibus ipſis, quorum multa millia his ſodalitatibus adſcripta. Sunt præterea multæ ſecretæ ſodalitates, & congregationes civium nobilium, qui ad orationem, & ſacramenta frequentanda congregantur, ac in plerìſque Parochialibus, & Religioſorum Eccleſiis Laicorum inſtituta ſodalitia Pontificiis indulgentiis ornata. Quanta vero ſit Urbani populi erga Dei Genitricem Virginem religio, teſtantur Eccleſiæ duæ, & triginta ſacro ejus nomini in hac Urbe erectæ, quarum celeberrima eſt ad S. Celſum, S. olim Ambroſii juſſu depicta. Anno Chriſti 1485. trigeſima Decembris miſſam celebrante ſacerdote, & triginta, & amplius viris, quorum nomina ſubſcripta geſtæ rei hiſtoriæ aſſervantur, divinitus ſe oſtendit velum, quo tegebatur manu elevans; quo conſpecto prodigio ingens populi concurſus eſt factus, & durante adhuc frequentia templi ſtructura tantis cumulata eſt ornamentis, tantiſque niter operibus ex marmore, ex ære, ex argento, & auro, ut materia, & opere concertantibus vix uſquam ſeſe offerant, ut duo prorſus admiranda Mediolani templa eſſe videantur, Metropolitanum ob magnitudinem, hoc vero ob ornamentorum multitudinem, ac varietatem, quæ eo miranda eſt magis, quod hæc omnia piorum eleemoſynis facta ſint, cum annuus templi cenſus quingentos aureos non excedat. At de reliquiis ſanctorum, quæ Mediolani ſunt, pauca referemus. Porro in omnibus fere Eccleſiis civitatis aſſervantur corpora ſanctorum nota 113. præter cineres SS. Barnabæ Apoſtoli, & Pelagiæ virginis, necnon capita ſanctorum octo: loca vero reliquiarum hæc fere ſunt. In Eccleſia S. Franciſci ſunt cineres S. Barnabæ Apoſtoli, corpora SS. Naboris, & Felicis Mediolanen nec non S. Sabinæ, S. Materni Archiepiſcopi, S. Candidi, S. Felicis, S. Caji Epiſcopi, & S. Fortunati. Hic etiam viſuntur capita SS. Barnabæ, Matthæi, Naboris, Felicis, Deſiderii, Candidi, & duo puerorum Innocentium corpora argenteis thecis incluſa. In Eccleſia S. Valeriæ jacent corpora, ipſius, & Diogenis, atque Aurelii filiorum martyrum. In Eccleſia S. Euphemiæ corpus S. Servatoris Archiepiſcopi. In Eccleſia S. Joannis in Concha corpus S. Caſtritiani. In Eccleſia S. Vincentii in Prato corpora SS. Abundii, Nicomedis, & Quirini. In pulcherrima Eccleſia S. Satyri corpus S. Marcellini Archiepiſcopi. In Eccleſia S. Apollinaris corpus S. Fauſtini. In Eccleſia S. Michaelis prope Metropolitanam corpus S. Joannis Archiepiſcopi. In Eccleſia S. Georgii in Palatio corpus S. Natalis Archiepiſcopi, & Latinæ virginis. Reliqua ſanctorum corpora commemoravimus ſupra, dum de ſeptem Eccleſiis primariis ſermonem haberemus. Tandem per omnes Urbis hujus Eccleſias ſacrarum reliquiarum fruſta duo millia ſexcenta aſſervari ſcribunt. Fuere & olim in Eccleſia S. Euſtogii corpora trium Magorum, quibus à Friderico Ænobarbo Coloniam tranſportatis, arca ubi condita fuerant, vacua remanſit, quæ tamen juſto à piis Civibus honore colitur, & ſacro Domini Epiphaniæ die à populo inviſitur. Servantur in ea monetæ quædam ex iis, quas Chriſto Magos tributi nomine obtuliſſe pie credunt, & corpus S. Petri martyris Veronenſis Ordinis Prædicatorum, qui pro Catholica religione contra hæreticam pravitatem ſanguinem fudit.

At ne quis forte ſuſpicetur Eccleſiam hanc Mediolanenſem convectitiis ſanctorum externorum trophæis, quam domeſticis ſuorum Civium triumphis decorari, revocandum in memoriam prodiiſſe ex hac Urbe tamquam ex fertili quodam agro magnam ſanctorum, ac piorum virorum ſegetem. Nam ut omittam viginti ſeptem hujus Civitatis Præſules, ac Cives, de quibus infra in Catalogo, *Sancti gloria nobiles*, ſupra centum recenſentur Mediolani cives ſanctitate pariter illuſtres, quorum quadragintaquinque inter ſanctos relati; reliqui, qui quod Chriſtum in omni vitæ imitati ſunt, pro fidelium conſenſu Beati appellantur, quorum nomina æternis præconiis digna, adeo per orbem diffuſa ſunt, ut una Mediolanenſis Eccleſia Martyrologia, hiſtoriaſque defatigare poſſe videatur. Poſtremo trium Ordinum regularium fundatores Mediolanum dedit, Humiliatorum ſcilicet à B Joanne de Meda inſtitutum, quem Pius V. Pontifex Maximus in totum à regulari diſciplina collapſum extinxit. Ambroſianum ſecundum à tribus Mediolanenſibus civibus Alexandro Cribello, Alberto Biſacio, & Antonio Petra ſancta fundatum, qui B. Ambroſii ætate ſolitariam vitam in loco, qui S. Ambroſii ad Nemus appellatur, ducebant: hunc noſtro hoc ævo Urbanus VIII. Pontifex Maximus perpetuo ſuppreſſit. Tertium Presbyterorum S. Pauli decollati Ordinem, Jacobus Morigius, & Bartholomæus Ferrarius Patritii Mediolanenſes inchoarunt anno Domini 1526. Hi Barnabitæ dicti ſunt, quod ad ædem S. Barnabæ inhabitare cœperint. Nuper vero B. Carolus Borromæus Archiepiſcopus ad Eccleſiam S. Sepulchri Mediolani inſtituit novam Congregationem Clericorum Oblatorum appellatam, qui voto obedientiæ ſub tutela S. Ambroſii, Præpoſito ſuo generali, ac Mediolanenſi Archiepiſcopo obſtricti ſunt ad ea omnia præſtanda, quæ ad animarum ſalutem pertinent, ut ad prædicandum, ad docendum Chriſtianam doctrinam, ad miniſtranda ſacramenta, atque alios paſtorales labores obeundos, cui congregationi adſcripti ſunt ex Mediolanenſi clero permulti.

Ex his igitur, quæ ſcripſimus, facile colliget prudens lector, quam propenſi ad religionis cultum, & pietatis opera ſemper fuerint Mediolanenſes, tot ſcilicet, tantorumque Præſulum, ſanctorumque virorum, ac fœminarum tum vetuſtis, tum recentibus exemplis inſtructi, atque inflammati. Nec vero ulla in Italia Urbs eſt, cujus populus magis templa frequenter: orationem certe quadraginta horarum Mediolani primam inſtitutam conſtat auctore ejus Bono Cremonenſi. Hic enim anno ſalutis 1534. Franciſco II. Mediolani Duci perſuaſit, ut Sanctiſſimum Chriſti corpus populo adorandum in templis exponeretur quadraginta horas, quot ſcilicet in ſepulcro jacuiſſet; atque ita per orbem in præcipuis Urbis hujus templis idem fieret, ut oratio in ampliſſima Urbe nunquam deficeret. Quod quidem tanto ſtudio fecere (aggreſſi ſunt Mediolanenſes, ut niſi nimii luminum, & apparatuum ſumptus lege coerciti fuiſſent, ceræ, & olei inopia laborandum perpetuo fuiſſet. Ita in religioſiſſima Urbe perpetua oratio ab eo tempore inſtituta in Romanam Urbem deinceps Clementis VIII. decreto traducta eſt. Ejuſdem Boni Cremonenſis inſtitutum fuit, ut ſingulis ſextis feriis ad horam nonam ſignum campana daretur, quo fideles admoneantur, ea ipſa hora mundi Salvatorem Chriſtum Dominum oratione ad Patrem pro nobis fuſa ſpiritum emiſiſſe. Quod & in quibuſdam Diœceſis Oppidis ſervatur, & per univerſum Chriſtianum Orbem fieri deberet. Hactenus de pietate, dignitate, magnitudine, ac præſtentia Mediolan. Urbis, & Eccleſiæ: nunc perpauca de ejus Diœceſi dicenda erunt.

Diœ-

Diœceſis itaque Mediolanenſis ampliſſima eſt finitimis inclusa Diœceſibus, Laudenſi, Comenſi, Novarienſi, Papienſi, Aſtenſi, Bergomenſi, aliiſque. Quoad juriſdictionem temporalem multo maxima ejus pars Catholici Regis Mediolanenſi ditione continetur, nonnullæ etiam ſub Dominio Helvetiorum, atque Venetorum. In ditione Catholici Regis ſunt multa Oppida inſignia, quæ civitatibus comparari poſſunt, ſingillatim hoc loco recenſenda. Horum Oppidorum primum, & clariſsimum eſt Modoetia, olim Moguntiacum duodecimo à Mediolano lapide ſitum Lambro amne interfluente, nunc vulgo Monza, Gothicis, & Longobardicis in hiſtoriis celeberrimum. Theodoricus namque primus Gothorum Rex, Paulo Diacono auctore, Oppidum hoc amplificavit, & nobilitavit: Theodolinda vero Longobardorum Regina, Regiam hic magnificam condidit, & Regiæ Baſilicam nobiliſsimam addidit D. Joannis Baptiſtæ nomini ſacram, cui ipſa ſe & Longobardos multis ei templo muneribus obligavit. Ab illo tempore Longobardi publico voto illius Divi fuere patrocinio commendati. Loco deinde acceſſit dignitas, poſtquam corona Ferrea Longobardici Regni cuſtodiri, atque ea hic coronari Reges cœptum eſt. Imo identidem Regiam ſedem diu habuerunt. Quamobrem Carolus Magnus ejuſque poſteri coronati ſunt corona ferrea, quæ hic cuſtodiebatur. Cum vero poſtea Carolus Magnus Mediolani coronari Regem inſtituiſſet, Conradus nihilominus poſtquam Regium ab Archiepiſcopo Heriberto diadema Mediolani ſuſcepiſſet, inde Modoetiam profectus, ibi etiam coronari ſe vetere renovata conſuetudine petiit; & cum id neceſſarium eſſe Heribertus negaret, ſe Caroli Magni, & poſterorum ejus exemplo permoveri reſpondit, coronarique omnino voluit anno ſalutis 1026. quo exemplo Fridericus Modoetiam jampridem à Mediolanenſibus everſam priſtino decori reſtituit, ac quoniam Regalis ſedes olim fuerat, ad Regem pertinere judicavit, atque ibi coronam induit anno 1158 Quem morem ad patriæ decus ut ſervaret Carolus V. Modoetienſes miſſa ad eum Bononiam uſque corona ferrea per legatos orarunt, & benigne dimiſſi fuerunt anno 1530. Ab eodem porro Carolo Oppidum hoc Antonio Levæ Hiſpano Duci bellica gloria claro donatum eſt. In hoc igitur Oppido eſt memorata Collegiata inſignis titulo S. Joannis Baptiſtæ, ut diximus, in qua inter cætera antiquitatis monumenta cernitur gallina aurea cum pullis aureis, multaque præterea pretioſa vaſa aſſervantur. Habet hæc Eccleſia Archipresbyterum ornatum facultate exercendi Pontificalia, & benedicendi ſolemniter populo, & ſub eo Canonicos 22. Capellanos ducales octo, qui quotidianam miſſam celebrant, divinaque officia in choro cum Canonicis frequentant, duoſque cuſtodes, & quatuor Clericos. Animarum curam Archipresbyter cum coadjutoribus exercet, etſi adſunt præterea quinque aliæ Parochiales Eccleſiæ coadjutoriæ Archipresbyteratus nuncupatæ, quarum titulares exercent curam animarum tam intra quam extra mœnia. Nec vero Eccleſia matrix Plebs, ſed Curia, & presbyteri illi ſubjecti in univerſum ſunt 42. Modoetiæ colitur corpus S. Gerardi civis Modoetienſis, qui fuit Prior S. Ambroſii ad nemus.

II. Oppidum hujus Diœceſis eſt Canturium, ubi collegiata eſt Eccleſia titulo S. Pauli cum Præpoſito, & undecim Canonicis, & ſub hac plebe ſunt Parochiæ 11.

III. Leucum habet Eccleſiam Præpoſituralem, & Curatum S Nicolai cum quatuor aliis Canonicis: ſub hac plebe ſunt Eccleſiæ curatæ duodecim, quarum duæ tantum obtinentur in titulum, reliquæ vacant, & adminiſtrantur per ſacerdotes mercede conductos.

IV. Canobium collegiatam habet Eccleſiam titulo S. Victoris cum Præpoſito & ſex Canonicis, quorum unus eſt Theologus ex præſcripto. Subſunt huic plebi Parochiales Eccleſiæ ſexdecim, quæ omnes in titulum obtinentur.

V. Locatum collegiatam habitu, ſed non actu Eccleſiam habet titulo S. Victoris cum duobus Canonicatibus. Subſunt huic plebi Parochiæ ſex.

VI. Deſium collegiatam habet Eccleſiam titulo S. Materni cum Præpoſito, & duodecim Canonicis, cui ſubſunt quindecim Eccleſiæ Parochiales.

VII. Caſaratum Eccleſiam habet collegiatam titulo S. Victoris cum Præpoſito, & 3. Canonicis, cui ſubſunt Eccleſiæ curatæ 6. Capellani titulares 6. mercenarii 4. Presbyteri plures.

VIII. Appianum collegiatam habet titulo S Stephani cum Præpoſito, & 12. Canonicis, cui Eccleſiæ curatæ 20. ſubſunt, & inter cæteras Eccleſia S. Petri loci Gerenazani curata, & collegiata habitu habens Præpoſitum, & ſex Canonicos ſimplices, atque unam capellaniam.

IX. Aſagum collegiatam habens Eccleſiam S. Victoris cum Præpoſito, & 4. Canonicis, cui ſubſunt Eccleſiæ curatæ 8.

X. Angleria (vulgo Argera) inclytæ Vicecomitum familiæ origine, & Mediolanenſium ejus ſanguinis Principum titulo illuſtre, nunc Borromæi comitatus titulo ſubjectum. Hic collegiata habitu Eccleſia eſt tit. SS. Alexandri, & Mariæ, cum Præpoſitura, & 4. ſimplicibus Canonicatibus, cui ſunt ſex Eccleſiæ curatæ.

XI. Perletia Collegiatam habitu Eccleſiam habet cum Præpoſitura, & 6. Canonicatibus, quorum unus eſt Theologalis: ſubſunt huic Eccleſiæ Curatæ 7.

XII. Oppidum S. Juliani in via Laudenſi habitu Collegiatam habet ejuſdem ſancti nomine ſacram cum Præpoſitura, & duobus ſimplicibus Canonicatibus, ſubſunt illi Curatæ Eccleſiæ 8. quarum duæ videlicet Zibidi, & Vigonzoni ſunt Archipresbyterales, reliquæ Curatæ ſimplices, omnes Rectoribus titularibus proviſæ, dempto loco Carpiani, cui inſervit ſacerdos mercenarius conductus à Monachis Carthuſiæ Papienſis patronis totius Territorii.

XIII. Gongonzola Collegiatam habitu Eccleſiam habet titulo SS. Gervaſii, & Protaſii, in qua olim erant 32. Canonicatus, ſed plerique eorum ſuppreſſi ſunt & ex eis erecta eſt Coadjutoralis Præbenda. Subſunt huic plebi 15. Eccleſiæ Curatæ.

XIV. Olginatum Præpoſituralem habet Eccleſiam S. Margaritæ ſine Canonicis, cui Plebi ſubſunt Parochiæ 12.

XV. Aſſum Collegiatam actu Eccleſiam habet titulo S. Jo. Baptiſtæ cum Præpoſito & quatuor Canonicis, cui ſubſunt octo Eccleſiæ curatæ.

XVI. Arcitatum habet actu Eccleſiam Collegiatam titulo S. Victoris cum Præpoſito & octo Canonicis reſidentibus, quorum unus eſt Theologus ex præſcripto. Subſunt huic plebi Parochiæ octo.

XVII. Vaciſium actu Collegiatam habet Eccleſiam titulo S. Victoris cum Præpoſito, & 18. Canonicis. Subſunt huic plebi Eccleſiæ Curatæ 20. Capellani titulares 12. mercenarii 10.

XVIII. Fraſſinetum plebanicam Eccleſiam habet titulo S. Ambroſii cum Præpoſitura, & uno Canonicatu ſimplici, cui una dumtaxat Parochia ſubeſt.

XIX. Vicomercatum Collegiatam actu Eccleſiam habet titulo S. Stephani Protomartyris cum Præpoſito & octo Canonicis reſidentibus, cui ſubſunt Parochiæ 20.

XX Miſſalia habitu Collegiatam Eccleſiam habet titulo S. Victoris cum Præpoſitura, & multis ſimplicibus Canonicatibus. Intra fines hujus plebis extat Eccleſia ſimplex S. Salvatoris Bazzanoris, ubi adeſt Præpoſitura & 4 ſimplices Canonicatus. Subſunt huic plebi Eccleſiæ Curatæ 18. Capellani titulares duo, mercenarii 4.

XXI. Leveſum plebanicam habet Eccleſiam titulo SS. Gervaſii, & Protaſii cum Præpoſitura, & duobus ſimplicibus Canonicatibus, cui ſubſunt Eccleſiæ Curatæ 12. Capellani titulares ſex.

XXII. Septala habitu Collegiatam habet Eccleſiam titulo S. Ambroſii cum Præpoſitura, & duobus ſimplicibus Canonicatibus, cui ſubſunt tres Eccleſiæ Curatæ, quarum una in loco Liſcati habet Archipresbyteratum cum tribus ſimplicibus Canonicatibus.

XXIII. Snma Collegiatam actu habet Eccleſiam de Jure Patron. familiæ Vicecomitum tituln S. Agnetis cum Præpnſito, & 4. Canonicis. Subſunt huic plebi parochiæ 4.

XXIV. Oppidum Brippium Collegiatam actu habet Eccleſiam titulo SS. Siſinnii, Martyrii, & Alexandri, in qua eſt Præpoſitura, & plures Canonicatus, & Veglinnatus, & Mazzacronicatus. Verum eorum nullus reſidere poteſt, niſi prius conſtructis ædibus Canonicalibus. Intra fines hujus plebis adeſt Eccleſia ſimplex Collegiata habitu loci de Bulci cum Præpoſitura, & multis Canonicatibus, quorum aliqui ſuppreſſi ſunt, eorumque fructus uniti Eccleſiæ Parochiali Grnppelli, reliqui poſſidentur à titularibus. Subſunt huic plebi Eccleſiæ Curatæ ſexdecim, Capellani mercenarii novem.

XXV. Rhaudum habitu Collegiatam habet tituln S. Victoris cum Præpoſitura, & quinque ſimplicibus Canonicaribus. Subeſt huic plebi Parochia una loci Paſſirandæ. Eſt etiam Eccleſia S. Mariæ miraculorum, quæ regitur per nblatos S. Sepulchri Mediolani.

XXVI. Habbiacum Graſſum Collegiatam actu habet Eccleſiam titulo S. Mariæ novæ, cum Præpoſito & ſex Canonicis.

XXVII. Bollatum Eccleſiam titulo S. Martini Collegiatam habitu habet cum Præpoſito & ſeptem Canonicis. Subſunt huic plebi Eccleſiæ Curatæ quinque, Capellani titulares duo, mercenarii 3.

XXVIII. Galaratum actu Collegiatam habet Eccleſiam titulo S. Mariæ Aſſumptionis cum Præpoſitn & duodecim Canonicis. Subſunt huic plebi Curatæ Eccleſiæ 22. & ex iis tres ſitæ in loco Caſſiani, Magnaghi, & Lonati Pozzoli habent duas portiones parochiales. Sunt etiam, intra fines hujus plebis Capellani titulares decem, mercenarii duo.

XXIX. Vallis Saxina habitu Collegiatam Eccleſiam tenet cum Præpoſitura & quatuor ſimplicibus Canonicatibus cui ſubſunt Curatæ Eccleſiæ decem.

XXX. Oppidum Uglonum Collegiatam habet Eccleſiam tituln S. Euphemiæ cum Præpoſitnra & quatuor Canonicatibus. Huic plebi ſubſunt Eccleſiæ curatæ quatuor, & una Vicaria perpetua ſeparata ab Abbatia Chivirati; Capellani mercenarij tres.

XXXI. Melegnomum, ubi adeſt plebauica Eccleſia titulo S. Jo. Baptiſtæ cum Præpoſito, & tribus Canonicis, ac duobus Capellanis mercenariis ipſius Præpoſiti coadiutoribus in cura animarum exercenda.

XXXII. Rnſatnm actu Collegiatam habet Eccleſiam tituln S. Stephani protomartyris cum Præpoſitn, & II. Canonicis. Subſunt huic Eccleſiæ Curatæ 13. nec non duo Capellani titulares, & tres mercenaril.

XXXIII. Buſtum Arſitium Collegiatam actu tenet Eccleſiam titulo S. Jo. Baptiſtæ cum Præpoſitura & pluribus Canonicatibus, qui una cum dicta Præpoſitura ex loco Olgiati Olone huc tranſlati fuerunt per S. Carolum Borromæum. Ex his porro Canonicis tres ſunt curati. Subſunt huic plebi Eccleſiæ Curatæ 12. Capellani titulares 7. mercenarii ſex.

XXXIV. Bedarum, ubi Collegiata actu eſt Eccleſia titnin S. Victoris cum Præpnſito, & octo Canonicis, cui ſubſunt Eccleſiæ Curatæ ſexdecim, ut Montigini, Dugmentiæ, Porti, Domi, Germignæ, Maçanei inſcrioris & aliæ.

XXXV. Trennum Collegiatam habitu habet Eccleſiam titulo S. Jo. Baptiſtæ cum Præpoſitura & 4. ſimplicibus Canonicatibus, cui ſubſunt 4. Eccleſiæ Curatæ, nec nnn Capſina recens, ut dicitur, erecta, & Capellani mercenarii tres.

A

XXXVI. Mezarum Eccleſiam haber tit. S. Petri Præpoſituram nuncupatam, ſed ſine Canonicis.

XXXVII. Dervium plebanicam habet Eccleſiam tit. SS. Petri, & Pauli olim habitu Collegiatam, nunc vero tantum Præpoſitus exiſtit; nam omnes Canonici ſuppreſſi fuerunt, & uniti redditibus Præpoſituræ. Subſunt huic plebi Eccleſiæ Curatæ quinque.

XXXVIII. Carnagum, alias Caſtrum Seprium inſignem Collegiatam habet Eccleſiam titulo S. Jnannis Evangeliſtæ, quæ cum ob demolitionem Caſtri Seprii remanſerit in locis incultis, & nemoroſis, tranſlata fuit in Eccleſiam S. Martini Carnagi. Eſt in ea dignitas principalis Præpoſitura, & plures Canonicatus, quorum unus eſt Theologalis, & duo mazzeconicatus. Subſunt huic plebi Eccleſiæ Parochiales 13 ex quibus una nempe Caſtilnni eſt Archipresbyteralis & obligata, ubi Archipresbyter, majores, minoreſque Capellani divina officia decantant. Sunt & intra fines huius plebis Ca-
B
pellani titulares quatuor, mercenarius nnus.

XXXIX. Daxragum habitu Collegiatam habet Eccleſiam titulo S. Gerneſii cum Præpoſitura, & quatuor ſimplicibus Canonicatibus. Subſunt huic plebi Eccleſiæ Curatæ 18. quarum una loci Caſlani duas habet portiones Parochialca. Sunt etiam intra fines hujus plebis Capellani titulares 9. totidemque mercenarii,

XL. Oppidum Legnanum actu Collegiatam habet Eccleſiam tit. S. Magni nuper erectum tranſlatis in eam Cannnicatibus veteris Præpoſituræ Parabiaghi. Eſt in ea Præpoſitura cum quinque Canonicatibus Coadjutoralibus in cura animarum exercenda, qunrum unus eſt Theologalis. Subſunt huic plebi Eccleſiæ Curatæ octo, quarum una loci Parabiaghi habet Parochum, & coadjutorem titularem: ſunt & intra fines hujus plebis Capellani titulares duo, mercenarii ſeptem.

XLI. Marlianum Collegiatam habet Eccleſiam titulo S Stephani Protomartyris cum Præpoſitura,
C
& octo Canonicatibus, quorum unus eſt Theologalis, ac Capellania coadjutorali ad curam animarum exercendam. Subſunt huic plebi Eccleſiæ Curatæ ſeptem.

XLII. S. Dnnati in via Laudenſi Collegiatam habitu habens Eccleſiam cum Præpoſitura, & 4. ſimplicibus Canonicatibus, cui ſubſunt Parochiales 5.

XLIII. Perleydum habitu ſimiliter Collegiatam habens Eccleſiam titulo S. Martini cum Præpoſitura, & ſimplicibus Canonicatibus, cui una dumtaxat Parochia ſubeſt.

XLIV. Mezzana plebanicam habet Eccleſiam tit. S. Stephani cum Præpoſitura, & unico Canonicatu Magiſtrali, cui ſubſunt Curatæ Eccleſiæ quatuor.

XLV. Beſutium actu Collegiatam habet titulo SS. Tiburtii, & Alexandri, huc tranſlatam ab Eccleſia S. Petri Brebbiæ, ubi eſt Præpoſitura dignitas principalis & Canonicatus. Subſunt huic plebi Curatæ 14. inſuperque unum ſacellum Curatum, &
D
unica Capella curata.

XLVI. Trivilium Collegiatam habet titulo S. Martini à S. Carolo Cardinali erectam cum Præpoſito, & ſex Canonicis reſidentibus, atque Capellanis titularibus, & tribus mercenariis, qui divina hic officia decantant.

XLVII. Sacratum habitu ibi Collegiata eſt tit. S. Stephani Protomartyris cum Præpoſitura, & unico Canonicatu, cui ſubſunt octo Eccleſiæ Curatæ, Capellani mercenarii quinque.

XLVIII. Brucianum habitu Collegiatam habet Eccleſiam titulo S. Mariæ, cujus redditus, demptis centum pro Rectore, attributi fuerunt Collegio Braidenſi Mediolani. Eſt & ibidem Canonicatus ſimplex. Subſunt huic plebi Parochiæ ſeptem.

XLIX. Meltium actu habens Eccleſiam Collegiatam titulo S. Alexandri cum Præpoſitn & duobus Canonicis, cui ſubſunt Parochiales Eccleſiæ tres.

L. Op-

L. Oppidum Nervianum Collegiatam habitu habet Eccleſiam tit. S.Stephani Protomartyris cum Præpoſitura & ſex ſimplicibus Canonicatibus. Subſunt huic plebi Parochiæ octo, Capellani titulares tres, mercenarii quatuor.

LI. Belanum plebanicam habens Eccleſiam cum Præpoſito, & uno Canonico, cui nna dumtaxat Parochia ſubeſt.

LII. Lezidunum collegiatam habitu habet Eccleſiam titulo S. Stephani, cum Præpoſitura, & quatuor ſimplicibus Canonicatibus. Subſunt huic plebi Eccleſiæ Curatæ tres.

LIII. Incinum, ubi habetur Eccleſia collegiata tit. S.Euphemiæ, cum Præpoſitura & ſex canonicatibus, quorum nnus eſt Theologalis. Snbſunt huic plebi Eccleſiæ curatæ 28. Capellani titulares 8. mercenarii 4.

LIV. Lactarelinm collegiatam habet Eccleſiam titulo S. Mariæ, huc è loco Decimi translatam, cum Præpoſitura, & aliquot canonicatibus, cui ſubſunt Eccleſiæ curatæ 8. Capellani titulares a. mercenarii 3.

LV. Cæſanum plebanicam habet Eccleſiam, quæ olim fuit actu collegiata, & translata in Oppido Abbatis Graſſi, nunc remanet tantum Præpoſitura cum duobus canonicatibus. Subſunt huic plebi Eccleſiæ curatæ 8. Capellanus titularis unus, mercenarii tres.

LVI. Abblatum actn collegiatam habet Eccleſiam SS.Petri & Pauli cum Præpoſitura, & quatuor Canonicis; qui divina officia non cannnt, ſed tantum miſſam unam ferialem in hebdomada B.Caroli Cardinalis decreto. Subſunt huic plebi Eccleſiæ curatæ 18.

LVII. Corbetta actn collegiatam habet titulo S. Victoris cum Præpoſitura, & novem canonicatibus. quorum unus eſt Theologalis, cui ſubſunt Parochiæ 16. capellani titulares 7. mercenarii 6.

LVIII Tritium poſtquam Præpoſitura & canonicatus plebanicæ Eccleſiæ Pontiroii translati fuerunt in Eccleſiam S Stephani in Broilo Mediolani ſitam, erectum fuit in Vicariatum, cui ſubſunt decem Eccleſiæ curatæ, quæ olim ſuberant plebi Pontiroli, quarum una loci Baſſiani eſt unita monaſterio S.Franciſci Mediolani.

LIX. Tignolum habet Vicariatum, cui ſubſunt Eccleſiæ curatæ ſex.

LX. Oppidum Varenæ Parochiam habet cum duobus cappellanis nulli plebi ſubjectum.

LXI. Aronæ nobilis Borromæorum Comitatus caput, & arce munitiſſima inſigne prope agrum Novarien. Parochialem habet Eccleſiam cum duobus cappellanis nulli plebi ſubjectam.

LXII. oppidum ſeu potius regio Averariæ undeviginti habet Eccleſias curatas.

LXIII. Vallis Riperiarum collegiatam habitu habet Eccleſiam titulo SS. Petri, & Pauli in loco Albiarchæ ſitam cum Præpoſitura, & quatuor Canonicatibus. cui ſubſunt Curatæ Eccleſiæ 12.

LXIV. Sforzatica plebanicam habet Eccleſiam, cui ſubſunt Parochiæ 17.

Atque hæc quidem ſunt præcipua Oppida, & Collegiatæ, ac plebanicæ Eccleſiæ Mediolanenſis Diœceſis in ditione temporali Catholici Regis Mediolanenſis Ducatus jure conſtituta. In ditione autem Helvetiorum ſunt nonnullæ Valles, & Eccleſiæ Parochiales, ut Vallis Leventina ſubjecta dominis Helvetiis trium Cantonum, ſeu Pagorum, in qua cenſentur parochiales Eccleſiæ 18. nec non Vallis Blenii iiſdem ſubjecta dominis, in qua Eccleſiæ Cnratæ decem & novem.

In ditione Venetorum ſunt Parochiæ decem & ſeptem ſitæ in agro Bergomenſi, quæ ſnbſunt in ſpiritualibus Vicariatui Sforzaticæ cum Capellanis titularibus undecim, & tribus mercenariis.

In univerſnm autem toto Archiepiſcopatu Mediolanenſi pront ſcilicet Civitatem ſimul ac Diœceſim comprehendit, continentur Eccleſiæ ſeculares 2175. ex quibus ſunt collegiatæ 66. quarum 36. A collegiatæ actu, 30. habitu, & ex his rurſus in urbe ſunt collegiatæ actn decem, habitu tres. In Diœceſi collegiatæ actn 26. habitu 27. Rurſus curatæ Eccleſiæ ſunt 765. ex his in urbe 69. in Diœceſi 696. quarum plebanicæ 65. reliquæ curatæ diœceſis 631. Eccleſiæ ſimplices ſunt 738. Oratoria 631. Collegia Clericorum ſeptem, Cappellaniæ titulares 436. Mercenariæ vero 490. Clerus porro ſecularis his perſonis conſtat. Sunt in eo dignitates 81. nempe Præpoſituræ 64. Archipresbyteratus 7. Archidiaconatus duo, Primiceratus unus, Decanatus unus, Prioratus ſex. Graduati in Clero ſeculari perplures, & inſignes viri. Reliquus Clerus ſecularis conſtat perſonis 3076. Ex his ſunt Canonici 501. nimirum in urbe 155. in diœceſi 346. Curati fere 800. quorum in urbe 80. reliqui in diœceſi. Capellani in univerſum 416. nempe titulares 179. mercenarii 237. beneficiati ſunt 106. cuſtodes 69. clerici in ſeminariis 241. nempe in ſeminario urbis 141. In quatuor aliis extra urbem 100. B Clerici extra collegia curatis inſervientes 711. nam quilibet curatus unum ſaltem clericum habet. Regularis autem Cleri hæc eſt ſumma. Sunt in civitate ac diœceſi Mediolanenſi virorum Cœnobia diverſorum Ordinnm centum quadraginta octo, quorum intra Mediolani mutos tringinta novem recenſentur, reliqua per Diœceſim ſparſa cernnntur. Sanctimonialium vero Monaſteria in civitate ac diœceſi ſunt 61. quorum 34. in civitate, reliqua 27. in diœceſi. Eorum vero Ordinario ſubjecta ſunt 46. regularibus ſuorum Ordinum Prælatis 15. Præter hæc ſunt Domus piæ mulierum. ac virginum tum in civitate tum extra 27 Hoſpitalia urbis ac diœceſis ſunt triginta ſex. Sodalitia vero laicorum in eadem urbe ac diœceſi cenſentur 886 nimirum Corporis Chriſti 556. B. Mariæ Virginis 130. Diſciplinatorum 133 diverſorum 67 Sunt præterea qui fidei profeſſionem emittere tenentur, medici 79 Ludimagiſtri 137. ſcholæ Doctrinæ Chriſtianæ urbis ac diœceſis ſunt 240. & eorum officiales generales C 273. officiales particulares 5726. operarii 3640. inſtruendi ſupra 40038. Tandem fidelium communicantium urbis ac diœceſis animæ 366868. Animæ in eadem urbe ac diœceſi utriuſque ſexus, ordinumque atque ætatum omnium in univerſum plus minus 560000. Populus ubique Catholicus & pietati deditus, præcipue vero in Dei Genitricem Virginem venerationem colens, cujus in honorem, ut ſemel diximus, pluſquam ducenta per diœceſim loca dicata. Omnes vero Eccleſiæ aſcendunt ad ſummam 2120. ejuſque elegantiæ ſunt ac opnlentiæ, ut incolarum, populique Mediolanenſis erga Deum, divoſque arguant abunde pietatem: qui quondam cum quinque Pontificibus maximis, Purpuratis S. R.E. Cardinalibus, ac Præſulibus propemodum ſine numero, Chriſtianam fidem Orbemque illuſtrarunt.

Provincia Mediolanenſis, ut ſupra diximus, ampliſſima quondam fuit, quippe quæ non modo Galliam Ciſalpinam complectebatur, ſed extra Italiam D longe lateque per Illyricum porrigebatur, quod juxta Romanam Provinciarum partitionem factum eſt. Cum enim olim lege Vatinia Provincia Illyrici juncta fuiſſet Galliæ Ciſalpinæ, ut auctor eſt Svetonius in Cæſare cap. 22. hinc factum eſt, ut durante illa provinciarum aggregatione non modo conſularis Liguriæ, & Galliæ Ciſalpinæ Mediolani conſidens in temporalibus, ſed ipſe etiam epiſcopus Mediolanenſis in ſpiritualibus Liguriæ, Galliæque Ciſalpinæ, ac Illyrico præeſſet. Sed de Liguria, & Gallia Ciſalpina notius eſt, quam ut probatione indigeat, à Mediolanenſi eas Metropolitano jura ſumpſiſſe. De Illyrico autem ex eo poteſt intelligi, quod cum ejus Metropolis Sirmium eſſet, S. Ambroſius ad electionem Epiſcopi Sirmienſis ſedulo curandam illuc profectus, ea in re jus præcipuum ſibi debitum vindicavit, ut conſtat ex Paulino in vita S. Ambroſii. Verum jus quidem Metropolitanum in Illyricum Mediolanenſis Eccleſia jam pri-

A pridem amiſit: in Liguria vero, Galliaque Ciſalpina ſuffraganei Epiſcopatus duodeviginti quondam cenſebantur. Manſuetus Mediolanenſis Archiepiſcopus anno Domini 679. Romam ad Agathonem Pontificem, ut Concilio adverſus Monothelitas celebrando adeſſet, cum Suffraganeis ſexdecim veniſſe memoratur. Hi vero fuerunt Epiſcopi Bergomen. Lauden. Ticinen. Aquen. Cremonen. Novarien. Epotedien. Genuen. Derthonen. Haſten. Valven. Albinganen. Vercellen. Taurinas, Vintimillien. & Lunen. Et Epiſtolæ Euſebii Mediolanenſis Archiepiſcopi ad Leonem Pontificem contra Eutychianam hæreſim ſcriptæ ſubſcripſerunt decem & novem vel miſſi Suffraganeorum, vel Epiſcopi ipſi Suffraganei. Verum poſtquam Genuenſis, & Taurinas Epiſcopatus ad Metropoliticum culmen evecti, & nonnulli alii exempti ſunt, aut certe novis Metropolitanis contributi anguſtiores facti ſunt Provinciæ hujus fines, adeo ut in ea cenſeantur Epiſcopatus ſine controverſia quindecim, nimirum in Ducatu Mediolanenſi Lauden. B Alexandrinen. Cremonen. Novarien. Derthonen. Viglevanen. In ditione Ducis Sabaudiæ duo Aſten. Vercellen. In Ducatu Montis Ferrati tres, nempe Caſ len. Alben. & Aquen. tres item in ditione Genuenſium Vintimillien. Savonen. & Albinganen. Demum in Venetorum dominio Bergomen. & Brixien. Hactenus Mediolanenſis Eccleſiæ tamquam magni cujuſpiam ædificii partes recenſendo luſtravimus, enumerantes templa, ſacerdotes, miniſtros, & ſecularis cleri, Regulariſque perſonas, earumque qualitates, laici quinetiam populi animos, & qualitates, quatenus ad rem noſtram pertinere viderentur. Nunc numeroſi hujus gregis multitudine perſpecta par eſſe videtur paucis oſtendere, quibus conſiliis atque artibus paſtoralibus uſi ſint eo paſcendo, qui hac noſtra ætate huic ipſi gregi præfuere paſtores, ipſi nimirum Archipræſules Mediolanenſes ſenior, juniorque Borromæus. Nam præter ea, quæ in libro Actorum Mediolanenſis Eccleſiæ jam pridem edito continentur, Typis etiam C mandata ſunt, paucis brevibuſque tabellis plurima, & maxima paſtoralis providentiæ documenta, quibus ipſi ſucceſſoreſque eorum, ac Suffraganei Epiſcopi edocerentur, quid præſtare deberent erga gregem ſuum. Prima igitur tabula continet Congregationes pro regimine Eccleſiæ Mediolanenſis haberi ſolitæ. Secunda enumerantur miniſtri reformationis, & diſciplinæ Eccleſiæ Mediolanenſis. Tertia viſitationes ejuſdem Eccleſiæ, & membrorum ejus. Quarta miniſtri tribunalis tam juriſdictionem habentes, quam carentes. Demum ut appareat qua ratione poſſit bonus Præſul tantis occupationibus par eſſe, ſubnectitur Quinta tabella diſtributionis omnium horarum ad uſum ipſius Archipræſulis Mediolanenſis, quæ cæteris quoque Præſulibus uſui eſſe poſſet, quicumque præclara atque ſaluberrima Beati illius Apoſtolici viri Caroli Cardinalis, & Archiepiſcopi inſtituta ſectari non recuſarint.

D Cæterum ſi lector minutiora hujus Eccleſiæ, & Urbis Mediolanenſis ſcire avet, conſulat Paulum Morigiam in ſummario de rebus memorabilibus, piiſque locis Mediolani. Hujus etiam Urbis præter Livium, Plinium, cæteroſque ſupra citatos auctores meminerunt etiam Strabo, Ptolomæus, Oroſius, Varro, Plutarchus, Marcellus Oroſius, Procopius, Itineraria Romana, Iſidorus, Gotifredus Viterbienſis, Stephanus Munſterus, Merula, Volaterran. Platina, Leander Albertus, Blundus, Jacobus Mindedorpius, Georgius Brunus, Arnulphus in chronicon, Fontana, Jacobus Galvaneus, Flamma, Flos Florum, Chronicon Majus, & Minus Urbis Mediolani, Donatus Matronius de origine ejuſdem Urbis, Joannes Baptiſta Villa, Bugattus, Corius, Franciſcus Cicereus antiquorum monumentorum Urbis Mediolani, Pighius in Hercule, Triſtanus Calchus, & Paulus item Morigia ex profeſſo prolixius. De Metropoli Mediolanenſi ſcripſit Carolus à Baſilica Petri Epiſcopus Novariæ opuſculum ſane egregium. De ejuſdem Archiepiſcopis ſcripſit Donatus Boſsius, Joannes Franciſcus Besutus, Joannes Dei, Gatelinus, Pambinus, Eugenius, Cattaneus Clericus Barnabita Epiſcopus Theleſinus, Salvator Vitalis in Theatro Triumphali Urbis Mediolani. Noviſsime autem quatuor volumina Joſephus Ripamontius exquiſite, ac luculenter Eccleſiæ Mediolanenſis Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ emiſit in lucem. Ab iis ergo, aliiſque auctoribus, ac M.S. monumentis hunc, qui ſequitur, Præſulum Catalogum deduximus.

1. S. BARNABAS inter Apoſtolus numeratus primum cum S. Paulo Antiochiæ Evangelium evulgavit, mox Tarſi; ex eo à Petro Apoſtolorum Principe in Galliam Ciſalpinam legatus Mediolanum venit, anno à condita Chriſtiana ſalute XL. ibique Mediolanenſem fundavit Eccleſiam (1), deinde Anathalone ſucceſſore relicto, quem è Brixienſi ſede vocaverat, poſtquam Bergomum, Brixiam, aliaſque illius Provinciæ civitates convertiſſet ad Chriſtum, in Cyprum Inſulam rediit, ubi nobilis certaminis coronam promeruit die 11. menſis Junii, cujus poſtea repertos cineres temporibus Zenonis Imperatoris, Mediolanum aſportarunt, atque in Eccleſia SS. Naboris, & Felicis diu inglorii jacuerunt, donec iterum reperti honorificentiori loco exciperentur. Itaque ejus ſacrum corpus capſula argentea concluſum populo quandoque oſtenditur, ut ejuſdem pietas erga Deum, Divoſque mirum in modum excitetur. Septem omnino annos ſcribunt, Mediolanenſi præfuiſſe Eccleſiæ, cujus qui non meminerit, nullus ſacrorum ſcriptorum reperitur.

I. De eo Acta SS. Junii t. 2. p. 422. Sedit ad an. 47.

2. S. ANATHALONUS, Græcus, è Brixienſi Antiſtite ad Mediolanenſem Eccleſiam translatus eſt à S. Barnaba Apoſtolo, dum in Cyprum ſibi proficiſcendum ſtatuiſſet. Qui cum ſub Nerone Imperatore plures pro Chriſto ſubiiſſet agones, anno 13. ſui Pontificatus non longe à Brixia evolavit ad ſuperos 7. Kal. Octobris, anno à conſtituta Chriſtiana ſalute 64 (2). Ejus ſacrum corpus in Eccleſia S. Floriani, deinde in Cathedralem translatum eſt anno 1572. Meminit Romanum Martyrologium, Baronius, & alii Mediolanenſis Eccleſiæ ſcriptores. Hæc, quæ ſequuntur, carmina conſecravit, atque ſub depicta effigie Anathalonis S. Mirocles Epiſcopus ejus ſucceſſor inſculpenda curavit.

II. Ab an. 47 ad 64.

D. Anathaloni Attigo Secundo Epiſcopo.

Petri hoſpes, Sanctèque Anathalon domne probate,

Atque

(1) Scriptoris Mediolanenſem Eccleſiam à S. Barnaba fundatam aſſerentibus, non aliter puto innitendum, quam quatenus teſtimonia publica ſunt traditionis, neſcio an omnino vetuſtiſſimæ, dum neque in S. Ambroſii Mediolanenſis, neque in S. Gaudentii Brixienſis operibus ullus invenitur locus, ubi [illegible] Eccleſiarum laudibus [illegible] prærogativam Cathedræ, ab Apoſtolo Barnaba inſtitutæ, nec alius uſquam vel in vicinio occurrit, primis poſt illos ſeculis ſcriptor, qui eandem prærogativam ſua aſſertione confirmaret, ut forte tota illa traditio non habeat auctorem alium, quam Pſeudodorotheum in ſynopſi. Certius igitur credam Anathalonem Cyprium fuiſſe, & diſcipulum S. Barnabæ, ut fortaſſis Mediolanenſis Eccleſia ſolum hanc cauſam habuerit ſuum [illegible] à Barnaba accerſendi. [illegible] quidem in Mediolanenſi ritus Ambroſiani Miſſali, ſub annum 1612. excuſo, & forſitan in pluribus antea manuſcriptis, propria miſſa de S. Barnaba, ſed hanc non eſſe à S. Ambroſio, quin potius dici poſſe compoſitam, probat ſilentium de ea veteris Antiphonarii Ambroſiani apud Mabillonem, prius ſcriptum, quam Eccleſia illa patronam ſumeret S. Theclam, pariter ibi prætermiſſam [illegible] probat, *prærogativa Metropolitani honoris*, & *Ambroſiana Eccleſia Pontifex*, in Præfatione expreſſius nominatus. *Papebrochius in Actis SS. Junii tom. 2.* Illud certè conſtat ab Auctore vetuſti Catalogi Mediolanenſium Præſulum, quem ex membranaceo perantiquo Codice Bibliothecæ Ambroſianæ tranſcripſit Henſchenius, notiſque illuſtratum edidit Papebrochius in Tract. prelim. ad tom. 7. Act. SS. Maji, omiſſum fuiſſe S. Barnabam, & nonniſi manu recentiſſima eidem catalogo ſuperadditum, ut teſtatur Mabillonius in Muſei Ital. t. 1. par. 2. p. 109. At licet in hac Mediolanenſium Antiſtitum ſerie ordinanda ejuſdem Catalogi perantiquum Auctores ſequendos cenſeam, eorumque per Henſchenium præſtitum ſubductam ſupputationem, cæteris omnibus poſteriorum ſcriptorum ætenus præferendam putem, quatenus nullam habeat ex antiquitate contradictionem, ut quandoque dem accidit, & ego ſuis locis non ſemel admonui, non equidem audeo vetuſtiſſimæ de Barnaba Mediolanenſi Apoſtolatu haud ſatis equidem probatæ traditioni intercedere, illumque hoc Catalogo duce ex Mediolanenſium Antiſtitum ſerie expungere: præcipue cum, ut obſervavit Euſtachius à S. Ubaldo in diſſert. de Metrop. Mediolan. p. 19. n. 31. in eodem codice, in quo eſt ille ſine S. Barnaba Catalogus, alioquin ſint [illegible] Mediolani Epiſcoporum, & inſcriptio à Barnabe, charactere æque antiquo deſcriptæ.

(2) Citatus Catalogus aſſerit S. Anathalonem ſediſſe an. 15. depoſitumque VIII. Kal. Octobris. Hiſtoria vero primorum Mediolanenſium Epiſcoporum ſeculo circiter VI. compoſita, quæ in eodem Ambroſiano Codice poſt Catalogum ſequitur, indicat, quod S. Anathalo vixerit in Pontificatu ab an. *VII. Claudii uſque ad VIII. Neronis*, id eſt ab anno Æræ vulgaris 47. ad an. ejuſdem Æræ 62. Neque hinc recedimus propter calculum Tillemontii p. 593. qui [illegible] Anathalonis diſſertat uſque ad an. 97. Mediolanenſes vero VII. decimanta Kalend. Octobris ejus memoriæ nunc aſſignant: quia ſcilicet priorem diem ſolemniori feſto ſibi vindicavit S. Thecla, urbis patrona, & Eccleſiæ primariæ Titularis. *Papebrochius.*

Atque idem ſocius Barnabæ Apoſtolici,
Qui Mediolani verbi myſteria tradens
Te jubet agnatos viſere Cænomanos.
Dum tua membra metu rigidis ſubducta Tyrannis
Brixia vicino detinet in loculo,
Hic titulum, & picto venerandos pariete vultus.
Miracles reddit, præſtitit alma fides.

III. Ab an. 61. ad 85.
3. S. CAJUS Sergius Romanus, virtute, generis nobilitate, & eloquentia præſtans, S. Barnabæ Apoſtoli nobilis Alumnus, qui primum Levita, deinde coadjutor S. Anathalonis ordinatus eſt, cui deinde defuncto ſucceſsit. Hic glorioſiſsimos Apoſtolos Petrum, & Paulum inviſurus proficiſcebatur Romam, cum ex divino inſtinctu didicit per palmam illos martyrii ſub deſæviente Nerone fuiſſe è vivis exemptos: perrexit nihilominus, loviſitque Linum, qui Petro ſucceſſerat, alioſque Apoſtolorum alumnos, atque aliquando cum illis moratus eſt. Hic primus fuit, qui Caſtritiani prædio cœmeteria martyrum inſtituit. Convertit autem ad Chriſtum, viros genere illuſtres Vitalem, & Philippum, ſacroque fonte abluit ex Senatorio ordine SS. Gervaſium, & Protaſium. Plures annos Mediolaoenſem rexit Eccleſiam.(1) & demum apud Paulıoum Proconſulem accuſatus, quod à fæviente in Chriſti fideles perſecutione necatos ſepulturæ mandaret, ipſe etiam per exquiſita tormenta martyr Chriſti effectus eſt anno 89. die 5. Kal. Octobris, ſepultuſque eſt à Philippo atque Caſtritiano in eodem ipſo cœmeterio, quod ad requiem ſanctorum corporum non ita pridem ſacraverat. Jacet nunc ejus ſacrum corpus apud Eccleſiam SS. Felicis, & Naboris. Cæterum non ſum neſcius Cajum hunc Mediolanenſis Eccleſiæ tertium Epiſcopum à docto noſtro Franciſco Bivario in ſuis ad Flavium Dextrum commentariis fuiſſe Hiſpanis vindicatum, quem S. Centurionis filium aſſerit, qui primus poſt Chriſti mortem ex Gentilibus credidit. Sed cum Dexter tribus in locis, quibus de Cajo Oppio ſermonem inſtituit, diverſe, ac confuſe ſe habeat, crediderim, ſalva reverentia tanti viri, Bivarium in Dextrum oleum, & operam perdidiſſe, cum hactenus nullus ex vetuſtis, recentioribuſq; Mediolanenſis Eccleſiæ ſcriptoribus inventus ſit, qui ſuis hæc rejecerit in commentariis, cum omnes Cajum aſſerant Romanum eſſe, ac mirum videtur priſcos ſcriptores de Centurione, quem patrem Caji affirmat Bivarius, altum tenuiſſe ſilentium.

IV. Ab an. 90. ad 131.
4. S. CASTRITIANUM Oldanum Mediolanenſem prænobilem civem populus Mediolanenſis poſt Caji exceſsum vocavit ad ſedem anno ſalutis 90. Hic primus fuit qui poſt Domitiani Imperatoris excidium, quod Chriſtianis Templis intulerat, eadem templa, novaque iterum excitanda curavit, ut ibi divinum penſum perſolveretur: duas ædes præcipuas conſecravit, atque de duobus Philippi filiis Fauſto, & Portio, hanc Fauſtam, quæ poſtea in S. Vitalis, illam Portianam, quæ in S. Martini ad corpus nomen tranſivit, appellavit. In Mediolanenſi Eccleſia uſum inſtituit presbyteros, clericoſque conſecrandi juxta ritum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ SS. Gervaſium, atque Protaſium ſepelivit, innumeramque Gentilium multitudinem convertit ad Chriſtum; ſupra annum quadraginta annos ſibi creditam adminiſtravit Eccleſiam; (2) poſtquam, multos exantlatos labores evolavit ad cœlos I. die menſis Decemb. an. ſal. 131. atque apud S. Joannem in Concha olim à ſe conſtructum Templum in memoriam S. Joannis ante Portam Latinam, ubi erat cœmeterium peregrinorum via Romana, ſepulchrum accepit. Hujus Martyrol. Roman. meminit.

5. S. KALIMERUS, ſeu Callimerius, natione Græcus, miſſus à ſuis nobilibus progenitoribus Romam ad S. Theleſphorum nobilibus diſciplinis expoliendus, cum Pontifex exceſſiſſet e vivis, juvenis adhuc perſecutionem Adriani Imperatoris declinans, divinitus inſtinctus venit Mediolanum, quem Caſtritianus perhumaniter exceptum Clericum ordinavit Fauſtiniani Templi, quem gradum tanta ſanctimonia vitæ decoravit, ut demortuo Caſtritiano illum populus unanimi acclamatione ſuffecerit. Jam ſibi à populo impoſitum diſcuſſerat onus, cum divinitus admonitus, Deo ſic cordi eſse, illius oneris honoriſque jugum accepit, inque turbulentiſſimis illis temporibus non modo Mediolanenſi populo adjumento fuit, & commodo, ſed toti Liguriæ, & Inſubriæ etiam quas verbo, exemploque, cum maxime æſtuaret impietas, ad pietatem inſigniter promovit. Demum plura perpeſsus, ſub Aurelio Commodo Imp. conjectus in carcerem, per exquiſita tormenta poſtea demerſum in puteum, nobilem tulit palmam martyrii, cum annis plus minus 51.(3) Mediolanenſem Eccleſiam gubernaſset, pridie Non. Auguſti ſalutis anno 186. Tumulatus fuit in hortis Philippi, quod & cœmeterium Caji dictum eſt. Anno deinde ſalutis 770. Thomas Archiepiſcopus in Eccleſia Caſtritiani nomine, ac corpore ſacra altare aureum, ubi ejus corpus conditum eſt, regio ſumptu erexit. Certe autem non conſtat apud auctores, quot annos in ea dignitate Kalimerus floruerit, aſſerentibus aliis an. 53. nonnullis 43. non nemine 39. & aliis 55. Nec magis Kalimeri de patria convenit inter illos, unuſquiſque pro arbitrio ſuo de iis ſententiam ferat, credatque, cum de hujuſmodi rebus remotiſſimis à noſtra memoria vix aliquid certo ſciri poſse videatur. Kalimeri corpus nuper Federicus Cardinalis Borromæus Archiepiſcopus ſolemni ritu eodem in loco, quo repertum fuerat, recondidit. & inſcriptione ornavit hujuſmodi. V. Ab an. 138. ad 191.

Corpus S. Calimeri Archiepiſcopi Mediolani & martyris, ſub hoc altari quondam reconditum, ex variis lapideis, æneiſque inſcriptionibus accurate recognitum, Federicus Cardinalis Mediolani Archiepiſcopus inde amotum, ſolemnique proceſſione circumlatum præſentibus Epiſcopis Comprovincialibus in Concilio Provinciali ſeptimo ſub hoc eodem Altari honorifice collocavit Anno MDCIX. die XXXI. Maji.

Ennodius Ticinenſis in reparatione Baſilicæ S. Kalimeri, hoc addidit Epigramma.

Libera captivum meruerunt culmina lumen,
Arridet facies nubila nulla gerens.
Hic nuper aſtrigeri dos proxima venit Olympi,
Laurenti vatis ducta miniſterio.
Ædibus, & vitæ cujus nunc una figura eſt;
Ceu ſolis radiis forma color ſimilis.
Euge vetuſtorum reparator perge novorum
Conditor, & vultu clarus, & ingenio.
Abjurant priſcam te Præſule, tecta figuram,
Advena caſuris porrigitur Geticus.

6. S.

(1) Cajus ex citato Catalogo ſedit an. 21. depoſitus eſt VI. Kal. Octob. Vita vero ejus jam in dicta hiſtoria, narrationis ſerie ſubtexta Vitæ S. Anathalonis docet annis in Epiſcopatu vixiſſe *uſque ad quintum Domitiani Cæſaris annum*: obiiſſe vero *pridie Kalendarum Januariarum*, & ſepultum eſſe *in horto Philippi*, Senatoris nobiliſſimi, apud quem conventus Chriſtiani conveniebant: & hujus rei monumentum videtur mihi ea ſcriptura quadam Cancellariæ Mediolanenſis, ubi legitur *Translatio S. Caii XIII. Aprilis Dominica*. Eam Eccleſiam Franciſcani nunc tenent, quibus petentibus an. 1571. facta eſt à S. Carolo Borromæo nova Tranſlatio, eamque recolunt 14. *Septemb*. Anni Epiſcopatus ita numerantur in eadem hiſtoria, ut in margine eadem manu antiqua notetur, idem ubi ponitur *duo & viginti annorum curriculo*, alias legi, *quatuor*. [illegible] Auctor Catalogi eſt: ſecundum exigit Domitiani annus V. qui annus cœpit cum menſe Septembri anni 85. *Poſt obitum*, ſequitur hiſtoria, *B. memoria Confeſſoris et Epiſcopi Caii, [illegible] temporis præfata ſedes Eccleſiæ benedictione ſacerdotali viduata, et Paſtoris propria manſit cura deſtituta*. Quamdiu ſcilicet in vivis fuit Domitianus, ut dicit vita ſucceſſoris, ideſt, per annos ſere duodecim uſque ad I. Nervæ, qui fuit Chriſti 97. *Papebrochius*.

(2) Ita quoque Catalogus. Eundemque depoſitionis diem habet hiſtoria vitæ, [illegible] ſubſequenter computat: eademque tempus Epiſcopatus *per an.* [illegible] extendit *ad an. uſque Adriani 21.* qui eſt an. Chriſti 137. *Sepultus eſt*, inquit eadem hiſtoria, *à diſcipulis [illegible] in cœmeterio quod dicitur Romano, ea ſcilicet via, qua Romam tenditur, haud longe ab arcu triumphali. Quem locum hominibus quidem diu incognitum, Dei autem [illegible] palamque [illegible] manifeſtatum his, quos dignos ſumma ſanctitas fecerat, aperte cognovimus*. Et tunc veriſimiliter tranſlatum fuit corpus ad *Eccleſiam S. Jo. in Concha*. *Papebrochius*.

(3) S. Calimerus ex Catalogo *ſedit an.* 53. *depoſitus pridie Kalendas Auguſti*: Sic etiam hiſtoria jam ſæpe allegata, quæ per annos, quot diximus, 53. deducit non ad an. Chriſti 192. *Ceſſavit autem Epiſcopatus anno uno & medio* ait eadem hiſtoria, itaut annus 193. ſucceſſori Monæ fuerit primus. De corpore nihil ſciebatur aut cum ſcriberetur hiſtoria, aut cum Catalogus compilaretur. Quod inſert Ughellus, in Cœmeterio Caji ſepultum fuiſſe, ex Ferrario deſumpſit. *Papebrochius*. Hinc patet quàm longè aberret Baronius aſſerens ad an. 123. Calimerum ab Alexandro PP. fuiſſe ordinatum.



(1)

VI. 6. S. MONAS poſt annos duos interregni S. Kalimero, divinitus populo oſtenſus eligendus, ſuffectus eſt anno 188. Hic Mediolanenſis erat ex nobi-

Ab an. 191. ad 2,6.

libus Burræ conſularis familiæ ortus parentibus, clarus cum philoſophiæ ſcientia, tum vitæ ſanctimonia. Is cum Eccleſiam creditam opulenti ſui patrimonii inſtituiſſet hæredem, illam mirum in modum locupletavit. Civitatem in Parochias diviſit centum quindecim, ac certis quibuſdam limitibus definivit (alii primam Parochiarum diviſionem in Maternum ſucceſſorem transfundunt) pluresque Eccleſias conſtruxit, in quibus S. Petri Baſilica habetur illuſtris, ex quo ejus gentiles à Baſilica Petri ſunt appellati. Pauperes munificentiſsime aluit, auctumque Mediolanenſem clerum optimis inſtituit diſciplinis. Pie ſanctèque vixit in Epiſcopali dignitate, ut meliores arbitrantur ſcriptores, uſque ad annum 59. (2) volavitque inde ad cœlos 8. Kal. Aprilis octuagenario major. Cujus feſtum Mediolani ſolemne habetur 4. Id. Octobris, tunc ſcilicet cum Heribertus Archiepiſcopus illius ſacras reliquias tranſtulit in Eccleſiam S. Vitalis; quas iterum noſtra memoria S. Carolus Borromæus in ſummam Mediolanenſem Ædem intulit ſolemni pompa. Hujus meminit Martyrologium Romanum, Galeſinus, Galvaneus, Triſtanus Calchus, & alii. Monæ contendunt ſucceſſiſſe Miroclem, ſed cum ſolidis, ac veroſimilibus conjecturis illorum opinionem Ripamontius viſus ſit refutaſſe, S. Maternum S. Monæ ſucceſſorem ſubjicimus.

VII. 7. (3) S. MATERNUS, Eccleſiæ Mediolanenſis Primicerius, poſt diutinam vacationem, à Clero & populo Mediolanenſis Antiſtes declaratus eſt.

Ab an. 284. ad 303

Hujus Pontificatum ſævitia ſævisſime exercuerunt perſecutores, Materno intrepide ſibi concreditum gregem defendente, ita ut ſuis adhortationibus Carpophorum, Fidelemque cum ſociis animaverit ad Martyrium, Victoremque, qui ſub Maximiano nobilem Martyrii palmam receperat, ſuis ipſe manibus ſupremo demandarit officio. Poſt Juliani exceſſum in Derthonæ civitate Epiſcopum Meliodo-

A rum ordinavit, eandemque civitatem confirmavit in fide. Ipſe etiam ſub eodem Imperatore immaniſſima pertuliſſe tormenta narratur, eaque præſentiſſimo, ac immobili animo ſuperaſſe. Volavit autem ad ſuperos, cum plures annos Mediolanenſem Eccleſiam adminiſtraſſet, die 18. Julii, circa annum Domini 307. (4) Ejus ſacrum corpus apud SS. Naborem, & Felicem honorificè requieſcit. De eo Martyrol. Rom.

8. S. MIROCLES Mediolanenſium octavus Antiſtes fuit, Materno que defuncto ſucceſſit. Nobili loco Mediolani natus eſt. Quamobrem non modo optimis inſtitutis ſibi creditam Eccleſiam excultam habuit, ſed etiam ingentibus opibus ex paterna hæreditate adauxit. Eccleſiæ Mediolanenſi Eccleſiaſticam doctrinam reſtituit: ſtatuitque inter alia, ut clerici ſtatis horis ad pſallendum in Eccleſiam convenirent. Romano Concilio interfuit ſub Melchiade Pontifice anno 313. Ubi Cæcilliani Carthaginenſis Epiſcopi cauſa agitata eſt, ut ſcribit Optatus Milevitanus lib. 1. contra Parmen. Hujus S. Ambroſius meminit in Auxentium. S. Anathalonis anteceſſoris ſui memoriam exornavit, ejuſdemque effigiei ſupra memoratum Epigramma adjecit. Deceſſit autem plenus meritis juxta Ripamontii calculum veriorem, eodem ipſo anno (5), quo à Romano Concilio reverſus fuerat 3. Nonas Decembris, ſepultuſque eſt apud S. Victorem in Eccleſia Portiana, prope quam Cœnobium fundaverat, quod nunc Olivetani, Monachi incolunt. De ipſo ſcribunt Martyrol. Rom. Panvinus, Galeſinus, quibus non ſatis convenit, quo tempore floruerit Mirocles, niſi quod ex Concilio Romano, cui interſuit, certiſsime arbitrantur per idem tempus illum vixiſſe. Ex ejus proſapia originem duxiſſe S. Epiphanium Epiſcopum Ticinenſem ſcribit Ennodius Ticinenſis in libro de rebus geſtis ejuſdem Epiphanii.

VIII.

Ab an. 303. ad 315

B

9. PROSIUS (6), vel OROSIUS Mirocli ſuffectus eſt circa annum 314. quo ipſo anno Concilio Arelatenſi interfuit, ubi cum ducentis Epiſcopis Conſtantinus Magnus Eccleſiaſticas res promovendas curavit, iterumque ad calculos Cæcilianam cauſam revocandam, nec de Oroſio alia memoria occurrit apud antiquos. Inter Luitprandi adverſaria nuper à doctiſsimo Hieronymo Higuera una cum ejuſdem Luitprandi opera excuſa, notiſque illuſtrata, memoratur quidam Natalis Toletanus Epiſcopus, poſtea Mediolanenſis, *Sanctus*, inquit, *Epiſcopus Natalis Toletanus, poſt Mediolanenſis, Vitalis filius fuit, nepos S. Natalis confeſſoris Romani, ſucceſſit S. Melantino confeſſori, interfuit Concilio Arelatenſi primo, Romano ſub Sylveſtro, & Nicæno, poſt fidei cauſa miſſus in exilium, reverſus Mediolani Epiſcopus eligitur, ſanctus moritur.* Verum ex dictis, modoque dicendis facile comperiet lector, quam longe à veritate ſit, quod Natalis ille Toletanus Epiſcopus, qui Arelatenſi primo concilio

C

(1) Puricellus in vita S. Laurentii Archiep. p. 15. ingenuè fatetur, Petrum Galeſinium primum fuiſſe, qui præſumpſerit ſuum cuique Sancto, aut Epiſcopo familiam aſſignare. Quibus ſanè fundamentis videat eruditi. Interim Ughellus ut gratiam eminentem ſerviret, gentilitia ſcuta (quorum uſus ſeſius etiam quàm cognominum cœpit) peregre dignatus eſt nominibus ſingulorum, jam inde à quarto Urbis Epiſcopo Mona, qui adſcribitur familiæ Burrum. *Papebrochius.*

(2) S. Monas ex Catalogo *ſedit an. 19. depoſitus 8. Kal. Apr. ad S. Vitalem.* At ut ferunt, qui *illud paterna noſſe traditione potuerunt*, alleganturque *Philippus Chriſtianiſſimus Imperator primus ex Auguſtis Chriſti jugo colla ſua ſubmittere decrevit*, quemadmodum narrat jam diferme eo erat tempore, quo Regnavit autem Philippus cum filio non integris ſex annis, qui tamen imperfecti ſeptem numerantur: quorum medius, Chriſti 246. ultimus Monæ fuit, juxta eandem hiſtoriam, quæ demortui corpus *Prædeceſſorum tumulis* adjunctum ait, ſed addit, *qui locus uſque nunc mortalibus manet incognitus.* Repertum poſtea atque in æde S. Vitalis ab Ariberto, ſeu Heriberto Archiep. ſeculo Chriſti XI. depoſitum, & circa annum X. ſeculi am initium XI. denuo elevatum, denique à S. Carolo Borromæo in Eccleſiam Metropolitanam translatum eſt, ubi ipſa colitur 12. Octob. quando primam translationem factam arbitramur. *Papebrochius.* At ex Catalogi calculo dicendum eſſet S. Monam obiiſſe anno 250.

(3) Qui Urſulanarum Virginum martyrio Cyriacum Rom. Pont. & Pantaliſ ſucceſſorem, omnibus Catalogis ignotum, admiſcuerunt, eidem cum pluribus aliis Epiſcopis Italicis, janueum Marinum Mediolanenſem, hunc autem nonnullis, eruditis aliis viris, intelligo non diſplicere, propterea quod Materno illi videant pauciores paſſim annos adſcribi, adeoque opportunum cenſeant ſupplendo hiſtoriæ Mediolanenſis hiatui, ut exiſtimans, manifeſto. Nec ego vehementer contendero nullum eſſe hiatum aut hic, aut etiam inter primos quatuor. Sed firmiori teſtimonio opus eſſe puto, ut eo, quo forte ſedes vacavit, tempore, credam ſediſſe aliquem, cui nomen fuerit Marinus: & quando hoc invenirem, novam difficultatem faceret an. 235. quo is debuiſſet Urſulanæ iſtiſſe comes cum iſto fabuloſiſſimo Cyriaco. Quare exploſo Marino, non cunctabor Monæ ſubjungere Maternum, in fide præcilatum hiſtoriæ Epiſcopali, finem cum Materno ſumentis. *Papebrochius.*

(4) Videtur Catalogi ſæpe citati Auctor hactenus allegatam primorum Epiſcoporum hiſtoriam, vehementer dubito ex eo præcipuè, quod S. Maternum poſtponat Myrocli, cui illum eſſe omnino præponendum tota ejus vita, quanta quanta eſt, loquitur, ut pote omnem hiſtoriam Cæſarum, à Decio nimirum ad Diocletianum & Maximianum percurrens, itaque nnens: *Depoſitus eſt idem Chriſti Confeſſor ſub Maximiano Imperatore XV. Kal. Auguſtas*; anno ſcilicet 303. Myrocles autem, eidem perperam prepoſitus in Catalogo, ſenex adhuc in vivis fuit an. 313. Cum ordine autem nominum videtur potuiſſe etiam inverſus numerus annorum, adeout cum aſſerat Catalogus Myroclem ſediſſe an. 12. Maternum 12. dici debeat Maternum ſediſſe an. 12. & Myroclam 12. Sic ut à tempore Decii uſque ad Imperium Aureliani, Mediolanenſis Eccleſia caruerit Epiſcopo, cujus quidem nomen ſciatur: Et idem forſitan erunt ante ceciderit, cum vix credibile videatur, tres conſequenter Epiſcopos una in urbe fuiſſe, qui omnes 50. annum gerendo Pontificatum excedant inter renovatas toties perſecutiones Gentilium Imperatorum. *Papebrochius.*

(5) Interfuit item Myrocles anno 314. Voluſiano, & Anniano Coſſ. Synodo Arelatenſi: illi enim ſubſcribuntur *Merocles Epiſcopus*, *Severus Diaconus de civitate Mediolanenſi*, *provincia Italia*, ut videre eſt in novi. Concil. editione Harduini tom. 1. p. 267. Unde optimè conjicit Papebrochius Myroclem ſediſſe an. 12. ab an. 303. ad an. 315. *pridie Kal. Novemb.* ut aſſerit ſæpè citatus Catalogus.

(6) In eodem Arelatenſi Concilio poſt Merociem, & Severum ſubſcribuntur *Oreſius Epiſcopus*, *Nazarius lector*, *de civitate Maſſilienſi Provincia Viennenſi*. Sed quia pro his duobus, in antiquiori imperfectiorique Conciliorum editione Colonienſi an. 1530. ſub titulo Concilii Arelatenſis ſecundi (quod tamen non eſt aliud ab eo quod ibidem dicitur primum) legitur, *Ex Provincia Italia civitate Mediolanenſi Oroſius Epiſcopus*, *Nazarius lector*; etiam Oroſius inducitur in numerum Epiſcoporum Mediolanenſium, ab Auctoribus Tabulæ editæ ex Decreto Concilii IV. Provincialis ſub S. Carolo Borromæo: quæ quidem Tabula non uno loco eſt corrigenda, ut nunc ſatis agnoſcunt eruditi Mediolanenſes. *Papebrochius.*

A lio interfuit, Mediolanenſis Epiſcopus aſſeratur. Arelatenſe enim Concilium anno 314. celebratum eſt, Nicænum vero anno 325. in quibus Natalis Toletanus ex Luitprando non abfuit. Natalis vero Mediolanenſis Epiſcopus anno 747. vel 749. Epiſcopus ordinatus eſt, cujus dies feſtus celebratur 3. Idus Maji. Præter hunc Natalem neminem alium hujus nominis Præſulem noviſſe Mediolanenſem Eccleſiam, ſatis perſpicuum eſt. Hinc nonnulli cenſuerunt Luitprandi Adverſaria, ejuſdemque Chronicon vel ſuppoſititia, vel depravata eſſe.

IX.

Ab an. 315. ad 331.

10. S. EUSTORGIUS (1) hujus nominis I. genere Græcus, poſt Profium Mediolanenſem rexit Eccleſiam, vir antea ſpiritus militaris, quique nomine Conſtantini Inſubriam adminiſtravit, ſed tanta Chriſtiana pietate, ut vix diſcerni poſſe videretur, an miles magis in armis tractandis eſſet, quam optimus Clericus in promovendis ſacris. Itaque defuncto Oroſio, unanimi conſenſu populi, Clerique Præſul Mediolanenſis ſufficitur, nec electioni Cæſar refragatus eſt, ad quem cum Conſtantinopolim uſque Euſtorgius adiiſſet, non modo B benigne, humaniterque exceptus eſt, ſed etiam donatus plurimis, pretioſiſque muneribus, ad Eccleſiam ſuam rediit, in cujus favorem plura etiam à Cæſare obtinuit privilegia (2). Cæterum in donariis nihil magis enituit, quam trium Magorum, qui vagienti adhuc Salvatori ex Oriente opes detulerant, ſacra corpora, quæ Conſtantinopoli Euſtorgius Mediolanum advexit, condiditque in Eccleſia, quam olim trium Magorum dixere, deinceps vero S. Euſtorgii, quod ipſe decedens in ea ſepulchrum accepit. Præfuit Mediolanenſibus ad multos annos, ob vitæ ſanctimoniam tum Conſtantino Imp. tum populo charus. Ejus virtutes celebravit Ambroſius. Ejus feſtum decurrit 14. Kal. Septembris. Ejuſdem vitam narrarunt Mombritius, Beda, Martyrol. Rom. & alii.

11. JULIUS (3) Euſtorgio ſucceſsit. Hic Synodo Romanæ ſubſcripſit, ſub Julio Romano Pontifice celebratæ anno 337. Anno 4. ſui Pontificatus C deceſsit, ut Ripamontius ſcribit.



X.

Ab an. 331. ad 356

12. S. PROTHASIUS de Algiſiis, nobilis Mediolanenſis, Julium ſubſecutus eſt. Hic eſt ille Prothaſius, qui in Sardicenſi Concilio apud Conſtantem Imperatorem Arrianum, Athanaſii cauſam intrepide defendit, cujus viciſſim gratitudinis ergo in ſermone ad eundem Conſtantem honorifice meminit, ubi affirmat paulo ante Prothaſium exceſſiſſe e vivis, qui fuit annus 356. In quo ipſo anno Athanaſium conſtat ſcripſiſſe. Ipſius autem feſtum celebratur die 24. Novembris. Cæterum inter ſcriptores Mediolanenſes controvertitur, quo tempore hic ſanctus floruerit, diſceſſeritque; ſed Athanaſii teſtimonium tanti viri jugulat omnes errores, quibus minus periti temporum ſolent abduci; egregie enim Ripamontius deducit inciſſe in annum 356. (4) fuiſſeque ſepultum apud Baſilicam Portianam. Nec prætereundum quod Prothaſius ad S. Barnabæ fontem, quædam poſuit carmina, quæ in excidio Urbis fracta, ab aliquo alio venerandæ antiquitatis amatore fuerunt exſcripta, & conſervata: carmina vero ſunt hæc.

Hanc fontem tibi dedicat, atque Deo ſuper andis
Conſecrat impoſitam famulus Protaſius aram,
B *Quæ Ticina ſilex, & Martiaporta, beate*
Barnaba, te Ligares advectum nuper in oras
Audiit hortantem cætas, et rite lavantem
. . . . famine victo
Vt per te plebs luſtralt admota ſacello

Alciatus ſic legit ſequentes verſus:

Quam facies eſt alba urbi, quam candida genti
Tam niveis animis colat intra mœnia Chriſtum

Fonſejus autem ſic, ex volumine Saxonico ſumpſit:

Atque hæc præcipue colat intra mœnia Chriſtum
Urbs Mediolani ante Italas ingentior urbes.

Hic vero fons apud Ticinenſem Portam eo nomine pie adhuc Mediolani viſitur, quod in eo S. Barnabas multos ex Mediolanenſibus baptizaverit. Jacobus Philippus Opicellus librum inſcripſit, cui titulus eſt Fons D. Barnabæ Eccleſiæ Mediolanenſis Epiſcopi. Carolus quoque à Baſilica Petri Novarienſis Epiſcopus de Fonte Barnabæ, deque iis verſibus relatis ſic loquitur. Monumentum præterea C hujus rei pulcherrimum nobis reliquit Andreas Alciatus, quod etiam Fonſejus, ſeu Funtana Mediolanenſis ex volumine quodam Saxonico in Germania ſcripſit. Sunt autem carmina ad fontem S. Barnabæ olim Mediolani poſita à S. Prothaſio veteri Epiſcopo Medio: quæ putant in excidio urbis fracta, & ab nonnullis exſcripta. His & pluribus aliis adductis teſtimoniis adventum Barnabæ Mediolanum probat, quem per tres annos conſediſſe aſſerit ad fontem de quo agitur, qui tum temporis extra mœnia civitatis reperiebatur: ibidem fidei principia jeciſſe tum docendo, tum baptizando: cujus rei argumentum eſſe ait, vetus inſtitutum quod novi Pontifices primum capeſſentes inſignia, & curam Mediolanenſis Eccleſiæ ab initio fuere ſoliti ad hunc ipſum fontem inaugurari, ut iter ab Apoſtolo ſignatum felici omine, & cœpto proſequerentur: quæ poſtea cæremonia ob loci anguſtias ab Euſtorgianam Baſilicam tranſlata eſt. Durat etiam memoria, prope eundem fontem à D. Barna-

(1) Hic Auctor citati Catalogi rurſum Ordinem invertit præponendo S. Euſtorgio S. Prothaſium. Verum certum eſt Euſtorgium Prothaſio anteponendum; ſiquidem S. Athanaſius poſtremum allegat ut præſentem colloquium, quod an. 345. Mediolani habuit cum Imperatore Conſtante, rurſumque idem an. 347. ſubſcribitur Epiſtolæ Synodi Sardicenſis ad Julium Papam, apud Hilarium in fragmentis, nomine quamvis corrupto *Parthaſius ab Italia de Mediolano*: [illegible] inter hunc, & Dionyſium tertium nullus poſſit, qui notabili tempore ſederit. Sedit autem S. Euſtorgius, ut teſtatur Catalogus an. 17. depoſitus XIV. Kal. Octob. [illegible] ab an. 315. quo dicimus obiiſſe Maternum ad an. 331. *Papebrochius*.

(2) Hæc deſumpta ſunt ex S. Euſtorgii vita, quam refert Mombritius, ſed quam antiquæ auctoritatis ea ſit, ſatis prodit excuſatio, *quod de eſurgeſtis* [illegible] *pauca potuerint reperire propter negligentiam præcedentium, qui cognita ſcribere, vel ſcripta aliquando perdita reſtaurare cum potuerint neglexerunt*. Ex iis vero, quæ de Euſtorgii legatione, & Magorum corporum Mediolanum tranſlatione narrat, [illegible] apparet adornatam [illegible] ſæculo X. vel XI. vitam illam, ſeu potius Encomium S. Euſtorgii conſcriptum fuiſſe, ab homine nihil inter tempora diſtinguente, & confundente duos Euſtorgios, quorum ſecundo Euſtorgianæ Eccleſiæ fundatori, ſæculo VI. Eccleſiam Mediolanenſem regenti, tolerabiliori figmento, adſcribitur ab aliquibus tranſlatio Magorum in dicta Eccleſia quieſcentium. Mirum omnino eſt, quod ex hâc [illegible] ſcriptoris, Mediolanenſes recentiores ad unum omnes dictam Tranſlationem ætati Conſtantini Magni adſcribant, eo tantum fundamento, quod *S. Euſtorgius* dicatur electus *mortuo S. Dei viro Prothaſio, octavo illius civitatis Epiſcopo*; cum tamen nuſquam nominetur *Conſtantinus*, & manifeſte agatur de aliquo Imperatore longe poſteriori. Eſt autem hoc eo etiam mirabilius, quod eorum multi, qui iſti vitæ tantum tribuunt, evertunt ſine ſcrupulo totam vitam S. Materni, in qua nihil difficile creditu, quam quod is totum ferque ſæculum vivendo implevisſet, à perſecutione ſcilicet Decii uſque ad Diocletiani & Maximiani perſecutionem. Evertunt vero totam, quando eundem Maternum poſtponunt Myrocli, & Prothaſio, [illegible] Auctor [illegible] ſynodalis, [illegible] de Deis, & Franciſcus Bezutius. Interim nullus omnino allegatur ſcriptor vetuſtior, monumentum nullum, quo aſſumetur fides tam antiquæ, ut præſumitur, poſſeſſionis. E contrario objicitur ſilentium S. Ambroſii, tam ſæpe loquentis de ſanctis Mediolanenſibus, abſque ulla tamen Magorum mentione, qui in Commentariis ſuper Evangelium Lucæ, cujus cap. 2. explicando interponit ex Matthæo Narrationem de Adventu Magorum, prolixius ſuper ea diſcurrens, quorum corpora ſi Mediolani haberi ſciviſſet, quomodo potuiſſet id non ſaltem obiter indicare vel ſemel? *Papebrochius*.

(3) Hujus nulla mentio apud Auctorem toties citati Catalogi. Acta vero Synodi Romanæ celebratæ an. 337. pridem exploduntur, ut ſuppoſititia, & farrago quædam, ut loquitur Pagius, ab Iſidoro Mercatore collecta, à doctiſſimo Bacchinio in ſuo Agnello Ravennate par. 1. pag. 104. & ſeqq. Proinde non eſt cur miretur Baronius ad an. 337. hunc ipſum Julium à Panuinio prætermiſſum [illegible], *alemnus Eccleſiæ antiquæ quærantur Epiſcopi, illi* [illegible] *erant, quos veterum Conciliorum Acta ſuppeditant*. Quod quidem verum eſt, ſi ejus Concilii Acta legitima extarent, ut ſecus, cum ea conficta fuiſſe deprehendantur. In eam vero inclinat ſententiam Baronius, ut crederet Julium Mediolanenſium Epiſcopum Maternum cognominatum fuiſſe, & illum ipſum, cujus inſigne opus habemus de myſteriis profanarum Religionum ſub nomine Julii Firmici Materni V. L. Sed hanc quoque ſententiam pluribus convellit nuper laudatus Bacchinius loco cit. pag. 111. & ſeqq. ut nullus ſit locus Materno Mediolanenſi Antiſtiti Julii nomen adſignandi.

(4) Catalogus ſæpe laudatus aſſerit S. Prothaſium vixiſſe in Epiſcopatu an. 24. depoſitumque 8. Kal. Decembris ad S. Victorem. Inde ſequitur ſediſſe ab an. 331. quo ſ. Euſtorgio ſucceſſit, ad an. 352. *Papebrochius*. Certè ante annum 356. oportet obiiſſe Prothaſium, cum Mediolanenſi Concilio habito anno 355. interfuerit ejus ſucceſſor Dionyſius.

naba vexillum crucis primum erectum fuiſse in illo lapide perſorato, qui in S. Dionyſii templo aſſervatur, de quo in marmore adjacenti inciſa proloquitur inſcriptio.

In hoc rotundo lapide erectum fuit Vexillum Salvatoris à S. Barnaba Apoſtolo Eccleſiæ Mediolanenſis fundatore, ut ſcriptorum auctoritate, & vetuſta populi huc confluentis decima tertia die Martii traditione comprobatur.

Ad eundem fontem aliquos Barnabæ ſucceſſores, ac præſertim Cajum multos baptizaſse perhibent plerique auctores.



XI. a De eo Acta SS. Maji tom. 6. p. 39. Ab an. 352. ad 355

13. S. DIONYSIUS a Marſianus civis, atque Archiepiſcopus Mediolanenſis virtute conſtantiæ contra Arrianos inſignis. Hic eo tempore Mediolanenſem Eccleſiam adminiſtrabat, hoc eſt anno 355. cum Mediolani, tum Catholici, tum Arriani Epiſcopi celebrarent Concilium. Ibi cum Arriani ſavore Conſtantii Arriani Imperatoris conarentur Athanaſium damnare, illorumque conatibus reſragaretur Dionyſius, à ſurente Conſtantio poſt multas perpeſsas ærumnas in Cappadociam relegatus ſuit, ubi in catholica confeſſione conſtantiſſime perſeverans evolavit ad ſuperos 8. Kal. Junii anno 374 (1) in civitate Retojenſi, Armeniæ finitima, ſi Trithemio credimus. Ejus ſacrum corpus deinde retulit Mediolanum Aurelius ejus civitatis Epiſcopus, ſancto Ambroſio excipiente. Quæ ſolemnis translatio haud operam divi Baſilii Magni deſideravit. Hujus è Cappadocia Mediolanum translationis Galeſinus meminit, quem e monumentis Mediolanenſis Eccleſiæ eruit, expurgavitque. Hujus autem S. Epiſcopi vitam, geſtaque narrat Mombritius tom. 1. vitæ ſanctorum, Baron. ad annum 355. De eodem etiam narrant Beda, Uſuardus, Addo & alii. Ejuſdem etiam meminit S. Athanaſius Epiſtola ad ſolitarios, & in libro de Synodis, S. Hilarius ad Conſtantinum, S. Ambroſius, Hiſtoria Sacra, Luciſer Calaritanus lib. 2. pro Athanaſio, & in actibus S. Euſebii Vercellenſis Epiſcopi. Dionyſii corpus nunc ſummo in templo conditum ſervatur. In ejus laudibus Hymnum cecinit Ennodius.

Dionyſio Chriſtus dedit
Quot bella, tot victorias
Exul, piorum civis eſt
Urbis ſupremæ particeps.
Conſtantius Vatem loco
Quondam Tyrannus expulit;
Non ceſſit iſte turbido:
Crevit periculis fides,
Hoc ſancta die profeſſio,
Se pœna tradit proſperis
Optata mercatis malo,
Perſiſte tortor adjuvas.
Lux hæc negando ceditur,
O quam beata adverſitas?
Si ſic triumphant exules,
Nihil verendo Martyre
Confeſſor ille diſtitit.
Diſperſa mors quos afficit
Ad vota mortis evolant,
Nil lenta perdit coctio,
Intrat latenter abdita,
Vitale funus mæror eſt;
Velox medela tranſitus.
Riſit furorem Principis
Fide manente curſitans,
Fixus per orbem ducitur
Qua ſol coruſcat acrior.
Negans bibendi copiam,
A te tremende ſumimus,
Ceu noſtra quæ remuneras;
Tu mitte ſanctum poſcere
Quod in ſe nobis conferas.

14. AUXENTIUM (a) deinde Cappadocem Arrianum, pro S. Dionyſio exule Conſtantius Imperator Mediolanenſibus impoſuit Præſulem anno 355. Hominem factioſum, ac turbulentum plenumque fraudis, qui annos decem & novem Mediolanenſem occupavit Eccleſiam. Quamobrem à Concilio Ariminenſi damnatus eſt, convictuſque ab Hilario, iterumque à Damaſo Papa damnatus, atque à cætero fidelium cœtu ſejunctus, repentina morte miſere diſperiit, cum prius magnum illum Martinum, Turonenſem poſtea Epiſcopum, Mediolano expuliſset, qui illic ideo ſe contulerat, ut ibi commodius Monachalem vitam profiteretur. Semel dixiſse ſat ſuerit, impium Auxentium ita commiſcuiſse ſacra proſanis, ut uno deinde Ambroſio opus ſuerit ut aliquod priſcæ pietatis Mediolani veſtigium extaret, quam paulo ante S. Dionyſius impenſe coluerat. De Auxentio retulere Theodoretus, Hilarius, Ambroſius, Hieronymus, Baronius, aliique non pauci. Ab an. 355. ad 374

15. S. AMBROSIUS a igitur patria Romanus, ordine Senatorio, Ambroſii filius, Sanctæ Eccleſiæ Doctor, Mediolanenſis autem lumen, ac decus, ex Ciſalpinæ Provinciæ Præfecto Dionyſio potius, quam Auxentio ſucceſſit, ex divino inſtinctu die 7. menſis Decembris anno 374. approbante Deoque gratias agente Valentiniano Imperatore. Qui mucrone ſuæ doctrinæ, vitæque ſanctimonia, non modo Mediolani, ſed etiam per totam Italiam Arrianam fœdiſſimam luem ita jugulavit, ut jam ne palpitare quidem videretur. Quamobrem merito à Magno Baſilio appellatus eſt Epiſcopus virtutis, fidei fundamentum, Oratorque Catholicus, à S. Auguſtino vero clariſſima, ac ſplendidiſſima lucerna. Hic tantum doctrina valuit, ut inter Romanos Eccleſiæ Doctores numeretur; tantum etiam ſanctitate, & auctoritate, ut Mediolanenſem Eccleſiam Metropolitanam Galliæ Ciſalpinæ Eccleſiarum ſedem fecerit, ac ritum ſacrorum peculiarem illi tradiderit, quem adhuc tot poſt ſæcula obſervat, ut non immerito Mediolanenſis Clerus, & populus S. Ambroſium ut patronum, ac protectorem præcipuum præcipua etiam pietate colat: ſiquidem ut Jacobus Apoſtolus Hiſpanis, ſic Ambroſius Mediolanenſibus præſentem in bello opem non ſemel attulit. Cujus egregia monumenta Paulinus conſcripſit. Sparſim vero, præter citatos auctores, de eo loquitur diffuſe Baronius in Annal. Eccl. Bellar-

XII. a De eo conſulenda præfatio noviſſimæ ejus operum editioni à Monachis S. Mauri adornatæ. Ab an. 374. ad 398

(1) Noſter Catalogus annos XIV. S. Dionyſio adſcripſit, neſcio quo ſenſu, vel quo conſilio: niſi forte in exilio annis decem vixiſſe ſanctum credidit. Nos vero decennium demențes ei numero, quartu Epiſcopatus ſui anno expulſum dicimus: & quamvis aliquot annis in exilio vixerit, hos tamen nec ſedi ejus adſcribendos credimus, præter morem, & uſum vetuſtatis, ſæpe notatum in Romanis Pontificibus, quantumvis injuſta depoſitio fuerit, nec [illegible] ad eum numerum poſſe excreſcere, cum conſtet Dionyſium, quem Imperator Conſtantius ſimul cum honore reſtitui juſſerat, votis exegiſſe, & obtinuiſſe, ut in exilio vitam poneret, adeoque obiiſſe, ſi non ante, quod veroſimilius, ſaltem ſtatim poſt. Nam ut Conſtantii mors irritam reddiderit [illegible] Dionyſio faciendam, nonniſi mors ejus propria impediſſe potuit, quominus ad edictum Juliani anno 361. una cum cæteris Epiſcopis exulibus, ad ſuam Diœceſim reverteretur. *Papebrochius.*

(a) Hic merito prætermittitur in Catalogis Epiſcoporum hujus Eccleſiæ, cum fuerit à Conſtantio Imperatore intruſus, & toties damnatus. Per ſummam tamen Valentiniani Imperatoris indulgentiam toleratus eſt uſque ad mortem, quam obiit an. 374. invaſi Epiſcopatus 20. circiter. Poſt quem, electo S. Ambroſio oppoſuit ſeſe, Imperatorio favore ſubnixus, *Auxentius alius*, advectus e Scythia, mutato nomine *Mercurinus*, ſicut intelligitur ex ea oratione, quam habuit ſanctus, tradere ei Eccleſiam juſſus, ad conſternatum ea fama populum in Dominica Palmarum, quidlibet potius ferre paratum ſe declarans, quam iſtud agere, aut Epiſcopatu ſponte cedere. *Papebrochius.*

larminus de Eccl. Scriptoribus, qui præter honorificum de ipſo elogium, omnia ejuſdem numerat monumenta. Prolixe vero Ripamontius in Hiſt. Eccl. Mediolanenſis. Exceſſit è vivis die 4 menſis Aprilis ann. 397. (1) cum ſexageſimum ſupra quartum ageret annum, cujus ſacrum corpus in Baſilica Ambroſiana requieſcit. Ejus feſtum ex decreto Concilii Tridentini celebratur 7. Id. Decemb. quo ipſo die Epiſcopus eſt ordinatus. Natalis vero ejuſdem 4. Aprilis, corpus ejus Eccleſia ejus nomine ſacra conditum ſervat. Ennodius Ticinenſis Ambroſianas laudes his ſubjectis carminibus celebravit.

Egit, quod docuit, meritis, & honore ſuperſtes
Ambroſius vates, moribus, ingenio.
Roſcida regifico cui fulſit murice lingua,
Vere ſuo pingens germina quæ voluit.
Serta redimitus geſtabat lucida fronte,
Diſtinctum geminis ore parabat opus.
Inſtituit populos geſtu, probitate, pudore,
Fovit reſpiciens, pertulit, admonuit.
Vatis ut officium poſtrema pericula poſcunt,
Sic teneras culpas qui tacet, inſequitur.
Succinctus gladiis, clypei de pondere tutus,
Pectora claudebat textilibus Chalybis.
Enſis habet vires vitiorum ſector, & hoſtis.
Vipera non tangit ſquammea terga viri.



XIII. 16. S. SIMPLICIANUS Patria Mediolanenſis è Capitaneorum Beverata gente Ludovici, & Senagrudæ filius, S. R. E. Præsbyter, eruditione, ſcientia, ſapientiaque longe clariſſimus, dignuſque plane, qui Ambroſio ſancto è vivis exempto ſufficeretur, à S. Damaſo Papa miſſus eſt, tamquam collega, præceptorque Ambroſii recens in Epiſcopum ordinati. Itaque vivente Ambroſio ſumma fidelitate adminiſtravit, magnoque eidem uſui fuit in Arriana hæreſi extirpanda, egregiamque navatæ operæ retulit laudem, ut idem Ambroſius, Auguſtinuſque teſtantur. Cæterum illud inſigne facinus Simpliciani narratur, convenisse illum Romæ Idololatram Victorinum Rhetorem, adeo uſque ad pertinaciam devium, ejuſdemque per idem tempus ventoſam medicinam feciſſe, cum prius oſtendiſſet, quam commode ex principiis fidei poſſet philoſophari; cujus doctrinæ cum acceſſiſſet Auguſtinus, plures Platonicæ ſectæ diſcuſſit errores, Ambroſioque, Simpliciano ſequeſtre, conciliatus eſt. Quo item inſtituente, ad Catholicæ doctrinæ faſtigium uterque pervenit. Iis igitur pro meritis Ambroſio Simplicianus ex Archidiacono majoris Eccleſiæ, penè capularis ſenex, ſucceſſit anno 397. quem Ambroſius ut parentem coluerat, & ut magiſtrum obſervaverat. Erat tunc provectæ ætatis, quique jam inde, ut teſtatur ipſe Ambroſius, illam dignitatem promeruerat. *Iſte* (teſte Galvano) *fecit viginti quatuor Canonicos in Canonica Deſmana. Hic addidit* (ut alienis verbis utar) *Magiſtratos tum octo pueris Eccleſiæ Mediolanenſi, nec non octo lectores minores cum ſchola S. Ambroſii, & cum Cimeliarcha, numero viginti inter maſculos, & fœminas ad munus offerendum in perſona totius populi.* De quo etiam alius ex veteri traditione: *Beatus Simplicianus congregatis omnibus ſuis Epiſcopis ſuffraganeis, de ipſorum conſenſu ordinavit, quod Epiſcopi ſinguli ſingulis ſeptimanis officium facerent, & miſſam cantarent ſuper Altare B. Ambroſii, quia non videbatur juſtum ſuper corpus B. Ambroſii miſſam celebrare, niſi eſſet Epiſcopali dignitate infulatus. & tunc fuit ordinatum, quod juxta Noxetam per tria milliaria ab urbe Eccleſia S. Georgii cum Turri altiſſima, & Palatio nobili, & magno. In proceſſu temporis, quia munus erat grave, aliqui Epiſcopi de Inſulis, aut de Alemania huc advenere. Ipſi Epiſcopi ſuam redimentes vexationem ſymbologizantes, alia beneficia emerunt, & Eccleſiæ Mediolanenſi donaverunt quibus aliqui Clerici ſuſtentati onera Epiſcoporum ſupportaverunt.* Ad Simplicianum ſcripſit Vigilius Epiſcopus Tridentinus Epiſt. de ſanctis martyribus Siſinnii, & ſociorum, quæ extat apud Baron. an. 400. Tres omnino annos Mediolanenſem rexit Eccleſiam tanta cum laude pietatis, atque prudentiæ, ut decedens haud leviorem mœrorem, quam defunctus Ambroſius Eccleſiæ Mediolanenſi attulerit 18. Kal. Septembris (2) Tantæ autem auctoritatis Simplicianus erat, ut de infantibus apud Donatiſtas baptizatis, Carthaginenſes Concilii Patres, in quibus Auguſtinus erat, unum illum conſulerent; tandem conſiliarium habuit Auguſtinus in quibuſdam Sacræ Scripturæ difficillimis quæſtionibus; quare aliquot libros eidem inſcripſit, ut Simpliciani firmati judicio in litteratorum lucem fidentius prodirent. Eidem S. Vigilius Tridentinus Epiſcopus librum de martyribus dedicavit, plureſque apud ipſum Ambroſianæ leguntur Epiſtolæ, ejuſdemque mentio extat apud Paulinum in vita Ambroſii S. Simplicianum in ſanctorum numerum retulit Anaſtaſius Pontifex. Apud Marianum Templum ſepultus jacet, in quo ipſo templo, jam antea SS. martyrum Siſinnii, Martyrii, & Alexandri ſibi dono miſſas reliquias condiderat. Quas deinde reliquias cum corpore S. Simpliciani, plurimorumque ſanctorum, Divus Carolus Borromæus in decentiorem locum transferendas curavit. In quarum laudem hæc ſubjecta carmina, ex publico civitatis voto ſunt eiſdem affixa.

Mihi eſt Ambroſius pater patronus,
Illi tu pater, & mihi quoque idem.
Te imprimis igitur colam ut parentem
Tanquam deinde patris patrem, & patroni.
Ita ſi aſpiciam paterna jura;
Eris bis pater, & ſemel patronus.

Facta eſt hujuſmodi tranſlatio an. 1582. 4. Kal. Junii quam in nigro lapide in Sacrario Abbas, & Monachi, hiſce verbis perennarunt.

D. O. M.

Divis Simpliciano, Genutio, Benigno, Antonio, Ampelio Archiepiſcopis Mediolani Vigilio, Siſinnio, Martyrio, & Alexan-

Ab an. 397. ad 400.

(1) Auctor Catalogi ait S. Ambroſium *ſediſſe an. 26. menſes IV. dies V. depoſitum die V. menſis Aprilis*. Videntur hæc ſupponere, quod S. Ambroſius obierit an. 397. quando Paſcha celebratum fuit V. Aprilis. Conſtat enim ex Paulino vitam ſcribente, quod pridie Paſchatis mortuus, poſtridie ipſo Dominico in Eccleſiam Ambroſianam illatus eſt: hic autem concurſus Paſchatis & diei V. Aprilis ſolùm contigit anno prænotato. Sed hac ratione S. Martinus totis ſeptem menſibus S. Ambroſio ſuperfuiſſet, contra quàm habet traditio Eccleſiæ Mediolanenſis, deinde ordinatio ejuſdem S. Ambroſii, per dictos annos, menſes, ac dies retrogradiendo, contigiſſet an. 370. die 1. Decembris. Atqui is dies tali anno habente litteram Dominicalem C. non fuit Dominicus, ſed feria IV. quod non eſt congruum veteris Eccleſiæ ritui. *Papebrochius*. Potuit igitur Henſchenius in exercitatione de anno & die mortis S. Ambroſii præfixa tomo 1. Aprilis ſediſſe S. Ambroſium an. 24. menſes V. dies X. defunctumque fuiſſe antelucana hora Sabbati Sancti die 4. Aprilis anni 398. incipiendo annum à Januario, aut prævia Nativitate Christi, ſi enim auſpicemur à feſto Paſchali, dies prænotatus erit ultimus anni 397.

(2) S. Simplicianus ex Catalogo *ſedit an. X. depoſitus 18. Kal. Septemb.* Errorem hic eſſe numeri patet ex ætate ſucceſſoris Venerii. Simplicianus autem dicitur defunctus anno tertio ſui Epiſcopatus, magis quia diutius vixiſſe non potuit, quàm quod certa aliqua auctoritate conſtet tamdiu in Epiſcopatu vixiſſe: veroſimilius autem dicetur X. irrepſiſſe pro 11. *Papebrochius*; ubi etiam confutat fabulam de Ariſtio Mediolanenſi Epiſcopo. De vicaria Simpliciani præfectura à Siricio PP. obtenta ſuper omnes Eccleſias Hiſpanicas, & Africanas, ut ſomniantur nonnulli, legendus Henricus de Noris in ſua diſſertat. hiſtor. de ſynodo V. C. X.

aandro martyribus ſacer locus inſtauratus. Quorum reliquias ea Altari vrteri in hoc Greg. XIII. Pont. Max. Philippo II. Hiſpaniarum Rege. Carolus Borromæus Mediolani, Gabriel Paleottus Bononien. Archiepiſcopi, & Cardinales Epiſcopi XI. Synodi Mediolanen. Seraphinus Mediolanenſis hujus Cœnobii Abbas, aliique Abbates Caſſinenſes Pontificiis inſignibus ornatis, Civitatis Provinciæque omnibus, ſolemni pompa comitantibus humeris ſuis traſportaverunt. MDLXXXII. V. Kal. Junias.

Qui ludi, quæ pompa ſacra Urbs ſolemnia, & aras
Inſtituit Divis debita dona ſuis.
Ad proprias ſacros cineres traducimus Aedes,
Sanctaque rite urnis condimus oſſa piis.
Ardua lætanti celebrantur mœnia cœtu,
Aſſyrius paſſim ſpirat odore cluis.
Deſuper Eccleſiæ texunt umbracula frondes,
Flore novo vernans ſparſa renidet humus.
Vos Divis eſte boni, votiſque aſſueſcite noſtris,
Dum memores vobis annua ſacra parant.
Rem, ſobolemque auget, procul bella horrida, peſtemque,
Et diram egregia pellite ab Urbe famem.

De Simpliciaoo item ejuſmodi Eonodii reperitur epigramma.

Ambroſius liaqueus viduatæ munia plebis,
Tranſtulit ad curam Simpliciane tuam.
Succeſſoris opes, ſpoliati viſcera regni,
Creverunt merito temporis alterius.
At velut annoſam zefiris parcentibus ornum,
Ne metuat bellum, longa quies ſolidat.
Tyro tamen ſeſſa cana ad rudimenta vocatus,
Non flexit priſcum degenerans apicem.
Nil timuit gelidis anima fervente medullis
Pontificis virtus flores habet ſenium.
Aquora qui tecleo preſſit terrena parenti,
Moribus, & cultu ſidera cum tetigit.

Simpliciani ſocius, atque diſcipulus traditur Theodulus Mediolanenſis notarius, qui magna cum laude Epiſcopus Mutinenſi præfuit Eccleſiæ.



XIV. 17. S. VENERIUS *a* Oldradus patritia Mediolanenſi familia clarus Simpliciano ſucceſſit anno 400. S. Ambroſii & ipſe ſocius, ſanctimonia, atque doctrina ſuppar. Hic quam præcipuæ exiſtimationis eſſet Concilii Carthaginenſis Patres anno 401. abunde declararunt, qui ſimul & ad Anaſtaſium Papam & ad Venerium miſerunt legatos. Venerius autem anno primo ſui Pontificatus contra Origeniſtas Mediolani Synodum celebravit. Ejus mentio extat apud Paulinum in vita S. Ambroſii, apud Anaſtaſium Papam in Epiſtola ad Joannem Epiſcopum Hieroſolymitanum, S. Hieronymum in Apologia 2. adverſus Ruffinum, S. Paulinum Nolanum Epiſt. 16. Ad Severum ſcripſit, & ad S. Venerium Joannes Chryſoſtomus. Sedit annos 9. (1) aliis 6. turbulentiſſimis illis temporibus, quibus Gothorum illuvies infeſtavit Italiam. Deceſſit anno 409. 4. Non. Maji. Sepultuſque eſt in Baſilica SS. Nazarii, & Celſi. Illius meminit Baronius in ſuis ad Martyrol. Rom. notis, & in Annalib. Eccl. De quo etiam hoc ſequens elegans epigramma panxit Eonodius Ticinenſis.

a De eo Acta ss. Maji t. 1. p. 494. Ab an. 400 ad 408

Forma pudicitiæ juvenis ſectanda Veneri
Venit, nominibus nil famulata ſuis.
Fortia marcebant vetulo ſub judice membra,
Ætas præſentem perdiderat puerum.
Sublimis poſtquam conſcendit fulcra Cathedræ,
Cana tenet populis dogmata diſſeruit.
Aurea fluxerunt locupletis ſtemmata linguæ,
Solvit, ac nitidum reddidit eloquium.
Alvus ut Eccleſiæ tumuiſſet ſemine verbi,
Non deerat paſtus lactis Apoſtolici.

XV. 18. S. MAROLUS *b*, natione Syrus, Innocentio I. Pontifici familiaris, ab ipſo adjectus eſt Archiepiſcopus Mediolanenſis anno 409. ſanctimonia vitæ inſignis, quindecim totos annos Mediolanenſem rexit Eccleſiam, in ea perturbatione rerum, quæ fortiſſimum quemque frangere poſſe videretur. E vivis eximitur anno 424. (2) 9. Kal. Maji, ſepultuſque eſt in Baſilica Romana, quam poſtea SS. Nazarii, & Celſi appellavere, prope ſuum anteceſſorem. De quo Baronius Mart. Rom. & cæteri. Illum ſubjectis carminibus Ennodius Ticinenſis celebravit.

b De eo Acta ss. Aprilis t. 3. p. 771. Ab an. 408 ad 423

Marolus extremæ potator Tygridis undæ,
Qui jubar in madidis viderat hoſpitiis,
Quem labor in proprio Syriæ ſolidaverat axe,
Orditur vatem dotibus innumeris.
Pervigil, intentus, jejunus, providus, ardens,
Quod morem tenuit, ſat fuit officio.
Os tenerum quoties guſtus contingit honeſti,
Tranſit ad effectum quod fuit imperii.
Terra potens olim, Patribus fundata beatis,
Nobilibus mundum partubus irradiat.

XVI. 19. S. MARTINIANUS *c* Archiepiſcopus Mediolanenſis inauguratus fuit anno 424. Hic cum doctiſſimus eſſet, ſcriptis libris, quos ad Theodoſium, indeque ad Patres Epheſini Concilii miſit, Neſtorianos confutavit errores. Ætatem extendit uſque ad annum 432 (3) Deceſſit 4. Non Januarii, jacet apud Baſilicam S. Stephani. De quo ita Ennodius Ticinenſis.

c De eo Acta ss. Januarii t. 1. p. 89. Ab an. 423 ad 435

Mens atrei lactis, ſpecies manifeſta columbæ
Aſtutia ſerpens Martiniane vale.
Lubrica te dubii dum poſcunt flumina vulgi,
Inveniunt pavidum ne mereare legi.
Unus erat mundo contraria judice narrans,
Qui ut caperet Regnum vincere non metuit.
Protinus ad magni perductus limen honoris
Ecce cœlorum vicibus inſeritur.
Poſt geminas ſanctis conſtruxit mundior ædes,
Lumine quas clauſo juſſit habere diem.

20. S.

(1) S. Venerius ex Catalogo *ſedit annos VIII. depoſitus die IV. menſis Maji ad S. Nazarium*. Quia autem ad Venerium jam Epiſcopum ſcripſiſſe ſe teſtatur Anaſtaſius Papa, intra an. 398. quo fuit creatus, & 401. quo defunctus, ideo reſtringendos eſſe S. Simpliciani annos dixi, & Venerium cum anno ſeculi cœpiſſe, abſolviſſe ejuſdem ſeculi anno IX. judicavit Henſchenius (ad tom. 1. Maji) mallim dicere anno 8. quia eadem in hoc Catalogo annos incompletos paſſim pro completis numerat. *Papebrochius.*

(2) Catalogus ait S. Marolum *ſediſſe annos XV. depoſitum IX. Kalend. Maji ad S. Petrum ad . . . .* Obiiſſet ergo 423. Eccleſiam autem S. Petri, ad quam depoſitum dicitur, eſſe baſilicam poſtea Nazarianam, aut etiam Eccleſiam Apoſtolorum, docemur ex Romano Martyrologio ad diem X. Maji. *Papebr.*

(3) Noſter Catalogus affirmat S. Martinianum *ſediſſe an. 10. depoſitum IV. Kalend. Januarii ad S. Stephanum*. Nunc colitur 10. Nonas Januarii: Nempe dies 29. Decemb. impeditur celebranda octava Nativitatis, dies autem 2. Januarii vacat in Eccleſia Mediolanenſi, quæ non celebrat octavam S. Stephani, nec alias ex Romano uſu ſequentes; ſed ſolum Natalis Dominici. Schiſmatici quidam Orientales Neſtoriani, Conſtantinopolim miſſi contra Epheſinam Oecumenicam Synodum an. 431. celebratam, dum alii ſuum Antiochiæ habebant Conciliabulum, in Epiſtola ad Rufum fingunt, quod hic Epiſcopus ad ſe ſcripſit, librumque B. Ambroſii de Dominica incarn. ad piiſſimum Imperatorem miſit, *barrtiolo*, ut loquuntur, *Cyrilli capitulis contraria docentem*, vocantque *Martinum Sanctiſſimum, Deoque dilectiſſimum Mediolanenſium Epiſcopum*: qui haud dubiè noſter Martinianus eſt, adeoque illo anno vixit, neque ſolùm tres annos, uti in Ambroſiana noviſſimæ recognitionis breviario legitur, ſedem ſuam tenuit, ſed ut minimum an. 19. pro quibus facile potuerunt obrepſiſſe 10. quos recipere nulla ratione poſſumus, propter Euſebium à Martiniano tertium, quem conſtat an. 451. in Epiſcopatu exiſſe. [illegible] camus igitur obiiſſe Martinianum an. circiter 435. *Papebrochius.*



XVII
Ab an. 415 ad 438

20. S. GLYCERIUS Landrianus nobili gente natus, ad Mediolanenſem Archiepiſcopalem dignitatem aſcendit annn 432. Hic à vitæ ſanctimonia, moribuſque purioribus Angeli cognnmen traxit. Ante obtentam dignitatem Epheſinn Concilio interfuit, & tamquam Martiniani Legatus aſſedit. Octn anoos hanc adminiſtravit Eccleſiam, quam cum paternis fortunis iocupletaſſet, exceſsit è vita die 20. menſis Septembris (1). Sepultuſque eſt apud Baſilicam Romanam prope S. Marolum, relatuſque deinde eſt in numerum ſanctorum. De eo Martyrologium Romanum, in eujus laudes ita Ennodius.

Suffuſus minio per quæ optima facta rubeſcens
Virgiaei vultus Glycerius ſequitur.
Puram ſanguineo maculat dum rore figuram
Pictageaas facies ſimpliciter placuit.
Caadentem crocea geſtans aſpergiae frontem,
Læta verecundis tinxerat ora notis.
Iadeptus ſceptrum tribuit, quod ſeſtis imago,
Purpura quem mentis prodidit imperio.
Hinc avus, & populus parvo vix tempore felix,
Sed rurſus magni miſſus ad obſequium.



XVIII
a De eo Acta ss. Februarii t. 2. p. 511.
Ab an. 438 ad 448

21. S. LAZARUS de Lazaris a, aliis ex familia Cotta, Brochardi filius, nnbilis Mediolanenſis, qnem alii arbitrantur hnminem fuiſſe exterum. Ex Primicerio Cathedralis Archiepiſcopus adlectus eſt anno 440. Hic triduanas Litanias in Rogationibus inſtituit. Pro conſtruendo monaſterio D. Auguſtini Alumnis locum attribuit. Mediolanenſem Eccleſiam rexit annos 11. fatoque functus eſt 3. Idus Feb. corpus jacet ad S. Nazarii majnris (2). De eo Martyrologium Romanum, effuditque in ejus laudes hoc epigramma Ennodius Ticinenſis.

Lazarus ut diri premeret pede culmiaa mundi
Vocibus accitus frux venit in medium.
Quem frons læta parum, vitiis depinxerat hoſtem,
Mulctantem culpas luminibus tacitis.
Reſpiciens lapſus deterſit aubila vitæ:
Curam ſæpè dedit vulaeris obſequio.
Non latuit, tectis facinus qui geſſit in antris,
Abſens criminibus tortor ubique fuit.
Inaccuis placida veraabat luce ſerenus,
Ceu ſpeculum aoxis iniiciens faciem.

XIX
b Græcus dicitur ab Ennodio in Epigrammate
Ab an. 449 ad 462

22. S. EUSEBIUS Paganus Mediolanenſis b, ex Diacono Archiepiſcopus ordinatus eſt à Leone I. Pontifice; vir utique tum doctrina, tum miraculis clarus. Cnm enim aliquando Calix cryſtallinus decidiſſet in terram, fractuſque in minutiſsimas diſsiluiſſet partes, Euſebius ſuis ipſe manibus, demirante populo, reſtituit integrum. Factns vero Epiſcopus, templa à Gothis furentibus excifa reſtituit, combuſtnſque divini officii codices refecit. Salutarem Synodum celebravit anno 451. Tempore vero quo Chalcedonenſe Concilium agitabatur, ad Leonem Pontificem ſynodalem epiſtolam miſit. Romanæ ſynodo ſub Hilario interfuit anno 465. Pnſtea ad Eccleſiam reverſus pienus meritis exceſſit è vivis pridie Idus Auguſti annn 466. (3) ſepultuſque eſt in Baſilica S. Stephani. De quo in Martyrnlogio Rnmano, ac Ennodius his carminibus.

Euſebius Ligurum ſucceſſit finibus hoſpes
Ignotæ tractus gentis amicitia.
Grajus erat, ſolito Titna quò reſpicit ortu,
Flammigero lymphas vertice decutiens.
Mitis, compoſitus, largus, pius, integer, audax,
Crederet ut damnum non dare perpetuum.
Flevit pauperiem miſeram, arriſit habenti,
Gaudia cum cunctis, triſtitiamque gerens.
Hunc index operis locuturo nuatiat orbi,
Fama virum, gentes de ſtatione trabeas.



XX
c De eo Acta ss. Maji tom. 2. p. 43.
Ab an. 465 ad 470

23. S. GERUNTIUS c Baſilicapetri, ſanctimonia vitæ memorabilia, poſt S. Euſebii exceſsum ab Hilario Pnntifice Archiepiſcopus Mediolanenſis eſt ordinatus circiter annnm 466. obtenti epiſcopatus poſseſſionem iniit 7. Kal. Janu. præſuit ann. 7. (4) rarn vigilantiæ exemplo: ex hac vita diſceſſit 3. Nnn. Maji, ſepultuſque eſt in Baſilica S. Simpliciani, qnn ipſe SS. Maruli; Glycerii, & Lazari paulo ante reliquias tranſtulerat. Arbitrantur nonnulli è nobili gente à Baſilicapetri Mediolanenſi, eacellentium virorum in omni memoria feraciſſima

(1) Catalogus noſter alt S. Glycerium *ſediſſe an. 14. depoſitum 17. Kalend. Octob.* Alibi ſoluur 18. anni leguntur, & ex his primos decem auferr Arrvianum; nec adhuc auferuntur ſatis, ſi Lazaro ſucceſſuri relinquendi ſunt anni XI. Itaque ſolum ultimum, utriuſque numerum annorum quatuor teneo, cenſeoque Glycerium obiiſſe an. circiter 438. Hodie colitur XII. Kal. Octob. ut dubitem errorne tranſcribentis acceſſerit quinarius, & legi facere 17. an verò mutatus ſit dies, ne perderetur pro die XV. Septembris, antiquior cultus s. Nicomedis. *Papebrochius*.

(2) Ex Catalogo S. Lazarus *ſedit an. XI. depoſitus XIV. die menſis Maji ad S. Nazarium*. At omnes, qui eum inſcripſere faſtis, menſem non Maji legunt, ſed Martii, & hoc veroſimilius eſt, ſic enim in quadrageſimam incurrens feſtum, neceſſario transferri in alium menſem debuit, prout factum intelligitur ex uſu Mediolanenſis Eccleſiæ, Lazarum recolentis XI. Februarii. Circa annos ſedis nemo ferè ambigit, quos ut Æræ Chriſtianæ aptemus, certiſſimam regulam præbet Euſebii ſucceſſoris Epiſtola, ſcripta ad S. Leonem Papam, & ex ſententia Queſnelli data an. 452. ut ſaltem anno 449. fuerit Epiſcopus s. Lazarus. *Papebrochius*.

(3) Ex Catalogo s. Euſebius *ſedit an. 17. depoſitus die IX. menſis Auguſti ad s. Laurentium*. Die IX. Auguſti impedito per ss. Firmum, & Ruſticum nunc colitur die 17. Si anni ſedis rectè exprimuntur, & eorum initium bene ponatur in anno 449. non ipſe, ſed ejus ſucceſſor is fuerit, cujus nomen excidit è titulo Romanæ Synodi, habitæ an. 465. die 15. Kalend. Decemb. *Papebrochius*.

(4) s. Geruntius ex Catalogo *ſedit an. 6. depoſitus VII. Maji ad s. Simplicianum*. Cum in notando depoſitionis die aliquis videatur eſſe defectus librarii; potius quàm ſuppleam more Romano VII. Kalend. aut Idus Maji, ut dies 26. Aprilis, aut 9. Maji intelligatur; malim credere à principio ſcripti Catalogi poſitum fuiſſe V. *menſis Maji*, id eſt, nonis Maji, quo die nunc ipſa colitur, mortuus anno 470. *Papebrochius*.

ortum habuiſse Geruntium; *a* alii ex Burrea prænobili familia. Illius meminit Martyrologium Roman. de quo etiam non ſemel citatus Ennodius Ticinenſis.

a Quod prius præſumptum, ut multa ſolida in alterutram partem auctoritate probatur, ita nec meretur operoſe refutari. Henſchenius ad Acta 20. Maii tom. 5. p. 44.

Eccleſiæ poſtquam parta eſt tibi ſella, Gerunti,
Funera deceſſor non timuit moriens.
Te reparante redit, patitur ſors pallida lethum,
Vivit poſt obitum diſcipuli pretio.
Agricolis junctus coluiſti germina vitę,
Nec ſerpens lolium pabula læta tulit.
Qui dedit in medium, quem lex jubet optima victum,
Emit terrenis fructibus ille polum.
Errorem mentis preſſiſti lege laborum,
Otia non paſſus, virtutibus veberis.



XXI.

Ab anno 472. ad 479.

24. S. BENIGNUS è Bentia gente nobilis Mediolanenſis hanc eandem ſedem aſſecutus eſt anno 472. Hic à primis annis Romæ educatus, nobiliores ibidem imbibit diſciplinas atque eccleſiaſticos mores, factuſque Epiſcopus templa, Eccleſiaſque, quas Odoacres Herulorum Rex barbara impietate exciderat, ſplendidiori iterum cultu excitavit, potuitque in ſuæ felicitatis maximam partem deputari, ſibi videlicet contigiſſe S. Barnabæ Apoſtoli corpus per idem tempus inventum, deportatumque Mediolanum, honorificentiori loco collocare. Sex annos Mediolanenſem rexit Eccleſiam, cum maxime Barbari totam inundaſſent Italiam. Plenus meritis deceſſit 12. Kal. Decembris anno 479. (c) ſepultuſque eſt apud Baſilicam Simplicianam, cujus deinde corpus ſolemni pompà cum aliis ſanctorum reliquiis honorificentiorem in locum tranſtulit S. Carolus Borromæus, translatoque nomine Civitatis hæc carmina dedicarunt.

In terra almę parens erat Benignus
Et re & nomine, nomen eſt tibi idem.
Rem tunc non teneas Dei ſuprema
Qui in Cœlis frueris benignitate?
Tuæ ergo benefac Benignus Urbi.

De eo Martyrologium Romanum, Baronius, & alii. Fallitur autem Panvinus cum illum Bentium nominat, cognomen uſurpans, quem cæteri appellavere Benignum, e familia Bentia, ut diximus: de eodem Ennodius Ticinenſis.

Exere quæ potuit meus nomina certa Benigne,
Quem quiſquis vocitat teſtis erit meriti.
Cana fides hominem dum narrat, detegit actus.
Nil loquitur caſu pignoris attonitus.
Præſcia venturi non errant vota parentum.
In veram vertunt blanditias ſobolem.

Ante patrem cujus ſedit, plaudente Senatu,
Prælatum ſanctis extulit ille caput.
Pollice ſed duro, ceu flos ſuccisſus aratro eſt,
Spes, decus, & genius de floribus cecidit.



XXII.

b De quo Acta 28. Maji tom. 6. p. 769. ubi pag. 770. per totum caput 3. examinat Papebrochius, an fuerit Septaliæ familiæ.

Ab an. 480. ad 483.

25. S. SENATOREM *b* Septaliæ gentis vetuſtiſſimæ ornamentum, doctrina, vitæque ſanctimonia clarum S. Simplicius Pontifex ad Mediolanenſem ſedem evexit anno 480. in Conſtantinopolitano Chalcedonenſive Conciliis contra Neſtorium, Eutychiumque hæreſiarchas S. Leonis Papæ Legatum jam inde notum. Tres tantum annos hanc adminiſtravit Eccleſiam, deceſſitque cum Catholicæ Eccleſiæ tranquilla res eſſet 5 Kal. Junii ann. 483. (2) ſepultuſque eſt in templo S. Euphemiæ prope paternas ædes ab ipſo conſtructo, meruitque miraculis clarus ab Anaſtaſio II. Pontifice in album ſanctorum referri anno 497. Cujus ſacræ exuviæ nuper repertæ fuerunt ſub altari cum hac pervetuſta brevique inſcriptione: *c Sub hoc altari requievit corpus ſancti Senatoris Septaræ Archiepiſcopi patroni noſtri.* Meminit Senatoris, ejuſque legationis ſanctus Leo Papa in epiſtolis, Euſebius Med. Archiep. In epiſt. ad Leonem, Baronius in Annalibus, & in notis ad Romanum Martyrologium 28. Maji, cæterique omnes Mediolanenſis Eccleſiæ ſcriptores, Ennodius denique Ticinenſis hoc illum exornavit elogio.

c Neque exuviæ a. ben vitera unquam repertæ ſunt, & inſcriptio antiquitatem non præfert, ut oſtendit citatus Papebrochius loco cit. n. 9.

Qui vincit trabeas, ſolium, cinctumque Gabinum
Conſulibus præſtans, ecce, Senator adeſt.
Ingenium velox, ſermonis cura rotundi
Virtutum pretium, forma pudicitiæ.
Abdita librorum myſteria, clauſa prophetæ
Qui dedit in lucem, ſchemate quo voluit.
Orbis ad extremi miſſus ſecreta, veredis
Curavit ſtudiis, quod fuerat lacerum.
Tunc Oriens victum peregrino lumine faſſus,
Hæſit ad aſpectum lampadis alterius.

Septaliæ gentis pervetuſtam familiam ab Albinis Poſthumis Romanis, vel à Clodio Albino Septimii ſocio Imperii fluxiſſe narrant nonnulli, ac ut ille per ſeptem gradus ad Cæſaream dignitatem pervenit, ſic poſteros ejus ſeptem alas pro gentilitio ſtemmate ſumpſiſſe: alii ortum trahere narrant ex M. Julio Septal. II. vir Rom. vel ex Septa Mauritaniæ metropol. aut ex Satalia Macedoniæ, ſeu ex Satala Armeniæ minoris civitatibus, aut tandem veriuſque exiſtimant temporibus Maximini Imper. originem habuiſse, & ab Oppido Satala ab ea conditum Setalium dictam, ſeptemque aureatas ad cœlum tendentes alas in purpurea parma pro ſigno uſurpaſse in memoriam ſeptem nobilium virorum fra-

(c) Noſter Catalogus aſſerit s. Benignum *ſediſſe an. 8. depoſitum XIII. Decemb. ad S. Simplicianum.* Ex hanc conſequenter an. 477. mortuum dixero, nihil eo dimotus, quod in lectionibus hodierni Mediolanenſis Breviarii, tantum dicatur ſediſſe ſex annis. Erravit autem vehementer Baronius in notis ad Rom. Martyrol. quando Benignum ſediſſe ait circa an. Dom. 400. Aliis recte corrigitur ibidem Panvinius, qui putabat ſe eum reperiſſe in Synodo Carthaginenſi, non animadvertens Synodum illam habitam poſt Conſulatum Flavii Stiliconis, id eſt an. 401. Propter orationes, quæ de hoc Sancto reperiuntur in Breviariis antiquis, proponuntur pro XII. *Kal. Decemb.* quando etiamnum colitur: adeout vix dubitem quin ita primitus ſcriptum ab Auctore Catalogi ſit. *Papebrochius.*

(2) Hoc idem habet noſter Catalogus, ideoque juxta calculum noſtrum obierit s. Senator an. 480. *Papebrochius.* Addit Ughellus, quod miraculis clarus ab Anaſtaſio II. Pontifice meruit in album ss. referri an. 497. ſed licet hoc etiam in novis lectionibus hujus Sancti legatur, nemo tamen nobis aliquem idoneo teſte probavit, hoc ſibi muneris Romanos Pontifices iis ſeculis aſſumpſiſſe extra Romam, ſuæque ordinationi ſubjectas diœceſes ſuburbicarias. Idem *Papebrochius in Actis 28. Maji. t. 6. p. 770.*

A fratrum, qui ſub Maximino Cæſare in Satala Armeniæ urbe pro Chriſto palmam ſumpſere martyrii. Conſtans fama eſt S. Ambroſium Setalii Oppidi templum dedicaviſse, quod adhuc extat nobili Præpoſitura exornatum, ab ea familia olim ejuſdem Oppidi domina extructum dotatumque permagnifice. Utcumque ſit, pervetuſta . nobiliſque inter Mediolanenſes habetur, clariſsimorum virorum ſobole illuſtrata, avitum ſplendorem etiam nunc ſervat. A Senatore noſtro Præſule ſanctiſsimo, ab Henrico ejuſdem ſucceſſore, aliiſque diverſarum Eccleſiarum Præſulibus à B. Lanfranco primo Eremitani Ordinis Priore Generale, aliove Laufraoco viro ſpectatæ virtutis Clarævallenſis Cœnobii Abbate, à Senatore Manfredo S. Bernardi conjunctiſſimo, ac Paſſaguerra patriæ patre urbis Mediolani Conſulibus, cæteriſque aliis & toga, & bello illuſtribus viris, talis ſpleudor familiæ acceſſit, ut non modo inter Longobardiæ limites, ſed per Italiam, Europamque totam illuſtris, vetuſta, nobiliſque habeatur. B De qua legendi Henricus Puteanus in Epiſtola ad Ludovicum Septalium Regium Protonotarium uoſtri ævi omni doctrinæ genere eximie cultum, Caroli Andreæ Collegii Mediolanenſis I. C. eruditiſſimi patrem, cujus intuitu non potuimus hoc grati animi monumentum hoc quoque loco io Septaliani divi Senatoris gentem non conſecrare, cum ille plura ſcituque digniſſima, nobis ſcribentibus lubenter, ac liberali manu contulerit, juvitque uoſtrum in Mediol. Eccleſia qualemcumque conatum.



XXIII

Ab an. 483. ad 490

26. THEODORUS Medices Mediolanenſis civis prænobilis, Senatori ſuffectus eſt anno 483. Hic mirabiliter Mediolanenſem auxit Eccleſiam, cum à Pontifice omnia civium bona decimandi obtinuiſſet. Inde enim effectum eſt, ut ejus Eccleſiæ Præſules ſuam dignitatem, ſuumque decus honorificentius tuerentur(1) Anno ſexto ſui Pontificatus deceſſit die 29. menſis Martii, ſepultus apud Eccleſiam S. Hippolyti („ *De eo Ennodius Ticinenſis*
„ *hæc cecinit*.

D

„ Tu lux certa tuis, ſpes tu fidiſsima rerum
„ Vatis Apoſtolici tu, Theodore, vigor.
„ Virtutum cumulus, ſubſtantia lucida veri,
„ Monſtrat acervatis quem labor in ſtudiis.
„ Præſcius, accinctus, fortis, tranquillus, amicus,
„ Compoſitus, ſimplex, tu bonus, & ſapiens.
„ Fatidicus ſemper tibi conſcia corda futuri
„ Deprenſum fluxit te reſerante malum.
„ Quem timuere feri calcantes culmina mundi,
„ Dilexit ſpernens dura ſupercilii.)



XXIV

Ab an. 490. ad 512

27. S. LAURENTIUM Littam Mediolanenſem nobiliſſimum civem Theodorus excepit circ. annum Domini 500. (2) 15. Auguſti. Quem Symmachus Pontifex optime dilexit, & in Synodo tertia, quarta, quintaque Romana ſummopere laudavit, eidemque Laurentio gratulatur de electione ad Epiſcopatum epiſtola, quæ habetur tom. 1. epiſt. ſum. Pontif. Fuit enim Laurentius vir (teſte Galeſino) pollens ſcientia, & virtutum donis maxime excultus, populumque Mediolanenſem non minus docendo, quam agendo inſtruxit ad optimam diſciplinam. Admirabili quadam vitæ ſuæ gravitate devinctos cunctorum animos tenuit. Quamobrem cum omnes eum verebantur, tum nemo fuit qui vel in abditiſsimo loco ſcelus concepiſſet, quin illum, quaſi teſtem ſpectatoremque metueret. Hic diademate regio Theodoricum inſignivit in templo S. Michaelis, ejuſque prudentia, conſiliumque non modo Mediolanenſi Eccleſiæ, ſed toti etiam Italiæ magno uſui fuit, cum ſcilicet plures Barbari vita, fortuniſque miſerabiliter ſpoliarent. Quamobrem C ipſe cum Epiphanio Ticinenſi epiſcopo, altero Italiæ oculo, apud Theodoricum Regem Liguriæ populos, Æmiliæque maximis oppreſſos calamitatibus, ſtrenue defenderunt. Interfuit, ut diximus, Romanæ Synodo habitæ ſub Symmacho, quibus actibus primus omnium ſubſcripſit, poſt eum Petrus Ravennas Archiepiſcopus, hæc arguunt ſedis prærogativam apud Gratianum cap. 6. diſtinct. 17. De Laurentio legere juvat orationem inter alias primam, quam S. Ennodius Ticinenſis Epiſcopus dixit in ejuſdem Laurentii natali, hoc eſt in annua conſecrationis Archiepiſcopalis commemoratione: ſic etiam inter ejus epigrammata legitur illud, quod eſt inſcriptum; In Baſilicam S. Sixti, quam Laurentius Epiſcopus fecit: quæ quidem S. Sixti Eccleſia ſine dubio eſt illa octangularis, quæ S. Laurentii majoris Eccleſiæ adhæret in latere dextro, & qua nunc ex eadem Eccleſia deſcenditur ad alveum decurrentis aquæ, quæ Vivera nuncupatur. Vita functus eſt ſanctiſsime Laurentius, ut vixerat, D circa an. 513. 7. Kal. Aug. Porro corpus ejus aliquandiu jacuit in Eccleſia SS. Hippolyti, & Caſsiani, quæ poſt Laurentianæ Baſilicæ Odeum etiam num in præſenti extat, quæque nunc S. Franciſci capella appellatur: forte autem ante hoc in S. Sixti Eccleſia (quam ipſemet Laurentius conſtruxit) tumulatus jacuerat: certe nunc in ejuſdem Laurentianæ Baſilicæ altari maximo (quod eſt perampla è vivo lapide Arca) conquieſcit una cum SS. Euſebii, & Euſtorgii, hoc nomine ſecundi, multiſque aliis ſanctorum reliquiis, atque ejus Eccleſiæ capitulum

(1) ✝ Theodorus ex Catalogo *ſedit an. IX. menſes VIII. depoſitus V. Kalend. Aprilis*. Vereor ne in numero menſium, aut dierum aliquid interciderit: nam à die 28 Martii, quo depoſitus Theodorus dicitur, retrogradiendo per menſes 8. dies 9. non venitur niſi ad 22. Julii, quæ an. 480. non fuit Dominica. Suſpicor igitur legendos etiam menſes IX. ut habeatur 22. Junii, quæ Dominica fuit. Sediſſet autem hic Theodorus uſque ad an. 490. Interque ipſum & Senatorem defunctum 28 Maji, fuiſſet interpontificium dierum 24. *Papebrochius*.

(2) Is, qui colligendis Symmachi Papæ litteris inſeruit Ennodii Ticinenſis dictionem, datam Stephano Vicario, & dicendam *Maximo Epiſcopo Ticinenſi*, conſecrato ſub an. 498. quaſi jam nominatus Pontifex eam ſcripſiſſet *Laurentio*, ad gratulandum ei Mediolanenſem Epiſcopatum, in magnam perplexitatem potuiſſet lectores conjicere; niſi viri eruditi in nupera Conciliorum editione errorem vidiſſent, vel eo notabilem, quod non ſolum ſtylus ab aliis Symmachi litteris multum diſcrepet, ſed in ipſo etiam contextu appellatur *Maximus*; licet voce in adverbium *Maximè* flexa, obſcuratus; quodque ibidem multa dicantur, Laurentio neutiquam convenientia. Alioqui oportuiſſet initia hujus differre uſque ad Pontificatum Symmachi, prædicti an. 498. primum ordinati. Opportunè autem ſuperest prænominati Ennodii Dictio I. in Natali Laurentii Epiſc. Mediol. velut jam diuturno Pontificio functi, cum denique Romanæ Synodo IV. interfuit an. 502. In Catalogo vero dicitur *ſediſſe an. 22. depoſitus 8. Kal. Auguſti ad s. Caſſianum*. Unde ab an. 490. non potuit ultra an. 512. vivendo pertigiſſe. Quæ autem hic dicitur s. Caſſiani Eccleſia veteri nomine, eadem eſt, quæ *Laurentiana*, à Laurentio Epiſc. reſtituta, & ducta ſub nomine Xiſti.

ex immemorabili majorum ſuorum traditione, ipſius S. Laurentii Archiepiſcopi feſtivitatem annua celebritate adhuc uſque recolere conſuevit. De Laurentio agunt Baronius in Annalibus, Galvaneus, Flamma, Flos florum, Boſius, Beſutius, Ripamontius, cæterique Mediolanenſis Eccleſiæ ſcriptores, ac noviſſime Salvator Vitalis in Theatro, & Joan. Petrus Creſcentius in Præſidio, in Littæ familiæ nobiliſſimæ narratione, quam à Leto Longobardorum Rege, cujus meminit Paulus Diaconus, originem traxiſſe narrant. Inter nobiliores viros, quatuor è Litta familia recenſentur à Galvano, qui anno 840. Angilberto Archiepiſcopo præceſſerunt dum primo ipſe Archiepiſcopalem ſedem inthronizandus urbi accederet. *Præcedebant ante equum* (inquit) *quatuor nobiliores; de Litis, præparantes viam Archiepiſcopo, & hoc contigit de anno* 840. *Ipſi autem Litæ magnam catervam equitam, & peditam ſecum habebant, expellentes vilem plebem, jubentes nobilibus, & patritiis Mediolanen. ut ſuis expenſis præpararent viam, tam in Mediolanenſi urbe, quam extra.* Et hoc quidem Littæ familiæ & ſplendoris, & vetuſtatis acceſſit argumentum, at omnibus veram ex ſanctimonia vitæ attulit hujus gentis & ſpectabilem nobilitatem ſanctus noſter Laurentius Archiepiſcopus, cujus virtutes avent poſteri ejus, perennabitque eximia ſua probitate, ac prudentia, Comes Franciſcus *a* Litta Marchiæ pro S.R. Eccleſia Præſes, olim Campaniæ ac Maritimæ Prolegatus.

a Alphonſus.

XXV. *b* De eo Acta Sanct. Junii tom. 1. p. 64[illegible]. Ab an. 512 ad 518.

28. S. EUSTORGIUS *b* hujus nominis II. natione Græcus, ſanctitate celebris, vixit Romæ ſub Gelaſio I. Symmacho, ac Hormiſda Pontificibus, quorum poſtremus eundem Laurentio Littæ ſuffecit circa annum 514. ſalutis noſtræ. Hujus ſanctimoniæ fama ab ultimis Pannoniæ finibus traxit Florianum, qui Idololatria relicta Chriſti veri Dei cultum ita complexus eſt, ut ſub Euſtorgii diſciplina cum ſanctus evaſiſſet, ac doctus, Hiſpalenſem promeruerit ſedem. Auguſtanum Epiſcopum ſuffraganeum ſuum, uno religionis ſtudio, & ob ejuſdem demerita, honore Epiſcopatus ſpoliavit, Theodorico Rege reclamante, cujus ſuper hanc rem adhuc epiſtola extat apud Caſſiodorum. Baptiſterium reſtauravit, quod deformaverat ætas: bona fortunaſque ad Mediolanenſem ſpectantes Eccleſiam in Sicilia ſtrenue defendit. A Gothorum Regibus, ut Theodorico, atque Amerio, habitus in honore. Anno octavo, (1) ex quo Mediolanenſem ſedem aſcenderat, è vita diſceſſit 8. Idus Junii. Cæterum eorum monumenta, qui de Mediolanenſibus Præſulibus ſcripſere, pluribus ſcatent erroribus, ſi ſupputationem annorum præcipue ſpectes. Siquidem Ripamontius, alioquin accuratus, doctus, erudituſque ſcriptor, & gravis, contendit hunc Euſtorgium, quem memoravimus, ex Joannis Damaſceni prodiiſſe diſciplina, qui floruit, teſte Bellarmino de ſcript. Eccl. circa annum Domini 731. & diu poſt ſupervixit. Hic vero Euſtorgius ad Mediolanenſem ſedem ſubvectus eſt circa annum 514. Nec veroſimilius erit (ut aliqui ſcribunt) illum à Felice Pontifice Romano fuiſſe ordinatum, cum exordium Pontificatus Felicis inciderit in annum 526. hoc eſt paulo ante quam Theodoricus, qui ad Euſtorgium litteras miſit, exceſſiſſet è vivis, ut videre eſt apud Caſſiodorum. Maneat igitur Euſtorgium ab Hormiſda fuiſſe ordinatum Epiſcopum, ſub cujus Pontificatu evolavit ad cœlos anno 522. Hoc eſt annis quatuor ante quam Felix ſuum Pontificatum auſpicaretur. Agit de eo Martyrolog. Romao. & Baron. in notis.

XXVI Ab an. 518 ad 530.

29. S. MAGNUS è Trincheria gente Mediolanenſis ad Pontificatum ſecutus eſt Euſtorgium ann. 522. (2) Hanc per tres annos adminiſtravit Eccleſiam, requievitque in Domino die 5. menſis Novembris ann. 525. corpus in æde S. Euſtorgii conditum. De eo Martyrolog. Rom. ad hanc diem.

XXVII. *c* De eo Acta Sanct. Januar. t. 1. p. 663. & Oudin de ſcript. à Bellarm. omiſſis. p. 147. Ab an. 530 ad 552.

30. S. DATUS, qui Dacius aliis ac Datius, ex illuſtri Alciata familia natus Archipræſulatum patriæ adeptus eſt poſt Magnum an. 525. ob vitæ ſanctimoniæ candorem, rerumque geſtarum peritiam, ac eruditionem præclarus. Sui temporis hiſtoriam ſcripſiſſe Datium, vitaſque ſuorum anteceſſorum concinnaſſe aſſerunt Acta Eccleſiæ Mediolanen. & Joan. de Deis, Poſſevinus, atque ex eo alii. Ejuſdem relationum, ſeu Annalium meminit Anaſtaſius Bibliothecarius in vitis Pontificum in Sylverio, dum famis anguſtiam, quæ univerſum Orbem evagabat, enarraret, tantamque fuiſſe ait, ut in partibus Liguriæ mulieres filios ſuos comediſſe, fama evulgarit, quas retulit Datius ex Eccleſiæ ſuæ fuiſſe familia. De fame hac, & Datii relatione eadem habentur in lib. 16. Hiſt. miſcellaneæ cap. 15. Effudiſſe Datium tunc in pauperes viſcera pietatis, horreaque tum propria, tum Eccleſiæ ſuæ exhauſiſſe, tum ad miſerorum ſublevandam inopiam Gothicam etiam imploraſſe munificentiam, teſtantur litteræ Caſſiodori 27. lib. 12. à quibus, ut ex horreis regiis annonam pauperibus divenderet, poteſtas ei tributa eſt. Alii ſcriptam exiſtimant Caſſiodori epiſtolam anno 537. quo Romam obſideri cœptam ſcribit Marcellini Continuator, & Procopius de bello Gothico; tradiditque hic poſt anni unius, & novem dierum obſidionem circa æquinoctium vernum an. 538. liberatam; quo quidem anno Datius ut vindicaret à Gothis iiſdemque Arrianis populos ſpirituali regimine ſibi ſubditos, omnem adhibuit diligentiam, eodem Procopio teſte, Romam una cum nonnullis ex primoribus civibus ad Beliſarium functus eſt legatione, auxiliumque imploravit. Verum Datius cum à Gothis patriam obſeſſam, captam, & pene dirutam vidit, fuga elapſus, cruentorum manus evaſit, Conſtantinopolim ad Juſtinianum Imperatorem perrexit, ut Gregor. Papa lib. Dialog. c. 4. refert. Sed quod perſecutores Gothi Arriani eſſent, cauſa fidei exactum civitate, idem putavit Gregorius, qui, & quid ei in via acciderit, & de domo Corinthi à dæmone inhabitata, & ab eo liberata enarrat. Sub Totila Rege Datium fidei cauſa exactum Conſtantinopolim petiiſſe circiter annum 545. Sigonius putavit. Agebatur tunc in Conſtantinopolitana urbe à Theodoro Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopo Acephalorum patrono ſuſcitata poſt ſeculum exactum Theodori Mopſueſteni hæreſis, qua in divinis quaternitatem conſtituebatur, aliaque nefanda aſſerebantur in Chalcedonenſi Concilio damnata: iis pro poſſe Datius adverſatus, nec minis nec blandimentis ſeduci potuit, ut cum aliis, pro damnatione trium capitulorum ſubſcriberet, Vigiliumque Romanum Pontificem abſentem monuit, & ad urbem Conſtantinopolitanam properantem ei occurrit, & de omnibus, quæ geſta fuerant, edocuit, ut ex epiſtola Vigilii ex itinere ad Menam Conſtantinopolitanum Patriarcham refertur. Interfuit quoque Datius Synodo Conſtantinopolitanæ ab eodem Vigilio coactæ triginta Epiſcoporum, in qua Theodorum eundem Cæſarienſem decreti Synodi violatorem, auctoremque malorum omnium ſacerdotio, & communione privavit. Lata eſt ſententia 19 Kal. Septemb. Juſtiniani Imperatoris anno 25. poſt conſulatum Baſilii anno XI. hoc eſt anno Chriſti 551. Sequenti vero cum Datius egregiis ſuis operibus, doctrina, claruſq; ſanctitate haud interituram famam extendiſſet ad poſteros, Conſtantinopoli vitam mortalem cum immortali commutavit 19 Kal. Februarii, eo ſcilicet


(1) Catalogus aſſerit S. Euſtorgium *ſediſſe an. 7. depoſitum 8. Idus Junii ad S. Xiſtum*. Obiiſſet ergo an. 518. & ſic commodè potuit Theodoricus Gothorum Rex per Epiſtolam ſcriptam à Caſſiodoro, anno 526. arbitrio ejus committere cauſam Auguſtani Epiſcopi. Eſt autem ea Epiſtola inſcripta *Euſtorgio, viro Venerabili, Mediolanenſi Epiſcopo*. Papebrochius.

(2) Ex Catalogo: Magnus *ſedit annos XXX. depoſitus Kal. Novemb. ad S. Euſtorgium*. Ratio temporis, quo vixit Euſtorgius, & quo poſtmodum ſequitur Datius, omnino convincit errorem eſſe in numeris: quem agnoſcens Ripamontius pro [illegible] tres: Eſt autem reliquus tredecim, qui [illegible] eiſe eſt numerus hic apponendus, ut veroſimilitas neceſſarius, & ſic obiiſſet Magnus an. 529. & quidem depoſitus iiſdem Kalendis, quando olim cultum fuiſſe teſtatur Breviarium Ambroſianum, licet ob feſtivitatem Sanctorum, ſub titulo ſolemniori poſtea inductam, Patres Dominicani elegerint eum colere die 5. ipſa vero Mediolanenſis Eccleſia die 5. *Papebrochius*.

cet anno ex Victoris Turonenſis Chronica, quo Narſes Totilam peremit, quod incidit in annum Chriſti 552. juxta veriorem ſupputationem: (1) is fuit decimus ſextus belli Gothici anno 537. cœpti, eoque bellum terminant Procopius, & Continuator Chronici Marcellinus ind. xv. poſt Conſulatum Baſilii. Ripamontius Datii protulit ætatem uſque ad annum 556. alii vero uſque ad 561. Ferrarius 545. ſed clare hallucinantur. Baronius in Annal. an. 553. melius in Notis ad Martyrolog. Rom. ann. 552. eo ipſo namque anno 19. Kal. Septembris ſuperſtes fuerat, ut vidimus; ſequenti vero ſucceſſor Datii necdum conſecratus Ravennam vocatus eſt ex epiſtola Pelagii Papæ Vigilii ſucceſſoris ann. 554. ad Narſetem, quæ refertur tum in tom. 2. Conciliorum, tum in Gratiani Dec. cap. non nos 25. quæſt. 5. in fine. Ejus reportatum corpus Conſtantinopoli Mediolanum, inque S. Victoris æde conditum, tunc fortaſſis (inquit Bollandus tom. 1. ſanctorum) cum eam urbem Narſes reſtauravit, inter ſanctos quoque relatus in Rom. martyrologio.

XXVIII. 31. VITALEM Datius excepit anno 552. Ravennam ad conſecrationem evocatum à Pelagio Papa ann. 554. quo Vigilio calculi doloribus in Sicilia extincto ſucceſſerat: *Recolere debet* (ait Pelagius ad Narſetem) *celſitudo veſtra, quid per vos Deus fecerit tempore illo, quo Iſtriam & Venetias tyranno Totila poſſidente, Francis etiam cuncta vaſtantibus, non ante tamen Mediolanenſem Epiſcopum fieri permiſiſtis, niſi ad clementiſſimum Principem exinde retuliſſetis, & quid fieri debuiſſet, ejus iterum ſcriptis recognoviſſetis; & inter ubique ferventes hoſtes, Ravennam tamen, & is qui ordinabatur, & is qui ordinatus erat, providentia culminis veſtri, deducti ſint.* Hic Vitalis cum inconſulto Pelagio Pontifice Paulinum Patriarcham Aquilejenſem Macedonii ſucceſſorem inauguraſſet, hoſtis Romanæ Eccleſiæ ab eodem Pontifice judicatus eſt, ut ejuſdem Pontificis epiſtola de coercenda rebellium Epiſcoporum temeritate habet: rediit tandem in gratiam Pelagii Vitalis, ſuamque Eccleſiam aliquot ann. adminiſtravit, fatoq. functus eſt an. 565. (2)

Ab an. 552. ad 555.



XXIX 32. S. AUXANUS Cribellorum e Germania oriunda familia prænobili natus, Mediolanenſium Præſul creatus eſt anno 565. atque ad tres annos hoc onus ſubivit eo tempore, quo Albuinus Longobardorum Rex in Italiam venit, Galliamque Ciſalpinam occupavit, qui fuit annus 567. (3) in cujus temporis ſane flebilibus calamitatibus Auxanus cum ſe præbuiſſet invictum, deceſſit 3. Nonas Septembris; ſepultuſque eſt apud S. Stephanum ad Rotam: de quo Martyrologium Romanum. Ex Cribellorum Auxani gente prodiere deinde viri cum ſanctitate, tum cæteris virtutibus clariſſimi: præter Auxanum dedit Guillelmum, Alexandrum, Lucam, & Chriſtophorum titulo beatitatis inſignes viros, Urbanum III. Pontificem Maximum, Alexandrum S. R. E. Cardinalem, alioſque Præſules, de quibus alibi.

Ab an. 566. ad 568.



33. S. HONORATUS Caſtillioneæ gentis nobilis alumnus ad Mediolanenſem ſedem aſcendit anno 568. Hic tametſi ſanctus, parum tamen apud mortales felix fuit: ſiquidem cum Albuinus Longobardorum Rex Mediolanum obſidione cinxiſſet, & ita urgeret obſeſſos, ut omni ſpe ſalutis decidiſſent, Honorati tandem hortatu urgenti Barbaro æquis ſcriptis, acceptiſque conditionibus ſe dederunt. Cæterum cum deditilis barbari fregiſſent fidem, concives erga Honoratum tanta deflagrarunt invidia, ut ex concepto mœrore ipſe apud Ligures aliquandiu voluntarie exulaverit. Fato functus eſt 8. menſis Februarii, quo ipſo die ejus feſtum celebratur, anno 570. a aliis 574 de eo legitur: *Obiit beatus Honoratus Januæ anno 570. jacet ad S. Georgium ad Nonetam, quam dicimus Noneam prope Mediolanum, ubi habitabant domini Cardinales Eccleſiæ Mediolanenſis. Et ideo eſt conſuetudo, quod Campana prædictæ Eccleſiæ mane prima hora matutini & veſperarum pulſare debet tandiu, quod prædicti Cardinales, ſive Ordinarii, intereſſe poſſint matutino, ſive aliis officiis, prout moris eſſe debet.* Et Flamma in Chronico majori cap. 149. *Reædificata civitate* (Mediolanum) *beatus Honoratus Archiepiſcopus ad ſuam ſedem rediit, & juxta Nonetam habitavit cum aliis Cardinalibus Eccleſiæ Mediolanenſis; qui ibi habitabant inſtante urbis deſtructione: ubi & mortuus eſt. Jacet in Eccleſia S. Georgii.* Vides modo quæ ſit inter Mediolanenſes ſcriptores de Honorati obitus anno ac loco diſſenſio, ut alii ann. 570. Januæ: apud Mediolanum alii, & anno 574. ut Auctor Chronoflorilegii, ac Sigonius ſcriptum reliquerunt. De Caſtillionea familia vetuſta XXX.

Ab an. 568. ad 570.

a Ex Catalogo ſedit Honoratus annos duos. Papebr. Pagina in Baronii Annal. t. 9. p. 666. velle ſe obiiſſe Honoratum.

(1) Noſter Catalogus aſſerit S. Datium *ſediſſe an. 22. depoſitum* XIX. *Kal. Febr. ad S. Victorem.* Obiiſſe hunc anno 552. oſtendimus ad diem 14. Januarii, proinde cœpiſſe debuit an. 530. Acta hujus Sancti collegit, ut potuit, Henſchenius noſter; recteque cenſuit n. 3. relationem ipſius de ea fame Regi miſſam, amplius non videri quam Epiſtolicam narrationem, quamquam id dubium redderent Ughellus, aliique dicentes ſcripſiſſe Datium *hiſtoriam ſui temporis*. Papebrochius. Noris autem in Diſſert. hiſt. de ſynodo V. cap. 6. §. 9. Datium an. 553. arguit deceſſiſſe.

(2) *Vitalis*, ut ſit Catalogus, *ſedit an. IV. depoſitus ad S. Vitalem*. Obierit ergo anno 555. qui annus fuit 29. Juſtiniani Imperatoris. Et revera eo tempore ſedes vacabat, ut colligitur ex Pelagii Epiſtola ab Ughello relata, ubi dicitur: *Recolere debet &c. Francis etiam cuncta vaſtantibus; non ante tamen Mediolanenſem Epiſcopum fieri permiſiſtis &c.* Ex Agathia, ipſius illius ævi hiſtorico, ſcimus, iſtam Francorum irruptionem ad an. 29. Juſtiniani pertinere. Jam autem iteratæ ad Imperatorem ſcriptionis cauſa alia nulla videtur Narſeti fuiſſe, quam quia tam Clerus Mediolanenſis, quam ipſe ejus electus damnationi trium Capitulorum, ab Imperatore intentæ, palam refragabantur. Evicit tamen Narſes, ut dum expectatur definitio Synodi univerſalis, ordinatio procederet, ſaltem ſub promiſſione parendi decretis illius, ſi ipſa quoque Synodus dicta tria Capitula damnaret. Sed nihil minus factum ab illis. Cenſeo vero Macedonium Aquilejenſem Patriarcham à Narſete evocatum Ravennam, ut ibi conſecraret electum Mediolanenſem Vitalis ſucceſſorem. Quis vero ille fuerit, cum eum nominare dignatus non ſit Pelagius Papa, dicam innominatum latere: & quamvis totis duodecim annis Eccleſiæ Mediolanenſi incubuerit, ſicut olim Auxentius, exulo, & mortuo s. Dionyſio, à reverſis ad Eccleſiæ unitatem Mediolanenſibus, expunctum à Diptychis. Sedem autem Catholico Epiſcopo vacaſſe uſque ad an. 566. Pro eo videri poteſt ordinatus Romæ s. Gondulfus, cum in ejus actis dandis ad diem 17. Junii dicatur Mediolanenſis Archiepiſcopus, qui tamen à Mediolanenſibus nunquam fuerit receptus, & ab aliquibus perperam dictus Mettenſis, pro Mediolanenſis Epiſcopus. Boſca in ſuo Micrologo de ſerpente æneo p. 48. s. Sabinum quemdam, qui cum s. Theodoro Abbate Caſinenſi Sancta Chriſti loca inviſerit, opportunum cenſet his lacunis ſupplendis: ſed illis fuit hucuſque ignotus, auctoribus etiam, quos Boſca allegat, nec huic tempori aptus, cum Theodorus ille Caſinenſis Abbas dicitur fuiſſe tertius ab Abbate Valentiniano, s. Gregorii Papæ coætaneo, & ſub hujus ſucceſſore Bonifacio III. floruiſſe, adeoque eis annis minimum quadraginta hoc, de quo agimus, tempore poſterior; an. 610. fortaſſis adhuc ſuperſtes. *Papebrochius.*

(3) s. Auxanus ex Catalogo *ſedit an. 3. depoſitus 3. Non. Septemb. ad s. Stephanum ad Rotam*. Vixerit propterea ab an. 566. ad 568. *Papebrochius.*

& nobili, illuſtrium virorum generoſa propagine ſcripſere Corius, Boſius, Jovius, Calchus, Simonetta; nunc ejuſdem molitur hiſtoriam Franciſcus Caſtillioneus Abbas Caſinenſis, Sabaudiæ Ducum hiſtoriographus, amicus noſter, vir omnigena eruditione præclarus. Cæterum Frontonius, quem alii Junctum vocant, quod Mediolanenſem ſedem abſente Honorato, malis artibus occupaſſet, haud inter legitimos ejus Eccleſiæ Præſules numerandus, cum per undecim annos tyrannidem animarum exercuiſſet, ex juſta tandem numinis ira, vel hiante terra abſorptus, vel ut alii ſcribunt, cœleſti igne conſumptus miſere interiit anno 581. cæteris mortalibus exemplar futurus, haud diuturna, ac lætabilia fore quæcumque fraus, ſceluſque paraſſent.

XXXI — Ab an. 573 ad 591.

34. LAURENTIUS hujus nominis II. in Liguribus exul à populo Cleroque Archiepiſcopus Mediolanenſis adlectus eſt, confirmatuſque à Papa Pelagio II. Pluribus ærumnis, periculiſque circumventus hanc Eccleſiam adminiſtravit plures annos (1). Deceſsit anno 591. primo ſcilicet Pontificatus Gregorii Magni, cujus ad hunc Laurentium ſcripta epiſtola legitur.



XX XII. — a Al. Conſtantium. — Ab an. 592 ad 600. — Huic ſcribit D. Gregorius diſt. 50. c. ſi Lapſis, & de ejus electione Decret. p. 1 diſt. 63. c. X. Item ad Clerum Mediolanen. Decr. 2. p. Cauſ. 8. q. 2. C. 1. & cau. 9. q. 1. c. 18. Ad Conſtantium iterum Decr. 2. p. cau. XI. q. 3. c. 3.

35. CONSTANTIUS a Cittadinius Diaconus, civiſque Mediolanenſis poſt Laurentii obitum ab iiſdem exulibus Genuæ commorantibus, Mediolanenſia Archiepiſcopus adlectus eſt, atque à Gregorio confirmatus, litteriſque paſtoralibus Romano Exarcho commendatus, exornatuſque pallio anno 592 tamquam qui eodem familiariſsime fuiſſet uſus jam tum cum Conſtantinopoli ſimul agerent, ut Romanæ Eccleſiæ cauſas promoverent. Qui ita Pontificatus munus exorſus eſt, ut plane omnibus placeret. Haud defuere tamen, qui proſpere agentem propemodum ineluctabilem in invidiam inducerent, quibus cætera videbantur fundata, quod trium Capitulorum damnationi fuiſſet aſſenſus. Quamobrem aliquot Mediolanenſis Eccleſiæ Suffraganei, Theodelinda Regina vocata in partes, à Conſtantii communione ſe ſegregarunt. Accepit triſte nuncium Gregorius, ſtatimque Abbatem Joannem, Hippolytumque notarium ad Reginam Theodelindam legavit, ne illius ſeceſsionis ſcelere involveretur, mandavitque Conſtantio, ut primo quoque tempore rebelles ſuffraganeos compelleret ad imperium. Tanti autem Gregorius Pontifex faciebat Conſtantium, ut ei Lunenſi Eccleſiæ correctionem demandaret: utque Maximi Epiſcopi Salonitani cognoſceret cauſam. Demum obſervantiam erga Conſtantium idem Pontifex abunde teſtatur epiſt. 86. lib. 7. de ejus obitu lib. 9. epiſt. 65. lib. 5. epiſt. 41. Vigilantiſſime itaque Eccleſiaſticam rem cuſtodiens, ſuæque Eccleſiæ jura ſtrenue defendens, ut idem aſſerit Gregorius, exceſſit e vivis ſui Pontificatus anno ſeptimo: qui fuit à condita ſalute 600. (2) de quo legendus Sigonius, Baronius, aliique: cujus quoque gloriæ pars fuit, quod eo Præſule Mediolanum venerit S. Columbanus Hibernus inclytæ monaſticæ vitæ reparator, ejuſque favore, ac petitione apud Regem Agilulphum nobile Cœnobium Bobienſe fundavit: nec minoris gloriæ fructus Conſtantio obvenit, ut Theodelinda Regina Agilulphi uxor votis ſe exſolveret, quibus Beato Joanni Baptiſtæ ſe obligarat, ſi maſculum ſuſcepiſſet. Baſilicam in ejus Sancti honorem Modoetiæ ſuæ Diœceſis Oppidi, tunc Vulma dicti, à fundamentis extrui, ac magno ornari ſumptu curavit: primum lapidem impoſuit 3. Non. Julii an. 593. abſolvit vero an. 595. primaque die menſis Octobris conſecrari fecit, eamque omni liberalitate cohoneſtavit. Extant adhuc prædia Canonicorum Collegio elargita, & donationis documentum, cujus ſententiæ eſt hujuſmodi (teſte Ripamontio) Regem Adalvandum una cum Theodelinda Regina matre conſtituiſſe patrimonium illud Baptiſtæ tutelari ſuo. *(Si quis auſit ea bona occupare, vel intervertere, in eum iratus Deus edat exempla ultricis juſtitiæ, & extremo volventium ſæculorum die, melius non ſit illi ſacrilego, quam Judæ traditori.)* Cæterum (*habet idem Ripamontius*) *dedicatione peracta, congeſtiſque regalis opulentiæ donis, ne quid omitteretur quod ad faciendam templo dignitatem pertineret, à Pontifice maximo petiit, impetravitque Theodelinda, ut fieret auctor earum rerum, quas ipſa in honore, & magnificentia Baptiſtæ ſimul cum popularibus inſtituiſſet. Inſtituerat autem inter cætera, ut coronandis Regibus ea ſedes, idque veluti theatrum eſſet, in quo ſolemnia regni poſteritas omnis capeſſeret. Neque ſolum ad ea facilem ſeſe Gregorius præbuit; ſed inſuper ultro conceſſit auguſtiſſimas quaſque reliquias, & ex cœleſti theſauro larga munera piacularis indulgentiæ. Miſſus qui Modoetiam ea perferret Joannes Diaconus, qui in componendis Eccleſiæ rebus ultro citroque jam aliquoties antea commearat. Præcipua dona hæc fuerunt, Infantis Chriſti ſportula contexta palmæ foliis, fuſtum arundinei ſceptri, quo Regi Regum extremis rebus illuſere Judæi: Segmentum ſpongiæ, quæ liquorem amarum in ſitis pœnam admovit: Stipitis ipſius fragmentum, ex quo vita pependit, incluſum in aurea theca non ſine pretioſo diſtinctu gemmarum, & unionum, quod munus Pontifex ipſe largitur Adoaldo regio puerulo perpetuam eſſe colli geſtamen juſſit, idq; adſcripſit nominatim. Accedunt præterea, peplum Mariæ Virginis & ejuſdem acu picta tela, exemplum, & forma, ſicuti creditum eſt, operis alicujus, cui divina manus adlaborarat. Viſuntur item ipſius Baptiſtæ reliquiæ; liquidus in ampulla liquor, cineres è cremato corpore. & cum dente modicum quid è calvaria. Tum Apoſtolorum corbes, & mappæ, tum olei vaſcula, quod, fama eſt, vitale multis mortalibus, ac ſalutiferam fuiſſe, cum Regina deploratos, & morti proximos inunxiſſet. Sunt demum lineamenta, quæ martyrum ſanguinem ebibere, & oſſium fragmina cinereſque ſacra magnarum animarum pignora, quæ videlicet permittere in numerum cogit multitudo. Acceſſit*

(1) Laurentius ex Catalogo ſedit annis 19. menſibus 7. Obiit XII Kal. Septemb. ſepultus eſt in Genua ad S. Syrum, vixit annis 85. Extat l. 2. Epiſt. a Gregorii una [illegible] ſcripta *Magno Eccleſiæ Mediolanenſis Presbytero*, qua hortatur eum, ut, non obſtante excommunicatione, à defuncto Laurentio inflicta [illegible], [illegible] in electionem ſucceſſoris, Clerum, utpote diſperſum, ad eam accelerandam urgendo. Eſt ea Epiſtola data Menſe Martio Indictionis XI. adeoque anno 593. quare ſi obiit Laurentius 21. Auguſti præcedentis, ut præfertur, per 7. menſes annoſque præſcriptos retrogradiendo, veniemus ad Januarium an. 572 quando litera Dominicalis A aptam conſecrationi diem indicat, 12 ſcilicet menſis prædicti. Unde Frontus, ſeu Frontonius intruſus non potuit ſedem ſolus tenuiſſe, niſi annos tres vel quatuor, ſi vere annis 19. eam tenuit Laurentius, qui oportet obiiſſe an. 591. 21. Auguſti. *Papebrochius*.

(2) Conſtantius, ait noſter Catalogus, *ſedit an. 18. obiit die 3. menſis Septemb. ſepultus in Genua in domo S. Ambroſii. Vixit annos C.* Sedis numerus [illegible] eſt error ex S. Gregorii Epiſtolis [illegible]. Laudat illum Epiſt. 69. l. 4. Summus Pontifex, ut qui dudum ſibi cognitus fuerit: & cum in Urbe regia (CP.) reſponſalis ſedis Apoſtolicæ fuerat ipſe Gregorius, longo tempore ei adhæſerit: laudat vero & electionem de eo factam, tranſmittitque Subdiaconum ſuum Joannem, qui eum [illegible] Epiſcopum conſecraret. Scribebat hæc Gregorius menſe Aprili Ind. XI. atque adeo an. 593. Ultima autem Epiſtola Ind. 3. adeoque ad ætatem anni 600. [illegible], conſolatur clerum de illius obitu; & omnino grate ſuſcipit, quod Deusdedit Diaconum ſuum (ut etiam antea fuerat Conſtantius) ad Epiſcopatus officium unanimes elegerint. Itaque, ut Conſtantius fuerit menſe Maio ordinatus, non potuit fuiſſe Epiſcopus niſi annos 7 & menſes paucos, quos Scriptor hic non curavit notare, & vacavit ante ipſius ordinationem ſedes menſes amplius 8. In anno ætatis [illegible] ſit, & C pro L irrepſerit, quis enim credat nonagenario majorem fuiſſe electum? *Papebrochius*.

ceſſit ipſius Gregorii manu confectus index harum reliquiarum, in quo Longobardicis litteris exſcripta, & ſignata omnia continentur. Cum per hæc, & alia, non Baſilicæ modo, ſed etiam ipſimet Oppido celebritas accreſceret. Theodelindæ quoque crevit amor, & loci deſiderium, ibique regale domicilium collocavit. Hæc ille. Meminit ejuſdem regii Theodolindæ Palatii ædificationis Paulus Diac. lib. 4. cap. 23. Templi vero vetus inſcriptio hîce carminibus leoninis in marmore juſſu ejuſdem Reginæ exarata adhuc ad parietes ædis proſtat legentibus.

Condidit hoc templum, multa virtute verendum,
Theodelinda potens, Regni diademate pollens.
Pro ſe, pro natis, vovit dulcedine matris,
Chriſti Baptiſtæ, cui ſacratur locus iſte.
Hic noſtræ gentis caput voluit eſſe decentis:
Longobardorum, talemque parare patronum.

Porro inæſtimabilem ſacrarum reliquiarum Theſaurum è veteri marmorea Arca à Theodolinda reconditum in ſplendidiorem locum tranſtulit ann. 1716. Abbas Hieronymus Septalia vir inſignis templi Archipresbyter, quem hodie ſumma reverentia, & honore, quo par eſt, & cultu Chriſti fideles venerantur, & colunt. Collegium habet Canonicorum, aliorumve Clericorum inſigne, quibus qui præeſt, Archipresbyter eſt infulatus, quorum menſæ munificentia Theodolindæ, largitione Regum, cæterorumque, & Apoſtolica auctoritate unita ſunt bona permulta, pluresque Eccleſiæ ditiſſimi cenſus. Inſignis fuit in hanc Eccleſiam Imperatorum, ac Pontificum Maximorum affectus, qui eandem magnis privilegiis, & immunitatibus auxerunt. Ex iis multis, duo hic afferam ſpectabiliora, unum Berengarii Imp. alterum Clementis III. Papæ, ut inde colligat lector Modoetienſis Eccleſiæ dignitates, & jura. Beringarii documentum eſt tale.

In nomine Domini Dei noſtri. Amen.

Beringarius divina favente clementia, Imperator Auguſtus. Quia Deo famulantibus temporalia ſunt ſubſidia conferenda, quatenus eorum orationibus Imperii noſtri jura ſalventur, & religio ſanctarum Eccleſiarum Dei potius dilatetur, & augeatur, idcirco noverit omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorumque præſentium ſcilicet, & futurorum induſtria Canonicos Abbatiæ B. Joannis Baptiſtæ, & Præcurſoris Chriſti de Moditia unanimiter, & quaſi lamentabili voce noſtram adiiſſe clementiam, innuentes eo, quod per malos miniſtrales, ſicut eorum priſcis temporibus habuere prædeceſſores, non annue habuerer ſub integritate expenſas. Nos vero illorum devotiſſime ſuſcipientes lamentationem, & nolentes in tam ſancto, ac venerando loco quamlibet ineſſe murmurationem, conſultu etiam, & interventu Vvidonis Reverendi Epiſcopi, & Olderici incIyti Marchionis Sacri Palatii noſtri glorioſi Comitis, tres cortes de eadem Abbatia, Cremellam videlicet, ſimul cum monaſterio Beatiſſimi Petri Binciacum, atque Calpurio conceſſimus triginta duobus tantummodo Canonicis jam nominatæ Abbatiæ S. Joannis Baptiſtæ, ad utilitatem, & expenſas eorum canonicorum una cum caſis, terris, vineis, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, ſalictis, ſactonibus, aquis, aquarumque decurſionibus, molendinis, piſcationibus, ſervis, & ancillis, aldionibus, & aldionis, montibus, vallibus, planiciebus, cultis, & incultis, diviſis, & indiviſis, cunctiſque redditionibus, diſtructionibus, penſionibus, omnibuſque ad eaſdem cortes, & monaſterium pertinentibus, vel aſpicientibus, ad habendum, tenendum, commutandum, fruendum, & quicquid canonica cenſura voluerint perpetualiter faciendum abſque contradictione, vel minoratione, ſeu infeſtatione cujuſquam, ea videlicet ratione, ut ipſi Canonici duodecim monachabus monaſterio B. Petri famulantibus de prædicta curte Cremellæ expenſa victum præbeant quotidianum, quemadmodum antiquitus fuit uſus, & Eccleſiam Beatiſſimi Joannis Baptiſtæ, cui ipſi deſerviunt de prædictis cortibus, ſimul cum decimis, quæ ad baptiſmalem Eccleſiam jam nominatæ Abbatiæ de Moditia ab hominibus diverſis collata ſunt, emendare, & reſtaurare debeant cum opus advenerit, atque loco oblationis quinque amphoras vini, & nonam, nec non & frumenti ſextaria duodecim cuſtodibus ejuſdem Eccleſiæ annuatim offerant, & ſolvant. Capellas denique ad prædictas curtes attinentes per ſingula loca, & vocabula poſitas, & conſecratas cum omnibus eorum pertinentiis, jam memoratis Canonicis ad eorum utilitatem, & expenſas hac noſtra Imperiali auctoritate conceſſimus, & perdonavimus. Si quis ergo hoc noſtræ conceſſionis præceptum infringere, vel violare quandoque tentaverit, ſciat ſe compoſituram auri optimi libras ducentas, medietate Cameræ noſtræ, & medietate præſcriptis canonicis triginta duobus qui pro tempore prædictæ Eccleſiæ Beati Joannis Baptiſtæ deſervierint. Quoque ut verius credatur diligentiuſq; ab omnibus futuris temporibus obſervetur, manu propria roborantes, de annulo noſtro ſubtus ſigillari juſſimus.

Signum Domini Beringarii Imperatoris.



Joannes Epiſcopus, & Cancellarius ad vicem Ardingi Epiſcopi, & Archicancellarii recognovit. Datum Kal. Julii anno Dominicæ Incarnationis DCCCC. XX. Domini Beringarii piiſſimi Regis XXIIII. Imperii vero ſui V. Ind. VIII. Actum in Curte Olonna in Chriſti nomine feliciter.

Hic vero laudanda eſt pietas ac devotio Beringarii primi Regis, Beringarii III. ſuperioris patrui erga divum Præcurſorem, qui elargitis munifice domeſtici ſacelli ornamentis ſuis precioſiſſimis, Baſilicam Modoetienſem ſplendidiorem reddidit. Servatur vetuſtum donationis monumentum in ſacro ædis theſauro: *De Capella*, inquit, *Domini Beringarii Regis ego Adalbertus magiſtro meo Aegilulpho præſentavi in Eccleſia S. Joannis Baptiſtæ in Modoetia cruces tres, coronam unam, calices duos aureos, cum patenis, calices duos argenteos cum patenis, capſam unam auream, vaſculum aureum unum ad aromata, & alterum eburneum, caſulas quinque, thuribulum unum, candelabrum unum, dalmaticas tres, manicas duas, ſtolas duas, cingula duo, humerale unum, reliquias S. Margaritę diligenter ſigillatas in panno caſtaneo, pallia tria, tintinnabulum unum, leonculum unum ſculptum de cryſtallo cum ſuo filacterio.*

Non latet legentibus inſignis aliorum plurium Regum in hanc Eccleſiam amor, qui eandem ornamentis, privilegiis & immunitatibus auxerunt, cum ibi ea ſolemnia Italici Regni, atque imperii inſignia ſumpſere, ferreaque corona à Mediolanenſibus Archiepiſcopis exornati fuerunt, quorum meminere Sigonius, Bartholomæus Zecchius in Hiſt. Coronæ ferreæ Modoetiæ hactenus aſſervatæ, qui etiam alterum nobile privilegium Clementis III. Canonicis prælibatæ Eccleſiæ conceſſum exſcripſit cujus exemplar à noſtra narratione non alienum hic adjungo.

Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Oberto Modoetienſi Archipresbytero, ejuſq; fratribus tam præſentibus quam futuris, canonice ſubſtituendis in perpetuum.

Pia poſtulatio voluntatis affectu debet proſequentes compleri, ut & devotionis ſinceritas laudabiliter eniteſcat, & utilitas poſtulata vires indubitanter aſſumat. Quapropter dilecti in Domino filii, veſtris poſtulationibus clementer annuimus, & Eccleſiam B. Joannis Baptiſtæ de Modoetia, in qua divino mancipati eſtis obſequio, ad exemplar prædeceſſorum noſtrorum beatæ memoriæ Calliſti, Innocentii,

Ca-

illius juſſu Epiſcopum conſecravit. Sedit autem anno 9. alii decem ſcribunt. Obiit Genuæ pridie Non. Junii ſepultus in æde S. Syri.

XXXV.

Ab an. 641. ad 644.

a Sic etiam Catalogus Objerit ergo circa finem anni 644. Papebrochius.

38. FORTIS, quem alii Phortium ſcripſere, poſt Aſterium Mediolanenſem Eccleſiam ſuſcepit regendam circa annum 638. quam Genuæ tamen geſſit annos tres, a ibique defunctus eſt anno 641. Quo tempore Joannes Bergomi Epiſcopus in Provincia Mediolanenſi ſanctitatis in primis laude florens Arrianorum impietatem retundere aggreſſus eſt. Obſervavi in Chronico Luitprando Ticinenſi adſcripto, Fortem hunc Mediolanenſem Archiepiſcopum floruiſſe ſub an. 655. quod re vera eſſe non potuit, cum Joannes Bonus, Fortis ſucceſſor, Romanæ Synodo interfuit ſub Martino I. Papa anno 649. ut Acta Mediolanenſis Eccleſiæ ſcribunt.

XXXVI.

b De eo Acta ss. Januarii t. 2. p. 644.

Ab an. 645. ad 655.

39. S. JOANNES Camillus, b Ligur, patria Genuenſis, cognomento Bonus, doctrina, & ſanctitate conſpicuus, ſic ut quæ ab eo præclare geſta ſunt, haudquaquam à Boni cognomine aberrarent. Poſt Fortem Archiepiſcopus Mediolanen. effectus eſt circa annum Domini 641. non anno 650. ut Ferrarius ſcribit, nedum 659. ut Sigonius habet. Hic ille eſt Joannes, quem ad Theodelindam Reginam legavit Gregorius Magnus quique Mediolanenſibus notus, ſtatim adeptus dignitatem, immani Barbarorum dominatu haud deterritus, è Liguria Mediolanum ad ſuum paſtorale munus exercendum venit: & Joannis ſanctiſſimi Bergomenſis Epiſcopi ſui Suffraganei opera uſus, Arrianam teterrimam luem expugnavit, cum Grimoaldum Longobardorum Regem ad veram Catholicamque doctrinam ſuis perſuaſionibus adduxiſſet. Romam Martino I. Pontifice ann. 649. ad Synodum venit: in Oppido Decio Eccleſiam S. Materni conſecravit, Canonicis ibidem divinum penſum perurgentibus cenſum attribuit: ſub ipſo tandem Mediolanen. Archiepiſcopatus revixit, quem hæreticorum perverſitas aliquamdiu oppreſſerat. Qui denique clarus miraculis, ſanctitateque celebris evolavit ad ſuperos 4. Idus Januarii circa annum Domini 669. poſtquam ſediſſet plus minus an. 29. (1) (alii volunt præfuiſse ann. 10. alii 20.) & in Eccleſia S. Michaelis tumulatus latuit in tenebris uſque ad Heriberti tempora, repertumque ejus corpus, in D. Michaelis ara collocatum eſt. Anno vero 1582. ea Eccleſia demolita à S. Carolo Borromæo, celebri pompa Dominica Aſcenſionis 24. Maii ſacras illius exuvias ad Metropolitanam tranſtulit, inque ara recens ad dexteram templi partem ædificata, ejuſque nomini dicata collocavit. De eo Martyrologium Romanum, aliique qui de Mediolanenſibus Archiepiſcopis ſcripſere: noviſſime ejus geſta recenſuit doctus eruditusque vir Joannes Bollandus in Actis ſanctorum to. 1. & Marianus Grimaldus in ſuo Januenſi ſanctuario.



40. S. ANTONINUS Fontana, civis Mediolanenſis, ei Eccleſiæ præficitur circa annum 670. tres annos c ſanctiſſime ſedit, deceſſitque die 31. Menſis Octobris, ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Simpliciani, ex qua à S. Carolo Borromæo translatus in Ædem Metropolitanam. Meminit illius Martyrol. Rom. Galeſinus, Sigonius, & alii. XXXVII.

c Ex Catalogo ſedit an. 2. obiit ergo an. 672. Papebroc. Ab an. 655. ad 673.

41. S. MAURICILLUS, d hanc eandem ſedem eſt aſſecutus anno 673. præfuitque tres menſes (2) deceſſitque die 31. Martii, accepitque tumulum apud S. Satyrum. XXXVIII.

d De eo Acta ss. Martii t. 3. p. 910. Ab an. 673. ad 698.

42. S. AMPELIUM Mauricillus excepit anno 673. qui brevi mora ſibi creditam adminiſtravit Eccleſiam cum in ea ſede ad quartum tantum annum perveniſſet. (3) Deceſſit enim 6. Id. Februarii anno 677. ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Simpliciani. Ejus feſtum celebratur 8. Idus Julii, quo ipſo die à Joanne V. Pontifice in numerum ſanctorum relatus eſt. Ejus deinde ſacrum corpus tranſtulit S. Carolus Borromæus, in cujus ſepulchro hæc, quæ ſequuntur, inciſa carmina leguntur. XXXIX.

Ab an. 673. ad 677.

Terræ vitis eras liquore dulci
In cœlo quid eris? tuus liquor jam
Non eſt Ampelius, magis vocandus,
Es nunc Ambroſius. Duo manent, vos
Cives, Ambroſii, patronus ille,
Et qui ante Ampelius fuit ſuperſtes
Hem nos reſpicite optimi parentes,
Liquorem date filiis ſupernum.



43. S. MANSUETUS e Sabellæ Gentis Romanæ S. Ampelio ſuffectus eſt anno 677. Qui ut ſui Epiſ- XL.

e De eo Acta ss. Febr. t. 3. p. 113.

(1) Ex Catalogo s. Joannes ſedit an. X. obiit IV. Nonas Januarii; ſepultus eſt ad s. Michaelem in Domo. Anno 649. Romanæ Synodo ſubſcripſit, mortuus circa an. Chriſti 655. aut etiam aliquot annis ſerius, ſi plurium annorum intervallum interjiciatur inter Aſterium, & Fortem, vel inter hunc & Joannem. Tertius certe à Joanne Epiſcopus Ampelius haud diu ante an. 658. potuit fuiſſe ordinatus, ſi is ſolum an. 5. ſedit: atqui inter hunc & Joannem, qui ſederunt, Antonius, & Mauricillus, prior annos duntaxat duos, alter menſes ſolum quatuor dicuntur impleviſſe, aut igitur totum circiter octennium & amplius variis ſucceſſive vicibus ſedes vacavit, aut anni aliquot alterutri adſcribendi è Catalogo exciderunt, quod crediderim. Papebrochius.

(2) s. Mauricillus ex Catalogo ſedit menſes IV. Si liceret menſibus IV. præponere annos X. & credere eos excidiſſe tranſcribenti Catalogum, poſſet hic Epiſcopatus protrahi ad an. 668. circa quem oporteat ſtatuere ſucceſſoris initium, nec opus erit ullum hic vel alibi hiatum admittere. Sepulturæ locus ignorabatur, cum Catalogus tranſcriberetur. Anſpertus an. 890. Archiep. Mediol. factus ſui Præſulatus tempore Eccleſiam s. Satyro condidit, in illamque s. Mauricilli corpus tranſtulit. Papebrochius.

(3) s. Ampelius ex Catalogo ſedit an. 5. ſepultus ad s. Simplicianum. Colitur hic 8. Julii, & ſic inſcribitur Kalendariis etiam antiquioribus: interim Ferrarius, & Ughellus ex Actis Eccleſiæ ſub s. Carolo conſcriptis aſſerunt obiiſſe 6. Id. Febr. quod videtur an. 672. contigiſſe: adeoque ſeptem annis citius quam Pontificatum Romanum auſpicaretur Agatho, primum an. 679. ordinatus, cujus tamen regimini adſcribitur in Tabulis Synodali. Qui eum à Joanne V. unius tantum anni Pontifice, ordinato ſub an. 686. fuiſſe canonizatum aſſerunt, haud facile probabunt jam tum uſu receptum fuiſſe, ut hujuſmodi cauſæ ad Roman. Pontif. deferrentur. Papebrochius.

a An. 679. b 680. Ab an. 672 ad 681.

Epiſcopatus piè, ſanctèque auſpicaretur initia ſuis comprovincialibus convocatis Epiſcopis contra Monothelitas Synodum celebravit *a*. Anno vero 679. *b* cum iiſdem Interſuit Lateranenſi Concillo ſub Agathone Pontifice contra eoſdem convocato, cujus decreta Manſuetus ſubſcripſit. Hujus Manſueti nomine S. Damianus Ticinenſis Epiſcopus ſcripſit epiſtolam ad Conſtantinum Imperatorem in eoſdem. Sunt qui affirment, Manſuetum magno illi Conſtantinopolitano Concilio interfuiſſe, quod vix credibile eſt, cum reverſus Roma paulo poſt in contagio illo, quod magnopere Inſubriam afflixit, deceſsiſſe narretur die 19. Menſis Februarii (1). Jacet in Ambroſiano Templo. De eo Martyrologium Romanum.



XLI. c De eo Acta ss. Martii t. 1. p. 84. quem ab Aquila in Samnitibus oriundum aliqui volunt. Ab an. 681 ad 725.

44. S. BENEDICTUS *c* Criſpus Mediolanenſis tum doctrina, tum ſanctimonia clarus, ad ſedem patriæ poſt Manſuetum promotus eſt. Hunc ſuæ juriſdictionis acerrimum defenſorem gravis lis coram Pontifice Romano exercuit. Cum enim contenderet Ticinenſem Epiſcopum Mediolanenſi Throno ſubeſſe, ille vero contra niteretur, ſe ad arbitrium Romani Pontificis ex antiquo jure immediate ſpectare, felicior litis eventus à Ticinenſi ſtetit. Benedictus vero cum cauſa cecidiſſet, revertitur Mediolanum, ubi S. Benedicti cœnobium ædificavit, quod hoc tempore pœnitentibus mulierculis eſt pro domicilio, ac ſepimento pudoris. Totam Italiam Benedicti fama pervaſit, cum non modo doctrina, ſed etiam ſanctitate celebris haberetur, ut Paulus Diaconus narrat. Cadoaldi Anglo-ſaxonum Regis Epitaphium ipſe compoſuit, qui abjurata Idololatria ad Chriſtum ſe converterat, ſacrove fonte à Sergio Pontifice ablutus fuerat, defunctuſque paulo poſt, apud S. Petrum cum ejuſmodi epitaphio fuerat tumulatus. Cæterum Benedictus è vivis exemptus eſt 43. anno ſui Pontificatus, (2) velut alii volunt 47. 5. Idus Martii anno 725. *d* ſepultuſque eſt in Baſilica Ambroſiana in numerum ſanctorum relatus. De eo Martyrologium Romanum, Baronius, & alii. Ejus fama maxime celebris habebatur Juſtiniani Imperatoris temporibus, & Ariperti Junioris Regis Longobardorum. („ *Benedictum ab Aquila in Samnitibus oriundum* „ *aliqui volunt, Toppius vero in Bibl. Neapol. Amiterni natum dicit. Ob litem verò, qua diù fuerat* „ *vexatus, ut ſupra meminit Ughellus, colitur ut* „ *præcipuus protector, & advocatus eorum, qui* „ *forenſibus litibus, aliiſque anguſtiis quomodolibet exagitantur, ut ex ejus vita typis data Neapoli a Benedicto Lentino apud Franciſcum Mollo.* „ Sgambatellus.)

d 725.

XLII. e 725. Ab an. 725 ad 739.

45. THEODORUS, hujus nominis II. à Gregorio III. Pontifice Archiepiſcopus Mediolanenſis adlectus eſt anno 725. *e* Hic ritus Ambroſianos, qui aliquantiſper degeneraverant, ad priſtinam obſervantiam inſtauravit. S. Bonifacium è Germania redeuntem excepit hoſpitio; contigitque eidem lachrymis proſequi funus Luitprandi Regis Longobardorum, qui in Mediolanenſem Eccleſiam ingentia beneficia contulerat. Theodorus autem poſtquam hanc Eccleſiam 14. annos adminiſtraſſet (3), exceſsit è vivis, ſepultuſque eſt in Eccleſia monaſterii Oronæ, quod ejus Soror conſtruxerat, deque ſuo nomine Oronam appellaverat.

XLIII f De eo Acta ss. Maji tom. 3 p. 241. Ab an. 740 ad 741.

46 S. NATALEM *f* S. Zacharias Papa in Mediolanenſem Archiepiſcopum ordinavit an. 749. vel ut alii volunt 747. Hic tum linguæ Græcæ, tum Latinæ peritia clariſsimus fuit, rituſque Eccleſiaſticos peritiſsime calluit. Scripſit contra Arrianos, quorum hæreſis reliquiæ repullulare videbantur. Duos omnino annos (4) Mediolanenſem adminiſtravit Eccleſiam, laureamque decedens ſanctitatis tulit à Stephano II. Romano Pontifice 3. Id. Maji, quo ipſo die ejus feſtum celebrari eſt cœptum, ſepultuſque eſt apud S. Euſtorgium, quod ipſe templum excitaverat à fundamentis, vel ut alii volunt, apud S. Georgium in Palatio, ubi Canonicam inſtituerat. Cæterum ut de ſepultura Natalis ſcriptores varie narrant, ſic nihilo conſtantius de ejuſdem pontificatus tempore ſententiam ferunt. Ut enim vetuſtas obſcura ideoque recondita eſt, ſic dum aliquid in ea expiſcari conamur, conjecturis rem agimus, experturi, an propius accedamus ad ſcopum, qui computandæ ætatis, atque annorum certa ratione caremus. („ *Eujuſmodi Epitaphium D. Natalis refert* Valianus.

„ Marmore conclusum tegitur venerabile corpus
„ Natalis, Præſul qui fuit urbi bonus.
„ Grandis honor Patrum, nam fuerat Paſtor, & almus
„ Nobilitate vixit, rexit oveſque Pater.
„ Condidit hanc aulam, Chriſto præſtante juvamen.
„ Res dedit, & recte plurima dona quoque.
„ Unde queant vigiles domino ſervire per æva,
„ Proque ſuis culpis poſſit habere preces.
„ Eccleſiam rexit bis ſeptem menſibus, annos
„ Sexies, atque decem quoque duobus habens.
„ Obiit autem anno Incarn. Domin. DCCLXIV.
„ Pridie Idus Maji Indictione quarta.

„ *At anno 764. non currebat Indictio IV. ſed ſecunda: unde mihi ſuſpectum eſt hoc Epitaphium.* „ *Ex eo certe ſtatui nequit obitus D. Natalis annus.*)

47. ARIFREDUS Natali ſuffectus eſt, circa annum 749. In qua dignitate octo (5) tantum menſes ſuperſtes fuit, decedenſque ſepultus fuit apud S. Nazarium. XLIV Ab an. 741 ad 742.

48. STABILIS Archiepiſcopus creatus circa annum 751. per duos tantum annos, ac menſes 4. in Mediolanenſi ſede ſtetit (6), ſepultuſque eſt in Baſilica Ambroſiana. XLV. Ad an. 742 ad 744.

49. B.

(1) S. Manſuetus ex Catalogo *ſedit an. IX. obiit XI. Kal. Martii, ſepultus eſt ad S. Ambroſium*. Obierit ergo an. circiter 681. Papebrochius.
(2) *Sedit Benedictus ex Catalogo an 47. obiit V. Id. Martii, ſepultus ad S. Ambroſium*. Nunc colitur 6. Septemb. quia Eccleſiæ Mediolanenſis ritus nulla Sanctorum feſta recipit infra quadrageſimam celebranda. Mortem vero ejus non poſſe differri ultra an. 725. ex apta ſubſequentium Epiſcoporum ſerie ſic apparet, ut niſi ipſi abundent anni IV. vel tres, neceſſario abundent Benedicto, qui ante annum 681. non poteſt in Epiſcopatum induci propter Manſuetum, ut vidimus, an. 680. Romæ præſentem. Itaque Benedicto annos ſedis duntaxat XLIV. tribuo: facile enim fuit pro IV. legi ac ſcribi VII. & ſic vixerit ad an. 725. Papebrochius.
(3) Hoc idem habet Catalogus. Non notatur autem, quo menſe obierit: quia tamen inter ejus depoſitionem, & ordinationem ſucceſſoris videtur plus quam menſis unus interjiciendus, debet Theodorus mortuus dici an. 739. ordinatus 725. nec potuit exequias celebraſſe Regis Luitprandi an. 744 defuncti. *Auronam Monaſterium* eſſe ſuſpicor, quod hodie *Arona* dicitur, condito ſub an. 890. circa ipſum oppidum cum arce, S. Caroli Borromæi natalibus nobili. Papebrochius.
(4) Ex Catalogo S. Natalis *ſedit menſes 24. Obiit pridie Idus Maii, ſepultus apud S. Gregorium*. Colitur tamen 3. Idus Maji, fortaſſe quod ſequens dies eſſet translatione S. Victoris impedita, ipſæ vero Idus, Evaſii Epiſcopi, & Martyris feſto. Debuit autem fuiſſe ordinatus circa Idus Martii, puta 13. die, ut anno 640. in Dominica id factum ſit: videntur enim menſes ſoli notati abſque ſcrupuloſa ſupputatione dierum, itaque obierit anno 741 Papebroc.
(5) Arifredus ex Catalogo *ſedit menſes 9. ſepultus ad S. Nazarium*. Si citra moram fuiſſet electus poſt Natalem, potuiſſet in Februarium anni 742. obiiſſe: ſed nihil eſt quod tam propere electum ſuadeat, cum ſucceſſor ſolum fuerit ordinatus menſe Auguſto anni jam dicti, ut præſtet interpontificii menſes ſex dividere, quorum pars Arifredi electionem præceſſerit, pars ſecuta ſit obitum. Papebrochius.
(6) Idem aſſerit Catalogus, additque obiiſſe Stabilem *Idibus Decembris*: Utique anno 744. atque adeo ordinatus fuit an. 742. pridie Idus Auguſti, idest 12. die, quæ anno illo fuit Dominica XII. poſt Pentecoſtem. Poſt obitum autem ejus vacavit ſedes uſque ad Majum ſequentis anni, menſes circiter quinque. Papebrochius.

XLVI

Ab an. 755 ad 769.

49. B. LÆTUS Marcellinus, quadrageſimus nonus Præſul Mediolanenſis, nobilitate generis, atque legatione ad Pipinum clarus. In qua cum prudentiſſime expediſſet conſilia, à Stephano IV. à quo miſſus fuerat, Archiepiſcopus Mediolanenſis declaratus eſt circa annum 755. Hanc ille Eccleſiam gubernavit an. 14. (1) ſubque Stephano IV. exceſſit è vivis anno 769. ſepultuſque eſt in Baſilica Ambroſiana. In Annalibus Mediolanenſibus narratur Lætum fuiſſe adſcriptum numero Beatorum, ejus dies feſtus celebratur 4. Aprilis.



XL VII.

Ab an. 770 ad 783.

50. THOMAS Craſſus Mediolanenſis Archiepiſcopus adlectus eſt anno 770 Hic Modoetiæ coronavit Carolum Magnum ferreo diademate, conſecravitque in Regem Longobardorum anno 774. anno vero 781. ejuſdem Caroli Magni filium Pipinum Regni diademate inſignivit, baptizavitque (Eginhardo teſte) Gliſam ejuſdem filiam. Calluit quam qui maxime ritus eccleſiaſticos, Ambroſianorum vero ſe præbuit defenſorem acerrimum; cumque innocentis vitæ eſſet, Carolo Magno unice charus fuit. Deceſſit 1. die menſis Octobris anno 12. ſui Pontificatus, circa annum ſalutis 783 (2) Alii volunt, deceſſiſſe illum anno 7. ut mirum ſit tam varie à communi opinione Claudium Robertum diſſentire; qui tuetur Craſſi obitum in annum 28. ſui Præſulatus incidiſſe, qui à condita ſalute annus fuit 798. namque Petrus, ut videbimus, Thomæ ſucceſſerat circiter annum 783. Sepultus autem eſt Thomas in Baſilica Laurentiana.



XL VIII.

Ab an. 784 ad 805.

Hujus Epiſtola de translat. corp. S.

51. PETRUS Oldradus civis Mediolanenſis Hadriani Pontificis ab epiſtolis è primaria ejus civitatis nobilitate, Thomæ Craſſo ſuffectus eſt in Archiepiſcopum circa annum 783. cumque Leone III. Pontifice iterum in Galliam profectus eſt, reverſuſque Romam, ibidem interfuit, cum Pontifex idem Leo Carolum Magnum Auguſtumque Imperatoremque acclamaſset. A quo deinceps Oldradus ampliſſima retulit privilegia Mediolanenſi Eccleſiæ favorabilia, in quibus illud enituit, quo ab eodem politico Mediolanenſi Principatu munificentia plane Regia donatus eſt.

Auguſtini e Sardinia Papiam facta recitatur à Baron. Annal. tom. 9. ad an. 7..

A

In nomine Sanctiſſimæ, & Individuæ Trinitatis.

Carolus divino nutu coronatus, Romanum regens Imperium, ac per miſericordiam Dei Rex Francorum, & Longobardorum ſereniſſimus, Catholicus, pacificus, Auguſtus omnibus Comitibus, Caſtaldiis, ſeu cunctis Reipublicæ per Provinciam Italiæ noſtra manſuetudine præpoſitis ſempiternam in Domino ſalutem. Noverint omnes, & ſinguli, quemadmodum venerabilis Petrus Oldradus Eccleſiæ Mediolanen. Archiepiſcopus noſtram adiit celſitudinem petens, ut pro amore Dei, & ſalute animæ noſtræ omnia Sanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ in honorem S. Ambroſii Confeſſoris Chriſti, & Sanctæ Eccleſiæ dicatæ à prædeceſſoribus noſtris Imperatoribus, atque Religioſis omnibus à felicis Conſtantini Magni, & aliorum Imperatorum recordatione collata, poſtea à perfidia Regum Longobardorum turbata, & ſublata, noſtra Imperiali auctoritate reſtituere, redintegrare, & confirmare vellemus. Cujus piæ poſtulationi aſſentientes ejuſdem Beatiſſimi Ambroſii Epiſcopi, & Chriſti confeſſoris implorandam ſemper opem ſtatuentes, hoc decretum, & præceptum fieri mandavimus Petro Oldrado Archiepiſcopo. Quo et concedimus, & ſucceſſoribus ejus legitime intrantibus, quidquid ad noſtram juriſdictionem pertinere in Urbe Mediolani videtur, terras, ſcilicet atque omnem diſtrictum, domos publicas murumq; ipſius Urbis cum fiſco, & teloneo integro & cum omni jure civili, intus, & foris in circuitu uſque ad fines. Cortes etiam ipſius civitatis, ac civitatem propriam, caſtella, villas, manſes, ſervos, & ancillas, criminos, & criminas, domos, poſſeſſiones, piſcationes, campos, montes, ſilvas, aquas, aquarumque decurſus, & paludes habitas, & poſſeſſas à prædeceſſoribus ejus Archiepiſcopi ante perfidiam & tyrannidem Regum Longobardorum; atque omnia jura aliquo inſcriptionis titulo, ſeu inveſtituræ adhuc donata, & tradita, oblata, ſeu præſentata Sanctæ Mediolanenſi Eccleſiæ à quibuſcumque Imperatoribus, ſeu piis hominibus, donamus, concedimus, confirmamus. Item donamus venerabili Archiepiſcopo Petro, & ſucceſſoribus ejus legitime intrantibus omnia quæ vocata ſunt, fiſcalia comitilia, aut vicecomitilia, quæ poſita ſunt, aut conſtructa in comitatu Mediolani, tam intus, quam foris in circuitu, uſque ad fines prædictos ſuos, ita ut venerabilis Petrus Oldradus Archiepiſcopus, & ſucceſſores ejus legitime intrantes poteſtatem illic habeant per ſe, aut per miſſos ſuos judicandi, diſtringendi, placitum tenendi, jura ligandi, jura ſolvendi, & quidquid eorum utilitas, & commodum tulerit, faciendi ad incrementum, & honorem ipſius ſanctæ Eccleſiæ Mediolan. in perpetuum duraturæ. Præcipientes igitur jubemus, ut nullus noſter Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, ſculdaſio, gaſtaldius, procuratorve ullus, hanc Sanctam Dei Eccleſiam inquietet, aut manſionaticum faciat, Toloneum diſtrictum placitum aut aliam quamlibet publicam functionem exigat. Sin minus, ſciat ſe ſoluturum auri optimi libras ducentum: centum fiſco noſtro, & centum ipſi Archiepiſcopo. Quod ut verius credant, & diligentius obſervetur, manu propria roborantes, annuli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri, & convalidari. Dat. Dertonæ Kal. Maii anni Incarnat. D N. Jeſu Chriſti DCCCIX. Indict. 3. Imperii autem noſtri anno IX. Regnorum vero noſtrorum XXXXII.

B

C

D

Longinus Cancellarius ad vicem Odonis Epiſcopi, & Ar-

(1) Sedit Lætus ex Catalogo *annos 14. menſes XI. obiit pridie Nonas Aprilis ſepultus ad s. Ambroſium*. Ordinatus ergo fuerit menſe Majo an. 755. (forsaſſe pridie Nonas, id eſt VI. menſis, in quem tunc cadebat feſtum Aſcenſionis, vel Dominica immediate ſequenti, id eſt IX. die) obierit autem an. 770. non vero ad 759. pervenerit, quod ex Ughelli calculis acceptum vellemus in noſtro Aprili emendatum. *Papebrochius*.

(2) Thomas ex Catalogo *ſedit an. 12. dies V. obiit 5. Kal. Octob. ſepultus ad s. Ambroſium*. Ergo ordinatus fuiſſet IX. Kal. Octob. quo dies ipſa anno 769. Dominica fuit, cum ſedes vacaſset plus quam quinque menſibus: obiiſſet autem anno 783. quod eſſe nulla ratione poteſt. Extat enim inſtrumentum, & refertur ab Ughello conceſſionis factæ à Benedicto Abbate in favorem Theoperti Clerici, atque ex permiſſione D. Petri Archiepiſcopi (hic autem Thomæ ſucceſſit) ab Ermoaldo Notario rogatum, regnante Carolo & Pipino Regibus in Italia anno undecimo, & [illegible], quinta die .... Ind. 7. id eſt anno Chriſti 784. Obierat ergo jam tunc Thomas: proinde correcto numerorum errore pro annis XXVIII. velim XXIII. legere, ut unus dum- [illegible] literis vitium ſit, & Thomas obierit an. 783. *Papebrochius*.

& Archicancellarii Domini noſtri Caroli Magni, & invictiſſimi Imperatoris ſemper Auguſti: rogavi, & ſubſcripſi.

Petrus vero Arrianos hæreticos, qua ſcriptis, qua ferro opportune perdomuit: quamobrem, Mallei hæreticorum à Carolo Magno honorificum tulit cognomen. Ejuſdem Petri extat epiſtola ad Carolum Magnum de tranſlatione corporis S. Auguſtini, cum è Sardinia Papiam fuit delatum. Laudes Magni Gregorii carminibus celebravit, ejuſdemque reſtituit monumenta, quæ per ſummum dedecus fuerant diſſipata, ſalutareſque aliquot ſermones compoſuit. Pietate præcipua fuit erga Sanctos Ambroſium, Gervaſium, atque Protaſium: quamobrem ſui Pontificatus initio, inſigne Monaſterium ædificavit anno 784. quod pro domicilio monachis eſſet, ſacrum illud depoſitum cuſtodituris. Hujus ædificationis prima mentio habetur in documento eo ipſo anno conſcripto, quod ſuis in Ambroſianæ Baſilicæ, ac Monaſterii monumentis retulit Joannes Petrus Puricellus, vir varia eruditione, & antiquarum rerum peritia clarus, ex eoque aliquorum de Craſſi obitu, Oldradique Pontificatus primordiis errores detexit. *Regnante* (ſic incipit illud) *Domino noſtro, viro Excellentiſſimo Carolo, & Pipino Regibus in Italia anno undecimo, & quarto* (hic autem Caroli Regis undecimus, & Pipini quartus annus in Italia, eſt annus Chriſti 784. nam Carolus regnare cœpit in Italia anno 774 Pipinus vero anno 781.) *quinta die . . indictione ſeptima Benedictus venerabilis presbyter, & Abbas Monaſterii quem conſtituit ſanctiſſimus vir, Petrus Archiepiſcopus ſanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ ſancti Ambroſii, in qua ejus corpus requievit juxta civitatem hanc Mediolani: Theoperto humili clerico Papienſis Diœceſis*, &c. Recolit deinde ille Abbas contextum ad tenorem donationis, quam pridem fecerat. Mox eorum omnium, quæ tunc temporis ille ceſſit ac donavit, quæve poſtmodum ſuo ingenio acquiſivit, vel aliter ad ipſum devoluta fuerunt, quæve in poſterum acquireret, vel aliter ad ipſum devolverentur, eorum, inquam omnium ei, *ex promiſſo, & verbo beatiſſimi Viri Petri Archiepiſcopi*, concedit uſumfructum, ita ut de omnibus ejuſmodi bonis mobilibus, quæ habuerint, liceat ei facere tam pro anima ſua, quam in alios etiam fines prout voluerit: *Et quicquid exinde feceris* (ſubdit Abbas) *ſtabile debeat permanere ſine mea, vel ſucceſſorum meorum contradictione . . . . . . ubi providero, aut intra urbem Mediolanen. aut foris ubi ad jura Monaſterii noſtri pertinet, ubi ſibi inhabites caſellam.* Quæ vero bona ipſi poſt obitum ſupererunt: *Hæc omnia* (idem Abbas concludit) *in monaſterii noſtri deveniant poteſtatem.* Hanc vero ceſſionis chartulam rogavit Ermoaldus *ex permiſſione Domini Petri Archiepiſcopi, & intra ſupraſcriptum monaſterium:* eidemque pro parte monaſterii ſic fuit ſubſcriptum. † *Benedictus indignus nomine Abbas, in hac conceſſione, ex permiſſione Domini Petri Archiepiſcopi à me facta relegi, & ſubſcripſi.* † *Ego Bunipertus Diaconus in hac conceſſione à Benedicto Abbate meo facta conſenſi, & ſubſcripſi.* † *Ego Ariganſus ſubdiaconus in hac conceſſione, ab Abbate meo facta conſenſi, & ſubſcripſi.* Sequuntur deinde trium teſtium ac denique Notarii Ermoaldi ſcriptiones. Hactenus Puricellius. Petrus vero Archiepiſcopus monaſterio à ſe constructo magnam dotem dixit, ita ut Benedicto, quem illic Abbatem conſtituerat, ac ejus deinceps ſucceſſoribus in perpetuum, non modo cellam, quam à diacono Forte coemerat, ſed ipſam Baſilicam etiam ubi prædictorum ſanctorum corpora quieſcebant, attribuerit. Monaſterium autem S. Ambroſii majoris tulit cognomen, cujus poſſeſſionem jamolim monachi Ciſterciensſes adierunt, ibique hoc tempore divinum opus perurgent egregie. Cæterum Petrus Oldradus non modo hujus ſuæ beneficentiſſimæ voluntatis in monachos publicum voluit inſtrumentum extare anno 790. ſed etiam auctoritate Imperiali, hoc eſt Caroli Magni firmandum curavit; quæ ſane nobilia monumenta agnovit, & comprobavit ſacra Romana Rota, cum gravis aliquando lis inter Ambroſianæ Baſilicæ Canonicos, monachoſque exæſtuaſſet, hodieque etiam aſſervantur Mediolani in Archivio eorundem Monachorum. Ripamontium autem demiror, cur agnitam veritatem ſilentio involverit lib. 9. Hiſt. Eccleſ. Mediolanenſis. Ego ne ejuſdem defectus accuſer, cenſui de verbo ad verbum ea monumenta hic apponenda, quæ olim pro ſua humanitate communicavit vir probus Coſmus Rainonius ejuſdem Ambroſiani Cœnobii Abbas, ac Congregationis S. Bernardi in Italia Præſes.

Petrus, per Dei gratiam Sanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus.

Monaſterio; quod, Deo jubente (*legendum arbitror juvante*) *inſtituimus juxta Eccleſiam S. Chriſti Confeſſoris Ambroxii in ejus honore, & Sanctorum martyrum Protaxii, & Gervaxii, ubi eorum ſacra corpora venerabiliter requieſcunt, condita, ſeu Benedicto Abbati, ſucceſſoribuſque ejus, cunctoque cœtui ipſius in perpetuum. Cunctis adire volentibus ad conſortia ſupernorum civium Omnipotens Dominus ſuis fidelibus itinera propitius pandit, interque illud ſtatuit, ſequi ſolidum iter, quod nullis curvatur vitiorum flexibus, neque ſpinarum ſepitur cupidine, ſed directum, fulgidum, ad cœleſte prominet Regnum. Per hoc quiſque graditur, qui ſacram cœnobialem eligit vitam, qui jam mundo moritur, & Deo vivere delectatur. Ob hoc etenim ego, qui ſupra, Petrus, Sanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, tam pro regum noſtrorum felicitate, & totius ipſorum populi ſoſpitate, quam & pro ſtatu Sanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ, animæque meæ ſalute, juxta*(*videtur habendum Eccleſiam*)*S. prædict. martyrum, Protaxii, & Gervaxii, ſeu Confeſſoris Chriſti Ambroxii, cœnobium inſtituere commodum exiſtimavi; quia, eorum ſuffragati meritis, ab adverſis tuemur, & regimur. Dignum eſt, ante veneranda ipſorum corpora laus Regi æthereo ſedulo decantetur à monachis, ibidem conſtitutis, & ne aliquo impulſu penuriæ ipſa ſacra collegio*(*ſive congregatio*) *ſtimulata gravetur. Cui Deo miſerante, Abbatem inſtituimus Benedictum Presbyterum. Concedimus ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus, qui pro tempore fuerint, nunc, & deinceps omnibuſve ſub eis regulariter viventibus, locum habitationis ampliorem, & honeſtiorem, ſcilicet ad habitandum, & regulariter vivendum. Et ipſam Eccleſiam, quæ uſque nunc cella vocabatur; quatenus eam orationis ſolummodo ſecretioris continentiſſimam habeant: eandam vero, quam ſuperius diximus, in honore ſupradictorum ſanctorum martyrum Protaxii, & Gervaxii, atque Confeſſoris Chriſti Ambroxii, conſtructum, ſub ſua cura, & providentia, tam ipſe Benedictus Presbyter Abbas, quam quicumque ſucceſſores ejus Abbates, qui ibidem ordinandi ſunt perpetuo, ita uppote, ut ante ſancta eorum corpora continuatim, indifferenter, ac publice officia, & divinar laudes concelebrent, abſque mea, & ſucceſſorum meorum moleſtia, provideque ipſam Eccleſiam ſua moderatione, & rectitudine diſponere ſtudeat, quatenus Domnorum noſtrorum Regum Caroli, & Pipini animabus proficiat, mihi, meiſq; in Chriſto filiis; majoris ſcilicet ordinis, totius gradibus, à quibus diutius laborantibus in eadem Eccleſia multoties rogatus merces acquiratur æterna. Statuimus etiam eidem Abbati, ſuiſque ſucceſſoribus uti diverſis rebus, atq; ſubſtantiis, ad ipſam Eccleſiam, quæ hactenus cella vocabatur, pertinentibus, atque in poſterum à Chriſti fidelibus inibi conferendis, ſicut uſque hactenus à Forte Diacono filio noſtro poſſes eſt . . . . . quam nos ab ipſo cum rebus ſupradictis per commutationem ſuſcepimus, dans ei ad vicem curtem proprietatis noſtræ in Leuuianello, ſeu & in aliis locis, ubicumque habere ex parentum ſucceſſione videor, ad commodum admutandi, & concambiandi modum. Quicquid vero in jam dicta Eccleſia Sancti Ambroxii*

à piiſ.

à piiſſimis Imperatoribus, ſive regibus, ſeu quibuſcunque Poteſtatibus in ſubſidiis monachorum, ſive à me licet peccatore, à quo præfatum cœnobium conſtructum eſſe dignoſcitur, Deo auxiliante collatum fuerit; ulla abſque invaſione, & diminoratione quiete, ac pacifice prælibatum Benedictum Abbatem, ſuoſque poſteros, eo modo conſenſum præbentibus ſacerdotibus, ac levitis, cunctiſque ordinis noſtri, ut diximus, gradibus ſpiritualibus filiis. Confirmantibus quoque Domnis noſtris Regibus, Carolo, & Pipino in æternum victuris, una, & populo pleno favente animo: confirmamus per hoc noſtræ ſecuritatis munimen univerſa, quæ nunc poſſidere probatur, vel quod dominus ibidem per ſuos fideles conferre dignatus fuerit in ipſo monaſterio, ita ut Abbas cum fratribus omnia ſecundum inſtituta venerabilis Patris Benedicti, ejuſque regulam diſponat, & ordinet. Sed neque Abbas ibidem ordinetur extraneus, ullo unquam tempore niſi aut eodem in monaſterio prius monaſticum ſumpſerit habitum ex ipſa jam congregatione, aut quem fratres eligant, qui eos ſecundum divinas leges, & Patrum Regulas valeat gubernare. Et ita cenſemus, ut nullus unquam de noſtris ſucceſſoribus hanc noſtram diſpoſitionem, noſtrorumque Domnorum Regum dignam conceſſionem, ac petitionem, ſeu confirmatione, quam pro amore beati Chriſti Confeſſoris Ambroſii, & SS. martyrum Protaſii, & Gervaſii, ſeu prædictorum Regum durabili ſtabilitate, necnon etiam pro ſacerdotum Eccleſiæ noſtræ, omniumque noſtrorum concivium ſalute conſtruximus, irrumpere, aut deſtruere præſumat, & temeraria mente violare, aut exterminare maluerit, exterminetur à Deo, & à B. Petro Apoſt. ſanctoq; Patrono noſtro Ambroſio, & deleatur nomen ejus de libro vitæ portio ejus efficiatur cum apoſtata ſpiritu in igne perpetuo. Quod præceptum noſtrum Anſpert ſubdiaconum Sanctæ noſtræ Mediolanenſis Eccleſiæ, ſcribere juſſimus, & ſubter manibus propriis roboravimus, & in ipſo monaſterio tradidimus conſervandum, anno Domnorum noſtrorum Caroli, & Pipini Regum in Italia, ſextodecimo, & nonodecimo Kalend. Novembris, indictione 3.

Petrus Epiſcopus peccator, & indignus Sanctæ Mediolanenſis Metropolitanæ Eccleſiæ in hoc præcepto à me facto ſubſcripſi.

Dathæus Archipresb. S. Mediolan. Eccleſiæ in hoc præcepto ex juſſione D. Petri Archiep. ſubſcr.

Olfredus Archidiac. S. Mediolan. Eccleſiæ, in hoc præcepto ex juſſione D. Petri Archiepiſc. ſubſcr.

Deuſdedit Presb. S. Mediolan. Eccleſiæ, in hoc præcepto ex juſſione D. Petri Archiep. ſſ.

Petrus diac. S. Mediolan. Eccleſiæ, in hoc præcepto ex juſſione D. Petri Archiep. ſſ.

Fortis indignus diac. S. Mediolan. Eccleſiæ, in hoc præcepto ex juſſione D. Petri Arch. ſſ.

Senator presb. S. Mediolan. Eccleſiæ, in hoc præcepto ex juſſione D. Petri Archiepiſc. ſſ.

Jacobus diac. S. Mediolan. Eccleſiæ, in hoc præcepto ex juſſione D. Petri Archiepiſc. ſſ.

Stephanus presb. S. Mediolan. Eccleſiæ, in hoc præcepto ex juſſione D. Petri Arch. ſſ.

Roffredus diac. S. Mediolan. Eccleſiæ, in hoc præcepto ex juſſione D. Petri Arch. ſſ.

Lucebertus indignus presb. S. Mediolan. Eccleſiæ, in hoc præcepto ex juſſione D. Petri Arch. ſſ.

Ottelinus diac. S. Mediolan. Eccleſiæ, in hoc præcepto ex juſſione D. Petri Arch. ſſ.

Ariſtetus diac. S. Mediolan. Eccleſiæ, in hoc præcepto ex juſſione D. Petri Arch. ſſ.

Oldebertus presb. S. Mediolan. Eccleſiæ in hoc præcepto ex juſſione D. Petri Arch. ſſ.

Antuertus presb. S. Mediolanen. Eccleſię, in hoc pręcepto ex juſſione D. Petri Archiep. ſſ.

Rodulphus humilis presb. Sanctæ Mediolan. Eccleſię, in hoc præcepto ex juſſione D. Petri Archiep. ſſ.

Lampertus presb. S. Mediolan. Eccleſiæ in hoc præcepto ex juſſione D. Petri Arch. ſſ.

Igulphus presb. S. Mediolan. Eccleſiæ, in hoc præcepto ex juſſione D. Petri Arch. ſſ.

Theodorus indignus presb. S. Mediolanen. Eccleſiæ, in hoc præcepto ex juſſione D. Petri Arch. ſſ.

Panio presb. S. Mediolan. Eccleſiæ, in hoc præcepto ex juſſione D. Petri Archiep. ſſ.

Theofredus presb. S. Mediolan. Eccleſiæ, in hoc pręcepto ex juſſione D. Petri Arch. ſſ.

Ade presb. S. Mediolan. Eccleſiæ, in hoc præcepto ex juſſione D. Petri Archiep. ſſ. & ſubter confirmavi.

Hactenus Petri Archiepiſcopi documentum in favorem Abbatis, & monaſterii hujus ab ipſo inſtituti conceſſum. Caroli vero Magni ejuſdem confirmatio anno 791. talis eſt tenoris.

Carolus gratia Dei Rex Francorum, & Longobardorum, atque Patritius Romanorum.

Illud namque ad æternam beatitudinem, ſeu ſtabilitatem Regni noſtri, in Dei nomine pertinere confidimus, ſi juſtis petitionibus ſervorum Dei, in quo auribus noſtris patefactæ fuerint, libenter obtemperamus, atque ad effectum producimus. Igitur notum ſit omnium fidelium noſtrorum magnitudini, præſentium ſcilicet, & futurorum, qualiter vir venerabilis Petrus, Sanctæ Mediolanenſium urbis Eccleſiæ Epiſcopus, ſerenitati Regni noſtri ſuggeſſit, qualiter ob amorem Dei, & venerationem ſancti Ambroſii, juxta corpora ſanctorum martyrum Protaſii, & Gervaſii, ſeu ipſius beatiſſimi Confeſſoris Chriſti, cœnobium inſtitutum habeat, atque monachos ibidem ſub Regula S. Benedicti noviter, qui laudes Deo illic ſedulas referent, & pro felicitate Regni, ac totius populi Chriſtiani ſoſpitate, ſeu pro ſtatu ſanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ exorarent, conſtituiſſet, atque inibi venerabilem Benedictum Presbyterum Abbatem ordinaſſet, unde petiit clementiam celſitudinis noſtræ, ut omnia, quicquid, ipſe pro divino intuitu ad jam dictum monaſterium ex rebus Eccleſiæ ſuæ Mediolanenſis largitus eſt, vel moderno tempore ibidem juſto tramite delegatum fuit, & nunc juſte, & rationabiliter partibus ipſius Monaſterii poſſidere dignoſcitur, vel quod in antea à Deo timentibus hominibus, tribuente Domino, additum, vel delegatum fuerit, noſtris oraculis pleniſſime confirmare deberemus; quatenus ſub regimine, & poteſtate Rectoribus, qui fuerint, Sanctæ Mediolanenſis Eccleſię, ſicut ab ipſo ſtatutum eſſe cernitur omni tempore permanere debeat, & quandoquidem divina vocatione Abbas ex ipſo monaſterio de hac luce ad Dominum migraverit, licentiam haberent monachi de ipſo monaſterio. Sanctæ Dei Eccleſiæ Mediolanenſium, nobiſque per omnia fidelem ſuper ſe ſecundum ordinem ſanctum, & Regulam ſancti Benedicti eligendi Abbatem. Cujus petitionem propter nomen Domini, & reverentiam ipſius ſancti loci, meritiſque ſanctis antedicti Pontificis compellentibus, noluimus denegare; ſed in eleemoſyna noſtra ita conceſſiſſe, atque in omnibus confirmaſſe cognoſcito. Quapropter per præſentem auctoritatem noſtram decernimus, ac jubemus ut ſicut conſtat ab jam fato viro, venerabili Petro Archiepiſcopo, monaſterium, ut ſupra memorabamus, juxta corpora ſanctorum martyrum Protaſii, & Gervaſii, ſeu Confeſſoris Chriſti Ambroſii, unacum adjacentiis, vel appenditiis ipſius monaſterii, ſtabilitum eſſe, inſpecta ipſius auctoritate per hoc noſtrum ſerenitatis præceptum, atque confirmationis donum perpetuis temporibus jure firmiſſimo ſtabiliter permanere habeat: & neque Abbas ibidem ordinetur extraneus ullo unquam tempore, niſi ex ipſa congregatione, ut ſupra diximus, Sanctæ Dei Eccleſiæ Mediolanenſium, nobiſque per omnia fidelis, quem fratres eligere voluerint, qui eos ſecundum divinas leges, & Regulam ſancti Benedicti valeat gubernare. Et ita cenſemus, ut nullus de noſtris ſucceſſoribus, ſeu prædicti Pontificis, unquam, hanc noſtram diſpoſitionem, quam pro amore beati Chriſti Confeſſoris Ambroſii, ſeu ſtabilitate Regni noſtri, confirmavimus, irrumpere, atque deſtruere præſumat, ſed ut melius delectet ipſos ſervos Dei, qui ſub norma beatitudinis ibidem vitam per tempora degere videntur pro nobis, uxoreque noſtra, ac liberis, ſeu ſtabilitate Regni noſtri, Do-


mini miſericordiam jugiter exorare, noſtris Deo auſpice futuriſque temporibus inviolabiliter, atque irrefragabiliter perdurare, vel conſiſtere debeat. Et at hæc auctoritas firmior habeatur, vel per tempora conſervetur, manu noſtra ſubter eum roborare decernimus, atque annulo noſtro ſigillari juſſimus.

Signum † Caroli Glorioſiſſ. Regis.

Dat. in Menſe Aprile anno vigeſimo ſecundo, & decimo ſeptimo Regni noſtri. Actum Placentiæ en Palatio noſtro publico in Dei nomine felic. Amen.

Ex hujuſmodi Caroli Magni monumento colli- ge lector, præcipuam fuiſſe Petri erga ſanctos pietatem, & devotionem, qui cum Mediolanenſem Eccleſiam annos 20. adminiſtraſſet, proſperam adeptus famam probitatis, ac munificentiæ, hanc mortalitatem cum æternitate commutavit circa annum 804. 9. menſis Maji [p] ut volunt alii: videtur tamen ex Caroli Magni ſupra relato privilegio, in vivis fuiſſe Petrum anno 810. cui datum eſt monumentum, quod nonnulli, videtur ſuſpectum; ſepultuſque eſt apud Baſilicam Ambroſianam prope ſuos monachos, qui illum etiam nunc, ut munificentiſſimum Patronum venerantur, & colunt (1) Præfuiſſe Petrum Mediolanenſi Eccleſiæ alii ſcribunt 17. alii 18. quidam 27. & alii 28. ſed quantum ipſi à veritate aberrent, ex iis quæ ſupra in Craſſo, eodemque Petro diximus, tum modo in Odelperto ſucceſſore ex fide narrabimus, facile prudens judicabit lector.

[p] Ex App. tom. 6.



XLIX.

Ab an. 805. ad 814.

Hunc de Sacramento Baptiſmi librum ſcripſiſſe teſtatur Oudin in ſupplem. de ſcript. Eccleſ. p. 216. quem Conſule. *Mandoſ.*

52. ODELPERTUS Craſſus Oldrado ſucceſſit circiter annum 804. Kal. Octob. ut habet Triſtanus Calcus lib. 5. Hic Pipinum Caroli Magni filium excepit hoſpitio, quem excedentem è vivis paternis adhortationibus ad formidabilem illum exitum communivit. In Regē Italiæ Bernardum coronavit. Corpus defuncti Pipini Veronam tranſmiſit ſepeliendum. Anno vero Caroli, & Pipini in Italia Regum 32. & 25. menſe Januario, hoc eſt anno 806. Arigauſo Abbati S. Ambroſii Ædem S. Vincentii in Prato conceſſit. Documentum donationis extat in Archivio ejuſdem monaſterii, tenoris ſequentis.

Odelpertus per Dei gratiam ... Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus.

Arigauſo Abbati monaſterii noſtri S. Ambroſii, ubi ejus ſanctum corpus requieſcit, dilecto fideli .... Nihil minus, ſed magis ad profectum Eccleſiæ noſtræ S. Mediolanenſis, & ad augmentum ampliorem proficiſcere (ſive proficere) credimus, ſi his ſumus largiti beneficium ..... Eccleſiæ noſtræ, qui Deo omnipotenti, à quo omnia bona ſuſcipimus quæ habemus, ſedola (nempe ſedula) devotione deſervire concupiſcunt. Qua de re manifeſte ..... & quod tu, qui ſupra Arigauſus Abbas petiſti à nobis ati tibi oratorium ſancti Vincentii, Levitæ, & martyris Domini noſtri Jeſu Chriſti ædificatum in curte noſtra Prata .... nomine, diebus vitæ tuæ tibi concedere deberemus. Nos denique conſiderantes Dei omnipotentis miſericordiam, & nominatum ſervitium fidelem, ſive & animæ ... mercedem, eo quod tu, qui ſupra, Arigauſus Abbas die, noctuque continuatis precibus ad ipſum ſanctum locum, ubi corpora Beatiſſimorum martyrum Chriſti, Protaſii & Gervaſii quieſcunt .... per & beati Ambroſii Confeſſoris officiis conſiſtens, ibidem devotionem integram deſerviendum frequentare videris, ideoque concedimus tibi Arigauſo Abbæ ipſum Oratorium .... Curte noſtra Prata, ſive cum .... maſſariis, aldiones, vel quidquid præſenti die ad prædictam Curtem noſtram Pratam, ut diximus, & ad ipſum Oratorium ſancti Vincentii pertinere provantur (nempe probantur) .... aliter tua fidelitas ad prænominatum ſanctum locum meliorem ad deſerviendum devotionem integram diebus vitæ tuæ magiſque adimplere ſeſtum .... Ea igitur ut ſtatim prædictam Curtem poſt tuum, qui ſupra Arigauſi Abbatis obitum, ad jura, & gremium ſanctæ noſtræ Mediolanenſis Eccleſiæ cum omni integritate ſua, ut ipſam tibi conceſſimus, revertatur: & ſtatuimus per hunc noſtræ conceſſionis præceptum, ut nullus admodum neq; nos, neq; ex noſtris ſucceſſoribus, vel ſubjectis nobis, de... quæ tibi ſuperius contulimus habenda, moleſtare, aut expellere præſumat ...... habemus hunc noſtræ firmitatis præceptum quiete, ut ſtatuimus, diebus vitæ tuæ prædictum Oratorium, & ipſam Curtem ...... ſupra ſtatuimus ...... permanere debeat firmatum, quod ...... mitatis noſtro præceptum Benedicto Subdiacono ſanctæ noſtræ Mediolanenſis Eccleſiæ ..... juſſimus, & .... roborem manibus noſtris ..... tibi pro munimine tradidimus conſtruendum. Anno Domnorum Caroli & Pepini Regum hic in Italia trigeſimo ſecundo, & vigeſimo quinto, menſe Januario, Indictione quarta decima.

Odelpertus, per Dei gratiam ſanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, in hoc Præcepto manu mea ſubſcripſi.

Novem annos (a) Odelpertus ſibi creditam adminiſtravit Eccleſiam, quem alii Oldipertum, aut Oldibertum, Oldobertum, Olibertum, vel Odobertum, vel Edelbertum, ſeu Alepertum, ſive Alibertum, prout cuique viſum eſt, vocarunt, nos ejuſdem, ut ſupra vidimus, ſubſcriptionem ſequimur, in qua ſe Odelpertum nominat, & ſubſcribit Mediolanenſem Archiepiſcopum. Deceſſit 5. Kalend. Maji anno 814. atque in Ambroſiana Baſilica ſepulchrum accepit.



L.

Ab an. 814. ad 8[illegible]

53. ANSELMUS Bilius nobilis Mediolanenſis hujus

(1) Ex Catalogo Petrus *ſedit an. 19. menſ. 3. obiit Idibus Maii ſepultus ad S. Ambroſium*. Ex die obitus ſequitur, quod, poſt interpontificium menſium circiter quinque, ordinatus ſit Petrus, menſe Martio: quod ſi id etiam factum eſt an. 784. uti ex correctione in annis deceſſoris facta ſequitur, poteſt diei ordinatio iſta fuiſſe celebrata *Pridie Idus Martii*, ideſt, die 14. menſis, eademque Dominica 3 Quadrageſimæ, & obiiſſet Petrus an. 803. ſed detractos Thomæ annos quatuor (quia id exigebat publica & nullo ex capite ſuſpectabilis conjectura) libenter addiderim Petro, ut annos 22. ſederit, & annum Chriſti 805. attigerit, hoc enim exigit ætas ſecundi poſt Petrum Anſelmi. Eadem etiam vetat augere numerum ad an. 27. ſicut facit Tabula Synodalis; indicio manifeſto annos iſtos vario à variis ſcriptos fuiſſe, ut nuſquam ſecurius quam hoc loco poſſit correctio, alicubi prorſus neceſſaria, adhiberi. Ut autem ultra annum 805. Petrum retineam in vivis, aut etiam cum Tabula Synodali, Odelberto (quem ſucceſſorem Catalogus dat) ipſum poſtponam, movere me non poteſt relatum ab Ughello Caroli magni diploma, quod non dubito, quin ſit merum figmentum. *Papebrochius.*

(2) Odelbertus ex Catalogo *ſedit an. 8. menſ. 7. obiit V. Kal. Martii, ſepultus ad S. Ambroſium*. Nempe Julio menſe, poſt bimeſtre circiter interpontificium, ordinatus an. 805 die 13. aut 20. Dominica, defunctus 813. Cujus donatio facta Arigauſo an. 806. evidenter ſubvertit eidem Carolo aſſi[illegible] ſuper diploma, tamen ſerius datum, ut prætenditur, anteceſſori Petro. *Papebrochius.*

hujus nominis I. ille ipſe qui Craſſo ſuffectus anno 814. atque anno 818. Aquiſgrani propter initam cum Bernardo Rege Longobardorum, Vvolvoldo Cremonenſi, & Theodulpho Aurelianenſi Epiſcopis, aliiſque in Ludovicum Pium Imperatorem conſpirationem Archiepiſcopatu privatus, & monaſterio incluſus eſt, atque, poſt annos tres in gratiam receptus, ad munus Archiepiſcopale reſtituitur anno 821. ſequenti vero Lotharium Ludovici filium Modoetiæ ſtemmate Regni inſignivit. (1) Defunctus eſt anno 822. 5. Idus Maii, ſepultus in Baſilica Ambroſiana in tumulo Bernardi Regis, cui fuerat addictiſsimus. Nuper, hoc eſt anno 1638. Tumulum paululum amotum à loco, ubi olim fuerat, poſitumque, ac detectum, bina cadavera inventa fuiſse narrat Puricellus, alterum Bernardi Regis, alterum verò Anſelmi noſtri Archiepiſcopi; at ipſum audiamus, ſic enim refert numero 40.

Tunc igitur, eo detecto, quin etiam ſoluta ejuſdem compage (ſicut oportebat, ut inde transferri poſset) *commodiſſime, quid ineſſet, accuratiſſimeque inſpeximus, quin etiam propriis manibus contrectavimus. Marmoreo conditorio arca inerat, e quernis, & bene craſſis aſſeribus compacta, operimento clavis occluſo, & pice inſuper undique illita; ejuſque longitudo quatuor circiter erat cubitorum, latitudo autem duorum. Bina illic in longum jacebant hominum cadavera, nec ea putrefacta: quorum pellis, & caro quia oſſibus inter ſe disjunctis areſacta adhærebat; propterea opobalſamo, & aliis ejuſmodi odoramentis eadem medicata cenſuimus. Bernardi Regis Cadaver illic fuiſſe dexterum, indicio, & argumento fuit; quia à latere ipſius dextro regiumè ligno picto ſimul, & aurato extaret ſceptrum; & quia regio cadaver illud amictu indutum eſſet. Sericus, & candidus, & damaſeena, ſicut hodie nos loquimur, arte contextus hic erat: nec non etiam ſuperadditis ornamentis ſericis, & auro intextis in extremitate circumdatus, maxime autem in utraque anteriori. Tam ſinuoſus vero, amplus, & oblongus erat ejuſmodi amictus, ut non minus, quam tricenas textilis ejus menſuras cubitales, capere nobis videretur. Qua ſuberat cadaveri, jam putruerat; non ſic autem, qua ſinuatus illud hinc inde ambiebat. Simul etiam prope aderant multa ſericorum rubri coloris funiculorum fruſta: ſed, quem fuerint ad uſum, fruſtra fuit à nobis inveſtigatum. Superſtites adhuc e corio rubro calcei utrumque pedem contegebant: iidemque ligneam quiſque ſoleam, hinc inde coriaceis inſutam, habebant. Tam vero apte, preſſeq; ad ſuum quiſque pedem juxta ordinem digitorum congruebant, in acutum verſus primorem digitum deſinentes, ut calceus dexter nonniſi dextro pedi, quam diu integer ille erat, ſiniſterque ſiniſtro adaptari potuiſſet. Cæterum quiſque calceus duabus tantum corii partibus invicem conſutis, pedem ita contegebat, ut anterior corii pars in ſuprema verſus crura extremitate aliquantulum ſciſſa in longum eſſet, illicque pedi ligamine adſtringeretur ad eum prorſus modum, quo ruſticana hodie calceamenta factitari ſolent, ſed & Bernardi pedibus ita calceatis auratæ induerant calcaria ex ære, quod nos vulgo Rame nominamus. Figuræ tamen illa erant parum admodum ab hodiernis, & noſtratibus diverſæ. In exterioris cornu extremitate parvum erat, & rotundum foramen, e quo ſuperne fibula, inferne autem anſula eodem ex ære pendebant, anſulæ conſitæ claviculo erat corrigia è corio, rubri pariter coloris: quæ deſub pede per alterum inferioris cornu foramen modice longum deducta, & illi fibulę inſerta calcar pedi adſtringebat. Rotula vero e calcaris dorſo modice prominens ſenis, & perbrevibus circum radiis acuminata vergit deorſum. Hæc ad Bernardi Regis cadaver ſpectantia. Quæ vero ad alterum ipſi adjacent ſunt ejuſmodi Epiſcopalis nempe tum mitra ad caput, tum etiam baculus, ſed ligneus, ad latus dexterum, itemque annulus ex argento, & gemmatus, & auratus. Hoc ipſum cadaver, ut antea dicebam, e majorum traditione accepimus Archiepiſcopi eſſe Anſelmi Bernardo addictiſſimi, ut propterea cum ipſo etiam mortuus condormiſſere voluerit: de quo quidem Anſelmo reliqua poſtmodum proſequemur. Talibus ergo amborum exuviis una cum cineribus ex arca extractis marmoreus tumulus, & arca in eum translata fuere locum, ubi nunc ſunt. Cumque ſolemne officium pro eorum defunctorum ſalute ab univerſo monaſterii Conventu celebratum fuiſſet; Abbas noſter eum ipſum locum rite benedixit, quæve omnia prius inerant arcæ, illic eodem, quo prius, ordine compoſita, & bene occluſa fuerunt; calcaribus exceptis, quæ mihi ego retinui: quæve rurſum ante oculos poſita in præſenti attente conſpiciens tibi quoque lector ad purum, & ſincerum deſcripſi.*] Hactenus ille,



54. BONUS, ſive Donus Caſtillioneus Mediolanenſis hanc ſedem aſsecutus eſt, anno 822. acerrimus Juriſdictionis Eccleſiaſticæ defenſor, annos quatuor in ea divinum jus dixit. Fato functus eſt 25. Januarii anno 826. ſepultus in Baſilica Ambroſiana. In Catalogo habetur, quod per cives nobiles comitatus fuerit ad ſedem, atque per ſex nobiles viros Conſalonerios in Sede collocatus. Prima eſt, quæ occurrit Conſaloneriorum mentio, qui Archiepiſcopum dum primitus ad potiundum ſede ſua proficiſcebatur, honoris gratia comitati fuerint, & in ſede collocarint. Quod ipſum familiæ illius privilegium, & decus in hanc uſque diem perſeverat. LI. Ab an. 818. ad 822.

55. ANGILBERTUS hujus nominis 1. Bono ſucceſsit anno 826. (2) Qui ſeptem tantum menſium Pontifex fuit, quo ipſo tempore in decentiorem locum S. Monæ reliquias tranſtulit. Deceſsit 7. die menſis Decembris. De quo in Codice Metropolitici Archipresbyteri. Hic per portam Romanam intravit, Eccleſiam B. Ambroſii petens, ut ordo requirit, poſtea equum aſcendens, ad Eccleſiam Cathedralem cum Canſaloneriis circumquaque ſeceſsit, quibus equum dimiſit. LII. Ab an. 822. ad 823.

(1) Anſelmus ex Catalogo *ſedit an. 9. obiit V. Idus Maii ſepultus ad S. Ambroſium*. Cum igitur vacaſſet ſedes duobus menſibus, menſe Majo, die 3. vel 14 Dominica 3. vel 4. poſt Paſcha an 814. ordinatus Anſelmus vixiſſet uſque ad an. 819. Certe anno 817. deprehenſus eſt in ſcelere, & an. 818 pauci a poſt Paſcha diebus (ut eſt in Annalibus Bertinianis, atque Metenſibus) depoſitus. Celebratum eſt anni illius Paſcha die 28. Martii, proinde nondum quartum in Epiſcopatu annum abſolverat Anſelmus. Huic ſuffectus eſt Bonus, qui ex Catalogo ſedit an. IV. obiit X. Kal. Febr. ſepultus ad S. Ambroſium. Synodica Tabula 8. Kal. mortem ejuſdem aſſignat: quæ differentia noſtra nil refert: placet autem credere non integros annos numerandos, & Bonum ordinatum circa Pentecoſtem 16. Maji celebratam, mortuum eſſe an. 822. cum anno præcedenti menſe Octobri Imperator *miſericordiam ſingularem oſtendit in eos, qui cum Bernardo Nepote ſuo in Italia contra eum, & regnum ſuum conjuraverant: quibus & ad præſentiam venire juſſis, non ſolum vitam, & membra conceſſit, verum etiam poſſeſſiones reſtituit*. In iis fuiſſe Anſelmum, & vacanti deinde per Boni mortem Cathedræ priori reſtitutum cogimur credere ab Ughello, proferente hiſtoriam corporis, una cum corpore Bernardi Regis an. 1638. reperti. Sic ergo quadam tenus quinquennium ſuum habuerit Anſelmus, uſque ad IX. Maji anni 822. ſuperſtes. *Papebrochius*.

(2) Angilbertus ex Catalogo *ſedit an. 1. menſ. 4. dies 22. obiit VII. Id. Octob. ſepultus in Eccleſia hiemali*. Anſelmus igitur poſt Boni mortem, quarto anno Epiſcopatum obitum menſe Januario, jubente Bernardo rege, more ſolito in Cathedram, paucis ſolum menſibus eandem tenuit, quorum cauſe dictus eſt ſediſſe an. 5. ſed incompletos, & vacuam iterum ſedem reliquit eodem an. 822. atque ſucceſſorem accepit Angilbertum I qui moriens ſequenti anno die 9. Octobris non potuit ſediſſe dies 22. ſupra an. 1. menſ. 4. & ſimul fuiſſe ordinatus in Dominica, ſed ejiciendi ab eo erunt dies duo ad hoc, ut facta ſit ordinatio XX. Julii, quæ dies an. 822. Dominica fuit. *Papebrochius*.



LIII. 56. ANGILBERTUS Puſterla ejuſdem nominis ſuperiori ſucceſsit 827. Hic ille Angilbertus eſt, quem tantæ dignitatis corrupit felicitas, cum aliquandiu moderatione antea uſus prudenter Mediolanenſem adminiſtraſset Eccleſiam. Suffultus enim (ut quidam narrant) magni Caroli privilegiis, & gratiis, charuſque Ludovico Pio Imperatori, Lotharioque ejuſdem filio à Romana Eccleſia ita defecit, ut per inauditam ſuperbiam cum Romano Pontifice de poteſtate, deque dignitate decertare non verecundaretur. Peſsimum exemplum ita ad ſucceſsores pertranſiit, ut per ducentos ipſos annos ea contumacia illos abduxerit, inſeceritque. Cœterum hic Angilbertus confirmationem omnium privilegiorum, à Carolo olim Magno ſuę Eccleſię conceſsorum à Ludovico Pio obtinuit, extatque ejuſdem epiſtola ad eundem Imperatorem de rerum eccleſiaſticarum ſtatu, quem illius juſsu, adjuncto ſibi Andrea Patriarcha Aquilejenſi collega, recognoverat. S. Caloceri reliquias tranſtulit. Plura donaria Ambroſianæ Baſilicæ, ejuſque Monachis dilargitus eſt, quibus Gaudentium Abbatem præfecerat, quos ideo pluribus aliis immunitatibus, atque favoribus firmavit, ut in hac ſubjecta ſcriptura, ac donatione videre eſt, cui momentum addidit Lotharii Imperatoris authoritas. Illam nos ex authentico exemplari eruimus Sacræ Romanæ Rotæ oblatam, cum inter Ambroſianum Clerum, Monachoſque, gravis lis de Juriſdictione exæſtuaſſet, relataque eſt in eundem codicem ſignatum littera F. pag. 47. & 122.

Ab an. 824 ad 860.

In nomine Domini, Angelbertus Beatæ Mediolanenſis Eccleſiæ humilis Archiepiſcopus.

Cumque, Domino juvante, gererem ſolicitudinem de meæ Parochiæ Monaſteriis, & ea ad tramitem ſanctæ converſationis corrigendo, atque conſtruendo, prout valui, perduxiſſem; verti me ad Monaſterium Beatiſſimi Ambroſii, ubi ejus corpus quieſcit, quatenus, neceſſitate cogente ibidem Abbatem ordinare debuiſſem. Cumque pro hoc diutius, quem Abbatem illius conſtituere debuiſſem (quia ibi non reperiebatur talis, eo quod ob negligentiam ordo regularis valde inerat corruptus) pro hoc diutius cœpiſſem cogitare, cum meis ſacerdotibus divinam clementiam poſtulando: tunc Domino favente, conſulentibus etiam ſacerdotibus noſtris, abſtuli Gaudentium Abbatem monaſterii ſancti Vincentii (quem etiam ego ibi Abbatem jam dudum ordinaveram) & in præfato monaſterio ſancti Ambroſii Abbatem conſtitui. Nunc autem, ut ipſi monachi valeant Deo deſervire, & ei jugiter laudum gratias referre, excluſus à indigentia, tam ob ſtabilitatem Regum noſtrorum, invictiſſimorum Imperatorum, Ludovici, & Lotharii, quam ob pacem immaculatæ matris Eccleſiæ, per hoc præceptum confirmo Eccleſiam, & altare quod inibi noviter mirifice ædificavi ob nimium amorem confeſſoris Chriſti Ambroſii, in tutela, & omni cuſtodia ſuprataxati Gaudentii Abbatis, & in ejus ditione perenniter, ſuiſque ſucceſſoribus permaneat ſine fine & itaque omnes poſſeſſiones, atque res ipſius Monaſterii, diverſis in locis conſtitutas; quarum vocabula hæc ſunt, Oleoductus, Campellione, Cereſiolæ Gratem, Lucum, Sinteraut, Caſteniade, & Catenadam, ſeu omnes res, quas nunc poſſidere videntur, vel abhinc, Domino largiente, eidem venerabili Eccleſiæ Deum timentium liberalitate quoquove modo fuerint additæ, excepta Curte Dubbiui, quam nos juxta commutationem commutare volumus. Placuit nobis, ob Dei, & Beati Ambroſii amorem per conſenſum ſacerdotum noſtrorum conſtituere per hanc noſtram inſtitutionem, ut neque nos, neque alios ſucceſſorum noſtrorum jam prædicto Abbati Gaudentio, aut ſucceſſoribus ejus, de ſupradictis rebus ullam contra rationem ingerat moleſtiam, vel in rebus diminutionem; eo videlicet modo, ut ſub noſtra, noſtrorumque ſuccedentium conſiſtentes ordinatione, atque diſpoſitione Patrum, nobiſque etiam prout decet parendo liceat eiſdem perfrui, & quietam ſub ſancta degentes regula ducere vitam. Statuentes etiam per hoc noſtræ authoritatis munimen, ut cujuſcumque ordinis homo, tactus ſuperno amore, inibi ſuis cum rebus voluerit ſacræ normæ ſua ſubmittere colla, ex noſtra ampliſſima largitate ſine ullo obſtaculo habeat facultatem. Verum etiam, & hoc concedimus, ut quocumque tempore Abbas ipſius monaſterii de hoc ſeculo migraverit, de ipſi ſibimet eligant Paſtorem, ſi talis inibi perſona reperta fuerit, qui juxta regulam eoſdem, & vita fultus regulariter quiverit regere, ex noſtra tranquilliſſima conceſſione habeant facultatem. Et ut hoc præceptum meæ conceſſionis inconvulſum, & inviolatum perpetuo permaneat, Ambroſium notarium ſanctæ noſtræ Mediolanenſis Eccleſiæ ſcribere juſſimus, & propria manu ſubter confirmavimus, anno domnorum noſtrorum, confirmantium hoc, Ludovici, & Hlotarii Imperatorum decimo octavo, & decimo ſexto Kal. Martii, indict. decima tertia. [1]

Angelbertus, indignus Archiepiſcopus in hoc præcepto ſubſcripſi.

Adoaldus Penio,

Deuſdedit,

Ermaldus.

Et alii quamplures, ſacerdotes, & diaconi, ſubdiaconi, notarii ſubſcripſerunt.

Hlotarii Imperatoris diploma datum anno 12. Regni ejuſdem, qui fuit Chriſti 835. quo Limontam nobile prædium huic monaſterio legavit, eſt hujuſmodi.

In nomine Domini noſtri. Jeſu Chriſti, Dei æterni.

Hlotarius divina ordinante providentia, Imperator Auguſtus. Quanto præcellentius humanitas viget prælata, tanto ſtudioſius divinis exequi debet obſequiis, & quælibet poſtulata fidelium ad hoc pertinentia devota obaudire voluntate, atque perficere decertatione; quatenus ex commiſſis largitoris benetractans placitis, ejus opitulante clementia, & præſentia feliciter tranſire valeat, & æterna inenarrabili pietate collata felix feliciter adipiſcere mereatur. Denique dum dilecta conjux noſtra, Hirmingardis divinarum ſollicita, ſtudioſiſſime noſtram ſedulo monere procuraret clementiam, ut locis Deo dicatis noſtram ſublimaremus munificentiam, occaſione actuata ex dilectione fratris ſui, puerili elegantia delati, Hugonis nomine, inſtantius hoc ſuadere decertavit: ut augmentum pietatis noſtræ, & emolumentum mercedis in loco, quo ipſe corpore humatus extitit, cæmeterio ſcilicet S. Ambroſii, ad decorem luminis, ob procurationem Eccleſiæ ornamenta quædam conferremus, beneficia pro mercedis noſtræ augmento, & præfati pueri cumulo beatitudinis. Quapropter cunctorum comperiat fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque præſentium ſcilicet, & futurorum, ſagacitas, quia nos ejuſdem dilectæ conjugis noſtræ beneplacitis precibus dignare volentes, aſſenſum præbuimus: ideoque eidem ſancto loco

(1) Hic miſere à tranſcribentibus veterem membranam Monachis luxati ſunt characteres temporum, præſertim in numero Indictionis; quæ ſi forte ſcripta originaliter fuit VIII. non XIII. ut habetur annus Chriſti 8[illegible]. erratum nihilominus, ſed levius, fuerit in annis Imperatorum, qui fuiſſent XXII. & XIV. *Papebrochius.*

co pro remedio ejnſdem pueri noſtram beneficentiam conferamus quandam curtem, nomine Lemonta, cum cura indomnicata, & capellam ad ſe adſpicientem, dicatam ſcilicet in honore ſancti Geneſii, nec non oliveta, vel manſa, ſed cum mancipiis ibidem commanentibus, vel aſpicientibus, teiginta quatuor vel omnibus pertinentiis ſeu adjacentiis ſuis, ita ut ab hodierna die futura pro tempore rectores ejuſdem loci eam ad decorem luminis, & ornamenta Eccleſiaſtica procuranda, pro remedio animæ prædicti pueri ſub pertinentia ejuſdem loci teneant, atque poſſideant, & ut cæteras res ejuſdem Eccleſiæ ſecundum utilitatem ipſius loci diſponant. Pro firmitatis namque gratia eiecaeundem ſanctum, & veneeabilem locum ſolemni munere has noſtras litteras fieri juſſimus: per quas decernimus, vateqne manſurum conſtituimus, ut nullus fidelium Sanctæ Dei Eccleſiæ, noſteorumque præſentium ſcilicet, & futurorum, præfatæ ſanctæ Eccleſiæ en hac ſupraſcripta curte, ſuiſque pertinentiis, vel adjacentiis, quamlibet inferre præſumat moleſtiam aut contrarietatem; ſed rectores ejuſdem loci perennis temporibus eum quieto ordine fruentes, & ſecundum utilitatem ejuſdem Eccleſiæ gubernantes attentius prædicti pueri enorent veniam, & æternæ beatitudinis gloriæ perceptionem, noſteamque divinitus deprecentur feliciſſimam incolnmitatem. Et ut hæc noſtra auctoritas pleniorem in Dei nomine obtineat vigorem, & à fidelibns ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtriſque diligentius conſervetnr veriuſque credatur; mann propria ſubter eam firmavimus, & annuli noſtri impreſſione ſubter adſignari juſſimus,

Signum  *Holotarii glorioſiſſimi Auguſti.*

Druetemirus, ad vicem Egilmari recognovi & ſubſcripſi.

Datum nono Kal. Februarii, anno Chriſto propitio Imperii Domini Holotarii Imperatoris XII. Indictione XIII. Actum Papiæ Civitate in Dei nomine feliciter. Amen.

Aliud ejuſdem Holotarii Imperatoris privilegium anno 841. conceſſum rogatu Angilperti Archiepiſcopi, eſt tenoris ſequentis.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni.

Hlotharius, divina ordinante providentia, Imperator Auguſtns. Dignum eſt, nt eorum petitiones bi ſtudioſe obaudire, & affectuoſſa deliberatione procurare deceetent, qui Divina Majeſtate Imperiali ſunt dignitate prælati, quorum ſtudium, & benevolentiam in his decertace cognoſcunt, quæ ad obſequia Divinæ Majeſtatis peetinent, ſolatium, & tutamen ſuæ ſtabilitatis, & æternæ remunerationis compendium. Igitur futuroeum fidelium Sanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque cognoſcat ſolertia, quia venerabilis Engilbertns Archiepiſcopus noſtris detulit obtutibus quandam auctoritatem, quam ipſe ſuo ſtudio ad eecnperandum lucrum animarum, obſequiumque Divinæ Majeſtatis, in locum, ubi Confeſſor Dei Ambroſius corpore humatus requieſcit: confirma . . . . videlicet curtes, quarum hæc ſunt vocabula. Ozedutietcam, Lemontam, Clepiadam, Cereſiolam, Gratemuicum, Sinteriam, Caſteniadam, & Gatunadam ſeu Dublinum, addens etiam omnes ees, quas eadem Eccleſia juſto, & legali ordine quoquo modo adquiſierat, vel in antea, Divina tribuente clementia, adquirere poterit; ut perennis temporibus in uſus, & utilitates ibidem divina militatione enequentium maneant, abſque cujuſpiam ſollicitatione . . . . & quies Deo famulantium, cum vel juſtum obſequium, & conditoris, & utilitatis publicarum tum gubernantium, depoſcens ut ſuam bonam intentionem ad veram decertationem noſtra corroboremus auctoritate; ſicuti & fecimus. Quapropter per hanc noſtram auctoritatem decernimus, manſurnmque conſtituimus, ut nemo inde quippiam quocumque in tempore fidelium noſtrorum ſubtrahere præſumat, aut quamlibet contrarietatem ibidem Deo famulantibus inferre, ſed hac noſtra auctoritate confirmata ſua ſtabilis maneat inſtitutio. . . . . nullius contrario peævalente, tergiverſante . . . . & ſi qni quandoquidem Abbas en eodem monaſteeio deceſſerit, ſecuadum ſuam inſtitutionem licentiam habeant per conſenſum Archiepiſcoporum, qui tnnc pro tempore fuerint, de ipſa congregatione eligendi talem Abbatem, qui eis ſecundum Regulam, & juſtitiam præficere alios poſſit, & ut hæc noſtea auctoritas pleniorem obtineat vigorem, manu propria ſubter firmavimus, & annulo noſtro ſubter ſigillari juſſimus.

Signum Hlotarii glorioſiſſimi Auguſti.

Druentemirus Subdiaconus atque notarius, ad vicem Egilmari recognovi, & ſubſc.

Data tertio nonas Majas, anno Chriſto propitio Imperii Domini Hlotarii 18. Ind. XIII. a Actum Papiæ Palatio Regio in Dei nomine feliciter. Amen. • XII.

Angilbertus Ambroſianæ Baſilicæ addictiſſimus, altare aureum in eadem erexit, triginta millium aureorum impenſa, illiuſque cuſtodes monachos cenſuit inſtituendos. Hujus condendi altaris aurei occaſionem, explicat inter cæteros Galvaneus in Catalogo, dum de Angilberto loquitur, ita proſequitur.

(Hic ſedit anno Domini 826. & ſedit annos 35. Angelbertus Archiepiſcopus devotione dentem de ore beati Ambroſii extraxit, & in annulo ſuo poſuit. Quadam vice dens de annulo cecidit, quem cum Archiepiſcopus ubique perquiri faceret; quædam vetula apparuit, dicens: Dentem invenies ubi abſtuliſti. Quo audito, Archiepiſcopus ad corpus beati Ambroſii acceſſit, & ipſum in ore beati Ambroſii cepevit. Tnnc ne de cætero aliquid de corpore ipſins auferri poſſet: ipſnm ſub terra occultavit, & fecit fieri altare aueeum ſancti Ambroſii anao Domini 840. (nos trigeſimo ſecundo dicebamus) & conſtitit octoginta millibus librarum, ſive flore norum.]

Altaris imaginem, cæteraque inſignia egregie hiſce verbis deſcribit Puricellus numero 57.

(Sed enim, explicata condendi hujns altaris aurei occaſione, jam ſupeeeſt ut hoc ipſum deſcribendo referemus, oculiſque mentis conſpiciendum proponamus. Quod ſi nobis ad hoc aueens non ſuppetit ſermo, qualem ſcilicet cuperemus, vel eo ſaltem nos conſolabimur, quod verax ille profecto, ac fidelis erit, dum nos ex inſtituto aempe noſtro non eloquentiæ oſtentationem, ſed noſcendorum veritatem profitemur; quodque ne ferreæ quidem illæ diſplicent claves, quibus idem altaee identidem ad ſpectandum in hanc uſque diem aperiri conſuevit. Frontale in primis (hoc eſt anterior pars) totum eſt aureum, in eoque præcipua ſalutis noſtræ myſteria cernuntur ad vivum expreſſa. Latera vero, & poſterior pars ſnnt ea quidem argentea, tantumque deaurata; verumtamen tam ipſa, quam feontale interſertis abunde magnis, & omnigenis gemmis, lapilliſque pretioſis omniquaque intermicant, jucundiſſimumque ſui ſpectaculum exhibent. Poſteriorem ſingillatim partem mirabiliter e nornant tabellæ aliquot argenteæ ſuis parergis, & lemmatibus, quibus Patroni ſanctiſſimi geſta, & miracula eminente leniter ſculptura ob oculos proponuntur: in quarum etiam una ſnum nomen Aræ opifen inſcripſit. Eandem porro partem miro ſimiliter utrinque artificio circumvolitant, & in medio diſeriminant faſciæ veluti quædam, hoſce verſus complectens.

Emicat alma foris rutiloque decore venuſta
Arca Metallorum, Gemmiſque compta coruſcat.
Theſauro tamen hoc compto potiore metallo
Oſſibus interius pollet donata ſacratis.
Egregius quod Præſul opus ſub honore beati
Inclytus Ambeoſii, Templo recubantis in iſto,
Obtulit Angilbeetns ovans, Domnoque dicavit.

Tempore quo nitidæ ſervabat culmina ſedis,
Aſpice ſumme Pater, famulo miſerere benigne.

Cæterum in eadem poſteriori parte aperiuntur binæ fores perauguſtæ, per quas oſtiolum patet in partem altaris interiorem: ac fores quidem iſtæ intus ornatæ ſerico ſunt textili, figuris diſcoloribus diſtincto; extrinſecus vero præcipuis beatorum Angelorum imaginibus illuſtrantur. In Aræ ſinu duo continentur magni lapides, quorum unus eſt rotundus, & porphyreticus, novemque unciarum habet diametrum: alter vero marmoreus eſt, ac ferme quadratus, amboſque lapides hujuſmodi, conſtans eſt traditio, hanc ob cauſam ibidem aſſervatos, quia ſanctorum Protaſii, & Gervaſii martyrum ſanguine ſint adſperſi. Hujuſce vero ſinus Aræ porphyreticum eſt pavimentum: & quinas hoc habet orbiculares concavitates, non introrſum permanentes ad ſubjectum ſepulchrum (quemadmodum de media perperam ſcripſit Villa jam citatus) ſed altiuſcule tantum ſcalpro depreſſas: unam in medio, reliquarum vero ſingulas in ſingulis angulis, ubi nempe generis hujus tabulæ uſum altarium ſacro inunctæ chriſmate conſecrabantur. Univerſæ porro ipſimet Aræ menſa ingens porphiretica inhæret: qua immota, ne ipſa quidem Ara ſuo è loco dimoveri poteſt. Certe autem poteſt, quin etiam [ſi dies ſolemniores excipias] alibi ſemper ſeparatim aſſervatur auratus ex argento gradus ad ſuſtinenda ſuper altari candelabra deſtinatus: cujus in parte anteriori affabre prominent duodecim ex ordine Apoſtolorum effigies: quive pariter Angilberti creditur eſſe munus, altari tam pretioſo, & nobili meritiſſime adjectum.]

Ferunt vixiſſe Angilbertum viginti & octo annis, alii extendunt ejus dignitatem uſque ad trigeſimum (1) Deceſſit autem die 13. menſis Decembris anno 861. ſepultuſque eſt in Baſilica S. Nazarii; vir plane fortunatus, ac dignus, quem æternitati meliora ſecula commendarent, niſi cæteras ejus virtutes in ſacroſanctum Romanæ Eccleſiæ Thronum pertinacia, rebellioque turpiter deſœdaſſet, ut Erycius Puteanus, Sigonius, Blondus, Ripamontius, aliique ſcriptum reliquere. Ex adverſo tamen Puricellus docte quidem commentitiam eſſe contendit ejuſmodi defectionem Angilberti tamque multorum ipſius ſucceſſorum.



LIV. 57. THADO, meliori mente conſilioque, ſecundum Puſteriam, Mediolanen. rexit Eccleſiam,

Ab an. 861 ad 869. electus an. 861. ita ut ex conſultiſſimo ingenio ſapientis cognomen retulerit, à Nicolao I. Pontifice ſanctiſſimus frater appellatus, & habitus; ad quem etiam litteras dedit, cap. 23. de Presbyteris 17. E. 4. Septem annos præfuit (2) deceſſitque anno 869. non ut in lib. 5. de Regno Italiæ ſcribit Sigonius ann. 875. ſepultuſque eſt apud Baſilicam Ambroſianam, in quam, ab Abbate loci exoratus, plura contulerat ornamenta. Quin eum Ambroſianus Abbas ad Thadonem Archiepiſcopum provocaſſet contra quoſdam potentiores, qui callida interpretatione juris ſuo Cœnobio plures, ſplendidaſque fortunas ademerant, æſtuantis litis, adjudicante Thadone, victor evaſit, donatuſque inſuper eſt ab eodem SS. Petri, & Pauli Templo, quod inter confinia Eccleſiæ SS. Agricolæ, & Vitalis cenſuit adſcribendum, ad ægrotantium uſum, & commodum. Monumentum hujuſmodi conceſſionis plane dignum eſt, quod hic exſcriberetur, tum quia piam, bonamque mentem exprimit Thadonis, tum quia monachorum continuatam juriſdictionem, à Pontificibus, Imperatoribus, Regibuſque olim ſancitam, ad miraculum prodit. Subjectum exemplar ex authentico approbatoque à ſacra Romana Rota, deprompſimus, quod hoc tempore in Archivio S. Crucis in Hieruſalem Romæ aſſervatur in prænotato Codice F. fol. 49.

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis.

Thado, Divinæ pietatis gratia largiente, Sanctę Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus: omnibus noſtri ordinis ſequacibus, cunctiſque noſtræ Eccleſiæ fidelibus, præſentibus ſcilicet, atque futuris; cum nos omnipotentis Dei miſericordia Vicarium beatiſſimi noſtri Patroni inſtituiſſet Ambroſii, atque ſacerdotales ad Infulas pervenire donaſſet; hoc nobis potiſſimum [illegible] natum fuit, ut ſi qua aut negligentia prætermiſſa, aut aliquo caſu immutata, emendanda, vel melioranda cognoſceremus; omnia juxta venerabilium inſtituta Patrum, vel morem antiquum, ad rectitudinem ſtatus reduceremus. Igitur dum tali ſtudio inſiſtimus Petrus, noſtri Abbas Cœnobii, quod juxta tumulum beatiſſimi eſt ſitum Ambroſii, noſtram adiit ſolertiam: videlicet referens, quod olivetum illud Lemontas, atque ipſius Oliveti cuſtodes à noſtri Epiſcopii parte injuſte detineretur ſuppliciter petens, ſi hoc nobis rectum videretur, ut ſuo monaſterio præfatum concederemus Olivetum habere. Hujuſcemodi ejus aſſertionem audientes, & diligenter rei veritatem pariter cum noſtris ſacerdotibus perquirentes, invenimus qualiter glorioſiſſimæ memoriæ Dominus Lotharius Imperator Auguſtus per ſuum præceptum ipſos Colonos atque Olivetum cum omnibus adjacentiis, & pertinentiis in ipſum venerabilem conceſſerat locum. Rectum igitur nobis, noſtriſque paruit ſacerdotibus, ut ipſos homines, & olivetum, atque omnia ad ipſum locum pertinentia, quæque à noſtri Epiſcopii parte detinebantur, ditioni, & poteſtati ſupradicti concederemus monaſterii, ſicuti & in præſenti per hoc noſtræ auctoritatis præceptum conceſſimus, atque tenendum corroboravimus. Inſuper etiam petiit, ut intra [non intra, ſed juxta legendum videtur] Eccleſiam ſanctorum Vitalis, & Agricolæ, in honore ſanctorum Petri, & Pauli Eccleſiam infirmorum ei conſtruere concederemus: atque ſemitam, per quam monaſterium minus munitum erat, claudere, & in aliam partem transmutare permitteremus: illoſque ſacerdotes, quos pro ſua utilitate ad celebrandum miſſarum ſolemnia in eadem Eccleſia olim noviter collocaverat, intra noſtrorum conſilium ſacerdotum conſortium adnumerari concederemus. Nos vero per conſenſum omnium noſtrorum ſacerdotum petitioni ejus aſſenſum præbuimus: & ipſos presbyteros ab eo in Eccleſia S. Ambroſii

(1) Angilbert ex Catalogo ſedit an. 25. menſ. V. dies 19. obiit Id. Decembris, ſepultus eſt ad s. Nazarium. In oppido Inſubrum Legiano in lapide [illegible] de corpore s. Primi Martyris, quod Sergius Papa junior Eremberto illuſtri viro conceſſit, ſic ſe habet clauſula inſcriptionis Chronologica, prout refertur à Bonaventura Caſtillioneo in libro de Gallorum Inſubrum antiquis ſedibus, & apud Caleſinium in notis ad IX. Junii. *Reconditum eſt corpus s. Primi Martyris, cum reliquiis s. Feliciani, anno Incarn. Dom. noſtri Jeſu Chriſti DCCCVI. Kal. Auguſti, Ind. IX. ordinante D. Angilberto Archiep. anno ejus* XXIII. Janus Gruterus in ſua ad antiquas inſcriptiones appendicula p. 1162. ex eoque Baronius, videntes annum 806 non convenire cum Ind. IX. putarunt errorem poſſe corrigi, ſi addito centenario ſcriberetur, DCCCCVI. itaque intelligeretur Pontifex auctor muneris Sergius III. Sed nullum ea ætas Angilbertum Inſubriæ Archiep. habuit, & Sergius junior cum nominatur, intelligitur ſemper Sergius II. qui præfuit Romanæ Eccleſiæ ab an. 844. ad 47. In hujus autem Pontificatum cadens Indictio IX. convenit cum anno 846. (unde intelligis non fuiſſe omiſſum C, ſed XL per errorem, aut oblivionem Caſtillionei) & hinc retrogradiendo per annos 23. ad ejuſdem Angilberti principium, habes annum ejus primum inchoatum fuiſſe ante Auguſtum anni 824. Porro ſi ab Idibus Decembris, quibus obiit, ſimiliter retrogradiaris per dies 19. menſ. 5. cadet ordinatio ejus in 26. Junii, quæ anno illo Dominica fuit. Quibus ita deductis patet [illegible] tenendum eſſe, quod Archiepiſcopus hic obierit ſub finem anni 860. & cœperit anno 824. exeunte Julio: cujus deceſſor Angilbertus I. ſi obiit die 9. Octob. præcedentis, octo cum dimidio menſes oportebit Epiſcopatum vacaſſe. *Papebrochius.*

(2) Ex Catalogo Thado *ſedit an. 7. menſ. 6. dies 13. obiit 7. Kal. Junii, ſepultus eſt ad s. Ambroſium.* Hic ego libenter dies 13. converterem in 18. ut defunctus 26. Maji fuerit ordinatus IX. Novemb. qui dies an. 861. undecim fere menſibus poſt mortem deceſſoris, fuit Dominicus: & ſic mors illa cadet in an. 869. *Papebrochius.*

A *ſi noviter ordinatos, in noſtrorum concivium congregatione presbyterorum ſuſcepimus, quatenus ipſe Abbas, Succeſſoreſque ejus, perpetualiter ipſorum obſequium poſſidentes, una cum Monachis ſibi ſubjectis pro ſtabilitate Regni, atque ſtatus hujus Eccleſiæ, omnipotentis Dei miſericordiam jugiter valeant exorare. Inſuper etiam confirmamus, atque concedimus præfato Abbati, ſucceſſoribuſque ejus, ſicut priſca conſuetudo ex antiquo tenere videtur, ut in Dominicis, ſeu in ſolemnibus diebus induens ſandaliis, cæteriſque ornamentis Epiſcopalibus . . . . more ornatus, in Eccleſia B. Ambroſii divinum celebrare officium. Præterea concedimus, atque confirmamus præfato monaſterio, & fratribus, omnes oblationes, quæ à Chriſti fidelibus in eadem Eccleſia S. Ambroſii quoquo modo, à majoribus, ſive à minoribus delatæ fuerint: omneſque res, omneſque poſſeſſiones ibidem collatas, cunctaſque videlicet curtes, earumque appenditias, ſimulque decimas omnium laborum; ſeu dominicatus eorum, ſimulque*

B *omnes Aldiones, & Aldionas, ſervos, & ancillas, ſeu colonos, ſed & omnia, quæ nunc habere videntur, vel quæ deinceps Deo propitio, acquirere valuerint, omnia ſuperius dicta quieto jure tenere liceat, abſque mea, & ſucceſſorum meorum moleſtia. Et qui temeraria mente violare, aut exterminare maluerit, exterminetur à Deo, & à patrono noſtro Ambroſio, & deleatur nomen ejus de libro vitæ, donec prælibatis Cœnobii Abbati, & monachis ſatisfecerit, & neque Abbas ibi ordinetur niſi de ipſa congregatione, ſi talis perſona ibi reperta fuerit, qui eos valeat ſecundum regulam gubernare, & ſi ibi talis perſona reperta non fuerit, de alia Congregatione facultatem eligendi habeat ſine alicujus majoris, minoriſve contradictione perſonæ; tantum, ut cum auctoritate regulæ beati Benedicti faciant electionem. Et ut hoc noſtræ auctoritatis præceptum abhinc firmius habeatur, & à cunctis diligentius inviolabiliter obſervetur, Anſprandum noſtræ Eccleſiæ Primicerium ſcribere juſſimus & propria manu con-*

C *firmavimus; atque ſigillo Beati Ambroſii ad corroborandum inſigniri juſſimus anno Domini Hludovici vigeſſimo quarto, menſe februarii, indictione quartadecima, an. Dominicæ Incarnationis octingenteſimo ſexageſimo ſexto, indictione ſupradicta, feliciter.*

Ego Thado indignus Archiepiſcopus ſubſc.
Ego Valbertus Archipresb. ſubſc.
Ego Odelmanus Archidiac. ſubſc.
Ego Oddo Presb. ſubſc.
Ego Tenzo Presb. ſubſc.
Ego Vido Presb. ſubſc.
Ego Vvalo Diac. ſubſc.
Ego Vvillelmus Diac. ſubſc.
Ego Vvitelmus Diaconus ſubſc.
Ego Anſpertus Subdiac. ſubſc.
Ego Petrus Notarius ſubſc.
Ego Giſilbertus Notarius ſubſc.

Ejuſdem Thadonis ipſum relatum à nobis privilegium, ex antiquo Archivo Ambroſiani Cœnobii ab originali deſumptum recitat etiam Puricellus,
D pauloque poſt hæc addidit de origine Collegii canonicorum ſecularium Ambroſianæ Baſilicæ.

(*Advertiſtine vero, lector, quemadmodum Petrus Abbas nonnullos ſacerdotes in Ambroſiana iſta Baſilica recenter ante datum ejuſmodi privilegium collocaſſet ad hoc ut ibidem miſſarum ſolemnia celebrarent, quos itidem Thado Archiepiſcopus, à Petro rogatus, intra concivium ſuorum ſacerdotum congregationem, atque conſortium ſuſceperit? ab iis nempe ſacerdotibus originem poſtea progreſſu temporis accepiſſe hodiernum in hac baſilica nobiliſſima canonicorum ſecularium collegium, majores hactenus noſtri crediderunt. Quod ſi forte vetuſtiores ipſius origines nobis aliunde jam tandem proferantur, eas utique tanto libentius, quanto vetuſtiores, amplexabimur. Hoc interim nos fideliter, & amice damus, quod ex Archivio noſtro haurire potuimus. Reliqua porro Privilegii hujus ſatis ſuperque patent ex ipſius contextu. Quocirca nos hic ad ulteriora progredimur.*) Hæc ille. Vaticinantur autem & inſaniunt, qui hujuſmodi Thadonis diploma memorant fuiſſe commentum à monachis, poſt conteſtatam litem inter eos, ac Clerum Ambroſianum: ſiquidem cum illud cum antiquiſſimis contuliſſem, eaque de re peritos antiquitatis conſuluiſſem, reperi non eſſe adulterinum, ſed vere germanum, ac illius quo Thado floruit, temporis partum. Quamobrem Ripamontii inſulſam conjecturam effuſe rideo, qui narrat, ideo diploma illud adulterinum ſibi videri, quod ineptæ locutionis ſit, quæque nobile ſapientis Thadonis cognomen haud videatur decere, ideoque monachale refectorium ſapere; quaſi vero poſt, jam olim factum pectoris, linguæque deſidium, non omnia ſeculi illius diplomata quæcumque Pontifices, Cæſares, Regeſque in favorem religioſorum aliquandiu procudiſſent, ejuſdem farinæ ſint. Num ideo Ripamontius juraret, omnes illos, qui per id tempus Latina lingua infecta barbarie abutebantur, caruiſſe ſapientia? Quam multi enim ſapiunt, & inepte loquuntur, contraque quammulti exigunt ad thronum periodos, & deſtituuntur ſapientia? Nam quod attinet ad monachale refectorium, quo nunquam ſine appetitu conveniunt monachi, nunquam illic ſaturi conſurgunt, ſchola moderationis eſt, unde nobilium diſciplinarum, & eloquentiæ flumina eruperunt, ac magna illa litteratorum lumina, Benedictus, Bernardus, Thomas, Bonaventura, Leo Magnus, Gregorius, Auguſtinus, Hieronymus, Caſſianus, & alii tum Græci, tum Latini Scriptores, quibus ſimiles vel plagoſus Orbilius expolire non potuiſſet. Deſinat igitur Ripamontius alioquin doctiſſimus ex elegantiori additinncula metiri veritatem, ac ſapientiam, ne inter puros relatus grammaticos, gravioris Hiſtorici, ideoque non ex affectu ſcribentis exiſtimationem, dignitatemque apud cordatos amittat.



58. ANSPERTUS Gonfalonerius nobilis Albutii de Bloſano filius, Mediolanenſis, B. Bono Thadono ſucceſſit ex Archidiacono anno 869. 25. Julii, ab Adriano Papa confirmatur. Hic (teſte Ripamontio) Puſterlæ ſecutus exemplum, cum Apoſtolica Romana Sede ubique, & ſemper implicitus litibus, ſuperbiſſime decertavit, tum denique pertinax ac rebellis à Joanne VIII. excommunicatus, Archiepiſcopali dignitate privatus eſt in Synodo Id. Octobris anno Chriſti 879. in Eccleſia beati Petri peracta. Rem narrat idem Joannes Papa, Epiſtola, quam ſcripſit Epiſcopis, omnique Clero Mediolanenſis Eccleſiæ, quæ extat apud Binium tom. 3. p. 2. Conciliorum epiſt. 221. Præcipitur in ea, ut in locum ejuſdem privati Archiepiſcopi, alium à ſe conſecrandum ſufficiant; legatos mittit Joannem Ticinenſem, ac Vvaltonem Ariminenſem Epiſcopos, qui una cum ipſis electioni intereſſent. Extant aliæ epiſtolæ ejuſdem Joannis contra Anſpertum dudum Archiepiſcopum Mediolanenſem. Cæterum in lib. ſucceſſorum S. Barnabæ ſingularis pietas Anſperti erga pauperes commendatur. Hic ait: Archiepiſcopus LV.

Ab an. 869. ad 88[illegible]

Anſpertus in teterrima peſte, quæ ſuo tempore omnem Italiam, populumque Mediolanenſem præcipue invaſerat, peſtilenti lue tabeſcentes perpetuo ſtudio viſitaſſe, eiſque ſacramenta omnia miniſtraſſe fertur, idque ipſum officium ejus exemplo, & juſſu, Parochi etiam accurate præſtitiſſe dicuntur. Ilic omni Europa, Italia, & Urbe, ditioneque Mediolanenſi præſertim peſtilentiæ morbo veaata, atque afflicta, tum ea ipſa officia præſtitiſſe, tum cibum etiam, ac victum tabe languentibus manu ſua miniſtraſse commemoratur. Accidiſſe hanc in Italia peſtis luem an. 874. Anſperto Præſule, ſcribit Triſtanus Calcus. Poſt hæc Anſpertus anno 876. Carolum Calvum coronavit Papiæ, à quo quaſdam Caſellas in Papienſi comitatu recepit: diploma ex Ambroſiano Archivio retulit Puricellus, quod eſt hujuſmodi antiquitate pene diſsolutum.

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis.

B *Karolus, ejuſdem omnipotentis Dei gratia Imperator Auguſtus. Quanto amplius noſtrorum fidelium, maximoque Sacrorum Pontificum votis Auguſtalis noſtra largitas faverit, tanto amplius ſibi devotiores efficit, & circa ſuum obſequium promptiores reddit. Idcirco univerſorum Mediolanenſis Eccleſiæ, noſtrorumque fidelium, præſentium videlicet, ac futurorum, comperiat unanimitas, eo quod nos devotiſſimum circa noſtram excellentiam Anſperti Reverentiſſimi Mediolanenſis Archiepiſcopi liquido perpendimus affectum, quaſdam Caſellas, ad comitatum Papienſem pertinentes, quæ rejacent in finibus præfatæ Mediolanenſis Urbis, in villuliſque antiquo vocabulo Cavannacum, & Tuornacum. . . . . terraſque ad eaſdem Caſellas reſpicientes, quæ ſunt per menſuram legitimam juges quinquaginta, eidem venerando Pontifici, & intimo fideli noſtro auguſtaliter donamus, concedimus, atque in perpetuum per hanc noſtræ munificentiæ paginam confirmamus ut habeat, atque poſſideat ex hoc nunc, & deinceps tam*

C *ſupratexatas Caſellas, quamque & omnes terrulas, quæ ad ipſas pertinere noſcuntur, quantæcumque in prænominatis villulis ex antedicto comitatu Papienſe fuerint inventæ omni noſtra, noſtrorumque ſucceſſorum, vel quorumlibet partis publicæ exactorum, repetitione, deminoratione, aut quacumque injuſta contra ipſum, vel cui eas ipſe reliquerit moleſtatione penitus remota. Præcipientes ergo jubemus, ut nullus Dux, Comes, Caſtaldo, aut aliquis publicus actionator ullam prælibato Archiepiſcopo pro antelatis Caſellis, aut rebus ad ipſas pertinentibus, inquietudinem inferre præſumat. Quod qui tentaſſe convictus fuerit; tamquam Imperialis præcepti temerarius contemptor, duodecim libras auri obrizi componere cogatur eidem Reverendo Præſuli, vel cui ipſe inſtituerit, & ut hoc noſtræ celſitudinis donativum ſtabile atque inconvulſum perpetuis temporibus habeatur, & ab univerſis ſucceſſoribus noſtris diligentius obſervetur . . . . . illud inſcriptione inſigniri, & Annuli noſtri ſignatum . . . .*

D *Signum Domini Caroli † glorioſiſſimi Imperatoris.*

Audacher Notarius ad vicem Gauzlini.

Dat. 4. Kalendas Martii, anno trigeſimoſexto . . . . . Carolo Imperatore m . . . . . . juxta Papiam, in Dei nomine feliciter. Am.

Idem Anſpertus anno 880. Carolum Craſsum Ludovici Germaniæ Regis filium, & in Regno ſucceſsorem, Regni inſigniis exornavit Papiæ. Eaiimium ejuſdem Caroli Craſſi privilegium Ambroſiano cœnobio conceſsum poſt ſuam coronationem adfert citatus auctor ex originali nu. 131. *Dat. 12. Kal. Aprilis anno ab Incarnatione Domini 880. Indict. 13. anno vero Regni Caroli in Francia quarto, in Italia primo, in Dei nomine feliciter. Amen. Actum Papiæ.* In eo inter cæteros ſubſcripti leguntur Ritus Cardinalis, Guido Epiſcopus Papienſis, Giſulphus Warmatiæ Epiſcopus, Petrus Vicecomes, & alii. Exceſſit Anſpertus anno 882. (1) Id. Decemb. apud Ambroſianam Baſilicam ſepulchrum accepit, ubi in majori ſacello ad ſiniſtram hæc carmina leguntur.

Hic jacet Anſpertus, noſtræ clariſſimus urbis
Antiſtes, vita, voce, pudore, fide.
Æquiſectator, turbæ prælargus egenæ:
Effector voti, propoſitique tenax.
Mœnia ſollicitus commiſſæ reddidit urbi
Diruta: reſtituit de Stilicone domum.
Quot ſacras Ædes, quanto ſudore refecit?
Atria vicinas ſtruxit & ante fores?
Tum ſancto Satyro Templumque, domumque dicavit.
Dans ſua ſacrato prædia cuncta loco;
Ut Monachos paſcant æternis octo diebus
Ambroſium pro ſe qui Satyrumque rogent.
Obiit anno Incarnationis Domini DCCCLXXXII.
B *VII. Idus Decembris, Indictione XV.*
Rexit Epiſcopatum ſuum annis tredecim, menſibus quinque, diebus duodecim.
Præſulis Andreas præfati captus amore
Hoc levita ſibi condecoravit opus.

C 

59. ANSELMUS hujus nominis II. cognomento Capra, ad hanc ſedem promotus eſt ann. 883. 6. Id. Maji, à Joanne VIII. Papa confirmatus. Ad hunc ejuſdem Joannis extat epiſtola Auguſto menſe ſcripta, in qua Mediolanenſis Eccleſiæ Privilegia, Anſelmi rogatu ab eodem Joanne confirmantur. Hic anno XI. ſui Præſulatus, qui fuit Chriſti 893. Privilegium in hanc ſententiam conceſſit Cœnobio Ambroſiano. LVI.

Ab an. 883 ad 89?

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Anſelmus, ſuperno juvamine Sanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus: Monaſterio almifici, & Beatiſſimi Ambroſii, nutritoris, & protectoris noſtri, ſimul etiam & Petro, venerabili Abbati ipſius Cœnobii, & ſucceſſoribus ejus in perpetuum. Quantumquidem famulorum Chriſti utilitatibus clementer conſulere paſtorali cura compellimur, ſiquidem & ve-
D *nerabilitas tua hoc à nobis fiducialiter poſtulando atque impetrando ſperaverat, ut aliquantam terram, tuo monaſterio contiguam, ex corte item S. Ambroſii dominicata ibidem rejacente, tibi commiſſo Cœnobio largiri, & concedere dignaremur, opportunæ petitioni tuæ pias aures accommodare providimus. Idcirco omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtriſque fidelibus cognitum fieri volumus, nos, ob amorem, & debitam reverentiam ſupradicti B. Ambroſii glorioſiſſimi interceſſoris noſtri, jam dictam terram per hoc noſtræ munificentiæ præceptum, una per conſenſum noſtrorum ſacerdotum, tibi, tuoque Monaſterio ex hoc nunc, & impoſterum contuliſſe, & modis omnibus confirmaſſe. Eſt autem menſura ipſius terræ ſecundum hujus temporis Geometras, perticas jugiales ſeptem, & tabulas ſedecim. Situs vero loci ab Oriente, & Meridie ſupratexato cohæret monaſterio, habens*

(1) Noſter Catalogus aſſerit *Anſpertum ſediſſe an. 16. menſ. 5. dies 13. obiiſſe 7. Id. Decemb. ſepultumque ad S. Ambroſium*. Sed oportet hic, vitioſe tranſcriptum credere, quia certior fides adhibenda Epitaphio Ughelliano, cujus characteres inter ſe optime conveniunt; ſicut cum præcedentibus apte connectitur, quod ſ. quemadmodum ibi ſubditur, rexit Epiſcopatum an. 13. menſ. 5. diebus XII. qui nos a die 7 Decembris deducunt ad 16. Junii an. 869. fuitque Dominicus, ſic ut inter Tadonis mortem, & Anſperti ordinationem intercesserit ſpatium unius duntaxat menſis. *Papebrochius*.

bens ab Occidente viam Regiam, & à Septentrione murum & porticum, quibus ſacratum munitam eſt atrium. Eandem igitur terram per ſupradeſignatam menſuram, & cohærentiam prælibato ſancti Ambroſii monaſterio, Deique ſervorum inibi degentium opportunitatibus habendam, & poſſidendam à præſenti undecimo Pontificatus noſtri anno, ſeu etiam Domini noſtri Imperatoris Vvidonis anno ſecundo, hac noſtra auctoritate in perpetuum decernimus & omnimodis ſtabilimus. omni noſtra, noſtrorumque ſucceſſorum repetitione, vel refragatione penitus remota. Inſuper etiam confirmamus, atque concedimus per hujus noſtri præcepti auctoritatem præfato Monaſterio omnes res, cunctaſque poſſeſſiones, & cortes, dominorum Regum, ſeu aliorum quorumlibet fidelium liberalitate ibidem collatas. Quarum vocabula ſunt, Clepiate, Lemuata, Paſilianum, Montem, Anticiago, Oldeoductam, Campilionem, & cætera loca, quæ nunc idem Cœnobium poſſidet, vel aliquando, Deo propitio, acquirere valebit. Ita videlicet, ut nulli ſucceſſorum noſtrorum, vel alicujus ordinis magnæ, parvæque perſonæ, liceat aliquando, abſque voluntate, ſeu conceſſione Abbatis aliquam violentiam, vel exactionem: paſtum, ſive albergariam, in eodem Cœnobio, ſeu in ejus cortibus, & locis requirere, neque Aldiones ejus, ſeu Colonos aliqua occaſione venare. Concedimus quoque Monachis, ut cum Abbas ipſius monaſterii ab hac luce fuerit ſubtractus, habeant licentiam ex ipſa congregatione, qui eos regere queat regulariter, eligendi Abbatem, cum quo ſimul libere, & quiete Deo ſervientes, ante ſæpenominanda Almi Patris noſtri Ambroſii, pretioſorumque martyrum Protaſii, atque Gervaſii pignora ſacratiſſima laudes, ac miſſarum ſolemnia ſedulo concelebrent, nullius interjecto impedimento. Quod ut certius clareſcat, Audoaldum, noſtræ Eccleſiæ notarium, hanc noſtri præcepti formulam ſcribere juſſimus, manuque propria ſubter confirmavimus, feliciter. Amen. Actum eſt hoc an. ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti octingenteſimo nonageſimo tertio Indict. undecima.

Anſelmus Archiepiſcopus ſubſcripſi.
Petrus Archipresb. ſubſc.
Adelpraadus Presb. ſubſc.
Aredeus Presb. ſubſc.
Ego Lanfraacus indignus Presb. ſubſc.
Ego Romaldus Presb. ſubſc.
Garibaldus Presb. ſubſc.
Ego Gregorius Presb ſubſc.
Petribertus Presb ſubſc.
Celſus Presb. ſubſc.
Ego Amaldus Presb. ſubſc.
Andreas humilis diac. & ſeriaiarius ſubſc.
Vdelbertus Diaconus ſubſc.


Tandem Anſelmus poſtquam Papiæ Beringarium in Regem coronaſſet, cumque annos 14. menſes 6. dies 22. ſibi creditam Eccleſiam adminiſtraſſet, è vivis exemptus eſt an. 897. (1) 4. Kal. Oct. ſepultus eſt in Baſilica Ambroſiana ante altare S. Marcellini.

LVII. Ab an. 897. ad 900.

60 **LANDULPHUS** Craſſus eadem fulſit dignitate anno 898. à Stephano VII. confirmatus. Sedit annos omnino duos (2). Obiit die 4. Novemb. an. 900 ſepultuſque eſt prope anteceſſorem. („ *Hujus Præſulis Epitaphium refertur à Vagliano hoc* „ *modo conceptum.*
„ Hic ſacrum tegitur Landulfi corpus humatum,
„ Præſul in hac annis qui fuit urbe tribus.
„ Unica ſubjectis quamquam jactura fuiſſet,
„ Morte ſua Regno publica damna tulit.
„ Pacis enim ſectator erat, fauceſque repreſſit
„ Protinus à gregibus improba præda ſuis.



„ Sed quia Mortalis nemo ſine ſorde quieſcit,
„ Da veniam ſamulo, da Pater alme tuo.
„ Obiit anno Incarnationis Domini nongenteſimo quarto, Nonas Novemb. Indictione tertia,
„ *Nota interpunctionem ponendam poſt nongenteſimo, ita ut legatur obiiſſe anno 900. quarto Nonas. id eſt 4. Novemb. & ſic ejus conſecratio inciderit in diem Dominicum, prout erat dies 4. Novemb. anni 897. Atque ea Epitaphio corrigendus eſt catalogus.*)



LVIII Ab an. 900. ad 906.

61. **ANDREAS** Lampugnanus nobilis Mediolanenſis, Archiepiſcopus creatus eſt, anno 900 Sex annos Mediolanenſem adminiſtravit Eccleſiam: defunctus eſt 906. poſtrema die menſis Februarii (3), ſepultuſque eſt prope ſuos Anteceſſores ad S. Ambroſium. [„ *Initio ſui Pontificatus demortui Moraadini Secretarii tumulo hanc Epigraphem poſuit, ut eam refert Vaglianus.*
„ Andreas Lampugnanus Mediolanenſis
„ Eccleſiæ curæ indignus, nullius particeps conſolationis hic poſuit corpus
„ Morandini Bevilaquii ſibi à ſecretis fideliſſimi, rogatque divos Ambroſium,
„ & Theclam, ut animam illius in æternam beatitudinem comitentur. Anno
„ Domini DCCCC. Indictione III.

LIX. Ab an. 907. ad 919

62. **ATHONEM**, vel Achonem Oldradum Andreas excepit, anno 906. Hic haud degener affinis Petri Oldradi, de Ambroſiana Eccleſia viri benemeritiſſimi, nil antiquius habuit, quam Pontificis Romani redire in gratiam. Itaque, cum Sergius III. Pontifex in Galliam profecturus ad Lotharium, ex itinere Mediolanum veniſſet, ab Athone in ædibus baſilicæ ſuſceptus eſt, indeque cum

ſtore

(1) Hoc idem aſſerit noſter Catalogus, qui tamen ait obiiſſe Anſelmum V. Kalendas Octob. Sed cum neque ſic perveniri ad Dominicam poſſit, qua an. 88[illegible]. poſt 5. menſes vacationis, fuerit ordinatus Anſelmus, ſuſpicor eiſdem eſſe in numero decem, & pro V (qui figura olim exprimebatur quinarius) [illegible] 12. Nam à die 27. Septemb. retrogradiendo per dies 14. menſ. 6. venitur ad diem 1. Martii, quæ anno prænotato fuit Dominica I. quad. ageſimæ. Non potuit autem Anſelmus eſſe confirmatus, vel ordinatus à Joanne Papa VIII; qui obiit an. 882. die 15. Decemb. pluſquam duobus menſibus antequam conſecraretur Anſelmus Martio menſe. *Papebrochius.*

(2) Landulphus in Catalogo *ſedit an. 3. diebus minus 53. obiit Nonas Novembris, ſepultus ad S. Ambroſium.* Si ergo diebus 53. minus quam triennio ſedit Landulphus, oportet eum, qui obiit V. Novemb. ordinatum fuiſſe 7. Decembris in feſto ſcilicet S. Ambroſii, Mediolanenſibus ſolemniſſimo, quod anno 897. in feriam IV. cadebat, cum ſedes duobus menſibus vacaſſet & diebus IX. *Papebrochius.*

(3) Hoc idem habet Catalogus dicens ſediſſe Andream *an. 6. menſ. 3. obiiſſeque pridie Kal. Martii ſepultum ad S. Ambroſium.* Cum ergo vacaſſet ſedes dies duntaxat 24. ordinatus hic fuit ultima die Novembris, eademque Dominica I. Adventus. Obiit autem anno 907.



flore Mediolanenſis nobilitatis in Galliam deductus. Romam poſt aliquot inde annos cum petiiſſet Atho, ibi pertinaci febre tentatus, atque aſſidua ægritudine fractus exceſſit è vivis, ſui Archiepiſcopatus 12. anno (1), ſalutis vero 918. 7. Id. Septemb. ſepultuſque eſt in Aventino in Eccleſia SS. Alexii, & Bonifacii, in cujus hortis olim hæc carmina legebantur, quibus hodie invidioſa vetuſtas attulit vitium.


Diſcat qui neſcit, quod epiſcopus hic requieſcit
Attho Oldradus multa pietate . . . . .
Sergium qui Papam . . . .
Per mare per terras ſequitur, per . . . .

LX. 63. **GARIBERTUS** Archiepiſcopus Mediolanenſis deſignatus anno 918. (2) duos tantum annos ſibi creditam adminiſtravit Eccleſiam, pium obedientiæ exemplum erga Romanum Pontificem haud ſecutus Oldradi ſui anteceſſoris, Albericum Balbianum Piceni Dominum armis juvit, ut inde Sarracenos expelleret.

Ab an. 919 ad 924.

LXI. 64. **LAMBERTUS** Archiepiſcopus adlectus eſt anno 920. in gratiam Berengarii, vir utique bellicoſus, & ferox, noviſque rebus addictus, magis quam pro Epiſcopo. Rodulpho Burgundioni regalia inſignia contulit, ac ſecundum Sigonium, Ugoni comiti Arelatenſi. Fato functus eſt anno 930. prima die ineuntis Julii (3).

Ab an. 924 ad 931.



LXII. 65. **HILDUINUS** Belga, ex Ordine D. Benedicti Monachus Cœnobii Lobienſis, Hugonis Re-

Ab an. 932 ad 937

A gis Italiæ propior affinis, paulo ante Epiſcopus Leodienſis, cum ab Hugone è ſua ſede fuiſſet demotus, ad Veronenſem ſedem promotus eſt, ac paulo poſt, ſcilicet anno 930. defuncto Lamberto, ad Archiepiſcopatum Mediolanenſem translatus eſt. Anno vero 933. Lotharium filium Hugonis in Eccleſia S. Ambroſii coronavit in Regem, de qua Galvaneus Flamma in Chronico majori ita narrat.

[*Anno Domini nongenteſimo trigeſimo tertio, &c. In civitate Mediolani erat magna diſcordia, quia Imperatores in Civitate Mediolani coronam Imperii non recipiebant. Unde Ilduinus Archiepiſcopus Mediolanenſis, qui Lamberto Archiepiſcopo ſucceſſerat, convocatis Principibus, & Prælatis Eccleſiæ, habitoque conſilio, rimatiſque privilegiis ſuis, quomodo beatus Gregorius Eccleſiæ doctor, totuſque ſenatus conceſſerat Archiepiſcopo Mediolani, & nobilibus ut poſſent eligere Imperatorem Italiæ Hugonem Regem Burgundiæ, qui fuit filius Ludovici Regis Italiæ, qui fuit filius Boſonis ſupradicti. Quo facto Il-* B *duinus Archiepiſcopus Mediolanenſis cum magnifico comitatu ivit in Burgundiam, & Hugonem in Italiam perduxit, & fuerunt cum eo duo filii ejus, ſcilicet Lotharius (qui poſtea fuit Imperator Italiæ, & Manaſſes, &c. Iſte Hugo honorem coronæ Mediolanenſium reſtituit, & in Eccleſia s. Ambroſii eſſe voluit.)* Et paulo poſt; (*Iſte Hugo accepta corona in Eccleſia S. Ambroſii, cum dominaretur libere in civitate Mediolani, &c.*) Et rurſus cap. 215. (*Anno Domini nongenteſimo trigeſimo tertio, &c. Hugo hujus nominis II. fuit per Ilduinum Archiepiſcopum in Eccleſia S. Ambroſii coronatus: ſimiliter & Lotharius, filius ejus, pariter coronatus fuit.*)

At uberius aliquanto Auctor Chronici Flos florum, de Ilduino ita loquitur.

(*Iſto tempore erat tanta confuſio, de Imperio, quod quilibet Rex in quocunque Regno ſe eſſe Imperatorem dicebat. Tunc Lambertus Archiepiſcopus Mediolani, convocatis Prælatis, & Baronibus habito diligenti conſilio, rimatiſque privilegiis ſuis per Bea-* C *tum Gregorium Papam collatis, &c. determinatum fuit, quod electio Imperatoris de pleno jure ſpectabat ad Archiepiſcopum Mediolani. Quod de facto complevit Ilduinus Archiepiſcopus, iſtius Lamberti Archiepiſcopi ſucceſſor, ut infra dicetur.*] Pagina ergo ſequenti, de Ilduino loquens, ita proſequitur: [*Hic fuit primus ex Archiepiſcopis Mediolani, qui unquam ſe intromiſit de electione Imperatoris. Ipſe enim congregato conſilio Prælatorum, & Baronum in Eccleſia S. Ambroſii, elegit in Regem Italiæ Hugonem, Regem Burgundiæ filium Ludovici III. Qui cum intraſſet Mediolanum, per Archiepiſcopum Mediolani in Eccleſia S. Ambroſii extra civitatem coronatus fuit. Et fuit ſimiliter coronatus Lotharius filius cum eo. Imperaverunt ſimul & privilegia ſimul conceſſerunt.* Sed & Catalogus Archiepiſc. in acta Eccleſiæ Mediolanenſis conjectus de Hilduino agens ſic habet. [*Hugonem, Ludovici III. filium, Burgundiæ Ducem, Italiæ Regem in Baſilica Ambroſiana Mediolani coronavit.*]

D Ex iis videtur Hugonem à Lamberto, Lotharium ab Hilduino in Italiæ Reges fuiſſe coronatos. Deceſſit è vita Hilduinus anno 936. (4) die 9. Kal. Auguſti. Vir mitis ingenii, paciſque quam belli artibus proclivioris. Scripſit teſte Trithemio de Geſtis Abbatum Lobienſium lib. 1. Deque peregrinatio-

(1) Atho ex Catalogo *ſedit an. 12. menſ. 5. obiit 7. Id. Septemb. ſepultus in Eccleſia hiemali*. Tabula Synodalis VII. Idus aſſignat Athonis morti, & hoc ſequitur Ughellus. Utrumvis ſumas haud multo diutius quam uno menſe vacaverit ſedes, & ipſo Paſchali die V. Aprilis, vel Dominica in Albis, die 12. ejuſdem menſis ordinatus ſit Atho, & pauculis diebus, plus aut minus, quam quinque rotundos menſes ultra duodenolum ſederit, terminandos anno 919. Quod vero Catalogus ait in Eccleſia hiemali ſepultum Athonem, poteſt de aliqua corporis translatione, Roma Mediolanum facta, intelligi, qua occaſione lapis ille loco motus ab Eccleſia tandem in ejus hortus tranſierit. *Papebrochius*.

(2) Guilibertus ex Catalogo *ſedit an. 5. menſ. 8. obiit 18. Kal. Sept. ſepultus ad s. Stephanum ad Fontem*. Igitur poſt trimeſtrem circiter vacationem Cathedræ, cœperat is ſedere menſe Decembri anni 919 puta die menſis XII. vel XIX. tunc Dominica, et dies ſolum duos (quam ceſſet pauciſſimos ponimus) ſupra menſes 8. aſſumamus, vel octavo menſi quatriduum dumtaxat defuerit ad plenitudinem. Vixerit autem Guibertus uſque ad 15. Auguſti, defunctus anno 922. *Papebrochius*.

(3) Lampertus ex Catalogo *ſedit an. IX. menſ. 8. dies 15. obiit 17. Kal Julias, ſepultus in Eccleſia hiemali*. Dies obitus XIX. Julii (pro quo ipſo Kalendæ Julii minus veroſimiliter notantur à Tabula Synodali, quam ſequitur Ughellus) retrogradientes deduceret uſque ad 5. Octob. qui cum anno 921 non fuerit Dominicus, ſed Sabbatinus, verum ut non recte ſcriptus ſit dierum numerus, quos malim ſolum XIV. cenſeri. Ughellus hujus, aliorumque Epiſcoporum obitum ad biennium anticipat: ſed videtur refutari ex loco, quod mox allegat, Galvanei Flammæ vetuſtiſſimo Chronico ſub medium ſeculi XIV. ſcripto, primis verbis inde ſic tranſumptis: *Anno Dom. 933. &c. In civitate Mediolani erat magna diſcordia . . . unde Ilduinus Archiep. Mediolanen. qui Lamberto Archiep. ſucceſſerat*. Phraſis hæc recentem planè ſucceſſionem videtur ſignificare: non enim ſolemus aliàs meminiſſe decedentis in ejuſmodi relationibus. Sedes autem quæ ante Lamberti Ordinationem vacaverat non integro bimeſtri, poſt ejuſdem obitum an. 931. nonniſi diebus novem ſucceſſorem illius jam dictum deſideravit. *Papebrochius*.

(4) Hilduinus ex Catalogo *ſedit an. 5. dies 25. obiit IX. Kal. Auguſ. ſepultus in Eccleſia hiemali*. Igitur mortuus 24. Julii anni 937. ordinatus fuerat die 29. Junii, non quidem Dominico (hic enim an. 932. primum fuit Kalendis Julii) ſed feſto SS. Apoſtolorum olimpi, ſi tamen diem mortis non adnumeres ſpatio Epiſcopatus, aut dies 26 legere malis. *Papebrochius*.

lione S. Dionyſii Areopagitæ, geſtaque Apoſtolorum.




LXIII 66. ALDERICUS Cotta Mediolanenſis in gratiam Hugonis Regis Italiæ Archiepiſcopus adlectus anno 941. Qui paulo poſt (ut ſcribit Sigonius) parum memor beneficiorum Berengarium II. Veronæ excivit contra Ugonem, ut Italicum Regnum invaderet. At Galvaneus Flamma in Manipulo Florum, & Arnulphus ejus ævi ſcriptor in Chronico Hugonis Regis in Ardericum Archiepiſcopum indigniſſimum facious ita narrant. B

Ab an. 937 ad 949.

[*Tunc* (poſt Hilduini obitum) *vacabat Archiepiſcopatus Mediolani. Videns autem Imperator* (Hugo) *filium ſuum Manaſſem propter juventutem ad tantam dignitatem incongruum, quendam Cardinalem Mediolanenſem* (hoc eſt, Cathedralis Baſilicæ ordinarium) *Ardericum nomine, grandævum, & ſenem ordinavit Archiepiſcopum Mediolanenſem; ſperans eum moriturum cito. Videns autem Imperator, ipſum diutius vivere; in Civitate Papienſi concilium convocavit, atque omnes Prælatos intereſſe præcepit. Et Imperator cum officialibus ſui ſacri Palatii ſecreto condixit, quod rixam qualemcumque contra Archiepiſcopum Mediolanenſem procurarent, in qua ſubito eum interficerent. Quod cum fieret, Archiepiſcopus Mediolanenſis evaſit; ſed nonaginta nobiles de Mediolanenſibus* (mutua ſiquidem cædes hinc inde fuerat) *propter Archiepiſcopi ſui defenſionem, gladio in rixa illa trucidati ſunt. Tunc Hugo Imperator tactus dolore cordis intrinſece, quandam nobilem Abbatiam conſtruxit: quam è numero nonaginta occiſorum Mediolanenſium, Nonantulam appellavit, & Archiepiſcopo Mediolani donavit.*] C

Hæc Arnulphus. De fundatione Nonatulani Cœnobii in agro Mutinenſi ab Anſelmo Abbate Aſtulphi Regis fratre anno 752. ædificati, ſupra dum de Epiſcopis Mutinenſibus ſermo eſset, ex antiquo codice retulimus: unde Arnulphus perperam ſcripſit Hugonem Abbatiam Nonantulanam conſtruxiſse, quam potius conceſsiſse Archiepiſcopo Mediolanenſi ſcribere debuiſset, quod paulo poſt idem Arnulphus confitetur. Sic enim ille inquit; *Cumque diutius non poſſet latere dolus* (Hugonis) *vehementer erubuit, criminis tanti reus veritus etiam B. Ambroſium, cujus fuerat ille* (Ardericus) *vicarius. Factum eſt autem, ut conventione dignæ ſatisfactionis concederet Eccleſiæ pro nonaginta interfectis Abbatiam Nonantulæ, quæ propter nonaginta ſui juris curtes ſic vocata perhibetur.* Quæ autem authoritas fuerit Mediolanenſium Archiepiſcoporum in civitate ipſa Mediolano, Alderico ſedente, retulit in Chronic. Flos florum ad annum Chriſti 947. *Iſto*, inquit, *tempore, & per longa tempora ante Archiepiſcopus Mediolani erat dominus temporalis, & ſpiritualis civitatis Mediolani, & in circuitu per tria milliaria, & regebatur civitas per conſules datos per Archiep. quibus enſem ipſe dabat; cum regere inciperet: aliquando per Capitaneos factos per Archiepiſcopum in qualibet porta ſpecialis parentela regebat. Unde fuerunt Capitanei portæ Romanæ, quibus præferebatur vexillum ex toto rubeum. Portæ Ticinenſis Capitaneis vexillum ex toto album. Portæ Vercellinæ Balzana rubea ſuperius, & alba inferius, Portæ Cumanæ, tabulatum ex albo, & rubeo. Portæ Novæ Leones quadrati ex albo, & nigro. Portæ Orientalis, Leones nigri in albo campo depicti. Signa autem dominii Archiepiſcopalis Mediolani ex aliquibus vocabulis apparent. Nam juxta muros civitatis erat ejus viridarium, quod adhuc Venzarium dicitur: extra civitatem erat Brolium ejus, quod nunc intra civitatem incluſum eſt; ibi ſtatutis horis Archiepiſcopus aliquas audiebat cauſas. Erantque annuales Archiepiſcopi redditus pluſquam octoginta millia florenorum auri, quod ex feudis datis ſatis apparet, ut infra dicetur. In ſummitate Turris altiſſimæ erat Baculus Paſtoralis in ſignum, quod Eccleſia civitati dominabatur.* Hactenus ille. Obiit autem Ardericus anno 949. (1) menſe Octob.



67. ALDEMARIUS, vel Adelmandus, ſeu Ademarius de Menelatiis Presbyter Cathedralis, poſt exceſſum Arderici, à Clero Archiepiſcopus adlectus eſt an. 949. Eo ſcilicet maximè tempore, cum Manaſses Lotharii Regis frater, olim Archiepiſcopus Arelatenſis ex favore Berengarii II. Mantuanam, Tridentinam, Veroneoſem, atque Mediolanenſem invaſiſset Eccleſias: quamobrem inter Aldemarium, ipſumque Manaſsem malis artibus intruſum magnarum litium vortices extitere; dum quiſque obtentæ ſedis conatur jus exercere: cujus cauſa neuter eorum interea fuit conſecratus. Deceſsit autem Aldemarius an. 4. ſui Pontificatus, hoc eſt anno 953. (2) 7. Id. Aug. cum Auguſtanis comitiis ſub Othone I. Imperatore interfuiſset. LXIV

Ab an. 949 ad 953.

(„ *Ex Epitaphio Aldemarii, quod refert Vaglianus, conſtat illum deceſſiſſe an. 956. licet jam antea ſede exciderit. Epitaphium vero eſt hujuſmodi.*

„ Hic tumulatur Adelmanus, Præſulque Beatus
„ Clarior in tanta qui fuit urbe potens.
„ Hujus origo fuit celſo de ſanguine ducta,
„ Pauperibus largus extitit, atque plus.
„ Huc greſſum referens modicum tu ſiſte viator;
„ Dic famulo requiem, crimina pelle Deus.
„ Obiit autem anno Incarn. Dom. DCCCCLVI.
„ Indictione XV.
„)

68 VAL-

(1) Ardericus ſedit ex Catalogo an. 12. menſ. 2. obiit 3. Idus Octob. ſepultus in Eccleſia Apoſtolorum intra Capellam s. Lini. Retrogradiendo à die 13. Octob. pervenitur ad 13. Auguſti, quæ cum an. 937. fuerit Dominica, oportet ut etiam fuerit dies Ordinationis, niſi hebdomadem unam additam detractamve rotundo menſium numero probare quis poſſit: adeoque vacaverit ante illum ſedes diebus duntaxat 19. Mors autem Arderici cadit in an. 949. Capellam vero, in qua ſepultus eſt, tabula Synodalis ab an extructam ait, ſed in Eccleſia s. Nazarii. *Papebrochius.*

(2) Catalogus aſſerit *Aldemannum & Manaſſem ſediſſe quinque annis inter ſe diviſis*. Manaſſes jam Cathedram Mediolanenſem invaſerat, vivente adhuc, ſed exulato Arderico: quo mortuo Manaſſem confirmare conatus eſt Berengarius, ſed reluctante Clero, qui Aldemannum elegit. *Hunc* Ughellus ait an. 953. adhuc interfuiſſe Comitiis Auguſtanis. Sed oculus legentis calamum ſcribentis prævertit, & nomen pro nomine ſcribi fecit, ille enim legitur, & poſt Moguntinum tertius nominatur *Manaſſes Mediolanenſis Eccleſia Archiep.* titulo potius, quam re: Berengario enim II. ſub an. 952. pulſo, non ſolum Mediolano, ſed Italia exceſſiſſe videtur Manaſſes, ſeque in ſuum primum Epiſcopatum, quem nunquam dimiſerat, recepiſſe. Quadriennio autem, & quidem non integro Aldemannus contra Manaſſem, vivente adhuc Arderico, in eam ſedem intruſum ante quinquennium, ſe pro electo geſſerat, ab anno ſcilicet 949. ad 951. (ſcribendum 953.) quo ipſo jam mortuo, vel penitus abdicato rite ordinatus jam ſedebat Walpertus. *Papebrochius.*



LXV

Ab an. 953 ad 963.

68. VALPERTUS Medices, poſt Aldemarii obitum, à Mediolanenſi clero, & populo, ad eandem ſubvectus eſt anno 953. tametſi adhuc Manaſſes in Mediolanenſem Eccleſiam tyrannidem exerceret, qui ideo tanquam ſchiſmaticus Præſulum Mediolanenſium numerum non auxit. Igitur ſublato intruſo, Valpertus Medices ſuæ Eccleſiæ pacificam iniit poſſeſſionem, quamquam ea ſui Põtificatus ſit nactus exordia, quæ illũ in Germaniam ad Othonem compulerint contra deſævientem Aldebertum Francorum comitem. Etenim cum in Germaniam, Valdo Cremonenſi Epiſcopo, Odbertoque Demarcho ſibi adjunctis ſociis, fuiſſet profectus, Othonem precibus exoratum, armatumque contra Aldebertum in Italiam ſecum adduxit. Qui collatis ſignis Tyrannum compulit ad fugam, redditaque Italiæ pace, ipſe viciſſim à Valperto inſigne Regni accepit; cum plura ipſe in Valpertum, ac Mediolanenſem Eccleſiam, in perpetuum duratura contuliſſet privilegia, ac fiduciarium dominium Paribragi, Septil. Marſilii, Bozariæ, atque Burgariæ, ita ut ejuſmodi fortunatus rerum eventus viſus ſit reſarciiſſe ærumnas, quas turbulentiſſima illa initia importune attulerant. Valperti nobile facinus erga Othonem, totamque hiſtoriam recitat Galvaneus in Chronico majori.

[*Quidam* (inquit) *Aldebertus comes Francorum ad Imperium aſpirans, cum duobus fratribus ſuis, Henrico, & Aldeberto Juniore, Italiam intravit cum exercitu magno valde, & miſit ad Valpertum Archiepiſcopum, qui ex toto in civitate dominabatur, quod intra muros civitatis ſibi præpararet Palatium grande, quod Imperator Maximianus conſtruxerat. Cui Archiepiſcopus reſpondit, quod à tempore Beati Ambroſii, ex privilegio Theodoſii Imperatoris Civitas Mediolanenſis ab ingreſſu Imperatoris ſemper extitiſſet libera.*

Attamen extra urbem, juxta Eccleſiam S. Ambroſii Archiepiſcopus juſſit præparari Palatium magnum (in manipulo florum Galvaneus hoc abſolute Palatium S. Ambroſii extra urbem nominat) *ubi Imperatores habitare conſueverant. Quo audito, Aldebertus, Imperii uſurpator, furia repletus juravit civitatem Mediolanenſem funditus evertere. Et dicit Chronica de Barzanono, quod Aldebertus ſimulavit pacem facere cum Mediolanenſibus, & ſic intravit civitatem. Et rumor inſonuit, quod Imperator vellet in civitate dominari, & aſſumptis armis, cum Imperatore pugnaverunt, & Imperatorem turpiter vulneraverunt. Ex hoc Franci contra cives fortiter dimicaverunt, & prævaluerunt. Imperator, obtenta civitate, ipſam deſtrui juſſit: & deſtructæ ſunt aliquæ domus, & turres, & aliqua Palatia. Tunc Archiepiſcopus Valpertus, ſuperbo comitatu accinctus in Alemaniam convolavit; & ſuis nixus Privilegiis, Othonem, ducem Saxoniæ, & Normandiæ, qui contra Berengarium pugnaverat, in ſervitium Mediolanenſium elegit Italiæ Regem, promovendum in Imperatorem, &c. Qui, Athelettæ*

A *Lombardiæ uxoris ſuæ quæ quondam Imperatrix Mediolani fuerat, precibus inductus, intravit Italiam cum Archiepiſcopo Mediolanenſi, qui Aldebertum Imperatorem in campo proſtravit, & ſtatim Archiepiſcopus Mediolanenſis, convocatis ſeptemdecim Epiſcopis Suffraganeis ſuis, & Baronibus, & comitibus univerſis, Othonem in Regem Italiæ deſignavit, Aldebertum tamquam Imperii invaſorem excommunicavit, & depoſitum promulgavit. En quo ille Aldebertus, quaſi fur, ad Inſulam Corſicæ fugit. Data itaque tali ſententia, ad Eccleſiam S. Ambroſii cum Epiſcopis, & Baronibus ſupradictis, Othonem Regem introduxit, & coronam præparavit. Tum Otho omnes Regias veſtes depoſuit, & veſtes ſacras ſubdiaconi induit, ſcilicet ſtrictum cum manipulo* (ac enim poſtea ſtola, & manipulo induitur, erat enim quaſi Diaconus, inquit Flamma idem in Manipulo florum,) *& celebratis divinis myſteriis; Archiepiſcopus ipſum Othonem laudatum de virtutibus, confirmavit in Imperio Mediolanenſi,*

B *perunxit oleo, & coronam capiti ejus impoſuit. Completa coronatione, Otho Rex ſuper Altare B. Ambroſii chlamydem impoſuit, in qua coronatus fuerat, baltheum, enſem, & bipennem, ac lanceam, in qua erat unus è clavis Paſſionis Chriſti. Item Coronæ Mediolanenſi addidit ducatum Saxoniæ, quod erat ſuum Patrimonium, & ducatum Normandiæ. Valperto Archiepiſcopo donavit ducatum Bulgariæ, Marchionatum Martheſanæ, & comitatum Seprii, Monaſterio S. Ambroſii donavit Palatium Imperiale, quod erat juxta Eccleſ. S. Ambroſii, & largas poſſeſſiones.* * Anno 963. qui decimus a fuit Valperti Præſulatus idem Valpertus pro tribunali ſedens in aula domus S. Ambroſii, favorabilem ſententiam tulit pro Gompaldo Abbate cœnobii Tolletani Placentinæ ditionis, quod de Tolla dicunt; in ea recenſentur anni Valperti Præſulatus, aliaque ſcitu ejus ſeculi digna, quæ hic exhibentur ex authentico copiali. * Ex Arch. tom. 4. a XII.

Dum in nomine ſanctæ, & inſeparabilis Trinitatis

C *Domnus Vvalpertus Sereniſſimus Archipræſul in aula domus S. Ambroſii cum ſibi ſubditis ſacerdotibus, ac levitis, reliquoque Clero, & populo præſente de ſtatu, atque regimine ſuæ ſanctæ Eccleſiæ, ut ſemper reſidens pertractaret: accidit Grimpaldum Tolletanum Abbatem illius adiiſſe clementiam lamentando, & miſerabiliter lachrymando, dicendo eo quod niſi dominus prælibatus Archipræſul ſuæ largæ copiæ ipſi miſerationem impenderet, & capellas S. Caſſiani, & S. Angeli cum ſuis appenditiis, & curte Miſtriano non redderet, quas antea injuſte ſibi negatas agnoverat in præfato cœnobio cum ſuis monachis degere nequiret. Cui domnus ipſe Archiepiſcopus aures accomodans perquirere cœpit; quo ordine hæc peteret, aut qua ratione prædicta loca ipſi cœnobio pertinerent.*

Ad hæc prætaxatus Abbas inquiens ait: ſcio has terras præfato monaſterio legaliter ſubditas eſſe, & de eadem terra cartulas fuiſſe in ſancto recordor cœnobio, ſed ignis, qui multa conſumit, eaſdem

D *concremavit: tamen homines habeo decoctæ ætatis, qui vobis omnia certificant iſta, quæ requiro. Quod & Archipræſule cum ſuis recognoſcente, ut dixerat, implere non diſtulit. Tunc domnus Valpertus ſanctiſſimus Antiſtes ſuorum cœpit conſilium quærere ſacerdotum, ac reliquorum præſentium Clericorum, quid de hac re ſentirent, & quam decernerent proprii veritatem arbitrii.*

Poſt longi vero taciturnitatem ſilentii prænominati venerabiles ſacerdotes reſpondedo proſecuti dixerunt: Poſtquam dominus noſter Jeſu Chriſtus veſtro nutui tanti Pontificatus permiſit honorem, æquum eſt, ut nulla veſtrarum ovium ſub tanto pareat Paſtore, & Abbati, qui petit vera cenſemus concedere. His auditis prænominatus miſericordiſſimus Archipræſul Vvalpertus cunctorum, qui aderant conſilio per acceptum fuſtem jam dictas capellas S. Caſſiani, & S. Angeli cum curte Miſtrani, & aliis omnibus integris appenditiis prædicto Grimpaldo tradidit, &

ſan-

A

ſanctæ reddidit regulæ, ea videlicet ratione, & voluntate, ut nec ipſe, nec alius ejus ſucceſſor, aut Rex, aut Marchio, aut Comes, nec aliquis publicæ reiprocurator contra hanc veritatis regulam tentent, & à ſancto Tolletano cœnobio terræ aliquas partes pertinentes ſequeſtrare præſumant. Si quis autem, quod non credimus, contra hæc agere tentaverit, & nec ita, ut ſtatuimus, obſervaverit; ſciat ſe anathematis vinculo innodatum, & à Chriſtiano conſortio remotum. Ut hujus autem paginæ notitia firmior appareat, & inconvulſa perduret in poſterum, vigoremque obtineat ampliorem.

Ego Gunizo per Dei miſericordiam humilis preſbyter domni Archipræſuli juſſu Vualperti eam ſcribere ſtudui ſcriptamque teſtibus obtuli roborandam.

Actum anno Incarnationis Dominicæ 963. Pontificatus autem D. Archipræſul. Vualperti Deo propitio decimo, menſe Julio, Indictione 6.

Vualpertus humilis Archiepiſc. ſubſc.

Geroinus Archidiac. & Vicedominus interfui & ſubſc.

Aupaldus per Dei miſericordiam humilis Abbas interfui, & ſubſc.

Benedictus Dei gratia humilis Abbas interfui, & ſubſc.

Garibaldus præſbyter interfui, & ſubſc.

Ariprandus presb. interfui, & ſubſc.

Adelgiſus presb. ſubſc.

Gotfredus diac. ſubſc.

Arnaldus Primicerius ſubdiaconorum interfui, & ſubſc.

Ego Adelricus ſubdiaconus interfui, & ſubſc.

Atto ſubdiac. interfui, & ſubſc.

Senator humilis ſubdiaconus interfui, & ſubſc.

Lanfrancus ſubdiaconus, & primicerius notariorum interfui, & ſubſc.

Litulfus humilis ſubdiaconus interfui, & ſubſc.

Odericus ſubdiac interfui & ſubſc.

Arnaldus ſubdiac. interfui, & ſubſc.

Gotfredus clericus, ac notarius interfui, & ſubſc.

Landulphus humilis clericus, ac notarius interfui, & ſubſc.

C

Ego Gunizo Chriſti gratia humilis presbyter hujus notitiæ paginam ſcripſi, & interfui.

Subſcripſit Vualpertus literis Joann. XIII. in Synodo Ravennæ datis anno 967. 7. Kalend. Maji in cauſa excæcationis Herolfi Saltzburg. Archiepiſcopi. Deceſsit vero anno 971. ſepultus eſt in Cathedrali, cum ſediſset ann. 18. (1) Cujus præter alios Sigonius meminit lib. 7. Baron. in Annalibus Eccl. 960. cæterique hiſtorici Mediolanenſes.

LXVI

Ab an. 969 ad 971

69. ARNULPHUS eadem dignitate Archiepiſcopali fulſit anno 971. Ejuſdem electionem recitat Arnulphus hujus Archiepiſcopi conſanguineus in Hiſtoria, quæ M.S. extat, nec typis adhuc expreſsa, quam perperam huic Arnulpho Archiepiſcopo tribuunt. Verba Arnulphi lib. pr. ſunt hæc: *Eodem tempore obeunte Valperto Cathedram ſuſcepit Arnulphus, vere declinans à malo, & faciens bonum, cujus æquivocus exiſto geſtorum ſcriptor ego præſentium, fratris vero illius pronepos verus. Hujus in Epiſcopatu vita fuit triennis, factus nec pro certo meliori dignitate perennis, cui ſucceſſit Gothifredus.* [2]

D

LXVII

Ab an. 972 ad 978

70. GOTHIFREDUS Eccleſiæ Mediolanenſis in gratiam Othonis Imperat. electus fuit Archiepiſcopus anno 975. (3) Sedit annos 15. ut arbitrantur nonnulli, deceſsitque 988. die 20. Menſis Septembris; ſepultuſque eſt in Cathedrali.



LXVIII.

Ab an. 978 ad 997.

71. LANDULPHUS Carcanus, Ambroſii filius, ab Othone Imperatore ad Mediolanenſem ſedem promotus eſt anno 988. quem paulo poſt Populus Mediolanenſis ob tyrannidem ejuſdem, & patris è civitate exegit; cum illum prius in Epiſcopali Palatio, obſidione cinctum oppugnaſset. Cæterum Landulphus haud inultus tulit injuriam: cum enim ſubitarium militem coegiſset, ad Corbinarium campum cum populo acie conflixit, à quo iterum fractus, fugatuſque ad Othonem ſuppetias imploraturus in Germaniam ſeceſsit. Igitur Otho Landulphum cum populo fœdere junxit, inque priſtinam dignitatem reſtituit. A quo viciſsim inſigne Regni accepit. Eccleſiæ ſibi creditæ detrimentoſus fuit, cum plurimas ejuſdem fortunas diſsipaſset, bonamque decimarum partem relaxaſset. Igitur inviſus pene omnibus exceſsit è vivis anno 999. (4) die 21 menſis Septembris, ſepultuſque eſt intra portam Eccleſiæ S. Celſi, quam ipſe exornaverat, inſignique cœnobio ditaverat. De eo conſule Sigonium lib. 7. Dum Landulphus Mediolanenſem Eccleſiam moderaretur, monachi S. Ambroſii ſuorum privilegiorum confirmationem à Gregorio V. obtinuerunt anno 998. in quibus illorum Baſilicæ Ambroſianæ dominium aperte ſpectatur, quod eiſdem Petrus Angilbertus, Thodoque Archiepiſcopi Mediolanenſes munificentiſsime aſseruerunt. Cujus diplomatis exemplar ex authentico erutum ex eodem libro, fol. 57. hic exſcribendum curavimus.

Gregorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei.

Poſtquam Beato Petro, Apoſtolorum Principi, Dominus ac Redemptor noſter Jeſus Chriſtus ex utero Virginis pro noſtra redemptione, ut erat Deus verus ante ſecula, verus homo in fine ſeculorum apparere dignatus eſt, ligandi, atque ſolvendi in cœlo, & in terra poteſtatem tribuit, etiam januas Regni cæleſtis reſerandas conceſſit, ſupra ſoliditatem fidei ſuam ſanctam ſtabilire dignatus eſt Eccleſiam, ſecundum illius veridicam vocem, dicentis: Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, &

[1] Vualpertus ex Catalogo *ſedit an. 18. obiit 8. Idus Novemb. ſepultus in Eccleſia hiemali*. In numero annorum omnes conſentiunt; chronotaxim diriget ſententia à Vualperto lata pro Gumpaldo, de qua Ughellus, ſcripta an. Dom. Incarn. 963. Pontificatus autem D. Vualperti decimo, menſe Julio, Ind. VI. ut primus ejus annus numerari debeat 953. Anno autem 969. obiiſſe illum exigit ſequentium Epiſcopatuum ratio; unde ſi retrogradiarıs ab 8. Idus Novemb. anni mortualis ad an. ordinationis 953. litera Dominicali E inſignem, potuit Vualpertus ordinatus fuiſſe die IX. Novemb. qua tunc Dominica fuit, atque adeo tres tantum dies minus ad integrum octodecennium habuiſſe. Sic autem noto jam die obitus dicendum erit ſedem vacaſſe unum menſem & dies aliquantos, puta 5. vel 12. Hactenus *Papebrochius*. Quomodo vero nobilis Auctor aſſignet annum 953. electioni Vualperti, non ſatis ejus calculos intelligo. Si enim fatetur Aldemannum annos quatuor, licet non integros pro electo ſe geſſiſſe contra Manaſſem, & anno ſolum 949. à Clero Mediolanenſi poſt Arderici obitum Archiepiſcopum declaratum, oportet ſediſſe uſque ad an. 953. Cui poſtea vel mortuo, vel abdicato ſuffectus ſit Vualpertus eodem anno 953. adeout ex ejus ſententia lata pro Gumpaldo annus 963. revera fuerit decimus ejus ſedis. Si vero ſequentium Epiſcopatuum ratio exigit Vualpertum obiiſſe an. 969. neceſſe eſt ante non 18. ſed 16 ſolum annos in Præſulatu vixiſſe.

[1] Arnulphus Ex Catalogo *ſedit an. 3. menſ. IV. obiit 16. Kal. Maii, ſepultus in Eccleſia hiemali*. Hinc intelligitur ordinatus fuiſſe circa medium Decembrem anni 969. puta die 20. vel 24. [tunc enim Dominica fuit] itaque ad rotundum numerum menſium abundarent, vel deficerent pauci dies. Debet autem obiiſſe Arnulfus anno ejuſdem ſeculi 73. 16. Aprilis. Quod vero poſt mortem ejus vacaverit ſedes menſ. 3. dies XI. colligitur ex tempore, & obitu ſequentis Antiſtitis. *Papebrochius*.

[2] Godefredus ex Catalogo *ſedit an. 5. menſ. 1. dies 23. obiit 13. Kal. Octob. ſepultus in Eccleſia hiemali*. Fuerit igitur poſt prædefinitum tempus vacationis ordinatus Gottefredus 27. Julii an. 973. Dominica die, vel feria ſequenti, SS. Nazario & Celſo martyribus ac Patronis Mediolanenſibus ſacra, tuncque ubi ſingulariter feſtiva; atque poſt annum, menſem, ac dies præſcriptos obiens 19. Septemb. pertigerit uſque ad an. 978 Poſt mortem vero ejus vacaſſe debuit ſedes menſ. 3. dies circiter 2. *Papebrochius*.

[4] Arnulfus ex Catalogo *ſedit an. 18. menſ. 3. obiit X. Kal. April. ſepultus ad monaſterium S. Celſi*. Ex morte obita 23. Martii, nono [ut conficitur ex numeris præmiſſis] 997. conſequens fuerit ordinatum eſſe Archiepiſcopum circa Natalem Dominicum anni 978. quidni autem Dominica eam præcedente, quæ tunc fuit 24. Decembris? Mabilio mortuum ſcribit X. Kal. Octob. quod quia commodam conſequentiam non habet, & Hanſichenius Apellem ſcripſit, malo credere, per inadvertentiam aliquam factum eſſe, ut menſis, quo deceſſor obierat hic perperam iteraretur. Poſt mortem autem ejus in Martio obitam vacaverit duobus menſibus ſedes. *Papebrochius*.

portæ Inferi non prævalebunt adverſus eam, & tibi dabo claves Regni cœlorum: & quodcumque ligaveris ſuper terram, ligatum erit & in cœlo: & quodcumque ſolveris ſuper terram, ſolutum erit & in cœlo. Poſtquam, & hujus Vicarii, ſincerriſſimè Deo famulantes, carentes nebularum denſitatibus, tantam dignius perceperunt poteſtatem, & univerſi curam ſunt ſortiti regiminis, inter quos, & noſtram parvitatem Dei omnipotentis miſericordia connumerare dignata eſt. Ob hoc univerſitati credentium innoteſcere volumus, quoniam Abbatiam in honore celeberrimi Chriſti Confeſſoris Ambroſii, nec non venerabilium martyrum Protaſii, & Gervaſii conſtitutam, ubi eorum ſacra corpora reconduntur, per hujus noſtræ auctoritatis privilegium integerrimè corroboramus cum omnibus Eccleſiis, Oraculis, Curtibus, maſſaritiis, diſtrictis ad ipſam reſpicientibus: ſcilicet Baſiliano, monte Felietano, Leveniano, Cereſola, Lemonta, Capiate, Oleoducto, Campilioni, Amitiaco, Colonia, Veredeiro, Cavenaco, Villa Alba, Cugniano, atque cum univerſis ad præfatam Abbatiam ſpectantibus: eo ſcilicet ordine, ut Monachi ipſius Cœnobii ſimul cum Abbate, qui nunc ſunt, vel qui pro tempore fuerint, præfatas eccleſias, oracula, curtes, maſſaritios, ſervos, ancillas, Aldiones, & Aldianas, ſine alicujus majoris, minoriſvè perſonæ contradictione habeant, teneant, & poſſideant, atque in eorum uſum, ac ſumptum, prout melius providerint, diſtribuant, noſtra Apoſtolica authoritate concedentes. Si quis verò, quod non credimus, diabolico ſuaſu contra hujus noſtræ Apoſtolicæ conceſſionis firmitatem in poſterum agere tentaverit, & prælibati Monaſterii Cœnobitas in aliquo, quod eis conceſſimus, inquietaverit; ſit anathemi horrendum à trecentis decem, & octo Patribus, & ex conſenſu fraudis Judæ, Avantæque adæquetur flammis, & à Patre, Filio, Sanctoque Spiritu, nec non à B. Apoſtolo Petro maledictus, in præſens, & futurum rei crimine aſtrictus ſemper maneat; atque à Catholica Eccleſia ſit eliminatus, donec prænominatæ Abbatiæ Monachos eorumque Patrem digna ſatisfactione placare ſtudebit. Datum quarto Kalendas Maias per manus Joannis Epiſcopi ſanctæ Albanenſis Eccleſiæ, & Bibliothecarii ſanctæ Apoſtolicæ Sedis: Anno, Deo propitio, Pontificatus D. Gregorii, Summi Pontificis, & univerſalis V. Papæ in ſacratiſſimo ſede B. Petri Apoſtoli II. imperante D. Othone III. à Deo coronato Magno, & pacifico Imperatore, anno II. in menſe, & indictione ſupraſcripta XI Scriptum per manus Petri notarii, & Scriniarii S. R. E. in menſe Aprili, & Indictione XI. P. Benevalete.



LXIX. 72. ARNULPUS II. cognominatus ab Arciago, Landulpho ſucceſſit anno *999*. Hic ille Arnulphus eſt (1), quem flore nobilitatis ſtipatum Otho Imperator Conſtantinopolim legavit, ut Theophaniam Principem Othoni filio impetraret uxorem. Quod grave negotium cum tranſegiſſet feliciter, pluribus donatus Mediolanum reverſus eſt anno

Ab an. 999 ad 1019.

A 1002. Serpentemque æneum, quem inter alia donaria inde retulerat, in Ambroſiana Baſilica collocavit, vulgi ad divinandum materiam locupletem, quippe qui arbitretur illum ipſum eſſe, quem Moyſes in deſerto exaltaſſe narratur, ad Chriſti Domini Crucem longe ante pronunriandam. Galvaneus Flamma in Chronico majori E. 235. rei hujus hiſtoriam ita recenſuit.

[*Imperator* (Otho nimirum III.) *Arnulphum Archiepiſcopum Mediolanenſem miſit in Conſtantinopolim, ut filia Imperatoris ſpecioſiſſima ſibi in uxorem daretur. Et dicit Chronica Datii* (Datium illum vel hinc colligas ab eo diverſum fuiſſe Datio Mediolani Arch epiſcopo, cujus mentionem facit S. Gregorius Magnus lib. 3. Dialogorum, cap. 4.) *quod cum ad Imperatorem accederet, equum ſuum magnum aureis gapontibus, & argenteis clavis ferratum, ſuper pannum aureum in domo Imperatoris collocavit. Ipſe in Pontificalibus cum ſtola ad collum, quam ſemper portare ſolitus erat, aſſociatus duobus* B *Ducibus, Prælatis diverſi gradus, Imperatori cauſam ſui adventus aperuit. Conſenſit Imperator, & filiam ſuam Archiepiſcopo recommendavit. Et ait Archiepiſcopo: Intremus Cameram noſtri Theſauri; & quidquid vobis gratum fuerit, vobis donabitur. Theſauro Imperatoris nihil diminuere, ſed addere cupiens; annulum pretioſum, quem digito portabat, in Theſaurum Imperatoris adjecit; pro Reliquiis verò accepit Serpentem æneum, quem Moyſes in deſerto fecerat; tulit, & poſtea in Eccleſia S. Ambroſii collocavit. Hic petit ab Imperatore unam gratiam: ſcilicet, quod in ejus hoſpitio cœnaret; Imperator conceſſit. Qui conſiderans, quod ſuum . . . deformabat in hoſpitio comedere, fecit præconizari, quod nullus ligna venderet, credens quod Archiepiſcopus cibum coquere non poſſet. Tunc Archiepiſcopus, liberalior mundi, porcorum mezenas pro lignis habuit, & mirabilem cœnam paravit. Imperator obſtupuit, & dixit: Nullus in mundo magnificentior Prælatus exiſtit. Interim auditis novis de morte Othonis Im-* C *peratoris, puella cum patre in Conſtantinopoli remanſit, & Archiepiſcopus Mediolanum redit.* Eadem verò ferme omnia ſimiliter Galvaneus repetit in manipulo florum, cap. 137. niſi quod ita denique paulò expreſſius concludit. *Attamen, antequam illa Puella ad Imper. Othonem perveniſſet, Otho moritur. Arnulfus vero Archiep. Mediolanen. audita morte Imperat. juxta Portum Barinum, puellam in Conſtantinopolim patri ſuo remiſit, ipſe vero ad Civitatem Mediolanen. repedavit.*

De Serpente, ac dominicæ Crucis parte in Baſilica Ambroſiana ab Arnulpho collocata, ſcribit Baron. ad annum milleſimum, & in Chron. flos florum ſic habetur: *Serpentem æneum, quem Moyſes exaltavit in deſerto de Conſtantinopoli Mediolanum exportavit cum magna parte Crucis Dominicæ, & in S. Ambroſio ſuper columnas marmoreas erexit.* Errant nonnulli, quod ejuſmodi dona referant data Arnulpho huic noſtro Archiepiſcopo à Conſtantinopolitano Imp. Nicephoro, quem alioqnin aliquot D ante annos necatum fuiſſe conſtat. Quibus profectò ii etiam erraſſe convincuntur, qui Serpentem iſtum retulere acceptum ab Arnulpho Archiepiſcopo non II. ſed I. quo ſcilicet tempore Nicephorus filiam ſuam Theophaniam Othoni non II. ſed III. deſpondiſſet, quaſi vero Theophania, quod certiſſimum eſt, Othoni II. nupta non fuerit. Sunt nonnulli, qui ſcribunt hujuſmodi Serpentem à S. Ambroſio in hac ſua Baſilica erectum, & in M.S. Chronico quod Petri Sorexinæ Theologi opus eſſe opinatur. Hæc ipſiſſima verba à Puricello num. 201. relata habentur.

Præfatus D. Ambroſius (verba ſunt Auctoris) *à Theodoſio habuit illum pretioſiſſimum clavum, qui erat in Conſtantinopoli in forma fræni equi factum per Beatiſſimam Helenam, matrem Magni Conſtantini Imp. qui fuit unus ex clavis infixis in Corpore Do-*

(1) Quæ huic Arnulpho tribuuntur ab Ughello circa legationem Conſtantinopolitanam cauſa adducendi Theophaniam, ut deſponſaretur Othoni filio, ad Arnulphum primum referri debent. Siquidem ea legatio evenit, ut vult Ciaccollius, an. 970. vel ſaltem ut Baronius, & Paggius anno 969.

Domini Noſtri Jeſu Chriſti. Item ſanctiſſ. Ambroſius in ipſa civitate Conſtantinopolitana invenit unum Serpentem æneum, qui dicebatur, & adhuc hodie dicitur, Serpens Moſaycus, quem fabricari fecit Moyſes in deſerto juſſu Dei, & iſte Serpens figurabat futuram Paſſionem Jeſu Chriſti. Et iſta ſecum tulit, & portavit Mediolanum. Clavum autem, ſcilicet frænum, cum immenſa reverentia, & populi devotione, & lachrymarum effuſione, propriis manibus collocavit in Eccleſia S. Salvatoris, quæ nunc dicitur S. Theclæ: Serpentem autem æneum collocavit in Eccleſia SS. Martyrum (Protaſii, & Gervaſii) quæ nunc dicitur S. Ambroſii ſuper una columna lapidea, juxta Crucem quæ eſt cooperta panno rubro: quæ Crux in diverſis temporibus oſtendit multa miracula.

Interim Arnulphus bellicoſos ſpiritus geſſit magis quàm pro Epiſcopo. Cum autem Arduinus Eporedienſis, Othone extincto, inverſo jure Italiæ Regnum occupaſſet; Arnulphus è mala parta ſede invaſorem evertit anno 1013. Henricum Imp. in Italiæ Regem coronavit Papiæ, ut ſcribit Baronius ex Dithmaro, Galvan. Flamma in manipulo florum c. 138. Mediolani refert in hæc verba: *Hic Henricus &c. in Italiam venit, & intrans Civitatem Mediolani in Eccleſ. S. Ambroſii, de manu Arnulphi Archiep. amici ſui Imperii coronam accepit. Aſtenſem Epiſcopum, qui ſuæ Metropolis conatus fuerat excutere jugum, ſuam revereri Metropolim coegit. Cremonenſes bello victos, ut Mediolanenſibus fidelitatis diceret ſacramentum adegit armis.* Fato functus eſt anno 1019. (1) die 29. Martii. Jacet in Baſilica Portiana, ubi Monaſterium S. Victoris ad corpus fundaverat.





LXX

ab an. 1018. ad 1045.

73. ERIBERTUS ſeu Aribertus Antimianenſis prope Novariam, à Gerardo, Brillindaque nobiliſſimis parentibus progenitus, ab Henrico Imperatore, defuncto Arnulpho ſubſtitutus fuit anno 1019. Hic miti ingenio fuit, rebuſque ſacris magis addictus, quam armis; quamobrem ſuæ Eccleſiæ Juriſdictionem ampliavit, & auxit. Cum autem deceſſiſſet Henricus, in Germaniam profectus, Conradum Cæſarem ſalutavit, eidemque Auguſtalia detulit ornamenta anno 1024. à quo viciſſim plura retulit privilegia, in quibus illud enituit, quo Eriberto fecerat poteſtatem Laudenſi Eccleſiæ Epiſcopum attribuendi. Sic loquitur de hac re Arnulphus in Chronico initio lib. 2. *Factum eſt autem, ut ſimul convenientes in commune tractarent de conſtituendo Rege Primates. Diverſis itaque in diverſa trahentibus, non omnium idem fuerat animus: interque talia fluctuante Italia ſuorum comparium declinans Heribertus conſortium, invitis illis, ac repugnantibus, adiit Germaniam ſolus ipſe Regem electurus Theutonicum. Cumque Theutones ſibi Conradum eligerent; eundem ipſum laudavit, omnimodque in oculis coronavit* (legendum ego arbitror, ſalutavit) *accipiens ab eo, præter dona quam plurima, Laudenſem Epiſcopatum: ut, ſicut conſecraverat, ſimiliter inveſtiret Epiſcopum.*

Cæterum cum Ambroſium Mediolanenſem Presbyterum Laudenſibus Præſulem impoſuiſſet; populo rejiciente electum, eidem ad poſſeſſionem viam armis munivit. Deſcendit in Italiam deinde Conradus, Eribertoque adeo inimicus evaſit, ut non modo eo jure illum conatus ſit ſpoliare, ſed etiam è Mediolanenſi deturbare ſede, alterumque intrudere; ſed hujuſmodi nefarius conatus in irritum cecidit: divinitus enim ſuo Epiſcopo ſuffragante populo, priſtinam ſedem dignitatemque retinuit. De Eriberti depoſitione, deque Ambroſii intruſione in Eccleſia Mediolanenſi loquitur Wippo Titulo de miraculo, Arnulphus vero in Chronico ita narrat.

Igitur recedens ab urbe Cæſar jubet cuncta in circuitu prope, longeque vaſtari loca. Cumque flammis univerſa conſumeret, crebris fulminum jactibus, & grandinea tempeſtate correptus, à cœpto deſiſtens receſſit mœrens. Quin etiam Bertaldus, Regis à ſecretis, cujus cuncta fiebant conſilio, inſanæ mox mentis efficitur. De quo cum Rex leniri debuerat, magis intumuit, in tantum, ut Heribertum adjudicaret dignitate propria privandum. Stabilita igitur deliberatione, præſulatum tradidit Ambroſio, Mediolanenſis Eccleſiæ Cardinali presbytero, ſuoque cappellano; & ſi videntibus, non tamen volentibus Epiſcopis. Quo Heribertus audito de Rege ſimiliter, tractavit honore privando. Porro de captivatione Heriberti juſſu ejuſdem Imp. Conradi hæc Epidanus S. Galli Monachus in Annal. MXXXVII. *Idem Imperator* [Conradus] *Natali domini Veronæ celebrata, Mediolanum inde perrexit. Ibi ab Archiepiſcopo & civibus ſuſceptus honorifice, quamvis (ut fertur) ficta fide, eundem Epiſcopum iter progrediens ſecum Ticinum adduxit, & de improviſo captum quaſi reum majeſtatis Aquilejenſi Patriarchæ cuſtodiendum tradidit. Cui ille aſtuta fuga elapſus à Mediolanenſibus id ſerio triumphantibus gratanter in urbe eſt receptus. Imperator autem hoc in eos ulciſci cupiens civitatem valida manu obſedit, & res Epiſcopii exercitui ad devaſtandum diſpertiit. Sed mirum, & prius inuſitatum tunc temporis ibi accidit prodigium. Nam in die S. Pentecoſtes Sole exoriente viſa ſunt deſuper exercitum coruſcare fulgura, mugire tonitrua, civibus intra mœnia hæc omnino non ſentientibus. Fertur etiam equos, & homines non paucos ibi à fulmine eſſe transfixos, quoſdam vero à dæmone arreptos.* Hæc ille.

Eribertus inde Henricum II. Conrado ſuffectum coronavit, quem pauló poſt Mediolanum obſidione cinxiſſe ægris oculis intuitus eſt, cujus excidium ne item oculis uſurparet, conceſſit Modoetiam, ubi jam graviter ſeneſcenti contigit videre rerum converſionem tranquilliorem, cum minus poſſe ſperari videretur. Igitur Mediolanum reverſus ex ea pace jam lætus exceſſit è vivis anno 27. [2] ſui præſulatus die 16 Menſis Januarii, anno 1045 Sepultuſque eſt apud S. Dionyſium, ubi monaſterium conſtruxit, teſte Galvaneo Flamma in manipulo florum cap. 139. Hujus meminit Wippo in vita Conradi Regis, Sigonius lib. 8. Rub. in Hiſtoria Ravennate anno 1040. Dum memorat lites inter hunc Eribertum, & Eberardum Patriarcham Aquilejenſem, Hunpridumque Archiepiſcopum Ravennatem. Hujus Epiſcopi temporibus Humiliatorum

(1) Arnulphus II. ſedit ex Catalogo *an. 19. menſ. 9. dies 6. obiit 5. Kal. Maii, ſepultus ad S. Victorem ad corpus.* Deceſſit igitur ex noſtro calculo anno 1019. à cujus die 25. Februarii retrocedendo ad an. 997. quo debuit fuiſſe ordinatus, per menſium, & dierum præſcriptum numerum, venietur ad 20. Maji: quæ dies quia tunc nec Dominica fuit, nec alia feſtivitate inſignis, arbitror pro III. diebus obrepſiſſe dies VI. & ordinationem factam eſſe die 23. eandemque Dominicam I. poſt Pentecoſtem. Chronologiæ huic firmandæ ſuggerit Buſcha, tractatu de ſerpente Æneo p. 40. tabulas Monacharum S. Mariæ in Valle, *anno XIV. ſeculi undecimi ſignatas, quæ tunc Pontificatus Arnulphi annum XVII. numerant.* Vacavit autem eo mortuo ſedes menſ. X, & dies fortaſſe XVIII. *Papebrochius.*

(2) Heribertus ex Catalogo *ſedit an. 27. ſepultus eſt ad S. Dionyſium.* Retrogradiendo igitur per an. 27. ab an. 1045. die 17. Jan. cum ex ejus Epitaphio dicitur defunctus, reditur ad an. 1018, cujus menſe Januario potuit fuiſſe ordinatus die XII. utpote tunc Dominica: & ſic mirum non eſt rotundo numero uſum Auctorem Catalogi, non habita ratione ſuperabundantium dierum forſitan quinque, quibus ultra annos 27 vixit. Poſt obitum vero ejus vacavit ſedes 7. circiter menſibus. *Papebrochius.* Verum cum Eribertus ſubſcripſerit an. 1015. Privilegio à Benedicto VIII. in ſynodo Romana Fructuarienſi cœnobio conceſſo, quod retulit Ughellus in tom. primo in Portuenſibus, neceſſe eſt ejus ſedis initium triennio ſaltem anteverterе, & ad dictum an. 1015. referre.

ordo occepit Vitriac. c. 28. Hiſt. oce. De eodem etiam loquitur Hermann. Contract. anno 1037. * Plura donaria obtuliſſe Eripertum cœoobio Tollenſi anno 1040. Præſulatus ſui 22. docet documentum, quod hic exhibeo ex authentico copiali.

* Ex App. tom 4.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Eribertus, Deo propitio, Mediolanenſis Archiepiſcopus. Omnibus qui paternitati noſtræ, & regimini parent, clare ſemperque notiſſimum manere volumus, quod aliquantas noſtri Archiepiſcopii terras à priſtinis uſibus, & ſolita conditione exſolvimus, & Domini Salvatoris cœnobio in monte Tollæ ſito, cujus etiam S. Ambroſius poſſeſſor, & dominus eſt, ipſas, qua auctoritate poſſumus, mancipamus, ac tradimus, ut Abbas, qui cænobio huic præeſt, aut olim quandocumque præfuerit ſine omni noſtra, noſtrique alicuius ſucceſſoris moleſtatione ad indumenta, & cibaria Monachorum, eaſdem terras tam firmiter teneat, taliterque eis fruatur, qualiter bis, quæ antiquitus, ex quo ſanctus ille locus conditus eſt, ibidem tentæ, & inviolabiliter poſſeſſæ ſunt: ſcilicet ſicut per hoc decretum noſtrum, quod ſtabilimus, quod conſtituimus, apperimus, ac pandimus. Ita & per idem, quæ cauſæ, ut hoc conſtitueremus, extiterint, claudere, & occultare nequimus. Quis noſtræ captionis, quis noſtræ etiam ereptionis inſcius eſt, & neſciat, quod ab homine miſerabiliter captus & à Deo ſim mirabiliter liberatus? Quis ignarus eſt, nos ſuffragiis noſtrorum ſanctorum, & adminiculo fidelium noſtrorum una nocte hoſtiles cuneos evaſiſſe? Amnes quoque rapidos ſine læſione tranſmeaſſe? Tandem convinci, & à priore exaltatione deiici expectaremur, in eadem tamen uſque hodie permanemus. Traditus itaque cuſtodiæ, telis, mucronibus circumſpectus inter reliqua nocte, hoc ſpecialiter devovimus, ut ſi ſancti, ac Domini Salvatoris ope nos inde erui eveniret, ejus monaſterium in prædicto monte ſitum dignis muneribus augeremus: quod effectus, ut cunctis palam eſt, obt nuit . . . .

. . . . datum conſpicimus non modice delinqui, ſi quod impediti, & conſtricti promiſimus, expediti jam, & ſoluti pendere denegamus. Unde, licet æque beneficia non retribuimus, nec ingrati penitus maneamus: curticellas duas, quarum unam Clavenunciam, alteram ſancti Stephani . . . . cum perſegaris. & Solariolo, cum capellis, & caſis, cum vineis, & pratis, cum paſcuis, & ſylvis, campis, & rivis, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, & piſcationibus, ſive etiam cum utriuſque ſexus familiis, & conditionibus, videlicet ſervis, & ancillis, & cum omnibus maſſaritiis, & reliquis, quæ dici, vel nominari poſſunt ad eaſdem curticellas pertinentibus, & ſunt ipſæ curticellæ in comitatu Placentino, & infra Epiſcopatum Sanctæ Placentinæ Eccleſiæ una earum infra plebem ſancti Donati. Has curticellas cum omnibus pertinentiis ſuis, à ſolita conditione, ut diximus, ſequeſtramus, prædictoque eas monaſterio tam firmiter ad indumenta, & cibaria fratrum concedimus . . . . . . his addendo tempus, & otium præſtolantes. Verum poſt noſtri Salvatoris honorem, vel magis ad hanc largitionem nos ammonuit, & impluit noſter fideliſſimus Albizo, à cunabulis Monachus ſub patre, & regula recte nutritus, à nobis nuper nominati cœnobii Abbas effectus noſtris in omnibus juſſibus obſequens, qui genti ferociſſimæ ſe immiſcuit, & ut nos, ſicut Deo auxiliante contigit, liberaremur, capi, vinciri, fame, ſitique confici, & contumeliis affici pertulit, ac dilexit. Quapropter tam egregiæ fidelitatis memores, & ut cæteri proſenioribus ſuis ſubire pericula non formident, & illum multis aliis poſcentibus meritis, quibus præditus eſt, ad Abbatiæ dignitatem extulimus, & prænominatis curticellis monaſterium dictum, cui illum præfecimus auximus, maledicendo, & Apoſtolica auctoritate, quæ in nobis, quamvis indignis, vigere credenda eſt, illum anathematizando, qui unquam ullo tempore hoc noſtrum decretum iritare, & caſtigare conabitur, ſancto loco curticellas, quas nos ibi concedimus, occaſione, vi, vel fraude aliqua auferendo; ſi Salvator noſter ſibi obſequentes ſalvare, & reluctantes perdere, valet, illum, qui conſtitutionem infregerit perdat, cælum ei claudat, tartara ei aperiat, ubi illum cum Juda, ac reliquis impiis æternus ignis comburat; ut hoc prohibemus nemo præſumat: quod hic decrevimus inviolabiliter maneat, manu noſtra ſubſcripſimus, & corroboravimus.

Actum in caſtro Caſſano feliciter anno Dominicæ Incarnationis 1040. Domini Henrici Regis primo, noſtri autem Archiepiſcopatus 22. Indict. 8.

Ego Eribertus Dei gratia Archiepiſc. firmavi, & ſubſc.

Ego Ardericus Dei gratia Vercellen. Epiſc. laudavi, & ſubſc.

Ego Landulfus Abbas S. Ambroſii interfui, & ſubſc.

Et inſuper ad incrementum Sancti Dalmatii & ſui monaſterii Placentia noviter conſtructi, hæc omnia ſuperius nominata ſub confirmatione noſtra cedimus, & firmamus.

Sed neque hic abs re erit Ariberti teſtamentum referre, quod in ſuis monumentis typis evulgavit Puricellus. In eo enim inter alia ſcitu digniſſima, datur etiam intelligi quænam tunc temporibus præcipuè forent hujus urbis Eccleſiæ, nec non ſexus utriuſque monaſteria Conditum fuit anno 7. Cooradi Imperatoris, ac proinde anno ſalutis 1034. in hanc quidem ſententiam.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis. Chunradus, Dei gratia Imperator Auguſtus, anno Imperii ejus VII. menſe Martii, indictione II

Ego Aribertus Dei gratia S. Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, & filius bonæ memoriæ Gariardi, qui fuit de loco Antemniano. & vixit lege Longobardorum pauperibus dixi: Dum homo à Chriſto Jeſu conditus vivit in hoc ſeculo erit felix, ſi ponit diem exitus ſui ante oculos ſuos: & dum recte loqui poteſt. Sic ſemper eam cogitet, unde futuram mercedem accipiat, ut cum Dominus eum de hoc ſeculo vocari juſſerit, non de negligentiis judicetur, ſed de bona diſpoſitione ut pius gratuletur, & ideo ego qui ſupra Aribertus, Dei gratia Archiepiſcopus volo. & judico, ſeu per hanc paginam judicati, & ordinationis meæ confirmo, ut Caſtra, Capellæ, Caſæ, atque omnes res territoriæ illæ juris mei, quas habere viſus ſum in locis, & fundis, ubi dicitur foſſato alto Caſale S. Sebaſtiano S. Georgius, Vicopanzoniſo, Aicho, Gambroni, Cerredello, Pozalingo, Caſcinæ, Ronco de Gandina Sablone, Silva de Paulone, Vico Munari, Campo da Pello, Serta Longa, Vagarioli, Garfaniana, Miradolo, in S. Columbano, ſeu in horreo Senna, Vicopizolani, Roboreto, Cozemanno, Scardavaria, Vicocanino, Vicofranconi, Vico ſancti Petri Breconsgo, Camariago, Cavacurtæ: quæ ſunt omnes in Comitatu Laudenſe, ſeu in Habiate, qui dicitur Graſſo, & in Oglalo, ut in eorum Territoriis: quod ſunt rebus ipſis, tam infra Caſtris, quam & foris, ſedimina cum ædificiis, clauſuris, hortis, Broilis, campis, pratis, vineis, & ſylvis, caſtaneis, roboreis, ac ſtellariis, cum areis earum, paſcuis, gerbis, coltis, & incoltis, diviſis, & indiviſis, molendinis, & piſcationibus, uſibus aquarum, aquarumque ductibus, diſtrictis, & teloneis: omnia & in omnibus quantacumque de meo jure in prænominatis locis omnibus, ut ſuperius habetur, inventa fuerint, vel quod in antea in eis diebus vitæ meæ acquiſiturus fuero . . . . præſenti die, & hora poſt meum deceſſum deveniant in jus, & poteſtatem Eccleſiarum ſanctorum Ambroſii, ubi ejus ſanctum quieſcit corpus, Victoris, quæ vocatur ſimiliter ad corpus, Martini, Vincentii, Naboris, Simpliciani, Euſtorgii, Laurentii, Celſi, Nazarii, Stephani, Dionyſii, ſeu intus ab hac civitate ad Eccleſiam beatæ Dei Genitricis Mariæ, quæ dicitur Hyemalis & ſanctarum Teclæ, & Pelagiæ, quæ dicitur Æſtiva, & S. Georgii Chriſti Martyris: ſeu ad monaſteria puellarum omnia, quæ ſunt poſita intra hanc civitatem, quorum nomina vocan-

tur;

Digitized by Google

tur, monaſterio Majore, aliud Domini Salvatoris quod dicitur Vvidelindę, tertium quod dicitur, quartũ quod vocatur Datbei, quintum quod nominatur Lentaſii, Sextum quod vocatur Novo, ſeptimum quod appellatur de Gbiſone: & ordine, qualiter hic ſubter commemoratum legitur; ita ut faciant præsbyteri, diaconi, & ſubdiaconi Cardinales de ordine ſanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ de fruge, & cenſu, ſeu vino, & redditu, quæ ex prædictis Caſtris, Caſis, Capellis, atque omnibus rebus, territoriis annuè Dominus dederit, ad perſolvendam, omnique anno in die Veneris de ſecunda hebdomada Quadrageſimæ, in Presbytero S. Mediolanenſis Eccleſiæ. Ad Presbyteros, & Diaconos de ordine majore argentum denariorum bonorum in ſolidos triginta, & unum, ad Subdiaconos de ipſo ordine dent ſolidos duodecim, ad Notarios ſolidos quinque, ad Presbyteros Decumanorum ordine libras quatuor, & dimidiam, ad Lectores ſolidos quinque, ad Cuſtodes ſolidos quatuor, ad Veglones denarios quadraginta: ad Scriptanes majores & minores, quod ſunt Breves quinque, ſolidos quinquaginta: ad magiſtrum, qui ipſum Brevem detinet, denarios duodecim: Archipresbyter, & Archidiaconus, ſeu Primicerii Presbyterorum, & Lectorum, habeant in antea per unum denarios duodecim, pro animæ meæ mercede. In tertio vero die Veneris de tertia hebdomada Quadrageſimæ perſolvant jam dictos Cardinales in prædicto presbyterio ſimiliter omnique anno ad Archipresbyterum, & Archidiaconum, ſeu ad alios Presbyteros & Diaconos de ipſo ordine, libras duas denariorum. Archipresbyter, & Archidiaconus habeant in antea per unumquemque denarios duodecim: ad Subdiaconos de ipſo ordine ſolidos viginti, ad notarios ſolidos decem, ad Lectores ſolidos octo, ad Primicerium Lectorum denarios duodecim, ad Veglones ſolidos quinque, ad Cuſtodes ſolidos octo, ad Scriptanes majores, & minores quod ſunt Breves quinque, libras tres, & ſolidos quindecim, ad Magiſtrum, qui ipſos Breves tenet, ſolidum unum. Ad Presbyteros Decumanorum ordine dent libras novem denariorum. Primicerius eorum habeat in antea denarios duodecim. Ad Abbatem, & Monachos ipſius S. Ambroſii dent ſolidos triginta. Ad Abbatem, & Monachos ipſius S. Vincentii dent ſolidos viginti. Ad Abbatem, & Monachos ipſius S. Simpliciani ſolidos viginti. Ad Abbatem, & Monachos ipſius S. Celſi ſolidos viginti. Ad Abbatem, & Monachos de Monaſterio Ss. Confeſſorum Dionyſii, & Aurelii, quod ego noviter pro remedio animæ meæ ædificavi, ſolidos dent triginta. Ad Abbatiſſam, & Monachas de Monaſterio S. Dei Genitricis Mariæ, quod dicitur Majore, dent ſolidos decem. Ad Abbatiſſam, & Monachas de Monaſterio Domini Salvatoris, quod dicitur Vvidelindæ, ſolidos decem. Ad Abbatiſſam, & Monachas de Monaſterio, quod dicitur Lentaſii, ſimiliter ſolidos decem. Ad Abbatiſſam, & Monachas de Monaſterio, quod dicitur de Gbiſone, dent ſolidos decem. Ad Eccleſiam, quæ dicitur de Ronzone, quæ eſt condita in honore ſanctæ Trinitatis, ſolidos ſex denariorum. Et ipſi omnes Presbyteri cum Diaconibus, Subdiaconibus, Notarii de eodem ordine majore cum Cuſtodibus, & Lectoribus, ſeu Veglones, & cæteri Presbyteri Decumanorum ordine, qui ſuperius legitur, cum Abbatibus, & Monachis de prædictis Monaſteriis, & duæ Monachæ per unumquodque Monaſterium puellarum, quæ ſuperius leguntur, cum jam dictis ſcriptionibus, qui ſunt Breves quinque, veniant omnes inſimul in eodem die Veneris, de prædicta hebdomada Quadrageſimæ in prædicto Presbyterio ſanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ ad recipiendam prædictam benedictionem, ſicut ſuperius legitur, omnique anno, & ſtatim cum receptam habuerint, cum proceſſione omnes inſimul ambulare debent ibi, ubi ego corpus meum requieſcere deſidero, canendo, & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum deprecando: & ibi duos Pſalmos, & Cantica canant, pro mea, & bonæ memoriæ Domni Henrici Imperatoris, & quondam Gariardi, qui fuit genitor meus, & quondam Berliudæ quæ fuit genitrix mea, & Gariardi nepotis mei animabus mercede. Item volo, & judico, ut quantum exinde ſuperfuerint fruges, & cenſus, ſeu vinum, & reditus de prædictis omnibus Caſis, & rebus territoriis: quæ remanſerint ex prædicta benedictione ad perſolvendum, omnique anno per jam dictas conſtitutas ſicut ſuperius legitur; tunc jam dicti Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi Cardinales habeant ad reficiendum in Canonica ipſius ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, ſicut illorum ordo, & conſuetudo eſſe debet. Et qualiter inde fecerint, Deum omnipotentem habeant retributorem. Jam dicti verò Archipresbyter, & Archidiaconus, ſeu Primicerii Subdiaconorum, Notariorum, & Presbyterorum Decumanorum ordine, & Lectorum, atque Abbas ipſius Monaſterii S. Ambroſii, & Abbatiſſa de monaſterio s. Mariæ, quod dicitur Majore, jam dictis caſis, Caſtris, atque omnibus rebus, territoriis inveſtire debent ſine ſervitio in ipſis ordinariis; qui de jam dictis Caſis, Caſtris atque rebus territoriis curam peragere debent ad perficiendum hoc quod ſupra legitur, omnique anno. Et ſi in ſervitium tulerint; vel ſi in prædicta Canonica ipſi ordinarii non refecerint, ſicut ſupra legitur; illam maledictionem habeant quæ in centeſimo octavo Pſalmo legitur, & cum Juda traditore in æterna pœna participent. Itemque volo, & ſtatuo, ut nullus Presbyter, aut Diaconus, vel Subdiaconus de jam dicto ordine, ſeu Abbas, & Abbatiſſa de prædictis monaſteriis, & Presbyter Decumanorum de prædictis Eccleſiis, neque ullus Pontifex hujus ſanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopatus habeant licentiam de prædictis Caſis, & rebus territoriis, quod ſupra legitur, partem aut ſuper totis commutandi, nec libellum faciendi neque per ullum ingenium alicui in beneficium dandi, aut invadendi. Et ſi fecerint; vacuum, & inane permaneat; & illi, qui acceperint, ad proprium non habeant; cum Juda traditore in æterna pœna habeant portionem. Quia omnia ſic decrevit mea bona voluntas. Et ſi propter honorem Pontificatui meo mihi aliquid impetit de lege Romana; & nec me liceat amodo ullo tempore, nolle quod volui; ſed quod à me hic ſemel factum, vel conſcriptum eſt, ſub juſjurandum inviolabiliter conſervare promitto cum ſtipulatione ſubnexa. Actum iſta civitate Mediolanenſi. Unde quatuor chartulæ judicati uno tenore ſcriptæ ſunt.)

Ego Aribertus Dei gratia Archiepiſcopus à me facto ſubſcripſi.

Ardericus, Judex Domni Imp. rog. ſubſc.

Ardenatus Judex Domni Imp. rogat. ſubſ.

Silo Notarius rogatus ſubſcripſi.

Signatum manibus Ambroſii, & Vvalperti, patris, & filii: de iſta civitate Mediolani, lege viventes Romana teſtes.

Ego Vvaldo, qui & Lanzo notarius, & Judex ſacri Palatii, ſcriptor hujus Chartulæ ordinationis poſt tradita complevi, & dedi.

Alterum condidit teſtamentum anno 1045. menſe Decembri Modoetiæ, ubi gravi morbo urgebatur, in eum finem, ut animæ ſuæ ſuffragium quotannis à Monachis Ambroſianis impenderetur, pauloque poſt deceſſit 16. die Januarii, ut diximus. Habemus Galvaneum Flammam in manipulo florum de Ariberti morte ita loquentem.

Et confeſſione (inquit) *publica facta Euchariſtia quoque devote ſuſcepta, ploranti Clero ait: Nolite contriſtari; quia ad pedes Beati Ambroſii Patris mei aſcendo. Quo dicto, ſpiritum emiſit decima ſeptima die Februarii* (verius decima ſexta die Januarii) *& in Monaſterio ſancti Dionyſii, quod ipſe conſtruxerat, ſepelitur. Cujus corpus poſt decem menſes integrum, cum ſummo vigore Feralam dexteram portante, oculis apertis, ſecundum Datium, videntibus univerſis repertum fuit. Cujus Sepulchrum à quatuor partibus ferro, & plumbo ſigillatum eſt.*

Epitaphium Heriberti in Tabula marmorea parieti inſita ſupra ſepulchrum in ipſo ingreſſu Eccleſiæ S. Dionyſii per Portam maximam in dextro latere

tere tale eſt, Romanis characteribus inſculptum.

Hic jacet pulvis, cui quendam claruit orbis.
Tunc Herbertus eram, nimioque decore vigebam,
Officio placidi fungebar Præſulis Archi:
Nunc tumulor ſervus ſervorum, Chriſte, tuorum.
Pro meritis horum, tibi digne complacitorum,
Sanguine, quæſo, tuo mihi tu miſerere redempte.
Huc veniens Lector, ſibi dic: ignoſce Redemptor:
Et vivens vita requieſcat ſemper in ipſa.

Obiit anno Dominicæ incarnationis 1045. 17. *die menſ. Januarii, indictione* 13.

Heriberti res pie, clareque geſtas recenſuit Joannes Antonius Caſtellioneus antiquitatum Baſilicæ

A Vincentianæ p. p. Faſciculo 6. tanquam de Templo Vincentiano benemeritus pater, ob auctam Templi gloriam, & ſplendorem illatis in illud Theſauris SS. Martyrum Quirini Epiſc. aliorumque ſanctorum. Effigies ejuſdem Heriberti parva, & antiqua ex ære ducta, ad pedes poſita Imaginis Salvatoris Cruci affixi inter utriuſque pedis Clavos; quæque in ejuſdem Templi Cœnobio viſitur, eſt hujuſmodi; en illa è Caſtellione fideliſſime reſcalpta, ut qualis olim Archiepiſcopalium veſtium forma, qualis Heriberti effigies fuerit, prudens Lector advertat.



LXXI 74. VIDO Valvaſorius de Velate, Heriberto ſucceſſit anno poſtquam exceſſiſſet è vivis, qui fuit 1046. ſiquidem cum populus Mediolanenſis quatuor presbyteros propoſuiſſet eligendos, qui in Metropoli divinum opus urgebant; parſque nobilitatis hunc Valvaſorium proponeret; Vido omnem litem pecunia abrupit: oblato enim pretio, ab Henrico Imperatore in Mediolanenſem ſedem intruditur eodem anno. De ipſo ſic ſcribit Galvaneus Flamma in manipulo florum cap. 150. *Hunc populares invite receperunt; tum quia non erat de numero illorum quatuor, qui rite fuerant electi, tum quia in favorem nobilium dari viſus eſt. Unde cum primam miſſam in Pontificalibus in Eccleſia majori celebraret, ab univerſo Clero, & Populo juxta altare ſolus relinquitur, & tamquam ſimoniacus ante Leonis Papæ præſentiam citatur. Qui comparuit, & facta defenſione ſua excuſatus, per ſententiam Papæ, quod eſſet verus Archiepiſcopus, declaratur. Redit Vido ad ſuam ſedem cum gloria magna.* Fuiſſe vero vel electum, vel intruſum in Mediolanenſi Eccleſia Vidonem anno 1046. indicat publicum Documentum cujuſdam Tadelberti anno 1053. Vidonis octavo, quo quidem ejuſdem Tadelberti pia liberalitate nonnullæ domus agrique Monaſterio S. Ambroſii elargiti ſunt, ut majori celebritate ſolemnitas Exaltationis Crucis die 14. Septemb. celebraretur in Mediolanenſi Eccleſia. Documenti exemplar edidit Puricellus in ſæpe citato libro Ambroſianæ Baſilicæ: quod hic etiam mutilum ut ipſe tradit, exſcribere non piguit, cum ſit valde dignum, & ad Eccleſiaſticam hujus Eccleſiæ hiſtoriam faciat.

Ab anno [illegible] ad 1071.

Dum in Dei nomine, Civitate Mediolani in ſacrario Eccleſiæ ſanctæ Dei Genitricis Mariæ . . . . Hyemalis congregaverunt ſe Domini Ordinarii ejuſdem ſanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ, Presbyteri, Diacones, Subdiacones, Notarii, Lectores cum Primiceriis . . . . Magiſtri ſcholarum, ſeu Cuſtodes . . . . . & Presbyteri de ordine Decumanorum ſanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ. nec non & Dominus Landulfus Venerabilis Abbas Monaſterii Beatiſſimi Confeſſoris Chriſti Ambroſii, quod eſt . . . . . . ubi ejus ſanctum corpus una cum ſanctorum martyrum Protaſii, & Gervaſii corporibus requieſcit, ſimulque cum Monachis ſuis, ſeu & reliquis Abbatibus, ac cæteris . . . . . Populo . . . . . majores, & minores cœperunt ſe accuſare de negligentia: dicentes quod filii hominum in die judicii . . . . . . à Domino ſint judicandi . . . . auxiliante Deo. Propterea conſtituerunt celebrare ſolemnitatem Exaltationis ſanctæ Crucis, quæ in omnibus aliis Chriſtianorum cum magno ſtudio, & vigilantia celebratur locis, ita ut omni, & quocumque anno perpetuis temporibus in Vigiliis ejus finiant Pſalterium per ordinem cum ſtudio & vigilantia ipſius Ordinarii, eorumque

D *ſucceſſores in eadem Eccleſia ſanctæ Dei Genitricis Mariæ . . . . Veſperum, ac in eadem ſolemnitate communiter accedant ad idem venera . . . . rium & ante ejus altare inchoent pſalle . . . . ſtudio . . . . & Canonicis divinis per portam Ticinenſem uſque ad eandem Eccleſiam majorem . . . . . . glorioſæ Genitricis Mariæ & ibi ſolemne officium cum magno ſtudio celebrent. Similiter . . . . iidem Domini, & venerabilis ſancti Ambroſii una cum Monachis ſuis ejuſque ſucceſſoribus annualiter uſque in perpetuum in eadem Eccleſia ſancti Ambroſii in vigiliis ejuſdem ſolemnitatis conſtituerunt finire Pſalterium: & ut Ordinarii in Eccleſia majore, ita ipſi in Monaſterio integrum altera die adimplere Officium. Hæc omnia conſtituerunt firmiſſime tenere, & obſervare uſque in ſempiternum pro remedio cunctorum fidelium Chriſtianorum ani-*

ma-

marum. Quapropter ego Tadelbertus, qui & Tado Notarius de iſta Civitate Mediolani habitan. . . . . qui profeſſus ſum lege Longobardorum vivere: do & offero. . . . judico & ordino, atque habendum confirmo eidem ſancto ac venerabili monaſterio ſancti Ambroſii, non propter vanam hujus mundi gloriam, ſed propter divinam pietatis miſericordiam, caſas & res territorias illas juris mei rejacentes in locis, & fundis Comaleto, Palatiolo, Minate, vel in eorum territoriis, quantacumque mihi pertinent per hereditatem, & ſucceſſionem ſupradicti genitoris, & genitricis meæ, vel quovis ingenio acquiſita ſunt: nominative ſedimina cum areis eorum, clauſuris, campis, pratis, paſcuis, vineis, ſilvis, caſtaneis, & ſcallareis, cum aricis earum omnia & ex omnibus, quantacumque de meo jure in prædictis locis . . . . cum ſuperioribus, & inferioribus, ſeu cum finibus, & acceſſionibus earum rerum in integrum; ut à præſenti die & hora Abbas & Monachi, eorumque ſucceſſores, habeant & teneant in eorum regimine, & poteſtate ad uſu fruendum, & ordinandum ſicut hic ſubter declaravere. Ita ut ipſe Abbas, ejuſque ſucceſſores, vel eorum miſſi perpetuis temporibus in omni feſtivitate ejuſdem Exaltationis ſanctæ Crucis faciat exinde feſtum propter vigilias ejuſdem ſolemnitatis Hebdomadarii ipſius majoris ordinis: Presbytero denarios ſedecim, Diacono ſimiliter, Subdiacono duodecim, Primicerio lectorum octo: Magiſtro ſcholarum ſimiliter, Lectoribus denarios duodecim, Primicerio Notariorum denarios ſex: uni notario quatuor, propter Reſponſum, quod cantet ad Pſalmos, & uni Lectori ſimiliter, propter aliud Reſponſum. Pro ſolemnitate vero ipſa Presbytero denarios duodecim, Diacono ſimiliter, Subdiacono denarios octo, Primicerio Lectorum ſex, Magiſtro ſcholarum ſex, uni Lectori quatuor, alteri ſimiliter. Ei vero qui cantat Pſalmellum denarios duos, aliis parvulis clericis cantantibus in choro panem, & vinum ſecundam conſuetudinem aliarum feſtivitatum. Cuſtodibus ejuſdem majoris Eccleſiæ, propter eandem vigiliam, & ſolemnitatem, denarios ſexdecim: & pro Cruce aurea portanda denarios quatuor, pro vino ad officium denarios duos, propter candelas de Crucibus, Cuſtodibus, & ſenibus denarios duos, & item ſenibus eiſdem denarios duodecim; in profeſto ad Veſperum fructus, & vinum ſecundum conſuetudinem aliarum Feſtivitatum. In ſolemnitate vero panes coronatos & vinum ſimiliter ſecundum eandem conſuetudinem. Archiepiſcopo . . . . ſolidos denariorum . . . . piſcibus ad reficiendum Abbati cum Monachis charitative in Refectorio cum aliis pulmentis honorabiliter ad ſufficientiam. Et quicquid ſuperfuerit de frugibus & . . . . ſeu vino, & reddito, quod inde annui Dominus dederit, faciant Monachi illi, qui nunc & pro tempore in perpetuum ibi ordinati fuerint ad eorum victum, & indumentum, ſecundum quod melius providerint. Et hoc volo & ſtatuo, atque inviolabiliter judico: ut ullus Abbas ejuſdem monaſterii non habeat licentiam vel poteſtatem per aliquod ingenium jam dictas caſas & res territorias, quas ego ſupra obtuli & dedi, ſeu judicavi, alicui dare vel commutare, ſeu libellare, vel venundare, aut in beneficium dare, ſive per pignus infiduciare, aut ullam traditionem vel invaſionem facere; ſed ſemper in eodem Monaſterio permaneat dominium, ad hoc opus perficiendum. Si autem Abbas ejuſdem monaſterii, vel ejus ſucceſſor, aliter fecerit: & omnia hæc, quæ ſupra leguntur, non adimpleverit; ſit anathema maranatha, cum Juda proditore damnatus; & à Paſtore qui tunc temporis fuerit, in hoc præſenti ſæculo ut ſacrilegus judicetur, & inſuper jam dictæ caſæ, & res territoriæ, omnia in integrum deveniant in jus & poteſtatem ipſorum Presbyterorum, Diaconorum, ſubdiaconorum, Primicerii Notariorum, ſeu Lectorum, Cuſtodum; & tamdiu maneant in poteſtate eorum, quouſque venerit Abbas eidem monaſterio, qui hanc meam offertionem, & hoc meum judicatum, quod ſupra diſtribui juſte, &

A *digne adimpleverit. Quæ omnia pro anima mea & genitoris mei, ſeu genitricis meæ, ſeu cunctorum parentum meorum, atque omnium fidelium Chriſtianorum animarum ſtatui. Quia ſic decrevit mea bona voluntas. Unde tria ſcripta in uno tenore ſunt facta; & unum in Secretario ejuſdem ſanctæ Mariæ habeatur ad memoriam, & ſecuritatem retinendam; aliud in Monaſterio S. Ambroſii, tertium in mea poteſtate; & poſt meum deceſſum ſit in poteſtate Othonis filii bonæ memoriæ Arderici, & Abiatici Lanfranci, quoniam ex parentela ejus ſum; & permaneat in ſuis filiis vel ejus progenie; ita ut ſemper habeant providentiam & ſtudium de hac mea ordinatione obſervanda. Unde poſt obitum quidem meum in ipſa ſolemnitate charitative cum ipſis monachis, & Abbate ipſe Otho, vel ejus hæredes commedant in Refectorio: ac inſuper Deum omnipotentem habeant retributorem, & in Cælis remuneratorem per perfectam charitatem. Factum eſt hoc ut ſupra, in iſto ſecretario, anno ab in-*
B *carnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo quinquageſimo tertio, anno vero Imperii Domni ſecundi Henrici Imperatoris ſeptimo, anno octavo Epiſcopatus Domini Vvidonis, quinto die menſis Septembris, ingrediente indictione ſeptima.*

† *Ego qui ſupra Tadelbertus, qui & Tado Notarius ſacri Palatii à me facta & dataſſ.*

† *Ego Vvido Dei gratia Archiepiſcopus laudavi & ſubſcripſi.*

† *Ego Adelmannus Archipresbyter laudavi & ſſ.*

† *Ego Vvibertus in Dei nomine Archidiaconus laudavi & ſubſcr.*

† *Landulfus, Presbyter, laudavi & ſubſc.*

Ardericus, Judex Domini Imperatoris rogatus ſubſcr.

Richardus, Judex, rogatus ſubſc.

Ambroſius, Judex ſacri Palatii rogatus ſubſc.

Otho, rogatus ſubſc

Mediolanus, qui & Otho, Judex ſacri Palatii, rogatus ſubſc.

C *Ego in Dei nomine Nazarius, Judex ſacri Palatii rogatus interfui & ſubſc.*

Ego Rambertus, rogatus ſubſc.

Signum . . . Tabellionatus Vvidoni de Landriano, & Adelberti germanorum, ſeu Rogerii & Arderici item germanorum, atque Dumini, qui & Gezo & Anpiandi patris & filii, ſeu Emerici & Johannis, patris, & filii, atque item Johannis de iſta civitate: Teſtes.

Johannes Notarius & Judex ſacri Palatii ſcripſi, & poſt tradidi, complevi, & dedi.

Verum Vvido ſui Præſulatus initio Romano Concilio interfuit ſub Clemente II. celebrato, ac Vercellenſi juſſu Leonis IX. anno 1050. contra Beringarium. Sed cum ipſe Vvido cum cæteris ſuis Mediolanenſibus Clericis ſimoniaca labe, ac Nicolaitarum ſecta laboraret, ſatis turbulenta orta tunc erat inter Clerum & populum ſeditio, ad quam diluendam Nicolaus II. Papa Mediolanum Legatos deſtinavit Petrum Damianum Oſtienſem & Anſel-
D mum Lucenſem Epiſcopos, duo tunc ſorte Eccleſiæ luminaria. His adjutricem manum appoſuit vir ſanctus Arialdus Monachus Vallumbroſanus S. Joannis Gualberti Alumnus, qui miro ardore contra ſimoniacos Clericos, Nicolaitarumque ſectatores jampridem ſuam prædicationem inſtituerat. Re inde peracta, ſolemniter tunc coram Clero & populo Vido Archiepiſcopus, & Clerus ipſe ſimoniam ac Nicolaitarum hæreſim abjuravit, ſubſcripſeruntque juramento ab ipſis recitato, juraruntque in Legatorum manibus perpetuo ab ipſis illibata obſervanda. Legationis ſeriem Actaque ſcripſit idem Petrus Damianus in Epiſtola ad Ildebrandum Cardinalem Archidiaconum, ille idem, qui Gregorius VII. fuit, recitatque Baronius ad annum 1059. Itaque Vvido cum veniam petiiſſet, in gratiam & communionem Romanæ Eccleſiæ una cum Clero Mediolanenſi receptus eſt. Ad quem extat ejuſdem Petri Damiani epiſtola poſt ſuum reditum ad Ur-

bem,

bem, percuſſus aculeo conſcientiæ, quod à Vvidone ipſo allatas acceperit binas ſtolas, licet illata ab aliis diverſis diverſa munera rejeciſſet. Eodem anno quod hæc Mediolani peracta fuerant, Romæ Nicolaus Pontifex coegit Concilium, ad quod acceſſiſſe Vvidonem Archiepiſcopum, eidemque primo loco pro dignitate ſubſcripſiſſe legimus in actis ejuſdem, quæ in Bibliotheca Vaticana M. S. aſſervantur, ſediſſe vero in eodem in dextera Pontificis ante omnes alios Prælatos ſcribit Galvaneus. Cæterum Vvido munus illud divinum, quod malis artibus coemerat, factus pœnitens, & inde ad vomitum reverſus peſſimis conſiliis deinceps exercuit, everſaque Eccleſiaſtica diſciplina, bonos Eccleſiaſticos, qui illum ſimoniacum (tunc per Pontificis litteras excommunicatus erat) palam deprædicabant, maximis ærumnis excepit; ita ut B. Arialdus, ſub Vvidonis ſatellitibus illuſtrem inde retulerit palmam martyrii anno 1066. Rem ex Baronio hic exſcribam. *Sed convertamus*, inquit, *orationem ad miſerandum ſtatum Mediolanenſis Eccleſiæ ſub Guidone reprobo in deterius Archiepiſcopo laborantis: hic enim ad vomitum redeuntis canis inſtar, reverſus eſt turpius ad peccata illa omnia, quæ ſub Petro Damiano Oſticaſi Epiſcopo Apoſtolicæ ſedis Legato, publicis editis ſcriptis fuerat deteſtatus, & pro illis diluendis iniunctam ab eo ſuſceperat pœnitentiam: nam adverſus Clericos illos, qui in fide conſtantes forteſque perſtarent, perſecutionem duriſſimam excitavit, adeo ut nec ſe à ſanguine temperaret viri ſanctiſſimi Arialdi ejuſdem Eccleſiæ Clerici, qui (ut ſuperius dictum eſt) diu multumque pro cuſtodia ſacrarum legum adverſus ſimoniacos, & Nicolaitas indefeſſo ſtudio laboravit. Sic loco portenti habitum, ut qui in cathedra ſederet Ambroſii, nece afficeret eos, quos ſciret ſervare, quæ ſervaret, & ſervanda prædicaſſet Ambroſius. Hoc igitur anno 1066. V. Kalendas Julii, martyrio idem coronatus eſt S. Arialdus opera ipſius Guidonis pſuedo epiſcopi Mediolanenſis Eccleſiæ. Erat Arialdus vir nobilitate inſignis, utpote germanus cujuſdam Marchionis, ut ejus vitæ acta docent, natus in villa inter Mediolanum atque Comum poſita, cui nomen Cailacum. Cujus res præclare geſtas ſcripſit Syrus presbyter, qui licet nomen ſuum tacuerit, Andreas tamen monachus Vallis Umbroſæ, quam antiquitus ſcriptam accepimus à Domino Conſtantino Cajetano monacho Caſſinenſi, qui in hujuſmodi antiquitatibus in lucem vindicandis laborat. Arialdus igitur inſignis pietate vir commiſeratus ſtatum Mediolanenſis Eccleſiæ, quam dira perſecutio ſchiſmaticorum Henricianorum, & Simoniacorum, atque Nicolaitarum vexabat, Mediolanum ſe contulit anno redemptionis 1056. ſub Victore Papa II. ibique per decennium uſque, ſcilicet ad præſentem annum in eadem functione jugiter perſeverans inprimis adverſus Guidonem ſchiſmaticum Archiepiſcopum prævaricatorem conſtantiſſime ſtetit. At vero qui lupus in grege non paſtor erat, eundem ipſum Arialdum, quem jugiter patiebatur monitorem, & reprehenſorem infeſtum, dira jugiter uſque ad necem perſecutione vexavit: quem tandem proditione captum, & per ſuos ad inacceſſas ſolitudines trans lacum majorem poſitas ductum (ne populus commoveretur) necandum curavit. Hic ipſe Arialdus, quem in actis Mediolanenſibus de legatione Petri Damiani ſuperius recitatis Diaconum ejuſdem Eccleſiæ Catholicam profeſſionem edentem audiſtis. Hic ipſe, qui ſedis Apoſtolicæ auctoritate cum Landulpho nobili Mediolanenſi primum, inde cum ejus germano Herlembardo milite in hunc uſque diem adverſus eoſdem Nicolaitas atque ſimoniacos plurimum laboravit. Sed quomodo ubi proditione captus eſt juſſu Guidonis, & trans lacus ductus ad necem, ibi crudeliſſime à duobus clericis miſſis ab Archiepiſcopi nepte, altera Jezabele, ne ab illis, qui captum duxerant illuc, Arialdus occultaretur, & ſic à nece ſubtractus vivere ſineretur, fuerit interfectus ſic accipe: Ubi duo illi Clerici illuc navigio perveniſſent, egreſſi de nave dicunt ad eos qui duxerunt: Ubi eſt Arialdus. Qui reſpondere dicentes: mortuus eſt. At illi nobis inquiunt à nepte Archiepiſcopi juſſum eſt videre illum ſive vivum, ſive mortuum. Et aſpicientes videre illum eminus vinctum ſedentem ſuper ſaxum. In quem ſic nonti irruunt, quomodo leonum catuli ſuper prædā famelici. Evaginatis igitur gladiis ipſius unus unam, alter vero auriculam arripuit alteram dicentes: Dic furcifer, ſi dominus noſter vere eſt Archiepiſcopus? Qui reſpondit, non eſt, nec fuit unquam, quia opus Archiepiſcopi in ipſo non eſt, nec fuit unquam. Etenim per ſimoniam ingreſſus, ſimonia ſacra diſtrahere non ceſſabat, ſæpeque relapſus, eluſiſſet jam ſæpe Romanam Eccleſiam, pergit. Tunc immites utramque amputant aurem. At ille oculis in cœlum elevatis ait: Gratias tibi ago Chriſte, quia hodie inter tuos Martyres me dignatus es connumerare. Interrogatus denique iterum ſi Guido vere eſſet Archiepiſcopus? qui ſolitam animi conſtantiam tenens ait: Non eſt. Quapropter naſus ipſius protinus cum labio ſuperiore eſt abſciſſus: deinde ambo oculi ſunt effoſſi. Poſtea vero dexteram detruncant manum, dicentes: Hæc eſt quæ faciebat epiſtolas Romam directas. Dehinc radicitus membrum amputant genitale, dicentes: prædicator caſtitatis hactenus fuiſti, & hinc tu caſtus eris. Poſtea vero ſub gutture linguam extrahunt dicentes: Modo ſileat, quæ clericorum familiam conturbavit, & diſperſit. Et ſic illa ſancta anima carne eſt ſoluta &c. Porro Syrus presbyter auctor ejus vitæ, qui prope erat, cuncta de Chriſti martyre quam exactiſſime perveſtigans, cuncta quæ ſcripſit, ſatis ſuperque habuit explorata. Qui poſt hæc narrare pergit de luminaribus cœlitus miſſis, qui corpus ejus occultatum iterum patefacereat; ſed quomodo ita ſæpe detectum in profundiorem lacus voraginem demiſſum, atque tandem poſt decem menſes ad ripam erectum, adhuc integrum inventum fuerit, ac denique armis vindicatum per Herlembaldum Ducem, Mediolanum deductum, deque aliis ſignis ejus, qua potiretur in cœlo gloria indicibus, prolixiorem narrationem texit, quam nos brevitatis cauſa dimittimus. Sic igitur poſt ſacras leges toties repetitas adverſus nefandos Nicolaitas, & ſimoniacos, ſanctorum virorum præconio pervulgatas, poſt tot tantoſque labores ab Apoſtolicis viris adverſus ejuſmodi hæreſes exantlatos, voluit Deus etiam ſanguine tanti martyris conſignari traditam antiquam Eccleſiæ diſciplinam & aſſerta communi conſenſu Eccleſiæ ſacra dogmata; profligari vero errores, qui diu multumque denſa ſegete in agro Eccleſiæ excreviſſent. At non hoc datum Landulpho nobili Mediolanenſi, & in prædicatione collegæ, ut martyrium conſummaret, licet multa paſſus, ſæpeque percuſſus, cum immiſſus ad eum occideadum ſicarius gladio venenato orantis ante altare collum vulnere appetiſſet: nam illæſus permanſit, & cœpto operi ad obitum uſque inſtitit conſtantiſſime, in cujus locum ſuffectus ſucceſſit ejus germanus Herlembaldus Dux. qui ſuo quidem germano felicior ſanguine meruit eidem veritati teſtis accedere. Sed de eo ſuo loco dicendum erit.* Hactenus Baronius de Arialdo, ſociiſque ejus. Sanctus hic martyr Arialdus Mediolanum per Herlembaldum relatum apud S. Celſum tumulatus quievit ad annum Chriſti 1096. quo per Anſelmum Archiepiſcopum, nominis hujus IV. tranſlatus inde fuit ad S. Dionyſii Eccleſiam, ut olim Cenotaphium ad ejus tumulum poſitum proloquebatur, quod poſteritati perennavit Galvaneus cap. 247.

Hoc Mauſoleo reverenter condita digno
His diviais cauſis Arialdus paſſus ab ipſis
Martyr in Eccleſia Levita reconditur iſta;
Tranſtulit Anſelmus Paſtor venerabile corpus
Sanctos Theſauros venerabile per omnia caros
Hos pugiles Chriſti gens inclyta Mediolani;
De cujus ſancti ſunt iſti ſanguine nati.

Ibidem hæc alia legebatur inſcriptio in pavimento.


Martyr & Levita jacet hic Arialdus in urna,
Truncatus moritur, ſed Martyr Domini numeratur.

Itaque Vvido per nefandum hoc facinus cum

Dei,

Dei, hominumque odium propemodum evaſiſſet, ipſe ſe Epiſcopali dignitate ſpoliavit, Henricoque Imp. à quo illam acceperat, integram reliquit, cuicumque voluiſſet illam attribuendi anno 1068. (1) ab eaque dignitatis abdicatione, quinque annos ſuperſtes fuit, deceſſitque anno 1072. 10. Kal. Decembris, poſtquam civitas Mediolani miſero incendio conflagraſset. [*Jam enim* (ita Arnulphus in Chronic.) *migraverat è ſæculo Archiepiſcopus ille Vvido ſepultus in loco, qui vocatur vulgo Burgali, ubi poſt Urbis incendium in amaritudine animæ diem clauſit extremum* Et Chalcus in hiſt. *Inter hæc Guido Velates, Cœnobio Celſiano dimiſſas, evaſerat ad Tranſpadanos Populos; & non procul Derthona defunctus Bergoglii, ad Tanaram amnem ſito oppido, ſepultus, anno ſexto, & vigeſimo, ex quo Mediolanenſi præfuit Eccleſiæ*. Porro de incendio illo memorabili, quod vulgo vocitatum fuit, Ignis de Caſtellionio, eo quod Herlembaldus (ſunt verba Puricelli) Cotta, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Vexillifer, Gothifredum ſedis illius Archiepiſcopalis invaſorem in Oppido gentilitio Caſtellioneo tunc temporis incluſum obſideret, Chalcus, Sigonius ſcripſere, quo plures ſanctorum crematæ ſunt Baſilicæ in Urbe, & extra, inter quas ſacra S.Laurentii martyris ædes. Contigiſse hoc urbis incendium anno 1071. expreſse narrat Arnulphus, de alio forte majori incendio loquens, quod anno 1075. juſto Dei judicio pene totum Mediolanum abſumpſit. [*Anno*, ait, *humanitatis Dominicæ 75. indictione 13. tranſactis quatuor à memorato ſuperiori incendio annis, propinquante ſanctiſſimo Paſchæ feſto, ſecunda videlicet Hebdomada Authenticæ, feria miſeranda iterum civitas divinam perſenſit iracundiam: experta quam ſit horrendum incidere in manus Dei viventis. Celebratis itaque Miſſarum ſolemniis, urgente jam Sole, in urbe apparuit media denſæ fumus caliginis, flante ventorum violentia nimia per aerem volitans: quem ſequebatur vapor flammivomus inter cœlum & terram univerſa conſumens. Siquidem plures velut fulmina faces ab illo maximo & inextinguibili erumpentes igneo globo, totam ſubito micuerunt per urbem; ut quod civitatis reſiduum jam dictum illud evaſerat incendium, totum pene flammis adureretur præſentibus ſolo tenus conquaſſatum. Nec tamen ex toto illis ardor iſte pepercit ædibus, quæ prius incenſæ multis jam fuerant reparatæ ſudoribus. Quid enim dici valet ulterius? quam, quod ignis hic inſtar fuit per omnia ſuperioris alterius: hoc tamen crudelior, quod multo plures ac majores combuſſit Eccleſias. Illam ſcilicet Æſtivam ac mirabilem S. virginis Theclæ, Beati quoque Nazarii, nec non Prothomartyris Stephani, cæteraſque complures: quorum parietinæ annis apparebunt, ut reor, plus mille. Inter quas aliarum mater, ſanctæ Dei Genitricis Hyemalis baſilica (o dolor iterumque dolor!) exuri permittitur, collapſis funditus parietibus. Cujus ſacroſanctum Altare non apparet, quantum fuerit, aut quale: laminæ vero aureæ liquefactæ ſunt nimio præ chaſmate: ſed mille talenta auri librarum damno nequeunt comparari. Hanc quidem peccata noſtra merentur ærumnam; quoniam Sancti Spiritus offendimus in noſtro ſcelle Columbam*.] Hæc Arnulphus. De hoc ſecundo incendio, deque maxima æde vetus legebatur inſcriptio.

Flamma vorax priſci conſumpſit culmina Templi,
Quod ſpecie formæ nulli cedebat in Orbe;
Temporibus multis fuerat decus iſtius urbis.
Omne manufactum recipit poſt tempore caſum.
Corruit omnino. Collapſum ſurgit ab imo,
Sed primi cultum nequit æquiparare ſecundum.
Plebs ſpectando time. Peccatum cauſa ruinæ.
Te prius ædifices: tunc materiale reformes.
Sic Templum Domini; placet illa fabrica Templi
Anno Dominicæ Incarnationis 1075. Indictione 13
ter Kalendas Aprilis feria II.



75. GOTHIFREDUS Caſtillioneus Mediolanenſis Ordinarius, Guidone ſuperſtite, atque apud Cęſarem favente, adeo palam, impudenterque Mediolanenſem ſedem ab imperatore Henrico coemerat, ut eum favore anteceſſoris ſe intrudere vellet in illam, coactus ſit perſpicue ſimoniacus fugam inire anno 1073. (2) Heremberto Cotta tunc viro clariſſimo contra ipſum caſtra movente, quem diu in proprio Caſtillioneo oppido incluſum obſederat, & tanquam Mediolanenſis Eccleſiæ invaſorem, & à Pontifice maximo ſacris innodatum, jamque repudiatum à Mediolanenſi Catholico populo, oppugnaverat. Tametſi deinde Longobardi quidam Proceres apud Novariam coacti, accepto Cæſareo reſcripto ad favorem Gothifredi, ipſum Archiepiſcopali dignitate reſtituiſſent ac conſecrari feciſſent, tamen ab Apoſtolica ſede iterum ille repudiatus, inter legitimos Mediolanenſes Archipræſules, graves ſcriptores haud arbitrantur numerandum. Is tamen exul oberrans, in ſua pertinacia mortuus eſt.

76. ATHO Clericus Ambroſiani Collegii eximiæ expectationis juvenis, cum Vido ceſſiſset, ac Gothifredus fugiſset, ad ſedem Mediolanenſem pervenit Alexandro II. Pontifice electionem approbante (3) Cæterum cum ſolemni ritu poſſeſſionem iniret, populuſque Mediolanenſis impetum feciſset, ut raperet noviter electum conjiciendum in carcerem, Atho, cum ſe munere abdicare cogitaret, feliciter Romam profugit; ubi iterum cum ejus electio probaretur, quod efficiendum curaverat Ildebrandus Cardinalis, idemque cum Petri evaſiſset ad ſedem ſub nomine VII. Gregorii, illam mordicus pergeret ſuſtentare, tanta rerum perturbatio ſecuta eſt, ut divina æque ac humana ſurſum ſeorſum, ferri viderentur. Tres enim eodem tempore in ſedem illam ſe intrudere conabantur, cujus demum fœdiſſimæ concertationis victoria, Theobaldo ab Henrico Imperatore intruſo, memoratur ſtetiſſe. Quæ perturbatio rerum duravit uſque ad annum 1065, reſeditque tempore Urbani

LXXII.

Ab an. 1071.

(1) Guido ex Catalogo *ſedit an. 26. obiit X. Kal. Septemb. ſepultus eſt in Burgulio*. Nota ex Arnulpho ejus temporis hiſtorico, quod licet Guido Epiſcopali dignitati renuntiaſſet in favorem Gothofredi, idque ab an. 1068. ut vult Ughellus, reſumpto tamen titulo, deluſum ſe queſtus, ipſum retinuerit uſque ad mortem, quam obiit poſt urbis incendium: quod incendium an. 1071. acciderat, primo quadrageſimæ ſabbato, idest die 16. Februarii. Hoc autem ipſo anno, 23. Auguſti, mortuum Guidonem, ex prædicto Arnulfo colligitur, narrante, quomodo ſequenti mox anno in die Epiphaniæ, ſtudio Erlembaldi Eccleſiæ defenſoris, electus ſit Attho contra Gothofredum, quem Henricus Imperator, vivente, ut dictum, adhuc Guidone, nominarat Archiepiſcopum, quemque idem Imperator, mortuo Guidone, juſſerat ſacrilegè à ſuffraganeis Epiſcopis ordinari. Porro à die 23. Auguſti anni 1071. retrogradiendo per an. 26. integros, veniretur quidem ad Auguſtum anni 1045. ſed annos illos non ſumendos eſſe integros, & ſaltem poſt 5. Septemb. inchoandos probatur ex inſtrumento apud Ughellum, quod datum legitur an. ab Incarn. 1045. Henrici Imp. 7. anno 2. Epiſcopatus Vuidonis, quinto die menſ. Septemb. ingrediente indict. 7. Ut tamen quam minimum poſſumus detrahamus de an. 26. plenitudini, dicatur annus Guidonis octavus tunc in exitu fuiſſe, & ipſe 8. Septemb. feſto Nativitatis Virginæ, eodemque Dominico ordinatus, poſtquam ſedes vacaſset menſ. 8. dies XI. *Papebrochius*.

(2) Mortuo Guidone Gothofredus ſacrilege ordinatus non auget numerum Epiſcoporum, quia ordinationem ejus non ſolum irritam declaravit Romanus Pontifex, ſed ipſe Imperator Henricus pro nulla eam habens, aliam denique nihilominus ſacrilegè ſubſtitui fecit, contra Athonem canonicè electum, & à ſede Apoſtolica ſæpius approbatum. Unde ab Auctore Catalogi prætermittitur. *Papebrochius*.

(3) Hic Atho quoque ab Auctore Catalogi prætermittitur, licet canonice electus, nunquam tamen ordinatus. A Guidone autem ad Tedaldum habetur intervallum annorum IV. menſ. V. & dierum XII. *Papebrochius*.

baoi II. ex cujus præſentia Romanæ ſedis cœpit venerari imperium & faſces timere,

Ab anno 1076. ad 1085.

77. THEOBALDUM, ſive Theoldum Caſtillionæum Henricus impius Imperator in Mediolanenſem ſedem intruſit aono 1075. contra Gothiſredum, atque Athonem. Hic Henrico ſuit unice charus, io cujus gratiam Gregorii VII. Papæ partes ſemper inſectatus eſt, Gibertinæ ſectæ fautor eximius. Itaque à communione fidelium exors vitam traduxit, per ipſos octo annos Mediolanenſem ſedem invaſit, contraque Romanam Eccleſiam pertinax exceſſit è vivis circa Verbani latebras, Arone, quod nobile eſt Emporium, ibidemque eſt ſepultus anno 1085. (1) Quem perturbatorem Romanæ ſedis Sigonius merito appellat, certe ſuperbia, ambitione, malorumque ſtudio partium infamem; qui hic recenſeretur, indignum etiam omnis poſteritas judicabit. Quo pſeudoepiſcopo Herembaldus Cotta martyrio coronatus eſt anno 1076. *Eodem anno* (inquit Baronius) *Herlembaldus dux fidelium, qui in Eccleſia Mediolanenſi Catholici habebantur, reſiſtens hæreticis atque ſchiſmaticis necatus ab ipſis glorioſum eſt martyrium conſecutus. Quod ad tempus ſpectat, hunc plane annum (ſcilicet 1076.) conſignat ejus martyrii ſcriptor, Syrus Presbyter, de quo dictum ſuo loco ſuperius. Porro idem Syrus, qui novit eum, & familiariter uſus eſt (ut ipſe in eodem commentario, quo res geſtas Arialdi eſt proſecutus, affirmat) volumen quoque ſe ſcripſiſſe teſtatus eſt de rebus ab Herlembaldo præclare geſtis, deque martyrio conſummato, quod cum hactenus in noſtras manus non venerit, quæ tibi Lector, de his præter hæc ſcribamus, non habemus. Certe quidem, perinſignem fuiſſe Chriſti Confeſſorem dum vixit, & egregium martyrem, cum occiſus, ex paucis, quæ de eodem Syrus habet in commentario rerum geſtarum Arialdi Martyris, poſſumus intelligere, ſed & Gregorii Papæ epiſtolis ad eum datis quanti eum idem Pontifex fecerit, æque poſſumus aſſequi. Porro in his turbis; cum Henricus (prout accepiſti anni hujus exordio) vexaret Mediolanenſem Eccleſiam & Longobardi magna ex parte pro Rege agerent contra Pontificem, talia paſſum Herlembaldum, exiſtimandum.* Huc uſque de Herlembaldo Baronius. Ejus venerabile corpus inde in Eccleſiam S. Dionyſii prope Arialdi tumulum tranſtulere Urbanus II. Pontiſex, & Arnulphus Archiepiſcopus, addita hujuſmodi inſcriptione, quæ extat apud Galvaneum Flammam cap. 149.

Hic Hernebaldus miles Chriſti Reverendus
Occiſus tegitur, qui cœli ſede potitur,
Inceſtos reprobat, Simonias & quia damnat
Hunc Veneris ſervi periment Simoniſque maligni.
Urbanus ſummus Præſes, dictuſque ſecundus,
Noſter & Arnulphus Paſtor pius uſque benignus,
Hujus oſſa viri tumulant beati.

LXX III.

Ab an. 1086. ad 1093.

78. ANSELMUS III. hujos nominis à Raude vico oriundus anno 1086. Theobaldo invaſore defuncto a Catholicis ſubſtituitur, probaturque à Romano Pootifice, cui ſcripſit Urbanus II. de reconciliatione Lapſorum apud Iuonem epiſt. 6. cap. 406. Conradum Henrici Imp. filium, contra patrem in Regem coronavit Mediol. anno 1095. ut Bertholdus tradit. Sequenti vero anno Anſelmus diem clauſit extremum teſte eodem Bertholdo. *In Longobardia*, inquit, *Venerabilis Anſelmus Mediolanenſis Archiepiſcopus, in cauſa ſancti Petri ſtudioſiſſimus, & qui nuper Conradum Regem incoronavit, ſatis laudabilem fecit finem, magnumque mœrorem fidelibus ſancti Petri reliquit. Cui Venerabilis Arnulphus de Porta Argentea in Epiſcopatu ſucceſſit.* Octo omnino annis Mediolanenſem Eccleſiam adminiſtravit Anſelmus (2), ſepultuſque eſt in Baſilica S. Nazarii.



LXX IV.

Ab an. 1093. ad 1097.

79. ARNULPHUS hojus nominis III. de Porta Argentea, quæ & Orientalis dicebatur, poſt Anſelmum ad Archiepiſcopatum Mediolanenſem aſſumptus eſt anno 1093 ſuffragante populo, anulum vero atque baculum Cæſare tradente, quibus olim inſignibus Mediolanenſes Præſules inaugurari ſolebant. Verum cum ejus electioni Pontificis aſſenſus non acceſſiſſet, illam Apoſtolicus Legatus irritam declaravit. Itaque Arnulphus, apud quem plus nuda pietas, quam armata ambitio valebat, non modo ſuam electionem non defendit, ſed etiam generoſo conſilio commutato cum Monachali lanoſo cultu, ſplendido epiſcopali indumento, confugit ad clauſtrum, ibique pie ſancteque vixit, donec Urbanus II. in Galliam profecturus, illac præteriens, iterum illum in ejus moderationis ſama, viduatæ adhuc Mediolanenſi Eccleſiæ Paſtorem attribuit anno 1095. Conſecratur eodem anno, teſte Bertholdo, à Patribus in Synodo Placentiæ celebrata ex conceſſione Urbani. Exultavit ſcilicet populus, rediitque in gratiam Romani Pontificis Mediolanenſis Eccleſia, tot annorum ejurata rebellione. Proficiſcentem autem in Galliam Pontificem Arnulphus honoris ergo comitatus eſt, Concilioque Claramontenſi interfuit. Inde reverſus palam habitis concionibus conſiliiſque, ſeptem millia hominum armavit, Cruceque ſignavit, Othone Vicecomite Duce, pro novo auſpice Gothiſredo Bulione, ut ſancta Terra recuperata, Barbaros orientis delerent. Deceſſit Arnulphus charus omnibus ob rariſſimas animi dotes anno 1096. (3) ſepultuſque eſt apud S. Victorem cujus ille templum ditaverat ſortunis, gratiiſque ac privilegiis exornaverat.

LXX V.

Ab an. 1097. ad 1101.

80. ANSELMUS hujus nominis IV. Valvaſorius, alias de Buis, ex Laurentianæ Baſilicæ Præpoſito, dictus eſt Archiepiſcopus Mediolanenſis, & ab Urbano II. Pontifice confirmatus anno 1096. Qui ſui optimi anteceſſoris ſecutus veſtigia, Cruciatam ut vocant, & ipſe inſtituit prædicare, conſcri-

Urbanus II. Mediolanum uſque huic pallium miſit præter Eccleſ. Rom. morem per Hermannum S. R. E. Presb. Card. ex Auctario Ciaconii tom. 1. p. 886.

(1) Tedaldus ex Catalogo *ſedit an. 9. & menſ. 5. & dies 31. Obiit 8. Kal. Junii; ſepultus in Arona.* Alii Thebaldum appellant, ſed in Gregorii Papæ VII. literis perpetuo Tedaldus ſcribitur, quem ne quis ſuffraganeorum conſecrare præſumeret, extat ejuſdem Papæ ad eoſdem Epiſtola, *Data Romæ 6. Id. Octob. Ind. XIV.* utique ſolum inchoata, anno 1075. Cum autem à 25. Maji, quo Tedaldus obiit an. 1085. per menſes 3. dies 21. retrogrediendo, veniatur ſolum ad IV. Februarii, conſtat anno 1076. ordinatum fuiſſe Tedaldum, V. Feria quidem (ſiquidem annus iſte Biſſextilis, uſque ad 6 Kal. Martii adhuc cenſebat litteram Dominicalem C) ſed ab iis, quos non miremur nullam rationem habuiſſe Dominicam, utpote ſchiſmaticis, & plebis Catholicæ conſpectui merito ſubducentibus actionem, contra expreſſum Pontificis mandatum attentatam. *Papebrochius.* Nos in ſerie Tedaldum omiſimus ut intruſum, & illegitimum Præſulem.

(2) Anſelmus ex Catalogo *ſedit an. 9. menſ. V. dies IV. obiit pridie Non. Decemb. ſepultus in Baſilica Apoſtolorum.* Obitum hunc eſſe conferendum in annum 1093. quo contra patrem Henricum Imp. Rex coronatus in Lombardia fuerat ejus filius Conradus, conſtat ex Bertholdo Conſtantienſi hujus temporis ſcriptore, & anni prætitulati acta ſic concludente: *In Longobardia vero Anſelmus, qui nuper Conradum regem coronavit, ſatis laudabilem finem fecit,* utique IV. Decemb. unde retrocedens per menſes 5. dies 4. venies ad diem 1. Julii, qui an. 1086 fuit feria IV. hebdomadæ: adeout inter Tedaldum, & Anſelmum hunc interceſſerint vacantis ſedis annus 1. menſes 5. dies VI. Nota vero quod hinc Catalogus, ut tunc temporis mos erat, Mediolanenſium Antiſtitum ſedis tempus non metitur à die ordinationis, ſed vel ſimpliciter à die electionis, vel à die ejuſdem electionis per inſtallationem completæ. *Papebrochius.*

(3) Arnulfus ex Catalogo *ſedit an. 3. menſ. 9. dies 19. obiit octavo Kal. Octob. ſepultus in Clavirusſ Monaſterio.* Sicut autem à 24. Septemb. retrocedendo per menſ. 9. dies 19. venitur ad 6. Decemb. qui an. 1093. fuit feria III. Ita ſolum habetur unus dies vacantis poſt mortem Anſelmi *III.* ſedis, intra quod tam breve tempus, ut multum ſit fieri potuiſſe electionem, ſic videtur impoſſibile, ut convenerint Epiſcopi ſuffraganei electum ordinaturi; adeoque ſit evidens, quod ſupra monui, initium obtentæ ſedis non jam amplius ducendum à ſua conſecratione Epiſcopali, ſed à die ipſiuſmet electionis. *Papebrochius.*

Digitized by Google

ſcriptiſque, ac Cruce ſignatis quinquaginta millibus Longobardorum, ad ſacrum bellum trajecit in Syriam. Cujus electionem, expeditionem, moreſque ſic deſcribit Landulphus de S. Paulo in Chronico cap. 1.

Armanus enim ille monachus, quaſi Cardinalis Romanus, & à parte Brixienſium civium atque favore Comitiſſæ Mathildis in Eccleſia Brixienſi electus Epiſcopus, defuncto Arnulpho Archiepiſcopo Mediolanenſi, ad alium eligendum venit; qui ubi ſenſit nobilem multitudinem Mediolanenſium convenire ad eligendum Landulphum de Badagio S. Ambroſii Canonicæ Præpoſitum, in Archiepiſcopum, virumque moribus, & vita quam bene ornatum ſubſtitit & electioni non conſenſit. Corona inde vulgi gratia Romanæ Eccleſiæ, & Brixienſis, ac Mathildis Comitiſſæ favore putans illum fore religionis virum: mox ubi ſenſit illum Armanum huic electioni obeſſe, cœpit adverſus ipſam electionem inſanire, & clericos, & ſacerdotes pugnis, & fuſtibus vehementer lacerare; virum quoque de . . . civibus Paganum nomine & in porto orientali . . . in ipſa Eccleſia, quæ dicitur Hyemalis, præſumpſit occidere. Hanc inſaniam nobis Landulphus vitavit: & deſcendens ſecretarium Eccleſiæ, ad domeſticam ſuam Eccleſiam, quæ ſancti Joannis ad quatuor facies dicitur, pervenit. Armanus autem ille in tanta perturbatione in Eccleſia ſancti Ambroſii ait populo ſuo congregato: Vobis fiet, prout proverbium dicit: Populo ſtulto Epiſcopus ſurdus. Hoc dicto ſtatim elegit ſibi, & illis in Archiepiſcopum Anſelmum de Buis, hominem ſimplicem, & Canonicæ S. Laurentii Præpoſitum. Hic vero ubi ſenſit electum à Brixienſi illo Armano, & populo impetuoſo collaudatum; illico cathedram Archiepiſcopatus aſcendit, & ſedit, & deficientibus ſibi Suffraganeis Epiſcopis, omnes Eccleſiaſticos ordines uſque ad Presbyteratum ordinationem quoque Epiſcopatus ab extraneis Epiſcopis ſuſcepit, virgæ quoque Paſtorali per manus Comitiſſæ Mathildis adhæſit, ſtolam vero per Legatum Domini Urbani Papæ ſibi delatam induit. Deinde homo iſte effectus prudens neglexit Obertum cognomine Baltricum, qui propter inveſtituram Brixienſis Epiſcopatus, quam à Rege ſuo Henrico ſuſceperat, Armano repugnabat: & Armanum, qui ſe in Archiepiſcopum elegit, in Epiſcopum ordinavit. In Tuſciam adire tentavit. Et cum perveniſſet Florentiam Rex ipſe prudens, & ſapiens, atque decorus ſpecie (proh dolor!) adoleſcens, accepta potione ab Aviano medico Mathildis Comitiſſæ vitam finivit. Sequitur idem auctor cap. 2. *Rege igitur, in Regno deficiente, ſupradictus Anſelmus de Buis Mediolanenſis Archiepiſcopus, quaſi monitus Apoſtolica auctoritate, jam dicto presbytero nolente, ſtuduit congregare de diverſis gentibus exercitum, cum quo caperet Babylonicum regnum: & in hoc ſtudio præmonuit prælectam juventutem Mediolanenſem Cruces ſuſcipere, & cantilenam de Ultreja Ultreja cantare, atque ad vocem hujus prudentis viri plures viri cujuslibet conditionis per civitates Longobardorum, villas, & Caſtella eorum cruces ſuſceperunt & eandem cantilenam de Ultreja Ultreja cantaverunt. Cum adhuc homo iſte ſimplex Mediolani viveret, & exercitum congregaret, habuit concilium ſtatuendi ſibi Vicarium, hominem multarum artium. Unde quidam ſagaciſſimi viri, ab eo ordinati ſacerdotes, mandatum eundi Saonam ſuſceperunt, ut in ipſa Civitate ſuo juſſu & auctoritate electionem Epiſcopi admonerent, & fieri cogerent. Qui dum iter facerent venerunt Ferrariam: in quo nemore amplexi ſunt Groſulanum, & ejus conſilium. Quorum ſacerdotum exercitium in tantum valuit, quod quidam ex Saonenſibus ipſum Groſulanum, in victu afflictum, in veſtitu abjectum elegerunt ſibi Epiſcopum, & eligentes una cum illo electo, & illis duobus ſacerdotibus ab Archiepiſcopo miſſis, videlicet presbytero Joanne Aculeo, & presbytero Nazario Muricula Mediolanum pervenerunt. Ibique per juſſionem Archiepiſcopi, qui jam erat in expeditione poſitus Groſulanus ab Armano Brixien-*

A *ſi, & Arialdo Januenſi, & Mainardo Taurinenſi ordinatus eſt Epiſcopus, & Archiepiſcopi Vicarius. Verum quia ipſe ordinatus, ſedem Saonenſem nondum aſcenderat, ad ipſam civitatem adire tentavit, & quodammodo pervenit. Sed requies ibi, ſi quam habuit, pauciſſima fuit. At citiſſime inde exiens Mediolanum rediit. Cujus magnæ civitatis commovit gentem, ut per ſingulas hebdomadas in ſecunda feria ad ſancti Ambroſii Eccleſiam convenirent, & pro Archiepiſcopo illo Anſelmo, ejuſque exercitu Litanias facerent. Ipſe vero Groſulanus non ſolum in ipſis feriis, ſed fere per ſingulas feſtivitates illi magnæ genti luculenter ſermocinando non magis affectabat eam ſibi, quam aſperitate veſtitus & cibi.* Hactenus ille ejus ævi ſcriptor.

Anno 1098. vel initio ſequentis anni Anſelmus e Syria Mediolanum rediit, ante quam Hieroſolyma à Chriſti fidelibus capta fuiſſet, nonis idibus Julii an. 1099. Duce Gotbifredo in eorum manibus devenit, ſumma totius Orbis Chriſtiani lætitia. Anſelmus vero 4. Nonas Februarii Mediolani
B ſententiam tulit ad favorem Abbatis S. Simpliciani, quam quidem cum ſit valde celebris, ad hujus rei indagandam veritatem hic exhibendum duximus ex authentico exemplari, quod nobis documentum ſubminiſtravit doctus, & rerum antiquarum peritiſſimus Conſtantinus Abbas Cajetanus.

Quoniam gratiam S. Spiritus ſpeculatum domus Iſrael excelſam Turrim Sion montis conſcendimus, omnibus commiſſis providenter invigilemus, non dantes ſomnum oculis, ſed toto corde noſtro in circuitu oculato habemus aſpectus ſimiles ſuccenſis carbonibus. Oſtendentes vultus ignitæ flammæ lampadum admodum animalium, his vivis diverſæ formæ vultibus ſuper rotas coruſcantium, ut tota civitas in tranquillitate conquieſcat; cum ſupra gregem ſuum virgam vigilantem videat: unde ſi quem clanculo ſurripientem ab ipſa ſpecula videbimus, vel palam irruentem ad domus Dei publicam infeſtationem; nos illis adverſantes non dubitemus pro muro domus
C *Iſrael ad pugnandum in prælio. Nunc ergo quia quoſdam ſuperſtitioſa religione videmus in domo Dei contendere, ignorantes Dei juſtitiam, & ſuam quærentes conſtituere; oportet nos paſtorali cura ſuperintendere, & diſcordes ac contentioſos, qui ſunt in Eccleſia per arma juſtitiæ ſub eccleſiaſticis ſtatutis ad pacem, & unanimitatem reducere. Audivimus noviter ſciſſuras eſſe factas Eccleſ. Dei ſub noſtro regimine, Vicini S. Protaſii ſub nomine religionis decertantibus pro quadam Eccleſia cum Abbate S. Simpliciani. Cur autem hoc ſcandalum exortatur, noſter ex ordine ſtylus proſequatur, ut cunctis clarius innoteſcat, quid ex auctoritate SS. Canonum à nobis inde cenſeri conveniat in primis Vicinorum cauſantium poſtulatio clare fiat. Dicunt enim vicini Eccleſiam S. Protaſii olim fuiſſe Monaſterium Abbatis & monachorum, Baſilicam vero S. Simpliciani ex longo tempore fuiſſe Canonicorum. Sed Abbate, & monachis ad habendam ſolitariam vitam, evitare volentibus populorum frequentiam: Canonicis vero, velut conſtitutis in agro,*
D *non recuſantibus eſſe in populo, talis inter utroſque facta eſt commutatio, ut Abbas, & monachi, cum omnibus rebus ad Monaſterium pertinentibus ad Eccleſiam proceſſerunt S. Simpliciani, item Canonici, cum omnibus ſuis rebus ad Eccleſiam devenerunt S. Protaſii ut illi eſſent in ſolitario; iſti in populo. His rationibus vicini confidentes, nulloſque monachos ulterius ibi ſtare volentes elegerunt Gualdonem fratrum Præpoſitum S. Protaſii officialium, Abbate, quia in illum turpiter murmuraverant, ejus electioni invito conſentiente, ac omnibus proclamante: Ne forte tumultus fieret in populo: huic electioni quodammodo conſentio, ſalva tamen noſtri monaſterii dignitate, noſtroque privilegio. Audita vicinorum ratione conſequens eſt . . . . Abbatis contradictionem in medium deducere. Dicit enim Abbas Monaſterium monachorum dudum fuiſſe conſtitutum apud S. Protaſium. Cum autem in omnibus Monaſteriorum abundanter ſuccreſceret, ut copia Monachorum, cum pluribus aliis ad-*

hæ-

hærentibus ad ſocietatem, vel famulatum eorum, intolerabilem ferret incommoditatem propter anguſtiam loci, & civilem tumulationem, tranſmutata eſt Abbatia foras ad S. Simpliciani Baſilicam, Abbate olim in proprietatem acquiſitam ex decreto Archipræſulis, qui erat tunc temporis, quibuſdam tamen ibidem remaneatibus monachis cum ſuis monaſterialibus inſtrumentis in Monaſterio S. Protaſii Omnibuſque patet ab ipſo die in prædicta Eccleſia ſancti Protaſii monachos ſemper manſiſſe, cum Capellanis in Eccleſiaſtico officio adminiſtrantibus populo in omnibus ſubmiſſis Abbati, ſibique ſubmiſſæ congregationi. His autem contentionibus Abbas & vicini tam graviter diſſentientes, ut Dei Eccleſia vacillanter inquietaretur, omniſque civitas perturbaretur, emolliti tandem noſtris crebris admonitionibus omnem cauſam noſtro noſtrique Cleri judicio terminari ſtatuerunt. Quapropter cum noſtris Clericis & Abbatibus in ſecretarium convenimus, ut eorum conſilio hujus litigii canonice ventilata enuclearetur ratio. Ubi lucerna ſapientiæ ſuper candelabrum poſita, ut luceret his qui in domo ſunt, cum ex hac cauſa rationem ponere cum noſtris conſervis, non eſt inventus aliquis, qui commiſſum talentum ſubfodiendo abſconderet, ſed apertis theſauris multiplicet ſuperlucrata nobis poſtulantibus protulerunt talenta. Quibus oſtentatis, expulſa eſt ignorantia, introductaque veritate per legalem dilucidationem ſapientiæ alterutrum amplexati ſumus brachiis concordiæ. Poſt cujus amplexus concorditer cum electis Clericis ibidem ſtatuimus juſtitiam ſupradictis contentionibus hactenus conculcatam nunc ab ipſo thalamo eductam per legis peritiam in craſtinum oris noſtri gladio legaliter ſpondere populo. Mane autem utramque contradictionem . . . . . . populo noſtrum poſtulantibus audire judicium, cum eiſdem Clericis, & Abbatibus S. Mariæ conſcendimus pulpitum. Tunc facto prius ſilentio hoc locum capitalium eſt Gre . . . . pluribus capitulis diligenter à nobis, ac noſtro Clero, & in ſecretario conſideratis inſpectaque antiqua inſtitutione Monaſterii & S. Simpliciani, & Eccleſiæ S. Protaſii . . . . ut deinceps ad Eccleſiam S. Protaſii permanſiſſe clauſtrales Monachi per conſtitutionem Abbatis S. Simpliciani, laudantes quoque firmamus eandem Eccleſiam, ejuſque Eccleſiæ Monaſterium cum omnibus rebus ad utraque Cœnobia . . . . pertinentibus, amodo manere ſub poteſtate, & ordinatione ejuſdem Abbatis. Deinde lectum eſt capitulum Anacleti Papæ Quo explanato diximus ad populum. Præterea conſtituimus, ut omnino pro infecto habeatur, quod Gualdonem noſtrum Capellanum vobis eligentibus dedimus, ut presbyterorum, & clericorum Eccleſiæ S. Protaſii eſſet Præpoſitus. Cum Abbas S. Simpliciani tunc dicat, ac jurejurando aſſerere ſi volumus, promittat, ſe non voluntarie, ſed per metum ejus electionem conſenſiſſe; dicens quoque ſuam, & nullius alterius, ab antiquo tempore ſemper fuiſſe electionem Capellanorum Eccleſiæ S. Protaſii. Quapropter ſicut noſtra jura noſtraſque dignitates ſemper ab impugnatoribus debemus defendere legaliter, ſic aliena non debemus cum fratribus . . . auferet; ſtatuimus etiam, ut ab hac hora & deinceps Abbas S. Simpliciani eligat Capellanos officiales S. Protaſii, qui ſuæ poteſtati ſuæque obedientiæ ſubjaceant, nec alium Præpoſitum habeant, niſi ipſum Abbatem, qui eos regat, & cuſtodiat, & ſi inter ſe ipſos, vel in alios peccaverint, eos in virga rectitudinis corrigat, eoſque ad eandem Eccleſiam vivere faciat, vel regulariter in clauſtro cum ſupradictis monachis ſi ipſimet capellani hanc vitam magis elegerint, vel canonice in domibus aliis. Hæc fratres canonice ſancivimus: hoc unacum noſtro Clero laudavimus: idemque à nobis omnibus firmiter laudari volumus; ut vicini, & Abbas, ut nunc ſtatuimus, inviolabiliter teneant, & dixit omnis populus: fiat, fiat.

Ego Anſelmus Dei gratia Archiepiſcopus à me facto ſubſcripſi. Hoc actum, & dictatum eſt ab Ariprando Cancellario anno Dominicæ Incarnationis MLXXXXIX. IV. Nonas Februarii Indict. vii.

Ego Armannus Brixienſis Epiſcopus interfui, & ſſ.

Ego Guillelmus S. Ambroſii Abbas interfui, & ſſ.

Ego Bonus Senior Regienſis Epiſcopus interfui & ſſ.

Ego Arialdus, S. Dionyſii indignus Abbas interf. & ſubſc.

Ego Bellottus filius q. Ambroſii Gambarelli Not. Sacri Palatii, autenticum hujus exempli vidi, & legi: in quo continebatur, ſicut in iſto legitur exemplo, præter litteras pluſve minus.

Ego Niger, filius q. Girami de la Fragia de Burgo Portæ Cumanæ Not. Domini Henrici Imper. hoc exemplum ab autentico exemplo vidi & legi, & ſic in eo continebatur, ut in iſto legitur exemplo, extra litteras plus minuſve.

Ego Martinus, filius Nigronis de la Vagla de Burgo Portæ Cumanæ Not. & miſſus Domini Othonis Imp. hoc exemplum ab autentico ſigillato exemplavi: in quo continebatur, ſicut in iſto legitur exemplo præter litteras plus minuſve.

Hoc fuit Anſelmi Archiepiſcopi in Simplicianos Monachos, & Abbatem rectum judicium, quorum Baſilicæ initia ſupra retulimus, cui acceſſit deinde nobile Benedictini Ordinis Cœnobium, poſtquam Simplicianus in eo ſolitariam vitam duxit, & poſt ipſum alios ejuſdem inſtituti viros, quibus Benedictini Monachi ſucceſſere circa annum Domini 700. tunc ad S. Prataſium ad Monachos moram trahentes, à Mediolanenſibus Archiepiſcopis juribus atque privilegiis ornati, hactenuſque ſub Caſinenſi nobili piaque Congregatione illuſtre Cœnobium perſeverat. Ejus loci Abbates hic exſcribere licebit, quorum nomina ex monumentis ejuſdem Abbatiæ eruta, idem Abbas Conſtantinus Cajetanus ſuppeditavit.

Hadericus cujus meminit Joannes VIII. Papa in epiſt. quæ eſt 264. inter Epiſtolas ejuſdem Pontificis digna, ut iterum hic recitetur, cum maxime faciat ad hujus Cœnobii cognitionem.

(Omnibus Reverendiſſimis Epiſcopis, & ſacerdotibus, ſeu clero ac populo ſanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ. Boni Patris familias, quem beat, & fideliter laborantes remunerasse cognovimus, informati exemplo ex Apoſtolicæ auctoritatis, & miſerationis magiſterio, ſeu benevolentiæ omnibus, quos pro Eccleſiæ Dei utilitatibus fideliter deſudare conſpicimus, ſubvenire debentes, opportunum, ac neceſſarium nos oportet præbere auxilium: igitur quia te Hadricum venerabilem presbyterum, & Abbatem ſacrorum Monaſteriorum Beatorum ſcilicet Gervaſii, & Protaſii, ac Simpliciani, nec non Xenodochii ſanctorum Coſmi, & Damiani, quod Romanorum dicitur, & alia tua beneficia, vel patrimonia intra, vel extra civitatem Mediolanenſem conſtitutam, fideli devotione, totoque mentis conamine, pro priſtino ſtatu, & vigore, atque reſtitutione Sanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ ter, quaterque in obſequio Ariſperti Reverendiſſimi Archiepiſcopi tui, ac confratris noſtri devotum, atque in omnibus fideliſſimum permanere, atque decertare omnino, & evidenter comperimus, & legationem Ambroſianæ Eccleſiæ Catholica fide, te & prout vires ſuppleverunt ardentiſſimo amore explere verbo cognovimus. Et ob hoc aliquos contumaciæ livore adverſum tuam commotos eſſe dilectionem, & velle ob alias . . . . qui. & modo labiis doloſis, zelis contra te concitati, & poſtmodum callidis argumentis nocivam tibi moliuntur, noſtro ſtatuto decernimus, atque Dei omnipotentis auctoritate Beatique Petri Apoſtolorum Principis, & noſtra ſanctione, nulli unquam Archiepiſcoporum, vel ſacerdotum, aut cujuslibet ordinis clericorum Sanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ, nec aliarum Eccleſiarum, neque alicui magnæ, parvæque perſonæ, cujuſcunque honoris præditæ dignitate eſſe licitum, pro tuæ laudabilis devotionis affectu, & pro tuæ fidei ſinceritate, atque charitatis certamine, quod pro ipſius Eccleſiæ utilitate noſtris te diebus habuiſſe cognovimus, aliquam tibi quocumque modo, vel ſub Eccleſiaſticarum rerum obtentu inferre calumniam, aut

bis præfatis, quæ pro tui digni laboris merito retiuens beneficiis, & patrimoniis, vel à quibus propriis rebus mobilibus privare, ſed diebus vitæ tuæ, ſecundum auctoritatis noſtræ decretum, pro amore Dei, & mercede animæ noſtræ tuaque fidelitate, quam tuæ te novimus habere Eccleſiæ liceat tibi ſub Apoſtolicæ ſedis, ſucceſſorumque noſtrorum tutamine cum propriis beneficiis, & cum omnibus ſuis hominibus utriuſque ordinis manere quietum, atque ſecurum. Porro quicumque contra hoc noſtrum ſtatutum temerario auſu agere, teque pro hujuſmodi negotio culumniare præſumpſerit, omni cum Eccleſiaſtica judicamus communione carere, quouſque per congruam ſatisfactionem in noſtra ſucceſſorumque noſtrorum præſentia, quod perperam læſerat, emendare curaverit. Et ideo noſtra etiam Apoſtolica auctoritate præcipimus, te nuſquam cujuslibet Epiſcopi vel ſacerdotis ſubjacere judicio, quouſque in noſtram, vel ſucceſſorum noſtrorum libere, ac ſecuriter ſine alicujus obſtaculo, vel impedimento præſentiam venias. Datum ut ſupra iv. idus Martii Indictione xiv.

Joannes anno 1099. de quo ſupra in monumento Anſelmi Archiepiſcopi.

Petrus an. 1123.

Ubertus 1146.

Guillelmus 1147.

Oprandus cui Alexander III. Papa pro ſe ſuiſque ſucceſſoribus indulſit hoc privilegium, quod extat in Archivio ejuſdem monaſterii, exemplar habuimus ab eodem Abbate Conſtantino Cajetano.

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Oprando Abbati Monaſterii S. Simpliciani, ejuſque fratribus, tam præſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Quoties illud à nobis petitur, quod religioni, & honeſtati convenire dignoſcitur, animo nos decet libenti concedere, ut petentium deſideriis congruum impertiri conſenſum. Eapropter dilectiſſimi in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & felicis recordationis Patris, & prædeceſſoris noſtri Papæ Eugenii veſtigiis inhærentes præfatum monaſterium, in quo divino mancipati eſtis obſequio, ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo monaſticus, qui ſecundum Dei timorem, & Beati Benedicti regulam Monaſterio veſtro ſtatutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona idem monaſterium in præſentiarum juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Eccleſia videlicet SS. Martyrum Protaſii, & Gervaſii atque Capellam S. Cypriani cum earum Parochia, & omnibus ſuis pertinentiis: Eccleſiam B. Michaelis, quæ dicitur ad Aquæductum: Eccleſiam B. Antonii de Seniano cum omnibus ad eas pertinentibus: Eccleſiam S. Salvatoris: Eccleſiam Beatorum martyrum Gervaſii, & Protaſii in loco Tregaſio, cum decima, & omnibus ſuis pertinentiis: Eccleſiam S. Simpliciani de Lavello cum ſuis pertinentiis: Curiam de Affori, cum duabus Capellis, videlicet S. Petri, quæ dicitur ad Monachos, & ſancti Clementis: Eccleſiam S. Salvatoris de loco Bruzano: Eccleſiam S. Gaudentii de Farоa cum omnibus earum poſſeſſionibus, jus quod habetis in Eccleſiam S. Viti de Lantaze: Eccleſiam S. Ambroſii de Croveno cum ſuis pertinentiis. Curiam de Levirate cum quatuor Capellis, videlicet S. Martini, & S. Michaelis, Sancti Petri, & S. Protaſii cum Parochia, Caſtro, diſtrictu, & omnibus ſuis pertinentiis: Eccleſiam S. Syri, S. Victoris, & S. Kaloceri de Septiate, cum Parochia, & aliis ſuis pertinentiis; Eccleſiam S. Fidis de ſumma, cum Caſtro, & diſtrictu, & omnibus ſuis pertinentiis. Poſſeſſiones quas habetis in Crivilio Craſſo, cum Caſtro, Villa, diſtrictu & aliis ſuis pertinentiis: in Talamona, Morbenio, decimas cum diſtrictis: & in Lugati, in Sudir, & Vedo, Priobino, Groſſo cum omnibus ſuis pertinentiis: Hoſpitale quod in Parochia veſtra juxta Eccleſiam S. Simpliciani in prædio veſtro conſtructum eſt, quicquid in decimis, ſive in libertatibus, vel conſuetudinibus, ab Epiſcopis, vel regibus legitime vobis conceſſum eſt. Sane Novalium veſtrorum, quæ propriis manibus, aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis veſtrorum animalium, nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere præſumat. Liceat quoque Clericos, vel laicos fugientes liberos, & abſolutos ad converſionem recipere, & ſine contradictione aliqua retinere. Obeunte vero te, nunc ejuſdem loci Abbate vel eorum quolibet ſucceſſorum nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars ſanioris conſilii ſecundum Deum, & B. Benedicti regulam præviderint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum monaſterium temere perturbare, vel ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus venationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimoda profutura, ſalva ſedis Apoſtolicæ auctoritate, ac Mediolanenſis Archiepiſcopi canonica juſtitia. Si quis, &c. Cunctis autem, &c. Amen. Amen. Amen.

Ego Alexander Catholicæ Eccl. Epiſ. ſſ.

† Ego Hubaldus Hoſtienſis Epiſc. ſubſc.

† Ego Joannes Presb. Card. SS. Jo. & Pauli tit. Pammachii ſubſc.

† Ego Jo: Presb. Card. S. Vitalis tit. Veſtinæ ſſ.

† Ego Petrus presb. Card. tit. S. Chryſ. ſſ.

† Ego Centhius presb. Card. tit. S. Cæciliæ ſſ.

† Ego Hugo presb. Card. tit. S. Clemen. ſſ.

† Ego Jacintus Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedin ſubſcr.

† Ego Ardicio Diac. Card. S. Theodori ſſ.

† Ego Laborans Diac. Card. S. Mariæ in Porticu ſſ.

† Ego Raynerius Diac. Card. S. Georgii ad Velum Aureum ſubſc.

† Ego Gratianus Diac. Card. SS. Coſmæ & Damiani ſubſc.

† Ego Matthæus Diac. Card. S. Mariæ Novæ ſſ.

Datum Laterani per manum Alberti S.R.E. presb. Card & Cancellarii XIII. Kal. Aprilis Indict. XI. Incarnationis Domin. Anno MCLXXVIII. Pontificatus vero Domini Alexandri Papæ III. anno xx.

Cyprianus hujus monaſterii Abbas anno 1210.

Manfredus de Soreſina an. 1217.

Tuzzo Mandellus an. 1253.

Ubaldus Oſius an. 1259.

Conradus de Soreſina an. 1274.

Lanfrancus Cuſanus Abbas an. 1279. Eoque ſedente 1309. obiit pius quidam Azo Mediolanenſis, qui omnia fere bona ſua reliquit huic monaſterio. Jacet prope ſacellum S. Joſephi in eadem Baſilica, cum hoc Epitaphio, & inſcriptione.

† Carnales obitus cunctis fert terreus ortus:
Sed pia mens Patriæ felicis certat amore.
Nilque ſuum credit dans hæc cœleſtia quærit
Eugenis omnino prudens hoc contulit Azo
Obtentu quorum vitet tormenta reorum
Trina Majeſtas bonitatis auctor
Et primo vitio ſolvitur omnis homo
Quo ſuperet cunctas corporis illecebras,
Sic compos voti ſcandit ad Aſtra Poli
Heredes ſanctos, qui dedit eſſe ſuos
Quo manet atque dies ſit ibi ſumma quies
Subveni quies famulo tacenti
Obiit autem anno Dominicæ Incarnationis
Milleno trecenteno uno, indictione ſeptima.
Cum ſol retrogradu flammaret lampade Cancrum,
Julius & ſextum Titanis ſumeret ortum.
Hos Domine æternæ vitæ conjunge ſupernæ
Et junge vitam precibus require Simpliciane.

Cui obtulit intra civitatem domum ſuam menſuram xxii. Tabularum. & dimidiæ in loco, qui Theatrum dicitur, aliarum autem in terra mala tabularum iv. & medietatem Eccleſiæ S. Joannis, quæ eſt ſupra murum cum terra inibi adjacente ſub menſura, cui tabularum, & extra civitatem per diverſa loca CCCLXV. integra, & ordine, ut Abbas aſſidue donec ſæculum ſteterit, in hoſpitio pauperes, peregrinos, infirmoſque ſtudioſe ſuſcipiat, & uxor eius Reinoſa hæc omnia charitative approbans, hoc ſapienter addidit, ut in vigiliis ejuſdem ſancti confeſſoris Simpliciani Hebdomadarii Majoris Eccleſiæ illuc pſallendo euntes Pſalterium finiant, & ex proprietate ſua de Ambezago xi. ſolidos annue perpetim accipiat, & reliquam vero quod ibi habet videlicet xii. ſolidos & xxxii. mod. grani, ſtatuit ut poſt ſui obitum Monaſterium haberet: ut vero auferre nulla aliquando contrarietas naſceretur M. librarum pretio ab eo redemit, Abbati tamen nunquam liceat quod recte pro animabus diſpoſitum eſt vendere, aut commutare, vel pro beneficiis alicui dare, ſive in alienum jus transferre, etſi quando quod credere non poſſumus aliquis hoc tam recte indicatum trahere alıorſum tentaverit, ut ex integro ſecundum voluntatem defunctorum adimplere renuerit, tunc omnia ſicut ſupradicta ſunt, in poteſtatem decumanorum ſacerdotem tranſeant ut ab eis orationes in miſſarum ſolemnitate, & omnibus officiis ſupradictus Azo, & ejus jugalis Reinoſa perpetuo habeat.

Carolus Caimus Abbas an. 1339.

Galeatius ex Abbate Sanctorum Fauſtini, & Jovitæ Brixien. huc tranſlatus anno 1352.

Joannes Caunus 1360.

Joannes Porrus anno 1369.

Baſſianus Cuſanus anno 1374. Obiit anno 1402.

Ambroſius Cuſanus anno 1402. factus inde Abbas de Villalta Bergomenſis Diœceſis anno 1405.

Leonardus de Maino utriuſque juris conſultiſſimus, Ducaliſque conſiliarius electus eſt Abbas ab Innocentio VII. anno 1405. exceſſit anno 1449.

Timotheus Aliprandus ex monacho Abbas creatus anno 1449. mortalitatem explevit anno 1462.

Joannes Alimentus Blancæ Mariæ Duciſſæ Mediolani conſobrinus, & Protonotarius Apoſtolicus; utriuſque Signaturæ Referendarius à Pio II. Pontifice hujus monaſterii Abbas Cõmendatarius electus anno 1462. longo tempore abbatizavit, à Mauro famulo miſere occiſus eſt an. 1499. Habent illum aliquando Romæ Gubernatorem fuiſſe ſub Pio II.

Joannes Borgia S.R.E. Cardinalis ſecundus Commendatarius adlectus fuit an. 1499. ab Alexandro VI. ſub quo ſequenti anno 1500. mortalitatem explevit.

Ludovicus Borgia S. R. E. Card. & Archiepiſcopus Montis Regalis 3. hujus Cœnobii Commendatarius anno 1500. Obiit 1512. Fr. Franciſcus Zimenes S R. E. Card. & Archiepiſcopus Toletanus 4. Commendatarius fuit 1505. reſignatione Cardinalis Borgiæ.

Leonardus Groſſus de Ruvere S.R.E. Card Commendatarius 5. anno 1505. Exceſſit anno 1520.

Bardinellus Saulius S.R.E. Card. per reſignationem Card. Leonardi 6. Commendatarius fuit adlectus anno 1512.

Stephanus Saulius Bandinelli frater, ex Protonotario Apoſtolico, fratre Card. reſignante, abbas Commendatarius ſeptimus & ultimus efficitur anno 1514 Hic anno 1517. Abbatiam reſignavit, attribuendamve curavit congregationi Caſſinenſi Leone X. Pont. Max. approbante. Primuſque Abbas temporaneus, ſeu annualis juxta morem Congregationis fuit Paulus Sorrigonus Mediolanenſis, monachus SS. Petri, & Pauli in Geſſati ejuſdem Congr. ac deinceps viri præſtantes plurimi in eo præfuerunt, hactenuſque nobilem Abbatiam adminiſtrant.

Cæterum (ut unde digreſſi ſumus redeamus) cum Gothifredus Bulonius ſancta Civitate Jeruſalem, ejectis Barbaris, fuiſſet potitus, Anſelmus Archiepiſcopus in Patriam, in teſtimonium Hieroſolymitanæ victoriæ Eccleſiam de Ronzone, quæ in honorem S. Trinitatis erecta olim fuerat, reformavit, & ad veram ſimilitudinem Hieroſolymitani ſepulchri, ſive Hieroſolymitanæ illius Eccleſiæ redegit, perfectoque opere, eam ſolemniter eidem Sepulchro conſecravit an. 1100. Idibus Julii: de qua conſecratione pauca Calchus, plura vero Puricellus habet recitatque Anſelmi epiſtolam, ſeu publicum documentum ab autentico archetypo exemplari exſcriptum in hunc modum.

In nomine ſanctæ ſempiternæque individuæ Trinitatis, & Sancti Sepulchri Domini noſtri Jeſu Chriſti.

De hujus documenti fide dubitat Muratorius in Anecd. tom. 1. pag. 344.

Ego Anſelmus, magna Dei opitulante clementia ſanctæ matris Eccleſiæ Archiepiſcopus Mediolanenſis ut bonus Paſtor animam meam deberem ponere pro meis ovibus, ſed quia hoc facere, mundanis impeditus curis, non valeo: nec immerito doleo, quod boni Paſtoris officium non exerceo, ne penitus tamen viderer deditus ignorantiæ, inſpirante ſumma Dei clementia, quæ civitatem ſupra montem poſitam, Eccleſiam ſcilicet ſancti Sepulchri, in medio hujus civitatis ſitam, non eſt paſſa diutius abſcondi, ſed eam quaſi exaltare fecit, & jubilare ad ſignum victoriæ Hieroſolymitani ſepulchri, ad cujus gloriam nos procedentes cum noſtris fratribus, altare Dominocum Eccleſia ſimul interius dedicavimus, & ſuper illud Deo noſtro Hoſtiam laudis obtulimus. Adunato igitur Clericorum Populorumque conventu, communi conſilio omnium ac frequenti hortatu ſancitum eſt à nobis, & laudabiliter firmatum, ut unoquoque anno cum gloria & honore celebretur hæc ſolemnitas in ſancti Sepulchri commemoratione; ita ut ſanctæ Mariæ Cardinales ibi adveniant reverenter cum proceſſione. Qui cum fuerint ad Eccleſiæ introitum, Te Deum laudamus intonent excelſa voce, tenentes manus invicem ad ſignum victoriæ habitæ Hieroſolymæ; inter quos etiam accedat Subdiaconus cum lampade, accendens luminaria more conſueto mane & veſpere. Finito autem officio, religioſe, & honorifice ſuſcipiant Majores tres ſolidos ex obedientiæ munere, duodecim denarios accipiant cum Veglonibus Cuſtodes, duos item denarios habeat qui Crucem bajulaverit auream, duos item accipiant pueri, qui Miſſæ officium fecerint Tunc ante Magiſtratum prætereà ſancimus, ut octo diebus ante ſolemnitatem prænarratam, & octo poſtea ita ſit Pax & tregua per noſtrum comitatum firma, quod omnes, qui ad hanc ſolemnitatem voluerint accedere, poſſint ſecuri, & ſine moleſtia confluere undique. Quicumque vero ad illud Sepulchrum, in quo Chriſti Corpus dormivit, abſque impedimento detentus accedere non poterit; & ad hoc ſepulchrum ad ejus veram ſimilitudinem factum, venerit ſana mente, & bona intentione; remiſſionem ſuorum tertiæ partis delictorum habeat, & ad laudem Hieroſolymitani ſepulchri hoc ſe retuliſſe cognoſcat. Et ſi quis alicui venienti ad hanc noſtri deſtinationem moleſtiam ingeſſerit aliquam, anathematis gladio percuſſus incumbat, donec ad eandem Eccleſiam hoc emendare recurrat. Stabilitur quoque & communi inſtitutione à nobis laudatur, quatenus ibi ſit mercatum annuale omnium rerum fluens, & venale: ex quo nullus præſumat curaturam quærere, & in quo nullus audeat ultra unum ſtadium obtinere, nec quod commune eſt omnibus dent alicui vel ut proprium vendere, nec ſui juris ullo modo dicere; ſed ſicut communis eſt ſolemnitas ad omnium animarum utilitatem, ita commune ſit mercatum ad omnium corporalium rerum venditionem. Inſuper etiam Parochiam, quam Ilderatus, & Deiberzus hujus Eccleſiæ religioſi Presbyteri ſed longe ante poſſediſſe dicebant, eorum precibus commotus Fratrum noſtrorum majoris Eccleſiæ Cardinalium aliorumque hujus civitatis ſapienti conſilio communicato, concedimus, damus, & confirmamus, ut prænominati presbyteri Eccleſiæ ſancti Sepulchri, & eorum ſucceſſores, de cætero prædictum Parochiam habeant & poſſideant, ſcilicet caſas Nigronis Marthæ, & Lanfranchi Littæ, & inde omnes domos uſque ad domum Anſelmi Mugeti:

ex

en altera parte viæ caſas Ambroſii de la Carzere, & inde omnes caſas uſque ad domum Romedii Cancellarii, & ipſam domum; en altera vero parte domos Rozonis & Alberici & Arnaldi Faroli, & inde omnes domos uſque ad caſas Benzonis Amblatoris, & Vatfredi fratris ejus, caſas Lanfranchi & Marchiſii Amblatorum, & inde omnes caſas uſque ad domos Otthonis de Samblatore, & Gratiani Canconi, & ipſas domos Dionyſii Dodonis & Petri Butelli, & Petri Gualaſecca, & Lanteris Patellæ, en altero latere Eccleſiæ caſas Homobeni de Calagana, Petri Patritii, & fratrum ejus Rolandi, & Alberti, Lanzo Cioglia, Petri Vexa, Alberti Buntaro, Petri Samaruga, Guiredi Bionoldi, Landulſi Clerici, Joannis Spata in Zotta. Actum eſt hoc omnium Mediolanenſium teſtimonio, & confirmatione, anno ab incarnatione domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo centeſimo, Indictione octava, Idus Julii.

† *Ego Anſelmus quartus, Dei gratia Archiepiſcopus firmavi, & ſſ.*
† *Ego Groſolanus, indignus Epiſc. laudavi & ſſ.*
† *Ego Andreas Presb. Primicerius laudavi, & ſſ.*
† *Ego Landulſus, Dei gratia Nazarianæ Eccleſiæ licet indignus Præpoſitus laudavi, & ſſ.*
† *Ego Landulſus Notarius, qui & dictus Præpoſitus laudavi & ſubſc.*
† *Ego Anſelmus Archipresb. laudavi, & ſſ.*
† *Ego Henricus Abbas Padulenſis, laudavi, & ſſ.*
† *Ego Aliprandus Cancellarius laudavi, & ſſ.*
† *Ego Dionyſius Presbyter laudavi, & ſſ.*
† *Ego Presbyter Bonifacius laudavi, & ſſ.*
† *Ego Presbyter Albertus laudavi, & ſſ.*
† *Ego Presbyter Landulſus laudavi, & ſſ.*
† *Ego Presbyter Henricus laudavi, & ſſ.*
† *Ego Archidiac. Tedaldus laudavi & ſſ.*
† *Ego Rozo Diaconus laudavi, & ſſ.*
† *Ego Darprandus Diac. laudavi, & ſſ.*
† *Ego Henricus vice Diac. laudavi, & ſſ.*
† *Ego Adam Mortarienſis electus laudavi, & ſſ.*
† *Ego Guillelmus Monaſterii S. Ambroſii Abbas indignus laud. & ſubſc.*
† *Ego Joannes Abbas S. Simpliciani laudavi, & ſſ.*
† *Ego Martinus Monaſterii S. Celſi indignus Abbas laudavi, & ſubſc.*
† *Ego Arnaldus indignus Abbas monaſterii ſancti Dionyſii laudavi, & ſſ.*
† *Ego Petrus Monaſterii S. Victoris indignus Abbas laudavi, & ſſ.*
† *Ego Atho Monaſterii ſancti Vincentii Abbas, laudavi & ſubſc.*
† *Ego Udericus Presb. laud. & ſubſc.*
† *Ego Daibertus Presb. laudavi, & ſſ.*
† *Ego Gulielmus, Epiſcopus Ticinenſis Eccleſiæ, laudavi, & ſubſc.*
† *Ego Lambertus Prior Pontius laudavi, & ſſ.*
† *Ego Adam Abbas monaſt. S. Colocerii laud. & ſſ.*
† *Ego Ruſticus, Præpoſitus Blandatenſis laudavi, & ſubſcr.*
† *Ego Macarius, Domini Salvatoris monaſterii Abbas licet indignus, cum grege puſillo laud. & ſſ.*
† *Hoc Vercellarum Clerus, decus Eccleſiarum, laudat cum populo laudibus egregio.*
† *Novariæ Clerus, ſuper omnes urbes amœnus, aſſerit hæc ſcripta, Chriſti munimine dicta.*
† *Sermodicus Padermenſis monachus, ſuper omnes laudo.*
† *Je hoc feſtum Chriſti, quæ laudat quiſq; fidelis.*
† *Ego Araldus, Prior Monaſterii S. Majoli, infra urbem Papiam ſiti laudavi, & ſſ.*

Anſelmus igitur Archiepiſcopus è Syria Mediolanum regreſsus, mox illa ſanctæ Trinitatis Eccleſia in honorem Dominici ſepulchri renovata, eandem Idibus Julii ann. 1100. conſecravit. Deinde Kalendis Auguſti Genua diſceſſit una cum ea Genuenſi claſſe, de quo Ubertus Folieta Genuenſis hiſtoriæ lib. 1. in Syriam profectus à Sarracenis fugatus Conſtantinopolim expiravit eodem anno 1100. Kalendis Octobris, [1] ſepultus in Divi Nicolai æde, poſteris immortalis nominis ſui fama relicta, ſic enim diſerte aſſerunt Chalcus, Acta Eccleſiæ Mediolan. & Landulſus de S. Paulo cap. 2. *à Turcis* (ait) *& Sarracenis fugatus in gravi luctu Conſtantinopoli expiravit*.

81. PETRUS Groſolanus, quem alii Ariſolanum appellant, qui aliis eſt Gryſolanus, Epiſcopus Savonenſis, Anſelmo defuncto, Mediolanenſem dignitatem palam pecunia ab Henrico Imp. coemit an. 1102. cujus nefandi criminis apud Paſchalem II. cum expoſtulatus fuiſſet, (2) decretum eſt vitio, & ſimoniace fuiſſe electum, ac proinde nullum fuiſſe Epiſcopum. Quamobrem in ſimoniaci locum, Jordanem Clivium ſubſtituerunt, inter quem & Groſolanum longa deinde concertatio fuit: quæ demum in Romano Concilio anno 1116. ejuſmodi exitum habuit, ut Groſolanus ad priſtinam ſuam rediret Eccleſiam, cujus paulo antea Epiſcopus erat, quippe cujus translationem, nulla vel neceſsitas, vel utilitas Eccleſiæ ſatis viderentur excuſare, ut Baronius, Sigonius, aliique referunt. Sed audiant cæteri Landulphum de S. Paulo, qui tunc temporis in hac urbe vivebat, aliter de Groſolani ordinatione, cæteriſque ad exitum uſque rebus patratis, ſic loquentem cap. 4. Chronic. ſub fine. LXXVI. Ab an. 1102. ad 1112.

Vicarius (Groſolanus) in hac ſua commoditate afflictionis & orationis, atque ſermocinationis (ad populum in ſingulis ferme feſtivitatibus) per duos annos laboravit, & laborando, certitudinem de morte prædicti Anſelmi de Bovis accepit. Primicerio ergo ipſe Groſolanus, & ordinarii majoris Mediolanenſis Eccleſiæ inquit, ut ſe præſente, eligerent ſibi, & populo Archiepiſcopum convenientem priuſquam rediret ad Epiſcopatum. Saonenſem. Mox capite 5. hunc proſequitur in modum: *Tum Primicerius, habito conſilio cum nobilibus Clericis, & viris Mediolani coram populo, eo ipſo alterum de duobus Landulfis Mediolanenſis Eccleſiæ ordinariis, videlicet de Badaglo, & Vareglate, à Jeroſolymis redeuntibus, elegit, ſed Groſulanus de abſenti perſona electionem fieri prohibuit. Pars itaque Cleri, & Populi ad nutum Arialdi Abbatis Monaſterii ſancti Dionyſii clamavit, & laudavit Groſulanum ſibi in Archiepiſcopum. Ipſe vero ſtatim ut vidit, ſe à quadam magna multitudine vulgi, & nobilium conclamatum. & ab Abbate illo plaudatum, Archiepiſcopalem ſedem aſcendit, & ſedens illum Arialdum Abbatem de Abbatia in Abbatiam majorem, videlicet Clarevallenſem tranſtulit: ſed ante hujus translationem contigit, quod quidam, qui videbantur in moribus, & vita viri, & Clerici Mediolanenſes, quædam turpia de Groſulano, & ejus electione, præsbytero Liprando notificaverunt, quibus viris, & Clericis præsbyter ipſe conſilium præbuit, ut litteras, & duos idoneos Clericos mitterent Romam, rogando Papam, quatenus Groſolanum in Archiepiſcopatu non firmaret, donec ſeipſos mittentes literas in proximo tempore videret, & audiret. Bernardus autem Abbas Umbroſæ vallis, & Cardinalis Romanus ad has litteras, & nuncios (videlicet Obizonem, qui cognominatur Niger, & Herimbertum de Bruzano, contemnentes Groſulani cauſam, ipſiuſque Legatorum verba, videlicet Arderici de Garimate, & Joannis presbyteri de Ploitelo) coram Apoſtolico, & ejus Curia non reſpexit. Sed accepta ſtola curiam Comitiſſæ Mathildis intravit; ibique inito conſilio in beneplacito Arderici de Carimate, qui pro Groſulano, & ſtola Romam iverat, Abbas ille Bernardus Mediolanum venire feſtina-*

(1) Anſelmus ex Catalogo *ſedit an. 3. menſ. X. dies 18. obiit 2. Kal. Octob. ſepultus Conſtantinopoli ut perperinus in Monaſterio s. Nicolai.* Anſelmus autem ex iſto calculo ſedere cœperit an. 1097. die 3 Novembris feria tunc tertia poſt vacationem menſ. 2. dierum 8. & vixit uſque 7. Septemb. anni 1100. Erravit igitur Ughellus, quando ipſo ſeculari anno mortuum Anſelmum hunc ſcribit, qui dicto anno adhuc Mediolani conſiſtens celebraverit dedicationem Eccleſiæ S. Sepulchri, cujus dedicationis inſigne monumentum refert idem Ughellus. *Papebrochius.*

(2) A Chriſolao Ciaconius tom. 1 pag. 904. dicit Henricum in ingreſſu Vaticanæ baſilicæ obviatum fuiſſe Paſchali Papæ II. cum ad coronam Imperii ſupplex poſtulabat admitti. Petrus Diaconus apud Baronium, qui eum omnem recenſet, de hoc Chriſolao altum ſilentium tenet. Quod ſi in ſedem Mediolanenſem ſe intruſerat, neſcio quomodo eum admiſerit Paſchalis. Forſan nondum fuerat accuſatus apud Pontificem, nondum eum deteſtatus fuerat Paſchalis. Nam cum Henrici coronatio evenerit an. 1111. & dejectio Chriſolai an. 1112. fas eſt credere eum ad hunc uſque tempora toleratum fuiſſe.

ſtinavit : & cum procul vidiſſet Mediolanum, Ardericus idem in protenſi virga uſque ad majorem Eccleſiam civitatis portavit, clamando: Hecum la ſtola, Hecum la ſtola. Et in hoc clamore plenitudo vulgi fuit, & acclamavit: Moriatur quicumque contr adſxerit. Clamor iſte ingens, & continuus fuit, donec Abbas ille Cardinalis, & Groſulanus pulpitum majoris Eccleſiæ Mediolani aſcendit, & cum uterque ibi videbantur, in victu afflicti & in veſtitu demiſſi in ſermone præclari; tantum plauſum audierunt ſibi, veluti ſi pure forent Angeli Dei. Ibique Groſulanus ſtola indutus, & Abbas in ſuo tempore remuneratus quievit, & receſſit: & poſt paucos dies in gratiam prædictæ comitiſſæ Mathildis idem Abbas Parmenſem Epiſcopatum ſuſcepit.

Et Capitulo 9. idem Landulphus ſequitur hoc modo.

Landulfus vero de Vareglate, qui primus in Corittinna fuga fuerat, rediens à Jeroſolymis Romam pervenit: atque in Groſulano jam inde regreſſo didicit, non ſolum quod actum fuerat Mediolani propter concertationem Presbyteri Liprandi, & Groſulani, ſed & quam ſolemniter Romanus Pontifex poſt talia facta Groſulanum ſuſceperat. Quia ipſe quidem Papa Paſchalis ſuper ſedem ſuam ipſum Groſulanum poſuit: & per quot dies idem Groſulanus Laterani fuit, eundem ſupra ſedem ſuam ſedere fecit, atque ipſi ſedenti ceſſit, & locum dedit. Suam quoque Curiam, & omnes cauſas Eccleſiaſticas, à ſe diſcernendas, & judicandas, ipſi Groſulano ad diſcernendum, & judicandum tradidit. Sed tamen Landulfus ille de Vareglate veniens Mediolanum, non Presbyterum (Liprandum) *nec ejus legem directè contempſit, ſed Clero, & populo Mediolanenſi promittens deponere Groſulanum ab omni Eccleſiaſtico officio juxta Canonum rationem, inquit: Cur de lege Presbyteri Liprandi, & Groſulano contenditis, & prælia, & homicidia in vobis facitis? En vobis certiſſime dico, & per Joannem Vicomercatenſem, Groſulano mando, quod ego apud Dominum Papam Paſchalem, ejuſque Curiam, vel Synodum, certis cum rationibus, & juſtis, & ſanctis Canonibus comprobabo, illum non poſſe ſubſiſtere in numero Epiſcoporum, vel Presbyterorum, aut etiam in aliquo ordine Clericorum. Clerus verò, & populus, huic authentico viro. & ſecundum quandam novitatem Canonicæ S. Nazarii Præpoſito, & majoris Mediolanenſis Eccleſiæ ordinario, credulus, una cum Groſulano ad Romanam Synodum pervenire ſtuduit.* Et paulo poſt: *In qua* (Synodo) *prædictus Landulphus de Vareglate; qui poſt Synodum fuit Aſtenſis Epiſcopus, neque ante Papam, vel ejus Curiam, vel Synodum adverſus Groſulanum verbum ignominioſum protulit.* Capitulo verò 21. recenſet, quemadmodum hic ipſe Landulfus jam Epiſcopus Aſtenſis, non tamen ut Epiſcopus, ſed ut viator, adſuerit Archiepiſcopali conſecrationi Jordani de Clivi, cum Groſulanus adhuc eſset ſuperſtes. Interim Groſulanus, eodem Landulpho teſte, capit. 6. Quoſcumque non potuit ſibi blandiri, tentavit minis tenere, Presbyterum Liprandum præcipue. Iſte Liprandus, ut habet Puricellus, ex iis fuerat unus, qui partes Arialdi Martyris acerrimè contra Simoniacos, & Nicolaitas Clericos defenderant, quique propterea naſo, & auribus ad contumeliam truncatus ab ipſis fuerat anno 1076. paucis diebus quam Herlembaldum, fidelis illius militiæ Ducem, ac pro martyre habitum, in acie confodiſsent, quocirca Gregorius VII. Papa ipſum pariter, tanquam Chriſti martyrem conſolatus fuit per epiſtolam, quæ capitulo 6. ab eodem Landulfo recitatur. Talis igitur, ac tantus Sacerdos obedientiam Groſulano (quippe quem ſciebat eſse ſimoniacum) præliare interritus recuſabat. Cæterum Groſulanus ex adverſo ut ipſum, ejuſque aſsectatores ab ejuſmodi propoſito dimoveret, Provincialem Synodum hac in urbe congregavit, omneſque ſui adverſarios, habito ad Populum ſermone provocabat in hæc verba: *Si quis*

A *vult adverſus me dicere aliquid, nunc dicat: quod ſi modo tacuerit, amplius adverſus me audientiam non habebit.* Quid vero Liprandus ad hæc? Landulfum cap. 9. iſta narrantem conſulamus: *Hoc* (inquit) *cum Presbytero Liprando renunciatum fuit, & ipſe principales* (aliter plures) *cives ad Eccleſiam ſancti Pauli vocavit in die. Quibus dixit: Videtis me abſciſſum naſo, & auribus pro nomine Chriſti. Unde mihi magna retributio eſt promiſſa, ſi in finem perſeveravero. Pro amore itaque Chriſti veſtraque ſalute, & pace, rogo vos, ut ad me, & ea quæ vobis dixero, intendatis, & cum hæc, & plura bene dicta, beneque ſonantia, præſertim adverſus ſimoniam, dixiſſet; propoſuit dicens: Groſulanus, qui pro Archiepiſcopo tenetur, eſt Simoniacus de Archiepiſcopatu Mediolanenſi per munus à manu, per munus à lingua, per munus ab obſequio, & cum hæc in ſuo propoſito procederet: ſæpiſſime hortabatur omnes, ut convenirent ad veram cognitionem hujus propoſiti per divinum judicium approbatam in vita, vel* B *morte ſua, manifeſtata per ipſum. Sed Groſulani turba hoc perturbabat auctoritate Pontificum, qui Mediolanum venerant ad celebrandum Synodum cum Groſulano. Verumtamen presbyter ipſe, adverſus Epiſcopos diſputans, rationibus, & exemplis ſuam ſententiam ſuſtinuit, nec dimiſit.*

Tunc igitur ad judicium iſtud ignis ventum non fuit, cum Epiſcopi ſuffraganei qui ad Synodum evenerant, nondum ab urbe diſceſsiſſent. Galvaneus Flamma, & Auctor Chronici flos florum, non hoc anno 1101. peractum iſtud ignis judicium, ſed anno 1104. Totius miraculi hujus ſeriem Landulphus cap. 10. luculenter in hæc verba deſcribit, quorum prolixitatem abſque dubio lector uberi voluptate compenſabit.

[*Attamen Groſulani turba dimicans adverſus Primicerium, Landulfum ejuſdem Primicerii Clericum lapide occidit. Deinde quaſi in conſenſu totius civitatis dictum fuit presbytero, ut ad faciendum* C *judicium multa ligna congregaret in prato, quod clauditur in muro juxta ſancti Ambroſii Monaſterium. Et Presbyter ipſe plenus magno ſpiritu annonam, & vinum, quæ ad edendum habebat, pauperibus erogavit, ſuamque lupi tunicam pelles pro lignis pignoravit: cætera vero, quæ poſſidebat in libris, & aliis rebus, ſtatuit, ut conſervarentur Landulpho nepoti ſuo, & alumno, atque Eccleſiæ Acolytho* (hic nempe ipſemet hiſtoricus eſt, à quo iſta deſcribuntur) *qui tunc temporis diſcebat Aureliani ab egregio magiſtro Alfredo, & nobili Jacobo. Statuit etiam, ſi contigerit illum mori in illo judicio, ſi quid corporis ejus reſiduum fuerit, portaretur ad Eccleſiam ſanctæ Trinitatis, quam ipſe, ſicut ſupra in Privilegio legitur* (cap. 8) *in alodio ſuo fundavit, & Beato Petro tradidit. His itaque ſtatutis, & ordinatis, idem . . . . Ambroſii Eccleſiam ivit, & cum ipſe facturus judicium . . . . manus Groſulani prævaluit, & ipſa ligna in Prato diſpoſita diſperſit, ipſum pres-* D *byterum ſeparavit ab illa diſpoſitione ignominioſè. Deinde in domo ſua, & ſancti Pauli Eccleſia presbyter ipſe ſiluit, & quievit, donec pueri, & puellæ, mares, & fœminæ, in proximo tempore clamaverunt: Foras, foras Groſulane. Hunc clamorem Groſulanus cupiens compeſcere, habuit conſilium cum ſatellitibus ſuis. Quibus dixit: Ite & vos, & publice eligite viros de populo, qui dicant illi Liprando, aut ad ſatisfactionem meam veniat, aut de terra exeat, aut judicium, quod ſe facturum promiſit, faciat. Conſiliarii itaque de latere ejus venientes, ad concionem populi in veſpertina hora Dominicæ diei de Ramis Palmarum, ſeu Olivarum, publicaverunt, quæ audierant à domino ſuo Archiepiſcopo Groſulano. Quapropter non ſolum viri in concione electi venerunt ad presbyterum hanc legationem dicere, ſed innumera hominum multitudo venit hanc legationem confirmare. Ad quorum clamorem clamantem: Veniat presbyter ipſe Liprandus, ipſe hu-*

mi-

militis exivit. Et ut legationem audivit, & intellexit; manus ad cœlos levavit, & Deo gratias egit, & interrogando legatos inquit. vult. & mandat ipſe, quod mihi dicitis? qui omnes reſpondentes, dixerunt: Utique vult, & mandat. Et presbyter ad eos: Terram non exeo; ſed in iſtis duobus diebus jejunium ago, & in quarta feria faciam judicium, præſtante Deo, ſed, unde ligna emam, non habeo. Tunc Groſulani, & Reipublicæ miniſtri quercina ligna, ad flammam, & ad calorem aptiſſima, triginta ſolidis denariorum emerunt; quæ in campo ante atrium Eccleſiæ ſancti Ambroſii in duabus congeriebus reſpicientibus ſe compoſuerant: longitudo quarum decem cubitorum fuit, & altitudo, & latitudo major ſtatura hominis cubitorum quatuor: via verò inter ipſas congeries unius cubiti, & ſemis. His itaque diſpoſitis, & quibuſdam lignis in via interpoſitis, in quarta feria presbyter indutus cilicio, camiſio, atque caſula more ſacerdotis, ab Eccleſia ſancti Pauli, uſque ad Eccleſiam ſanctorum martyrum Protaſii, & Gervaſii, & beatiſſimi Ambroſii, nudis pedibus Crucem portavit. Super quorum ſanctorum altare, cæteris ſacerdotibus deficientibus, ipſe ſibi miſſam cantavit. Et miſſa cantata, Groſulanus quoque gerendo Crucem eandem Eccleſiam intravit, & pulpitum cum Arialdo de Meregnano, & Berardo Judice Aſtenſi aſcendit: & facto ſilentio in populo, & presbytero aſtante nudis pedibus ſuper lapidem marmoreum, qui in introitu chori continet Herculis ſimulacrum, idem Groſulanus ait ad Populum: Attendite; quia in tribus verbis hunc hominem vincam, & ejus confuſionem oſtendam. Et ad presbyterum inquit: Propoſuiſti, quod ego ſum ſimoniacus per munus à manu: modo dic, cui dedi. Tunc presbyter ſuper populum oculos aperuit; & digitum ad tres illos, qui ſtabant in pulpito, extendit, dicens: Videte tres grandiſſimos diabolos, qui per ingenium, & pecuniam ſuam putant me confundere: & nonne diabolus ille, qui ſuaſit illum fieri ſimoniacum per pecuniam, ſuadere poteſt, ut adhuc majorem pecuniam daret, & veritatem occultaret, & teſtes, & judices mundanos mihi auferret? & nonne ſcitis, quia propter vitandam aſtutiam diaboli, & pravorum hominum ego elegi Deum Judicem? qui neque per pecuniam, nec aliquo modo poteſt falli in judicio. Ad cujus judicium ſi vultis venire, paratus ſum, quod promiſi facere. Et Groſulanus ad eum: Modo dic, de qua ſimonia dicis. Et presbyter ad illum: modo dic tu, quæ eſt bona. Et Groſulanus aliquantulum ſubſiluit, & ait: Eſt ſimonia, quæ ſimoniacum non deponit. Et Presbyter ait: Ego dico de illa, quæ deponit Abbatem de Abbatia, Epiſcopum de Epiſcopatu, Archiepiſcopum de Archiepiſcopatu, in quo eſt. Et cum his verbis ſatisfeciſſet omnibus, audivit populum clamantem: Exite foras ad judicium: exite foras ad Judicium. Et presbyter in hoc multiplicato clamore, licet ſenex: deſuper lapide continente Herculis ſimulacrum proſilivit, & una cum populo in campo, in quo erant lignorum congeries, venit. Ibique dum ignis lignis accendebatur, Presbyter circumſtantibus dixit: Vos præter me non cernitis ſacerdotem, qui hunc ignem mihi benedicat: ſed cernitis chartam hanc, quam teneo, in qua ſancta verba, & ſigna ſanctæ Crucis continentur. Et ego miniſter hæc verba, & ſigna infertius dicam, & faciam: & Deus, qui eſt Dominus meus, deſuper ignem benedicat. Et audientes, & bene intelligentes dixerunt: Amen. Atque cum in circuitu ignis hæc verba dixiſſet, & ſigna feciſſet, & aquam benedictam, & incenſum ſuper ignem, aſtante ibi Groſulano, aſperſiſſet; dubitabat de ordinando ſacramento apud Groſulanum, & Arialdum de Meregnano, qui erat quaſi potentiſſimus Princeps Groſulani, & Procurator judicii, & expectans Presbyterum per ignem in morte finiri, vel per nimium terrorem ad dominum ſuum Groſulanum converti. Ipſe namque Berardo Judici Aſtenſi hanc legem, non ſolum per mortem, ſed & per quamlibet igniam læſuram in Presbytero factam, condemnanti dixerat: Abſit, quod læſura: ſed ignem adeo magnificabo, quod procul oculos ignis de capite ejus eruet, & in ipſo igne ardens cinis putreſiet. Attamen Presbyter cum vidiſſet eos de ordinando ſacramento dubitare, dixit ad eos: Sinite me quod ego bene ordinabo: ne faciam ſacramentum, donec dixero tantum, quantum vobis ſatisfecerit. Et illico in conſenſu eorum apprehendit cappam Groſulani, ipſamque quaſſavit, dicens: Iſte Groſulanus qui eſt ſub iſta cappa, & non de alio dico, eſt ſimoniacus de Archiepiſcopatu Mediolani per munus à manu, per munus à lingua, per munus ab obſequio. Et cum illis videbatur ſufficere, addidit; & ego ad fiduciam maleficii, aut incantationis, vel Carminis, non intro hoc judicium, ſic me Deus adjuvet, & iſta ſancta Evangelia in iſto ſancto judicio. Facto hoc ſacramento, Groſulanus concorditer equum aſcendit, & ad Eccleſiam ſancti Joannis, quæ dicitur ad Concham venit. Arialdus verò prædictus de Meregnano, inquirens, & expectans plenitudinem ignis, Presbyterum tenuit, & tenendo manum ſuam læſam procul ab ipſo calore ignis ſenſit. Et tamen ad Presbyterum inquit: Presbyter Liprande vide mortem tuam in igne; convertere ad Dominum meum Archiepiſcopum, habita ſecuritate vitæ tuæ: alioquin vade, & arde te cum Dei maledictione. Et Presbyter ad illum: Satana retro vade, illo retrocedente, Presbyter proſtratus à terra levavit: & ſigno Crucis ſibi appoſito, ingens flamma ignis in Meridiem, & Septentrionem ſe diviſit, & via apparuit, quam Presbyter intravit: & tranſiens per ipſos carbones ignis, ſeu arenam calcaret, ſenſit: & dum per ipſam viam tranſibat, flamma poſt ipſum coibat. Et, ut ipſe mihi dixit, & bene intellexi, donec in via hujus ignis fuit, hanc orationem Deo protulit: Deus in nomine tuo ſalvum me fac, & in virtute tua libera me: Deus in nomine tuo ſalvum me fac, & in virtute tua libera me: Deus in nomine tuo ſalvum me fac, & in virtute tua libera me. Et dum tertio proferret hoc verbum fac, ſe extra ignem vidit; nec in ſe, nec in ſuis ſacerdotalibus veſtibus lineis, ac ſericis, quibus erat indutus, ſive in cilicio, læſionem ullam ſenſit. Dehinc verò Landulfus undecimum caput ita proſequitur: Tunc Populus plene, quaſi ex uno ore, laudem Deo, & huic Presbytero extra, & infra civitatem contulit. Groſulanus verò intrepidus ſedem Archiepiſcopatus deſeruit, & Civitatem, quia aperte communi civitatis ore juratum erat, quod neutri eorum, nec alicui de parte illorum, pro hac actione malum fieret, niſi quod Dominus ſibi faceret.

Actum eſt hoc miraculum anno 1101. feria IV. hebdomadæ ſanctæ Quadrageſimæ ante atrium Baſilicæ Ambroſianæ. Simile miraculum Florentini, in Cœnobio Septimiano V. ab urbe lapide conſpexerunt anno 1063. feria IV. primæ Quadrageſimalis Hebdomadæ, tempore S. Joannis Gualberti; quando Petrus ille monachus Vallimbroſanus, cognomento propterea Igneus, & deinde Epiſcopus Cardinalis Albanenſis, ipſorum Epiſcopum, nomine Petrum, patria Ticinenſem, Simoniæ reum eſſe innoxio per ignem tranſitu commonſtravit. Qua de re vide quæ ſuperius diximus in Epiſcopis Florentinis. Quid inde poſt ignis miraculum in cauſa Groſulani in Romana Synodo coram Paſchali Pontifice, narrat idem Landulfus cap. 11.

[*Presbyter vero Liprandus, cum jam ſenex eſſet, & duo anni poſt legem ab ipſo factam tranſiſſent, provocatus, & quaſi compulſus, Romam ad Synodum venit, & paulo poſt: Presbyter Liprandus cauſam, quam adverſus Groſulanum habuit, pure notificavit: & Apoſtolicus non legem per ipſum Presbyterum datam, & ſacramento, & igne notatam, laudavit; ſed gratiam, & officium Presbyteratus in illo firmavit, & dixit. Si hic Presbyter juraret, & duodecim Sacerdotes cum illo jurando affirmarent, quod Groſulanus coegit ipſum Presbyterum ire ad ignem; ſuſtineret Groſulanus depoſitionem. Atque ſuper hoc ſpatium conſulendi per unam*

noctem dedit. Tum cap. 12. Nocte autem illa tranſacta, Apoſtolicus coram Synodo à Groſulano ſuſcepit ſacramentum, in quo ſacramento Groſulanus ſic ait: Ego Groſulanus, gratia Dei Archiepiſcopus, non coegi dictum Liprandum Presbyterum ire ad ignem, & facere Judicium. Tunc & Ardericus Laudenſis Epiſcopus jurando firmavit id ipſum. Azoni verò Aquenſi Epiſcopo, proferenti id ipſum jurare ex parte Groſulani, ab Apoſtolico fuit condonatum. Groſulanus itaque acceſſit, ut acciperet gratiam reſtitutionis. Et cum ad accipiendum reſtitutionem accederet, Gabuta, & Paſtoralis virga, quam idem Groſulanus ſua tenebat manu, coram Synodo ad terram corruit. Quod ſignum quampluribus fuit indicium, quod ſacramentum ejus fuit ſacramentum mortis. Verumtamen nec Papa, nec ejus Synodus ad hoc tunc reſpexit; ſed ipſum Groſulanum Azoni Aquenſi, & Arderico Laudenſi atque Jordono de Clivi, & cæteris Mediolanenſibus, tam Clericis, quam laicis, verum etiam Epiſcopis ejuſdem Eccleſiæ ſuffraganeis, volentibus eum habere in Archiepiſcopum, licet otioſe reſtituit. Qui quidem Presbyter ille Liprandus, licet occaſione hujus reſtitutionis foret ſuſpectus Groſulano reſtituto, & reſtitutum ſuſcipientibus; tamen in Eccleſia S. Pauli, ſuaque domo fuit ſacerdos idoneus in ſuo officio gratia Gulielmi Abbatis monaſterii S. Ambroſii, & Andreæ Mediolanenſis Eccleſiæ Primicerii, & aliorum multorum prudentum, tam Clericorum, quam laicorum, nec ſedem, nec aliquam munitionem Archiepiſcopatus, poſt legem primam à Presbytero factam, ſive reſtitutionem à Synodo celebratam, habuit.

Et capite 16. proſequitur.

Infinita autem mala, quæ operata ſunt per quatuor annos in ipſa guerra non enumero; ſed mortem Anſelmi germani mei, & aliorum multorum propinquorum meorum, & civium, per illam guerram manifeſtatam lugeo: nec tamen cœptum iter penitus deſero. Quia dum civitas illa Laudenſis adhuc ſtaret, & reſiſteret Mediolanenſibus conatibus, eam deſtruere, Groſulanus à Mediolano exulabat: & Laudenſis ille Ardericus (Epiſcopus) *ſuam civitatem per vadum intrabat, ſed Mediolanum frequentabat. Presbyter vero Liprandus in ſua domo, ſuaque S. Pauli Eccleſia conſolationem Regni, & Eccleſiæ devote expectabat.*

Item & cap. 17. his verbis proſequitur.

At quidam, qui dicebantur amici Presbytero expectanti, & Groſulano exultanti, dum hæc præfata guerra agebatur inter Mediolanenſes, & Laudenſes, Papienſes quoque, & Cremonenſes, Laudenſem civitatem defendentes, ſuggeſſerunt Olrico Mediolanenſi Vicedomino, & Anſelmo de Puſterla cognominato ire ad præcipuum magiſtrum Anſelmum de Monte Leodani. Quibus duobus fuit gratum ſecum ducere me Landulfum, Presbyteri Liprandi Alumnum. Et cum apud ipſum magiſtrum, & fratrem ejus ſtuderemus, nunciatum eſt illis, quod Groſulanus Aronam arcem munitiſſimam Archiepiſcopatus poſſidet. Quo audito Vicedominus valde infremuit; quia propter ejus abſentiam dicebant, quod hic ſecundus caſus Groſulano contigerit, & ideo, prout dicitur, Mediolanum redire feſtinaverunt: ipſamque arcem, & cætera ad Archiepiſcopatum pertinentia, à jure & poteſtate Groſulani vacua invenit. Et hi, qui in utroque dicebantur amici, quorum hortatu ipſe adivit Leodunum, in iſto reditu, neſcio quo ſpiritu, ipſum juvenem, & infra ordinem vicedominum elegerunt in Archipresbyterum. Et facta iſta electione ipſi, qui magis erant in parte Groſulani, præbuerunt Groſulano conſilium, ut huic electioni, nec laudem, nec vituperationem præſtaret, ſed Hieroſolymam peteret, & Ardericum Laudenſem Epiſcopum in Eccleſia Mediolanenſi ſuum faceret Vicarium. In hac manifeſta depoſitione, & alia non pluribus cognita, Groſulanus Hieroſolymitanum iter intravit.

De reditu ejuſdem Groſulani Mediolanum, deque actis in Synodo Lateranenſi inter ipſum, & Jordanum, inferius agemus. Interim ille non ad Epiſcopatum ſuum Saonenſem rediit, ut Synodus mandaverat, ſed Romæ manſit ad exitum uſque in Monaſterio S. Sabæ, ut narrat Landulfus cap. 29. *Ipſe autem non Saonam ivit, ſed in ipſa Urbe apud monaſterium S. Sabaoth per annum unum, & menſes quatuor, ut Epiſcopus vixit, atque ibi ſepultus eſt 8. Id. Aug.* Quamobrem ille obiit anno 1117. (1) Alii tamen ſcriptores Groſulanum aſſerunt Romæ ſepultum fuiſſe apud S. Sebaſtianum. Nec verum eſt, quod refert Ripamontius illum exceſſiſſe eodem anno, quo in Mediolanenſem Eccleſiam ſe intruſit, neque item verum eſt, ex deſperatione rerum hauſto ultro veneno diſperiiſſe, poſtquam ex decreto Concilii dignitatis Mediolanenſis tulit repulſam. Groſulani Epitaphium ex libro Epitaphiorum Appiani à Fontana in ſuis notationibus Catalog. Archiepiſcop. Mediolanenſ. inſcriptum, tanquam Romæ in S. Sebaſtiano exiſtens, refert idem Puricellus numero 326. En illud.

Inſubrius patriæ Chryſolaus gentis alumnus,
Ambroſiæ Præſul Religionis eram.
Romana laſſo pro te, non Itala tantum,
Luſtrata eſt omnis Parrhaſis ora mihi.
Invida mors meritum nihil eſt quod tollis honorum,
Penſata æternis ſunt mea damna bonis.

Cæterum Groſulanus, cum longe doctiſſimus eſſet, exilio pulſus, Conſtantinopolim coram Imperatore Alexio Comneno, cum deviis Græcis de proceſſione Spiritus Sancti diſſeruit, erroremque Græcorum jugulavit, librumque ſcripſit eruditiſſime de Spiritu Sancto adverſus eoſdem; quem mirifice commendat Trithemius de ſcriptoribus Eccleſ. & Baronius ad annum 1116. Extat liber ille M.S. in Bibliotheca Regia Pariſina, ubi in principio habetur, Petri Groſulani Epiſcopi de proceſſione Spiritus Sancti. Petrus itaque Groſulanus forte cognomine vocabatur, nomen hactenus incognitum, cognitum fecit doctiſſimus Leo Allatius ex Pariſina relatione.

82. JORDANUS Clivius Mediolanenſis, dejecto Groſulano anno 1112. ſubſtituitur, exque diuturniori concertatione cum eodem in Synodo Romana victor evaſit. Landulfus ipſe, qui tunc præſens erat, & in partem conſilii vocatus, ita ſcriptum reliquit. LXXVII. Ab an. 1112. ad an. 1120.

Octobri vero (inquit) *menſe ſequenti flumina per continuam pluviam ita tantum creverunt, quod non ſolum villas, ſed ipſam civitatem mirum in modum perturbarent. Quidam etiam ſibi, & mundo finem timuerunt, quia homo imperabat, qui patrem ſuum oppreſſerat: Sed Guazo Cumiuus una cum Amizone de Sala, & aliis quampluribus, tam Clericis, quam Laicis, tendentes ad alta cœperunt prædicare, & dicere, diſcordiam de Groſulano eſſe malitiam altero diluvio dignam. Ad quorum voces Joannes Maneri, & Petrus de Carate, qui erant primi, & maximi in parte Groſulani pugnatores, & defenſores, & conſcii conſilii Guazonis, atque Amizonis, coram Populo reſponderunt, & illis dixerunt: Dicite, quid nobis vultis fieri ex parte noſtra? Qui dixerunt: Volumus, quod Ardericus de Carimate, qui Levita eſt ordinarius, Presbyter Joannes Eccleſiæ ſancti Naboris Præpoſitus, presbyter Nazarius Muricula, presbyter Petrus de ſancto Carpophoro, presbyter Lanterius de ſancto Protaſio in Campo, presbyter Albricus de ſancto Dalmatio, presbiter Arricus de ſancto Victore ad Theatrum, presbyter Ambroſius de S. Joanne ad Concham, presbyter quoque Galdo de ſancto Michaele, quos omnes ſcitis eſſe defenſores Groſulani: & ex altera parte volumus, quod Vicedomi-*

(1) Groſulanus ex Catalogo hanc ſedem an. 9. & menſ. 4. perturbavit. Defunctus eſt Groſulanus an. 1117. poſt initium Auguſti, ac proinde dici poſſet poſt electionem ſuam primam vixiſſe an. 14. & amplius; ſed Auctor Catalogi perturbationem Eccleſiæ ſub eo definiens an. 9. menſ. 4. uſque ad initium anni 1112. ipſam duntaxat extendit, eoque videtur indicare ipſius electionem factam fuiſſe anno 1102. circa finem Auguſti, cum jam utique certiſſimo conſtaret de morte Anſelmi, Conſtantinopoli obito ante menſes fere XI. Hic ergo dicenda eſt ſedes omnino vacaſſe. Papebrochius.

dominus, Anſelmus de Puſterla, Anſelmus de Badaglo (niſi malis de Badagio) *presbyter Richelmus Præpoſitus Eccleſiæ ſancti Nazarii, presbyter Girardus Præpoſitus Canonicæ Eccleſiæ ſancti Ambroſii, Rubricus quoque Eccleſiæ Præpoſitus ſancti Stephani, presbyter Artaldus Amerii, presbyter Lanfrancus Propheta, & nos duo, videlicet Guazo, & Amizo, cum illis jurabimus, quod uſque ad iſtas Calendas proximi Januarii concorditer dabimus juſtam, & rectam ſententiam ſecundum Canones de diſcordia Groſulani, ſi poſſit eſſe Archiepiſcopus Mediolani ſive non, & ſi non poterit eſſe, de alia perſona concorditer faciemus Catholicam electionem in eodem die. Volumus etiam, ut Landulfus Carogna qui eſt presbyter ordinarius, & Anricus de Birago qui eſt Levita Ordinarius, presbyter Joannes Acileus, presbyter Olricus de ſancto Martino, Joannes etiam Mauerius, Guazo Gaſtaguadum, & alii Clerici, & ſacerdotes, milites, & cives, quos nos vocabimus veniant, & jurent tenere ſententiam, quam nos decem, & octo dabimus, ſine diſcordia, & ſchiſmate, de Groſulano tenendo, ſive dimittendo; ſive de alia perſona, quam nos concorditer eligemus.)*

Cap. 21. proſequitur.

(*Sed cum in ultimo die Decembris, Ardericus ille, & decem ſeptem alii eſſent in concordia eligendi Jordanum, ego juſſu Andreæ Primicerii presbyterorum, & Clericorum Decumanorum Mediolanenſium ad eos veni, & ut ipſe Primicerius mihi præcepit, eis dixi, quod male conſiliati erant. Verumtamen ipſi conſilium non mutaverunt, ſed mane facto, videlicet Calendis Januarii, Ardericus idem cum Vicedomino, & cæteris ſibi conjunctis in abiciendo Groſulanum, vel in ſuſcipiendo, aut in alium eligendo Archiepiſcopum catholice pulpitum aſcendit, & facto ſilentio in populo, coram illa maxima multitudine loquens dixit: Nos, ſalva reverentia Papæ ſecundum auctoritatem, & juſtitiam Canonum dicimus, quod Groſulanus non poteſt eſſe Archiepiſcopus Mediolani. Iſto dicto, & confirmato illico presbyterum Jordanum de Clivi elegit in Archiepiſcopum. Hoc cum presbyter Liprandus audivit, ægrotus electo ſurrexit, & in altera die illi electo piſcem obtulit, dicens: Gratias Deo, quod nunc mihi teſtimonium perhibetis. Sed hi, qui te elegerunt in Archiepiſcopum, male fecerunt, & Deus illis miſereatur, quia tu poſſes eſſe unus bonus presbyter de Clauſtro. Nunc autem maſculus eſt. In quo murmure Epiſcopi ſupranominati, videlicet Azo Aquenſis, & Ardericus Laudenſis videntur fuiſſe. Vigilante itaque hoc murmure, Mamardus Taurinenſis illico Romam adivit, & ſtolam petiit, & rediens tulit ſtolam, & chartam continentem Sacramentum, quod Papa poſcebat à Jordano, attulit; alioquin ſtolam dari Jordano Papa prohibuit; ſicut idem Mamardus notavit. At Jordanus per ſex menſes jejunus fuit, & ſtolam non habuit. Sed infra hoc ſpatium ſex menſium, Bernardo Epiſcopo Papienſi, & Jordano Mediolanenſi conſentientibus Papienſes, & Mediolanenſes ſtatuerunt, & juraverunt ſibi fœdera, quæ nimium quibuſdam videntur fuiſſe Imperatoriæ majeſtati, & Apoſtolicæ auctoritati contraria, cum iſti cives jurarent ſibi ſervare ſe, & ſua contra quemlibet mortalem hominem natum vel naſciturum.*]

Inde cap. 25. hæc habet.

[*Igitur, præsbytero Liprando poſito in Pontidii monaſterio (proſequitur Landulfus) fama de Groſulano redeunte ab Jeroſolymis, aures Jordani, & Ordinariorum ejus implevit. Et Mamardus Taurinenſis Epiſcopus iterum Mediolanum venit: atque ſtolam, quam in præcedenti anno ſine Sacramento Jordano dare noluit, neque dedit, nunc, videlicet in feſto Sancti Nicolai, quando presbyter Liprandus Pontidium intravit, ſuper altare ſancti Ambroſii poſuit, & Jordanus oſculans eam de ipſo Altari aſſumpſit. Quæ poſitio, & aſſumptio, abſentibus ordinariis, & Primicerius facta fuit.*

Sequitur cap. 26.

A [*Groſulanus ergo Mediolanum tandem ingreditur in Auguſto, qui fuit octavus menſis ab illo, in quo presbyter Liprandus obiit. In iſto enim menſe, & Groſulanus à Jeroſolymis rediit, & prius poſt legem factam de eo iguitam ibique tunc ad locum, ubi ſanctus Victor carceratus fuit, ſuoſque theſauros ſacerdotibus, & viris, quos ſibi putabat fideles, explicavit: & explicando induxit benignitatem, quæ pavit & induit Jordanum, quem fecerat Subdiaconum. Videbant etiam inſtare adverſus Jordanum; eo quod dicebat, eum ſibi juraſſe, & dejeraſſe. Quod fortis, & valida turba Jordani non ſuſtinuit: ſed aſſumptis armis maximum inſultum in Groſulanum fecit. Ipſius autem Groſulani caterva undique concurrens, ferendo, & inferendo vulnerationes, orbitationes, & occiſiones multas in equis, & in hominibus, fortiter, & prudenter ipſum Groſulanum per quindecim dies in Turribus de Porta Romana ſervavit.*]

In Auguſto, &c. ſicut ex eodem cap. 27. habetur.

[*Groſolanus à Jordano accepta ingenti pecuniæ* B *ſumma, neque tantum cum ſuis, ſed etiam cum Jordaniſtis communicata. Mediolanum exivit atque Placentiam adivit; ibique in Monaſterio ſancti Marci, quod eſt de Congregatione Vallis Umbroſæ, hoſpitatus invenit Ardericum Laudenſem, quem fecerunt ſibi Vicarium in victu, & veſtitu ejuſdem Congregationis monachorum*

Quid tandem actum ſit in hac controverſia inter Groſolanum, Jordanumque in Concilio Lateranenſi à Paſchali II Papa pridie Non. Martii feria II. congregato anno 1116. recenſet idem Landulfus de S. Paulo cap. 29.

Ego itaque (inquit) *mærens de hac intruſione (quippe Nazarius Muricula, jam factus Primicerius alterum ſui loco intruſerat in Eccleſiam S. Pauli in Compito, quam juris eſſe ſui Landulfus contendebat) & omnis Eccleſiaſtici beneficii, & officii in me facta expoliatione, ivi ad Synodum, quam Papa Paſchalis pro cauſa Groſulani, & Jordani Romæ celebravit. In qua ſupradictus Anſelmus de Puſterla ſecundum* C *ſuam dignitatem honeſtum locum habuit, & ſedit, ſed neque pro Groſulano, neque adverſus Jordanum verbum bonum, aut malum protulit. Jordanus vero à principio Synodi uſque in finem ſedens, & ſitus à dextra Apoſtolici, nullo mediante in ipſa Synodo fuit. At Groſulanus, ibi ſtando & ſedendo inter Archiepiſcopos, & Epiſcopos, ceu vir prudens intendebat ad deſtruendam Jordani impoſitionem, & converſionem eorum, qui ipſam fecerant impoſitionem: & intendendo ad iſta, egregie loquebatur de poſitione, & reſtitutione ſua, qua poſitus, & reſtitutus fuit in Mediolanenſi Eccleſia. Cui vero homo, qui in iſta Synodo, ſive in Lateranenſi Palatio contradixerit, certum locum non habuit. Sed Dominus Papa Paſchalis, quaſi affectans reddere illum placabilem Deo, & ſibi ejus ſcientiam, ejuſque facundiam commendabat: atque labores, quos ipſe Papa per ſe ſuoſque Legatos Romæ, & per Langobardorum provinciam pro ipſo Groſulano ſuſtinuerat, coram Synodo referebat, & ad lenendam duritiam, & aſperitatem eorum, qui* D *nec poſitionem, nec reſtitutionem Groſulani ſuſceperant, vel ſuſcipiebant, non ſolum de præsbytero Liprando, ejuſque lege mentionem faciebat, ſed ruinam Gabuli introducebat.*

Quæ ruina tunc apparuit, quando ipſe Groſulanus juravit, & ad accipiendam reſtitutionem aſcendit. Inſuper inferebat, quod Groſulani translatio de Epiſcopatu Saonenſi ad Archiepiſcopatum Mediolanenſem utilitatem non contulerat. Quos caſus Groſulanus clypeo Eccleſiaſticæ conſuetudinis, & legis à ſe quodam modo repellebat. Verumtamen domnus Papa, nec Synodus, neque in prima neque in ſecunda, neque in tertia, ſive in quarta die Synodi, Groſulano, per ſingulos dies pro ſe, ſuaque cauſa in Palatio, & Synodo agenti, non ſatisfecit. Sed Groſulanus in quinta die qui fuit ultimus illius Synodi, Apoſtolico inſtanti ſuis cum prædictis objectionibus flendo inquit: Domine Domine, veniam ad vos; quamvis ii, quibus dediſti poteſtatem judicandi cau-

ſam

ſam meam, me non diligant. Tanc Portuenſis Petras Epiſcopus ſe, & cæteros habeates hanc poteſtatem de malevolentia habita in Groſulanum honeſte, & ſafficienter excaſavit. Et cum encuſaſſet; in communiconcordia illius encuſantis, & cæterorum habentium poteſtatem iſtam prolata fuit ſententia, quæ prohibuit Groſulanum Mediolanenſem Eccleſiam inquietare, & ad Epiſcopatum dixit ei redire.

Hactenus e Landulfo acta hujus Synodi. Quantum quidem ad Groſulanam controverſiam ſpectant, eadem recitat Baronius ex Abbate Urſpergenſi. De Jordano cap. 30. proſequitur Landulfus.

(*Jordanus vero audita, & publicata illa ſententia de redeundo Groſulano ad Epiſcopatum* (Saonenſem) *coram ipſa Synodo Theatrum aſcendit, & ibi ad pedes Apoſtolici ſtratus grates illi reddidit, & elevatus ab ipſo Apoſtolico, gratiam, & virgam Pontificalem in ipſo theatro ſuſcepit. Altera vero die ipſe Jordanus Archiepiſcopus monitus à Landulfo Aſtenſi Epiſcopo, & quibuſdam aliis Epiſcopis, in quadam Eccleſia Lateranenſi vivo, & depoſito quondam Epiſcopo Armano Brixienſi, ordinavit Brixienſem electum in Epiſcopum, nomine Villanum. In qua ordinatione ſecundum ordinis mei officium legi lectionem de libro Exodi; atque mitram de capite illius Villani caſu ruentem, in ipſius capite firmavi.*

Eodem anno 1116. Jordanus Mediolanum reverſus, Henricum Imperatorem, Joanne Cremenſi Cardinali præcipiente, e ſuggeſtu Baſilicæ Metropolitanæ S. Theclæ denunciat excommunicatum, Ita affirmat Landulfus cap. 31. Obiit tandem Jordanus anno 1120. (1) die 6. Octobris, ſepultuſque eſt in Baſilica Ambroſiana.



LXXVIII. Ab an. 1120. ad 1123.

83. OLRICUM, ſeu Henricum Capitaneum, ſummæ Ædis Archipresbyterum, Jordanus excepit anno 1121. Sequenti vero anno adfuit Concilio Lateranenſi à Calliſto II. congregato; quomodo autem contra Ravennatem Archiepiſcopum, itemque pro Henrico Imperatore ibi ſe geſſerit Olricus, e Landulfo noſtro capit. 36. ibidem tunc præſente, ſic accipe.

Verumtamen illo Olrico Archiepiſcopo ſedente in Roma tunc, cum Papa Calliſtus Synodum Romæ celebravit, ego, ab Eccleſia mea exturbatus, & propriis meis rebus, & alodiis expoliatus coram domno Papa Calliſto, ejuſque Curia, conſedente in Lateranenſi palatio, cauſam meam notavi, & ut eam explicarem in Synodo, Synodum intravi. In qua Synodo gratia antiquæ honeſtatis Mediolanenſis Eccleſiæ & condiſcipulatus Olrici, valde condolui de perturbatione, quam Ravennas Archiepiſcopus faciebat ſibi. Poſcebat enim Ravennas locum ſedendi in Synodo ad dexteram Apoſtolici, nullo mediante, quem locum Groſulanus poſſedit, quando reſtitutus fuit: Jordanuſque, qui Groſulano ſucceſſit, eundem locum habuit tunc, quando idem Groſulanus eundem Jordanum deponere ſtuduit. Hac itaque ratione, & multis aliis, quæ tunc in memoria non habebantur, domnus Olricus Mediolanenſis Archiepiſcopus locum illum obtinere non dubitavit; ſed tamen ipſe Mediolanenſis Olricus in ſecunda feria, qua incœpta, & celebrata fuit Synodus; loco vacante, neque in palatio, neque in Synodo apparuit. Synodus vero tunc in tertia feria non fuit, & idem Mediolanenſis palatium non intravit. Sed in quarta feria, dum Synodus celebrata fuit, Olricus idem Mediolanenſis Archiepiſcopus ad dexteram Apoſtolici Calliſti, nullo mediante, ſedit. Sed & capite mox 37. idem Arnulfus ita proſequitur. *Ego expectans alteram diem, convenientem meæ cauſæ, meæque querelæ, ex improviſo vidi, & audivi, quod domnus Papa gratia conſecrandi altare diſſolvit Synodum in ipſa die mercurii, nec ultra ab eo Synodum celebrari audivi, nec vidi; ſed ſperans in Domino præſenti, quod domnus Olricus Mediolanenſis Archiepiſcopus, prout moris, & legis conſuetudo exigit, pro Rege Henrico oravit, & ei ramos palmarum per Landrianenſem Thealdum, Mediolanenſis Eccleſiæ egregium Notarium, in Germaniam miſit.*)

Olricus cum duos annos Mediolanenſem Eccleſiam adminiſtraſſet, deceſſit anno 1123. (a) quarto die ante Junii kalen.



LXXIX. Ab an. 1123. ad 1126.

84. ANSELMUS Puſterla, hujus nominis V. Archiepiſcopus adlectus eſt anno 1123. De profectione ejuſdem Romam ad Honorium II. anno 1125. ac de iis quæ ibi peregit, hæc Landulfus capitulo 38.

[*Sed cum idem Archiepiſcopus, ſecutus conſilium quorundam Capellanorum, & Primiceris, Petri vero Terdonenſis Epiſcopi, contra publicum interdictum Cleri, & populi Mediolanenſis, Romam ivit; mihi quidem non ſedit. Verumtamen ipſe, ceu vir prudens, & ſapiens, cum Papa Honorio, & Cardinalibus ejus multa contulit, & conferendo Eccleſiaſticas conſuetudines Ambroſianæ Eccleſiæ, & honores ejus Archiepiſcopatus, & urbis, vivis, & bonis rationibus defendit. Unde ipſe Papa huic prudenti viro dixit: Frater, meditatus & Epiſcopus veniſti. Sed ſi vis frui auctoritate Archiepiſcopi in temporibus meis; neceſſe eſt, ut ſtolam ſuſcipias e manibus meis; aut, ſicut ego ſuſcepi, ad altare ſancti Petri. Hinc domnus iſte Mediolanenſis Roboaldum Albenſẽ adjuravit, ut ſibi conſuleret. Tunc Roboaldus ille Albenſis ſic ait, quod prius ſuſtineret naſum ſuum ſcindi uſque ad oculos, quam daret ſibi conſilium ut ſuſciperet Romæ ſtolam, & Eccleſiæ Mediolanenſi præ-*

(1) Jordanus ſedit an. 8. menſ. 9. dies 3. obiit 4. *Nonas Octob. ſepultus apud s. Ambroſium juxta pulpitum.* Mors ejus incidit in annum 1120. a cujus die IV. Octob., ſi per 9. menſes, dies 3. retrocedas, præciſe pertinges ad Kal. Januarii anni 1112. ejus electioni aſſignatas à Landulfo, & computabile verum eſſe, quod dies de menſura Epiſcopatus ſumenda e die non ordinationis, ſed electionis: quamvis enim ſic non computetur dies mortis, non tamen eodem computato veroſimile cuiquam eſſe poteſt, die immediate ſequenti conſecratum fuiſſe Jordanum. Kalendæ enim Januarii anni illius inciderunt in Feriam II. & ut minimum expectanda fuit ſequens Dominica, aut etiam hebdomadæ aliquot debuerunt præteriiſſe, antequam comprovinciales Epiſcopi (quorum nullus adfuit electioni) convenirent ad benedictionem electi, vel etiam conſentirent ipſi Electioni. *Papebr.*

(2) Olricus ex Catalogo *ſedit an. 5. menſ. 6. dies XI. obiit 5. Kal. Junii ſepultus in Eccleſia hiemali juxta pulpitum.* A die 28. Maii per tempus prænotatum retrocedendo venitur ad 18. Novembr. qui anno 1120. fuit feria 5. Ante ejus electionem vacaverit ſedes menſ. 1. dies 11. ipſe vero obierit an. 1123. Sed omnino fateri oportet vitium eſſe in numero annorum. Etenim Puricellus inter monumenta Ambroſianæ Baſilicæ p. 575. profert ſententiam latam ab Anſelmo ſucceſſore anno 1123. primo die Septemb. Ind. II. primum ſcilicet inchoata. Videntur igitur Scriptores Catalogi obrepſiſſe anni V. pro II. itaut obierit Olricus anno ipſo 1123. atque poſt vacantis ſedis menſem ſere unum ſucceſſerit Anſelmus. *Papebrochius.*

præpararet hanc novam, & graviſſimam, eunm Honorius Papa dicebat ſibi imponere, me nſuram. Mediolanum igitur iſte Anſelmus Archiepiſcopus ſine ſtola rediit, & eundem Albenſem Epiſcopum ſecum reduxit. Verum Archiepiſcopalem ſedem non aſcendit, donec Ubertus de Meregnano, ejus ſcriba non juravit, quod ipſe domnus ſuus Anſelmus nulli minuimento honoris Eccleſiæ Mediolanenſis conſenſit: & quod ipſum Albenſis ille Epiſcopus Roboaldus auctoritate ſua confirmavit; deinde Pontifex iſte Anſelmus ſedem, & Caſtella Archiepiſcopatus in beneficio Cleri & populi recuperavit.

Porro Roma reverſus Novocomum Anſelmus armatus incurrit, obſedit, ac penè dirupit, Modoetiæque Conradum contra Lotharium Imperatorem coronavit anno 1128. Quamobrem indignatus Honorius Papa tam Anſelmum, quam Conradum à communione fidelium cenſuit ſegregandos, cumque Anſelmum Archiepiſcopali dignitate privaſſet. En Landulſus cap. 39. qui rem totam hiſce verbis narrat.

Anſelmus in Caſtellis habitans intellexit, quod Clerus, & Populus Mediolanenſis nobilem Principem Conradum cum Eccleſiaſtica pompa, & civili triumpho, conveniente Regi naturali, ſuſcepit. Cum autem Clerus, & populus, idem Anſelmus à Leuco deſcendit ad Modoetiam, qui eſt primus locus Coronæ Regis Italiæ, ibique pernoctavit, & conſilium redeundi ad Montuna ſuſcepit, & poſt trium dierum interpoſitionem Caſtellum, quod dicitur Plebia aſcendit. Ibi pluros ſonos ſonoros de coronando Rege Conrado audivit, & ego non in amaritudine ab ipſo Pontifice audivi ut citiſſime Mediolanum adirem, & affectum civium omnium ſuper hujuſmodi regale negotium ſibi renunctarem. Tunc Umfredus Aboriti, & Armiger ejus, à veſpera hora diei uſque ad ſolis ortum, mecum, & cum puero meo requiem non habuit, ſed ad plenitudinem concionis Cleri, & populi convocatam, & congregatam Mediolani, quaſi in hora tertia perveni, ubi clerus, & populus, quaſi homo unus ampliſſime, & mirifice collaudavit, & conclamavit, ut Epiſcopus veniret, & Principem illum coronaret. Ad hæc quoque Rogerius Clivellus, nobilis miles, & potens, populo circumſtante, ait: Per Corpus Domini niſi voluntas Dei eſſet, ut hic nobilis Dominus coronaretur, iſte benedictus populus nequaquam ad laudem ejus ita concorditer clamaret. Cauſa itaque iſta ſic plaudata, & ſtatuta, Anſelmus de Badaglo Subdiaconus Ordinarius, Guido de Landriano electus capitaneus, Guerenzo de Puzobonello Vavaſſor ſtrenuus, Robocaſtellus civis, & eques nominatiſſimus, ex parte totius cleri, & populi legationem de plaudato, & coronando Rege Conrado Pontifici Anſelmo contulerunt. Qui cum eſſet in Caſtro Plebiæ, & intendiſſet ſuper horum, & meum relationem; feſtinavit ad urbem. De cætero ipſe, quaſi conſentiente communis omnium gentium voto in Eccleſia Sancti Michaelis, quæ eſt Modoetiæ benedixit, & unxit, & coronam electo Conrado in feſto ſancti Petri poſuit, altero Epiſcopo aſtante Regi coronando. In quo facto ego quippe piger non fui, ſed ante ipſum Pontificem, ipſumque coronatum ab Eccleſia Sancti Michaelis Pontificalem virgam in admirabili pompa, per Dei voluntatem congregata ad honorem illius Regis, uſque ad Eccleſiam ſancti Joannis bona cum voluntate portavi, & in ſancti Joannis Eccleſia ſolemniter cum Rege iſto quam optimo Miſſam audivi. Eandem quoque ſolemnitatem coronationis idem Pontifex in Eccleſia ſancti Ambroſii, me alibi non meo vitio detento, celebravit. Veruntamen quicquid directe eſt actum in illo Domino meo Rege, dilexi, & diligo. Hunc namque gradientem per comitatus, & Marchias Lombardiæ, & Thuſciæ, comites, & Marchiones, cujuſcumque nobilitatis viri potentes, & humiles, cum gaudio ſuſceperunt, & amaverunt. Qui vero rebelles fuerunt, ejus acutiſſimi gladii fortitudinem ſenſerunt, atque mortem, & confuſionem (ceu Anſelmus Marchio del Buſco, & illuſtris . . . . Comes) ſu-

A *ſceperunt. Alter quorum Anſelmus vitam & abſolutionem ſuſcepit per gratiam Mediolanenſium, quibus in auguſtiſſimis præliis campeſtris, ceu miles fortiſſimus præfuit. Alter vero ſcilicet comes, vel mortem ſuſtinuit. Ac ſic benigne, & fortiter agendo Romæ appropinquavit; ſed fortis manus Honorii Papæ ipſum reſupinavit, atque in Germaniam, quaſi ad ſua propria loca redire fecit. Joannes igitur Cremenſis, Cardinalis Romanus Epiſcopos ſuffraganeos, & comprovinciales Mediolanenſis Eccleſiæ, ut excommunicaret Mediolanenſem Archiepiſcopum, convocavit Papiæ. Quibus convocatis, & Cardinali per plures viros, & ſacerdotes ipſe Pontifex Mediolanenſis mandavit, ne præſumerent, ſed ipſum per unius diei ſpatium expectarent. At Papienſes, Cremonenſes, Novarienſes quoque, & eorum Epiſcopi, & aliarum civitatum prædicantes hoc regium opus Anſelmi contrarium Deo, & magno Regi Lothario, nequaquam illius Pontificis Legationem ſuſceperunt; ſed ipſum, præſtante Cardinali illo Joanne, excommunicave-*
B *runt, & Mediolanenſibus protegentibus caſtrum Cremæ bellum facere ſtatuerunt. Attamen in maxima parte Mediolanenſes Catholicam reverentiam, vivente Papa Honorio, huic Pontifici (Anſelmo) præbuerunt.*

Poſt hæc Honorio defuncto, ac Innocentio II. legitime creato, Anſelmus ex ablata dignitate doloris impatiens, contra Innocentim verum Pontificem, Anacleto Antipapæ adhæſit, & favit; cum pleroſque Inſubriæ nobiles Conrado rem gratam facturus vocaſſet in partes, Stolamque, quam ex Honorii manu accipere detrectaverat, ab Anacleti Nuntiis ſolemniter Mediolani ſuſcepit; idque cum Innocentius intellexiſſet, atque pertinaciam Anſelmi haud duxiſſet ferendam, Mediolanum mulctat interdicto, ac Metropolitanæ dignitatis titulo ſpoliat. Landulſum audiamus cap. 40. de hac re loquentem.

Honorio defuncto, Anacletus Papa Romanorum ſecundus huic Mediolanenſi Stolam (quam ex Honorii
C manu accipere detrectaverat) *per ſuos idoneos Nuncios videlicet Joannem Palæſtinæ Epiſcopum, & Beltramum ſubdiaconum Romanum, mandavit. Quam Stolam ipſe Anſelmus Pontifex, clero, & populo Mediolanenſi circumſtante, & collaudante Anacletum Papam, ejuſque legatos, & legationem reverenter ſuſcepit. Pars vero ſibi adverſa inde magis detrahere cœpit. At plenitudo Cleri, & Populi ad eum concurrebat: timorem quoque, & reverentiam Regi Conrado, & Papæ Anacleto, ex dilectione portabat. Et dum hic ſpes fuit in plenitudine Eccleſiæ, & civitatis Mediolani, & venditiones, & privilegia, quæ egregii capitanei de Beſana, & de Porta Orientali, atque Lomagna, & Gregorius Papa VII. & Urbanus Papa II. Presbytero Liprando fecerunt, vim ſuam obtinuerunt, & oculis omnium latuerunt: nulla guerra Mediolanenſes ignominiavit: ſed Papienſibus, Cremonenſibus, Novarienſibus, cunctiſque ſuis inimicis late, & ſplendide ipſi Mediolanenſes præſtiterunt.*

D Et cap. 14. pergit.

At ubi Anſelmus Archiepiſcopus contra ipſas venditiones, & privilegia facere voluit, & fecit, & multitudo Cleri, & populi, atque conſulum ipſas venditiones & privilegia legere voluit, contigit, quod quidam manipulus militum Mediolanenſium captus eſt à Cremonenſibus, & plures de ordinariis, ac decumanis ſacerdotibus cœperunt, neſcio quo ſpiritu, ſuper cauſa Regis Conradi ridere, & cauſam Anacleti latenter ſpernere. Hinc Anſelmus Archiepiſcopus, multos ſuſtinens ſtimulos, tandem presbyterum Azonem, Magiſtrum Puerorum canentium principaliter in miſſa Sacerdotum celebrantium corporis, & ſanguinis Chriſti ſacrificia, & quoſdam alios, qui fuerunt doloſi in celebratione Coronæ Regis Conradi, excommunicavit. Ex cujus excommunicationis radice circumciſi Chriſtum filium Virginis ignorant, & maxima pars Quiritum, & Longobardorum auctorem divinæ & humanæ legis mini-

A *me amant. Sine quibus auctoribus cœli, vel terræ pace frui non poſſumus. En etiam nunc diſſenſio multa & pernicioſa nimium orta eſt in Mediolanenſi populo ſub excommunicationis titulo. Quia ſi Archiepiſcopus excommunicavit hunc presbyterum, & alios in pulpito S. Theclæ, & Epiſcopi comprovinciales, & ſuffraganei, ſicut ſupradictum eſt, excommunicaverunt illum Papiæ. Ordinarii itaque, & decumani ſacerdotes, & cæteri faventes Papæ Innocentio Secundo, & inſidias præparantes hujuſmodi Archiepiſcopo, ſuas pecunias effuderunt, & ipſas legis, & morum peritis, atque bellatoribus viris tribuerunt. Unde ipſe Archiepiſcopus compulſus eſt intrare popularem concionem, ut ibi decertaret cum ſuis excommunicatis de excommunicatione. Cumque ipſe expectaret ſagittas de juſta, aut de injuſta excommunicatione, Nazarius primicerius, miræ calliditatis homo, per prolixum ſermonem cunctæ concioni faſtidium induxit. Archipresbyter autem Stephanus, qui cognominatur de Guandeca, videns Primicerium ſuum faſtidioſe fore locutum; vocem ſuam exal-* B *tavit & contra Archiepiſcopum ſic ait: Tu es hæreticus perjurus, ſacrilegus, & aliis criminibus, quæ non ſunt hic notanda, es reus. His auditis ex improviſo, Archiepiſcopus obſtupuit. Archipresbyter vero ille, habens Textum Evangeliorum ad manum continuo juravit, quod ipſe de iſtis rebus, quas dixerat eſſe in iſto Anſelmo, qui dicitur de Puſterla, in judicio Epiſcopi Novarienſis, & Albenſis, qui ſunt de Suffraganeis Eccleſiæ Mediolanenſis, ſtaret. Conſules itaque Mediolani in concordia utriuſque partis ſtatuerunt, ut ipſi, & alii Suffraganei venirent. In ſtatuta itaque die non ſolum Suffraganei, ſed quamplures pure induti rudi, & inculta lana, & raſi inſolita raſura concurrerunt. Cumque Archiepiſcopus iſte Anſelmus vidiſſet eos conſtare, & populo, quaſi ſi eſſent Angeli de Cœlis; ad ipſum Populum ait: Omnes illi, quos hic videtis cum illis Cappis albis, & Griſiis, hæretici: inde, ſimplices, & compoſiti ad expellendum, & deponendum, bellum commove-* C *runt. Veruntamen gladio Anſelmi in dextra illa reſiſtere non potuerunt. Sed mediante nocte per expenſam pecuniam manus Primicerii, & Archipresbyteri Stephani fortiſſima in ſummo diluculo ipſum Anſelmum à ſede compulit. Qui cum non inveniret, quo declinaret; paternam ſuam domum intravit, factoque mane die altera idem Anſelmus coram humili ſua plebe, in Eccleſia S. Ambroſii congregata ſe præſente jurare fecit Camerarium ſuum, ne iſte Dominus ſuus effugeret judicium Suffraganeorum, & coram eis reſponderet Stephano Guandeca, dicto Archipresbytero, de iis rebus, quæ ſibi objecerat, remota cauſa Regis Conradi. Joannes autem de Rhode, unus ex conſulibus Mediolani, reverſus ad alteram partem, quæ eum miſerat, de juramento iſto Anſelmi nihil retulit; ſed ait: Dominus ille, ad quem me miſiſtis, ad nullam rationem faciendam nobis venire promittit. Tunc, qui in concione illa aderant, clamaverunt: Et ipſe deinceps ſit remotus à nobis. Ac ſic quiſque Suffraganeus ad ſedem ſuam rediit; niſi* D *Robaldus Albenſis, qui in Chriſmate, & cæteris Epiſcopalibus officiis Eccleſiæ ſubvenit. Anſelmus autem ille, quaſi à cuncto clero, & populo abjectus, & expulſus ad ſolita Caſtella Archiepiſcopatus exivit: in quibus qualemcumque requiem ſuſcepit.*

Sed cum deinde Mediolanenſes Cives coram S. Bernardo, Vidone Piſano, ac Matthæo Epiſcopo Cardinali Albanenſi Innocentii Pontifices legatis Anacletum Antipapam, Conradumque Imperatorem repudiaſſent, Innocentio vero germano Pontifici, Lotharioque legitimo Cæſari obtuliſſent obſequium, permoverunt Pontificem, ut electo Roboaldo reſtitueret dignitatem Archiepiſcopalem, ut Civitati Metropolitanæ dignitatis titulo non deeſſet. At Landulfus eod. cap. 41.

Interim Innocentius Papa Piſis Synodum celebravit. In qua, Robaldo Epiſcopo Albenſi repræſentante, Thealdus de Ladriano Archipresbyter Eccleſiæ Mediolanenſis, Amizo della Sala Archidiaconus, Anſelmus de Rhode levita, & alii plures ejuſdem Eccleſiæ ordinarii, & cum Primicerio decumani Sacerdotes, contra ſolitum decus Mediolani, & ejus Eccleſiæ (ſic enim perſuaſum erat) Innocentio Papæ fidelitatem juraverunt. Cremonenſes vero propter hanc fidelitatem nequaquam milites Mediolanenſes, quos captos habebant, dimiſerunt. Sed Papa Innocentius depoſitionem, & expulſionem ſæpedicti Anſelmi de Puſterla firmavit. Attamen prænominati, qui fidelitatem juraverant, timentes hos caſus Urbis, & Eccleſiæ Mediolanenſis, differebant redire Mediolanum: niſi haberent Protectorem, qui coram populo Mediolani confirmaret Anſelmi expulſionem, & ad nihilum reduceret Conradi coronationem, & populum tantæ Urbis convocaret, & confirmaret ad Lotharii Imperatoris amorem, & ad ipſius Innocentii Papæ unitatem. Ad hæc peragenda Papa adeo idoneum Angelum habuit, ſicut Bernardus Abbas Claræ vallenſis fuit.

Et cap. 42.

Interea (inquit ille) *Princeps Conradus altiori conſilio potitus, Imperatoris Lotharii vexillifer eſt factus: & prænominatus Abbas iſte* (Claræ vallenſis) *nihil moratus, cum Carnotenſi Epiſcopo, & Robaldo Albenſi Mediolanum intravit: quam civitatem nimirum prout voluit, formavit. Ad nutum quidem hujus Abbatis omnia ornamenta Eccleſiaſtica, quæ auro, & argento, palliiſque in Eccleſia ipſius Civitatis videbantur, quaſi ab ipſo Abbate deſpecta, in ſcriniis recluſa ſunt, & non ſolum maſculi, ſed etiam mulieres tonſæ ſunt, & ciliciis, & lanis viliſſimis induti ad quælibet religioſa convertuntur. Aqua in vinum mutatur, dæmones fugantur, contracti eriguntur, etiam à quacumque infirmitate infirmi ſimiliter ſanantur, & quoſcunque captivos infirmos Mediolanenſes habebant de inimicis ſuis in cuſtodia, Abbas ipſe ſolvit, & liberos dimiſit: & tantum Populum ad amorem Imperatoris Lotharii, atque ad obedientiam Innocentii Papæ per ſacramentum Pacis, quod Abbas ipſe porrexit confirmavit.*

Poſt Anſelmi depoſitionem, populus, cleruſque Mediolanenſis Divum Bernardum Claræ vallenſem Abbatem, clarum miraculis, ac ſanctimonia vitæ Mediolani tunc commorantem, Archiepiſcopum acclamavit: quod præclarum dignitatis onus ſuis, ut inquiebat, humeris formidabile, contempſit ſubire, ut alios dignitatum titulos reſpuiſſe narratur, ita tamen cum electoribus egit, ut qui tanto oneri pares vires poſſet afferre, ſeligeretur. Ejus electionem in Archiepiſcopum hoc ipſo anno 1134. recitat Landulfus eod cap. 42.

[*Tandem idem populus, ut haberet Abbatem illum in Archiepiſcopum, ad Eccleſiam S. Laurentii, in qua erat hoſpitatus, cum Hymnis, & laudibus, & ſolito ſuo Kyrie eleiſon concurrit. Quod Abbas ille non tulit, ſed ait: Ego in craſtino aſcendam Palafredum meum: et ſi me extra vos portaverit; non ero vobis quod petitis. Ac ſic Mediolano receſſit. Ero autem vobis quod petitis, ſi me extra vos non portaverit.*

Cæteri Archiepiſcoporum Mediolanenſium ſcripto-

(5) *Ab electione*, ait Catalogus, *D. Anſelmi de Puſterula uſque ad electionem D. Riboldi, qui tunc erat Albenſis Epiſcopus ſunt anni 9. & dies* 29. Anſelmum hunc electum fuiſſe ultimo Junii vel primo Julii probabile nobis fit ex comparatione diei mortualis, qui omnino videtur fuiſſe 14. Auguſti. Nam ſi hinc retrocedas per menſem 1. dies 14. qui numero annorum ejus adjiciuntur, illuc adductum te invenies. Electio autem Riboldi, quæ poſt 9. ab electione Anſelmi annum facta ſit, id eſt an. 1132. diverſa omninò concipi debet ab illa, à qua ſumitur Epocha Pontificatus ejus finiti an. 1145. talis enim electio ſolum potuit eſſe facta an. 1135. die 5. Auguſti. Dico igitur, quod Anſelmo à Mediolanenſibus ejecto an. 1134. Robaldus Mediolani remanſerit Epiſcopalia exercens officia, tamquam Adminiſtrator, non quidem adhuc abſolute vacantis Eccleſiæ, ſed tamen præſentia Paſtoris deſtitutæ. Addit autem Catalogus ab alio auctore, & manu exinde conſcriptus. *Anſelmus de Puſterula ſedit an. 10. menſ. 1. dies 14. obiit 19. Kal. Octob. ſepultus eſt in Roma ad S. Jo. Lateranum.* Landulfus temporis illius ſcriptor ait *Anſelmum in menſe Auguſti à Piſis Romam miſſum ibidem in eodem menſe vitam finiviſſe.* Errantis ergo calami vitio factum eſt, ut pro Kal. *Septemb.* ſcriberetur in Catalogo *Octob.* quod inde etiam ſcire poteris, quod non hujus poſterioris menſis Kalendas, octodecim dumtaxat, non autem 19. dies numerentur. Quo autem calculo dicemus Auctorem numeraſſe annos Anſelmi decem? Viderat, credo, deceſſori ejus Olrico adſcriptos annos 5. nec mendum aliquod ſuſpicatus, exiſtimavit illum protraxiſſe vitam uſque ad an. 1125. ſciens autem obiiſſe Anſelmum an. 1135. decennium ei ſufficere credidit. Cæterum Anſelmus electus an. 1123. in Auguſto ſedit an. 10. menſ. 7. dies 11. abdicatus ann. 1134. in Martio in Concilio Piſano. *Papebrochius.*

ptores, Divi Bernardi electionem perpe... rejiciunt in ann. 1134. poſt Olerici deceſſum: nos Landulfum oculatum teſtem libenter ſequimur. Interea anathemate percuſſus, atque dignitate Archiepiſcopali ſpoliatus Anſelmus, dum Romam peteret ad ſuum Anacletum, in flumine Padi juxta Ferrariam à Goyzo de Martinengo captus ad Innocentium miſſus, Romamque inde tranſmiſſus ibidem interiit eodem anno die 24. Auguſti. Idem Landulfus Roboaldi electionem, Anſelmique obitum, eodem cap. 42. proſequens inquit.

Mediolanenſes vero ordinarii, & Decumani, qui Papæ Innocentio fidelitatem juraverant, confortati de hac Mediolanenſium converſione fecerunt Littfredum Novarienſem, Vidonem Iporienſem, & alios Suffraganeos venire Mediolanum, qui in conſilio ſuo ſublimaverant Roboaldum Albenſem Epiſcopum in Mediolanenſem Archiepiſcopum, habita ſecuritate retinendi, prout dicitur, Albenſem Epiſcopatum. Iſto ſublimato (jam enim pace incaſſum tentata S. Bernardus Papia, Cremonaque Mediolanum rediarat) *Mediolanum ſuper Cremonenſes exercitum ſuum admovit. De quo exercitu ipſi Cremonenſes apprehenderunt centum triginta milites, in nocte errantes. Anſelmus autem de Puſterla audiens, & intelligens horum militum captionem, nullam ſuſcepit conſolationem contra Roboaldi ſublimationem: atque ſecundum conſilium Alberti de Landriano & amicorum ejus ambulavit; ſed credulus Hugoni ſuo Naſo voluit cognoſcere, qualiter cum Anacleto Papa Romanorum poſſet procedere. Attamen ipſe, cum iſto ſuo Capellano ambulans Romam, in flumine Padi juxta Ferrariam à Goyzo de Martinengo captus eſt, & ad Innocentium Papam tranſmiſſus. Qui papa in menſe Auguſti à Piſis illum captum Romam miſit: ibique prout fama eſt, Anſelmus ille in eodem menſe in manu Petri Latri, qui procurator Innocentii, vitam finivit.*

Aſſerunt aliqui Anſelmum Romæ ſepultum ad S. Joannem Lateranum, alii apud S. Sebaſtianum ad Catacumbas.



LXXX. Ab an. 1135. ad 1140.

85 RIBOALDUM, ſive Roboaldum, qui aliquibus etiam Ribaldus eſt, repudiato Anſelmo, cum detrectaſſet onus S. Bernardus, ſacer Mediolanenſis Senatus, Archiepiſcopum adlegit anno 1134. qui paulo ante Præſul Albenſis erat; inſecutoque anno, in Concilio Piſano ejuſdem electionem Innocentius Pontifex ratam habuit. De electione Riboaldi Galvaneus Flamma in Chronicon Majori cap. 255. hæc habet; *Mortuo Anſelmo de Puſterla Archiepiſcopo Beatus Bernardus fuit electus in Archiepiſcopum Mediolanenſem. Quod renuit, & poſtea fuit electus Roboaldus, qui tunc erat Epiſcopus Albenſis. Iſto tempore nobilis vir Guido ex Capitaneis Portæ Orientalis, fuit ſpecialis adjutor Beati Bernardi in fundando monaſterio de Claravalle juxta Mediolanum de divitiis ejus Anno Domini* 1135. Juramentum quod Piſis Roboaldus Innocentio Papæ præſtitit, recitat Landulphus cap. 43. in hunc modum.

His ita paratis, ad captionem Anſelmi de Puſterla vexilla Mediolanenſium, & eorum agmina capta, aut fugata ſunt à Papienſibus, velut mitiſſima ovium pecora. Inſtantibus igitur iis infortuniis Mediolano, & Anſelmo mortuo, Roboaldus ejuſdem civitatis Archiepiſcopus, Piſis Innocentio Papæ juravit (nempe fidelitatem,) *& jurando, libertatem Eccleſiæ Mediolanenſis in contrarium convertit.*

An Pallium de manu Pontificis receperit Roboaldus poſt ſuam confirmationem in Piſano Concilio, aperte non legitur: tamen ſuſpicatur, & validiſſimis argumentis conatur oſtendere noſter Puricellus, Pallium è manu Pontificis accipere detrectaſſe, pro qua re extant S. Bernardi ad ipſum Innocentium, & ad Mediolanenſem clerum, & populum Epiſtolæ. Vetus olim conſuetudo erat ab Apoſt. Sede Eccleſiæ Mediolan. honoris gratia indulta, ut ſtolam ſeu Pallium Archiepiſcopale, ipſemet Archiepiſcopus è manu Romani Pontificis non immediata, ac præſens, ſed ut abſens mediate per alium, à quo deferretur, ſuſciperet. Tunc quoque tantum fuiſſe Archiepiſcopi honorem ut Stolam, ſive Pallium, non modo inter ſacra Miſſarum ſolemnia, ſed etiam ſemper ad collum geſtare ſolitus eſſet: idem habet auctor. Qualis autem olim Archiepiſcopalium veſtium forma fuerit, monſtrat Heriberti Archiepiſcopi effigies è Caſtellioneo ſuperius allata, in qua Pallium geſtans ſpectatur Heribertus. Roboaldi Archipræſulatus initio, duo ordinis Ciſtercienſis celeberrima Cœnobia fuerunt fundata in Mediolanenſi Archidiœceſi. Primum Claravallis ſecundo ab Urbe Mediolani ad Portam Romanam lapide anno 1135. à S. Bernardo extructum, ut ex inſcriptione in clauſtro parieti conſpicitur hiſce notis inſculpta.

Anno Dominicæ Incarnationis MCXXXV.
conſtructum eſt Monaſterium Sanctæ Mariæ Clarævallis tempore S. Bernardi Abbatis Clarævallis undecimo Kal. Febr.

De hujus Cœnobii conſtructione vetus codex ejuſdem monaſterii, quo ipſius origo, progreſſus, & Abbates recenſentur, ſic loquitur.

(*Mediolanenſes, cum vidiſſent Beatum Bernardum, tam ſermone, & verbo Dei potentem, tum ſignis coruſcantem; ultro polliciti ſunt Cœnobium de ordine illius in territorio ſuo à fundamentis erigere. Unde ei miſſi ab eo ad eandem urbem nonnulli ex ejus monachis, & ibidem per aliquot dies moram facientes in monaſterio S. Ambroſii ſe locaverunt: cernentes autem, quod Mediolanenſes, frigeſcente charitate, à promiſſis deficiebant, arripuerunt iter ad propria. Quod ut primatibus Mediolani in Broleto exiſtentibus factum innotuit, hoc in ſuam vergere infamiam minime dubitantes, celerrime miſſis nunciis prædictos monachos, qui jam Novariam verſus advolaverant, revocavere; iiſdem Mediolanum reverſis, certatim ſe illis enixo auxilium præſtituros ſpoponderunt: emeruntque quædam mapalia, quæ noſtri vocant Caſſinas: quod tunc Navagiarum appellabatur; ubi conſtructum eſt monaſterium, quod Clarævallis nuncupavere. Paulatim poſtea fratres poſſeſſiones quatuor ſolidis tertiolorum comparando, fines extenderunt ſuos: quidam miles nomine Otho Mandus Portæ, quæ Romana dicitur, inter alios Capitaneus deputatus principium, & fundamentum vici majoris monaſterio libere applicuit: Pellebonus, de Tettio dictas poſſeſſionem, quam de Geſſate vocant, & ipſe largitus eſt; hanc inde monachi in Granciam Villioni permutarunt. Valeram, quæ in forma Caſſinæ unius aſpiciebatur, fratres militiæ ſancti Joannis Hieroſolymitani, addicti pro commutatione loci de Iaverno, cujus poſſeſſio monachorum erat, eis tradiderant. Acta ſunt hæc Redemptionis noſtræ anno milleſimo centeſimo trigeſimo quinto.*)

Cæterum dediſſe latifundium ad Cœnobium conſtituendum Archinteam pranobilem, vetuſtamque familiam, conſtans traditio eſt: dotaviſſe vero, propriis elargitis bonis, ac illud mirifice auxiſſe nonageſimum poſt annum à ſua fundatione Man-

fredum Archintum inſcriptio ad ejus tumulum ante portam illius Eccleſiæ exarata his teſtatur verbis.

Milleſimo ducenteſimo vigeſimo octavo Kalendas Majas Manfredus Archiatus Patritias Mediolaneaſis erogatis illuſtri Cœnobio latifundiis Monumentum ſibi, & Poſteritati P.

Quam porro pietatem, & laudem Archinteæ gentis erga Cœnobium, & monachorum in eam familiam gratam memoriam, ut perpetuo ad poſteros perennarent Abbas, & monachi ſuper Eccleſiæ illius januam hoc monumentum in marmore exculptum poſuere.

Recoaciliatis Eccleſiæ Mediolanenſibus per D. Bernardum variiſque infirmis, & dæmoniacis curatis: pietatis ergo adhoc inſigne Clarevallenſe Cœnobium coaſtruendum Latifundio ab Illuſtriſs. Archiatis oblato eum enixe erogant: RR. Abbas, & Monachi in Mediolaneaſiam pietatis, & in ſancti Patris meretar memoriam.

De hoc monaſterio in I. noſtro tomo in Epiſcopis Fulginenſibus aliqua ſcitu digniſſima enarravimus: De quo noſter Gaſpar Jongelinus in notitia Abbatiarum Ordin. Ciſtercienſis, ſed parce Robertus Ruſca ejuſdem Cœnobii monachus in ejus deſcriptione; ſuſius vero evulgabit condiſcipulus noſter Ignatius Signorinius Florentinus, Septimiani Cœnobii monachus, & olim Abbas, antiquitatis ſtudioſus in Chronologia Italicorum Ciſtercienſium Cœnobiorum, quam nunc ſummo ſtudio, & diligentia molitur.

Porro Abbatum nomenclatura, qui in eo Cœnobio præfuerunt, hæc eſt ex tabulario ejuſdem deſumpta.

1 Bruno primus Abbas Clarevallis an. 1135.
2 Ugo 1157.
3 Traſimundus 1170.
4 Joannes 1192.
5 Bonus Joannes de Brixis vir ſcientia ac rerum geſtarum gloria clariſſimus 1198.
6 Albertus 1215.
7 Petrus 1221.
8 Ægidius Biſſus 1226.
9 Petrus 1237.
10 Ægidius 1249.
11 Albertus de Pedulis 1254.
12 Petrus 1256.
13 Merus 1258.
14 Milo 1261.
15 Paulus 1268.
16 Bonus Joannes 1275.
17 Albertus de Pedulis 1279.
18 Antonius Melochius 1281.
19 Ambroſius Verzari 1282.
20 Guarnerius de Becculeo 1290.
21 Paulus de Beſana 1295.
22 Michael 1302.
23 Joannes 1304.
24 Marcheſius de Vedano 1305.
25 Brunoldus 1308.
26 Zannibellus Porcelli 1310.
27 Brunoldus Brunoldi 1312.
28 Gregorius Columbi 1313.
29 Ægidius Biffi 1322.
30 Delfinis de Brivio 1328.
31 Aegidius 1347.
32 Henricus 1350.
33 Chriſtophorus Terziagus Mediolanenſis 1360.
34 Jacobus 1388.
35 Antonius Fontana 1390.
36 Andreas Meraviglia 1428. inde Epiſcopus Ugentinus in Regno Neapolitano.
37 Gerardus Londrianus S. R. E. Cardinalis, primis Abbas Commendatarius 1442.
38 Ludovicus Card. Scarampus Commendatarius 1445.

A 39 Aſcanius Maria Card. Sfortia Commendatarius 1465. Hic Abbatiam dimiſit, curavitque ut nobile Cœnobium per Ciſtercienſes Etruſcos monachos Septimiani Monaſterii reformaretur ann. 1471.

40 Hieronymus Dominici Florentinus Septimianus monachus fit Abbas 1471.

42 Placidus Serguadugnus Florentinus Septimiani Cœnobii monachus fuit Abbas Clarevallis 1473.

43 Maurus Corbetta juxta morem Congregationis Ciſtercienſis Etruriæ ſucceſſit Placido 1475.

Cæteri Abbates Conventuales, uſque ad noſtram ætatem vel annuales, vel triennales, fuere, de quibus idem Ignatius Signorinius Abbas acta recitabit.

Alterum celebre Ciſterc. Ord. Cœnobium in hac Diœceſi, Rambaldi Archiepiſcopi auctoritate conſtructum, opulenta illa Abbatia eſt S. Mariæ de Morimundo in Valle Ticini Mediolanum
B inter Papiamque extructa, ita vocata, quod miſſis à Morimundo Galliæ monaſterio monachis ædificari cœpta eſt anno 1136. Maginfredo, & Renone nobiliſſimæ familiæ de Aliatis de Ozano fundatoribus, de quo vetus inſcriptio ad portam monaſterii.

Anno Domini MCXXXVI. Patres Ciſtercieaſes ex prima Abbatia Morimundi præfati Ordiais hoc ſacrum Cœnobium à fundamentis erexerant, & die x. Novembris habitavere qui primitus per bieaaium ia Grancia Coroaatæ ſteteruut tempore Sanctiſſimi Domini noſtri Iaaoceatii II.

Dono dederant paulo ante fundum Coronatæ Agiolus Anſelmus Pancia, & Petrus Caniolus Mediolanenſes Præsbyteri, quam cum Roboaldus Archiepiſcopus ratam, & firmam habuiſſet monaſterii, & Eccleſiæ ædificationi affirmavit. Donationis documentum, hactenus aſſervatum in Cœnobii tabulario, tale eſt.

C *Anno ab Incar a. Dom. noſtri Jeſu Chriſti milleſimo centeſimo trigeſimo ſexto, 6. die menſis Aprilis indict. quarta decima. Nos in Dei aomine presbyter, qui dicor de Agialo, & Aaſelmus, qui dicor Paacia, atque Petrus, qui dicor Caniolus omnes de civitate Mediolani presbyteri diximus. Dominus omuipotent, ac Redemptor noſter aaimas, quas Chriſtus condidit, ad ſtudium ſalutis ſemper invitavit. Quapropter nos qui ſupra presbyter Anſelmus, & Petrus donamus, atque offerimus, & confirmamus à præſeate die in libellario nomine habendam vobis domino Roboaldo Archiepiſcopo Mediolanenſis Eccleſiæ, ſcilicet, & ad partem monaſterii, quod vocatur de Morimundo, & quod ædificatur ia honorem Beatæ Mariæ, & Ambroſii, & fando Coronago, qui eſt prope Ozalum, nominative omaes terras aratorias, & mobilitas illas quas aobis pertinent ſive per libellum ſive per doaatioaem ſive alio modo ab aliqua parte in iſto loco, & faado Coronago, & in ejas territorio aut iatra fines ejuſdem loci, quę res ſunt uſque ad Man-*
D *ſos daodecim vel ſi plus etiam inventam fuerit vobis pertiuentibus in iſto loco Coronago & ejus territorio ſiae ulla limitatione doaamus, atque offerimus prædicto loco, & fabricæ Monaſterii, ut exinde Abbas, & monachi converſi, ſeu famuli de ipſo monaſterio partem, & utilitatem ipſius Eccleſiæ, & monaſterii quodcumque voluerit, & hoc pro mercede, & ſalute animæ noſtræ: quia ſic coaſtituit, & firmavit noſtra bona volantas. Actum in domo prædicti Archiepiſcopi.*

† Manum iſtorum presbyteri, atque Aaſelmi, & Petri per haac chartam donationis, & offertionis ſupra quia ſic rogaverunt.

† Maaum Pucii, qui dicitur de Vicomercato, & Lanfranchi de Sertara, atque Piligini, qui dicitur de Rodie teſtium.

† Ego Roboldus Dei gratia Mediolaaeaſis Archiepiſcopus ſubſcripſi, & monaſterii & Eccleſiæ ædificatioaem affirmavi.

Ego

Ego Oddo Notarius, & Juden ſacri Palatii ſcripſi, & poſt traditam complevi, & dedi.

Coronagum, ſeu Coronatam, quam modo vides Morimundenſi Cœnobio per Anſelmum aliuſve Præsbyteros elargitam, olim dictus S. Ambroſii ſundus, permutationis jure ab Ambroſio de Rabo Mediolanenſi idem acquiſierat eodem menſe, & anno Anſelmus, quod publicum ejuſmodi rei documentum in eodem tabulario verbatim recitat.

[*In nomine ſanctiſſimæ Trinitatis, anno Dominicæ incarnationis 1136. menſe Aprilis Indictione 14. Placuit atque convenit inter Ambroſium filium quondam Joannis qui dicitur Rabo de civitate Mediolanenſi necnon inter Anſelmum, qui dicitur Pancia de eadem civitate in Dei nomine debeat dare ſicuti à præſenti dedit ipſe Ambroſius eidem Anſelmo ad par de officialibus monaſterii de Morimundo conſtructum in loco Coronago ad habendum, & tenendum, ſeu cenſum reddendum libellario nomine uſque ad annos viginti, & novem completos, & deinde jam uſque in perpetuum, id eſt omnes res territorias illas, & decima rejacentes in loco, & fundo S. Ambroſii à Coronago, & ejuſdem territorio, & eidem Ambroſio pertinent per libellariam rationem, ea ſcilicet ratione ut jam utriuſque in iſto conſtituto debeant iſti officiales, & eorum ſucceſſores iſtas res omnes habere, & facere de eis quicquid ejus utilitati fuerit cum ſuperioribus, & inferioribus, ſeu confinibus, & acceſſionibus ſuis, & perſolvere debeant exinde ipſi officiales eidem Ambroſio ſingulis annis uſque in iſto conſtituto per omnem feſtum S. Martini denarium unum ibi promiſit iſte Ambroſius eidem Anſelmo à parte de ipſis officialibus quodammodo jam non ageret de jam dicto feſto ſed in omni tempore ſtare in auctoritate, & defenſione ejuſdem nulla alia appoſita pœna. Actum in iſta civitate.*

† *Marcus Gualdini Benonis Rogerii teſtes.*

Ego Petrus ſacri Palatii notarius interfui, & rogatus ſubſc.

† *Ego Robaldus Dei gratia Mediolanenſis Archiepiſcopus ſubſc.*

Ego Maliodobaſus Notarius ſacri Palatii ſcripſi, poſt traditam complevi.]

Hæc fuere nobiliſſimæ Abbatiæ ſub piis Robaldi Archiepiſcopi auſpiciis initia, iſta ve origo, quæ quidem adeo invidioſis fortunis Cæſarum, Pontificumque privilegiis, ac juribus ad miraculum crevit, ut in ea bis centum, & eo amplius olim religioſi viri omni pietate inſtituerentur ad virtutem, ac inter Longobardiæ Cœnobia celebris recenſeretur. Verum nec caruit illa lividorum malignorum ſcelere, cum ſemel, ac iterum (ut ſuo loco dicemus) ab iis inſami ſqualore fœdata, ac pene diruta aliquamdiu ſua laboravit magnitudine, ac ni Mediolanenſium Archiepiſcoporum acceſſiſſet pietas, futurum erat, ut inculta fœdataque ad noſtram uſque ætatem jacuiſset. Seuſit deinde, inciditque in Commendatariorum non leve exitium, quorum divina altitudo deſtinavit imperium, ut plane intelligerent mortales non facile perpendi poſſe judicio, quæ de viris, quæve de Cœnobiis Deo dicatis divina providentia ſtatuiſſet. Sub iis igitur cum regularis emarcuiſſet diſciplina, ſuſcitavit Deus ſpiritum Leonis X. Pontificis Max. tunc Joannis Medices altæ indolis adoleſcentis Abbatis Commendatarii, ut evocatis è Septimio Florentini agri Cœnobio monachis, quorum virtute, ac monaſticæ puritatis peritia paulo ante Clarevallenſe, quod modo commemoravi, cœnobium ad priſcam vivendi normam fuerat redactum, hoc Morimundanum monaſterium reformaverit, ac Tuſciæ Congregationi ejuſdem Ciſtercienſis Ordinis perpetuo attribuendum curaverit ann. 1481. Innocentio VIII. Pont. approbante, & Inſubrum Duce Joanne Galeatio expoſcente, ut ibidem ante fores monaſterii proloquitur inſcriptio.

An. MCCCCLXXXI. Leo Pontifex Max. tunc Protbonotarius Apoſtolicus, & Clericus Florentinus Commendatarius hujus loci per Monachos degentes in Abbatia Septimiana Tuſciæ hoc ſacrum Cœnobium reformavit tempore S. D. N. Innocentii Octavi Anno VIII.

Pius vero IV. obſoletam Commendatariorum rapacitatem ſuſtulit, bonorumque Abbariæ ditiorem partem pio, ſanctoque conſilio magno Xenodochio Mediolanenſi conceſſit; Abbatiæ vero titulum cæteraque bona, ac jura monaſterii iiſdem Etruſcis monachis tradidit, hactenuſque ea diſpoſitione perennat. Abbas Baſiani comitis titulo inſignitus, temporalem habet juriſdictionem in iis, quæ ſpectant ad Cœnobium Pagis. Præeſt nunc in eo, ac feliciter ejuſdem habenas moderatur eruditus amicus noſter Antonius Libanorius, nobilis Ferrarienſis Etruſcæ Congregat. alumnus, qui nuper in prænobili Abbatiali templo piis fundatoribus, ac Robaldo Archiepiſcopo benefactori optimo, hoc ſtatuit perpetuo duraturum grati animi monumentum.

D. O. M.

Magifredus & Benonus Domini de Ozano piiſſimi, atque clariſſimi nobiles Mediolanenſes monachis Ciſtercienſibus à Coronago in hunc locum translatis: Robaldo Archiepiſcopo Mediolanenſe approbante Monaſterium hoc; Moribundi Prope Ticinum Gualgheſio Abbate ſal. an. MCXXXV. fundarunt Antonius Libanorius Abbas & comes, Monachiq; Morimundenſes omnibus ſuis benefactoribus hoc gratitudinis argumentum P.C. MDCL.

Nec prætereundum hoc in loco putavimus unum Alexandri III. nobile privilegium quod Morimundanis Monachis an. 1171. indulſit, ut inde facilius colligat lector, quænam jura ex Apoſtolica auctoritate eis obvenire; hoc libenter hic damus inter plura digniſſima è tabulario ab eodem humaniſſimo Antonio Abbate exſcripta monumenta, mihique tranſmiſſa: cætera aliis in locis ſi ſuppeditabit occaſio, libenter enarrabimus. Porro Privilegii exemplar hunc in modum ſe habet.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Jacobo Abbati monaſterii Eccleſiæ S. Mariæ Morimundi, quod juxta Ticinum ſitum eſt, ejuſque fratribus tam præſentibus, quam futuris regularem vitam profitentibus in perpetuum. Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne forte cujuslibet temeritatis incurſus, aut eos à propoſito revocet, aut robur quod abſit, ſacræ religionis infringat. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum monaſterium, in quo divino mancipati eſtis obſequio ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti Privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo Monaſticus, qui ſecundum Deum, & B. Benedicti Regulam, atque inſtituta Ciſtercienſium fratrum in eodem loco noſcitur inſtitutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona idem monaſterium in præſentiarum juſte, & canonice poſſides, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant: in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: eundem locum, qui Morimundus dicitur, olim dictus Campus Fulcherii, cum aquis, & aquæductibus, & omnibus pertinentiis ſuis: Grangiam ubi prius Abbatia fuit nomine Morimundum. Grangiam de Fara Baſiliana: Grãgiam de Fara vetula: Grangiam de Caſtelletto cum univerſis ratis, aquis, & aquarum decurſibus, Paſcuis, Silvis, & univerſis immunitatibus, & pertinentiis ſuis citra Ticinum, & ultra in piſcationem in Ticino: commutationem quoque canonice factam ſuper territorio prædictæ Grangiæ de Fara Baſiliana inter vos, & plebem S. Stephani de Roxiace, ſicut in autentico ſcripto facto exinde continetur, & conventionem, quæ inter vos, & præpoſitum ple-

bis de Caſolata ſuper decimis, & territorio Faræ vetulæ juxta ſacta eſt, & ſcripto authentico roborata vobis auctoritate Apoſtolica confirmamus; ſane laborum veſtrorum, quos propriis manibus, aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis veſtrorum animalium nullus à vobis decimas præſumat exigere: Paci quoque, & tranquillitati veſtræ paterna proviſione providere volentes auctoritate Apoſtolica prohibemus, ut infra clauſuram locorum, ſeu Grangiarum veſtrarum nullus violentiam facere, vel rapinam, ſeu furtum committete, aut ignem apponere vel homines capere, ſen interficere audeat: liceat etiam vobis elericos vel laicos è ſeculo fugientes liberos, & abſolutos in monaſterio veſtro recipere, & eos ſine contradictione aliqua retinere: Prohibemus inſuper, ut nulli fratrum veſtrorum poſt factam in eodem loco profeſſionem aliqua levitate ſine Prioris, vel Abbatis fas ſit de clauſtro diſcedere. Diſcedentem vero abſque communium litterarum cautione, nullus audeat retinere; decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat ſupradictum monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed illibata omnia, & integra conſerventur eorum pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva nimirum Apoſtolicæ ſedis auctoritate: ſi qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi præſumptionem ſuam congrua ſatisſactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei, & Domini noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat; cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti; quatenus, & ſic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniat. Amen. Amen.

Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſſ.
Ego Bernardus Portuenſis S. Ruffinæ Epiſcopus ſubſcripſi.
† *Ego Joannes presb. Card. SS. Joannis, & Pauli, & Pamachii ſubſc.*
† *Ego Guillelmus presb. Card. tit. S. Petri ad Vincula ſubſc.*
† *Ego Boſo presb. Card. S. Pudentianæ tit. Paſtoris ſubſc.*
† *Ego Petrus præsb. Card tt. S. Laurentii in Damaſo ſubſc.*
† *Ego Joannes presb. tit. Sancti Marci ſſ.*
† *Ego Ardicio tit. S. Theodori Diaconus Card. ſſ.*
† *Ego Hugo Diac. Card. S. Euſtachii juxta templum Agrippæ ſubſc.*
† *Ego Petrus Diac. Card S. Mariæ Magrugio ſſ.*

Datum Tuſculani per manum Gratiani S. R. E. Subdiaconi, & Notarii v. Kalend. Auguſti, Indictione IIII. Incarnationis Dominicæ An. MCLXXI. Pontificatus vero Domini Alexandri PP. III. An. XII.

Ejuſdem etiam Alexandri Papæ eidemque Jacobo Abbati conceſſum extat privilegium, fere iiſdem conceptum verbis: niſi quod hæc tantum addita ſunt verba: *Pacis quoque, & tranquillitati veſtræ paterna ſollicitudine providere volentes, auctoritate Apoſtolica, ut infra clauſuras locorum, ſeu Grangiarum veſtrarum nullus violentia vel rapina, ſeu furtum committere, aut ignem apponere, ſeu hominem capere, ſeu interficere audeat; inſuper etiam auctoritate Apoſtolica prohibemus, ut nulli hominum fas ſit infra dimidiam leugam prope Monaſterium veſtrum ſine aſſenſu veſtro aliud monaſterium vel canonicam regularem conſtruere, ne occaſione illa favente callidi hoſtis verſutia religionis veſtræ quies, & otium perturbetur: Ad hæc preſenti ſcripto ſancimus, & quēadmodum à prædeceſſoribus noſtris felicis memoriæ Pontificibus Innocentio, & Eugenio factum eſt nullus Epiſcopus, vel aliqua perſona ad Synodos vel ad convētus forenſes, vos invitos ire cōpellat. Sancimus etiā ut ſi Archiepiſcopus in cujus Parochia domus veſtra fundata eſt tertio per intervalla temporum, cum humilitate, & devotione, qua convenit requiſitus, ſubſtitutum Abbatem benedicere forte noluerit, licitum ſit ei Abbati proprios benedicere Novitios, & alia quæ ad officium ejus pertinent exercere, donec idem Epiſcopus, aut archiepiſcopus duritiam ſuam recogitet, & benedicendum Abbatem, benedicere non recuſet. Sane ſi Epiſcopi aliquid ab Abbatibus veſtri ordinis præter obedientiam debitam, vel conſules terræ contra libertatem ordinis à prædeceſſoribus noſtris, & à nobis indultam expetierint liberum ſit eidem Abbati auctoritate Apoſtolica denegare quod petitur ne ex occaſione iſta prædictus ordo qui hactenus liber extitit mundanæ videatur ſubjici ſervituti. Decernimus ergo, &c.*

Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
† *Ego Hubaldus Hoſtienſis Epiſcopus ſubſc.*
† *Ego Chunradus Salzb. Eccleſiæ humilis miniſter, & Sabinenſis Epiſcopus ſubſc.*
† *Ego Joannes presb. card. SS. Joannis, & Pauli tit. Pammachii ſubſc.*
† *Ego Joannes presb. card tit. S. Anaſtaſiæ ſubſc.*
† *Ego Joannes presb. Card S. Marci ſſ.*
† *Ego Theodinus presb. Card. S. Vitalis tit. Veſtinæ ſubſc.*
† *Ego Petrus presb. card. tit. S. Suſannæ ſſ.*
† *Ego Petrus presb. card. tit. S. Chryſogoni ſubſc.*
† *Ego Vivianus presb. card. tit. S. Stephani in Cælio Monte ſuſc.*
† *Ego Cinthyus presb. card. tit. S. Cæciliæ ſubſc.*
† *Ego Jacinthus diac. card. S. Mariæ in Coſmedin ſubſc.*
† *Ego Ardicio S. Theodori diac. card ſubſc.*
† *Ego Laborans diac. card. S. Mariæ in Porticu ſſ.*
† *Ego Raynerius diac. card. S. Georgii ad Velum Aureum ſubſc.*
† *Ego Gratianus diac. card SS. Coſmæ, & Damiani ſubſc.*
† *Ego Raynerius diac. card. S. Adriani ſſ.*
† *Ego Bernardus diac. card. S. Nicolai in carcere Tulliano ſubſc.*

Datum Laterani per manum Alberti S. R. E. Presb. Card. & Cancellarii IIII. Kalend. Aprilis Indict. XII. Incarnationis Dominicæ Anno MCLXXVIIII. Pontific. vero Domini Alexandri Papæ III. Anno XX.

Gaſpar Jogenlinus Abbas in notitia Abbatiarum Ord. Ciſtercienſis pauca etiam de hoc Morimundenſi Cœnobio refert, in cujus gratiam hic etiam Abbatum ſeriem concinnavimus.

1 Gualgerius primus Abbas Morimundi 1136.
2 Petrus hujus nominis primus 1154. obiit 10. Julii ex vetuſto Menologio ejus Cœnobii.
3 Bertinus ſeu Bertu 1160.
4 Jacobus primus 1171.
5 Oddo, vel Otto, vir eloquentia, & ſanctimonia vitæ præclarus, cujus in divinam ſcripturam egregia monumenta extant M. S. in Bibliotheca Morimundi, quæ quidem, Deo bene juvante, aliquando in noſtra Ciſtercienſi Bibliotheca prodent in lucem: obiit ex eodem veteri Menologio die 24. Decembris circa annum Domini 1176.
6 Albertus poſt Oddonem ſedit, cujus obitus dies memoratur in eodem menologio prima decembris.
7 Florius primus obiit ex eodem Menologio 4. Aprilis.
8 Jacobus 2. an. 1181. obiit 31. menſis martii ex eodem Menol.
9 Landulfus habetur mentio in eodem Menol. die 3. Junii, quo ex hac vita deceſſit 3. Iunii.
10 Philippus 1183.
11 Villelmus 1186.
12 Petrus Rubeus 1190. obiit 14. Julii ex eodem Menologio.
13 Rogerius 1192. de quo anno 1196. in privilegio Henrici VI. Imp.
14 Joannes, qui obiit die 19. Auguſt. ut in eodem Menolog.

15 Lombardus à Federico 2. Imp. nobili privilegio donatus 1219.

16 Florius a. de Buſinate nobiliſſimis ortus natalibus: hic anno 1237. Cœnobii ſui deſolationem propriis uſurpavit oculis, de quo infra: obiit vero Florius die 17. martii, ut idem notat Menolog.

17 Guillelmus de Magiago 1257.

18 Aucurſius de Vigonzono 1270.

19 Paganus 1293.

20 Michael 1296. quo Abbate, templum Morimundenſe completum eſt.

21 Brunaldus 1300.

22 Ugherius 1311.

23 Beltranus de Vedano Abbas Morimundi 1324. eacommunicatus à Joanne 23. apud Brovium tom. 14. Annal. Eccl.

24 Gomerius Brioſchus nobilis Mediolanenſis 1349. vir eloquentia, & pietate clarus; Campanam, quam Romeriam ſanctamque appellant contra tempeſtates diabolicas inſignem conflari fecit an. 1373. obiit die 7. Novemb.

25 Petrus ille, qui majorem etiam campanam fieri mandavit an. 1393. obiitque die 14. Julii in eodem Menolog.

26 Joannes 2. obiit 20. menſis Sept. ex eodem Menolog.

27 Joannes Baptiſta de Malettis obiit 20. Septemb. 1445.

28 Baptiſta de Malettis Abbas, & comes eligitur poſt Joannem, confirmatur vero à Nicolao V. Papa. 1450.

29 Mattheus Caſtelioneus nobilis Mediolanenſis Abbas, & comes 1465.

30 Branda Caſtelioneus Epiſcopus Comenſis primus Abbas commendatarius à Sixto IV. eligitur an. 1476. obiit 1484.

31 Joannes Medices Florentinus, Laurentii filius, Protonotarius Apoſtolicus ab Innocentio VIII. Abbas Commendatarius 1484. Moa Diac. Card. creatur, tandem ad Petri ſedem evaſit ſub nomine Leonis X. Papæ: Cœnobium Hetruſcis Monachis Ciſtercienſibus perpetuo attribuendum curavit.

32 Federicus Cardin. Sanſeverinus fit Commendatarius an 1507.

33 Julius Card. Medices factus Commendatarius defuncto Sanſeverino anno 1516. qui poſtea Clemens VII. fuit Papa.

Innocentius Cardin. de Monte ultimus Abbas Commendatarius à Pio IV. privatus ann. 1561. Abbatiale titulo monachis reſtituto: Deinceps eidem præferunt Extruſcæ congregationis more Abbates Triennales, hodieque bene abbatizat idem noſter Antonius Libanorius.

At poſt longam digreſſionem ad Roboaldum noſtrum redeat ſermo. Hic an. 1136. Indict. 14. Privilegio Lotharii clericis conceſſo ſubſcripſit datum apud Caſtrum Baſſiani an. Regni xi. Imperii iv. quod eatat apud Zucchium in Hiſtoria ferreæ Coronæ. Fuit eidem Lothario, tum & Conrado Imp. in paucis charus, quem procul à veritate affirmarunt nonnulli coronaſſe in Regem, ut optime probat Puricellus. Ex ejus conſenſu ab Urbis Mediolani conſulibus lata eſt ſalutaris concordia ſuper controverſiis, quas Vuifredo Ambroſiani Cœnobii Abbati Præpoſitus, & canonici ejuſdem Baſilicæ innovarant anno 1143. quas deinde anno ſequenti paulo ante ipſius Roboaldi obitum; hoc eſt anno 1144. Novemb. menſe ipſemet Archiepiſcopus ſedavit, revocato conſulum arbitrio, finalique ſententia ad concordiam perduxit. Documento ſubſcripſere idem Archiepiſcopus, Guilielmus Terdonenſis Epiſcopus, Ubertus Archidiaconus, Vuifredus Abbas, pluresque tum canonici, tum Monachi: ultimo loco ſcripſit Galdinus ſubdiaconus, & Cancellarius, qui illud dictarat, ille idem eſt, qui poſt aliquot ab hinc annos Uberto Archiepiſcopo, Roboaldi ſucceſſori, ſuffectus eſt. Integrum documenti eaemplar refert Puricellus. Vitam tandem morti ceſſit Roboaldus anno 1144. die 30. Decemb. cum annos decem (1) & amplius in ſumma rerum varietate hanc optime rexiſſet Eccleſiam, ſepultus in Eccleſia Hyemali juata pulpitum. Hunc Roberti Gebenenſis comitis ea Aldegarda genitum ſcribit Henricus ab Eccleſia ſuis in commentariis: *Ubertum (inquit) reperio fuiſſe primum comitem Genevæ: floruit enim milleſimo poſt Chriſtum natum; uxorem duxit Ermigardam, filiam Caroli ducis Lotharingiæ, & neptem Lotharii Regis Galliarum, quam credo fuiſſe relictam Alberti comitis Namurcenſis. Ex ea genuit Raynaldum patrem Roberti, qui ex uxore Aldegarda, circa annum* 1060. *Guidonem comitem Gebeneuſem Adelaſiam uxorem Guidonis Vicecomitis Mediolani, & Romoaldum dictum etiam Roboaldum, ſeu Robaldum, qui prius fuit Cardinalis Ordinarius Eccleſiæ Mediolanenſis Archidiaconus, demum Albenſis Epiſcopus, & obiit Archiepiſcopus Mediolani circa annum* 1143. Ex Guidone Roboaldi fratre deſcendit poſtremus Gebeneuſis gentis Robertus, qui fuit Clemens VII. Antipapa, Amodei III. comitis, & Mathildæ de Bolonia filius: quatuor fratres habuit ſine prole mortuos fratrum poſtremus natu ille fuit.

A B C D



86. OBERTUS Pirovanæ gentis primus Mediolanenſis Archiep. Roboaldo ſuffectus eſt ann. 1145. à nativitate Domini die 21. Januarii: aliis 2. die Februarii: doctrina, moribus, generiſque nobilitate inſignis. Fridericum I. cognomento Æneobarbum in Ambroſiana æde an 1154. Italici regni ſtemmate decoravit, eumdemque poſt Romanam ab Hadriano IV. Papa coronam receptam, Modoetiæ iterum ferrea corona inſignivit. Fridericus poſtea cum eaorto ſchiſmate, Victorem III. Antipapam ſequeretur, Obertus vero cum ſuis Mediolanenſibus partes Alexandri III. Papæ ampleaus fuiſſet, aliis deinde inter Cæſarem, & Mediolanenſes exortis ſimmultatibus, acerrimus Mediolaneuſium, Obertique Archiepiſcopi hoſtis evaſiſſet, poſt hinc inde cruentiſſime agitata prælia ultimum Mediolani attulerunt eacidium. Senſit hæc mala Obertus, oculiſque uſurpavit ærumnas, quibus afflicta Patria pœne exciderat, neve ultimum exitium ſibi videre contingeret, una cum Galderio Archidiacono, Milone Cimeliarcha, aliiſque ſacris viris ſociis, voluntarius eaul factus, Genuam ad Alexandrum Pontificē in Galliam proficiſcentem confugit, cujus fideliſſime ſemper fovit partes, atque ſecutus. Claremontenſi concilio interfuit, quo Fridericus, Victorque pſeudopapa ſacro anathemate fuerunt percuſſi. Æneobarbus vero dum Obertus procul abeſſet, ca-

LXX XI.

Ab an. 1165. ad 1166.

Alexander III. Archi. Mediol. ſcribit c. 3. de pœnitentiis.

Italia Sacra Tom. IV. G 2 ptum

(1) Robaldus ex Catalogo *ſedit an. XI. menſ. 4. Dies 26. obiit 3. Kal. Januar. Fuerunt autem ab obitu illius uſque ad electionem Oberti dies 27.* Retrocedens à die 30 Decemb. anni 1145. incurris in dies V. Auguſti 1135. quonſque differendam novi Epiſcopi electionem, poſt tempus celebrati Piſis anno precedenti Concilii, facile perſuadebit multitudo negociorum, ultro citroque tractatorum, maxime ſi agatur de electione per Pontificium aſſenſum completa, qui aſſenſus, ut aliàs neceſſarius Mediolanenſibus non fuerit, neceſſarius tamen fuit hac vice, qua non ſolum depoſito priori ſubrogandus erat alius, ſed ſubrogandus ſedis alterius Epiſcopus, quod eo tempore omnino cenſebatur illicitum, niſi accederet diſpenſatio in contrarium diſpoſitionis Canonis, tunc adhuc rigide ſolito obſervari. Mabilio, pro XXIII. diebus vacantis poſt Robaldi mortem ſedis, XXVI. notavit: ſed II. pro V. ab eo lectum fuiſſe, fallente characterum ſimilitudine, ſuadet dies 23. Januarii, quo oportet electum ſucceſſorem credi. *Papebrochius*.

prum Mediolanum ita excidit, delevitque ann. 1162. ut ibidem per ſummum contemptum ſparſo ſale, nullam redivivæ felicitatis depoſitæ civitati ſpem reliquerit.

Narrant in ea perturbatione rerum, ac Mediolanenſi excidio Arnaldum Archiepiſcopum Colonienſem, Trium Magorum ſacra corpora, tamquam ditiſſima præda, ab Eſtorgiana Baſilica in Germaniam tranſtuliſſe, ſuamque ditaſſe Colonienſem Eccleſiam. Referunt alii ab Henrico Leodienſi Epiſcopo quem (Archiepiſcopatus Mediolanenſis redditibus ditaverat Fridericus) prius requiſita ſacra iſtorum ſanctorum lipſana, inventaque cum propriam ſuam exornandam Eccleſiam cogitaſſet, Papiæ morte præventus, Arnaldum Colonienſem indicaſſe, adjudicaſſeve, ut inde in Colonienſi Eccleſia collocarentur. Hujus tranſlationis meminit Otho Murene rerum Laudenſium ſcriptor, Aegidius Aurevallis Ciſtercienſis Monachus in Hiſtoria Leodenſium Epiſcoporum, Sigonius, Baronius cæterique Eccleſiæ Mediolanenſis ſcriptores. Cæterum cum Obertus ubique, & ſemper pro fide, pro Alexandro, prove veritate Eccleſiæ ſeſe periculis dediſſet, è Gallia in Italiam cum eodem Pontifice adventaſſet, anno 4. ſui exilii, Archiepiſcopatus ſui 21. Beneventi, ut pie vixerat, expiravit 5. Kalendas Aprilis ann. 1166. (1) ibidemque ſepultus in Eccleſia S. Sophiæ, dignus quippe ut à S. Galdino ſucceſſore, tunc R. E. Card. ſummis extolleretur laudibus, lachrymiſque proſequeretur ad tumulum. Hinc mirum, quod probra, & dedecora in Obertum tanta, cæteraque Archiepiſcopo indigna ſcripſerit Galvaneus in Chronico; nec ab eo diſſentiunt Auctor Chronici flos florum, aliique quorum ficta, & falſa commentitia irrita fecit, antiquavitque Puricellus.

Hujus vero Archipræſulis auctoritate poſt multas contentiones lis tandem compoſita eſt, quæ diu Abbatem Morimundenſem, & Canonicos plebis Sancti Victoris de Caſolate pro decimis exigendis vexaverat; ſententiæ ſubſcripſit idem Obertus Ariprando Coſmonerico, Manfredo de Oricis, Arnaldo de Terzago teſtibus, anno 1154. 5. Kal. Martii: actum Mediolani in domo Archiepiſcopi: ita documentum vetus ejuſdem tabularii.

In nomine Domini.

Brevo recordationis de ſententia, quam dedit dominus Obertus Dei gratia Archiepiſcopus per ſuum aſſeſſorem Arnaldum Judicem de Ludigio de diſcordia, quæ erat inter Canonicos Eccleſiæ, & plebis S. Victoris de Caſolate per miſſos eorum ſcilicet Braniolus presbyter, Joannes atque Amizo clerici & ex altera parte Abbatem Monaſterii Morimundi conſtructi prope Coronago per miſſum ſuum Ugonem monachum iſtius Monaſterii: lis enim talis erat: dicebant ipſi Canonici, quod Juſtus Abbas injuſte detinet perticas decem, & ſeptem camporum, qui jacent in iſto territorio de Coronago, quas eis reſtitui poſtulabant pro eo quod de jure, & proprietate Eccleſiæ S. Ambroſii, quæ dicitur à Farizola, quæ eſt Capella Eccleſiæ & plebis S. Victoris de Caſolate eſſe allegabant, quam terram quidam Ariprandus de Caſolate, & Ambroſius Rambus tenuere per dictam Vidonium de Beſate advocatum ipſius plebis. Primus Campus, de Splazo à mane via à ſero Maſcaronus de fore ſcaro: & eſt perticæ tres, tabulæ quatuor: Secundus campus dicitur ad S. Ambroſium, & eſt ei à mane de Moraligaa, à meridie Donodei Cavalini, à ſero Manifredi de Mariola & eſt perticæ quinque: Tertius ibi prope in ſimul tenente à meridie Maſcaronius de Foreſcuro, & eſt perticæ quatuor tabulæ octo, pedes quatuor: Quartus dicitur à Campo ſero à meridie Manifredi de Mariola: Quintus ibi prope à meridie & Monte Foſſinarin à ſero via, & eſt perticæ quindecim: Sextus ibi prope à meridie via, à mane Maſcaroni à ſero de Cavallinis: Septimus dicitur ad viam de Farizola à meridie illorum de Puteobonello à ſero Manifredi; Octavus dicitur Adallart à ſero de cazega: & eſt perticæ ſexdecim, & tabulæ viginti. Nonus à meridie illorum Carboniæ & eſt perticæ tres. Decimus dicitur à Campocerro à meridie Maſcaroni, & eſt perticæ novem, tabulæ quatuor. Undecimus dicitur à campocerro à meridie de Portalapis à mane Anſoſi & monte via. Duodecimus dicitur ibi prope à mane de portalapis, & eſt pertica una, tabulæ decem. Tertiusdecimus ibi à mane de ipſa terra à monte via, & eſt perticæ quatuor. Quartus decimus à mane ſtrata à meridie & ſero Manifredi de Mariola & eſt perticæ ſex, tabulæ. Quintus decimus dicitur à Quadrolli & eſt perticæ octo. Sextus decimus ab Eccleſia de S. Ambroſio à ſero via, & eſt perticæ duo. Septimus decimus eſt Sedimen in quo habitavit Joannes de Meraga, & eſt perticæ ſex: Ipſe vero Ugo è contrario ipſum terram de jure, & proprietate ipſius Eccleſiæ ſancti Ambroſii omnino diffitebatur, & quod ipſam Eccleſiam, ipſam terram unquam poſſediſſe, ſed inter venditores ipſius Monaſterii, & ipſum Monaſterium per quadraginta annos, & ultra poſſediſſe affirmabat: Et ipſi Canonici ſuper hanc cauſam dederunt teſtes quibus nulla data fuit fides ſed ipſe Ugo dedit teſtes ſuper poſſeſſiones ſuas, & inſtrumenta emptionis, quibus auditis iſte Arnaldus ex præcepto ipſius domini Oberti Archiepiſcopi per ſententiam abſolvit ipſum Abbatem & Monaſterium de Morimundo à petitione ipſorum Canonicorum, ſeu ipſius plebis, & ſic finita eſt cauſa: anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo quinquageſimo quarto die mercurii, qui eſt quinto Kalend. Martii Indict. ſecunda: In domo Archiepiſcopi in civitate Mediolani: interfuere Ariprandus Coſmonerius, Manfredus de Oricis, Arnaldus de Terzago & alii plures.]

† *Ego Obertus Archiepiſcopus ſubſc.*

† *Ego Arialdus cauſidicus hanc ſententiam dedi & ſubſcripſi.*

Ego Gregorius Judex interfui & ſubſc.

Ego Ardericus Notarius ſacri Palatii ſſ.

Idem etiam anno 1160. ad concordiam revocavit Bertam ejuſdem Morimundani Cœnobij Abbatem, & Bonaventuram Præpoſitum de Roſate pro decimis fori Baſilianæ, Milo Mediolanenſis Eccleſiæ Archipresbyter judex fuit deputatus, qui & ſubſcripſit una cum eodem Archipræſule, & Galdino Archidiacono.

[In anno Dominicæ Incarnationis, MCLX. menſe Februar. Ind. 8. concordia quæ fuit inter Bonaventuram Præpoſitum de Roſate, & ex altera parte dominum Bertam Abbatem de Morimundo dum in Dei nomine inter eos ageretur de facienda communitione, ſcilicet ut Præpoſitus traderet eidem Abbati res illas territorias quas habet in loco Faræ quo dicitur Baſiliana & territorio, ſive quæ pertineant ad uſum Eccleſiarum, quæ ſitæ ſunt in prædicto loco vel territorio, ſive alias ad jus ipſius plebis ſpectare videantur, & certa vice Abbas traderet eidem Præpoſito ad partem ipſius plebis de rebus illis territoriis, quas habet in Roſate & Gaidi & eorum territoriis tantam in quantitate, & bonitate, quantæ ſunt illæ de Fara: Et dum convenire non poſſent, & cauſam coram domino Oberto Dei gratia Mediolanenſi Epiſcopo ageretur ut optimo, & congruo fini res traderetur, dominum Milonem ſanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ Archipresbyterum, & Gregorium Judicem arbitros o licentia & auctoritate domini Archiepiſcopi elegerunt: qui miſſis æſtimatoribus, & menſore, utraſque terras menſurari & æſtimari fecerunt, & eſtimatores inſpecta bonitate utriuſque partis, & quod minus terræ Abbas in præfatis locis ad præſtandum ipſi Præpoſito menſuras feciſſet exiſtimaverunt, & laudaverunt Abbatem debere libras quadraginta denariorum eidem Præpoſito præſtare, ita ut ipſi denarii dentur in terra ad partem ipſius plebis: quo audito ipſe Archipresbyter, & Grego-

rius

(1) Obertus ex Catalogo ſedit an. 10. menſ. 3. dieb. 6. obiit autem 6. Kal. Aprilis, ſepultus eſt Beneventi, exulans pro fide, in Eccleſia S. Sophiæ. Fuerunt autem ab obitu ipſius uſque ad electionem Galdini dies 20. Per dies interpontificii 23. poſt mortem Roboldi ſupranotatos venitur ad ... Januarii, eundem ipſum ſcilicet, in quem redditus ... per menses ... aſſignatus ejus ſedi, ... 12. Martii an. 1166. Papebroc.

rius D. Archiepiſcopo rem notificaverunt, qui convocatis fratribus ſuis re per ordinem narrata, & hinc inde ventilata utrum commutatio illa approbanda eſſet vel reprobanda, & ſi pro decima illa quæ eſt quartus quam ipſa plebs habet ad Faram, quam prædictus Abbas dicebat ſe non debere dare per privilegium monachis indultum, fieret Archiepiſcopus conſilio fratrum ſuorum tranſactio diſcuſſumque eſt: quibus per ordinem ſolerter & canonice tractatis ita dominus, & domini Præpoſiti de Biago dixit, & iſti commutationi, & tranſactioni auctoritatem, & conſenſum præbuit, videlicet ut iterum Dominum timentes homines mittantur, & qui ſi res excgerit jurent ſe fideliter exiſtimaſſe, & utilitatem ipſius plebis multa in commutatione verſari priores exiſtimaverunt, & tres ex ipſis videlicet D. Milo Monachus & Mazo Becarius, & Arialdus de Valle ſic juraverunt & tunc ipſe Dominus Archipresbyter, & Gregorius ipſam commutationem terrarum ſic fieri laudaverunt, qualiter ſuperius adnexum eſt, & ſpecialiter de decima pro co quod Abbas de Morimundo ſe ſuumque Monaſterium privilegio vallatum quod de ſuo laboratu decimas aliis præſtare non deberet: allegabat tranſactionem in hunc modum fieri laudaverunt, videlicet ut ipſe Abbas libras viginti ſex, & denarios quadraginta præſtaret qui dentur in terra ad partem ipſius plebis. Præterea ut hæc mutatio validior ſit, & uberior utilitas plebis habeatur laudaverunt quatenus ipſe Abbas manſos duos de terra, quos ipſi Eccleſiæ de Fara habere videntur in Ozano, & Abiate, & ab omni conditione, & immune ipſe Præpoſitus tradere debet: ita ut ſimiliter ipſe denarii dentur in terra, & ſi plus vel minus ipſa terra & eorum territoriis pro pretio librarum octo pro manſo emat quam terram liberam &c. inventa fuerit ſecundum cognitum pretio addatur, vel diminuatur: amplius his ipſe dominus Milo Archipresbyter, & Gregorius ipſum Monaſterium in perpetuum oneraverunt, ſcilicet ut ipſus Eccleſias retineat coopertulis, & his quæ neceſſaria fuerint ad retinimentum ipſarum Eccleſiarum & in feſto B. Petri, & ejus vigilia ſeptimanarios ipſius plebis, & Præpoſitus ſi intereſſe voluerit, & Cuſtodes, ita ut inter ſe ſint tantum octo ad refectionem recipiat, quæ refectio debet eſſe trium pulmentorum ſecundum quod diei convenerit pro unaquaque refectione, & poſt prandium debent habere pro cenſu denarios ſex in die ſolemnitatis: ſimiliter in feſto Beati Chriſtophori ſeptimanarios, & præpoſitum ſi voluerit, & Cuſtodes, ita ut inter omnes ſint tantum quinque in vigilia ad refectionem recipiat: quæ refectio ſimiliter ſit trium pulmentorum, & pro cenſu in die ſolemnitatis ſex denarios jam dictis ſeptimanariis tribuat: Et ſi quid in ſolemnitatibus ad Miſſam oblatum fuerit, ad ipſos plebanos integraliter pertineat: Et quando ad Letanias plebs venit, quendam nuncium obviam ei mittere debeat uſque ad ſtratam Papienſem cum Cruce, & incenſo, qui offeras Clericis denarium unum, & candelam unam pro cenſu: item ſi contingat quod Eccleſia de Fara Parochialis aliquando efficiatur Parochia illa ad jus plebis dumtaxat ſpectabit. Item ſedimen S. Petri ad Monachos omnino pertinent, eo quod Eccleſiarum curam gerunt. Amen.

Ego Obertus Archiepiſcopus Mediolanen ſſ.
Ego Milo Archipresbyter à me facto ſſ.
Ego Galdinus Archidiaconus ſubſc.
Ego Malo Guido presbyter ſubſc.
Ego Beneventus Præpoſitus de Roſate à me facto ſubſcripſi.
Ego Anſelmus indignus Diaconus ſubſc.
Ego Adelardus Diaconus ſubſc.
Ego Algiſius Diaconus & cimiarcha ſubſc.
Ego Gregorius judex interfui ut ſupra & ſubſc.

Plurà bona paulo ante in foro Baſilianæ, & Coronagæ coemerat Cœnobium à Petro Vicecomite Eriprandi filio juxta documentum, quod pro locorum, ac Vicecomitum familiæ non ſpernenda notitia, & pro rei memoria hic ſubnexui ex eodem Tabulario.

[Anno Dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo quinquageſimo octavo, decimo die menſis Januarii Indictione ſexta conſtat nos Petrum, qui dicor Vicecomes de civitate Mediolani filium quondam Eliprandi Vicecomitis, atque Heriprandum puberem factum filium meum qui ſupra Petri, qui profeſſi ſumus lege vivere Longobardorum: Mihi iſto Heriprando conſentiente præfato Petro genitore meo, accepiſſe ſicut in præſentia teſtium manifeſti ſumus quod accipimus inſimul à te domino Frogerio monacho, & Priore de Monaſterio Morimundi conſtructi prope locum de Ozano ad partem, & utilitatem illius Monaſterii Morimundi conſtituti prope locum de Ozano ad partem, & utilitatem illius Monaſterii argenti denar. bonorum Mediolanenſium libras ſexagintatres, & ſolidos ſeptem, & denarios quatuor finito pretio ſic inter nos convenit pro omnibus caſibus, & rebus territoriis propriis vel libellariis en parte petiis ſex: unde hodie fecimus chart. donationis præſenti die & hora in iſto monaſterio per iſtum dominum Frogerium Priorem, quæ omnia tam donata, quam vendita fuerunt cuidam Anſelmo advocato de iſta civitase Mediolani, qui fuit Avus maternus iſtius Heriprandi, & ſocer meus qui ſum Petri, & mihi, qui ſum Heriprandi advenerunt per judicatum ex parte iſtius quondam Anſelmi advocati rejacentis in parte & in bonis fundi Pallavegiæ, & fori Buſiliana, & Morimundo, & Coronago, & in eorum territoriis tam ſedinibus cum ædificiis quam ſine ædificiis & clauſuris, campis, pratis, vineis, cuſchis, gerbis, cultis, & incultis, diviſis, & indiviſis, rupinis, paſcuis, communantiis cum omnibus honoribus, uſibus & conditionibus ſictis, & redditibus diſtrictis, & commodationibus, habitaculis, capellis, caſtellaneis, & corcellanis, advocadrin celur. uſibus aquarum, aquarumque ductibus in canalibus, & conſimilibus locis omnia & in omnibus quantumcumque inveniri poterint, ſicut mihi qui ſum Heriprando advenerunt per judicatum en parte iſtius Anſelmi advocati in illis locis, & in caſtro, & in villis, & in eorum territorio, & pertinentiis ſuis in hac permaneat venditione. Quæ autem vendita ſuperius dicta cum ſuperioribus & inferioribus ſen confinibus & acceſſionibus ſuis in . . . ab hac die iſto domino Frogerio Priori ad partem iſtius Monaſterii per hanc chartam, & pro iſto pretio vendimus, tradimus emancipamus ut faciant exinde officiales iſtius Monaſterii, qui nunc ſunt, & pro tempore fuerint, & cui dederint ſecundum quod ipſæ res ſunt quicquid voluerint, ſine omni noſtra, & heredum noſtrorum conditione, cui deſpondemus quod permittimus nos, qui ſumus venditores una cum noſtris heredibus tibi domino Frogerio Monacho, & Priori iſtius Monaſterii ejuſque ſucceſſoribus, & cui vos dederitis ita vendita ut ſupra . . . . . ab omni homine defenſare, quod ſi defendere non potuerimus, aut ſi contra hanc chartam venditionis per quodvis ingenium agere, aut cauſari præſumpſerimus, & in duplum vobis iſta vendita reſtituamus, ſicut pro tempore fuerit aut voluerit ſub æſtimatione in conſimilibus. Actum in loco Romano, qui dicitur de Vicecomitibus.

Manus iſtorum Petri, & Heriprandi, patris, & filii, qui hanc chartam ut ſupra fieri rogaverunt.

Manus Manfredi Vicecomitis, & Joannis Petri, qui dicitur Barzardus de iſta civitate Mediolani, qui æſtimaverunt, & dixerunt quod iſte infantulus Heriprandus pubes factus iſtas res vendebat.

Manus Rogerii & Obizonis, qui dicuntur Vicecomites Ambroſii Garaldi, & Frogerii de Beſate, & Lanfranchi de Crema teſtium ibique ſtatim coram iſtis teſtibus, & æſtimatoribus dederunt guardiam illi Petro, & filio Petrus, & Heriprandus eidem domino Priori ad partem iſtius Monaſterii: ita quod ſi amodo de iſtis rebus in toto, & in parte diſcordia venerit ab aliqua parte officialibus iſtius Monaſterii qui pro tempore fuerint aut cui dederint defendere, & guarenſare habeat ab omni homine, jure, & ratione.

Ego Ardericus Judex, ac miſſus domini Regis ſubſcripſi.

Nec etiam hoc in loco prætermittendum videtur, quam munificus fuerit Obertus Archiepiſcopus erga Cœnobium S. Ambroſii, ejuſque monachos, atque Abbatem, ſiquidem ampliſſimo diplomate omnia privilegia, & gratias in eorum favorem confirmavit, quæcunque aliquando Pontifices, Imperatores, Reges, atque Archiepiſc. illi Cœnobio celeberrimo indulſiſſent, in quo à fundato Cœnobio à Petro Oldrado continuatam juriſdictionem Monachorum, atque Abbatis prodit, quod quia ex authentico ex fide erutum eſt, recognitumque à Sacra Romana Rota, atque approbatum, hic illud exhibeo.

Obertus Dei gratia ſanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus.

[Dilecto in Chriſto fratri Martino, Monaſterii Beati Confeſſoris Ambroſii Abbati ejuſque fratribus tam præſentibus quam futuris in perpetuum. Sacra teſtante Scriptura, ex officio nobis injuncto intereſt Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas noſtro commiſſas regimini paterno affectu diligere, & eas earumque bona pia protectione munire: dignum namque, & honeſtati conveniens eſſe aperte cognoſcitur, ut qui ad Eccleſiarum regimen ſub Mediolanenſis Eccleſiæ obedientia commorantium ſumus aſſumpti, eas & à pravorum hominum nequitia tueamur, & ſanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ patrocinio foveamus. Proinde, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis petitionibus clementer annuentes præfatum Beati Ambroſii Monaſterium, in quo divino mancipati eſtis obſequio, & ejus bona ſub noſtræ, & ſanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ protectione atque defenſione ſuſcipimus, & præſentis pagina Privilegii communimus: ſtatuimus itaque ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona prædicta Beati Ambroſii Eccleſia in præſentiarum juſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, Deo propitio, poterit adipiſci; firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis nominibus duximus exprimenda: In primis Eccleſiam Beati Satyri quæ eſt juxta Monaſterium, Eccleſiam S. Vitalis ædificatam, Eccleſiam S. Auguſtini. Eccleſiam ſancti Michaelis & Hoſpitale prope ædificatum, Eccleſiam Beati Petri, ubi dicitur ad Sala, Eccleſiam S. Syri ad Vepram cum earum Parochiis, Eccleſiam ſancti Satyri in civitate ſimiliter cum ſua Parochia & cum omnibus ad eam pertinentibus, Oleoductum (Italice jam communiter Origgio appellatur) cum duabus Capellis, ſcilicet Eccleſiam Syri, & Eccleſiam Beatæ Mariæ cum famulis, & cum decimis, Eccleſiam S. Sepulchri, & Eccleſiam ſanctæ Trinitatis de Trinitate cum earum poſſeſſionibus, Campiltonem cum tribus Capellis videlicet Eccleſiam S. Zenonis, Eccleſiam S. Petri, & Eccleſiam S. Mariæ cum Parochiis, & omnibus ad eam pertinentibus, Eccleſiam S. Syri, quam habetis in Cœnobio cum aliis poſſeſſionibus; Tertiam partem loci de Dubino cum duabus Capellis, ſcilicet Capellam ſancti Petri, & Capellam S. Benedicti cum famulis, Lemontam cum Eccleſia S. Geneſii cum famulis, Curtem de Biſſono cum Eccleſia S. Carpophori cum Primitiis atque cum famulis, Anticiatum cum duabus Eccleſiis, Eccleſiam ſcilicet S. Ambroſii, & Eccleſiam S. Mariæ cum famulis, Eccleſiam S. Damiani de Barazia cum omnibus, quæ ad eam pertinent, Curtem de Paſciliano cum tribus Capellis, videlicet Eccleſiam ſancti Petri, atque Eccleſiam S. Salvatoris, & Eccleſiam S. Georgii, in Caſtanedo Eccleſiam S. Michaelis in Turricula, Eccleſiam S. Martini cum decimis, & famulis, Curtem de Monte cum Eccleſia S. Vigilii, & Eccleſiam S. Euſebii cum decimis, Eccleſiam S. Ambroſii cum decimis & famulis aliorumque poſſeſſiones, quas habetis in Cinzola. In quinto Eccleſiam S. Ambroſii cum aliis poſſeſſionibus, Eccleſiam S. Mariæ, & Eccleſiam S. Martini, & alias poſſeſſiones, quas habetis in Carteno, atque jus illius quod antiquitus habetis in Monaſterio Oronis atque poſſeſſiones quas habetis in Domevegovo: præterea dignitatem illam, quæ ut in veſtris continetur privilegiis vobis ex longo, & antiquo tempore conceſſa eſt, quod Abbas in Dominicis, & ſolemnibus diebus cum infula & aliis ornamentis Epiſcopalibus in Eccleſia ſancti Ambroſii miſſae cantat, vobis confirmamus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prænominatam Beati Ambroſii Eccleſiam temere perturbare, vel ejus bona auferre, vel oblata retinere, minuere, ſeu aliquibus moleſtiis fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Si quis igitur noſter Parochianus in futurum contra hanc noſtræ conſtitutionis paginam temere venire tentaverit, ſecundo tertioque commonitus niſi reatum ſuum digna emendatione correxerit, centeſimi octavi Pſalmi maledictionibus repleatur, & a ſacratiſſimo Corpore, & Sanguine Domini Noſtri Jeſu Chriſti fiat alienus. Cunctis autem eidem loco ſervantibus juſta pax Domini noſtri multiplicetur, & gratia, quatenus hic fructus bonæ actionis percipiant, & in futuro æternam vitam ſibi paratam inveniant. Actum eſt hoc anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo quadrageſimo octavo 4. Nonas Aprilis Indict. Undecima.

† *Ego Obertus Archiepiſcopus ſubſcripſi.*
† *Ego Tedaldus Archipresbyter ſubſc.*
† *Ego Obitius Diaconus & Cimiliarcha ſſ.*
† *Ego Joannes Rhodenſis ſubſc.*
† *Ego Anſelmus indignus Diaconus ſſ.*
† *Ego Willelmus Diaconus ſubſc.*
† *Ego Adelardus Diaconus ſubſc.*
† *Ego Henricus Subdiaconus ſubſc.*
† *Ego Nazarius presbyter, & Primicerius ſubſcripſi.*
† *Ego Julius presbyter ſubſc.*



87. S. GALDINUS a ex nobilibus Valvaſoribus de Sala progenitus civibus, Archidiaconus, atque Cancellarius Eccleſiæ Mediolanenſis, ab ineunte ætate litteris, ac pietate eruditus, Obertum Pirovanum antéceſsorem ſchiſmatis tempore ſecutus, cum ipſo ad Alexandrum III. confugit. Quatuor omnino annis apud Alexandrum in Gallias commorantem exilium peregit, mox in Italiam cum eodem Pontifice, & Archiepiſcopo Oberto pervenit. Panormi à Siciliæ Rege perhonorifice ſuſcepti, Pontifex deinde Romam, Galdinus, & Obertus Beneventum, ut Pontifici viſum fuerat, profecti ſunt. Paucos poſt dies Galdinus ab Alexandro Romam evocatus menſe Decemb. 1165. ad titulum S. Sabinæ Presbyter Cardinalis ordinatus: defuncto deinde apud Beneventum Oberto, ab eodem Pontifice Archiepiſcopus Mediolanenſis ſolemni ritu inauguratus eſt die 18. Aprilis anno 1166. Qui licet ob exilium laboreſque exantlatos corporis debilitate laboraret, invituſque ad eam dignitatem ſit traditus, animo tamen conſtans, & charitate fervens, aſſiduis precibus, & crebris Dominum exorabat ſuſpi-

LXXXII.

a De eo Acta ss. April. t. 2. pag. 597 & Oldoinus ad Ciacon. tom. p. pag. 1057.

Ab an. 1166. ad 1176.

riis,

rijs, ut civitas lapſa aliquando ſurgeret, Eccleſia reſtauraretur, & tam Clerus, quam populus ſecum pariter proprias remearet ad ſedes. Modico tempore elapſo, Mediolanenſis clariſſimæ patriæ excidium deplorati cives duce, ac promotore Paſsaguado Setara viro clariſſimo, acerrimo Friderici Imperatoris inimico, eam quamquam deſertam atque deletam ingreſſi reſtituerunt 5. Kal. Maji ann. 1167. His auditis Galdinus Mediolanum verſus è veſtigio in peregrini cultu iter arripuit: cumque Nonis Septembris ejuſdem anni Mediolanum fuiſſet ingreſſus, ſumma omnium exultatione ad Baſilicam B. Ambroſii ductus miſerabilis civitatis excidium, ruinaſque lachrymis eſt proſecutus, primumque omnium cenſuit cogendos omnes exules cives, ut illorum ope, conſiliove quantocyus civitas deſolata reſurgeret. Inde Legatus Apoſtolicus Inſubriæ declaratus contra impium Æneobarbum armis illam defendit, pluresque alias civitates, ac præſertim Laudem Pompejam, deſerto Antipapa Paſchali, ad veri Pontificis Alexandri cultum adduxit; novum ac Catholicum Epiſcopum, expuncto ſchiſmatico, eligendum curavit: Novæ civitati Alexandriæ in honorem Alexandri conſtructæ Epiſcopum attribuit, patrimonium, prædiaque ſuæ Mediolanenſis Eccleſiæ, quod in rapinam, & prædam multorum datum fuerat, de eorum manibus quamprimum eripuit, Epiſcopale Palatium, ſive Epiſcopium mirio decore, & ornatu reſtituit. Metropolitanam Eccleſiam, quam nobiles Mediolanenſes matronæ ſuiſmet monilibus, & aliis ejuſmodi ornamentis reſtaurarunt, Galdinus exornavit anno 1169. De hac reædificatione Galvaneus.

Muneribuſque datis collectis undique turbis,
Emicat aula Dei Genitricis janua cæli.

Hoc ipſo quoque anno, vel paulo poſt, Galdinus reædificatæ novæ Metropolitanæ Eccleſiæ capitulo, antiqua jura & honores confirmavit, iis litteris ſcriptis, quas ex codiculo quodam Ambroſianæ Bibliothecæ exſcripſit Puricellus.

Galdinus Dei gratia Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus Apoſtolicæ Sedis Legatus.

Dilectiſſimis fratribus M. Archipresbytero, V. Archidiacono, & univerſis Mediolanenſis Eccleſiæ presbyteris, Diaconibus, & Subdiaconibus, atque Notariis tam præſentibus quam futuris in perpetuum. Suſcepti jura regiminis, quod divina favente gratia licet indigni gerimus, nos admonet, & compellit juſtis, & honeſtis petitionibus veſtris gratum præſtare aſſenſum, & cum aliquid à nobis poſtulatis, quod rationi, & æquitati concordare videtur, ita noſtram impendere auctoritatem, ut deſiderium veſtrum affectu proſequente compleatur. Eapropter dilectiſſimi fratres, jura, & honores veſtros in omnibus ſervare cupientes: præcaventes etiam, ne quorumlibet æmulorum temeritate, vel importunitate juri, & dignitati veſtræ in perpetuum, ſeu in poſterum poſſit in aliquo derogari, aut aliquid ab aliquo in injuriam, & contemptum veſtrum ullo unquam in tempore præſumi, antiquas conſuetudines, ſeu Patrum traditiones, quas Mediolanenſis Eccleſia ab antiquis retro temporibus ſervavit ſecundum quod noſtris vidimus diebus in eadem ſervari Eccleſia, noſtra comprobamus auctoritate & præſenti ſcripti pagina confirmamus: ſtatuentes videlicet ut vobis ſolis, exceptis Monachorum Congregationibus, in civitate cum Diacono, & Subdiacono miſſam celebrare liceat: Primam vero, Tertiam, Sextam vel horam Nonam, & Completorium nullis niſi vobis in Hyemali Eccleſia unquam tempore liceat publice cantare. A dedicatione quoque uſque ad Paraſcevem Matutinos vivorum in eadem Eccleſia vos ſoli cum lectoribus, & cæteris clericis cantetis, Matutinos vero mortuorum ſoli lectores eodem tempore cantent, niſi forte in anniverſariis vobis illiſque communibus, Eccleſiam per vos ſolos, vel per Nuncios, & Cuſtodes veſtros aperire, & confirmare, Cruces portare, campanas, & campanile vobis tantum habere liceat, ſedes autem & ſtadia ſacerdotum, vel diaconorum ad vos

A *ſolos ſpectare decernimus, adeo ut in ipſis ſedibus vobis præſentibus nulli Decumanorum, ſine veſtra juſſione ſedere liceat; Nec ad ſtadia cum miſſam cantant iidem Decumani aſcendere præſumant, nec ſimiliter cum miſſam cantant per medium chorum ante facies veſtras tranſeant, ſed more ſolito poſt ſedes veſtras ad altare aſcendant, cantata vero miſſa, officia mortuorum in majori choro nec celebrent, nec cum pſallendo ad aliquod altare niſi ſancti Ambroſii, eis unquam proceſſionaliter ire liceat: Hæc igitur firma, & illibata in perpetuum ſervari præcepimus, & ad majoris robur firmitatis & omnium in poſterum memoriam ſcripti præſentis patrocinio communimus. Decernentes, ut nulli noſtræ jurisdictionis clerico, vel laico contra hujus noſtræ ſanctionis, & confirmationis paginam temere liceat venire. Si qua igitur Eccleſiaſtica, ſecularisve perſona in noſtro manens Archiepiſcopatu, contra ea quæ diximus, venire, aut hujuſmodi noſtri decreti paginam infringere conata fuerit, & commonita non* B *reſipuerit, iram & indignationem omnipotentis Dei, & Beati Ambroſii patroni noſtri ſentiat, ac totius ſui honoris incurrat periculum, & niſi a ſuo deſtiterit propoſito, in laqueum cadat anathematis, & cum Juda proditore pœnam ſentiat æterni judicii. Omnibus vero hæc eadem ſervantibus ſit pax, & gratia Domini Noſtri Jeſu Chriſti. Amen*]

Ego Adobaldus domini Galdini Mediolanenſis Archiepiſcopi Apoſtolicæ Sedis Legati ſcriba, ex mandato & vice ipſius ſubſcripſi.

M. Archipresbyter, & V. Archidiaconus, ad quos litteras direxit Galdinus, ſunt Milo, qui paulo poſt Epiſcopus evaſit Taurinenſis, & Ubertus Archidiaconus, qui inde S. R. E. Card. Archiepiſcopus Mediolanenſis, & Urbanus Papa III. fuit; Milonem ad Taurinenſ. ſedem evectum tradunt anno ſequenti 1170. retento Mediolanenſi Archipresbyteratu. Ita ſubſcriptum non ſemel obſervavi in documento concordiæ inter Cæciliam majoris Monaſterii; & Columbam Monaſterii S. Mariæ de C Montano Mediolanenſi Abbatiſſas peractæ anno 1170. 12. Kal. Decembris Indictione 4. in domo Milonis Archipresbyteri Mediolanenſis, & Taurinenſis Epiſcopi compromiſſarii ex mandato D. Galdini Archiepiſcopi, & pro ipſomet Milone Archipresbytero, & Epiſcopo, quidam Rogerus ſubſcripſit concordiæ, ac ſententiæ, quam Galdinus Archipræſul ſtatuit perpetuo obſervandam inter Abbates Jacobum de Morimundo, & Marcheſium ſancti Celſi Mediolani de bonis & confinibus poſitis in territoriis Coronage fori Baſilianæ, ac Morimundi ad eorum Monaſteria ſpectantibus. *Actum in Palatio Mediolanenſi anno 1173. Indict. 7. ſexto die menſis Octobris. Interfuerunt Gantius de Horſiolo, Guilielmus Cacbianca, Johannardus, Comis, Guido Capellus, Arialdus de Vigiono, Albicus Pingilocus, & alii plures clerici, & laici.*

† *Ego Guiſcardus ex mandato domini mei Galdini Archiepiſcopi Apoſtolicæ Sedis Legati, & vices eas ſubſcripſi.*

D † *Ego Rogerius ex mandato domini Milonis Taurinenſis Epiſcopi, & Mediolanenſis Archipræſbiteri ſubſc.*

† *Ego Algiſius Mediolanenſis Eccleſiæ Cimiliarcha, & Cancellarius ſubſc.*

† *Ego Petrus ex mandato domini Gallielmi ſacerdotis ſubſc.*

† *Ego Albertus Subdiaconus ſubſc.*

† *Ego Presbyter Diaconus ſubſc.*

† *Ego Philippus Mediolanenſis Eccleſiæ diaconus ſubſc.*

† *Ego Heriprandus qui dicor Juden in hac cauſa domini Galdini Mediolanen. Archiepiſcopi, aſſeſſor ex mandato prædictum præceptum feci ut ſupra, & ſubſcripſi.*

Datum per manum domini Algiſii Mediolanenſis Eccleſiæ Cimiliarchæ, & Cancellarii.

Hocce documenti originale extat in tabulario Morimundano, è quo mihi tranſmiſſum integrum

exemplum nil aliud continet præter relata, niſi bona, & confinia eorundem prope Morimundanum aliiſque vicinis granciis conſiſtentia. Cæterum Galdinus cum Eccleſiam ſuam divino auxilio ſere ad priſtinum reduxiſſet decorem, Epiſcopos Suffraganeos ſuos omnes conſecraſſet, divinum obſequium ardentiſſimis conatibus promoviſſet, plenuſque chatitate redivivam hæreſim Catharorum impugnaviſſet, ita ut provectæ jam ætatis jejuniis ac vigiliis fractus, ſe deportari juſſit in Eccleſiam S. Theclæ, ubi conſcenſo ſuggeſto, poſt Miſſæ confectionem, quam Algius Metropolis Cimiliarcha celebrabat tanto pietatis ardore contra hæreticos concionatus eſt, ut deſeſſus ſpiritu in medio conatu ſemivivus ceciderit, reſectuſque Chriſtianis ſacris animam ſanctiſſimè exhalavit: cujus acta extant apud Mombritium tom. 1. de Sanctis: de quo Calchus, Siginius, Brev. Mediolanen. ejuſdemque Eccleſiæ acta, Baronius in annal. Eccleſiaſticis, & in notis, Philippus Ferrarius, libellus de ſucceſſ. S. Barnabæ, Ripamontius in Hiſt. Eccl. Med. Puricellus in monumentis Ambroſianæ Baſilicæ: quorum tamen auctorum non una eſt de Galdini morte ſententia: obiiſſe alii referunt ann. 1175. alii 1176. & alii ann. 1177. nonnulli 1178. 14. Kal. Majas validis conjecturis (1). Puricellus demonſtrat illum exceſſiſſe ann. 1176. hactenus & nos cum ipſo ſentiebamus, verum cum nuper mihi ſcribenti noſter Libanorus è ſuo Morimundenſi tabulario archetypa duo documenta in membranis condita Romam tranſmiſiſſet, quibus luculentiſſime conſtat Algiſium Galdini ſucceſſorem anno 1173. die 2 Novembris, & die 16. ejuſdem menſis ſeptimæ Indictionis ſe ſua manu Mediolanenſem Archiepiſcopum ſubſcripſiſſe, coactus ſum aſſerere, Galdinum hoc ipſo ann. 1173. menſe Octobris diem ſuum obiiſſe, cum eo quidem menſe die 6. peracta ſit concordia inter Jacobum Morimundenſem, & Marcheſium S. Celſi Abbatem coram Galdino Archiepiſcopo Mediolan. & Apoſtolicæ Sedis Legato data per manum Algiſii Mediolanenſis Eccleſiæ Cimiliarchæ & Cancellarii, ut ex originali paulo ante retulimus, & Algiſius hoc ipſo anno & indictione, vix menſe elapſo in monumentis modo recitandis Mediolanenſis ſubſcribatur Archiepiſcopus (2). Porro illa duo originalia documenta ita ſe habent vetuſtate pene exeſa.

Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo ſeptuageſimo, tertio ſecundo die menſis Novembris, indictione ſeptima.

Placuit atque convenit inter Petrum, & Guidonem qui dicitur de Aliate de civitate Mediolan. nec non & inter dominum Rogerium Priorem Monaſterii de Morimundo: ut in Dei nomine debeant dare ſicut . . . . . ipſi Petrus, & Guido eidem Priori ad partem, & utilitatem ipſius Monaſterii ad habendum, & tenendum ſine ullo cenſu reddendo libellario nomine uſque in perpetuum: Hoc eſt totam eorum partem, quæ eſt medietas trium portionum totius decimæ de loco, & fundo Ozano, & ejus territorio, ſicut ipſi Petrus & Guido, & eorum majores tenebant, & poſſidebant in iſto loco, & ejus territorio in eodem maneat libello m. m. Eo tenore ut amodo inantea tenere debeat ipſum Monaſterium, & cui dederit iſtam eorum partem ipſius decimæ ut ſ6. & facere exinde quicquid ei fuerit utile libellario nomine, & ſine contradictione. Inſuper promiſerunt, & etiam gaudia dederunt ipſi Petrus, & Guido eidem Priori ad partem & utilitatem ipſius Monaſterii una cum eorum heredibus defendent, & garrentabunt iſtam partem decimæ, ut ſupra ab omni homine, omni tempore, uſu, & ratione eidem Monaſterio . . . . . . Ugonem fratrem ipſius Guidonis, & filius quondam G. . . . . qui dicebatur Aliate de iſta civitate cum ad legitimam ætatem pervenerit . . . . dies priuſquam requiſiti fuerint talem de tota eorum portione iſtæ decimæ, qualem Judex ipſius Monaſterii laudavit ſine . . . . promiſſo, & pro omnibus iſtis adimplendis, & firmiter tenendis poſuerunt fidejuſſionem Miranum qui dicitur de cumis de iſta civitate obligavit ſe, & pro iſta parte decimæ profeſſi ſunt ipſi Petrus, & Guido accepiſſe ab eodem Priore ex parte ipſius Monaſterii argen. bon. Mediolan. Tertiol. lib. triginta, prout ſic inter eos convenit, actum in iſta civitate Mediolani.]

Signa manuum iſtorum Petri, & Guidonis qui hanc chartam ut ſupra recognoverunt, & iſtius Mirani, qui fidejuſſor extitit.

Signa manuum Manfredi, & Anſelmi qui dicuntur Ardiſii teſtium.

Ego Joliſænardus Judex qui dicor; hanc chartam tradidi & ſubſc.

Ego Algiſius Mediolanenſis Archiepiſcopus ſubſc.

Ego Arnaldus Cerentionius ſacri Palatii notarius hanc chartam ſubſc.

Alterum documentum propria Algiſii Archiepiſcopi manu ſubſcriptum eodem anno 1173. eodemque menſe Novembris die 16. ejuſdemque Indictionis ſeptimæ, quod juſſu Alberti, & Mutalberti nobilium virorum de Aliato, & Jacobi Abbatis Morimundi de decimis Ozani conditum fuit, eſt tenoris ſequentis.

Anno Dominicæ Incarnationis 1173. ſexto decimo die menſis Novembris Ind. 7.

Placuit atque convenit inter Albertum, & Mutalbertum generoſos filios quondam Ottonis; qui dicebantur de Aliato de civitate Mediolanenſi, & inter dominum Jacobum humilem Abbatem Eccleſiæ S. Mariæ de Morimundo, ut in Dei nomine debeant dare, ſicut ad præſens dederunt ipſi Albertus, & Mutalbertus ad partem, & utilitatem ipſius Monaſterii ad habendum, & tenendum ſine ullo cenſu reddendo libellario nomine uſque in perpetuum, hoc eſt medietatem trium partium totius decimæ de loco, & fundo Ozano, & ejus territorio, ſive finita, & inſuper totum illam domum quam prædictus dominus Otto, & Brenzo frater ejus emerunt ab Hugone Fungnello de iſta civitate in iſto communi Ozano, & in ejus territorio, ſicut ipſi generoſi, & ejus majores habebant, & tenebant ipſum domum, aut habere aut tenere debebant, & inſuper ſicut prædicti Otto, & Brenzo habebant, & emerunt ab ipſo Hugone in eodem maneat libello m. m. ut ſupra. Eo tenore ut amodo in perpetuum libere tenere debeat ipſum Monaſterium prædictum iſtam totam decimam, tenere exinde libellario nomine quicquid ei utile fuerit ſine alicujus contradictione, & inſuper promiſerunt etiam guardiam dederunt ipſi Albertus, & Mutalbergus eidem Abbati ad partem ipſius Monaſterii, ita quod defendent, & guarentabunt una cum ſuis heredibus iſtam totam decimam ut ſupra ab omni homine, omni tempore, uſu, ratione eidem Monaſterio, & cui dederunt in pœnam dupli infraſcripti: præterea depoſuerunt fidejuſſorem Malagalliam qui dicitur de Aliate de iſta civitate, qui obligavit ſe in perpetuum, & pro iſta decima profeſſi ſunt ipſi Albertus, & Mutalbergus gratis accepiſſe

(1) S. Galdinus ex Catalogo *ſedit an. 10. eadem die conſecratus, & mortuus.* Obiit autem 14. Kal. Maii. *Fuerunt autem ab obitu ipſius uſque ad electionem Algiſii ſeptimana decem, & dies tres.* In alio Canonicorum S. Ambroſii catalogo, qui modo nuſpiam inveniri dicitur, hæc de eodem ſancto ſcripta reperimus. *Anno 1166. B. Galdinus, ex Valvaſſoribus della Sala, tit. S. Sabinæ Presb. Card. & Legatus in Lombardia ſedit an. 10. obiit die 15. poſt Paſcha, tacet in S. Thecla.* Numeri per ziferas Arabicas expreſſi, indicant non magnam [illegible] hujus codicis vetuſtatem: nihil tamen uſquam habere ſe vitii perſuadet *Dominica II. poſt Paſcha*, qua Sanctum obiiſſe etiam teſtatur vita, ad 18. April. ab Henichenio noſtro illuſtrata. Anno enim 1176. Paſcha celebratum eſt IV. April. proinde 18. ejuſdem menſis fuit Dominica poſt feſtum ſecunda: ante decennium vero, ideſt an. 1166. eadem dies non in Dominicam, ſed in Feriam V. occidit, quo tamen ordinatum fuiſſe Galdinum nemo ambigebat, qui conſiderabit, id non eſſe factum Mediolani à Comprovincialibus Epiſcopis publicè, ſed privatim Romæ à ſummo Pontifice: quem oportet valde feſtinaſſe in hoc negotio, ſiquidem poſt 20. dies à morte Oberti uſque ad Electionem Galdini, nullum omnino temporis intervallum inveniri poteſt, quod inter electionem, & conſecrationem mediaret. Ughellus dubiis inſtrumentis cogi ſe putat ad aſſerendum Algiſium toto triennio citius Epiſcopum creatum fuiſſe, atque adeo s. Galdinum obiiſſe an. 1173. ſed his ex Puricello opponi poteſt, quod Auctorum, Catalogique auctoritate ſubnixum prævalere debet aliud inſtrumentum an. 1174. factum coram D. Galdino. *Papebrochius.*

(2) Ughellus circa tempus obitus s. Galdini profert duo originalia monumenta, vetuſtate penè exeſa. Ad quæ reſpondemus, ut licet vetuſtate penè exeſa forent, quod humido forſan loco eſſent adſervata, tamen nullo modo eſſe Originalia, ſed poſtmodum tranſcripta: quia vero Algiſius poſtea fuit Archiepiſcopus, ideo majoris auctoritatis cauſa, loco Cimeliarchæ, aut Cancellarii, ſubſtituerunt honorificentiorem illum à Monachis Morimundenſibus, inſtrumenta iſta ex originali tranſcribentibus. Etenim ſi illis [illegible] adfuiſſet, & ſubſcripſiſſet Algiſius, jam tum Archiepiſcopus, fuiſſet in principio documentorum honorifice ejus facta mentio, ſicut factum reperitur in s. Galdini litteris ſupra relatis, quia nomine ejus ſubſcripſit Adobadus ſcriba. *Papebrochius in Actis SS. April. t. 2. p. 593.*

cepiſſe ab eodem Abbate lib. triginta 8. de den. novis Mediol. quia ſic inter eos convenit: actum in iſta civitate Mediolani.

Signa manuum iſtorum germanorum qui hanc chartam ut ſupra fieri rogaverunt . . . Malagallia qui fidejuſſor extitit ut ſupra.

Signa manuum Mirani de Cumis Manfredi, & Anſelmi qui dicuntur Ardiſii teſtium.

Ego Joliſenardus Judex qui dicor . . hanc chartam tradidi, & ſubſcripſi.

Ego Algiſius Mediolanenſis Archiepiſcop ſubſc.

Ego Arnaldus Carentonius Sacri Palatii Notarius hanc chartam ſcripſi.

Viderunt hæc duo originalia documenta plures viri Eccleſiaſticarum antiquitatum optime eruditi, & una mecum exiſtimarunt cæteros hallucinatos fuiſſe, qui poſt annum 1172. Galdioum defunctum aſſeruere. Reclamabit his ſcio doctus Puricellus, obiicietque publicum, ut ipſe refert monumentum confectum coram Galdino Mediolanenſi Archiepiſcopo, & Apoſtolicæ Sedis Legato, anno Incarnationis Dominicæ 1174. decimo die menſis Aprilis indictione 7. pro ſolutione pecuniarum per Joannem Abbatem S. Ambroſii facta D. Satrapo Præpoſito Eccleſiæ, & Canonicæ ejuſdem S. Ambroſii; verum documentum non vidi, quemadmodum illa duo noſtra ſupra relata, quæ iterum, atque iterum examinata, atque accurate diſcuſſa una cum docto viro Carolo Andrea Septalio Archipresbytero Mediolanenſi, non levibus quibuſque conjecturis, ſed ex ipſius Algiſii ſua manu ſubſcriptis vetuſtis Archetypis monumentis, de Algiſii in Mediolanenſis Eccleſiæ ſucceſſione, ſatis exploratum habemus illum Mediolanen. Archiepiſcopum fuiſſe anno 1173. die 6. Novembris ſeptimæ indictionis. Quod autem narratur in actis Galdini, eum obiiſſe die 19. Aprilis, vel 18. ejuſdem, ut alii volunt, Dominica II. poſt Dominicæ Reſurrectionis Paſcha, ſicut etiam olim fuerat eodem die conſecratus, videtur ſatis luculenter documentis adverſari, quibus conſtat Galdinum in vivis fuiſſe eodem anno 1173. die 6. Octobris & elapſo menſe Algiſium ſubſcriptum Mediolanenſem Archiepiſcopum, quod eſſe non potuit, niſi defuncto Galdino; niſi etiam aſſerere velimus Algiſium eo tempore Galdini coadjutorem fuiſſe, vel Galdinum eo quidem menſe Octobris ex hac vita ad cœlum evolaſſe, cujus celebritas inde ex uſu Mediolanenſis Eccleſiæ, non mortis ejus die, ſed conſecrationis, hoc eſt ſecunda Dominica poſt Paſcha Reſurrectionis, deinceps uſque ad S. Caroli Archiepiſcopi tempora celebraretur. Cæterum poſt exceſſum Galdini partium ſtudia Mediolanenſem Clerum ſciderunt, pars enim Ubertum Cribellum Archidiaconum promoverunt ad Sedem, pars altera Milonem Cardanum Epiſcopum Taurinenſem, nihilominus Metropolitanæ Eccleſiæ Archipresbyterum declararunt Archipræſulem, donec poſt denas Hebdomadas, ejurata diſcordia in unum Algiſium Pirovanum Cimiliarcham unanimi conſenſu contulere ſuffragia, cujus deinde electionem Alexander III. ratam habuit.

LXXXIII. Ab an. 1170. ad 1183.

88. ALGISIUS igitur Pirovanus Baſilicæ Metropolitanæ Cimiliarcha, & Oberti pariter Archiepiſcopi, qui S. Galdinum anteceſſerat, conſanguineus, ad hanc dignitatem vocatus eſt anno 1173. Hic ſtatim ac inauguratus fuit eum prudenti adminiſtratione Eccleſiaſtica ita arma conjunxit, ut iterum inſultantem Fridericum Imper. totamque Inſubriam devaſtantem collatis ſignis cum Mediolanenſibus Conſulibus fregerit, fugaveritque: ita ut inde fœdus pacis cum Alexandro Pontifice ferendi conſilium ceperit, quod evenit paulo poſt Venetiis præſente cum aliis eodem Algiſio anno 1177. Interſuit deinde Laterano Concilio ab Alexandro Pontifice celebrato anno 1179. una cum ſuis Suffraganeis Joanne Brixienſi, Guala Bergomen. Vufredo Cremonen. Alberto Lauden. Oberto Terdonen. Uber-



to Aquen. Guidone Saonen. Lanterco Albingaunen. Stephano Vigintimilien. Milone Taurinen. Germano Ipporien. & Bonifacio Novarien. Epiſcopis. Abſuit Epiſcopus Vercellenſis. Abſoluto Concilio Mediolanum reverſus egregie Eccleſiam ſibi creditam adminiſtravit, clarusque meritis ad annum pervenit 1183. (1) quo interiit 3. kalend. Aprilis mœrentibus cunctis, quibus reipublicæ ſalus cordi erat, ſepultus in Cathedrali. Diſſentiunt inter ſe auctores de obitus anno Algiſii; Chalcus in Chronic. quem ſequimur, illum exceſſiſſe refert anno 1185. Corius, Siginius, aliique habent vitam liquiſſe anno 1181. Conſtat tamen Algiſium anno 1183. menſe Februarii Abelinæ Abbatiſſæ Cœnobii S. Ambroſii Florentiæ nonnullas donationes à ſuis prædeceſſoribus eidem monaſterio elargitas confirmaſſe. Monumentum ſupra retulimus noſtro 3. Tomo in Epiſcopis Florentinis. Ejuſdem item auctoritate 2. die Julii anno 1181. inter Jacobum Morimundi, & Guilelmum S. Celſi Mediolani Abbates hoc conditum eſt documentum, Algiſii manu ſubſcriptum, quod extat in tabulario Morimundenſis Abbatiæ his verbis exſcriptum.

In nomine Domini. Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo Octuageſimo primo, 2. die menſis Julii Indictione XIV.

Conſtat me D. Guilelmum gratia Dei Abbatem Monaſterii S. Celſi prope civitatem Mediolani, ibi adſtante & laudante, ſeu firmante Guilelmo Gaffirio in hoc negotio ab ipſo D. Abbate electo advocato, & parabola Algiſii gratia Dei Mediolanenſis Archiepiſcopi, quam parabolam dederunt, quando inveſtitura Mercati facta fuit coram Guilelmo Caçamarca, Arderico de Bonate, & Heriprando Judice, & Guidone Capello, & Bennone Curto, & aliis ſub Palatio ſuo Mediolan. Accepiſſe ex parte ipſius Monaſterii, ſicut in præſentia teſtium, manifeſtus ſum, quod accepi à vobis D. Jacobo Venerabil. Abbate Monaſt. S. Mariæ de Morimundo ex parte jam dicti Monaſterii libras trecentas, & ſolidos duos, ducatos tres, quæ ſunt datæ Bonfanto de Leuco pro rebus de loco inctrano. Quas ego Abbas S. Celſi emi ab ipſo Bonfanto pro pretio librarum ſeptemcentum, ſecundum quod ibi dixerunt, & æſtimaverunt dictus Bonfantus, & Joannes Coalia, qui etiam dixerunt, præfatum monaſterium S. Celſi in hac venditione non eſſe læſum, ſed utiliores res emit ipſi monaſterio, quam eſſent illæ, quas vendidit finito pretio, ſicut inter nos convenit, pro omnibus caſis, & rebus, territoriis, campis, pratis, buſcis, gerbis, cultis, incultis, & ſedibus molendini, aquis, aquarumque ductibus, & decimis, cum diſtricta, & honore, quod habet in ſupradictis rebus, ſicut infraſcriptæ invenientur, quæ omnia prædictum monaſterium S. Celſi habere viſum eſt in loco Coranatæ, & ejus territorio, & Fara Baxiliana, & Morimundi veteri, & verſus Boxate, ſcilicet in ronco clauſo, & ad laceram & in buſcis

(1) Algiſius ex Catalogo ſedit an. 8. & menſ. 5. quinque diebus minus: vacavit autem ſedes per menſem 1. & dies XI. ſepultus eſt autem in Eccleſia hiemali juxta pulpitum. Electus igitur eſt ex ſupraſcripto interpontificii ſpatio (quo à 18. Aprilis Septimanarum .... dierum 4. fuit) 2. Julii, Feria 3 an. 1176. & obiit 29. Martii an. 1185. Papebrochius.

A buſcis aliis ibi prope etiam ſi ſint de territorio Boxate. *Inſuper ego D. Abbas S. Celſi, cedo, & do omne jus, & rationes; quod prædicto monaſterio Sancti Celſi competit, & habet in Eccleſia Sanctæ Mariæ de Coronatæ ad cœtum præſtandum ſingulis annis Eccleſiæ S. Syri civitatis Papiæ libras duas ceræ, vel ſi amplius de jure monaſterii S. Celſi inventum fuerit in hac ſit venditione. Quæ omnia vendien ſuperius dicta cum omnibus finibus, & acceſſionibus ſuis, & omni jure, & uſu eiſdem rebus pertinentibus ab hac die in antea. Ego jam dictus D. Gulielmus Abbas vobis qui ſupra D Jacobo Abbati monaſterii de Morimundo ad partem illius monaſterii per hanc chartam, & iſto pretio vendo, & trado;, ut faciatis exinde cum veſtris ſucceſſoribus, & cum pars ipſius Monaſterii de Morimundo dederit, quicquid volueritis ſine alicujus contradictione. Præterea ego præfatus D. Gulielmus Abbas ex parte monaſterii S. Celſi promitto, & guardiam do vobis D. Jacobo Abbati de Morimundo ad partem illius monaſterii, ita quod omni tempore,* B *defendere, & guarentare habeo omnia ſupradicta, & infraſcripta vendita ab omni homine, ſecundum legem, & uſum uſque in pœna dupli, ſilis, aut placitum inde aliquo tempore apparuerit, & de omnibus adimplendis pono fidejuſſorem præfatum Bonfantum de Leuco, civem Mediol. Hæc autem ſunt illæ terræ, quæ erant in breviatæ in quadam imbreviatura, & ſunt venditæ. In primis campus unus, qui dicitur Imbraida cohæret ei à mane via à meridie de Baxiliaua, à ſero de Morimundo. 2. ibi prope à meridie Ottobelli, & Belloni Mugaroni à Monte Belloni, à meridie de Morimundo. 3. ibi prope à mane, & meridie, & à Monte Ottobelli. 4 in cantone de Braida à mane via, à meridie Morimundo. 5 in Breda à mane de Murimuudo, à meridie, & ſero Ottobelli. 6. ibi prope à ſero Belloni, à Monte Ottobelli. 7. ad paſquariam Syrii, à mane, & meridie de Morimundo, à ſero via. 8. ibi prope à mane via, ab aliis partibus de Morimundo. 9. ibi prope à mane via ab aliis partibus de Morimundo. Decimus ibi prope ab omnibus partibus de Morimundo. Undecimus in* C *territorio de Braxilinnn ab omnibus partibus de Morimundo. Duodecimus inter jura de Baxiliaua, & ſtratam Papienſem. Tertiusdecimus ibi prope à meridie, & ſero via à mane prædicti Ottobelli. Quartusdecimus ad Paſquarium Syri à mane, & meridie Ottobelli. Quintusdecimus in clauſo à mane ſtrata, & Bregoxi, & via. Sextusdecimus ibi prope à ſero via. Septimusdecimus ibi prope à mane Belloni, à meridie Ottobelli. Octavusdecimus ab omnibus partibus de Morimundo. Nouadecima Petia eſt vinea ibi prope. Vigeſima dicitur Campo de ulmo à meridie ſtrata à ſero via. Vigeſimus primus Campus de fame. Vigeſimus ſecundus ibi prope à ſero ſtrata. Vigeſimus tertius in magnaſco à meridie, & ſero via. Vigeſimus quartus ibi prope vel ſi amplius de jure ipſius monaſterii S. Celſi inventus fuerit in hac ſit venditione m: m: Quia ſic inter nos convenit. Actum prædicto monaſterio Sancti Celſi.*

Ego Ambroſius de Valnexio Sacri Palatii Notarius hanc chartam tradidi, interfui, & ſſ.

D *Signum . . . manus iſtius Guilielmi Gafforni qui Advocatus extitit, ut ſupra, & ad confirmandum manum poſuit.*

Signum . . manuum prædictorum Joannis Coaliæ, & Bonfanti, qui æſtimatores extiterunt, ut ſupra, & ad confirmandum manus poſuerunt.

Interfuerunt teſtes Arnoldus de Marioln, Petrus de Cambrago, Ubertus Lecapolaſtra, Arnicus Caniſter, atque Andrioln.

Interfuerunt de Monachis ipſius monaſterii S. Celſi, qui firmaverunt D. Ardericus, Dominus Obizo, D. Martinus, & Ambroſius, & Guillelmus;, & Ardichinus.

† Ego Algiſius Mediolanenſis Archiepiſcopus ſubſcripſi.

Ego Vuillelmus monaſterii S. Celſi Abbas ſſ.

Ego Ardericus monachus, & ſacerdos ſubſc.

Ego monachus ſacerdos Obyzo ſubſc.

Ego Martinus ſubſc.

Ego Magiſter Joannes ſubſc.

Ego Vuillelmus ſubdiaconus ſubſc.

Ego Ambroſinus de Valnexio parubuln Ambroſii Patris mei ſcripſi &c.

Algiſii temporibus iidem Morimundenſes monachi nobiliſſimi templi, Cœnobio adjacentis, in honorem Beatiſſimæ Virginis jecerunt fundamenta: quod deinceps integro ſeculo abſolutum eſt, ut ſupra fores ejuſdem ex marmore narrat inſcriptio.

Anno M.CC. LXXXXVI. completa fuit hæc Eccleſia tempore Michaelis Abbatis, quæ primitus in M.C. LXXXII. fuit fundata idib. Nov. Hujuſce fundationis meminerunt Chalcus, & Siginius, ac templum ipſum à poſteris locupletatum omnium opulentiſſimum ſacerdotium appellant; aberrant tamen cum illud de Vici appellatione Morimundi nomen accepiſse narrant, cum Vicus ipſe Abbatiæ cohærens à monaſterio Morimuudus ſit dictus: Cœnobium vero ab alio ejuſdem nominis in Gallia conditum denominationem habuit, ut ſupra dicebamus. Eccleſiam, & Cœnobium ſub Imperiali protectione ſuſcepit Fridericus I. Algiſii Archiepiſcopi primo Archipræſulatus anno, hac tamen conditione ut in poſterum monachi in memoriam rei geſtæ unum aureum ſingulis annis in feſto S. Martini ſibi, ac Imperatoribus ſucceſſoribus ſuis ſolvere tenerentur. Diploma dignum viſum eſt, ut verbatim recitetur ex originali, quod extat in Tabulario.


In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis.

Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Notum eſſe volumus univerſi Imperii noſtri fidelibus, tam futuris, quam præſentibus, quod nos æternæ retributionis intuitu Eccleſiam Murimundenſem ſupra Ticinum poſitam in protectionem noſtram ſuſcepimus, & omnes ejus pertinentias ab omni violentorum incurſu defenſare decrevimus quatenus ejuſdem loci fratres noſtræ auctoritatis munimine ſuffulti tranquilla pace lætentur, & pro noſtra ſucceſſorumque noſtrorum ſalute Deo dignum exhibere valeat famulatum . . . tam ſalutiferæ pietatis noſtræ devotio; quam erga prædictam gerimus Eccleſiam clarius eluceſcat, curiam faræ Baſilianæ, de qua quartam partem uſufructus ipſi fratres nobis annuatim ſolvere tenebantur, Abbati Jacobo, & Eccleſiæ Murimundenſi cum omni utilitate contulimus, & dedimus, & ejuſdem donationis finem ejus fecimus ut & fundus terræ Eccleſiæ cedat in alodium, & proprietatem, & tota utilitas, quæ tam de quarta parte de aliis tribus provenerit ad hujus donationis memoriam, & rei geſtæ notitiam jam dicti fratres unum ſoli Eccleſiæ, & fratribus ad proprios uſus ſemper pertineat: verum unum aureum ſingulis annis in feſto S. Martini nobis, & ſucceſſoribus noſtris Regibus, & Imperatoribus teneantur perſolvere. Ad hæc etiam ſæpedictæ Eccleſiæ, & fratribus locum faræ Vetulæ, & ejus pertinentias cum donatione faræ Baſilianę; noſtra auctoritate confirmamus ſtatuentes, & ſub pœna Banni noſtri diſtricte præcipientes, ne qua perſona magna, vel parva ſecularis, vel Eccleſiaſtica Morimundenſem Eccleſiam, vel ejus fratres in prædicta donatione faræ Baſilianæ ſive in confirmatione tam faræ vetulæ, quam faræ Baſilianæ aliqua invidentia, vel moleſtia inquietare præſumat. Quod qui faceret quadraginta auri pro ſatisfactione componat, medietatem Cameræ noſtræ, & dimidium Eccleſiæ: ut igitur hæc omnia rata ſemper permaneant, & in perpetuum inconvulſa, hanc chartam inde conſcriptam ſigillo noſtræ majeſtatis duximus roborari: hujus rei teſtes ſunt, Philippus Colonienſis Archiep. Arnaldus Trevirenſis Archiepiſcopus: Hermannus Bambergenſis Epiſcopus: Hers Wigus Auguſtenſis Epiſcopus: Hugo Verdenſis Epiſcopus: Cuno Ratiſponenſis Epiſcopus, Gero Alverſtaden. Epiſcopus: Udo Citenſis Epiſcopus: Ulricus Dux Boemorum: Conradus Palatinus Comes Rheni: Otto Palatinus Comes de Wtbelmgerbach, Worſumus Protonotarius: Bumbardus Capellanus, Eruthbinctus Capellanus, Al-

bertus

bertus de Hiltemburg: Buſcardus de Aſoel, Conradus de Bealiis: Conradus Pincerna, Arſmamanus Camerarius: Paucuſpillus Papienſis de ſtrata, & alii quamplures.

Signum Domini Friderici Imperatoris Invictiſſimi.



Ego Godefridus Cancellarius vice Philippi Colonienſis Archiepiſcopi, & Italici regni Cancellarii recognovi.

Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis 1174 Indict. 7. regnante Friderico Imperatore Romanorum glorioſiſſimo anno regni ejuſdem 23. Imperii vero 21.

Datum in Epiſcopatu Papienſi in obſidione Roboreti 14. Januarii feliciter. Amen.



LXXXIV. 89. UBERTUS, a quem & Lambertum appellant, Cribellæ gentis decus, & ornamentum, Mediolanenſis Eccleſiæ ſub S. Galdino, Algiſioque Archiepiſcopis, Archidiaconus, eorumdemque conſors laborum, atque unus ex iis præclaris viris, qui S. Thomam Cantuarienſem Archiepiſcopum extorrem ſeptennio temporis ſpatio ſunt ſecuti, poſt cujus glorioſum martyrium conſummatum, ad propria hic cum ſe reduxiſſet, ſuo munere egregie functus à Lucio III. anno 1182. S. R. E. Presbyter Cardinalis titulo S. Laurentii in Damaſo creatus, Sanctæque Sedis Apoſtolicæ legatus per Inſubriam conſtitutus, defuncto Algiſio, Mediolanenſis Eccleſiæ deligitur Archiepiſcopus anno 1185. eodemque anno 7. Kal. Decemb. ad Eccleſiæ Romanæ Pontificatum in præmortui Lucii III. locum ſublimatus, vocatuſque eſt Urbanus III. cum plus minus in Eccleſia Mediolanenſi menſes 7. ſediſſet, quam etiam in Pontificatu rexiſſe perhibetur ad annum uſque 1187. 13. Kal. Novemb. quo è vivis Ferrariæ exemptus eſt. (1) His narratis, reliquum eſt, ut iis occurramus, quæ de Vercellenſi Sacerdotio Uberto noſtro Cribello tradito ante purpuram ſcribunt Stephanus Ferrerius in Tabulis Vercellenſium Epiſcoporum, Aurelius Corbeilinus, Ciaconius, libellus ſucceſſorum S. Barnabæ, aliique, tum de Cardinalitia dignitate eidem Uberto anno 1173. collata, tum vero de ejus in Archiepiſcopatu Mediolanenſi ſubrogationis tempore, quod ann. 1181. accidiſſe narrant Corius, Siginius, aliique. Ferrerius habet, & cum eo alii Lambertum Cribellum Vercellenſem Epiſcopum fuiſſe poſt Uguccionem ante annum 1173. eidem jam purpura exornato ſucceſſiſſe Gualam 1174 Gualæ Albertum Parmenſem 1185. qui longo tempore Vercellenſem rexit Eccleſiam, evaſitque deinde Heroſolymitanus Patriarcha anno 1203. Corbinellus vero in libello, quem nuper in lucem emiſit de Epiſcopis Vercellenſibus, tradit, poſt Uguccionem defunctum ann. 1170. die 28. Novembris Lambertum Cribellum creatum Epiſcopum, paulo poſt Archiepiſcopum Mediolanenſem, mox Cardinalem ab Alexandro III. tandem Pontificem Maximum Urbanum III. ſtatimque habet Gualam (quem Lamberti ſucceſſorem pronunciat) anno eodem 1170. quo ſucceſſerat Uguccioni, Jacobum fratrem ſuum germanum ſui Epiſcopatus juribus ducem, vel præfectum ſtatuiſſe, eundemque fiduciario jure Oppidi Ronſinchi inveſtiviſſe, & poſt multa Gualæ enartata geſta ſubdit: cum ab Algiſio Archiepiſcopo ann. 1184. ob plurima variaque jura non abſque Eccleſiæ ſuæ maximo detrimento devendita Epiſcopatu mulctatum fuiſſe, eidem Albertum Parmenſem tunc Bobienſem electum, ſucceſſiſſe anno 1185. Igitur clare patet ex his Ubertum Cribellum anno 1170. non fuiſſe Vercellenſem Epiſcopum, cum eo ipſo anno Uguccioni Epiſcopo poſt nonum ſui præſulatus annum 28. Novembris defuncto, ſucceſſerit Guala, eoque mortuo ann. 1184. Albertus Parmenſis ſit datus ſucceſſor; quomodo ergo Ubertus Cribellus Vercellenſis Eccleſiæ Epiſcopus potuerit eſſe, judicent ipſi, qui Ubertum ſuum adſtruere conantur Epiſcopum. Cæterum ſi hæc fortaſſe haud ſatis videantur, me tamen omnibus ſatisfacturum puto, ſi unum documentum cum Puricello hic in medium protuleram, quod ille veritatis indagator acerrimus ex authentico Monaſterii Monialium S. Mariæ in Vallis intra portæ Ticinenſis fines Mediolani ſiti, ubi ſolus olim ſacerdos titularis habitabat, ſe accepiſſe profitetur. Datum anno 1178. 10. Kal. Maji, in eoque veluti teſtis cum aliis interfuit Ubertus Cribellus Mediolanenſis Eccleſiæ Archidiaconus, præſente, & confirmante Algiſio Archiepiſcopo; ex eo, inquam, lippis conſtabit, ne hoc quidem anno 1178. Ubertum fuiſſe Vercellenſem Epiſcopum, vel etiam Eccleſiæ Romanæ Cardinalem, ſed tantum Mediolanenſis Eccleſiæ Archidiaconum, Algiſio adhuc ſuperſtite Archiepiſcopo. At ipſum audiamus documentum: *Anno Dominicæ Incarnationis* (ſic legitur) *milleſimo centeſimo octavo, decimo Kal. Maji indictione undecima. Placuit atque convenit inter Ottonem, & Petrum presbyteros Eccleſiæ Beati Apollinaris ſitæ foris Civitatem Mediolani, ex parte illius Eccleſiæ præſente, & confirmante Domino Algiſio Dei gratia Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo, nec non inter Joannem, qui dicitur de Limidi ſacerdotem Eccleſiæ Virginis Mariæ, quæ dicitur in Vallis ſitæ in iſta Civitate ad partem, & utilitatem ipſius ſuæ Eccleſiæ S. Mariæ, ut in Dei nomine debeant dare, ſicut ad præſens dederunt prædicti presbyteri Otto, & Petrus ex parte eorum Eccleſiæ S. Apollinaris præfato Joanni presbytero ad partem ejuſdem Eccleſiæ ad habendum, & tenendum abſque ullo ficto præſtando libellario nomine uſque in perpetuum; hoc eſt vineam unam cum area ejus quod ipſa Eccleſia Sancti Apollinaris habere cui debebatur in territorio de loco limidi, ubi dicitur poſt caſas, &c.* Proxime ſequuntur multæ clauſulæ ad ejuſmodi attinentes: poſt quas etiam ſic denique concluditur. *Actum in iſta civitate, in Palatio ejuſdem D. Archiepiſc.* Tum vero ſic etiam eſt ſubſcriptum, ſignum ſubſcriptionis manuum: *Panis de millioſtampa, Boſo de Abiate Bonabellus de domo teſtium, & ipſius Brevedi fidei juſſoris Teſtium, interfuerunt Domini Ubertus Cribellus ipſius Eccleſiæ Archidiaconus, Magiſter Philippus, Gruſcardus Veſconte, ipſius Eccleſiæ ſacerdotes: Item Algiſius, Cimiliarcha, & præfati Domini Archiepiſcopi nepos, & alii quam plures: Ego Laurentius de Concorezo, Judex tradidi, & ſcripſi.* Hactenus documentum. Ex dictis etiam conſpiciet

a De eo Ciacon. in novis edit. tom. 1. p. 1121.

Ab an. 1185. ad 1187.

(1) *Ubertus ex Catalogo, qui & Papa Urbanus, ſedit an. 2. menſ. 4. & diebus X. Vacavit autem ſedes menſe una, & diebus 16. ſepultus vero eſt in Eccleſia Ferrarienſi.* Obiit Urbanus Papa III. an. 1187. die 20. Octob. poſt an. 1. menſ. X. dies 25. ſui Romani Pontificatus, ut in conatu Chronico hiſtorico docui. Unde retrocedens deduceris ad X. Junii. Atqui jam dictum eſt poſt mortem Algiſii vacaſſe ſedem unum duntaxat menſem, & dies XI. idest uſque ad IX. Maji. Hac ergo die ſi electus Ubertus eſt, oportebat, ut jam Pontifex factus, uno ante obitum menſe Mediolanenſem Archiepiſcopatum dimiſerit, videlicet die 19. Septembris 1187. *Papebrochius.*

ciet quis, quæ fides ſit habenda iis, qui Ubertum Cribellum inter Card. ab Alexandro III. creatos an. 1173. adnumerant, cum ille quinto poſt an. 1178. Mediolan. Arcbidiaconum ſe ſubſcripſerit; atqui arbitramur non ab Alexandro, ſed à Lucio III. anno 1182. menſe Decembris ſub titulo S. Laurentii in Damaſo ad purpuram evocatum fuiſse, eumque eſſe, quem perperam Ciaconius Ubertum Allucingulum vocat. Movent nos ad id credendum infinitæ propemodum Alexandri bullæ ſingulis ſui Pontificatus annis diverſis Eccleſiis, ac Monaſteriis elargitæ, quibus Cardinalium tum viventium nomina ſubſcripta recenſentur: in illis haud unquam Uberti nomen reperitur, nec in pluribus diplomatibus eo ipſo Lateranenſis Concilii tempore anno 1179. ab omnibus, qui tunc vivebant, Cardinalibus ſignatis ſubſcriptus videtur, quorum unum affert Antonius Vaſconcellus in Deſcript. Luſitaniæ Alphonſo Regi datum Laterani anno 20. Kalend. Salutis 1179. Kal. Junii. Jaounſi Præpoſito, & Canonicis. Alterum datum Tuſculani Idus Januar. Indict. 14. anno Pontificatus 22. qui fuit à nativitate 1181. paulo ante Alexandri obitum, ut iofra videbimus: in eis non apparet Ubertus: imo nec in primis diplomatibus Lucii III. ioter Cardinales reperitur, neque etiam inter Patres, apud eundem Ciaconium, qui creationi Lucii interfuerunt, recenſetur Ubertus, quod quidem ex ſua ſententia eſse non potuit, cum eum Catdinalem creatum anno 1173. ad Pontificatum vero 1185. evectum aſserat. Prima Uberti noſtri Cardinalis mentio occurrit in Diplomate Lucii III. erectionis Archiepiſcopatus Montis Regalis, apud Rochum Pyrrhum notitia 3. Eccleſiæ Sicilienſium. Datum Velitris anno 1182. ab Incarnatione Non. Februarii, ubi ſe ſubſcribit: *Ego Ubertus Presbyter Card. S. Laurentii in Damaſo*. Idem ſubſcripſit Privilegio, quod dedit Lucius Priori, & Fratribus Chartuſianis. Datum Veronæ 1184. 12. Kal. Januarii. *Ego Hubertus Presb. Card. S. Laurentii in Damaſo*. Memoratur in veteri marmore in exteriori pariete Eccleſiæ Mutinenſis tunc præſens anno 1184. quando Lucius III. Papa eam Eccleſiam conſecravit, ſic inſcriptio: *In nomine Domini MCLXXXIII. indict. 11. 111. id. Julii cum Sanctus Papa Lucius III Mut. veniret cum decem Card. Theod. Portuen. Theobal. Oſtien. Epiſc. Jo. S. Marci Labora. S. Mariæ Tranſtib. Pandalph. XII. Apoſtolor. Ub. S. Lauren. in Damaſo presb. Card. Albin. S. Mariæ Novæ, Ardic. S. Theodori, Gratian SS. Coſmæ, & Damiani, Rofred. S. Mariæ in Via lata Diac. Card. &c.* Et ſequenti anno 1185. Kal. Novemb. Indict. 4. io bulla, & Privilegio conceſſo Gerardo Epiſcopo Bellunenſi. Datum Veronæ eodem modo ſe ſubſcripſit: eodemque anno antea die 8. Februarii, Mediolani tunc Apoſtolicæ Sedis legatus in propria domo ſubſcripſit ſententiæ, quam eo mandante tulit Rogerius de Landriano Judex ad favorem Abbatis S. Ambroſii contra presbyteros Eccleſiæ de Bellaxio Comenſis Epiſcopatus; *Ego* (inquit ſubſcriptio) *Ubertus tit. Sancti Laurentii in Damaſo Presbyter Cardinalis, & Apoſtolicæ Sedis legatus ſubſcripſi*. Documenti ſeriem verbatim recitat Puricellus ex Archetypo, à quo hæc pauca tum io principio, tum in fine, quæ ad cognomen Uberti faciunt. *In nomine Dei die Mercurii octavo menſis Februarii in civitate Mediolani in Palatio Domini Cardinalis, ex mandato D. Uberti Card. presbyteri tit S. Laurentii in Damaſo, & Apoſtolicæ ſedis legati ſententiam protulit Rogerius Judex qui dicitur de Landriano Concilio Dominorum Ottonis de ſexto, & Ottonis Crivelli, & Jacobi de la Turre, & aliorum qui omnes erant ſucceſſores prædicti Domini Cardinalis ſuper controverſia. quæ vertebatur inter Dominum Beltronium gratia Dei Abbatem monaſterii ſancti Ambroſii civitatis Mediolani, ubi ejus S. Corpus requieſcit per ſuum miſſum Arnaldum Monachum ipſius monaſterii, & ex altera parte Sacerdotes, & clericos Eccleſiæ S. Joannis de Bellaxio, quæ eſt in Epiſcopatu Cumano per ſuum Procuratorem, & miſſum Anſelmum ſacerdotem jam dictæ Eccleſiæ. Lis enim talis erat, &c. Sequitur inde ſeries judicii uſque ad finalem ſententiam, & ſic finita eſt cauſa Anno Dominicæ Incarnationis 1184. prædicto die Indict. 2. Interfuerunt Dominus Obertus Modoetienſis Archipresbyter: Dominus Giraldus Canonicus Eccleſiæ de Modoetia, Montanarius Judex, Albertus Cacalancia, Anrieas Mainerius, Ardericus, atque Guillelmus Capellus. Ego Ubertus tit. S. Laurentii in Damaſo Presb. Card & Apoſtolicæ Sedis legatus ſſ.* Ex hoc igitur documento neceſſe eſt aſſerere Ubertum tunc inter Cardinales hujus nominis unicum fuiſſe illum Ubertum Cribellum (quem alii Lambertum, vel Humpertum vocant) Mediolan. Archiep. paulo poſt Urbanum III. Pontificem Maximum, necdum ad eam diem, qua hoc anno 1184. à Nativitate 8. Febr. tali ſententiæ ſe ſubſcripſit, Archiepiſcopum Mediolanenſem electum, cum illum tantum Presbyterum Cardinalem tit. S. Laurentii in Damaſo Apoſtolicæ ſedis legatum ſubſcriptum videamus, nec habitaſſe in Archiepiſcopali Palatio, ſed in proprio, hoc eſt in avita domo, inter ſuos domeſticos, aſſeſſoreſque Mediolanenſes cives. Porro ea, quæ perſpeximus ſpectare ad cognitionem tituli noſtri Uberti ſunt. Petrus ab Alexandro III. hujus tituli S. Laurentii in Damaſo creatus Cardinalis anno 1163. de quo mentio habetur ad annum uſque 1164. in Conciſtorialibus bullis Alexandri, nec amplius ſubſcriptus reperitur; potuit paulo poſt obiiſſe: atqui ab eo anno ad annum 1182. vacuus fuit, datuſque eſt eo ipſo anno Uberto Cribello Mediolan. Eccleſiæ Archidiacono, qui falſo à Ciaconio Allucingolæ familiæ aſcribitur in creatione, tamen paulo poſt in electione Urbani III. meminit quidem Huberti presbyteri Card tit. S. Laurentii in Damaſo, nullam tamen ejus familiæ mentionem facit, habetque Lambertum Cribellum Cardinalem (melius Ubertum) evexiſſe ad ſedem. Poſt Ubertum tunc titulum tenuiſſe Petrum quendam, habet bullæ Clementis III. ſubſcriptio ad favorem monaſterii S. Margaritæ de Baumburghi Canonicorum Regularium Salzburgenſis Diœceſis apud Haud. Metrop. Salzburg. Datum Lateran. anno Incarnationis Dominicæ 1189. 2. Idus Septembris. *Ego* (inquit ſubſcriptio) *Petrus Presbyt. Card. tit. S. Laurentii in Damaſo ſubſcr.* Hunc ego exiſtimo illum fuiſse Petrum, quem refert Ciaconius à Clemente III primo Pontificatus anno Cardinalem creatum ad titulum S. Clementis. At de hoc titulo, deque Cardinalibus ejuſdem tituli in noſtra certa Cardinalium nomenclatura fuſius. Cæterum Ubertus brevi tempore Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus fuit, eam deinceps ſummus Eccleſiæ Pontifex adlectus per dignos, fidoſque adminiſtros ad mortem uſque ſanctiſſime rexit. Idem vero Guillelmo Abbati, Monachiſque Morimundenſis Cœnobii renovavit privilegia per alios Romanos Pontifices ſuos prædeceſsores ante collata. Literæ datæ ſunt Veronæ anno ab Incarnatione 1186. Pont. 2. quæ cum ſint eiſdem fere verbis conſcriptæ cum iis quas ſupra retulimus Alexandri III. tantum Cardinalium ſubſcriptiones non pigebit exſcribere, inter quos quemadmodum, & in aliis multis obſervavimus Urbani bullis, nullus ſubſcriptus reperitur Ubertus Cardinalis, nec aliquis tit. S. Laurentii in Damaſo inſignitus, quem ante Pontificatum geſſit Urbanus. Porro bullæ ſubſcriptiones ita ſe habent.

† *Ego Urbanus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſſ.*
† *Ego Henricus Albanenſis Epiſcopus ſſ.*
† *Ego Paulus Præneſtinus Epiſcopus ſſ.*
† *Ego Petrus de Bon. tit. S. Suſannæ presb. card. ſubſcripſi.*
† *Ego Laborans presb. card. S. Mariæ Tranſtiberim tit. S. Calliſti ſubſc.*
† *Ego Pandulphus presb. card tit. XII. Apoſtolorum ſubſc.*
† *Ego Melior presb. card. SS. Joannis & Pauli tit. Pamachii ſubſc.*

Ego

† *Ego Jacinthus diac. card. S. Mariæ in Coſmedin ſubſcr.*

† *Ego Gratianus SS. Coſmæ, & Damiani diac. card. ſubſc.*

† *Ego Bobo S. Angeli diac. card. ſſ.*

† *Ego Soffredus S. Mariæ in vialata diac. card. ſſ.*

† *Ego Rolandus S. Mariæ in Porticu diac. card. ſubſcripſi.*

† Ego *Ridulphus S. Georgii ad velum aureum diac. card. ſubſc.*

Datum Veronæ per manum Alberti S. R. E. Presb. Card. & Cancellarii 7. idus Januarii Indict. 5. Incarnationis Dominicæ 1186. Pontificatus vero Domini Urbani Papæ Tertii anno u.

Præſtat hic etiam monumentum adjicere, quod Cribello Archipræſule commune Papienſis civitatis condidit ad favorem ejuſdem Morimundani Cœnobii è tabulario exſcriptum.

Anno Dominicæ Incarnationis MCLXXXV. die Mercurii tertio die menſis Octobris Indictione u. Comes Guarnerius de Abiatico, Campaniſius de Beccaria, Burſus rana, Gulielmus Ttembardus Conſules Communis Papiæ per ſe & ſociorum eorum habito conſilio credentiæ Papiæ Campana ſonante en parte totius communis civitatis Papiæ decreverunt, & ut perpetuum firmum habuerunt, & tenentur ſtatuentes approbaverunt quod Abbas Morimundenſis una cum ſuis ſucceſſoribus, & hominibus a parte ipſius Monaſterii tam in rebus, quam & in perſonis cuſtodiantur à Curadiis civitatis, & à tranſitibus aquarum per totam terram Papiæ prout alia Monaſteria, & aliæ Eccleſiæ Papiæ, vel terræ Papiæ cuſtodiuntur: & ut habeat ipſe Abbas, & ſui ſucceſſores, & homines propriam & liberam poteſtatem deducendi granum, & res ipſius Monaſterii & fratrum & hominum ſuorum, tam per aquam quam per terram ſurſum, & deorſum cum ſuis navibus, & plauſtris, & equis, & hominibus abſque ulla moleſtatione: Actum in civitate Papiæ feliciter: prænominati vero Conſules hanc chartulam fieri rogaverunt &c.]

B

Interfuerunt Lanfrancus de Beccaria, Calvus de Gambolato, Azzo de Beate, Guelfus ejus frater Montenarius caput Agnelli, Guiderius Buttigella, Rolandus de Guiniciano, Guido Rapus teſtes.

Ego Jacobus Sartor Sacri Palatii Notarius, & ſcriba prædictorum Conſulum præcepto hanc chartulam ſcripſi.

LXXXV.

Ab an. 1187. ad 1195.

Huic ſcribit Cœleſtinus III. c. 36. de appellat.

90. MILO Cardanus e primaria nobilitate Mediolanenſi, olim Metropolitanæ Eccleſiæ Archipresbyter, tunc Taurinenſis Epiſcopus, patriæ Archiepiſcopus eligitur ſtatim poſt auditam mortem Urbani anno 1187. pauloque poſt à Clemente III. confirmatur initio an. 1188. Pro confirmatione anni electionis Milonis ad hanc ſedem quoddam protulit documentum Puricellus ſcriptum à Rolando Canonico & Mediolanenſis Eccleſiæ Cancellario ann. 1190. die 3. Maji Ind. 8. D. Milonis Pontificatus anno 3. quo Milo lites & jurgia inter Baſilicæ Ambroſianæ Canonicos, & Monachos diremit. Nos vero aliud ejuſdem Milonis hic ſubjiciemus eodem anno paulo ante, hoc eſt die 6. Februarii a b eo ipſo Rolando Cancellario exſcriptum, quo Milo tertio ſui Pontificatus anno conventiones, & pacta inter Cathedralis Eccleſiæ Bergomenſis Canonicos ſancitas perpetuo auctoritate ſua affirmavit. Documenti exemplar quod nobis communicavit amicus noſter antiquitatis amator, Jo. Paulus Cabrinus Bergomenſis Canonicus, eſt hujuſmodi ex Archivo Canonicorum deſumptum.

Milo Dei gratia ſanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus.

Dilectis in Chriſto fratribus Adelardo Archidiacono, Oberto Præpoſito, Algiſio Archipresbytero, ac toti capitulo Pergamen. Eccleſiæ ſalutem, & omne bonum. Fama referente didicimus, ac poſtmodum diligenti & provida relatione dilectorum fratrum noſtrorum magiſtri Joannis Lanfranchi, & Willielmi confratrum, & nunciorum veſtrorum, & en quibuſdam publicis inſtrumentis cognovimus manifeſte, quod cum olim fortius in medio veſtri diabolo ſuum exercente officium, qui nec temporum mutatione, nec rerum varietate ab humani generis perſecutione deſiſtit: inter vos mortiferum odium, & timenda plurimum, ac ſumptuoſa ſuper pluribus Capitulis foret exorta diſcordia, & poſt longam tandem diſcuſſionem ipſius, & examinationem negocii, immenſa providentia Conditoris, & Redemptoris noſtri, in cujus manu ſunt corda omnium, & per quem adunatur diverſitas animarum, nolens hujus diſſenſionis occaſione ſanctorum ſuorum Alexandri & Vincentii Eccleſias periclitari vos ad unitatis concordiam, & pacis vinculum miſericorditer revocavit: Unde quoniam deſiderii noſtri eſt ad concordiam redire diſcordes, & unitos eſſe in gratia, quos diviſos ab alterutra dilectione voluntatis facit eſſe diverſitas. Super hoc tanto magis gaudemus, & exultamus in Domino, paterno affectu, & fraterna charitate univerſitati veſtræ congratulantes, & pacis auctori uberes gratias referentes, quanto ex veſtra amicabili, & gratuita pactione vobis & ſucceſſoribus veſtris majora noſcuntur commoda provenire. Quia igitur fratrum noſtrorum veſtras preces admittere, & efficaciter exaudire tenemur attendentes fidei puritatem, multimodam probitatem, & devotionem ſinceram, quam vobis, & Mediolanenſi, cui licet indigni præſidemus Eccleſiæ ac fratribus, & antecesſoribus noſtris devote ſemper exhibuiſtis veſtrarumque Eccleſiarum utilitate penſata, ipſam pacem, & unionem, & concordiam inter vos factam, ſicut in tribus publicis continetur inſtrumentis eandem unionem continentibus per manum Martini tabellionis factis de conſilio fratrum noſtrorum, vobis veſtriſque ſucceſſoribus confirmamus, & præſenti ſcripti pagina communimus. Statuentes ut nulli omnino hominum, clerico, vel laico in noſtra commoranti ditione, liceat contra hanc noſtram confirmationem venire, vel eam auſu infringere temerario: Si quis autem id attentare præſumpſerit, ſecundo tertiove commonitus debita ſatisfactione ſuam non correxerit temeritatem, iram Dei omnipotentis, & noſtram, ac ſui ordinis, & officii periculum ſe noverit incurſurum.

† *Ego Milo Dei gratia S. Mediolan. Eccleſiæ Archiep. ſubſcripſi.*

† *Ego Philippus S. Mediolan Eccleſiæ archipresb. ſubſc.*

† *Ego Petrus presb. ſubſc.*

† *Ego Obertus Mediolan. Eccleſiæ archidiac. ſubſcripſi.*

† *Ego Rolandus S. Mediol. Eccl. diac & cancell. ſubſcripſi.*

† *Ego Otto diaconus, & vicedominus ſſ.*

† *Ego Addo Mediolanen. Eccleſiæ diac. ſſ.*

† *Ego Albertus presb. ſubſc.*

† *Ego Guiſcardus dictus de Arzago Mediolanen. Eccl. presb. ſubſc.*

† *Ego Forndus ſubdiac. ſubſc.*

† *Ego Albenus ſubſc.*

Datum Mediolani per manum D. Rolandi Dei gratia Mediolanen. Eccleſiæ diac. Cancellarii 1190. Pontificatus Domini Milonis anno 3. ſexto die Febr. Indict. 8.

Subeunte deinde anno Chriſti 1191. Pontificatus Milonis 4. Henricum VI. Imperatorem cum Conſtantia Auguſta uxore Mediolani corona ferrea ab eodem Milone decoratum ſcribunt in catalogo, & actis Eccleſiaſticis Mediolanen. Habemus ejuſdem Milonis inſigne privilegium Ambroſiani Cœnobii Abbati, ac monachis liberaliter elargitum anno 1193. Milonis 5. melius 6. jam inchoato, quod integrum hic damus ex vetuſtiſſimo copiali tranſcriptum; extat etiam apud Puricellum ex Archetypo archivi ejuſdem Cœnobii.

Milo Dei gratia Sanctæ Mediolan. Eccleſiæ Archiepiſcopus.

Dilectis in Chriſto filiis Ambroſio Abbati monaſterii S. Ambroſii Mediolanenſis ejuſque fratribus, tam præſentibus, quam ſubſtituendis in perpetuum. Sa-

cra teſtante Scriptura ex officio nobis injuncto intereſt Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas, noſtro commiſſas regimini paterno affectu diligere; & eas, earumque bona protectione munire: dignum namque, & honeſtati conveniens eſſe aperte cognoſcitur, ut qui ad Eccleſiarum regimen, ſub Mediolanenſis Eccleſiæ obedientia commorantium ſummo domino diſponente vocati eas, & à pravorum hominum nequitia tueamur, & noſtræ Mediolanenſis Eccleſiæ patrocinio foveamus: proinde dilecti in Domino filii veſtris juſtis petitionibus clementer annuentes præfatum Beati Ambroſii monaſterium in quo divino mancipati eſtis obſequio, & ejus bona ſub noſtræ ſanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ protectione, & defenſione ſuſcipimus, & præſentis privilegii pagina communimus. Statuentes itaque ut quaſcunque poſſeſſiones quæcumque bona prædicta Beati Ambroſii Eccleſia in præſentiarum juſte, & canonice poſſidet aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis Deo propitio poterit adipiſci firma vobis, veſtris ſucceſſoribus illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Monaſterium cum clauſtro, Palatiis, domibus, officinis, & cum omnibus caſis, & terris uſque ad muros civitatis, ſicut murorum ambitui circumdatum eſſe cognoſcitur, Eccleſiam B. Petri, juxta Eccleſiam S. Vitalis ædificatam, Eccleſiam S. Auguſtini cum ſuis poſſeſſionibus, & cum Parochia Hoſpitalis, & Eccleſiam S. Michaelis cum Parochia, & ſuis poſſeſſionibus, Eccleſiam Beati Petri ad Salam cum Parochia de Caſſinis de Biſſis, & de domibus de Racritana, & decima, Eccleſiam S. Syri ad Vepram cum Parochia, & decima, Eccleſiam S. Satyri infra civitatem cum Parochia illa, quæ eſt ab Eccleſia S. Satyri uſque ad domum Lanfranchi Bovardi, & ex altera parte viæ uſque ad domum Arrizonis Montenarii; ſicut determinatum eſt in ſententia bonæ memoriæ Domini Oberti Mediolanenſis Archiepiſcopi cum omnibus poſſeſſionibus ſuis, Curtem Oleoducti cum duabus Capellis, S. Eccleſiam S. Syri, & Eccleſiam Beatæ Mariæ cum famulis, & decima, Eccleſiam S. Sepulchri, & Eccleſiam S. Trinitatis de Trinitate, cum Parochia, & decima, & earum poſſeſſionibus, Curtem Campilonis cum tribus capellis v. Eccleſia S. Zenonis, & Eccleſia S. Petri, & S. Mariæ, cum Parochia, & decima, & omnibus ad eam pertinentibus, Eccleſiam S. Syri de Canobio cum poſſeſſionibus ad prædictam Curtem pertinentibus, Curtem de Dubino cum duabus capellis ſcilicet Eccleſia S. Petri, & Eccleſia Sancti Benedicti cum Parochia, & decima, & famulis, Curtem de Limenſis cum Eccleſia S. Geneſii, & decima totius Oliveti, & Parochia, & famulis, Curtem de capite cum Eccleſia S. Nazarii, cum Parochia, & decimis, & primitiis, atque famulis, Curtem de Anticiago cum Eccleſia S. Ambroſii, & Advocariam Eccleſiæ S. Mariæ cum decima, & famulis, Ecclsſiam B. Ambroſii de Glozate, cum omnibus ad eam pertinentibus, Eccleſiam S. Damiani de Baraza cum Parochia, & decima, & omnibus quæ ad eam pertinent, Curtem de Baſiliano cum tribus capellis, videlicet Eccleſia B. Petri cum Parochia, & decima, atque Eccleſia S. Salvatoris, & B. Ambroſii, & Eccleſia S. Georgii, cum ſuis poſſeſſionibus in Caſtaneto, Eccleſiam S. Michaelis in Turricula, Eccleſiam S. Martini cum decimis, & famulis, Curtem de Monte cum Eccleſia S. Vigilii, & Eccleſiam S. Euſebii cum decimis, Curtem de Cirizola cum Eccleſia S. Ambroſii, cum decimis, & famulis & aliis poſſeſſionibus, Eccleſiam S. Ambroſii de quinto cum ſuis, & aliis poſſeſſionibus, & in caſtro prædicti loci Eccleſiæ S. Petri cum decimis, primitiis, & poſſeſſionibus, Eccleſiam S. Mariæ, & Eccleſiam S. Martini de Caſterno cum ſuis aliis poſſeſſionibus, atque jus illud, quod antiquitus habetis, in monaſterio Auronis, & poſſeſſiones quas habetis in Domregaſco, Manaeſium de Rocello cum omnibus ſuis poſſeſſionibus, quæ ut in veſtris continetur privilegiis, vobis ex longo, & antiquo tempore conceſſa eſt, videlicet quod Abbas in Dominicis, & ſolemnibus diebus, cum infula, & annulo aliiſque ornamentis Epiſcopalibus, in Eccleſia B. Ambroſii Miſſas cantet vobis confirmamus. Univerſas inſuper conſuetudines antiquas, quas in Eccleſia ſupradicta B. Ambroſii habere conſueviſtis, & ſpecialiter conſuetudinem aſcendendi pulpitum, vobis ſolummodo veſtriſque ſucceſſoribus, & nulli alii confirmamus, ita quod nulli alii, exceptis ordinariis Mediolanenſis Eccleſiæ, liceat occaſione aliqua ſuadente, pulpitum illud, vel aliud in ipſa Eccleſia aliquando conſtructum, ad divina miniſteria, vel aliqua Eccleſiaſtica officia celebranda, aſcendere ſine veſtra, vel ſucceſſorum veſtrorum licentia, & voluntate. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum in noſtra commoranti ditione, liceat contra hujus noſtri privilegii paginam venire, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem id attentare præſumpſerit, & commonitus, & ſatisfactione debita, ſuam non correxerit temeritatem, iram Dei omnipotentis, & noſtram ac ſui ordinis, & officii periculum ſe noverit incurſurum. Cunctis autem hæc eadem ſervantibus pax ſit, & gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti. Amen, Amen, Amen.

† Ego Milo Dei gratia Mediolanenſis Archiepiſc. ſubſcripſi.
† Ego Philippus Mediolanenſis Archipresb. ſſ.
† Ego Petrus presbyter ſubſc.
† Ego Viſcardus presb. ſubſc.
† Ego Guiſcardus de Anzago S. Mediolan. Eccleſ. presb. ſubſc.
† Ego Albericus presb. ſubſc.
† Ego Ugo presb. ſubſc.
† Ego Obertus Mediolanenſis Archidiaconus ſſ.
† Ego Otto diaconus ſubſc.
† Ego Aldo diaconus ſubſcr.
† Ego Rolandus Mediolanenſis Cancellarius ſſ.
† Ego Otto Diac. & Vicedominus ſubſcr.
† Ego Obertus diac. Mediolanen. Eccleſiæ ſſ.
† Ego Albertus ſubdiac. Mediolan. Eccleſiæ ſſ.

Datum Mediolani per manum D. Rolandi Dei gratia Mediolanenſis Eccleſiæ diaconi, & Cancellarii: Anno Domini MCXCIII. die Martis ſexto menſis Aprilis, Pontificatus D. Milonis anno quinto. [a]

Alterum habemus documentum à Milone Archiepiſcopo ſua manu ſubſcriptum, cujus originale cum aliis Algiſii ſupra relatis, mihique Romam tranſmiſſis è Morimundenſi Tabulario illac remiſimus, ut ſuo perpetuo ſerventur loco. Ejus vero documenti tenor talis eſt.

In nomine Domini.

Anno Dominicæ Incarnationis 1189. XI. Kal. Auguſti Indict. 7. Finem fecit nomine tranſactionis D. Paganus Præpoſitus Eccleſiæ, & plebis de Caſolate ex parte ipſius Plebis, ibi præſentibus, & laudantibus, presbytero Bruniolo, & Lanfranco de Puteobonello fratribus ſuis. In D. Philippum priorem monaſterii de Morimundo ad partem ipſius monaſterii nominative de Campana una, & paramentis unius presbyteri, & altaris, & libris, & calice uno, & thuribulo uno, quas res ipſe Præpoſitus dicebat perveniſſe ad ipſum monaſterium de bonis Eccleſiæ S. Georgii de loco Faræ, quæ Eccleſia eſt ipſius Plebis, & de quibus rebus fuit diſcordia inter ipſum Dominum Præpoſitum, & Abbatem iſtius monaſterii ſub præpoſito de Corbota, & Tetrago de Tetrago, & Lanfranto de Puteobonello, & cum inter eos talis lis agitaretur, ad hunc finem, & tranſactionem pervenerunt: Eo tenore ut amodo inantea omni tempore ſit ipſe Dominus præpoſitus, & ejus ſucceſſor cum ſuis fratribus qui modo ſunt, vel pro tempore fuerint: exinde ſint ſecuri, quieti, & indemnes; & ſi ipſe præpoſitus amodo egerit contra hunc finem, componere debeat nomine pœnæ eidem monaſterio libras duodecim . . . . . . & inſuper in eodem fine, & tranſactione permanere. Et pro hoc fine, & tranſactione profeſſus eſt jam dictus Dominus præpoſitus ſe accepiſſe à prædicto Domino Philippo Priore argen. den. bonor. Mediol. . . . libras ſex, quas ipſe præpoſitus debet dare in debito

[a] Sextus utique tunc currebat Milonis annus.

bito ipſius plebis facto in levandis caſis ipſius Eccleſiæ, videlicet Alberto filio Oltacci de Lacrnce, & hanc chartam debet facere ipſe præpoſitus ſubſcribere Dominum Archiepiſcopum Mediolani. Quia ſic inter eos convenit. Actum Mediolani in curte Domini Philippi Archipresbyteri Mediolani in ejus præſentia.

† *Ego Milo ſanctæ Mediolan. Eccleſiæ Archiepiſcopus ſubſcripſi.*
† *Ego Philippus Mediolanen. Eccleſiæ Archipresb. ſubſc.*
† *Ego Viſeardus Vicecomes ſubſc.*
† *Ego Tuſpag. præpoſitus à me facto ſſ.*
† *Ego Albertus Mediolanen. Archidiaconus ſubſcripſi.*
† *Ego Rolandus Mediolanen. Eccleſiæ diac. & Cancellarius ſubſc.*
Manus Tertiagi, de Tertiago Ardici de Eccleſia Briech. de Crema Teſtium.
† *Ego Joannes Coallia ſacri Palatii Notarius tradidi, & ſcripſi.*

Cum Sigonio alii ſunt, qui Milonem ipſo anno 1193. fato functum fuiſse tradidere, cum tamen certum ſit illum ad minus perveniſse ad annum 1195. quo die 4. Junii teſtis fuit privilegio, quod Henricus VI. Imperator, Mediolani moram trahens, Morimundano Cœnobio dedit, magno rei monachorum publicæ privatæque bono, cujus exemplar ex Archivo, ab hiſtoria noſtra non alienum, adjungo, ut inde etiam colligat lector Milonem ſaltem ad annum prope perveniſse 1196. quem attigiſse Chalcus, Chronic. Flos Florum, aliique Catalogi aſseruere, è quibus unus diem quoque, qua obiit intra hunc annum Milo, ſextam decimam eſse menſis Auguſti enunciat, cujus, aliorumque teſtimonio ſediſse traditur Milo in Mediolanenſi Eccleſia ſeptem annos, & octo menſes, inque Cathedrali ſepultus quieſcere. (1) Morimundani vero Privilegii verba in hunc modum concepta, & publicata ſunt.

In nomine ſanctæ, & Individuæ Trinitatis.

Henricus Sextus Dei gratia Romanorum ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ, univerſis, qui ſub uno continentur Imperio gratiam ſuam, & bonam volantatem. Notum ſit omnibus vobis, nos Eccleſiam Morimundi, quæ inter Papiam, & Mediolanum prope Ticinum ſita eſt: Abbatem, fratres, res omnes, & poſſeſſiones eorum ob Dei reverentiam, & ſalutem Auguſti Imperii noſtri in protectione, & familiaritate ſuſcepiſſe, noſtræque voluntatis eſſe, ut à vobis omnibus diligantur, protegantur, & defendantur, & ob Dei amorem, & noſtrum in omnibus neceſſitatibus ſuis à vobis adjuventur. Igitur pro animæ noſtræ remedio, & regni noſtri augumento, præfatis fratribus, & animalibus, & miſſis eorum domus, & auctoritate noſtra confirmamus libertatem, & ſecuritatem movendi, eundi, & redeundi ubique per terram veſtram: ita quod tam ipſi quam animalia eorum . . . per vias eundo, vel partes prorſus tranſeundo, nuſquam, & nemini aliquid dabunt, quod aliis nominibus pedagium, vel portanagium, ſeu potagium appellatur. Etſi forte de rebus ſuis vendere, vel de alienis emere pro neceſſitate, & utilitate domus ſuæ aliquid voluerint, nec in vendendo, vel in emendo, quicquam alicubi, vel alicui dabunt quod vulgo corradia vocantur: præterea donationem Curiæ Faræ Baſilianæ cum omnibus ſuis pertinentiis, quam feliciſſimus Fridericus Imperator, monaſterio, & Eccleſiæ Morimundi donavit, & conceſſit tibi Abbati Rogerio, & omnibus fratribus nomine Eccleſiæ Morimundi confirmamus, & concedimus. Item Faræ vetulæ grangiam cum omnibus ſuis pertinentiis, & grangiam de Caſtelletto cum omnibus ſuis pertinentiis, & poſſeſſiones de Caſterno emptas à Lanfranco Gambato, & ab Anſelmo Butro, & omnes grangias, & res, & poſſeſſiones eorum, quas in præſenti, vel in futuro poſſident, vel Deo volente poſſederint,

cum aquis, quæ in terris eorum oriuntur, vel oriri poterunt, vel decurrunt, vel decurſerint, libere, ſecure, & pacifice poſſidere de jure perpetuo volumus, & confirmamus. Item piſcationes aquarum Ticini, & Padi, aquarum decurſus, prout voluerint ad ſuas proprias claves deducendas ad eorum voluntatem confirmamus, & concedimus. Deinde ut ſi prædicto Abbati, & fratribus Eccleſiæ præfatæ in protectione cauſarum ſuarum, ad fundandam petitionem ſuam, aut ad exceptionem ſive replicationem, teſtibus idoneis, vel inſtrumentis ſufficientibus, quod intendunt probaverint, vel ſi nihil adverſus eos ab illis, à quibus, vel à quo conveniuntur probatum fuerit, volumus, & confirmamus, ut nullum deinceps juramentum ejus in judicio exinde deferatur, quaſi animo inquietati Deo, ob cujus amorem ſeculum compreſſerunt, devotius, & attentius ſervire poſſint. Qui erga temerario auſu de rebus præfati monaſterii, aut de perſonis aliquid violenter tetigerit, vel in aliquo prædictorum, vel etiam in aliqua parvare, damnum ei, vel injuriam fecerit, niſi ſtatim reſipuerit, vel plenarie ſatisfecerit, in banno noſtro eum ponimus & ab amicitia noſtra, & gratia ſequeſtramus: Si vero hujus ſanctionis noſtræ, & ſancti præcepti contemptor fuerit, pœnam diverſorum Marcarum argenti ſuſtinebit in quod medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem præfatæ Eccleſiæ. Ut autem præſens hæc noſtræ præceptionis pagina omnibus ſubſequentibus temporibus rata, & inconvulſa parmaneat, manu propria eam roborantes ſigillo noſtro juſſimus inſigniri. Hujus rei teſtes ſunt Milo Archiepiſcopus Mediolanenſis, Ubertus Vercellenſis Epiſcopus: Lanfrancus Bergomenſis Epiſcopus: Bonifacius Marchio Montis ferrati: Lupaldus Dux Stiriæ, Albertus Comes Deſpartacen. Robertus de Darecona de Menſeborch, Henricus Mareſcalcus de Faleada, & alii quamplures.

Signum Domini  *Henrici Sexti Romani Imperatoris, & Regis Siciliæ.*

Ego Canaacus Cancellarius vicedom. Adolfi Colonienſis Archiepiſcopi, totius Italiæ Archicancellarii recognovi. Acta ſunt anno Dom. Incarn. 1195. Indict. XIII. regnante D. Henrici VI. Romano Imperatore glorioſiſſimo, anno regni ejus 24. Imperii vero 4. Mediolani die Dominico 4. die Menſis Junii feliciter. Amen.

(„ *Milonis Epitaphium inter Metropolitanæ rudera repertum ſequens eſt.*
„ Iſthinc Pontificis requieſcunt oſsa Milonis;
„ Cui Deus æternæ concedat gaudia vitæ.)

91. UBERTUS, ſive Obertus Tertiagus *a* nobilis Mediolanenſis ex Modoetiæ Archipresbytero die 7. Sept. anno 1196. unanimiter totius Cleri votis eligitur in Archiepiſcopum Mediolanenſem, accedente conſenſu Cœleſtini III. Pontificis Maximi. Hic dexteritate agendi plurimum valuit. Quamobrem inter Mediolanenſes, & Novocomenſes ferendum fœdus curavit, Lanfranco Septala tunc Mediolanenſium Conſule. Eccleſiam S. Ambroſii reſtaurare cœpit, morte præventus opus inchoatum ſucceſsori abſolvendum reliquit. Altaria in Clarevallenſi Eccleſia eo ipſo anno conſecraſse, refert codex ejuſdem Abbatiæ in Anſelino Abbate. *Anno*, inquit, 1196. *facta eſt conſecratio altarium à Reverendiſſimo Oberto de Terzaghis Archiepiſcopo Mediolani*. Sedit ad clavum Mediolanenſis Eccleſiæ menſes 9. dies 5. conceſſit è vita an. 1197. die 12. Apri-

LXXXVI.

a De eo Oldoinus ad Ciaconium tom. 1. pag. 1191

Ab an. 1195. ad 1196.

H a

(1) Milo ex Catalogo *ſedit an. 7. menſ. 8. diebus 8. Vacavit ſedes per 26. dies*. Cum poſt Ubertum vacavit ſedes menſem unum, & dies ſexdecim, à 19. ſeptembris deducens ad 5. Novemb. quo electus fuerit Milo, anno 1187. Vixerat deinde ad an. 1195. diem vero 13. Julii. Aliam rationem init Papebrochius, & vult Milonem obiiſſe die 5. Octob. an. 1195. utique contra noſtri Catalogi fidem.

Aprilis: (1) ſepelitur in Cathedr. Hyemali Baſilica. Vacavit ſedes menſ. 1. & viginti novem dies. Noſter doctiſſimus Andreas Victorellus in additionibus ad Ciaconium aſserit ex Catalogo Actis Eccleſiæ Mediolanenſis inſerto, tum ex aliis, Ubertum hunc ab Innocentio III. Pontifice creatum fuiſſe Cardinalem tit. S. Stephani in Cœlio monte, quod certe eſse non potuit, tempore ſiquidem Cœleſtini Papæ III. ac deinceps Innocentii ad multos annos, hujus tituli Cardin. fuit Joannes Salernitanus vir eximius, variis legationibus tum ſub Cœleſtino, tum Innocentio functus.



LXXVII 92. **PHILIPPUM** Lampugnanum virum nobilem Metropolitanæ Eccleſiæ Archipresbyterum ad hanc ſedem promovit ſacer Mediolanenſis Senatus, Cæleſtino III. Pontifice annuente, die XI. Junii 1197. Ad hunc plures ſcripſit epiſtolas Innocentius III. quæ partim ſunt in corpore juris. Pacem inter Papienſes, & Mediolanenſes iſto fœdere ſancivit. Præfuit plus minus annis decem, (2) optime ac utiliſsime, migravitque ex hac mortali vita anno 1207.

Ab an. 1196. ad 1206.



LXXVIII 93. **UBERTUS** Pirovanus, Mediolanenſis Eccleſiæ fauſtum nomen, adeo cum ſuis Pirovanæ gentis majoribus exaggeratis virtutibus decertavit, ut ex presbytero ordinario magnæ Eccleſiæ, ad Archiepiſcopalem patriæ inſulam pervenerit anno 1207. a quam quidem laudabiliter adminiſtravit plus minus annis quatuor, & cum in Ambroſiana Baſilica Othonem IV. Imperatorem coronaſset, e vivis diſceſsit anno 1211. ſepultusque eſt in Eccleſia Hyemali. Cujus forte intuitu, idem Otho Imperator anno 1210. Laudæ poſitus, Morimundanum Cœnobium hocce condecoravit privilegio.

a Die 21. Novemb. 1206. ex Catal. Per hæc tempore habentur literæ Innocentii III. ad Archiep. Mediol. ex Decretal. de reſcrip. t. 3. c. 19. & c. 4. de ſeq. poſſeſ. c. 3. de fide inſtrumentorum, & c. 3. de cil. mine falſi.

Otho Quartus Divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus.

Univerſis Imperii noſtri fidelibus præſentibus, & futuris notum facimus: quod nos remunerationis divinæ intuitu ſub ſpeciali majeſtatis noſtræ protectione monaſterium Morimundi in Lombardia cum perſonis Deo ibidem famulantibus, & cum omnibus bonis ſuis, mobilibus, & immobilibus recepimus, volentes quæcumque privilegia prædeceſſorum noſtrorum eidem monaſterio tradita ſunt, & confirmata, noſtris etiam temporibus per omnia ſibi illæſa confirmari, & conſervari. Quapropter Univerſitati veſtræ mandamus, Imperiali auctoritate diſtricte præcipientes, quatenus amodo à gravamine nominati monaſterii de Morimundo abſtineatis penitus, & ab omni exactione fodri alteriuſque datii, aliaque inquietatione locum ipſum cum prædiis, & rebus ſuis liberum dimittatis, & abſolutam. Imperiali noſtra inſuper auctoritate concedimus, & liberam facultatem permittimus, ut aquas publicorum fluminum libere, & abſolute quocunq. & quomodocunque & undecunq; voluerint ducere poſſint, abſque incommoditate alterius, quæ evidenter appareret, & rumpere vias, & eas mutare, faciendo, & manutenendo ſuper eas Pontem, ſive illæ viæ ſint publicæ, ſive vicinales, ſive privatæ. Item ut liceat prædicto monaſterio vendere res ſuas mobiles, ubicumque, & quomodocumque voluerint, & ſpecialiter granum, & vinum, & legumina, ligna abſque contradictione alicujus perſonæ magnæ vel parvæ, civitatis, vel loci: & ipſe D. Abbas dicti monaſterii, ut fratres ante noſtram præſentiam cauſas habere contingat, adverſarii eorum frequentent ſacramenta de calumnia, & de exhibendis inſtrumentis, & aliis extorquere conantur, unde jacturam ſæpe, & ſui juris contradictionem ſuſtinent, quoniam Imperatoriam decet æquitatem religioſorum virorum indemnitati providere: providentiæ veſtræ mandamus, rogantes, & Imperiali præcipientes auctoritate, quatenus præmemoratum monaſterium in nullo penitus moleſtetis, nec contra privilegium eis à majeſtate noſtra indultum damnum ipſis fratribus irrogetis, nec cogatis ipſos fratres, qui ab omni gravimine immunes eſſe debent, ut aliquod vobis exhibeant ſacramentum, ſed contenti ſitis, ut id per ſindacum ipſorum fiat. Securi quod nobis gratum erit, ut ab omni eorundem fratrum inquietatione abſtineatis. Quicumque igitur hujus mandati noſtri violator extiterit, ſe jam tremendi judicii, noſtræque ſublimitatis gravem offenſam noverit incurſurum, & in pœna tranſgreſſionis viginti libras auri ſoluturum, medietatem fiſco noſtro Imperiali, & aliam medietatem injuriam paſſis. Ad cujus rei perpetuam notitiam præſentem paginam inſcribi juſſimus, & Imperialis majeſtatis noſtræ ſigillo communiri: hujus rei teſtes ſunt Lotharius Piſanus Archiepiſcopus: Henricus Mantuanus Epiſcopus Imperialis Aulæ Vicarius: Bernardus Papienſis Epiſcopus: Guillelmus Cumanus Epiſcopus: Emirico Comes de Lerig. Artemannus, & Comen. de Vitemb. Guido Comes Lemell. Papienſ. & alii quamplures.

Signum Domini Othonis Quarti Rom. Imperat. invictiſſimi.



Datum apud Lauden. Anno MCCX. Indict. XIII. prid. Kal. Martii.

Cæterum aberrant ii, qui Ubertum Pirovanum ab Innocentio III. Romanæ Eccleſiæ Cardinalem adlectum narrant: cum nulla de hac re apud veteres ſcriptores, & ejus ævi monimenta mentio reperiatur: ſed ex ordinario Mediolan. Eccleſiæ Cardinale, non quidem Romanæ Eccleſiæ, ad Archiepiſcopalem ſedem; ſeu Cathedram Pirovanum aſcendiſſe pro indubitato habetur.

GE-

(1) Ubertus de Terzago ex Catalogo *ſedit menſ. 9. & diebus 5. & vacavit ſedes dies 26.* diem electionis 7. Septemb. mortis autem fuiſſe 22. Aprilis 1197. neſcio unde accepit Ughellus: ſic enim ſolum menſes 7. dies 6. ſed ſedet Ubertus. Ex noſtro Catalogo cum eius electionem præceſſerint ſolum 26. dies electus fuerit die 9. Auguſti an. 1195. deceſſerit vero die 14. Maii anni 1196. Vacaverit autem ſedes ad diem 10. Junii.

(2) Philippus ex Catalogo (in quo Epiſcopo deſinit) *ſedit an. 10. & menſ. IV. & diebus 7. Vacavit autem ſedes diebus 24. ſepultus eſt in Eccleſia* S. *Mariæ Majoris Mediolani*. Ex jam poſitis calculis conſequens eſt creatum fuiſſe die 10. Junii an. 1196. vixiſſe vero uſque ad 17. Octobris 1206. Ex notatis præterea Interpontificii ſpatio ſedentem dicemus, Philippi ſucceſſorem electum fuiſſe die 21. Novemb. ejuſdem anni 1206.



LXXX XIX 94. **GERARDUS** Seſſius, *a* ſive de Seſſia, nobilis Regienſis, Monachus, & Abbas Tileti Aquenſis Diœceſis Ord. Ciſtercienſis, Novariæ Epiſcopus, poſtea Epiſ. Card. Albanus, ſub Innoc. III. Inſubriæ legatus ab eodem translatus eſt ad Eccleſiam Mediolanenſem anno 1211. Cremonæ fato ceſſit 30. die à ſua electione, ibidem ſepulchrum accepit: de quo conſule ea, quæ de Epiſcopis Albanenſibus 1. Tom. narravimus, de quo etiam infra in Epiſcopis Novarienſibus redibit ſermo.

a De eo Oldoinus ad Ciacconium tom. 2. pag. 35.



XC 95. **HENRICUS** Septalius antiquæ nobilitatis, & ſpectatæ virtutis vir cum ſubdiaconus Apoſtolicus, & Metropolis eſſet ordinarius Cimilliarcha, ab Innocentio III. adlectus eſt Mediolanenſis Archiepiſcopus anno 1211. Cum enim Clerus tres abiiſſet in partes, quarum primæ Archipresbytero favebat, Archidiaconum altera conabatur promovere, tertia Vercellenſi Epiſcopo ſuffragabatur. Innocentius, his tribus repudiatis, quos ex ambitioſo æſtu cæteris anteferri conſtabat, unum Henricum incomparabilem virum ſtatuit ſeligendum. Scripſit Innocentius, quæ extant Epiſtolæ ad populum, Clerumque Mediolanenſem, ut Henricum virum probum à ſe electum benigne, humaniterque ſuſciperent. Ita evenit, ut optaverat; gestiens præ lætitia Mediolanenſis populus, ſacerque ſenatus, libenter Henricum excepit Pontificem. Nec eundem feſellit opinio ſemel de viro concepta, ſiquidem per viginti annos, quibus præſuit nihil unquam omiſit, quod ad optimum Paſtorem pertinere videretur. Eccleſiaſticæ enim juriſdictionis primum fuit defenſor acerrimus. Diu pro ea ſervanda cum conſulibus, primariiſque Mediolani viris depugnavit, ipſamque civitatem, necdum conſecratus diris devovit, eamque per ſummum Pontificem Metropolitana dignitate exutam vidit, quam deinceps Honorius III. in ejus gratiam, ſedatiſque rebus, libenter remiſit anno 1217. eundemque Henricum Romam per litteras vocatum propriis manibus in Archiepiſcopum conſecravit anno 1219. menſe Decemb. ut in Reg. Vatic. legimus. Ibi quoque vidimus alteram Honorii epiſtolam Epiſcopo Vercellenſi ſcriptam 18. Kal. Febr. anno 1221. in eaque diſtricte mandatur, ut Amicæum Saccum, quondam Mediolani Prætorem, Eccleſiaſticis cenſuris innodet, qui Henricum Archiepiſcopum exulare coegerat, cum pleroſque rite ab eo excommunicatos, niſi Eccleſiaſtica forma ſervata, abſolvere recuſaſſet. Hac vero occaſione Henricus, mea quidem ſententia, ſe Hieroſolymitano itineri, & expeditioni tradidit, unaque ſecum multa mortalium millia ſuis adhortationibus cruceſignatos ad ſacrum bellum tranſmiſit. Poſt longos labores in patriam, ſedemque ſuam traductus debellavit ſuperbos, Homobonum ſuffraganeum ſuum Cremonenſem Epiſcopum refractarium coegit ad imperium. Mediolani ſuſcepit illa duo magna ſanctimoniæ lumina, Franciſcum, ac Dominicum, & huic quidem Eccleſiam S. Euſtorgii dono dedit, deductis Canonicis ad Laurentianam Baſilicam. Franciſco vero SS. Naboris, & Felicis Templum munificenter attribuit, translatis Canonicis ad Eccleſiam S. Mariæ Falconariæ. Abbatiale templum Clarævallis 6. Non. Maji anno 1220. dedicavit. Præfuit feliciter, profuitque, obque ſuas animi dotes Innocentio III. unice charus, ejuſdem denique apud cæteros exiſtimationis, ut decedens ſuis Mediolanenſibus inconſolabiliter propemodum attulerit mœrorem. Evocatur ex hac ad meliorem vitam die 3. m. Octobri anno 1231. ſepelitur in templo SS. Naboris, & Felicis cum omnium luctu in candido marmoreo nobili tumulo à dextris januæ majoris his verbis inſculptis.

HENRICUS SEPTALIUS
ARCHIEPISCOPUS MEDIOLANENSIS

a Nuper alto ſuperaddito, parietique conſito nobilitatum eſt ſepulchrum hoc epitaphio, eodemque pereleganter marmoreæ tabulæ inſculpto.

a Ex Append. t. 9.

Æternitati. HENRICUS, SEPTALA MEDIOLANI ARCHIEPISCOPUS, Doctrina, pietate, ac rerum geſtarum gloria incomparabilis, ad tantæ regimen Eccleſiæ ab Innocentio III. electus, ab Honorio III. conſecratus, Comes Regum, ac Dynaſtarum cum egregia Mediolanenſium Nobilium, & Militum manu Jeroſolymitanam ſuſcepit Expeditionem, Metropolitani juris mirus vindex fuit, inſtituto Inquiſitore jugulavit Hæreſes, Dominicanum, & Franciſcanum Ordines in hanc Urbem primus excepit, eiſque domicilia conſtituit, Mediolanenſi Eccleſia per Annos XVI & Menſes X. laborioſiſſimè adminiſtrata, quievit Anno Sal. MCCXXX. XVI. Kalend. Octobris, elatuſque pio, & vero univerſæ Italiæ dolore hic jacet Carolus Septala Juriſconſultus Collegiatus Sanctiſſimi Domini Noſtri Innocentii X. utriuſque Signaturæ Referendarius, & Metropolitanæ Mediol. Archipresbyter benemerito propatruo tritavi maximo. Anno MDCLII.P.

Carolus iſte Septala, qui Cœnotaphium poſuit, evaſit deinde Epiſcopus Derthonenſis, ut alibi diximus; Præſul ſanè digniſſimus mihique humaniſſimus, cui ad decorem eccleſiæ ſuæ Neſtoreos precamur annos.

Ad Henricum etiam plures extant Innocentii, & Honorii III. epiſtolæ, quæ partim ſunt in corpore juris, partim in Reg. Vatic. quibus ſatis perſpicuum eſt, quanti fecerint, quibuſve affecerint laudibus Henricum, alioſque Septalæ gentis viros de Mediolanenſi Eccleſia benemeritos. Meretur etiam Henricus apud Eccleſiæ Metropolitanæ lectores æternam memoriam, quibus nonnulla bona perpetuo aſſeruit, ac ſolemni ſtipulatione firmavit ann. 1223. in hunc modum ex authentico copiali.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.

Henricus Dei gratia ſanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ

Archiepiſcopus licet immeritus. Dilectis filiis ejuſdem Eccleſiæ lectoribus in vero ſalutari ſalutem: licet ad regimen ipſius Mediolanenſis Eccleſiæ nos vita, & ſcientia inſufficientes reputemus, tamen quantum Dominus per ſuam miſericordiam, & miſerationem nobis conceſſit pro ſtatu Eccleſiæ noſtræ ſatagere, & cultum honeſtatis, & decoris in ea nutrire, & amplificare, ſicut Dominus novit deſiderio magno deſideramus, & quia ipſam domum Dei decet ſanctificatio in longitudinem, merito cum ornatu, & decore debet Eccleſia noſtra apparere, quæ formam templi Domini, quodammodo in ſe repræſentant, in cujus templi ſtructura depoſita plura fuerunt ad neceſſitatem, quædam vero ad ornatum, nonnulla etiam ad eius defenſionem. Oportet ergo ut Eccleſiarum Prælati, qui tanquam patroni, & ſignarii ſunt à Domino hujuſmodi fabricæ deputati, non ſolum ornent Eccleſias ſuas laudabili converſatione, & honeſta, ſed juſta eruditione viri pacifici, per cujus oſtium ingreſſus patatur ad templum tabulis cedrinis eas compingant, & turres in eis erigant ad ſuarum defenſionem Eccleſiarum: hinc eſt enim quod nos hæc omnia diligenter conſiderantes, ſollicite etiam attendentes, quod nos opportebit reddere rationem villicationis noſtræ & de talentis etiam hic nobis creditis in die judicii quando vultus Domini erit ſuper facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum; volentes inſuper temporibus noſtris, potius Eccleſiæ noſtræ aliquid ad cultum & decorem etiam laudabiliter addere, quam ex eis, quæ et docibiliter olim præſtita ſunt aliquid imminuere, non tumultuario, & indiſcreto mentis impulſu, ſed debita deliberatione, & palpebris nominis præcedentibus greſſus noſtros nullo jure, vel perſona aliqua nos cogente, ſed libera, & mera voluntate compatiente & indigentiæ, & paupertati veſtræ de præſenti die, & hora per donationis titulum vobis, & ſucceſſoribus veſtris ex nunc concedimus, & donamus toto tempore vitæ noſtræ omni anno de redditibus Archiepiſcopatus noſtri viginti libras infortiatorum, quam pecuniam ſtatuimus perſolvendam eſſe in feſtivitate S. Martini integraliter, & quia tenemur vota, & deſideria fratrum noſtrorum, quæ ad honeſtatem reſpiciunt, & ad ipſarum ſalutem pertinent animarum commendare, & ſolicitudine noſtra libenter promovere; Ideo piacorum vota, & deſideria, quibus moti ſunt ad donationem conſimilem, approbamus, & confirmamus vobis, & ſucceſſoribus veſtris in perpetuum faciendam, & eis hoc faciendi licentiam plenam dedimus, dictos autem denarios authoritate noſtra, & fratrum noſtrorum conſenſu ſtatuimus, & ordinamus ſic diſtribuendos, ſcilicet ut quilibet ex vobis, vel ex ſucceſſoribus veſtris, qui interfuerint matutinis officiis tempeſtive, & perſeveranter in eis ſteterint, habent denarios duos, & quilibet qui interfuerit veſpertinis officiis, habeat unum, in diebus vero Dominicis in Veſperis duos, prædictam autem pecuniam ſtatuimus ſimiliter per Primicerium Levitarum qui nunc eſt, vel pro temporibus fuerit, colligendam eſſe, & prædicto modo diſtribuendam. Si quid autem de prædictis denariis in capite, & fine anni ſuperabundarit accreſcent dictis lectoribus, & diſtribuatur inter illos tantum qui ſubſequenter divinis interfuerint officiis ſecundum prædictum modum, nulla detractione vobis vel ſucceſſoribus veſtris propter hoc incrementum facta: inſuper ſtatuimus & ad honorem Dei ordinamus de voluntate, & conſilio ipſorum fratrum noſtrorum ut vos, & ſucceſſores veſtri in omnibus diebus Dominicis, & aliis ſolemnitatibus, ſcilicet in Nativitate Domini. & in feſtivitate S. Stephani, in octava Domini, in Epiphania, in Purificatione Beatæ Mariæ, in utraque feſtivitate Beati Ambroſii, in Aſcenſione Domini, in feſtivitate ſanctorum Protaſii. & Gervaſii, in feſtivitate ſanctorum Petri, & Pauli, in feſtivitate ſanctorum Nazarii, & Celſi, in feſtivitate S. Laurentii, in feſtivitate Beatæ Teclæ, interſitis miſſis majoribus à principio uſque ad finem, & unuſquiſque veſtrum habeat duos denarios, ſcientes quia non qui inceperit, ſed qui perſevera-

A *verit uſque in finem, hic ſalvus erit: eo quod non ſolum caput, ſed etiam cauda hoſtiæ jubetur, & exigitur à Domino immolanda: cum nemo coronetur, niſi qui legitime certaverit. Ad hujus autem pii ſtatuti noſtri majorum confirmationem & ut majus robur habeat propriis manibus duximus ſubſcribendum; nulli ergo hominum in noſtra commorantium ditione liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, & conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, & commonitus non reſipuerit iram Dei omnipotentis & noſtram ſe noverit incurſurum.*

Ego Albertus Amiconus Mediolan. Eccleſ. Archipresbyter.

Ego Juſtamons de la turre Mediolan. Eccleſ. presbyter.

Ego Redaldius de Mereulto Mediolanen. Eccleſiæ presbyter.

Ego magiſter Stephanus Mediolan. Eccleſiæ presbyter.

B *Ego Girardus de Secapedes vicedominus, & Sacerdos.*

Ego Henricus Mediolan. Eccleſiæ Archiepiſcopus.

Ego Guillelmus de Ripalio Mediolan. Eccleſiæ Archidiaconus.

Ego Ribaldus Burnus Diaconus.

Ego Guillelmus Rana Diaconus.

Ego Fulco de Dervio Mediolan. Eccleſiæ Diaconus.

Ego Hugo de Settara Cimiliarcha.

Ego Arnaldus de Mandelle Subdiaconus.

Datum 1223. die Lunæ xv. die ante Kal. Aug. Indict. xi. domino Gonfredo de Caſtelliono exiſtente Cancellario per manum Gerardi ſcribæ notarii.

Sub hoc etiam Archiepiſcopo Henrico, Lombardus Abbas Morimundi inſigne privilegium pro ſuo Monaſterio obtinuit à Federico II. Imp. Siciliæ Rege, anno ſcilicet 1219. quod quidem, etjam Monaſterium ab Honorio III. ſub Apoſtolica ſede jam pridem ſuſceptum fuerat, eo ipſo anno 1219. quo Henricus Mediolanenſis Archiepiſcopus ab eodem munus conſecrationis ſuſceperat. C Honorii diploma iiſdem fere verbis, quibus alias ſupra relata, exſcriptum eſt. Subſcripſere diplomati Hugo Oſtienſis, Petrus Sabinenſis, & frater Nicolaus Tuſculanenſis Epiſcopi, Leo S. Crucis in Hieruſalem, Stephanus Baſilicæ XII. Apoſtolorum, Gregorius S. Anaſtaſiæ, Thomas S. Sabinæ presbyteri Cardinales; Guido S. Nicolai in Carcere, Octavianus SS. Sergii & Bacchi, Gregorius S. Theodori, Raynerius Sanctæ Mariæ in Coſmedin, Romanus ſancti Angeli, & Stephanus S. Adriani Diaconi Cardinales. Datum Viterbii per manum Vvillelmi S.R.E. Vicecancellarii 4 Kal. Maji Ind. 7. Incarn. Dom. 1219. Pontificatus vero D. Honorii Papæ III. anno 5. Porro Federici diploma eſt hujuſmodi ex originali, quod extat in tabulario præcitato.

In nomine ſanctæ Trinitatis, Federicus ſecundus divina favente clementia Romanorum Rex, ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ.

D *Quia nihil eſt, quod magis ad æternam Imperatorum, & Regum ſalutem proveniat, quam quod ipſi Eccleſiis, & maxime religioſorum locis divino intuitu conferant. Coadjuvandum eſt eis, & non pigro animo intendendum ad augumentandas Eccleſias, & loca religioſorum & regularem vitam ſervantibus beneficia conferendi. Eapropter univerſis Imperii fidelibus tam præſentibus, quam futuris duximus innoteſcendum. Quod nos ad imitationem felicium progenitorum noſtrorum domini Friderici avi & D. Henrici patris noſtri Romanorum Imperatorum recolendæ memoriæ, divinæ quoque retributionis intuitu ſub ſpeciali majeſtatis noſtræ protectione Monaſterium Morimundi in Lombardia cum perſonis Deo ibidem famulantibus & cum omnibus bonis ſuis mobilibus, & immobilibus recepimus, privilegia prædeceſſorum noſtrorum eidem Monaſterio tradita, & indulta benignitate regia confirmantes. Mandamus igitur, & auctoritate*

regia

A *regia diſtricte præcipimus quatenus amodo à gravamine ipſius Monaſterii de Morimundo & fratrum, omnes noſtri fideles abſtineant, & ab omni exactione fodri, & alterius præſtationis locum ipſum cum prædiis, & rebus ſuis omni abjecta inquietatione dimittant liberam, & ſolutam, habendo plenam, & liberam facultatem, ut fratres ipſius Monaſterii aquas publicorum fluminum libero, & abſolute, quocunque & undecunque voluerint ducere poſſint abſque incommoditate alterius, quæ clarius appareret, & rumpere vias & eas mutare, faciendo, & manutenendo ibi pontum, ſive illæ viæ ſint publicæ, ſive vicinales, ſive privatæ. Item mandamus ut liceat prædicto Monaſterio trahere & vendere res ſuas mobiles ubicumque, & quomodocumque voluerit, & ſpecialiter granum, vinum, & ligna abſque contradictione alicujus perſonæ magnæ vel parvæ civitatis, vel loci. Item nullus ab Abbate vel fratribus Monaſterii ſupradicti ſacramentum ſi cum eis in cauſa fuerit, exigat, vel requirat. Sed recipiens ſacramentum Sindici Monaſterii memorati, & ſit in cauſa contentus. Nec compellat eoſdem de exhibendis inſtrumentis facere ſacramentum. Item licitum ſit monaſterio ſupradicto, ut animalia ejus Paſtores Monaſterii*

B *ſine aliqua moleſtia ducant, cuſtodiant in paſcendis & reducant per terram noſtram ſint liberi, & ſecuri. Quod nec occaſione viæ pontus vel pontus alicujus nuſquam & nemini aliquid dabunt pedagium ſive pontorium, vel potonagium, ſive etiam corradiam. Præterea donationem curiæ Faræ Baſilianæ cum omnibus ſuis pertinentiis quam Imperator Fridericus recolendæ memoriæ monaſterio Morimundenſi donavit, & conceſſit tibi Abbati Morimundi Lombardo, & omnibus fratribus confirmamus & concedimus, ut fundus Eccleſiæ Morimundenſi cedat in allodium, & proprietatem ut tota utilitas quæ de prædicta curia pervenerit ſoli Eccleſiæ, & fratribus ad proprios uſus ſemper permaneat. Verum ad hujus donationis, & rei geſtæ memoriam jam dicti fratres unum aureum ſingulis annis in feſto Beati Martini nobis, &*

C *ſucceſſoribus noſtris Regibus, & Imperatoribus perſolvere teneantur. Item Faræ vetulæ grangiam cum omnibus ſuis pertinentiis, & grangiam de Caſtelletto cum omnibus ſuis pertinentiis, & poſſeſſiones de Caſterno, & emptas à Lanfranco Gambaræ, & Guillobarro, & omnes grangias, res, & poſſeſſiones eorum, quas in præſenti poſſident, vel in futuro juſte, Deo volente, poſſederint cum aquis quæ in terris eorum oriuntur vel orientur, vel per terras eorum decurrunt, vel decurrent, eas libero & ſecure & pacifice poſſidere jure perpetuo volumus, & confirmamus, non obſtante exiſterna præſtatione fidei, vel ſcripti alicujus contractus cum aliqua civitate vel loco facto, vel alicui perſonæ vel loco præſtito, vel interveniente de aliquibus, vel pro aliquibus rebus conſtitutis intra confines, vel confinibus prædictarum curiarum, vel alicujus earum. Præterea aquam nomine Rabedam, ſeu Rabicam, quæ per campum Fulcherium, locum præfati Monaſterii decurrit eidem monaſterio, vel fratribus totam & ex toto ſurſum,*

D *& deorſum donamus, & tam ad uſum piſcandi quam ad alios uſus neceſſarios tractandi & ad propriam deducendi pro voluntate concedimus. Ipſis quoque fratribus, & miſſis eorum per eam ingredi Ticinum cum parvis & magnis navibus ſine cujuſquam contradictione, & inde per eam regredi concedimus, vel ad piſcandum jure perpetuo per Padum, vel Ticinum, qui eis tam nos, quam prædeceſſor noſter Conradus jam donavimus, & nos nunc eidem monaſterio per ſcripta præſentia confirmamus, & ab omni perſona propria auctoritate defendimus, tam ad onera trahenda, quam ad navigium prout voluerint, & neceſſe habuerint. Locum etiam præfatum eorum ubi Abbatia contracta eſt cum pertinentiis ſuis eis confirmamus & ab omni perſona defendimus. Quæ omnia de mera, & pura conſcientia facimus, concedimus, & donamus, & confirmamus. Statuentes,*

A *& Regia auctoritate mandantes, ut contra dicta nulla omnino perſona magna, vel parva, nulla univerſitas, nulla civitas, nullus Marchio, nullus Comes, Dux, vel aliqua omnino perſona communi, vel ſingulari jure, de prædictis, vel occaſione prædictorum ipſum monaſterium, vel aliquem monachorum ſive fratrum ipſius monaſterii in toto, vel in parte moleſtare, vel inquietare præſumat: quod qui præſumpſerit indignationem, & offenſionem noſtræ majeſtatis incurrat, & pro pœna temeritatis centum marchas puriſſimas auri componet: medietatem Cameræ noſtræ, reliquam vero monaſterio, & injuriam paſſis fratribus ſupradictis. Ad hujus autem conceſſionis, & confirmationis memoriam præſens privilegium noſtrum fieri juſſimus, & ſigillo noſtræ celſitudinis corroborari: Hujus rei teſtes ſunt Bernardus Meſſanenſis Archiepiſcopus, Comes Sibeotus de Vaberda, Hermanus Marchio de Braden. Comes Evirardus de Helſiſten. Reinaldus Spoleti, Simon Comes Thianus, Augolinus Xopclæ, Anſelmus Maſcalcus de*

B *Jaſtigen & alii quam plures.)*

Datum apud Hagerent anno Dom. Incarn. 1219. menſe Septembris Indict. 8. Regnante D. noſtro Federico Dei gratia illuſtriſſimo Romanorum Rege ſemper Auguſto, & Rege Siciliæ. Anno vero Romani regni ejus in Germania VII. & in Sicilia 22. feliciter Amen.

Ego Maphens filius Petri de Magezate notarius publicus ex authentico exemplificavi.



C



96. GUILLELMUS Ruzolius ex Archidiacono Metropolis à Clero Archiepiſcopus adlectus eſt, XCI.
itaque à Gregorio IX. confirmatus anno 1231. Vir animi invicti, prudentia autem, atque doctrina nulli ſecundus. Quamobrem Gregorius illum legavit ad Imperatorem Federicum II. ut contra Sarracenos expeditionem ſuſciperet. Mediolanum reverſus eundem Federicum tanquam Eccleſiæ hoſtem ſubmovit à communione fidelium, contraque ipſum multos mortalium cruce ſignatos vocavit ad arma. Decem annos Guillelmus hanc adminiſtravit

D Eccleſiam, politico etiam in cives bona ex parte uſus imperio: deceſſit autem 1240. (1) ſepultuſque eſt in Claræyallenſi Cœnobio, ubi olim extabat marmoreum ſepulchrum cum cenotaphio, quod ex miſerabili cujuſdam Abbatis Claræyallenſis inſcitia dirutum, ac dilaceratum cum aliis plurimis illuſtrium virorum Mediolanenſium monumentis ad perpetuam oblivionem traditum referunt. Cæterum Guillelmi temporibus nobile Cænobium Morimundi, de quo non ſemel ſupra mentionem fecimus, anno 1237. à Papienſibus, ſub quorum fiducia fuerat receptum, pene dirutum, ac profanatum extitit non ſine pii Guillelmi Archiepiſcopi commiſeratione, qui Monachorum miſeriis, ac monaſterii injuriæ compatiens, qua valuit auctoritate, ac pecuniis juvit, fovitque ſicut pater, diriſque Papienſes devovit, quouſque condignæ tanti facinoris

(1) Anno 1241. die 27. Martii, ut colligitur ex ejus Epitaphio relato à Vaglirno hujus tenoris: *Hic jacet D. Guilielmus de Rizolio, Mediolanenſis Archiepiſcopus, vir in Scripturis admodum eruditus, qui obiit An. MCCXLI. die quarto, exeunte April.*

A eis pœnæ redimerentur. Cœnobium deinde, & Archiepiſcopi charitate, & piorum Mediolanenſium ſuppetiis ſuum pene extinctum recepit ſplendorem. Extat in veteri codice Septimiani Florentini Cœnobii da hujuſmodi Morimundenſis Monaſterii deſolatione, & hiſtoria M.S. libellus ab oculato teſte conſcriptus, qui dignus viſus eſt, ut in hoc noſtro opere conſervaretur ad æternitatem. Viderit ex eo prudens lector qua feritate, qua inhumanitate, Chriſtianis hominibus indigna, nobile ſanctimonia, ac nobilitate illuſtrium monachorum oppletum Cœnobium miſerabilem ruinam paſſum fuerit. Porro antequam deſolationis hiſtoriam exhibeamus, publicum fiduciæ Papienſium documentum ſuperiori anno 1236. Monaſterio, ac monachis Morimundi conceſſum in medium proferamus ex ipſo originali exſcriptum, quod extat in ſæpe citato tabulario.

Anno Nativitatis Domini 1236. Indict. IX. die Jovis, XI. menſis Septembris in Pap. in Palatio novo B *Communis Papiæ in Creden. ibi more ſolito ad ſonum campanæ collecta. Dominus Canonus de Anditu Papienſis poteſtas parabola, & voluntate ipſius Creden. de jure ſanctarum commodo Eccleſiarum, & locorum religioſorum tractare volens piorum affectu diſponere debens, intuitu divini amoris, & reſpectu glorioſæ Virginis Mariæ, in cujus honore omnis domus religionis, & orationis conſtituuntur, Auctoritate publica qua fungebatur nomine, & à parte Communis Papiæ per totam iſtam guerram, quæ eſt vel erit inter Papiam, & Mediolanum, donec duraverit manſioni Morimundi, & omnibus granciis, & caſis & molendinis, ac dictæ manſionis ſitis citra foſſatum, & ultra foſſatum in omnibus partibus, & Abbati, & Priori, & monachis, & converſis, & officialibus, & miniſtralibus, & paſtoribus, & mulindinariis, & bubulcis, & laboratoribus omnibus prænominatæ manſionis dedit fidantiam, & plenam ſecuritatem firmavit in perſonis, & beſtiis, & rebus omnibus, ut nullus ex parte noſtra ſeu virtute eos* C *in aliquo opprimere ſeu lædere præſumat, ſed potius illas ſuas laborare, & colere terras, & in prædictis manſionibus, & granciis, & caſis & molendinis ſecuram habere exiſtentiam permittant. Abbas quoque, & Prior, & monachi, & converſi, & bubulci, & paſtores, & officiales, & miniſtrales, & laboratores ejus, & omnes perſonæ, quæ ad ipſas, caſas, vel grancias, ſeu molendinos pro recolligendis fructibus, & propter ipſarum rerum negotia acceſſerint, intrepidi accedant nullam unquam in eundo, ſtando, & redeundo formidinem, ſeu dubitationem habentes. Ne itaque per narrantes ex ignorantia læderentur præſentes apices noſtri munitione ſigilli fecimus reformari, & præmemoratæ manſioni reſignari, ut eo viſo, dictam manſionem cum ſuis granciis, neque caſis ſeu molendinis auſu temerario inquietari nullatenus præſumant: Et inde prædictus dominus Canonus Papiens Poteſtas preſens juſſit fieri inſtrumentum.*

Interfuerunt Caſtellus Cancis, Guido Rognu, D *Henricus Aſtarius de Trabuco Teſtes.*

Ego Guillelmus Aſtarius rogat. notarius in hac chartula ſubſc.

Ego Thomas Vecia Imperialis notarius hanc chartam ſcripſi uſu iſtius Guillelmi Aſtarii.

DE MORIMUNDENSIS COENOBII *Deſolatione,*

LIBER PRIMUS.

DIRI vulneris acerbitatis percuſſus, & corde quodammodo ſauciatus cogor fraternæ dilectionis affectu ſuper contritione populi mei, cum Hieremia lamentabili deſcriptione plorare. Deſcripturus itaque calamitatis hiſtoriam, ex multis pauca interſeram, quæ pia viſcera ad compaſſionem moveant, & proficiant poſteris ad exemplum ſi neceſſe unquam fuerit ſimilia tolerare. Si quid autem minus caute, A *minuſve diſcrete protulero, veniam precor, paratus ad emendationem, ſecundum judicium ſententiæ melioris, & licet gemitus vaſtitatis, qui in populo Chriſtiano fere ubique terrarum auditur flendi, & lamentandi uberem materiam ſubminiſtret: domeſtica tamen calamitas flenda, & dolenda videtur. Præſentem igitur deſcriptionem proferre curabo deſolationem Morimundi, quod abſque dolore, & gemitu fieri omnino non debet, ſiquidem lacrymas indicit pietatis affectus & flere cum flentibus Sacræ Scripturæ auctoritas perſuadet. Nec imputetur quod hanc narrationem ſcribendam alteri non derelinquo, cujus facundia ea quæ geſta ſunt melius ſciret explicare: feciſſem enim ſi Prælatorum obedientia aliter decreviſſet.*

Quoniam abundavit iniquitas, & univerſale vanitatis diluvium mandavit multiplicata ſunt mala ſuper terram, & digna adminiſtratione facta ſunt in populo Chriſtiano. Maxime autem in partibus Lombardiæ, tempore quo Fredericus Romanorum B *Imperator in manu forti, ad pugnandum Mediolanenſes Lombardiam intravit. Tunc enim in his partibus tanta ac talis tribulatio fuit qualis alicubi legitur fuiſſe à diebus antiquis. In hac autem tribulatione guerrarum etiam religioſi, & innocentes facti ſunt in prædam, & conculcationem, multæque Eccleſiæ deſtructæ ſunt, & religioſa loca vaſtata, quaſi in vaſtitate hoſtili.*

En iſtis fuit Morimundus Ciſtercienſis ordinis nobilis Abbatia poſita inter Mediolanum, & Papiam in ipſo ore guerrarum, & malitia ſævientis: in hac autem eodem tempore abbatizabat vir venerabilis domnus Florius, qui nobiliſſimis ortus natalibus probitate morum ſe vere nobilem exhibebat. Ipſum quoque monaſterium Morimundenſe eodem tempore ſpiritualibus ſtudiis non mediocriter florebat, etiam corporalibus plurimum abundabat. Erant autem fratres inibi militantes ſecundum Ciſtercienſis ordinis inſtituta quinquaginta monachi, & fere ducenti converſi. In quibus rigor religionis, & ordinis diſcipli- C *na, zelo fortiſſimo ſervabatur in domo quo unanimiter habitantes ſenes cum junioribus uno ſtudio, eodemque voto Domino ſerviebant. Erat ſeniorum erga juniores mira dilectio charitatis. Juniores vero miram æque devotionem ſuis Prioribus deferebant. In divinis quoque officiis ferventes, & alacres, ſtatum ſupernæ Jeruſalem repræſentabant in terris. Siquidem die, noctuque magnis vocibus ſincerisque affectibus, in canticis, & hymnis ſpiritualibus dabant gloriam Deo ſedenti ſuper throno, & Agno. Erant erga ſtudium lectionis ſoliciti, in meditationibus ſacris aſſidui, in orationibus affectuoſiſſimi, & devoti, in laboribus quoque manuum deſudabant: ultra quam exigeret inſtitutio regularis, tuncque ut dictum eſt bonis temporalibus abundabant, & erant tamen in victu ſobrietas, in veſtimentis decens, & honeſta paupertas, quod autem ſupereſſe poterat eis de laboribus ſuis, hoſpitibus, & peregrinis, tam liberaliter exponebant, ut ex hoc præ aliis Abbatiis ſpeciali gratia viderentur inſignes, ſiquidem foris* D *non remanebat peregrinus. Porta Monaſterii viatori patebat. Advenientes Religioſi honeſtate debita tractabantur. Pauperes providebantur in neceſſitatibus ſuis, divitibus quoque, & nobilibus honor congruus præbebatur, in diſpoſitione domorum erat monaſterium nobiliter exornatum, habebat grancias ſex, Caſtellectum, Faram vetulam, Baſianum, Coronatum, granciam de fornace, & aliam quæ Monaſterio cohærebat.*

Hæ omnes officinis neceſſariis magnis, & multis erant ornatæ & ſpecialiter illa quæ monaſterio cohærebat. Igitur rebus ita ſe habentibus, fratres vehementer timebant, ne ipſos licet innoxios ubique fervens flamma guerrarum involveret, eratque timendum multum, ſicut poſtmodum rerum probavit eventus, quippe vir venerabilis prædictus Abbas Florius ad protectionem domus ſuæ procuraverat fideatiæ & ſecuritatis litteris præmuniri, ex hoc non ſolum ab Imperatore, ad cujus protectionem ſpecialiter per-

A tinet ipſa domus, verum etiam à Papienſibus, quibus ipſum monaſterium utilitatis & commodi plurimum conferebat. Erant in ipſo Monaſterio de Papia Monachi, & Converſi plurimi habitantes. Hos omnes de communi conſilio D. Abbas Papiam tranſmiſit, ut domnum Guidonem Comitem de Blandrato tunc temporis Papienſium Prætorem, alioſve prædictæ urbis nobiles, & potentes precibus prævenirent, quatenus ſi contingeret armata manu applicare ad partes illas in quibus poſitum erat Monaſterium illud ſua manu, atque protectione defenderet.

Igitur Prætor, & Conſilium cæterique nobiles, qui ſuper hoc fuerant requiſiti prædictorum fratrum precibus annuerunt promiſerunt eſſe, ut ſi contingeret eos cum exercitu ad partes Morimundi accedere, vexillum comitatis ſuper portam monaſterii ponerent in protectione ipſius monaſterii.

His igitur itaque peractis cum Mediolanenſes in exercitu morarentur in comitatu Brixiæ, qui vocatur Minervium adverſus Imperatorem milleſimo du-
B centeſimotrigeſimo ſeptimo Incarnationis Chriſti anno, tertio die intrante Decembre. Jam media nocte tranſacta completis nocturnarum ſolemnibus vigiliis cum fratres orationi incumberent clamor factus eſt: Ecce Papienſes aſcendunt, tunc fratres exterriti, & turbati, & occurrentes clauſerunt portas, & oſtia: cumque exercitus monaſterio proximaret, accedentes quidam de Papia Prætorem rogare, ut eis concederet cum vexillo comitatis accedere ad monaſterium defendendum, qui noluit aſſentire, ideo ſicut credimus quod ei fuerit oblata quædam quantitas pecuniarum. Accedentes vero populares, & appropinquantes Granciæ, quæ monaſterio cohærebat, quaſi in ſilva lignorum ſecuribus exciderunt januas ejus, in ſecuri, & aſcia dejecere eas. Statimque ignem apponentes inibi cuncta cremarunt, nec poſſet facile computari quantum damni monaſterio intulerunt domorum combuſtione blada quoque fœnum, & paleas concremaverunt: combuſſerunt etiam ſtabulum & hoſpitium domus: textorumque
C nobiliſſimam officinam, nihilque extra ſecundam Portam monaſterii incombuſtum remanſit, præter domum fabrorum, & pauperum Hoſpitale, & alia pauca loca vorans flamma non tetigit, quæ autem cremare non poterant modis aliis, deſtruebant: nam & vinum effuderunt, lapidea vaſa fregerunt, arbuſta ſucciderunt, quæ ſuccidere non poterant decorticabant: quod autem huic Granciæ fecerunt, hoc & cæteris aliis, more barbarico cuncta vaſtantes, illa tantum de Caſtelleito incombuſta remanſit. Fratribus itaque iſta cernentibus, & vehementer timentibus, ne ſimiliter facerent templo Dei, ſanctorumque reliquiis quæ habebantur ibidem, præoccupantes opportuna loca ſtabant parati pro viribus deformare ne ſancta fierent in manibus extraneorum: ſed ut ab ingreſſu clauſtri prædones arcerent; approximans igitur ad clauſtra monaſterii exercitus malignantium multitudo operantium iniquitatem ſagittabant fratres inermes, pluresque ex eis graviter vulneravere. A mane autem uſque ad ho-
D ram quaſi tertiam viriliter reſiſtentes fratres intra clauſtra monaſterii prædones intrare minime permiſere, ex tunc laſſeſcentibus fratribus nec valentibus omnes aditus monaſterii obſervare per quandam feneſtram primitus prorumpentes. Deus venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum ſanctum tuum, feceruntque illud ſpeluncam latronum ſtatimque ut Eccleſiam intraverunt, quod ſine gravi dolore cordis non dicimus auſu temerario, manuque ſacrilega venerabile corpus Chriſti ſuper ſanctum altare ſecundum conſuetudinem ſervabatur quaſi rem viliſſimam abjecerunt, inter quorum nequitiam, & Judæorum perfidiam non multum intereſſe videtur: Judæi namq; ſi nte Chriſti corpus crucifixerunt, erat tunc corruptibile, & mortale: proinde non tantum peccaverunt quantum iſti, qui ſanguinem teſtamenti pollutum ducentes non timuerunt immortale Chriſti corpus, & incorruptibile conculcare. Si ille qui manducat, & bibit indigne judicium ſibi manducat, & bibit: qui illud conculcant ſub pedibus ſuis, nonne merentur deſcendere in Infernum viventes? certe non tantum peccaverunt Datan, & Abiron quos terra abſorbuiſſe cognoſcitur. Quidam autem ex fratribus timentes ne ſibi prædones manus injicerent, in Eccleſia ad Altaria confugerunt: credebant enim ſibi ob reverentiam loci deferri: quoniam eos pro reverentia loci dimitterent, qui non locum, neque loci conſecratorem Dominum verebantur. Reperientes ergo juxta altare monachum quendam nomine Paganum, ipſi re vera Pagani circumdederunt eum ſicut apes, immo certe ſicut lupi rapaces, & denudantes eum uſque ad carnem veſtimentorum, calciamentorumve, et nihil penitus reliquere, & hic erat Sacerdos vir prudens, & potens in ſcripturis, qui ante paucos dies in ipſa domo Cellerarius major extiterat; cum autem denudaſſent eum, evaginatis gladiis impie ſatis, & inverecunde percutiebant latera ejus, & ejicientes eum per quandam feneſtram ad remota loca ducebant, ut eum torquentes facerent aliquo pretio redimi: cum duceretur ergo tamquam agnus ad victimam ſuperveniens quidam de nobilioribus vi eripuit eum de manibus eorum, & miſericordia motus, cum vidiſſet nudum operuit eum, circumdeditque ei clamydem quandam licet viliſſimam, ut ſaltem ex ea verecundiores partes contegeret, ſicque nudus, & diſcalceatus Papiam uſque perrexit, erat hyems, & frigus aſperum ſatis; fratres qui ad Eccleſiam confugerant, aut ex parte, aut ex toto nudati fuere, quidam verberati, ſimiliter altaria denudantes nihil ſuper eis penitus reliquere: Altariola quoque ſacrata fregerunt, & ſuper alia pedibus aſcendere, nec poſſet de facili dici quantas enormitates ibidem fecerunt.

Erat autem Monachorum adhuc dormitorium clauſum oſtiis, & quibuſdam aliis obſtaculis obfirmatum, & fratres ante januas cuſtodiebant illud, cumque fratribus reſiſtentibus, non poſſent prædones intrare per oſtium, nitebantur aſcendere aliunde, & conſcendentes tecta à ſuperiori parte dormitorium intravere. ſtatimque apprehendentes Priorem quem reperierunt ibidem, deſpoliaverunt eum unam tantum tunicam relinquentes. Erat autem ipſe Prior grandævus habens ſexaginta ætatis annos, ut in ordine quadraginta ſex, in Prioratu viginti, & ultra, homo juſtitiæ tenax, optimis moribus adornatus, qui cum jam eſſet ſexagenarius, ut dictum eſt, tanto fervebat ſtudio, ut juvenes vix eum poſſent in laborum tollerantia imitari: cumque minarentur ei prædones amputare caput, cervicem dicitur extendiſſe ad ſuſcipiendã mortem tota conſtantia præparatus: tandem cum per dormitorium eum huc, illucque diſtraherent, ſuperveniens quidam militum vi eripuit eum de manu diripientium, & diſtrahentium ſuper terram: erat quoque quidam alius de ſenioribus nomine D. Landulphus, quem cum in dormitorio ſimiliter reperiſſent, denudantes eum nihil ei præter caligas reliquerunt, tempore vero condolens miſeriis eorum: ait, miſeri quid facitis? totum vos reſtituere oportebit: at unus eorum, talem fertur dediſſe reſponſum: Ego bene novi, ut tu, licet Sacerdos ſis, quia uſque ad noviſſimum quadrantem omnia me reſtituere oportebit, ſed penitus nihil reddam niſi cum coactus fuero pœnas exſolvere in Inferno. O verbum iniquum, ò ſermonem nequam, ò blaſphemia in Spiritum ſanctum, non ne reſponſum mortis jam in ſe ipſo habebat, qui dicebat jam deſperatus nihil reſtituam niſi in Inferno coactus. O quam multum cernere eſt ubique terrarum tales filios intra ſinum matris Eccleſiæ conſtitutos: ii fuerunt profecto ſemen nequam, filii ſcelerati, de quibus conqueritur dicens, filios enutrivi, & exaltavi, ipſi autem contemnentes ſpreverunt me, non ſolum autem ii tales filii Matrem Eccleſiam contemnunt, & ſpernunt, ſed more vipereo lacerant, & dirumpunt; contemnunt namque Eccleſiaſtica Sacramenta, ipſam quoque cenſuram Eccleſiaſticam ſpernunt, Eccleſiaſticas nihilominus perſonas tamquam materna viſcera la-

ce-

errant, deprædationibus dirumpunt perſecutionibus, hi Chriſtiani ſunt nomine, actu, & crudelitate pagani: dicunt ſe noſſe Deum, factis autem non ſolum negant, ſed graviter perſequuntur.

Perſcrutantes itaque dormitorium totum, ſtrata coopertoria, auricularia, cucullas, tunicas aſportaverunt, & quidquid aliud reperierunt ibidem nihil quam præter lectos, quos portare non poterant, reliquerunt, oſtiumque domus in qua communes veſtes ſervabantur fregerunt, & exinde omnia aſportarunt. Perſequebantur fratres fugientes per abdita loca, quemadmodum ſolet muſipula perſequi mures, & ubicumque comprehendebant, abſque miſericordia verberantes; tumque vellent Sacriſtiam intrare, non valebant per oſtium firmum, & firmiter obſeratum, cœperunt murum rumpere, & oſtium ſecuribus frangere, fratres autem intus erant timentes, ne ſi Sacriſtiam per vim irrumperent; aut eos occiderent, aut verberarent crudeliter, aperuerunt eis, accepta prius pollicitatione ne eos contingerent in perſonis, aperto igitur oſtio irruperunt, ſtatimque frangentes tulerunt omnia præter Virgam Paſtoralem, & quædam alia, quæ forte caſu fortuito manus ſacsilegas evaſere: concremaſſent autem Monaſterium totum, ſi non eos occupatos detinuiſſet avaritia capiendi ea, quæ intra monaſterium abundantiſſime reperierunt, & hoc timentes fratres cavebant, ne in toto monaſterio ignis inveniretur; quid multa per omnia, ſicut feterunt in dormitorio Monachorum fecerunt & in dormitorio Converſorum. Cum intraſſent infirmorum domum apprehenderunt infirmos quos invenerunt lectulis decumbentes, & ejicientes eos, unde cooperiri poſſent nihil penitus reliquerunt. O inaudita crudelitas, & ſi Deum, nec homines verebantur ſaltem ipſa eos natura ad miſericordiam provocaret. Bruta animalia ſi viderint aliquam beſtiam ſuæ naturæ conſortem aliquo incommodo detineri, nonne adjuvant, nonne fovent, nonne auxiliantur? ita plane ſolo inſtinctu naturæ. At iſti beſtiis crudeliores exiſtunt qui nec ratione, nec ipſo naturali affectu ad compaſſionem moventur. Iſti ergo ſunt quorum crudelitatem Hieremias deplorat dicens: Lamiæ nudavere mammas, lactaverunt catulos ſuos, filia autem populi mei crudelis quaſi Struthio in deſerto. Sed hoc alias.

Igitur cum hoc in infirmitoriis ageretur, quidam ex prædonibus domum, in qua vinum ſervatur, intrantes extraxerunt ſpinas, ſicque indicibili nequitia, vinum quia portare non poterant, effuderunt. Unus autem fratrum cum vidiſſet vinum effundi, intra ſemetipſum dixit, ut quid perditio hæc? erat autem ipſe nudus ſicque nudus ut erat, occurrens, & apprehendens unam de ſpinis, quæ jacebat in terra, voluit meatum vini obtudere, quod cum vidiſſet unus de malefactoribus, elevata ſecuri voluit ferire in capite: at ille frater feſtinanter declinans ceſſit ictui, ſicque Domino protegente evaſit: quid moramur per ſingula; ſiquidem nes manus, nec lingua plene ſufficeret explicare quantam impietatem, & crudelitatem exercuere in fratres. Damnum vero quod monaſterio intulere, quis exiſtimare ſufficeret? Nam uno die damnificavere Morimundum à duo millia marcharum, & ultra. Diſcurrentes igitur per totum Monaſterium quidquid invenire potuerunt tulerunt; Calicem argenteum unum, nam cæteri calices, Deo gratias ante paucos dies fuerant Mediolanum tranſmiſſi, & alia quædam. Tulere quoque libros quos invenerunt, animalia, equos, boves, aſinos, porcos, & vaſa ærea multa, veſteſque multas nimis, nam propter inſtantem frigoris neceſſitatem ipſæ veſtes minus, quam aliæ res potuerunt tranſmitti, ex omnibus fere oſtiis, & ſerineis tulere ſeras, & vectes, & de muris feneſtras ferreas quoque fregere, & deſtruxere, etiam de lavatoriis Monachorum, & Converſorum, cannulas æneas abſtulere. Denique omnem ſupellectilem monaſterii aſportantes, quæ portare non potuerunt more barbarico cuncta vaſtavere: his itaq; male geſtis receſſere populares. Supervenientes quidam autem nobiles de Papia cum quodam nuntio Imperatoris, qui tum ipſis erat ut videretur omne exterminium, quod factum fuerat, uſque ad lacbrymas compuncti ſunt, promiſeruntq; Abbati, & fratribus, ſe pro viribus laborare, ut ea, quæ ablata fuerant redderentur. Jam ergo illis recedentibus, Abbas, & fratres convenerunt in unũ, & comedentes die illo panem doloris, & poculum ſuum cum fletu miſcebant; comederunt autem, ſed non in ſaturitate. Non enim tantum panis in monaſterio remanſerat, ut ſatiari poſſent ex illo: ſed alius panem unum, alius medium, alius buccellam unuſquiſque ſecundum quod ſubter banchas, & ſerineos poterant invenire. Cum autem guſtarent modicum, quod ſicut habere potuerant accedens Prior ad Abbatem voce flebili, vultuque lacrymabili, ait: En Pater jam nos penes te retinere non vales, nec potes familiæ tibi commiſſæ menſuram tritici erogare. Quandiu enim potuiſti nobis miniſtrare, nequaquam paſſus es per alienas domos gregem tuum diſpergi, multa nos dilectione complectens. Siquidem ante paucos dies habito conſilio de mittendo conventu major pars conſilium dederat domui plurimum expedire, ſi conventus divideretur, & quædam mobilia diſtribuerentur, donec pace reddita iterum congregarentur in unum, ſed fratrum amator, & populi Iſrael vir venerabilis ſupradictus Abbas Florius nulla poterat ratione aſſenſum præbere tanto complectabatur amore conventum. Hac autem neceſſitate extrema coactus cum multo dolore cordis, & mærore, ait Priori. Aſſumptis vobiſcum debilioribus, & omnibus aliis, qui vos ſequi voluerint, Mediolanum pergite, & adeuntes dominum Archiepiſcopum calamitatem quam patimur eidem exponite prout noveritis expedire & in tanta neceſſitate paternitatis ejus conſilium, auxiliumque requirite: autem fratres Prædicatores, & fratres Minores, necnon, & fratres Humiliatos aliaſq; religioſas perſonas in hac neceſſitate vobis petieritis ſubvenire; nec injuſtum credo, nec contrarium rationi: honeſtius namque cum eis quã cum aliis perſonis poteritis fratres relinquere, donec in brevi dãte Domino, poterimus eis in ordine providere. Spero autẽ Dominum Archiepiſcopum aliaſque perſonas religioſas largum vobis ſinum pietatis expandere, veſtriſque neceſſitatibus ſubvenire efficaciter. Sicut enim hoc ipſum nos aliis præſtitiſſe ſi quando neceſſe fuit alterum incommoda ſupportaſſe. Ego autem creditam mihi domum, & in tanto diſcrimine non derelinquam. Tunc Prior, & cæteri fratres perfuſi lachrymas diſceſſerunt pergentes Mediolanum. Quidam vero perrexerunt Papiam, qui de Papia fuerunt oriundi, illis autem abeuntibus, remanſit Abbas, & cum illo duo vel tres monachi, qui hunc ardentius amabant, ſteterunt, & pauci converſi. Tunc deſolationem domus ſuæ conſiderans, cœpit Jeruſalem deſtructionem novam plangere innovato dolore & cum Hieremia lamentabatur, dicens: Quomodo deſolata eſt civitas plena populo, lapides ſanctuarii, fratres mei quomodo diſperſi ſunt in capite omnium platearum? Ad ſe quoque reverſus cum Mathatia dicebat: Væ mihi, ut quid natus ſum videre contritionem populi mei, & contritionem Civitatis Sanctæ, & ſedere hic, cum data ſit domus in manus inimicorum, ſanctaque in manu extraneorum, factum eſt templum ejus ſicut homo ignobilis vaſa gloriæ captiva abducta ſunt, fratres ſpoliati ſunt, quidam crudeliter vulnerati. Iterum converſus ad fratres cum dolore dicebat. Heu fratres, heu ſacramenta noſtra, & pulchritudo noſtra, & claritas deſolata eſt, & coinquinaverunt eam gentes, quo ergo nobis adhuc vivere? Sibi vero totum imputans, quod acciderat cum Jona Propheta dicebat. Propter me tempeſtas hæc orta eſt, & cum Beato Job, peccavi, & vere deliqui, ut eram dignus non recepi, ut appenderentur peccata mea, & calamitas quam patior in ſtatera quaſi palea hæc levior appareret. Audientes autem vicini omne malum, quod acciderat Morimundo, compatientes ex animo complangebant, mittebantque panem, & alia victui neceſſaria Abbati, & fratribus qui cum ipſo erant. Stabant ergo ibi in fame, & ſiti, in fri-

gore, & nuditate egentes, anguſtiati, afflicti, in timore, & tremore multo. Prior autem, & qui cum ipſo erant fratres pergentes Mediolanum ſolo aſpectu intuentes ad pietatem, & lachrymas poterant commovere, in tanta paupertate, & nuditate pergebant. Præceſſerat jam fama & rumor eorum, quæ contingerant, unde cum viderent fratres taliter præcedentes compatientes percutiebant pectora ſua. Illis autem intrantibus domum, ego qui præſens eram, cum vidiſſem eos ſeminudos commota ſunt viſcera mea, & erumpere lachrymas me continere non potui, certe nec debui. Quis enim tam ferrei pectoris qui non fuiſſet commotus ad lachrymas, ſi tunc vidiſſet illos Patres, actu juſtos, affectu pios, canitie venerandos fore pulſos propriis ſedibus, nudatos veſtibus, afflictos verberibus, ſed & cæteri fratres qui aderant lachrymati ſunt. Unus autem ex ſenioribus præceſſerat fratres, & ſicut erat abſque Cuculla quodam ſtamineo ſcapulari indutus Clarevallem perrexit, ut nunciaret Abbati, & fratribus hæc. Cum ergo ſenex ille ea, quæ exigerant per ordinem retuliſſet, tunc Abbas Clarevallis, & fratres qui cum illo erant condolentes, miro charitatis fervore dixerat, ſe velle per omnia gravamina Morimundi propria ſupportare. Statimque Abbas cucullam ſuam, & proprium ſcapulare monacho illo donavit, & calceamenta dedit in pedibus ejus, & reverteuti Mediolanum dixit; Ex parte mea dicite Priori, & fratribus, ut ab invicem nullatenus ſeparentur, volo enim ego, & fratres mei hujus gravaminis incommodum totaliter ſupportare, donec in Claravalle panis unus poterit inveniri. Ite in pace, eras uſque ad domum veſtram veniam tempeſtive, & Priorem fratreſque accipiam ad meipſum: volumus namque omnes veſtris libenter communicare neceſſitatibus integraliter, donec, dante Domino, poterit commode conſilium inveniri. Interea Prior, & qui cum eo erant fratres jerant ad domum Archiepiſcopi, cumque Prior ea, quæ contigerant, expoſuiſſet ei plane, & humiliſque ſermonis, Dominus Archiepiſcopus, paterno compaſſus affectu, eidem reſpondit. Audivi, & conturbatus eſt venter meus à voce labiorum veſtrorum, viſcera mea commota ſunt, nec immerito, triplici namque dolore in hoc facto poſſe non immerito pulſari videtur quicumque ratione vigens erga Chriſtum pia dilectione efficitur: primo ſiquidem dolendum quod terribile nomen Dei ipſis Angelis formidandum ab hominibus tanto deſpectui habeatur; parum dixi immo certe profane nimis, & impie blaſphematur; uſque quo peccatores Domine uſque quo peccatores gloriabuntur, effabuntur, & loquentur, iniquitatem loquentur omnes, qui operantur injuſtitiam, populum tuum Domine humiliaverunt, & hereditatem tuam vexaverunt, fratres, loquor de Morimundo, quos Pater tuus dedit tibi jure hereditario poſſidere: ſed tu quoque Domine Jeſu eoſdem tibi proprio ſanguine redemiſti, hos viri impii deſpoliaverunt, verberaverunt, vulneraverunt, ad extremum taliter vexaverunt, ut ſolo auditu humanis mentibus poſſit horrorem incutere: hoc autem ideo fecerunt, quia dixerunt in corde ſuo, non videbit Dominus, nec intelliget Deus Jacob: ſcimus Domine tamen quia hæc omnia condita ſunt apud te, & ſignata in theſauris tuis, ſed & ipſi ſcient, cum glorificaveris manum, & brachium dexterum, cum retribueris abundanter facientibus ſuperbiam: tunc enim confundentur, & peribunt, & cognoſcent velint, nolint, quia nomen tibi Dominus. Jam ergo & ipſis dolendum, qui hæc egerunt, ſiquidem perierunt propter iniquitatem ſuam & graviter: non enim tantum religioſos, & innocentes nocuere, ſed & quod gravius eſt ſub prætextu fiduciæ, & ſecuritatis, quod etiam Pagani non facerent, pios homines impie nimis de domo propria ejecerunt. Ipſam domum incendio concremantes, in corde, & corde locuti ſunt falſa. Promiſerunt bona, & ecce turbatio, pacem & ſecuritatem, & nihil tantum eſſe potuit apud eos. Mandatum autem habemus à Deo qui non lætatur in perditione hominum,

A *pro inimicis exorare, ut vere pœniteant, & convertantur, & ſanet eos: dolendum eſt pro vobis fratres, qui indigna factis recepiſtis: quid enim fecit Conventus de Morimundo, ut tam immania tolerare? ſed hæc eſt gratia, fratres, ſi bona facientes, mala ſuſtineatis, ſicut & Patres veſtri, & Apoſtoli. Quid peccavit Joſeph, ut in carcere mitteretur? ſi propter fidem caſtitatis humiliaverunt in compedibus pedes ejus: ipſe autem nihil ſibi conſcius patienter ſuſtinuit. Ideoque favente gratia Dei, patientia pauperis non peribit in finem, ſiquidem non poſt multum temporis miſit Rex, & ſolvit eum princeps populorum, & dimiſit eum, conſtituit eum quoque Dominum domui ſuæ & principem omnis poſſeſſionis ſuæ. Patientiam quoque Job audiſtis, quomodo nudatus rebus, orbatus filiis, ulcere peſſimo à planta pedis uſque ad verticem in carne percuſſus patienter ſuſtinuit, & ait, Domine Deus meus abſtulit, ſicut Domino placuit, ita factum eſt, ſit nomen Domini benedictum. Si vero peccata, quibus ita merui, & calamitas quam pertuli,* B *in ſtatera ponderantur, quaſi arena maris calamitas gravior appareret; nam & Dominus hoc teſtatur cum ſe commotum dicit, ut affligeret eum fruſtra. Igitur quia & ipſe propter conſcientiam Dei ſuſtinuit patiens, & injuſte, non poſt multum temporis reddidit ei Dominus omnia duplicata. Hoc idem cernere eſt in Tobia aliiſque patribus multis, ipſe quoque Dominus qui ad præbendum nobis patientiæ humilitatiſque exemplum carnem ſumere, & crucem ſubire dignatus eſt, multa bona operatus fuerat apud Judæos, propter quod opus occidere eum morte turpiſſima condemnantes: Paulus quoque Apoſtolus perſecutionem patitur, & ſuſtinet, obſecrat, & blaſphematur, ad extremum pro bono prædicationis capite detruncatur, ſic & cæteri Apoſtoli, & ſequaces eorum. Illud quoque dilectiſſimi, vos non lateat quod ſancti Patres in tribulationibus non ſolum patientiam, ſed & lætitiam habuerunt: hinc eſt quod legimus eos in tonſione ſolemnizaſſe, quod nihil aliud eſt, niſi in rerum temporalium amiſ-* C *ſione gaudere. Igitur ſi filii Abrahæ ſumus, aliorumque Patrum opera illorum faciamus, ut ſimus & nos in tribulatione gaudentes; Moyſes namque dicit de Zabulon, & Iſacar loquens in typo juſtorum: Inundationem maris, quaſi lac ſugent, theſauros abſconditos arenarum; aqua maris prout amara eſt, præſentem tribulationem ſignificat, ſiquidem omnis diſciplina in præſenti non videtur eſſe gaudii, ſed mœroris: tamen per amarum poculum confectionis pervenitur ad gaudium ſalutis, & ideo viri ſancti non ſolum aquam maris ſed inundationem ideſt ipſam abundantiam tribulationis quaſi lac bibunt: idem ſuaviter, & dulciter potant theſauros, inquit, abſconditos arenarum: Arena vilis, & ſterilis humilitatem, & vilitatem ſignificat, quæ videtur oculis inſipientium ſterilis . . . . . Scripturæ.*

Nos inſenſati vitam eorum exiſtimabamus inſaniam, & finem eorum ſine honore, habet tamen hæc arena theſauros abſconditos, ſicut Apoſtolus dicit: Momentaneum tribulationis noſtræ & leve pondus D *gloriæ operatur in nobis; cumque Dominus Archiepiſcopus hujuſmodi ſermonibus fratres ad patientiam exhortatus fuiſſet, adjecit, & dixit: Patres Monaſteriorum terræ hujus, aliorumque Religioſorum locorum prælatos ad me faciam accerſiri, faciamque & precibus, & præceptis, ut fratres de Morimundo ſuſcipientes charitative, & officioſiſſime pertractent, donec ſecundum formam Ordinis, in Domibus Ordinis poterunt provideri. Ad hæc Prior reſpondit, ſi ſanctitati veſtræ congrue videretur, ego per memetipſum ipſos Abbates alioſque Prælatos locorum alloquerer. Timeo enim ne ſi verba primitus dicerentur per vos, putarent pro hac re nos aliquam vim ſibi voluiſſe inferre, nec eam nobis eſſe acceptum, & carum, quidquid nobis humanitatis impenderent, ſed quaſi ex neceſſitate, & non ſolo charitatis intuitu proprioque motu facere videremur. Tunc Archiep. certe, inquit, cogitaſtis: ite, & quæ cogitaſtis explete; ſi autem neceſſe fuerit ad me cum ſi*

du-

ducta, & ſecuritate redite, eroque vobis favorabilis in quantum potuero, & vobis placuerit poſtulare. Deus Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti conſoletur vos in omni tribulatione veſtra, faciatque cum tentatione proventum, ut ſuſtinere poſſitis: ſicque conſignans eos in pacem dimiſit.

Interea Dominus Abbas Clarevallis ad domum Morimundi, quæ eſt apud Mediolanum advenit; & vocatos ad ſe fratres voce flebili, vultuque lacrymabili allocutus eſt dicens: Quomodo langueſcente uno membro cætera membra per compaſſionem langueſcunt, ſic & compaſſi ſumus intimo cordis affectu, toto animo condolentes; audientes ſiquidem omne malum quod accidit vobis, non potuimus non flere cum flentibus, & non commoveri ſuper tribulationem Joſeph, fratres enim noſtri eſtis, non ſolum unius naturæ conſortes, ſed & unius fidei confeſſione germani: tria hæc nos tam fortiter validequæ conjungunt, ut nihil ſit quod nos debeat à mutua in Chriſto dilectione dividere. Quid naturæ vinculo fortius, quod & ipſa bruta animalia, quæ ſine ratione ſunt, ſolo naturali inſtinctu facit per compaſſionem ſibi invicem condolere, & ſua invicem onera ſupportare. Cernitur hoc in Elephantibus quorum ſi unus ceciderit, alii concurrentes toto nixu ſatagunt ſublevare. Cernere puderet ergo multum ſi natura quod poteſt in beſtiis, non poſſet in nobis: cauſa nempe ad confuſionem noſtram ſufficit ſi comparati jumentis inſipientibus facti ſumus ſimiles illis. Eſt tamen quorundam hominum tanta duritia, ut in hac parte nec jumentis quidem valeant comparari: alii ſunt quos Apoſtolus prædicat ſine affectione abſque miſericordia ſine fœdere eſſe, qui ſi viderint malum non operiunt ſed deſpiciunt eum, ſi viderint nudum, & plagis acceptis ſemivivum eum qui forte incidit in latrones non habentes curam illius pertranſeunt, quinimmo quod magis dolendum eſt veſtitos expoliant veſtibus, deſuper tunicam, pallium auferentes rapina pauperis in domo eorum lacertos pupillorum comminuunt, ſæpiuſque innocentes occidunt, poſſident tabernacula non ſua, nonne iſti comparati jumentis inſipientibus, beſtiis pejores, & crudeliores videntur?

Horum igitur ſententia longe ſit à nobis; cauſa eſt, & ſecundum vinculum quod arctius unit, fortiuſque conſtringit, ſcilicet una fides quæ nos facit unum corpus eſſe in Chriſto, & invicem membra. Igitur membrum quod in corpore eſt ſi non patitur altero patienti jure obſtupuiſſe probatur, dignumque eſt, ait, ſi in combuſtione eſt cibus ignis, cum enim glorificatum fuerit corpus Chriſti, quod eſt Eccleſia omne membrum aridum abſcindetur, & in ignem mittetur; quanam ratione membrum quod non patitur conregnabit? non erit particeps conſolationis æternæ, qui non fuit conſors per compaſſionem tribulationis fraternæ, abſit autem à nobis ut in die tribulationis cor lapideum, & non potius cor carneum habeamus, inveniamur, ſicut dives ille, qui ſepultus legitur in Inferno. Unimur autem fratres, & per tertium vinculum per ſacroſanctam ordinis unitatem. Hæc tanto nos vincit glutino charitatis ut gravamen veſtrum non aliter quam proprium ſentiamus. Eſt & aliud vinculum quod nos nimium ſtringit, illa ſcilicet familiaris dilectio, quæ ſpecialiter inter Morimundum, & Clarevallem fuiſſe cognoſcitur à diebus antiquis; ſiquidem auribus noſtris audivimus, & ſeniores noſtri annunciaverunt nobis, quomodo Morimundenſes largiter & liberaliter de rebus ſibi à Deo collatis Clarevallenſibus ſubvenire, ſi quando contingit tempeſtate, aut alio aliquo incommodo, ut aſſolet laboraſſe.

Cumque bonæ memoriæ dominus Petrus Clarevallis venerabilis Abbas hujuſcemodi ſermones plures protuliſſet in medium, adjecit, & aſtantibus ſibi fratribus dixit: Rogo, ut omnes tam monachi, quam converſi veniant in Clarevallem, illis tantum exceptis quos forte relinquere vultis ad domum cuſtodiendam: neque hoc rogo verbo & lingua tantum, quemadmodum conſueverunt facere ſeculares, ſed volo omnino, idque in quantum poſſum præcipio vobis, ut veniatis. Cumque hoc dixiſſet, fratres gratias ei egerunt, dixeruntque ſe velle expectare Priorem & cum conſilio ejus agere, quod magis expedire cognoſceret. Tunc dominus Abbas Clarævallis valedicens fratribus diſceſſit, cumque abiret, Priorem in civitatem obviam habuit, & ea, quæ fratribus dixerat, replicavit, eundemque multum rogavit ut in hac parte ejus preces, & monita exaudiret; ſtatimque ipſa die miſit ad domum noſtram plauſtrum onuſtum panibus, & ligna & alia neceſſaria multa. Prior autem habito conſilio ſuper iis quæ dominus Abbas Clarævallenſis dixerat, viſum fuit ei non fore juſtum, ſi omnes fratres Clarevallem tranſmittens, ipſos ſupra modum gravaret. Sequenti ergo die miſit illuc uſque ad quindecim fratres de ſenioribus, & infantibus, & infirmioribus ad remotiora loca convenienter tranſmitti: deinde pergens Prior allocutus eſt Patres Monaſteriorum, aliorumque religioſorum locorum Prælatos, expoſuitque eis imminentis anguſtiæ gravamina, & preſſuras, ipſi audientes quæ contigerant, pro nobis compatientes affectu unanimiter reſponderunt ſe eſſe prompta devotione paratos noſtris neceſſitatibus poſſe integraliter ſubvenire corde pleno, & animo volenti, quemadmodum ſibi ipſis vellent in caſu conſimili ſubveniri: multi quoque qui ſuper hoc non fuerant requiſiti, miro charitatis fervore ſuccenſi proprio motu veniebant ad domum noſtram, & quaſi pro magna gratia poſtulabant aliquos ſibi ex fratribus concedi ad cohabitandum, ut eis neceſſaria miniſtrarent.

In hujus tamen humanitatis exhibitione fratres de Brevi aliis de Ordine humiliatorum ferventiores præ cæteris extiterunt, fratribus itaque per loca diſpoſitis, nihilominus Abbates, aliique Prælati, & religioſæ perſonæ mittebant fratribus, qui in domo remanſerunt, panem & vinum, ligna, & alia neceſſaria, fratres etiam de . . . . . . præ alia beneficia, quæ nobis in illo neceſſitatis articulo contulerunt, ad induendos fratres duas nobis pecias optimi panni miſerunt, ſimiliterque fratres de Vicobuldone unam peciam miſerunt; ſanctæmoniales quoque compatientes nobis eodem pietatis affectu mittebant fratribus encænia multa. Eodem vero tempore, quo hæc facta ſunt, erat apud Morimundum bonæ memoriæ dominus Lombardus tunc temporis Abbas Aquæ frigidæ vir ætate grandævus, canicie, & moribus venerandus, qui ipſius Morimundenſis monaſterii & prius filius, & poſtmodum pater ferme per decem annos extiterat, aliis quoque temporibus à juventute ſua in adminiſtratione temporalium ſortitus locum monaſterii hujus prudenter, & fideliter portavit negocia Morimundi.

Igitur cum abbatizzaret in monaſterio Aquæfrigidæ ipſo in tempore tanquam bonus filius ad viſitandam matrem ſuam, & domum Morimundenſem advenerat, factum eſt dum eſſet ibi, ea, quæ ſuperius deſcripſimus, contigerunt: Videns autem ſuum conſilium, & auxilium Abbati de Morimundo, & fratribus Pater tunc perneceſſarium fore, non acquievit diſcedere, donec negocia reformarentur ubicunque. Peractis itaque apud Morimundum diebus aliquot dominus Abbas Morimundi, & dominus Abbas Aquæ frigidæ Mediolanum ierunt, & inito conſilio de fratribus per diverſas domos diſpergendis, ad Imperatorem, qui tunc ad Pontem vivum cum exercitu morabatur, pariter pervexerunt poſituri querimoniam coram ipſo, quomodo Papienſes monaſterium Morimundi quod ab antiquo fuerat Imperialibus privilegiis præmunitum, & in protectionem Regiæ Majeſtatis ſuſceptum, in uſu temerario deſtruxerunt contra eam, quam ipſi etiam promiſerant fiduciam, & ſecuritatem agentes: guerrarum autem impietas eodem tempore tanta immanitate ſervebat ut etiam religioſis perſonis abſque gravi periculo de loco ad locum minime pateret acceſſus, ſed prædicti patres noſtri ſupra memorati Abbates reformandi domos deſiderio æſtuantes ſponte ſe periculo & diſcrimini obtulerunt, & pergentes cum multo labore pervenerunt pedeſter ad locum qui Pons vivus vocatur, ubi Imperator cum exercitu demorabatur, cumque ſtetiſſent ibi in pau-

per-

pertate & neceſſitate multa per dies aliquot; tandem die quadam opportunitate inventa adeuntes Imperatorem, ſicut tunc ſedebat in equo, allocuti ſunt eum, ea, quæ contigerant, breviter exponentes. Ipſe vero cum audiſſet, abiit, nihil aliud quam ſibi doluiſſe, reſpondit. Prior autem, & cellerarius, qui tunc erat nomine Columbus & columbinis moribus adornatus, cum commiſiſſet eis dominus Abbas ad conſulendos fratres vices ſuas factis literis, & datis expenſis modicis tamen .... eo tempore non multum ſuppetebat facultas transmiſerunt fratres, miſerunt autem binos, vel ternos, aut certe plures ſimul; ſed dicitur quod Abbatiæ ad quas eos mittebant poſſe portare: Erat autem videre piiſſimum, quomodo Prior unumquemque complectens paterno affectu flebat per ſingulos dies, ſimiliter & alii qui aderant flebant: cumque flevissent pariter idque diutius vix poterant ab invicem ſeparari, tanto ſtringebantur dilectionis affectu: præ abbundantia vero ſingultuum, & lachrymarum vix poterant lingua verba formare; itaque nobis flentibus, ipſi quoque perfuſi lachrymis profecti ſunt; quidam ad orientem, quidam ad occidentem, quidam autem ad alias mundi partes iverunt. Nolumus vero ſilentio prætterire illum plane dilectionis affectum, quem filii noſtræ domus ſcilicet Aquæfrigidæ, & domus Caſalevalone nobis in illo noſtræ neceſſitatis articulo præbuerunt; ſiquidem ſtatim, ut auditum fuit apud Aquamfrigidam noſtræ deſtructionis infortunium, Prior loci illius ſocietate aſſumpta feſtinus Morimundum advenit. Ex parte totius Conventus dictæ domus obnixe rogavit, tot fratres ſibi ad cohabitandum concedi, quotcunque poſſet dicta domus portare: Ad hoc etiam inſtabat multum aſſerens, & affirmans quod fratres Aquæ frigidæ communiter omnes & ſingulariter univerſi uſque ad extremum ex omni corde volebant cohabitare ſeipſis, ut noſtris neceſſitatibus ſubvenirent. Qualiter autem accipienda ſit tanta dilectio charitatis in promptu cernere eſt omni ratione utenti, non eſt autem aliqua oblivione delenda: ſimiliter dominus Abbas Caſalis multæ probitatis, & induſtriæ ut audivit deſolationem Morimundi, & infortunium, cui ſimile alicubi in domo noſtri ordinis contigiſſe non ſcitur; & ipſe veniens feſtinus ad ſupportanda incommoda Morimundi ſe ipſum tanta liberalitate obtulit, ut aſſumptis fratribus, quos Pater Abbas eidem conceſſit, multo tempore retinuit eos benigne, & charitative pertractans. Ceteræ autem Abbatiæ ordinis, quę per Lombardiam habentur, miſſos ad ſe fratres de Morimundo eodem tempore, aut ſusceperunt invite, aut non ſusceperunt omnino, quæ aut ſusceperunt eos, aut omnes, aut partem remiſerunt in brevi. Excipimus Abbatiam Fontis, quæ quatuor monachos ad ſe miſſos, & devote ſuſcepit, & benigne tractavit, idque tempore multo, quod apud nos nulla debet oblivione deleri.

Non autem miramur multum, nec ægre ferimus, quod Abbatiæ, quæ per Lombardiam ſunt, non ſuſceperunt, aut ſuſceptos remiſerunt fratres, ſiquidem & ipſarum erat amaritudo, & pavor per circuitum, plures quoque jacturam non modicam pertulerunt, & paucæ fuerunt intra finium Lombardię, quæ ſævientis perſecutionis rabiem non ſentirent; fratres vero, & Morimundenſes, qui ad remotas partes miſſi fuerant, euntes ibant, & revertebantur in ſimilitudine columbæ, quæ emiſſa de Arca, cum non inveniret ubi requieſceret pes ejus, revertebatur ad arcam: ſimili modo qui Morimundo fuerunt emiſſi tunc temporis, cum eos non ſuſciperent Abbatiæ, aut ſuſceptos non diutius retinerent, revertebantur Morimundum quaſi ad propriæ Arcæ manſiunculas. Abbas vero qui tunc Arcam, domum ſcilicet Morimundenſem inter fluctus perſecutionum, & tribulationum regebat, revertentes columbas intromittere non valebat; erant enim manſiunculæ in Arca deſtructæ, & omnia in quamdam confuſionem redacta, ſiquidem propter inopiam domorum de neceſſitate cogebantur homines, & jumenta communiter habitare, Caſtrum enim, quod remanſerat, fratres, & boves vix poterat continere, cibus quoque qui ſufficeret tam fratribus, quam bobus in eſcam non erat; itaque cum fratres qui revertebantur multis, & neceſſariis cauſis ſuſcipi non valerent, cogebantur augumentato dolore, & innovato labore iterum pergere, & proficiſci, cumque iterum, atque iterum mitterentur, neque ſuſciperentur, facti ſunt quaſi grex diſperſus in montibus, & quaſi oves errantes non habentes ovile. Quis audiens hæc non compateretur talibus talia patientibus? Ecce enim vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos; homines juſti injuſte, & impie de domo ſua expulſi non inveniunt ubi poſſint ſiſtere greſſum. Erat autem diſcurſus fratrum euntium & redeuntium, non ſolum laborioſus, verum etiam & periculoſus nimis per guerrarum malignitatem, quæ tunc temporis fere ubique terrarum fervebat; hinc eſt quod quidam ex fratribus iterando deprædati fuerunt. In hac autem tribulationum, & tentationum tam valida tempeſtate plures ſcandalizati abierunt retro, & de ordine exierunt, quidam vero qui ante deſtructionem domus propria levitate ſeducti egredi cupiebant, & pro accipiendis literis inquietabant Abbatem, propria experientia docti, didicerunt illius ſententię veritatem: Nequiſſima vita eſt hoſpitandi de domo in domum: unde & aliqui in optimis Abbatiis ſuſcepti, cum quaſi oves familias officioſiſſime tractarentur, non poterant permanere, ſed proprio motu multis periculis, & laboribus exponentes revertebantur ad ſuam, magis in domo propria volebant in omni paupertate, & neceſſitate manere quam abundare deliciis in domibus alienis. Quicunque ergo eſt qui hæc legit, vel audit, jam ſi ſpiritus poteſtatem habens aſcenderit ſuper te, tu locum tuum ne dimiſeris; non enim locorum mutationem, ſed morum correctionem Sacra Scriptura ſuadet: Quanquam legamus nonnullos ſanctorum Patrum certa neceſſitate, aut aliqua rationabili cauſa de loco ad locum migraſſe. Loth cum habitaret in Sodoma, & affligeretur a malitia inhabitantium in ea, non migravit propter afflictionem, & multitudinem oppreſſionis, qua iniqui affligebant de die in diem animam juſti, antequam per Angelum ad hoc ipſum fuiſſet admonitus, vade, & tu fac ſimiliter. Ponatur quod ibi ſis, ubi ſedes eſt Sathanæ, & cum ſcorpionibus habites, qui te detractionibus pungunt, in faciem cædunt, multipliciterque affligunt, propter hoc ſuſtinens non langueſcas, vel diſcedas.

Si autem malitia eorum in tantum excreverit, ut non poſſis abſque gravi periculo animæ tuæ manere cum eis, aut ſi forte de voluntate majoris, aut alia juſta de cauſa exire compulſus fueris, tunc juxta conſilium Angeli exiens de medio eorum, in monte ſalvum te fac; ſic enim habes in Regum volumine, quod David exiens de ſede in locum tutiſſimum morabatur in deſerto, manſitque in monte ſolitudinis Ziph. Loca tutiſſima in deſerto regionis ſunt loca bene inſtructa & ordinata regularibus inſtitutis, & ibi eſt ſine dubio Mons ſolitudinis Ziph, quia ibi floret altitudo converſationis cæleſtis, Ziph namque interpretatur florens; in flore namque & pulchritudo videtur, & odor ſentitur, & ſpes fructus percipiendi habetur; cernere autem eſt in ſancta converſatione hæc omnia multo melius, & præſtantius quam in flore. O quam pulchra eſt vitæ ſpiritualis amœnitas, certe juxta ſententiam Beati Job, non conferetur tinctis in die colubris, neque tinctura immundiſſimæ veſtis componetur.

Denique concupiſcit Rex ſpeciem ejus, & factus eſt formæ illius amator. Habet flos bonæ vitæ odorem ſuavitatis eximiæ, dicente Apoſtolo, Chriſti bonus odor ſumus Deo in omni loco: fama ſiquidem bonæ vitæ ſpargit ubique quaſi lilium vivificæ ſuavitatis odorem. Eſt etiam ſanctimonia vitæ mater ſanctæ ſpei; fructificabit enim omnino, & fructus ejus ſuavitatis æternæ.

Congrue per montem ſolitudinis Ziph vitæ ſanctæ altitudo ſignatur: ſcimus autem plurimos eſſe,

qui nulla rationabili cauſa, nulla neceſſitate, ſed impatientia quadam, & proprii cordis levitate commoti de loco ad locum migrare deſiderant, dicunt enim apud ſe non recte cogitantes, domus iſta nimia paupertate deprimitur, nimis graves labores habent monachi, vigiliæ nimis protrahuntur: Præterea cibus modicus, veſtitus vilis, & aſper, tranſe hinc, & vade in talem, & talem locum; in conventu panis triticeus miniſtratur, ibi cenſura ſilentii non ita diſtricte ſervatur; ibi in omni pace, & conſolatione manebis, hæc cogitaverunt, & erraverunt: nam cum obtinuerunt licentiam tranſeundi ad alium locum importunitate, & inſtantia multa, non invenientes ibi omnia quæ ſperabant, mox redire ad propriam tota anxietate anhelant, ſicque & aliis ſcandalum, ſibi notam levitatis inducunt. Non enim ideo migraverunt ut ſe transferrent ad montem ſolitudinis Ziph, hoc eſt ut ſe ipſos promoverent ad altiora virtutum, ſed petierunt literas in Damaſcum, voluerintque ſalvari in Segor. Quid eſt petere literas in Damaſcum? & quid eſt velle ſalvari in Segor? Damaſcus interpretatur ſaccus ſanguineus: non eſt hic ſaccus Beniamin habens in ſe ſcyphum argenteum in quo ſolebat augurari Joſeph; ſaccus Beniamin, corpus eſt cujuslibet ſancti viri, eſt nempe ad ſimilitudinem ſacci aſprum abſtinentia, & labore, & quodam ſui neglectu deſpicabile, & vile videtur; ſed latet in eo ſcyphus argenteus precioſus ſanctitatis theſaurus, de quo Eccleſiaſticus dicit: Jucunditas cordis hæc eſt vita hominis, & ſine defectione theſaurus ſanctitatis. Saccus autem ſanguineus illorum corpus ſignificat, quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſionem.

Iſti ergo qui tanta intentione conſolationem cordis ſui ſectantur, & ideo ad alium locum licentiam quærunt, iſti ſunt ſine dubio qui petunt literas in Damaſcum, voluntque ſalvari in Segor, cum Angelus hortaretur Loth ut ad montana conſcenderet rogavit dicens: Obſecro Domine eſt civitas hic parva. Segor vitam carnalium, & negligentiam deſignat, quę nequaquam minima eſt numero, ſed virtutum merito, ſicque minima vocabitur in regno cœlorum. Volunt ergo ſalvari in Segor, hoc eſt conſolationes carnis ſuæ ſalvas habere negligenter vivendo. Contra hujuſmodi negligentes terribiliter ſatis intonat Evangelica tuba, qui voluerit animam ſuam ſalvam facere, perdet eam: Eccleſiaſticus etiam, in iram devoretur, ait, qui ſalvatur; ſed ecce dum perſequimur fratres noſtros charitative, ac ſpiritualiter, à via, qua ire cœperamus, digreſſi ſumus: at tamen multum diei ſupereſt, poterimus favente gratia Chriſti, & ad viam redire quod per pravorum ſocietatem non ſit continuo locus mutandus, ſicut quidam faciunt dum nolunt fraterna onera ſupportare: manifeſte nempe minus nos bonos oſtendimus, dum nolumus malos per patientiam tolerare, quod feciſſe, Beatus Job teſtatus eſt dicens, frater fui draconum, & ſocius ſtruthionum, non autem loci mutatio, ſed inter malos juſta converſatio ſuadetur nobis eſſe juſtorum. Nam ſi locus quemquam perfectum faceret, nec Sathan de cœlo, nec Adam de Paradiſo fuiſſet ejectus. Tolerandi ergo, non fugiendi ſunt mali juxta illam ſententiam: Non potest Abel eſſe, quem Cain malitia exercet; exacuerunt enim contra nos, ut gladium, linguas viri mendaces, dum eos imitari contemnimus, eoſque libere increpamus & corripientes in porta, odientes in ore, frænetici manum medici mordent, ſed quæ cura ſit nobis derogant detrahentes, pravorum namque derogatio vitæ noſtræ approbatio eſt. Itaque propter hoc ne efficiamur inſtabiles, Dominus nos hortatur, & conſolatur per Ezechielem dicens: Cum ſcorpionibus habitas, verba eorum ne timeas, & vultum eorum ne formides.

His itaque dictis contra quoſdam, qui levitate ſeducti pro accipiendis literis conſueverunt inquietare Prælatos, ad noſtræ calamitatis hiſtoriam revertamur.

Cum ergo revertentes fratres omnes, ut prædiximus, recipi non valentes, fuit de conſilio communi, ut nullus reciperetur ad cohabitandum de redeuntibus, ne forent aliis, qui diſperſi erant in ſcandalum, & domui ingravamen, donec clementior è cœlo reſpiceret oculus, & pace reddita, filii Dei qui diſperſi erant iterum congregarentur in unum. Detinebantur ergo extra terminos Abbatiæ duobus vel tribus diebus, & iterum mittebantur, euntes autem ibant, & flebant gementes, & dolentes in cordibus ſuis, quod Morimundenſis illa quondam nobilis Abbatia, quæ ad ſe miſſos hoſpites conſueverat & devote ſuſcipere, & ſingulari charitate tractare, proprios, & domeſticos admittere non valeret. Monachorum vero, & converſorum qui Morimundo hujus diſperſionis remanſerunt actus, & patientia ſi ſcribantur, poterunt pios animos ad compaſſionem movere, & poſteris in exemplum virtutis, ſed hoc ſequentis libelli principio reſervemus. Hact. hiſt.

Cæterum diri hujos Papienſium facinoris cauſa, & eventus juſtis Archiepiſcopi Vvillelmi, ac monachorum querelis ad Gregorium IX. Pontif. Max. delata, ita commovit paternæ pietatis viſcera, animumque io Papienſes juſte accendit, ut Vercellenſi ſtatim Epiſcopo ſuis dederit in mandatis, ut per cenſuram Eccleſiaſticam ad ſatisfactionem uſque condignam illos compelleret. Verum cum Epiſcopus eos in judicium arceſſiſſet, quidam maligni ſpiritus Papienſis monachus Apoſtolicas literas fraudulenter abripuit, juſque Vercellenſi ademit, ſicque tum propter unius fraterculi malitiam, tum propter bella, quæ tunc à Federico Imperatore in Longobardiu excitata fuerant, Papienſes ad ſatisfactionem cogere noo valuerunt: quinimo in ſua malitiu cum per plures annos permanſiſſent, iterum ſub Clemente IV. Pontifice monaſterium pene dilacerarunt. Excitarunt hæc Mediolanenſium civium pietatem, qui Clementem de his omnibus per literas certiorem fecerunt ann. 1266. quarum extat apud me exemplar ex copiali Cœnobii tabulario, quas hic adſcribere non inconſultum mihi viſum fuit, maxime cum Mediolanenſium erga religioſos homines pietas, & amor recenſeatur.

Sanctiſſimo in Chriſto Patri domino Clementi Divina Providentia Sacroſanctæ Romanæ, & Univerſalis Eccleſiæ ſummo, & glorioſo Pontifici.

Beltramus de Grecho Mediolani poteſtas, Conſilium, & Commune civitatis ejuſdem cum omnimoda devotione pedum oſcula beatorum. Cum Papienſes olim affidaſſent, & ſub protectione recepiſſent Abbatem, Monachos, converſos, monaſterium, grancias, res, & bona Morimundi Ciſtercienſis Ordinis, quod monaſterium ſitum eſt inter nos, & Papienſes in finibus noſtri diſtrictus; ipſi Papienſes in perſonis, & rebus ipſorum monachorum, & converſorum monaſterium, & grangias, multas offenſiones fecerunt, vulnerantes ex ipſis ad mortem, & vaſtantes vineas, & ſata eorum, & res quampluvimas rapientes; ita quod quaſi ineſtimabile damnum, & injuriam vix emendabilem ipſi monachi, & converſi perpeſſi ſunt; propter quod ad bonæ memoriæ quondam dominum Gregorium prædeceſſorem veſtrum habuerunt recurſum, qui miſericorditer ipſorum precibus condeſcendens mandavit domino Epiſcopo . . . Vercellenſi, ut per cenſuram Eccleſiaſticam dictos Papienſes compelleret ad reſtitutionem omnium prædictorum, adque ſatisfaciendum injuriæ competenter, & ipſe Epiſcopus mandatum Apoſtolicum exequens reverenter, congrua ſolemnitate Poteſtatem, & Commune Papiæ ſupra prædictis citavit, & aliquem habuit ſupra prædictis proceſſum. Sed propter guerram, quæ in partibus Lombardiæ damnibiliter intervenit: & etiam quia unus Monachus oriundus Papiæ, qui de dicto ordine ſicut homo perverſus exivit bullam literarum Papalium, prout firmiter creditur, diripuit fraudulenter. Prædictus Epiſcopus finaliter cognoſcere non potuit de prædictis, nec ipſi Papienſes ſicut uiique decuiſſet, ipſis Monachis ſatisfacere curarunt; quinimo anno præterito proxime præſenti, facientibus nobis partem ſupra Ticinum ad honorem

Dei & noſtrum, & Eccleſiæ ſcilicet matris, & Regis Siciliæ ad honorem Beati Jacobi Apoſtoli, & omnium fidelium Lombardorum, iidem Papienſes venerunt hoſtiliter ad Monaſterium antedictum, & ad quaſdam ipſius grancias, & abſtulerunt pannos de dorſe quibuſdam ex prædictis monachis, & converſis, & in loco Baſiliano deſtruxerunt altare, & tugurium Eccleſiæ ad honorem Jacobi Apoſtoli facta ibi, & lapidem ipſius Altaris nequiter abſtulerunt, ſpoliarunt, & inſuper dictam grangiam, & grangiam de Faravetula, & Gelata, Blacca, vino, & rebus aliis perperam, & inique, & vaſtarunt vineas, & arbores ipſius monaſterii ferocius quam vaſtaſſent Saraceni, aut quilibet alii, ſi qui poſſunt inveniri longius à Catholica fide diviſi. Quorum damnorum occaſione dicti Monachi, & monaſterium ad tantam paupertatem venerunt, quod oppreſſi multis debitis non habent quod comedant, immo per alia monaſteria dicti Ordinis eſſe coguntur, & ut breviter concludamus, ad ſic infimam conditionem ſunt ducti, quod niſi Dei, & veſtrum conſilium adſit, & auxilium ſalutare, dictum Monaſterium, quod olim inter cætera dicti Ordinis monaſteria præcedebat, præpollebatque, ad nihilum redigetur. Supplicamus igitur Apoſtolicæ ſanctitati veſtræ omni affectu quo poſſumus, quatenus conditionem, & ſtatum dicti monaſterii ſolita pietate contemplantes petitionem . . . . Abbatis, & Conventus dicti Monaſterii dignemini admittere & adimplere. Mandando alicui diſerto viro ut ſecundum formam petitionis eoſdem dictos Papienſes ad ſatisfactionem dictarum ruinarum, & injuriarum Eccleſiaſtica cenſura compellat: hoc ſicut veſtrum ſuadet officium clemens pater ad laudem bonorum, & ad exemplum aliis exhibendum, ne perſonis, & manſionibus Eccleſiaſticorum inferant damnu de cætero majora. Datum Mediolani die Dominice 1. menſ. Maii.

Habemus & originale Honorii IV. diploma, quod Epiſcopis, aliiſque Prælatis Longobardiæ ſcripſit pro Monachis, ut ab injuriis, & tribulationibus tandem aliquando redimerentur, his verbis conceptum.

Honorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerabilibus fratribus epiſcopis, & dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, & aliis Eccleſiarum Prælatis per Lombardiam univerſam conſtitutis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Non abſque dolore cordis, & plurima turbatione didicimus, quod ita in pleriſque partibus Eccleſiaſtica cenſuræ diſſolvitur, & canonicæ ſententiæ ſeveritas enervetur, ut viri religioſi, & ii maxime, qui per Sedis Apoſtolicæ privilegia, majore donati ſunt libertate, paſſim à malefactoribus ſuis injurias ſuſtineant, & rapinas, dum vix invenitur, qui congrua illis protectione ſubveniat, & pro fovenda pauperum innocentia, ſe murum defenſionis opponat: ſpecialiter autem dilecti filii . . . . . . Abbas, & Conventus de Morimundo Ciſtercienſis Ordinis Mediolanenſis diœceſis, tam de frequentibus injuriis, quam de ipſo quotidiano defectu juſtitiæ conquerentes univerſitatem veſtram literis petierunt apoſtolicis excitari, ut ita videlicet eis in tribulationibus ſuis contra malefactores eorum prompta debeatis magnanimitate conſurgere, quod ab anguſtiis, quas ſuſtinent, & preſſuris, veſtro poſſint præſidio reſpirare: ideoque univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, atque præcipimus, quatenus illos, qui poſſeſſiones, vel res, ſeu domos prædictorum fratrum, vel hominum ſuorum irreverenter invaſerint, aut ea injuſte detinuerint, quæ prædictis fratribus ex teſtamento decedentium relinquuntur, ſeu in ipſos fratres contra Apoſtolicæ ſedis indulta ſententiam excommunicationis, ſeu interdicti præſumpſerit promulgare, vel decimas laborum de poſſeſſionibus habitis ante Concilium generale, ſeu nutrimentis ipſorum, ſpretis Apoſtolicæ ſedis privilegiis extorquere, monitione præmiſſa, ſi laici fuerint, publice candelis accenſis excommunicationis ſententiam promulgatis, ſi vero Clerici, vel Canonici regula-

A *res, ſeu Monachi fuerint, eos appellatione remota ab officio, & beneficio ſuſpendatis, neutram relaxari ſententiam, donec prædictis fratribus plenarie ſatisfaciant & tam laici, quam dicti ſeculares, qui pro violenta manuum injectione, anathematis vinculo fuerint innodati, cum diœceſani Epiſcopi literis ad ſedem Apoſtolicam venientes, ab eodem vinculo mereantur abſolvi: de monachis vero, & Canonicis regularibus id ſervetur, ut ſi ejuſdem clauſtri fratres manus in ſe injecerint violentas per Abbatem proprium, ſi vero unius clauſtri frater in fratrem alterius clauſtri huiuſmodi præſumpſerit violentiam exercere per injuriam paſſi, & inferentes, Abbates abſolutionis beneficium aſſequantur: etiamſi eorum aliqui prinſquam habitum receperint regularem tale aliquid commiſerunt, propter quod ipſo actu excommunicationis ſententiam incurriſſent, niſi exceſſus ipſorum eſſet difficilis, & enormis, utpote ſi eſſet ad mutilationem membri, vel ſanguinis effuſionem proceſſum aut violenta manus in Epiſcopum, vel*
B *Abbatem injecta, cum exceſſus tales, & ſimiles ſine ſcandalo nequeant præteriri. Villas autem in quibus bona prædictorum fratrum, vel hominum ſuorum per . . . . detenta fuerint, quamdiu ibi ſunt interdicti ſententiæ ſupponatis. Datum Laterani VII. Id. Januarii Pontificatus noſtri anno primo.*

MEMORIA.

Anno Domini 1314. die Veneris 25. Martii Turriani per ſummum Pontificem anathematizati, & per dominum Henricum Sextum Imperatorem banniti, atque de Mediolano expulſi, una cum illis de Ozino Abbate, Rozate, & aliis multis excluſis, & bannitis ſimul, & cum multis Papienſibus intrinſecis excommunicatis ſolemniter, & rupta, & dirupta fidantia per eos multis vicibus promiſſa, data, & clamata abſque ulla reverentia, ſupraſcripta die circa horam nonam, fraudulenter ſub ſimulatione fictæ pacis intraverant Monaſterium Morimundi, & ibi omnia hoſtiliter diripuerunt, & invaſerunt Monachos, & converſos ſpoliantes, atque
C *verberantes, & reverberantes, oſtia domorum, cellarum, & officinarum undecumque confringentes atque inde beſtias omnes deducentes, & cuncta mobilia aſportantes; ita quod ipſa die & in ipſa robaria pejeraverunt monaſterium ipſum cum hominibus, & granciis ſuis quæ & ibi ſua bona repoſuerant, & alibi de beſtiis, ſuiſque bonis mobilibus fuerunt derobati in lib. quinque millibus tertiol. ſive Papienſium exceptis aliis robariis ante hanc per eam ipſam factis, & exceptis damnis inenarrabilibus, quæ per hanc robariam ſubſecuta ſunt.*

97. Fr. LEO de Perego, Mediolanenſis, ex Ordine Minorum, hanc ſedem ad eam diem in Italia inaudita ratione obtinuit. Cum enim electorum exæſtuaſſet comitium, ita ut tranſverſa jacerentur ſuffragia, & nulla videretur ſpes fore, ut in unum aliquando cumulate coirent; ſæpius enim verſata urna feſellerat Electores, ſic ut ejus vel luſu vel pertinacia voluntatum pertæſi rem totam alicujus boni viri arbitrio compromittendam cenſerent. Erat XCII
D tunc Mediolani frater Leo ex Ordine Minorum, Theologus, concionator facundus, & ſagax, cujuſque indoles major angulo clauſtri videretur: huic electionem, omni provocatione ſecluſa, tranſigendam demandant. Qui perſpectis omnibus, ut inconſulta temeritas deinde exularet à facto, hac brevi gravique oratione animos electorum ſuſpendit: *Mediolanenſes*, inquiens, *divinoque cultui deditiſſimi clerici, cum me tanto expediendo negotio præfeceritis, quis jam dubitare poſſit, quale, quantumque de me ſit omnium veſtrum judicium? Prætuliſtis enim me pannoſum hominem, atque delitoſcentem in clauſtro vobis omnibus, quæ veſtra ſumma moderatio eſt, atque eligendis ipſis, quos modo Mediolanenſi throno dignos ſuſpiciebatis, cum ſcilicet vos, ac illos ex uno meo arbitrio decreviſtis pendere. Ego igitur tametſi noverim ſcriptum, nemo aſſumit ſibi honorem, niſi qui vocatur à Deo tanquam Aaron, mihique plane religio ſit ſemel ſuſce-*

ptum ſaccum mendicitatis excutere, ut tantam honorificam veſtrum de me degeneri animo videar contempſiſſe judicium, me ipſum, judicio veſtro jam approbatum, ac Mauritii quondam Pariſienſis Epiſcopi in non diſpari cauſa præjudicio animatum Archiepiſcopum Mediolanenſem declaro. Ad latam ſcilicet ſententiam primum obſtupuit populus, tum & arriſit, demum geſtivit præ gaudio, ita ut poſtea Pontifici ipſi Romano ea fratris Leonis callida interpretatio juris probaretur anno 1241. quæ tot litium capita uno ictu truncaſſet. Cæterum Leo ſe præclare natum oſtendit, cum contra Turrianos potentiſſimam gentem plebeque ſuffultam, Politicum Mediolani Principatum ſit conatus invadere. Ex eo conatu illud eſt aſſecutus, ut temporarii dominii omnino non eſſet exors; tametſi inde circumventus ærumnis, illud retulerit, ut bis exularet à Patria, ac demum in Lignano ſuæ juriſdictionis Caſtello, ubi ad curas levandas pulcherrimum ædificarat Palatium, laboribus fractus vitam finiret 1257. die 14. Octobris. Ibidem ſepultus jacet. Hujus Epiſcopi tempora S. Petri Veronenſis ex Dominicano Ordine primi in Italia Inquiſitoris ſub deſævientibus hæreticis illuſtre martyrium nobilitavit: cujus ſacrum corpus apud S. Euſtorgium Dominicanorum templum, ac Domicilium honorifice conquieſcit. De Leone conſule Corium p. 2. Vvaddingum, Matthæum Paris, Panvinum, Chalcum, Sigonium, Ripamontium, alioſque. Defuncto Leone Mediolanenſis ſedis quatuor annorum 9. menſium, ſeptemque dierum conſecutum eſt interregnum; duo, ut habet Calchus, ad eam dignitatem aſpirabant, Raymundus Turrianus, & Franciſcus Septala, vir egregiæ moderationis, & tanto oneri ferendo magis idoneus. In hac diſſenſione, & diſcordia tertius inſurgit Apoſtolica auctoritate ereatus, is fuit Otho Vicecomes Præpoſitus Decii Pagi ordinarius Cathedralis, & Canonicus Eccleſię Ambroſianę, Franciſco Septala ſponte cedente, qui omnino impar æmulis erat.



XCIII 98. OTHO [a] igitur Vicecomes, cognomento Magnus, Uberti, & Anaſtaſiæ Pirovanæ, quam alii Bertam vocant, filius, poſt tam diuturnum interregnum, Octaviano Cardinali Ubaldino legato agente, ad Patriæ ſedem evectus eſt, Urbano IV. electionem approbante anno 1261. Hic primus Archiepiſcopus Mediolanenſis fuit è Vicecomite nobiliſſima gente, vir utique ſui ævi in magnis Principibus numerandus, adeo enim opibus, armis, tam civili, quam militari prudentia valebat, ut non ex vano apud omnes magni Archiepiſcopi, præpotentiſque tulerit cognomen. Ejus præclare res geſtas ſcripſit Merula, Calchus, Corius, Jovius, pluresque alii hiſtorici, qui de Vicecomite gente cumulate narrarunt. Synodum Provincialem ad componendos ſacerdotum mores ſolemni ritu pompaque auguſtiore celebravit, in qua magnam illam contentionem de dignatione, quæ inter Brixianum, & Vercellenſem Epiſcopos per id tempus vertebat, ad æquilibrium exactiſſimi juris expenderunt. Abrogavit, quæ olim, Henrico Archiepiſcopo ſedente, Avenus Mediolani poteſtas ad Civium ſimultates ſedandas ſanciverat, ſcilicet ut Eccleſiæ majoris honores, qui hactenus intra nobilitatem ſteterant, ſpe tantum Epiſcopalis gradus excepta ad plebem communi conſenſu tranſirent: ſimiliter ut locum inter Cardinales ordinarios ſortiri poſſent conceſſum nobilibus, æque plebeii inter decumanos ſacerdotes admitterentur. Cautum quoque fuerat, ne tot alii ſacerdotes ex aliis Eccleſiis in Majorem cum redditibus transferrentur, & cum Decumanis numero, cenſu, ſuffragio Ordinariis æquarentur, haberenturque nihilominus unum corpus, una fraternitas, unum collegium, & quæcunque agenda dies attuliſset, & conjunctim agerent. Hæc, inquam, antiquaſse Othonem, & ad priſcum reduxiſse morem, ut in poſterum optimates tantum nobileſque civitatis inter ordinarios Metropolitanæ Eccleſiæ cooptarentur, docet publicum, quod extat, monumentum in ejuſdem Eccleſiæ tabulario (matriculam nobilium vocant) anno 1277. die 20. Aprilis Othonis auctoritate firmatum. Plura etiam pietatis opera abſolvit Otho, Civitatem, ac Mediolanenſem Eccleſiam ita prudenter adminiſtravit, ut propemodum ambidexter & Eccleſiaſticum decorem promoverit ad miraculum, & in Vicecomite gente totius Inſubriæ prope Regium fundaverit principatum. Matthæum nepotem militari virtute, & prudentia clarum adminiſtrationi reipublicæ, collatis paulatim honoribus admovit. Deceſſit ſuæ ætatis ſupra ſeptem octuagenarius anno 1295. 6. Id. Auguſti in Clarevallenſi nobili Cœnobio, quo ſenio jam confectus tamquam ad tranquilliſſimum portum diu exoptatæ quietis confugerat. Ejus deinde corpus regia plane pompa in Cathedralem ſepeliendum detulerunt, ubi in marmoreo ſepulchro hoc exornarunt epitaphio.

Inclytus ille Pater Patriæ, lux, gloria Patrum,
Fulgor juſtitiæ, fidei baſis, arca ſophiæ,
Largitor veniæ, portus pietatis egenis,
Intrepidus Paſtor, quem moles nulla laborum
Ardua devicit, populo latura quietem;
Ille pius Princeps, & præſul amabilis, in quem
Altus virtutum ſplendor convenerat omnis,
Quo Mediolanum radiabat lampade tanta,
Totaque fulgebat Regio, nunc pallet adempto,
Clara Vicecomitum proles venerabilis Otho,
O dolor! o vulnus! cinis eſt hoc marmore factus.
Chriſte Pater vitæ requieſcat ſpiritus in te.
Annis undenis ter ſenis, terque diebus
Præfuit Eccleſiæ Paſtor bonus Ambroſianæ,
Mille ducenteno quinto, novieſque deceno.
Quarto hic Auguſti bis liquit gaudia mundi.

99. RUFINUM deinde Frixettum, Lucenſem, Archidiaconum Remenſem, Bonifacius VIII. Pontifex, Mediolanenſem, novo quidem exemplo, hominem extra Mediolanenſium Cardinalium ordinem, ſubvexit ad ſedem anno 1295. 12. Kal. Novemb. ex Reg. Vatic. E. 555. f. 124. an. 1. Cujus electionem ægre tulere Mediolanenſes, tamquam externi hominis, nec in Ambroſianis ritibus enutriti. Cæterum breviſſimus Pontifex fuit, hoc eſt tredecim tantum menſium, deceſſitque ipſa die Divo Ambroſio ſacra 1296. XCIV


100. FRANCHINUS [b], ſeu Franciſcus deinde Fontana Parmenſis, olim Meſſanenſis Archiepiſcopus, & Epiſcopatus Nolani adminiſtrator, à Bonifacio VIII. ad hanc ſedem tranſlatus eſt 1296. Agendi dexteritate valuit ita, ut tametſi externus eſſet, ea auctoritate apud cives Mediolanenſes tamen pollebat, ut cum Vicecomitum potentiſſima gente ſimultates exercere potuerit, & adjuvantibus Alberto Schotto, Caſſoneque Turriano, e Mediolano exigere. Primum lapidem poſuit templo S. Spiritus, quod extra murum Mediolani funda- XCV.

tum

[a] De quo Cotta in Muſæo Novarien. p. 177. Manſuet.

[b] De hoc videndus Bordonus in Theſ. Eccl. Parmen. c. 6. p. 299 & Libanorius in Ferraria aurea par. 1. p. 37. Manſuet.

tum eſt anno 1296. ſedit annos 12. Angleriæ mortuus eſt anno 1308. relatumque Mediolaoum, io Metropolim intulere.



XCVI 101. CASSONUS Torrianos, Conradi Muſcæ Mediolani Domini filius, Metropolis canonicus ordinarius, & decanus Aquilejenſis Eccleſiæ, electus Archiepiſcopus fuit 1308. atque à Clemente V. confirmatus, conſecratuſque ab Epiſcopo Novarienſi. Qnem tanta lætitia populus excepiſſe narratur, ac ſi Mediolanenſi Eccleſiæ divioitus videretur attributus. Decem annos varia fortuna, eventuque ſibi creditam adminiſtravit Eccleſiam variaſque lites, atque ancipites de jurisdictione cum Vicecomitibus, Vidoneque Turriano ſuo affine agitavit, à quo cum fratribus plerumqne eſt indigna paſſus uſque ad carcerem. Henricum VII. Imperatorem in Ambroſiana Baſilica Regem Longobardorum coronavit die Epiphaniæ anno 1311. Civitatemque Ferrarienſem ſub impugnantibus Venetis ſolvit obſidione, deinde ad Patriarchatum Aquilejæ translatus eſt anno 1317. Gueiſæ factionis princeps prope Florentiam equo lapſus, fractoque cruce exceſſit è vivis, ſepultuſque eſt apud S. Crucem vaſtiſſimæ magnitudinis Minoritarum templum, in claustro in marmoreo ſepulchro, quod ad hanc diem ſine inſcriptinne ſpectatur. Hnjus meminere Joannes Villanus Hiſtor. Florent. Leander Albertus, Triſtaons Calchus, Ripamontius, aliique omnes, qui de Mediolaneoſibus rebus narrationem aliquando inſtituerunt. Cæterum Caſſonus excuſſus equo, ſuæ quodammodo gentis à Magno Matthæo Vicecomite è Mediolano everſæ ruinam viſus eſt præſagiſſe. Turriani poſt hæc ad unum uſq; Mediolano depulſi, Veronam, Venetias, ac Forum Julii demigrarunt, ubi hactenus dignitatibus, ac divitiis nobilitatem avorum quam à Caroli Magni Imp. temporibus Mediolani diſſeminaverant, perbelle tuentur, & colnnt.

XCVII. 102. Fr. AICARDUS Antimianus à Camodea Novarienſis Diœceſis, ex Ord. Min. (1) à Joanne XXII. ad Mediolanenſem ſedem promotus eſt anno 1317. ejuſdem autem Pontificatus ann. 2. die 4. Kalend. Octobr. Notus enim erat Pontifici Avenione, ob reconditam doctrinam, vitæque probitatem inſignis. Magnum Matthæum Vicecomitem, ejuſque filios ſenſit adverſarios Mediolani per id tempus Dominos. Quibus obſtantibus, numquam Eccleſiæ ſibi creditæ inIit poſſeſſionem: quamobrem à communione fidelium illos ſubmovit: exulque deceſſit 1341. Menſe Auguſto cum prius præſagiſſet plures ærumnas Mediolanenſibus ſuperventuras, ut probavit eventus. Narrant oonnulli Aicardnm deceſſiſſe anno 1339 Ripamontius vero lib. 9. to. 2. affirmat Aicardum Mediolanenſem Archiepiſcopatum Nuvarienſi commutaſſe, mille florenorum auctum penſione, ex placito Joannis XXII. Qua in re ſuſpicor Ripamontium fuiſſe hallucinatum: cum io libris proviſionum Prælatorum ſnb Joanne XXII. Benedicto XII. Sextoque Clemente numqnam Aicardus nominetnr Novarienſis Epiſcopus, neqne item io illius catalogo Eccleſiæ Præſulnm reperiatnr; conſtat autem anno 1342. Joannem Mediolanenſem Antiſtitem fuiſſe electnm, quod evenire potuit anno poſt Aicardi exceſſum. Cæterum quæ fuerint in Aicardum, ac Mediolanenſem Eccleſiam à Matthæo Vicecomite illatæ injuriæ, qua vero prudentia, quave animi magnitudine adverſus eundem indeſeſſe laboraverit, docent acta Borgolicenſis Synodi prope Alexandriam ab ipſo congregatæ, aſſidentibus tum hereticę parvitatis Inquiſitotibus ex Ordine Prædicatorum viris clariſſimis, nonnulliſque ſuæ Eccleſiæ Epiſcopis ſuffraganeis, ubi Matthæi facinora, & in Dei Eccleſias perſecutiones, & mala illata diligenter recognita, hoſtis Eccleſiæ contumax hæreticus ab Aicardo juſta ſententia damnatus, à fidelium communione ſegregatus eſt; quæ quidem acta ab originali Vaticani Archivii, hic exſcribenda duximus. ut virtus Aicardi, & Mediolanenſis Eccleſiæ illis temporibus qualis fuerit, agnoſcat prudens lector.

In nomine Domini. Amen.

Dudum ſanctiſſimus Pater, & Dominus noſter Joannes magna Dei providentia Papa XXII. habens Matthæum de Vicecomitibus de Mediolano, filios ſuos & quoſdam alios ex certis cauſis graviter ſuſpectos de labe hæreticæ pravitatis, & propterea volens quod contra ipſos procederetur, nobis fratri Aicardo Dei gratia S. Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo, ac fratribus Barnabæ priori provinciali Lombardiæ, Paxio de Vedano, Jordano de Montecucho, Honeſto de Papia inquiſitoribus hæreticæ pravitatis in dicta provincia ſuperioris Lombardiæ, ſuas direxit litteras in hac forma; Joannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerabili fratri Archiepiſcopo Mediolanenſi, ac dilectis filiis inquiſitoribus hæreticæ pravitatis in ſuperiori Provincia Lombardiæ ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Profanus hoſtis, & impius auctor immanis ſcelerum, & culparum Matthæus Vicecomes de Mediolano partium Lombardiæ rabidus populator, &c. Dat. Aven. 11 Kal. Januar. Pontif. noſtri anno VI.

Nos autem Archiepiſcopus, & Inquiſitores præfati receptis cum reverentia debita litteris ſupraſcriptis volentes mandatis præfati domini noſtri humiliter, & efficaciter obedire, timentes probabiliter, ac viſibiliter ſuſpicantes, quod idem Matthæus nuncios citationem noſtram deferentes ad eorum præſentiam accedere, imo nec civitates, caſtra, terras, & loca, quæ detinet occupata, intrare non permitteret quoquo modo, cum notorium eſſet in partibus Lombardiæ, quod nullus portans litteras maxime contra eum, ad eius præſentiam, & terras quas tenebat, & tenet ſua tyrannide accedere permitteret, ſicut nec adhuc permittitur, quia dictis litteris ſpolietur ſicut accidit nuper à feſto nativitatis Domini citra in perſonis venerab. Patris Domini Simonis Parmenſis Epiſcopi, ac religioſorum virorum Arnulphi S. Ambroſii, & Lanfranchi S. Simpliciani Mediolan. Monaſteriorum Abbatum, qui ad dictum Matthæum de voluntate, & licentia reverendi in Chriſto Patris Domini Legati prædicti pro certis negotiis iſta tangentibus, accedebant, qui in ingreſſu comitatus Mediolanenſis ſuper pontem fluminis Ticini per officiales, & ſatellites dicti Matthæi, ac eorum ſocii religioſi, ac presbyteri, ac familiares alii veſtibus, & calceamentis, aliqui etiam uſque ad camiſias exuti fuerunt, eorumque veſtes, & calceamenta, & etiam ſellæ equorum, & ſomeriorum diligentius perquiſitæ, ſi aliquæ litteræ in iis involutæ fuiſſent aſtante Prælatorum, & Cleri, & populi multitudine numeroſa, eundem Matthæum per edictum publicum, & ſolemne prout nobis etiam per Apoſtolica privilegia conceſſa, in quiſitionis officio competebat in civitate Aſtenſi, ubi tunc temporis videlicet 13. menſis Januarii proxime præteriti morabamur peremptorie citavimus, ut in lo-

(1) Diſſentiunt Auctores circa Ordinem Religioſum, cui nomen dederit Aicardus. Vvaddingus, quem ſecutus eſt Ughellus noſter, Ordinem Minorum amplexum fuiſſe teſtatur, at Fontana in Theatro Dominic. p. 84. plures tum è propria familia, tum exterorum Auctorum proferens teſtimonia Prædicatorum inſtituto illum vindicat. Cotta in Muſæo Novarien. Vvaddingi partes ſequitur.

co de Borgolio juxta Alexandriam in Eccleſia S. Mariæ ejuſdem loci de Borgolio xxv. die menſis Februarii proxime tunc futuri, cum continuatione dierum ſequentium compareret, & adeſſet perſonaliter coram nobis ſuper contentis in dictis literis Apoſtolicis, & aliis hæreſim ſapientibus, & tangentibus, de quibus poſſet haberi veriſimilis ſuſpicio, contra eum veritatem dicturus, & proceſſurus in his quæ in hujuſmodi noſtris proceſſibus ei facienda incumbeeent, & ſententiam auditurus, & facturus, & eccepturus ſupee eis quod juſtitia ſuaderet, ſignificantes, & aperte prædicentes eidem quod uiſi in dicto termino coram nobis juxta modum, & formam citationis hujuſmodi compareret contra eum ſuper labe hæreticę pravitatis, & aliis prædictis juxta formam canonum, & alias ſicut nobis per jura ſcripta, & Apoſtolica privilegia ſuper crimine hæreſis conceſſum extitit ſecundum tenorem literarum Apoſtolicarum prædictarum ad ſingulos actus, qui faciendi, & expediendi incumberent, & ad deſinitivam ſententiam contra eum, tam in dicto loco de Borgolio, quam alibi ubi nobis expendi videretur mediante juſtitia procedere curaremus, ejus abſentia, vel contumacia non obſtante eoque ulterius non citato. Locum autem prædictum de Borgolio ex eo ipſi Matthæo duximus aſſignandum, tum quia eſt proximus, & vicinus terris, quas dictus Matthæus detinebat, ſicut adhuc detinet occupatas, tum etiam quia ad alia loca, quæ idem Matthæus detinebat, & detinet pro his quæ facienda incumbebant nobis tutus non patebat acceſſus. Et ut prædicto Matthæo omnis calumniæ tolleretur occaſio nec poſſet prætendere quod dictus locus de Borgolio non tutus, ſed ſuſpectus eſſet, eidem paratos nos obtulimus ei per literas Domini legati præfati, ac nobilium virorum Dominorum Raymundi de Cardona partium Lombardiæ Vicarii Regii, & Capitanei generalis, & Bernardi de Monte Servio ſeneſcalli Regii Pedemontis, & partium earundem militum, nec non Vicarii Regii, & communis dicti loci de Bargolis, & alias de ſecuritate idonea providere, ac ut hujuſmodi citationis edictum ad dicti Matthæi deduceretur notitiam chartas, ſive membranas citationem conſtituentes eandem in majores civitatis Aſtenſis, nec non & S. Mariæ dicti loci de Borgolio Eccleſiæ oſtiis affigi fecimus, ſeu appendi, quæ quaſi ſuo ſonoro præconio, & patulo judicio citationem hujuſmodi publicarent, ita quod præfatus Matthæus non poſſet prætendere citationem ignoraſſe prout de his plenius conſtat per patentes literas noſtris ſigillis munitas, quas in noſtris proceſſibus fecimus regiſtrari.

Verum licet hujuſmodi citatio prout legitime nobis conſtat ad notitiam ipſius pervenerit, idem tamen Matthæus dictis loco, & termino, aut etiam poſtea quandocumque quamvis in eodem loco de Borgolio poſtea per plures dies fuerimus, non comparuit ut debebat per ſe, aut aliam perſonam legitimam, quæ aliquid rationabile proponeret pro eodem, quinimmo Marcus de Vicecomitibus, filius dicti Matthæi hæretici, & Gerardus Spinula Capitaneus generalis exercitus Matthæi præfati cum magna multitudine equitum, & peditum armatorum, & exercitu magno valde erectis vexillis Marci, & Gerardi prædictorum, & communis Alexandriæ locum prædictum Borgolii, ubi nos Archiepiſcopus, & Inquiſitores prefati dicta die 25. Febr. præſentes eramus, pulſata campana in Alexandria, ſicut conſuevit pulſari ad arma, non ſine Dei, & Eccleſiæ, & Domini Papæ prædicti, cujus auctoritate fungimur ſicut tunc etiam fungebamur, manifeſta injuria, & contemptu grandi, præjudicio fidei, & turbatione inquiſitionis, pro quo ad dictum locum Borgolii veneramus, hoſtiliter invaſerunt, projiciendo carellos, & ſagittas, & alias etiam impugnando, propter quæ eumdem Matthæum reputantes merito contumacem, juxta formam dictæ commiſſionis nobis factæ proceſſimus ad ea, quæ facienda nobis in eodem negotio incumbebant, viſis & cum diligentia recenſitis probationibus per nos receptis, tam pee litteras, & proceſſus Domini Papæ prædicti, & Domini Legati, & alia inſtrumenta, quæ in præſentis negotii proceſſu inſerei fecimus, quam per teſtes juratos, & diligenter examinatos, & aliis in dicto noſtro proceſſu contentis habitaque ſupee eis in loco de Valentia Papienſis diœceſis, ubi Legatus prædictus cum ſua curia noſcitur eeſidere, ad quem locum nos tranſtulimus, ut tutius, & ſolemnius, & conſultius procedere valeremus, frequenti, & matura deliberatione nobiſcum, & cum Domino Legato prædicto, & venerabilibus in Chriſto fratribus Dominis Guidone Aſtenſi, Uguccione Novarienſi, Simone Parmenſi, Frederico Saonenſi, & Guillelmo Albenſi Epiſcopis, ac religioſis viris Aſtulpho S. Ambroſii, Lanfranco S. Simpliciani, Philippo S. Celſi Mediolanenſis, ac Bernardo S. Dalmatii de Burgo Aſtenſis Diœceſis, & Henrico S. Marchiani de Terdona monaſteriorum Abbatibus, & cum prudentibus viris magiſtris Guillelmo Rovelli decano de Burlaſſo Caſtri Diœceſis, Stephano Hugoneli doctore decretorum canonico Albenſi Domini Papæ Capellanis, & ipſius ſacri Palatii, ac dicti Domini Legati cauſarum auditoribus, & pluribus aliis divini, & humani juris peritis, quia legitime nobis conſtat, quod præfatus Matthæus contra eandem Matrem Eccleſiam, & libertatem Eccleſiaſticam ſui elati cordis erigens cornua ipſamque apprimens, & contra eam violenter inſurgens nonnullis Eccleſiis Mediolanenſis Civitatis, & Diœceſis tallias, & collectas multipliciter oneroſas impoſuit, illaſque per ſpoliationem rerum, captionem, & detentionem perſonarum, ac diverſos cruciatus corporum violenter exegit, in pluribus monaſteriis civitatis, & diœceſis prædictarum tam virorum quam mulierum perſonas inſufficientes, & indignas, ſuæ faventes nequitiæ, in prælatos fecit præfici violenter, pluresque perſonas in illis pro ſuo libito voluntatis intruſit, ac in ipſis monaſteriis monialium plures puellas, poſtquam ipſis fuerat impudentee abuſus, ad quarum aliquas etiam poſt religionis ingreſſum, tamquam canis ad vomitum dicitur, & ex veriſimilibus conjecturis præſumitur rediiſſe: per Scotum ſiquidem de S. Geminiano, & alios ſatellites ſuos nonnullas perſonas Eccleſiaſticas, etiam in ſacerdotio conſtitutas per violentiam capi fecit, & detineri carceribus, ac in ipſarum aliquas diverſorum tormentorum genera crudeliter exerceri. Venerabilem etiam in Chriſto patrem Dominum Ubertum Dei gratia Vercellenſem Epiſcopum inſtantia violentæ hoſtilitatis per filios, & ſatellites ſuos obſedit, ipſumque, ac præpoſitum de Rodobio Archipresbyterum, & plures canonicos Eccleſiæ Vercellenſis capi fecit, & tam ipſos, quam Abbatem Monaſterii S. Stephani Vercellenſis carcerali cuſtodia detineri, quorum aliqui in eiſdem expleaverunt carceribus, & adbue aliqui detinentue, quamquam idem Epiſcopus divinæ miſerationis auxilio evaſerit manus ejus: bona quoque Eccleſiarum in terris occupatis per ipſum ſuis applicavit uſibus violenter, & illarum prælatos coegit miſerabilitee exulare, ac prælatis in curia Domini Legati prædicti morantibus ne pro expenſis ipſorum pecunia, ac procurationes ipſi Domino Legato debitæ ad ipſum, & pecunia decimæ dudum impoſitæ pro ſubſidio Terræ Sanctæ collectæ in partibus illis ad Apoſtolicæ Sedis Cameram quomodolibet portarentur, per ſe, & miniſtros ſuos impedivit, euntes etiam ad curiam Romanam, & redeuntes ab ea, & ne litteræ Domini Papæ, & ſupradicti Domini Legati ad alios, & ab aliis mitterentur ad ipſos, impedire præſumpſit, quas literas frequenter fecit etiam aperiri, pluresque Cruceſignatos ultra numerum trecentorum dudum congregatos Mediolani in ſubſidium Terræ Sanctæ, dum in loco fratrum Minorum Mediolani prædicationem crucis audirent, per ſuos ſatellites invaſit hoſtiliter, ipſoſq; fugavit, gravavit, & aliquos etiã detinuit violenter. In Provincia quoq; Lombardiæ pacẽ turbat, diſcordias ſeminat, guerras commovet, diſſenſiones excitat, & aliis malis innumeris cauſam præſtat. Præfatus inſuper Matthæus tot, & tantis nefandis ſceleribus, & exceſſibus horridis involutus exorbi-

tans

tans à fidei catholicæ veritate, verum lumen non videns, de ſacramentis male ſentiens, ac clavium, & Eccleſiaſtica poteſtate, ipſaſque contemptibiliter vilipendens diutius ſuſtinuit plures excommunicationum ſententias latas in ipſum, tam ab homine, quam à jure, ac interdictum eccleſiaſticum, cui præfata civitas Mediolanenſis ipſius Matthæi exigentibus culpis ſuppoſita fore dignoſcitur, fecit multoties violari, laicorum corpora defunctorum in Eccleſiis, ac cœmeteriis pulſatis campanis miniſtris ipſarum invitis, & renitentibus faciens ſepeliri, id idem fieri faciens in terris, & locis, quæ per filios ſuos detinet occupata ſimili appoſitis interdicto. Præterea Zacharinam filiam ſuam, quæ ipſo præſente cum Richardino de Langoſco in Eccleſiæ facie publice per verba contraxerat, de præſenti, nulla divortii ſententia præcedente, alteri de facto, dicto Richardino vivente, matrimonialiter copulare præſumpſit. Nonnullos etiam Eccleſiæ prædictæ devotos avertit ab ipſius devotionis conſtantia, & eos, qui ab eadem devotione ſunt, peccatis exigentibus, alieni, ne reverterentur ad illam, ſuis perverſis conatibus perturbavit; impedivitque prælatos & religioſos ne Synodos, Concilia, vel Capitula congregarent, & ne in ſubditos ſuos viſitationis, aut correctionis officium exercerent, & proponerent verbum Dei, ac propter ſævam tyrannidem miniſtrari modo debito nequiverunt Eccleſiaſtica Sacramenta, propter quæ pullulant hæreſes, ſchiſmata creſcunt, à cultu divino receditur, fidelium animæ perditioni ſæpius exponuntur, periclitantur corpora, ſcandala ſuſcitantur, & auſus panditur aliis malis innumeris perpetrandis. Supradictus denique Matthæus præmiſſis omnibus irretitus, & illius aſtutia fraudulenta deceptus, qui ad generis humani æternum laborat interitum celare non valens ulterius ſui cordis peſtiferam labem, qua longo imbutus tempore, licet eam ſub hypocritæ palliatione celaret, ad cor, & tantorum enormium perpetrationem ſcelerum labebatur, ut & tranductam in ipſum à progenitoribus ſuis ex diverſis lateribus velut palmes, qui à radice trahit amaritudinem, pravitatis hæreticæ labem, qua nonnulli ex progenitoribus ſuis, prout eſt manifeſtum, ac etiam in partibus illis exiſtit notorium, ſuſpecti notati, & aliqui condemnati ignis incendio, ſequeretur, complures ſibi conſiliarios, & ſecretarios, & officiales aſſumpſit ſecumque retinuit, ſicut adhuc retinere dignoſcitur, prædicta labe notatos, & graviter diffamatos, ex quibus Franciſcus de Garbagnate fuit punitus propterea impoſitis ſibi crucibus in tam execrabilis erroris memoriam, quas per non modici temporis ſpatium deportavit. Cum ſchiſmaticis quidem, & Eccleſiæ Romanæ rebellibus confœderationem fecit, ac ligam, ac officium inquiſitionis prædictæ expellendo, videlicet inquiſitores pravitatis ejuſdem de Mediolano annis pluribus jam elapſis per minas, & potentiam, & alias etiam impedivit. Olim etiam dum alias regimini civitatis eidem de facto præeſſet rogavit pro liberatione cujuſdam hæreticæ Manfredæ nomine, quæ tunc tenebatur in carcere, & quæ fuit poſtmodum judicio ſeculari relicta, & demum ignis incendio concremata. Dæmones præterea, quorum eſt ſervus effectus, & cum quibus confœderationem feciſſe videtur, & deſperatus de Divina potentia, multoties execrabiliter invocavit, & quæſivit ab eis reſponſiones, & conſilia in agendis. Reſurrectionem quoque corporum humanorum, quam fides catholica docet, & ſancta Romana Eccleſia profitetur, & tenet, impie negat devians à fidei veritate. Adhuc etiam cum excommunicationis ſententiam in ipſum per eundem dominum noſtrum ob ipſius contumaciam rite latam, per triennium, & amplius ſuſtinuiſſet, ſicut adhuc ſuſtinet animo indurato, & per hoc haberetur de labe pravitatis prædictæ non indigne ſuſpectus, fuiſſetque propterea per literas ejuſdem domini Papę intendentis inquirere contra eum ſuper labe pravitatis prædictæ peremptorie citatus, ut infra certum temporis ſpatium coram eodem domino Papa ſe perſonaliter præſentaret inquiſitionem hujuſmodi ſubiturus, & recepturus, quod juſtitia ſuaderet, quia in dicto citationis termino, & poſt etiam expectatus de gratia, comparere per ſe, vel alium contumaciter non curavit, præfatus dominus Papa eundem Matthæum de conſilio reverendorum patrum S. R. E. Cardinalium fratrum ſuorum decernens, & reputans prout erat merito contumacem ipſum propter hoc excommunicationis vinculo innodavit, quam per annum, & amplius ſuſtinuit, ſicut adhuc ſuſtinet animo indurato, quæ omnia plenè coram nobis probata ſunt, ut ſuperius continetur. Ex his, & aliis multis, quæ ad hoc juſte, & rationabiliter nos inducunt, Chriſti nomine invocato, ſedentes pro tribunali definitam ſententiam proferentes, præfatum Matthæum de Vicecomitibus de Mediolano contumaciter abſentem, ipſius tamen abſentiam divina repente præſentia, in his ſcriptis ſententiando decernimus, & judicamus hæreticum manifeſtum, eumdemque Matthæum velut hæreticum condemnantes, ipſius bona omnia mobilia, & immobilia, jura, juriſdictiones, & quæcunque alia ubicunque ſint, & quibuſcunque nominibus cenſeantur, eadem ſententia confirmamus, imo decernimus confiſcata, & nihilominus ipſum Matthæum cingulo militiæ, officiis publicis, dignitatibus, & honoribus quibuſcunque privantes, ſeu privatos fore declarantes excommunicationis ſententiæ, ac perpetuæ infamiæ, & omnibus aliis pœnis, à juris conditoribus contra hæreticos ſtatutis, ordinatis, & promulgatis, eum decernimus ſubjacere, ac ejus perſonam exponimus à fidelibus capiendam, filios inſuper, & nepotes Matthæi præfati prælaturis, dignitatibus, & aliis beneficiis eccleſiaſticis cum cura, vel ſine cura, quæ tenere noſcuntur & officiis publicis, ac honoribus quibuſcunque privamus, vel privamus fore potius denunciamus, eoſque ad obtinendum in poſterum prælaturas, dignitates, alia eccleſiaſtica beneficia cum cura, vel ſine cura, officia publica, & honores quoſcunque indignos, & inhabiles declaramus, in quorum omnium teſtimonium, & memoriam futurorum præſentem ſententiam noſtram per inſtrumentum, notarium publicum officii inquiſitionis prædictæ ſcribi, & publicari mandavimus, & noſtrorum ſigillorum appenſionibus communiri; lecta, lata & in ſcriptis pronuntiata fuit ſententia ſupradicta per religioſum virum fratrem Barnabam Priorem provincialem prædictum pro tribunali ſedentem vice ſua & reverendi Patris domini Archiepiſcopi, Pauli & Honeſti, & Jordani inquiſitorum prædict. etiam pro tribunali ſedentium in Eccleſia S. Mariæ de Valentia Papienſis Diœceſis anno à Nativitate Domini MCCCXXII. Indictione V. die quartadecima menſis Martii Pontificatus ejuſdem domini Joannis Papæ anno VII. præſentibus reverendo in Chriſto Patre domino legato prædicto, & venerabilibus Patribus dominis Guidone Aſtenſi, Huguccione Novarienſi, Simone Parmenſi, Friderico Saonenſi, & Guillelmo Albenſi Epiſcopis, & religioſis viris, Aſtulpho S. Ambroſii, Lanfranco S. Simpliciani, & Philippo S. Celſi Mediolanenſis, Bernardo S. Dalmatii de Burgo Aſtenſis diœceſis, & Henrico S. Martiani Terdonenſis Monaſteriorum Abbatibus ordinis S. Benedicti ac nobilibus viris Raymundo de Cardona Vicario regio partium Lombardiæ, & Bernardo de Monteſerino Seneſcallo regio Pedemontis, & aliorum cleri, nobilium, & populi utriuſque ſexus multitudine copioſa. Et Ego Frater Thomas Vitoni de Ripolis fratrum Ordinis Prædicatorum publicus authoritate imperiali, & nunc ipſius officii inquiſitionis notarius ad hoc per inquiſitores eoſdem aſſumptus lectioni, & prolationi dictæ ſententiæ, & omnibus ſupradictis dum coram inquiſitoribus ipſis agerentur præſens interfui, & ea omnia de mandato, & authoritate præfatorum inquiſitorum in his duabus peciis chartarum ſimul conglutinatis ſcripſi, & in hanc publicam formam redegi, meoque conſueto ſigillo ſignavi, in teſtimonium prædictorum, anno, indictione, die, menſe, Pontificatu & loco prædictis.

Perculſus hujus edicti ſeveritate Matthæus Vi-

ce-

cecomes, quamvis in Aicardum, & cæteros præſules irarum habenas omoes effunderet, nocere tamen noo potuit, Raymundus eoim de Cardona, quem Robertus Siciliæ Rex, Clemeotis V. primum ac deio Joaonis XXII. authoritate, & beneficentia creatus Prorex Cæſareus in Inſubria & Hetruria copiarum ſuarum ducem ad controverſa jura repetenda præfecerat, ona cum Bertrando Legato valido exercitu præſidiario Borgolium communiverat, retruditque omnes conatus Vicecomitis, qui infami hæreſeos nota inuſtus cum extremum diem obiiſſet, curis, anniſque affectus, ſepulturæ Eccleſiaſticæ non eſt traditus, quamvis filiorum potentia regiam pene adæquaret. Cum vero aliquot poſt annis, ejus nepotes, Joannes Epiſcopus Novarienſis, & Luchinus in gratiam cum Eccleſia reſtituti, parto, uti dicetur, Inſubriæ imperio quod beneficentiæ ſedis Apoſtolicæ acceptum retulere, ægre admodum ferrent hanc avi infamiam, cujus labes in ſtirpem univerſam redundabat, queſti ſunt apud Benedictum, Matthæum Vicecomitem ab Aicardo fuiſſe partium Gibellinarum odio, non rite damnatum, ac licet flagitia plura in eccleſiaſticos, quos Guelpha irretitos factione ſuæque amplitudinis hoſtes putabat, pluraque etiam patrarentor à militibus quorum particeps non eſſet, tamen in extremo vitæ flexu, & ancipiti tentatum morbo, inſpecta rerum humanarum fragilitate traduxiſſe mentem ritu Chriſtiano ad divina, & criminum ſuorum acerbe ipſum pœnituiſſe. Quibus propoſitis, Benedictus, quem non Goelphæ, non Gibellinæ partes ab æquitatis recto tramite de torquere poterant, utpote excelſi, & omnibus virtutibus exaggerati animi Pontifex, qui in Ciſterciensi ordine, ut ipſe in pluribus documentis teſtatur. ſanctitatis rudimentis fuerat inſtructus, Aicardo Archiepiſcopo Mediolanenſi dedit imperia, ot ad ſedem Apoſtolicam accederet, atque publica acta in Matthæum Vicecomitem confecta perferret: quo argumento hæ datæ literæ ex Vaticano Regeſto deſcriptæ.

Venerabili fratri Aicardo Archiepiſcopo Mediolanenſi,

Dudum ſicut accepimus, tu Apoſtolica, & ordinaria authoritate una cum venerabilibus fratribus noſtris Pace Tergeſtino, & Jordano Bobienſi Epiſcopis ordinis fratrum Prædicatorum tunc in minori officio conſtitutis, ac inquiſitoribus hæreticæ pravitatis in provincia ſuperioris Lombardiæ authoritate Apoſtolica deputatis, & quibuſdam aliis fratribus ejuſdem ordinis coinquiſitoribus veſtris ſuper pravitate prædicta tunc viventibus, qui dicuntur de hac luce tranſiſſe, contra damnatæ memoriæ Matthæum de Vicecomitibus de Mediolano, ejuſque filios, nec non adverſus nonnullas ſingulares perſonas Mediolanenſis, Novarienſis, Pergamenſis, Cremonenſis, Cumanæ, Vercellenſis, & quarundam aliarum civitatum; ac caſtrorum, villarum, & locorum aliarum partium vicinarum ſuper fautoria præfatorum Matthæi, & filiorum ejus inquiſiviſti communiter, & diviſim, & nonnullos proceſſus ſuper hoc contra ipſos feciſti, & condemnationum ſententias promulgaſti. Cum itaque de dictis proceſſibus, & ſententiis tam per te, & alios poteris reperire, infra proximum futurum feſtum Pentecoſtes ad noſtram ſtudeas præſentiam perſonaliter te conferre: præfatis etiam Epiſcopis per alias noſtras conſimiles literas injungimus, ut ad nos propterea venire procurent. Datum Avenioni x. Kal. Martii ann. III.)

Paruit mox Aycardus, cumque Matthæi Vicecomitis cauſa diu fuiſſet diſcuſſa: ejus taoien corpus inſepultum jacuit, multiſque poſt annis lis apud ſedem Apoſtolicam repetita eſt, uo in extremo vitæ diſcrimine fuiſſet Eccleſiæ conciliatus, an hæretica lue contaminatus periiſſet.

Data alia Aycardo Archiepiſcopo Mediolanenſi à Benedicto XII. imperia prætereunda ſilentio non videntur, cum ex iis ejuſdem Pontificis integritatis ſplendor efflorescat. Intermiſerat Philippus Gallorum Rex Syriacam expeditionem, cui induto crucis ſymbolo, accepto è manibus Petri Rothomagenſis Archiepiſcopi, qui in Pontificatus ſummi faſtigio Clementis VI. nomen poſtea geſſit, ſolemoi ritu ſe devoverat, ſacramento pollicitus cruce ſignatas acies ex occidente in Aſiam traducturum in Babylonium, Ægyptiumque Sultanum aono MCCCXXXVI. Kal. Auguſti decretæ fuerant toto orbe Chriſtiano ſubſidiariæ ſacerdotiorum decumæ ad ſumptus bellicos ſuſtentandos profundendæ, præcipueque Italicæ præter Gallicas Philippo fuerant attributæ. Cum vero Gallus Anglico implicitus bello eas decumas in rem ſuam vertere affectaret, obſtitit Benedictus, reſponditque ſubirato Regi unicam tantum accepiſſe animam, eamque ſalvam velle, ſi duas nactus eſſet, alteram Deo, alteram ipſius dignitati addicturum. Cum vero ingentes opes coactæ eſſent ſacerdotum quæſtorum opera, non eas in Pontificium ærarium, uti egerat Bonifacius, qui hujuſmodi auro proditoribus ſuis præmia rependerat, cum eos lucri lenocino irritaſſet, ſed Eccleſiaſticis omne illud decumanum aurum refundi juſſit Encyclicis literis, quæ his conceptæ verbis ad Aycardum tranſmiſſæ fuerunt.

Venerabili Fratris Archiepiſcopo Mediolanenſi ejuſque Suffraganeis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Ex quotidiana inſtantia nobis licet immeritis ſupernæ diſpoſitionis arbitrio ſuper cunctas orbis Eccleſias incumbere ſuper earum cura ſollicitè vigilamus eaſque cum poſſumus ab oneribus libenter eximimus, & ab eis gravamina ſubmovemus. Dudum ſiquidem felicis recordationis Joannes Papa XXII. prædeceſſor noſter totis aſpirans deſideriis ad ſubventionem, quin imo ad reparationem hæreditatis Dominicæ, videlicet Terræ ſanctæ authoritate Apoſtolica de fratrum ſuorum conſilio, de quorum numero tunc eramus, paſſagium generale ad terram ipſam indixit, & ut tantum negotium felicibus proſperaretur auſpiciis, impoſuit decimam omnium redditunm eccleſiaſticorum, videlicet VII. Kal. Auguſti pontificatus ſui anno decimoſeptimo per univerſas mundi partes uſque ad ſex annos ex tunc computandos certis terminis cum certis modificationibus perſolvendam, mandans vobis, quod per vos & alios quos ad collectionem, & exactionem duceretis hujuſmodi decimæ aſſumendos tam à vobis ipſis quam cæteris aliis perſonis Eccleſiaſticis nobis ſubjectis exigeritis eandem. Idem quoque prædeceſſor in impoſitione hujuſmodi decimæ voluit, quod vos hujuſmodi decimam collectam ab aliis, & quam de veſtris redditibus ſolverentur, ſinguli videlicet veſtrum una cum Capitulo Eccleſiæ Cathedralis, infra ipſam Eccleſiam aut alibi, prout magis expedire cognoſceritis, in tutiori loco repoſitam, veſtris, & ipſius Capituli expenſis faceretis cautius cuſtodiri, aſſignandam cui idem prædeceſſor vellet, ſive in dictæ Terræ ſanctæ ſubſidium, ſive contra hoſtes fidei convertendam: quod ſi forte decimam ipſam hujuſmodi commiſſam cuſtodiæ, vel ejus partem aliquam in uſus alios converti, vel uſurpari contingeret, eos qui in hoc culpabiles forent, excommunicationis incurrere voluit ſententiam ipſo facto, prout in literis prædeceſſoris ejuſdem ſuper his confectis, vobis directis plenius, & ſerioſius continetur.

Cum autem in nonnullis provinciis atque regnis juxta ordinationes, & modificationes in dictis litteris contentas exactio, ſolutio, & depoſitio ſeu repoſitio factæ fuerint certæ partis decimæ ſupradictæ, & adhuc reſtet alterius partis ejuſdem decimæ exactio, ſeu ſolutio facienda, ac prædictum paſſagium propter impedimenta, quæ peccatis exigentibus, videntur obicem dicto paſſagio præſtitiſſe, ſic pro præſenti tempore, quod dolenter referimus, impeditum, nos decens, & congruum reputantes, quod poſtquam cauſa ſecuta non eſt, nec vicinitus ſequi ſperatur, propter quam impoſitio, ac ſolutio hujuſmodi decimæ factæ fuerunt, ejus deinceps exactio, & ſolutio debeat omnino ceſſare, quin imo eorum, quæ pro dicta decima ſunt ſoluta ſit reſtitutio facienda, de fratrum

no-

noſtrorum conſilio vobis, & veſtrum cuilibet diſtrictius inhibemus, ne de cætero ad levationem, collectionem, vel exactionem hujuſmodi decimæ per vos vel per alios procedere quomodolibet præſumatis. Nos enim omnes proceſſus ac ſententias excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti quos contra inhibitionem hujuſmodi per vos, vel auctoritate commiſſionis vel ſubdelegationis veſtræ per quoſcunque haberi vel fieri ſeu ferri vel promalgari continget, decernimus caſſos, vacuos, irritos, & inanes & nullius penitus exiſtere firmitatis, præcipientes nihilominus vobis & veſtrum cuilibet ut præfatam decimam ſi quam propterea per vos vel alios collegiſtis etiamſi juxta ordinationem per prædeceſſores ejuſdem una cum capitalis Cathedralium Eccleſiarum infra ipſas Eccleſias aut alibi in tutioribus locis reponi feciſtis ſingulis perſonis Eccleſiaſticis à quibus exacta extitit & ſoluta, ſi dictæ perſonæ adhuc ſuperſtites rebus humanis exiſtant & præſint eiſdem beneficiis, ratione quorum hujuſmodi decimam perſolverunt, alioquin ſi forte dictæ perſonæ defecerint vel alias dicta beneficia dimiſerint eiſdem beneficiis, ratione quorum hujuſmodi decima extitit perſoluta in utilitatem dictorum beneficiorum per certas perſonas, quæ ſuper hoc nobis rationem reddere teneantur, fideliter convertenda infra unius menſis ſpatium poſt receptionem præſentium cum integritate, quantum ad vos pertinet reſtituatis & per alios reſtitui faciatis, alioquin ex tunc ſinguli veſtrum ſi ultra prædictum tempus prædictam decimam eiſdem contra præceptum hujuſmodi reſtituere ſeu reſtitui facere differatis, duplum ejus perſonis ſeu beneficiis hujuſmodi infra altum menſem ſolvere teneamini: quod ſi forte duplum ipſum eis ut præmittitur infra prædictum tempus reſtituere diſtuleritis, ingreſſum Eccleſiæ vobis noveritis interdictum, capitula vero ſuſpenſionis ſententiam incurrere volumus ipſo facto, nulla vobis ſuper his remiſſione, donatione vel gratia eorum quibus hujuſmodi debet fieri reſtitutio valitura vobis nihilominus pœnas juxta noſtrum arbitrium proculdubio ſubituris ſi ſuper hoc detecti fueritis committere negligentiam vel malitiam ſine fraude. Cæterum volumus & mandamus quod omnes ſententias excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti in quaſcumque perſonas, capitala, collegia ſeu conventus eorumque Eccleſias ſeu loca occaſione hujuſmodi decimæ in ſtatutis terminis non ſolutæ prolatas abſque difficultate qualibet relaxetis, impoſita eiſdem perſonis pro modo culpæ pœnitentia ſalutari. Dat. Avin. XV. Kal. Jan. an. II.



XCVIII. 103. JOANNES Vicecomes, [a] Matthæi Vicecomitis Gibellinæ factionis filius, à Benedicto XII. deſignatus Mediolanenſis Archiepiſcopus, à Clemente VI. anno 1342. 16. Kal. Aug. ex Novarienſi Epiſcopo, confirmatus fuit. Is ante quam Archiepiſcopale ſolium conſcenderet, in ſpeciem tuendi nominis Cæſarei ad hæreſeos, & ſchiſmatis abrupta præcipitia fucatæ politicæ prudentiæ laqueis irretitus ſe abduci paſſus eſt. Invaſerat ſedem Apoſtolicam flagitio Petrus e Corbaria vir conjugatus contra decreta Apoſtolica de non diſſolvendis conjugiis, Franciſcana cuculla ad hypocriſis pompam indutus, docebatq; magiſtro Marſilio Patavino hæreſiarcha ad Cæſaream ſpectare majeſtatem Pontificios conferre apices, eoſdemque, cui vellet, eripere. Hic vero ad umbratiles honores tanquam in furiali ſcena ſuſtinendos ſacroſancta Pontificum inſtituta dolo imitatus, induendos perfidiæ ſocios adulterina purpura cenſuit, aſcivitque inter alios memoratum Joannem illuſtri Vicecomitum proſapia clarum, qui theologicæ ſcientiæ expers & oblato ſplendore perſtrictus fallaci Antipapæ lenocinio deliniri ſe paſſus eſt *in divinæ* (ut Joannes XXII. in publicis edictis, quæ à Bertrando Poggieto Oſtienſi Epiſcopo Apoſtolicæ ſedis in Italia Legato evulgari juſſit, conqueſtus eſt) *majeſtatis opprobrium, Eccleſiæ Romanæ contemptum, & fidei & fidelium deriſionem, & ſcandalum.* Non diu in illo lutulento hæreſeos cœno hæſit Vicecomes; memor enim illatæ Galeatio injuriæ à Ludovico Bavaro deſcivit una cum nepote Azone, qui Mediolanenſem principatum avita virtute corripuerat, ejuratoque ſchiſmate, ſe in Eccleſiæ caſtra contulit; cui reſipiſcenti Pontifex datis hiſce gratulatoriis litteris paternos amplexus explicuit, divinumque timorem ne cœpta egregia nefario corrumperet exitu ejus pectori alte imprimere anniſus eſt.

Profecto fili niſi ſpiritus ille, à quo te motum credimus, ut derelicto devio, in quo currendo ad inferos properabas, ad regalem viam, quæ ad regnum ducit perpetuum, greſſus tuos dirigeres, ſpem nobis firmiorem tua opera tribuiſſent, ſpes de ſalute tua concepta à noſtro prorſus animo excidiſſet. Sed ſpiritus ille, cujus perfecta ſunt opera in ſpe illa nos firmos tenuit, quod in cœptis debeas perſiſtere, ac ea perducere ad effectum. Cogita igitur fili & recogita diligenter, in quo ſtatu fueris, & ad quem te convertis, & attende, quod nemo ponens manum ad aratrum & retroreſpiciens aptus eſt regno Dei. Memorare inſuper quales ſucceſſus habuerint hæretici Bavaro adhærentes & quod facis, fac citius, in lucemque ſtude conceptus tuos deducere, qui diu latuerunt in tenebris, nec locum des dæmonibus, eorumque membris, ne concepta valeant impedire. Quod ſi feceris, aſſiſtet tibi Altiſſimus, & proſperabuntur, ipſo faciente, qui peccatorum converſionem expectat miſericorditer & ſalutem deſiderat, ut firmiter credens facta tua alte expectare non abſque formidine convenit finem illum, quem non converſi fuerunt his diebus præteritis, à quo tamen te præſervet Dominus, aſſecuti. De illis autem tuis operibus, quæ ſpei noſtræ de tua converſione videbantur prima facie obviæ, tui nuntii præſentium bajuli referre tibi poterunt aliqua oraculo vivæ vocis. Gratia Dei, quæ ſibi ſunt placita in iis, & aliis, dirigat mentem tuam Amen. Datum Avenione VI. id. Novembris anno XII.

Quod autem ad propoſitos ſchiſmaticorum funeſtos exitus, exercitaque in eos Divinæ ſeveritatis exempla attinet; exercuit ſeſe adeo vindex juſtitia in præcipuos Gibellinæ factionis ſigniferos, ut Muſſatus, & Villanus referunt decretis à Pontifice ſolemnibus precum officiis pro emota tempeſtate ſedanda, mox porrectam è cœlo Eccleſiæ opem, atque ex felicitatis humanæ culmine ſequaces Ludovici authores ſchiſmatis in ſepulchrum præcipites actos. Galeatius quidem Joannis Vicecomitis frater miſerè in exilio extinctus eſt. Caſtrucium populari aura evectum & regios apices fingentem animo Caſtrenſes apud Piſtorium labores ſuſtulere. Paſſarinum Mantuanum Gonzagarum conjuratio oppreſſum, membratimque diſſectum in foſſatum ſubjectum projecit. Sylveſtrum Gattam torſit equuleus. Guidonem Aretinum præterita deflentem facinora mors violenta peremit. Sciarra Tudertino principatu dejectus infeliciter periit, pluresque alii inopinato fato ad divinum tribunal raptati fuere. Edoctus horum calamitatibus Joannes Vicecomes

in

[a] De eo Ciaconius Oldoini tom. 2. pag. 444. Hujus ſuffraganeus fuit a ... Florent. Ord. Præd. Epiſc. La-

Leon. teſte Fontana in Theatro Dom. p. 65. Videndus etiam Cotta in Muſæo Novarien. p. 31. Manuſc.

in Romanæ Eccleſiæ obſequio animum confirmavit, ſprevitque Antipapam, qui ex Evangelicæ paupertatis præcone fallaci in latronem verſus fuerat, demumque captus, qua vi, qua ſponte pendente e collo laqueo profanati Pontificatus in publico ſenatu veniam petiit. Collapſo itaque ſchiſmate conſtantiæ in fide orthodoxa egregium ſpecimen præſeferens Joannes Vicecomes Novarienſi Epiſcopatu eſt inſignitus, vitaque functo Azone nepote una cum fratre Luchino, Mediolanenſis principatus beneficiarios titulos à Benedicto XII. vacantis imperii ob exauctoratum à prædeceſſore Bavarum eblanditus eſt, illique ſolemni ritu fidem ſacramento addixit: qua de re inſigne monumentum vetus in lucem edendum viſum eſt e Vaticano Archivio.

In nomine Domini Amen.

Nos Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Joannes Epiſcopus Novarienſis, & Luchinus fratres de Vicecomitibus in civitate, comitatu, & diſtrictu Mediolanenſi pro Domino noſtro domino ſummo Pontifice, & ſancta Romana Eccleſia Vicarii, viſis, lectis, intellectis ſingulariter, & diſtincte omnibus, & ſingulis dictis, factis, proteſtatis, promiſſis, & juratis per Guidolum de Calice civem Mediolanenſem procuratorem & ſyndicum noſtrum, & nomine noſtro coram ſanctiſſimo Patre, & domino noſtro domino Benedicto digna Dei Providentia Papa XII. & ſacro Collegio Reverendorum patrum Dominorum Cardinalium, ac eiſdem ſanctiſſimo patri, reverendis patribus dominis Cardinalibus, & eorum ſacro Collegio, nec non per ipſum dominum Papam factis, conceſſis, datis, & impenſis gratioſè, juſtè, benignè miſericorditer, & clementer nobis & dicto procuratori & ſyndico noſtro pro nobis juxta formam omnium & ſingulorum, quæ continentur.

Benedictus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Venerabili fratri Joanni Epiſcopo Novarienſi, & dilecto filio Luchino de Vicecomitibus de Mediolano militi Vicariis noſtris, & S. R. E. in civitate, comitatu, & diſtrictu Mediolani, ſalutem, &c. Romana Eccleſia de cunctorum fidelium ſtatu proſpero, velut ſollicita mater, ſedulo, ac vigilanter ſtudet, & libenter fidelibus ipſis omnibus viis, & modis, de quibus expedire cognoſcit, pacis, & tranquillitatis commoda maternæ affectionis diligentia procurare, quæ tunc recte proveniunt, cum fideles ipſi ſub æquitatis libra degentes providorum, & utilium rectorum munimine fulciuntur. Sane dilecti filii Leo de Dugnano, Manfredus de Sazonibus juris periti Ambaſciatores veſtri, & Nuntii, ac Guidolus de Calice natus quondam Benedicti, cives Mediolanenſes, procurator per vos ad infraſcripta ſpecialiter ordinatus, prout conſtat quodam publico inſtrumento manu tabellionis publici confecto, cujus tenor de verbo ad verbum præſentibus annotari fecimus, pro infraſcriptis ad Sedem Apoſtolicam ſpecialiter deſtinati, in noſtra, & fratrum noſtrorum ejuſdem Romanæ Eccleſiæ Cardinalium præſentia conſtituti nobis reverenter expoſuerunt ſinceræ devotionis fervorem, & reverentiam filialem, ac fidelitatis zelum, quos ad nos, & Sedem Apoſtolicam habere noſcimini, & conſtanter diſponitis gerere in futurum; quodque vos in omnibus diſpoſuiſtis, & diſponitis totaliter noſtris, & ejuſdem Sedis mandatis, & beneplacitis conformare, ac civitates, terras, & loca de præſenti ſub regimine, ſeu juriſdictione veſtris exiſtentia in unitate, & tranquillitate, & pace gubernatis, & regitis, & perſonas diſcordes ipſorum ad concordiam reduxiſtis, & eas gubernare, & regere in juſtitia, & æquitate ad honorem noſtrum, & ejuſdem Romanæ Eccleſiæ, ac Romani Imperii diſponitis in futurum, & ad majorem evidentiam devotionis, & filiationis hujuſmodi erga nos ad dictam Romanam Eccleſiam per effectum operis oſtendendam idem procurator veſter procuratorio nomine veſtro, ſolemniter bona fide promiſit, prout ex tradita ſibi per vos poteſtate, quod vos dacia, gabellas, & collectas, pedagia, vel alia onera per vos, vel alium, ſeu alios non imponetis, nec imponi facietis Eccleſiis, vel Eccleſiaſticis perſonis civitatis, comitatus, & diſtrictus Mediolani, aliarumq; civitatum, caſtrorum, & locorum, comitatuum, ac diſtrictuum earundem ſub veſtro regimine exiſtentium, nec eadem pedagia, gabellas, collectas, & alia onera ab Eccleſiis, & perſonis Eccleſiaſticis hujuſmodi, vel bonis earum exigetis, vel exigi facietis, aut permittetis directe, vel indirecte, publice, vel occulte, nec ipſa imponentibus, ſive exigentibus auxilium, conſilium, vel favorem præſtabitis, quinimo ipſas Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas in ſuis bonis, juribus, & libertatibus conſervabitis; quodque ſi contrarium fieret, teneamini Eccleſiis, & Eccleſiaſticis perſonis conquerentibus de ipſis impoſitionibus, ſive exactionibus hujuſmodi daciorum, gabellarum, pedagiorum, ſive onerum reſtituere, ſeu reſtitui recepta, ac impoſitiones revocare, ſeu revocari facere celeriter, ſummarie, ſine ſtrepitu, & figura judicii, alioquin pœnas incurratis tantum ſuper his à ſacris canonibus promulgatas; & quod judices Eccleſiaſticos non impedietis, nec impedire procurabitis, aut facietis, quo minus contra imponentes, & exigentes hujuſmodi procedant, & procedere valeant ad publicationem dictarum pœnarum, & alias juxta canonica inſtituta, & nihilominus dictus procurator in animas veſtras, prout à vobis ad hoc ſufficiens, & ſpeciale mandatum habebat, promiſit juramento præſtito corporali, quod vos eritis, & permanebitis devoti, & obedientes, & fideles nobis, & ſucceſſoribus noſtris canonice intrantibus, tamquam Chriſti Vicariis, & Romanæ Eccleſiæ, ſicut veri, & Catholici Chriſtiani: & nihilominus idem procurator, & ſyndicus prædicto nomine confeſſus fuit, quod vos pro certo creditis, & firmiter tenetis, quod non ſpectat ad Imperatorem Papam deponere, vel Papam facere, ac hæreticum reputatis aliter credere, & docere, ac hæreſim damnatam per Eccleſiam, quam & ipſe ſyndicus veſtro nomine, quantum ad eum ſpectat, anathematizavit, & damnavit. Promiſit etiam præfatus procurator veſtro nomine, ac juravit in animas veſtras, quod vos de civitate, comitatu & diſtrictu prædictis, ac univerſis aliis civitatibus, caſtris, villis, & locis eorumque comitatibus, & diſtrictibus veſtro regimini, ſeu jurisdictioni ſubjectis, & ſubjiciendis in poſterum univerſos hæreticos ab Eccleſia de hæreſi denotatos, vel denotandos, ac ſchiſmaticos manifeſtos pro viribus bona fide expellere, ac exterminare curabitis, quouſque ad Eccleſiæ redierint unitatem: proteſtans dictus procurator, quod ad illos, qui de fautoria, vel hæreſi ſe injuſte, vel inique condemnatos conqueruntur, ſe hujuſmodi articulus non extendat, donec ſecundum ordinationem, quam ſuper hoc facimus de his, quæ proponuntur contra damnationes ipſas cognitum fuerit, & etiam definitum. Promiſit inſuper dictus procurator veſtro nomine, ac juravit, quod vos Ludovico de Bavaria damnato per Eccleſiam, vel alicui Antipapæ, aut ſchiſmatico, ſeu eorum ſequacibus, vel complicibus, aut quibuſvis aliis de hæreſi, vel fautoria ipſius per Eccleſiam denotatis prædictis, qui de injuſta condemnatione conqueruntur, exceptis, ac denotandis etiam poſterum ſcienter non adhærebitis, nec eis ſcienter dabitis auxilium, conſilium, vel favorem, directe, vel indirecte, publice, vel occulte, nec eos ſcienter receptabitis in terris veſtro regimini, vel jurisdictioni ſubjectis, vel ſubjiciendis, quouſque ad ejuſdem Eccleſię redierint unitatem, & gratiam, & quod aliquem, qui accederet ad partes Italiæ ſub nomine Imperatoris, aut Regis Romanorum, ſive adminiſtratoris jurium Imperii, vel Regni Romani, aut quemvis alium quovis titulo, vel nomine pro eodem, non receptabitis in terris prædictis, nec ei ut tali adhærebitis, niſi prius fuerit per Sedem Apoſtolicam approbatus, quodque vos Nuncios, & gentes noſtras, ac Succeſſorum noſtrorum ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ per terras hujuſmodi tranſeuntes vobis ſcien-

A

tibus curialiter recipietis, & tractabitis, ipſoſque defendetis, & protegetis bona fide. Rurſus præfatus procurator quo ſupra nomine, & ſub ejuſdem juramenti debito promiſit, quod ſi quæ Eccleſiæ, & Eccleſiaſticæ perſonæ ſint, vel detineantur ſpoliatæ in civitatibus, comitatibus, vel diſtrictibus præfatis per vos, vel aliquos veſtros ſubditos bonis, juribus, vel rebus immobilibus earum, ipſas Eccleſias, & perſonas Eccleſiaſticas reſtituetis, & reſtitui facietis ipſorum bonorum, rerum, & jurium pacifica poſſeſſione gaudere, quatenus ad vos tamquam noſtros Vicarios ſpectabit, & ſpectabat, & nihilominus ſi aliqua Eccleſia, & Eccleſiaſticæ perſonæ bonis mobilibus conquerantur ſe fore ſpoliatos per vos, vel ſubditos veſtros à tempore ceſſationis guerræ inter gentes dictæ Romanæ Eccleſiæ, & homines civitatis Mediolani prædictæ, ſeu à tempore reconciliationis factæ de quondam Azone de Vicecomitibus nepote veſtro, cum Eccleſia Romana prædicta, per felicis recordationis Joannem Papam XXII. prædeceſſorem noſtrum, vos & ſubditi veſtri prædicti ſuper

B

his coram nobis, aut ſucceſſoribus noſtris, vel aliis, quibus nos vel ſucceſſores noſtri duximus committendum vel juri parebit, vel amicabiliter concordabitis cum Eccleſiis, & perſonis taliter ſpoliatis. Ad hæc præfatus Guidolus procurator veſter promiſit veſtro nomine ſub debito præfati præſtiti juramenti, quod vos omni fraude, malitia, & dolo ceſſantibus Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas univerſas ſeculares, & regulares civitatum, caſtrorum, comitatuum, & diſtrictuum prædictorum gaudere permittetis, nec impedietis, quominus ipſæ gaudere poſſint omnibus ſuis bonis, & redditibus, proventibus, obventionibus, juribus, & libertatibus, univerſis in ipſis civitatibus, caſtris, comitatibus, & diſtrictibus quantum in vobis erit, nec impedientibus dabitis auxilium, conſilium, vel favorem, per vos, vel alium, ſeu alios directe, vel indirecte, publice, vel occulte, niſi veſtri inimici notorii, vel rebelles civitatum, caſtrorum, comitatuum, & diſtrictuum prædictorum exiſterent, quos in eis reci-

C

pere, & defendere non promittitis niſi prius vobiſcum & cum civitatibus, caſtris, comitatibus, & diſtrictibus præfatis ad pacem, & concordiam devenirent. Promiſit etiam dictus procurator veſtro nomine, ac juravit in animas veſtras, ſicut ex prædicta tradita poteſtate poterat, quod vos Bononienſem, & Ferrarienſem civitates, & earum diſtrictus, & comitatus, & Marchiam Anconitanam, Romandiolam, Ducatum Spoleti, aut alias quaſcumque Provincias, civitates, caſtra, terras, & loca, necnon jura, juriſdictiones, homines, & bona quæcumque ad ipſam Romanam Eccleſiam ſpectantia, ſeu quæ per vos, & Eccleſiam prædictam, aut ipſius Eccleſiæ Romanæ nomine reguntur, aut à nobis, & Eccleſia prædicta tenentur, vel in quibus nos, & Romana Eccleſia jus habemus, qualiacumque ſint, & in quibuſcumque conſiſtant, aut perſonas Eccleſiaſticas, vel ſeculares eorundem, vel alicujus ipſorum per vos, vel alium, ſeu

D

alios directe, vel indirecte, publice, vel occulte non afficietis injuriis, nec offendetis, aut illa ſubtrahetis, nec auferetis, nec invadetis capietis, vel occupabitis, aut uſurpabitis, ſeu impedietis in aliquo, vel prædamini in toto, vel in parte, nec talia facientibus, ſeu facere volentibus dabitis, ſeu præſtabitis ſuccurſum, auxilium, conſilium, vel favorem ſine noſtra, vel ſucceſſorum noſtrorum, & Sedis Apoſtolicæ licentia, ſalvo tamen, & adjecto, quod ſi commune alicujus de provinciis, civitatibus, caſtris, villis terris, & locis prædictis, quæ tenentur, ſeu reguntur nomine Eccleſiæ Romanæ, clerum, commune, ſeu populum, civitatis, caſtrorum, terrarum, & locorum ſub veſtro, regimine conſiſtentium, vel eorum aliquod, ſeu perſona ſingularis, perſonam ſingularem, vel etiam e converſo aggrederentur primo, vel offenderent, ſeu hoſtes, & æmulos veſtros, vel ſuos ad eos offendendos receptarent liceat communi, ſeu ſingulari perſonæ, ſic offenſæ, vel invaſæ, tam judicialiter, quam vim vi repellendo, cum moderamine inculpatæ tutelæ, prout tempus, & facti qualitas exegerit, ſe, ac bona ſua defendere, & tueri, ſic tamen, quod in provinciis, civitatibus, terris, & locis prædictis, quæ ut præmittitur, tenerentur, ſeu regerentur nomine Romanæ Eccleſiæ antedictæ, jus ejuſdem Romanæ Eccleſiæ, ac civitatum terrarum, & locorum ipſorum, ſi quod eiſdem in illis, vel eorum aliquo, aut hominibus eorundem, vel alicujus ipſorum competit, quibus Eccleſiæ, ac civitatibus, caſtris, locis, & terris hujuſmodi ejuſdem Romanæ Eccleſiæ, vel ſub ejus regimine, aut gubernatione manentibus per præmiſſa vel aliquod præmiſſorum non præjudicetur in aliquo, ſalvum ſemper ipſis Eccleſiæ, ac civitatibus, & caſtris remaneat, & illæſum, nec per præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum quomodolibet, & cuiquam conceſſa, intelligat licentia ad offenſiones, invaſiones, ſeu congreſſus aliquos illicitos procedendi, ſed ſi vobis civitatibus, caſtris, vel locis vobis ſubjectis, vel ſubjiciendis in civitatibus, caſtris, vel locis aut villis præfatis, quæ ut præfertur tenentur, ſeu reguntur nomine Romanæ Eccleſiæ memoratæ, vel ipſorum aliquo, aut eorum hominibus, vel alicujus eorundem jus aliquod competat, illud ſi velitis poſſitis per procuratorem, vel ſyndicum apud Apoſtolicam Sedem per viam juſtitiæ proſequi, ubi vobis, & civitatibus ipſis miniſtrabitur juſtitiæ complementum, nec per hoc eidem juri intelligatur in aliquo derogatum. Nos igitur de hujuſmodi veſtræ devotionis, ac fidelitatis affectu patris benevoli more gaudentes, ac bonum ſtatum, & proſperum ſtatum civitatis, comitatus, & diſtrictus Mediolanenſis, ac civium, & incolarum ipſorum propter devotionem ſinceram, quam cives, & incolæ prædicti ad eandem Romanam Eccleſiam retro actis temporibus habuerunt, & eos habere debere ſperamus de bono in melius in futurum paternis ſtudiis intendentes, conſiderantes quoque, quod Imperio prædicto vacante, & regimen, diſpoſitio, adminiſtratio, & gubernatio ejuſdem Imperii ad nos, & Sedem Apoſtolicam pertinere noſcuntur, & propterea tam civitati, comitatui, & diſtrictui Mediolanenſi prædictis, & rectoribus utilibus prævidere, quod vos in devotione, ac fidelitate hujuſmodi non ſolum confirmare, ſed augere volentes, vos & quemlibet veſtrum in ſolidum, in civitate, comitatu, & diſtrictu Mediolanenſi prædictis, cum mero, & mixto imperio, & omnimoda juriſdictione temporali pro tranquillitate, pace, & bono ſtatu ipſorum, Vicarios veſtros, & ejuſdem Romanæ Eccleſiæ quamdiu vixeritis, Imperio prædicto vacante de dictorum fratrum noſtrorum conſilio, & aſſenſu, libere, & abſolute, ſine præſtatione alicujus cenſus, vel ſervitii nobis, ſeu eidem Romanæ Eccleſiæ propterea faciendi auctoritate Apoſtolica conſtituimus, & etiam ordinamus ad gerendum in eis noſtro, & ipſius Eccleſiæ Romanæ nomine vicariatus officium per vos, & quemlibet veſtrum quoad vixeritis dicta Imperii vacatione durante, pro civium, & incolarum eorundem ſtatu, tranquillitate, & pace, & ſecundum juſtitiam exercendum, ita tamen, quod vos juxta formam inferius annotatam nobis noſtro, & ſucceſſorum noſtrorum, & Romanæ Eccleſiæ, ac Imperii prædictorum nomine fidelitatis præſtare teneamini juramentum, & illud etiam, quod præſtare, & obſervare teneamini Imp. Rom. legitimo, ſeu Romano Imperio pro prædictis, nos enim vobis, & cuilibet veſtrum ipſa Imperii vacatione durante diſponendi, ordinandi, ſtatuendi, faciendi, corrigendi, puniendi, diffiniendi, exequendi, & hujuſmodi merum, & mixtum imperium, & juriſdictionem temporalem omnimodam ratione prævia per vos, vel alium, vel alios quibus id committendum duxeritis in civitate, comitatu, & diſtrictu Mediolanenſi prædictis exercendi, & faciendi, quidquid ad Romanæ Eccleſiæ, ac Imperii præfatorum honorem ſtatumque proſperum civium, & incolarum prædictorum noveritis pertinere: contradictores quoque, & rebelles quoties expedierit diſtrictione temporali, qua

A *convenit, compeſcendi auctoritate præſentium concedimus plenariam poteſtatem, ita tamen, quod tu frater Epiſcope de his quæ pœnam ſanguinis concernere, ſeu contingere dignoſcuntur, per teipſum ſicut nec etiam tibi de jure competit, te nullatenus intromittas, & quia intentio noſtra eſt, ut unicuique ſua jura ſerventur, per præmiſſa, vel eorum aliquod eidem Romanæ Eccleſiæ, ac nobis, & ſucceſſoribus noſtris Imperatori legitimo, & Imperio prædictis, & juribus eorundem, ac vobis in civitate, comitatu, & diſtrictu Mediolanenſi prædictis, necnon libertatibus, & immunitatibus, ac juribus quibuſcunque ipſi civitati, comitatui, diſtrictui, & hominibus eorundem, ac quibuſvis aliis quomodolibet competentibus nolumus derogari, ſed ea volumus in pleno robore permanere, quibus prædictum procuratorem, prout, à vobis ſpecialiter in mandatis habebat, veſtro nomine cum gratiarum actionibus acceptatis, confeſtim idem procurator prædicto veſtro nomine prout en ſpeciali per vos ſibi tradita poterat poteſtate con-*
B *feſſus fuit, & recognovit, vos vigore conceſſionis, & commiſſionis hujuſmodi civitatem, & comitatum, & diſtrictum prædictos tenere Imperio Romano vacante à nobis, & Sede Apoſtolica ſupradicta, voſque, & quemlibet veſtrum, quoad vixeritis, illos noſtro, & Eccleſiæ Romanæ, ac Imperii prædictorum nomine, ipſa Imperii vacatione durante, velle tenere, regere, ac etiam gubernare, & nihilominus idem procurator veſtro nomine prout hoc à vobis ſpecialiter in mandatis habebat, nobis, & Romanæ Eccleſiæ prædictæ pro præmiſſis illud fidelitatis in noſtra, ac fratrum prædictorum præſentia ad ſancta Dei Evangelia manu tacta præſtitit corporaliter juramentum ad quod pro nobis tenemini Imperatori Romano legitimo, & Imperio ſupradictis, ac promiſit veſtro nomine, & juravit in animas veſtras, prout en dicta poteſtate per vos ſibi tradita poterat, quod vos, & quilibet veſtrum præmiſſa omnia, & ſingula per ipſum procuratorem nomine veſtro promiſſa, conventa, obligata, recognita, & jurata infra duorum men-*
C *ſium ſpatium à data præſentium computandum acceptabitis, ratificabitis, approbabitis, confirmabitis, & innovabitis, ac jurabitis ad Sancta Dei Evangelia, per vos corporaliter manu tacta, ea omnia, & ſingula firmiter attendere, & inviolabiliter obſervare, ac facere obſervari, & non contrafacere in aliquo, vel venire, & nihilominus, quilibet veſtrum juramentum fidelitatis præſtabit junta dictam formam præſentibus annotatam inferius confectis de his omnibus uno, vel pluribus inſtrumentis, publicis præſentium ſeriem continentibus per vos, nobis, & ſedi prædictę poſtmodum infra aliorum duorum menſium ſpatium prædictos duos immediate ſequentium tranſmittendis, & realiter aſſignandis, quod ſi forſan præmiſſa omnia, & ſingula per dictum veſtrum procuratorem recognita, promiſſa, conventa, obligata, & jurata, ratificare, approbare, confirmare, & innovare, ac jurare omiſeritis, necnon inſtrumentum, ſeu inſtrumenta publica ſuper his confectum ſeu confecta, ut præmittitur, nobis, & ſedi præfatæ*
D *infra prędictum terminum non deſtinaveritis, & realiter aſſignaveritis, volumus, quod conſtitutio, & ordinatio per vos factæ vobis de vicariatu hujuſmodi in civitate, comitatu, & diſtrictu Mediolanenſi, in præfatis habeantur penitus pro non factis, quodque ſi poſt ratificationem, approbationem, confirmationem, & innovationem hujuſmodi per vos faciendas, vos contra præmiſſa, & jurata per eundem procuratorem veſtrum veſtro nomine de non favendo Ludovico de Bavaria, & ſequacibus ſuis, & de non admittendo, vel receptando aliquem, qui veniret ad partes Italiæ, ſub nomine, Imperatoris, vel Regis Romanorum, aut adminiſtratoris jurium Imperii, vel Regni Romanorum, aut quemvis alium quovis titulo, ſeu nomine procedem in civitatibus, caſtris, villis, terris, & locis, ac comitatibus, & diſtrictibus prædictis, & de non favendo eiſdem, ac de hæreticis, & eorum fautoribus, & exterminandis, illis, qui ſe de hæreſi, vel fautoria ejus ſe injuſte, vel inique, ut præmit-*

A *titur, aſſerunt condemnatos, enceptis, ac de terris bonis, & juribus ejuſdem Romanæ Eccleſiæ non invadendis, nec etiam occupandis quoquo modo faceretis, vel veniretis, vel vos, & quemlibet veſtrum alias præmiſſa omnia, & ſingula per eumdem procuratorem veſtro nomine recognita, promiſſa, conventa, obligata, & jurata non obſervaveritis cum effectu, aut contra ea vel ipſorum aliquid feceritis, ſeu veneritis quoquo modo, vos, ſeu illum en vobis, qui in præmiſſis culpabilis fuerit excommunicationis ſententiam incurrere volumus ipſo facto, & nihilominus aliis pœnis, & ſententiis propter favorem hæreticorum, & fautorum ſuorum, ſi in hoc deliqueritis ſubjaceatis, quæ contra fautores hęreticorum, & taliter delinquentes à ſacris canonibus inflictæ ſunt, & prolatæ, quodque nos, & ſucceſſores noſtri propterea contra vos, & quemlibet veſtrum alias poſſimus procedere, prout nobis, & ipſis noſtris ſucceſſoribus placuerit, & videbitur expedire. Vos igitur civitatem, comitatum, & diſtrictum Mediolanenſem prædictos, &*
B *perſonas ipſorum veſtro, ut præfertur, commiſſos regimini, ſic fideliter, & prudenter regere, & gubernare in ſuavitate, ac obſervatione juſtitiæ ſtudeatis: quod præconcepta per nos de vobis in hac parte fiducia per laudabilium operum effectum clareat, & propter hæc apud Deum, & homines commendari, noſtramque, & ipſius Sedis gratiam, benedictionis, & favoris augmentum valeatis exinde uberius promereri; forma vero juramenti fidelitatis prædicti, quod quilibet veſtrum præſtabit talis eſt: Ego Joannes de Vicecomitibus Dei gratia Epiſcopus Novarienſis pro Domino meo D. Benedicto Papa XII. & ſancta Romana Eccleſia, vacante Romano Imperio, ſicut vacare dignoſcitur, in civitate Mediolani, caſtris, villis, terris, & locis comitatus, diſtrictus, & territorii eiuſdem vicarius ab hac hora in antea fidelis, & obediens ero B. Petro, & eidem Domino meo D. Benedicto Papæ XII. ſuiſque ſucceſſoribus canonice intrantibus, Sanctæque Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ, non ero in conſilio, aut conſenſu, vel facto,*
C *ut vitam perdant, aut membrum, aut capiantur mala captione: conſilium, quod mihi credituri ſunt per ſe aut per nuncios, ſive per literas ad eorum damnum me ſciente nemini pandam, & ſi ſcivero fieri, vel procurari, ſeu tractari aliquid quod ſit in ipſorum damnum, illud pro poſſe impediam, & ſi impedire non poſſem illud eis ſignificare conabor: contra papatum Romanum, & regalia S. Petri tam in civitate, caſtris, villis, terris, comitatibus, diſtrictibus, & territoriis prædictis, quam alibi exiſtentia adjuſtar eis ero ad retinendum, defendendum, recuperandum, & recuperata manu tenendum contra omnem hominem; univerſas, & ſingulas promiſſiones conventiones, obligationes per meum, & Luchini fratris mei procuratorem factas, & juratas, & conditiones per eundem Dominum ſummum Pontificem contentas in præſentibus literis confectis ſuper conſtitutione vicariatus prædicti, & conceſſione ipſius mihi, & eidem fratri meo Luchino factas, appoſitas, & omnia, & ſingula, quæ continentur in eidem literis*
D *plenarie adimplebo, & inviolabiliter obſervabo, nec ullo unquam tempore durante vicariatu prædicto veniam contra illa, ſic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia, tuque fili Luchine præſtabis ſimile per omnia juramentum; item tenor dicti inſtrumenti ſuper ipſa procuratione confecti talis eſt. Acta fuerunt hæc Mediolani in domo habitationis dictorum Dominorum, in parrochia S. Joannis ad fontes, preſentibus venerabilibus, & ſapientibus viris Dominis Leffredo de Caſtana Præpoſito Eccleſiæ de Bollate Mediolanenſis Diœceſis, Fulchino de Schitiis de Cremona Vicario dicti Domini Joannis, & Leone de Bugnano juriſperitis teſtibus ad prædicta omnia, & ſingula vocatis, & rogatis Anno Domini MCCC XXXVIIII. indictione VIII. die Jovis XXVIII. menſis Octobris. Ego Petrinus filius quondam Domini Donjoannis de Faxolis authoritate Imperiali notarius publicus, cancellarius dictorum Dominorum Joannis, & Luchini ipſorum mandato hoc*

inſtru-

inſtrumentum tradidi, ſcripſi, & me ſubſcripſi. Nulli ergo &c. Si quis autem etc. Dat. Avenione idibus Martii Pontificatus noſtri anno VII. prædicta omnia et ſingula promiſſa, conventa, recognita, proteſtata, confeſſa, et jurata, acta, et quomodolibet actitata, prout in prædictis Apoſtolicis literis ſerioſius continetur generaliter, et ſingulariter, ſpecificè, et expreſſe cum gratiarum actione acceptamus, ratificamus, approbamus, confirmamus, et innovamus, ac juramus ad ſancta Dei Evangelia per nos corporaliter manu tacta, ea omnia, et ſingula firmiter attendere, et inviolabiliter obſervare, ac facere obſervari, et non contrafacere, vel venire; et inſuper ego Joannes de Vicecomitibus Dei gratia Epiſcopus Novarienſis pro domino &c. ut ſupra uſque ſancta Dei Evangelia. Et ego prædictus Luchinus de Vicecomitibus ſimile in omnibus, & per omnia præſto juramentum: videlicet ego Luchinus de Vicecomitibus pro domino Benedicto Papa &c. ut ſupra, in quorum omnium & ſingulorum teſtimonium unum & plura publica inſtrumenta fieri mandavimus per infraſcriptum notarium publicum, ac juſſimus, & fecimus ad majorem roboris firmitatem ſigillorum noſtrorum appoſitione muniri.

Datum, & actum Mediolani in cappella nova dictorum dominorum præſentibus venerabilibus, & religioſis viris dominis fratre Lanfranco de Setbara ordinis Eremitarum conventus Mediolanenſis magiſtro ſacræ paginæ, fratre Antonio Vicecomite, Abbate Monaſterii S. Ambroſii Mediolanenſis, Roberto Vicecomite Archipresbytero, Martino de Sento Ordinario Mediolanenſi, & Lanfranco Moſeta Præpoſito Eccleſiæ S. Ambroſii Mediolanenſis, ac nobilibus, & ſapientibus viris dominis Jacobo Deſuctis legum doctore de Placentia dictorum dominorum vicario; Boſchino de Mantegatiis, & Bronzino de Carmis Mediolanenſibus militibus: Folchino de Schiziis de Cremona ipſius domini Joannis Vicario: Leone de Dugnano Manfredo de Serazonibus, Joannino de Sormano, Guillelmo de Lafera, & Cabrino de Vicomercato Mediolanen. juriſperitis: Guidotto de Mandello, Ottarino Burro, & Cabriolo de Puteobonello, ac Guidolo de Calicecivibus Mediolanenſibus, & præſente plurium aliorum religioſorum, & ſecularium clericorum, & nobilium popularium copioſa multitudine, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis: ſub an. Dom. MCCCXLI. indictione IX. die Lunæ VI. menſis Auguſti.

Ego Dionyſius de Vicomercato clericus Mediolanenſis publicus imperiali authoritate notarius præmiſſorum exhibitioni, acceptationi, ratificationi, confirmationi, & innovationi, ac juramentorum præſtationi aliiſq; omnibus & ſingulis lectis, & narratis una cum teſtibus præſens fui, & rogatus hoc inſtrumentum publicum inde confeci, tradidi, ſcripſi, & ſubſc. ſignoque meo ſignavi in præmiſſorum teſtimonium.

Auxit deinde eodem anno Benedictus Papa in Joannem Archiepiſcopum, & Luchinum fratres beneficia, revocavitque, quod olim ſub Joanne prædeceſſore in Borgalienſi conventu ab Aycardo Archiepiſcopo, cæteriſque delegatis ſancitum fuerat, eaque omnia tanquam vitio, & contra verera inſtituta peracta ſuo diplomate irritavit, quod ex eodem regeſto libet hic ad verbum referre.

Benedictus &c. Ad futuram rei memoriam.

Quamvis nihil gratius noſtris occurrat obtutibus, quam quod catholicæ fidei puritas ubique terrarum ad Dei laudem, & gloriam vigeat, & macula pravitatis hæreticæ, quæ ſerpens ut cancer orthodoxos conatur inficere, de locis eradicetur quibuslibet, & penitus deleatur, tamen ad providam circumſpectionem Chriſti Vicarii, cui eſt omnium fidelium generalis cura ſuperna diſpoſitione commiſſa, pertinere dignoſcitur pro fidelium ipſorum quiete, inquiſitorum, & aliorum qui per Sedem eamdem ad labem hereſis extirpandam ſunt generaliter, & ſpecialiter deputati, cum excedunt juſtitiæ limites, & in eorum proceſſibus debitum ordinem non obſervant, errata corrigere, & adverſus improviden-

A *tiam eorundem, ne injuſte catholici aggraventur, opportunæ proviſionis remedium adhibere.*

Dudum ſiquidem venerabilis fratris noſtri Joannis Epiſcopi Novarien. & dilecti filii nob. viri Luchini de Viceco. Militis Mediolanenſis filiorum quondam Matthæi de Vicecom. de Mediolano querela gravis, & frequens inſinuata noſtro apoſtolatui patefecit, quod olim felic. record. Joan. Papa XXII. prædeceſſor noſter aſſerens, quod ad eum, fama publica referente, pervenit quod dictus Matthæus tunc vivens multos graves, enormes, & deteſtandos exceſſus tunc expreſſos adverſum Deum, & S.R.E. ac fidem catholicam, & Eccleſiaſticam libertatem commiſerat, & committere de malo in pejus continue præſumebat: & quod quondam Galeatius, & quondam Marcus, & quondam Stephanus tunc viventes, & alii dicti Matthei filii erant hujuſmodi ejuſdem Matthei exceſſuum, & ſcelerum ſectatores, contra ipſos Mathæum & filios certos proceſſus fecit, diverſas excommunicationum, & alias ſpirituales, & temporales pœnas, &
B *ſententias continentes, & quod ſubſequentes eidem prædeceſſori ſuggeſto, quod ipſi Matthæus, & filii ſententias hujuſmodi deducentes in animarum ſuarum periculum, & contemptum, eas per nonnullos annos pertinaciter toleraverant, & etiam tolerabant, ac non verebantur pejora pejoribus contemptibiliter cumulare, ac ſe Dei adverſarios manifeſtos, & fidei catholicæ corruptores, tanquam in mortis diverſoria corruentes, oſtendere manifeſte; propter quæ & alia prava ſcelera eorumdem, ipſi Matthæus, & filii non indigne ſuſpecti de labe pravitatis ejuſdem graviter habebantur: præfatus prædeceſſor Aycardo Archiepiſcopo Mediolanen. & inquiſitoribus pravitatis hæreticæ in dictis partibus deputatis eorum propriis, nobis non expreſſis, ſuis ſub ea forma commiſit, & dedit litteris in mandatis, ut ipſi vel duo, aut unus eorum contra præfatos Matthæum, Galeatium, Marcum, & alios ejuſdem Matthæi filios, ipſorumque fautores, & receptatores ſuper ejuſdem hereſis labe, quod ad ea quæ contenta in ipſis literis*
C *contingebant, & alia de quibus haberi poterat veriſimilis ſuſpectio contra eos ſuper omnibus contentis in litteris ipſis juxta formam canonum, & alias, ſicut eis per jura ſcripta, & Apoſtolica privilegia ſuper crimine hæreſis conceſſum erat, procedere cum omni diligentia procurarent: volens nihilominus prædeceſſor prædictus, quod ſi forſan ipſos Archiepiſcopum, & inquiſitores ſeparatim procedere in negotio inquiſitionis ejuſdem contingeret proceſſum per ſingulos eorum habendum in prolatione ſententiæ in hujuſmodi negotio proferendæ ſibi ipſis ad invicem communicare deberent, quarum literarum prætextu bonæ mem. Aycardus Archiepiſcopus Mediolanenſis, & dilecti filii Pavius de Veduno, Jordanus de Montecautio, Honeſtus De Papia, & quondam Barnabas de Vercellis ordinis Prædicatorum tunc Prior provincialis fratrum ejuſdem ordinis in ſuperioribus partibus Lombardiæ, ſe inquiſitores pravitatis ejuſdem in eiſdem partibus prætendentes dictos Joannem, & Luchinum per edictum publicum,*
D *prout hoc eis per privilegia Apoſtolica ſuper officio inquiſitionis eidem ordini prædicto conceſſa competere aſſerebant, peremptorie citaverunt ut certo termino coram eis in loco de Burgolio Aquenſ. diœceſis perſonaliter comparere deberent ſuper contentis in dictis ejuſdem prædeceſſoris literis, & aliis hæreſim ſapientibus, & tangentibus de quibus haberi poterat veriſimilis, ut dicebant, ſuſpicio contra eos veritatem dicturi, & proceſſuri ad ſententiam, & ſententias audituri cum communicatione, quod niſi dicti Joannes, & Luchinus comparerent in hujuſmodi loco, & termino coram ipſis, dicti Archiepiſcopus, & inquiſitores ſe dicentes ad receptionem teſtium contra eos ſuper prædictis in eodem loco, & alibi ubi eis expediens videretur, & etiam ad ſententiam, & ſententias proferendas procederent, ipſorum Ioannes, & Luchini abſentia, ſeu contumacia non obſtante, quodque licet per procuratorem, & nuntium Ioannis, & Luchini prædictorum propter hæc*

ab ipſius Ioanne, & Luchino ad ipſorum Archiepiſcopi, & inquiſitorum ſe dicentium præſentiam infra terminum ſpecialiter deſtinatum coram ipſis Archiepiſcopo, & inquiſitoribus ſe dicentibus in dicto termino allegatum, & propoſitum extitiſſet, quod dictus locus eiſdem Ioanni, & Luchino notorie tutus non erat, & quod certæ literæ ſecuritatis ipſis Ioanni, & Luchino ſuper acceſſu ad ipſum locum de Burgolio à nonnullis, qui dicti de Burgolio, & quorumdam aliorum locorum illarum partium regimini tunc temporis præſidebant, ipſis Ioanni, & Luchino conceſſæ omnino inſufficientes erant, & etiam captioſæ, ſicut ex ipſarum literarum tenore in proceſſu Archiepiſcopi, & inquiſitorum ſe dicentium prædictorum habito annotato liquido apparebat, & quod tum propter hoc tum propter certas alias cauſas legitimas tunc expreſſas, & coram eis propoſitas dicti Ioannes, & Luchinus non poterant tute ſine perſonarum periculo in ipſo loco de Burgolio perſonaliter comparere, tamen ipſi Archiepiſcopus & inquiſitores ſe dicentes contra eos ſuper iis audire indebite denegarunt, ac dictos Ioannem, & Luchinum reputantes pro eorum libito contumaces propter hujuſmodi contumaciam, ut dicebant, in eos excommunicationis ſententiam promulgarunt, quodque poſtmodum ipſi Archiepiſcopus, Paxius, & Honeſtus dictos Ioannem, & Luchinum per edictum ſimile, etiam abſque Iordano, & Barnaba prælibatis peremptorie iterato citarunt, ut in civitate Placentiæ vel alibi, ubi eos, vel alterum ipſorum in dictis ſuperioribus partibus Lombardiæ tunc eſſe contingeret, coram eis, vel altero ipſorum certo termino perſonaliter comparerent ſuper adhæſione defenſione, ac fautoria hæreſis dicti Matthæi patris eorum, de qua hæreſi dictum Matthæum ſe condemnaſſe dicebant, & in quibus fautoria, & hæreſi ipſos Joannem, & Luchinum deliquiſſe veriſimiliter aſſerebant, excuſaturi ſe ſi poſſent, & alias facturi, quod juſtitia ſuaderet, & quod ipſi Archiepiſcopus, Paxius & Honeſtus, pro eo quod Joannes, & Luchinus prædicti coram eis non comparverant, ſicut nec etiam propter ipſius citationis incertitudinem, & ex cauſis ſimilibus contra ipſos de loco Burgolii allegatis comparere poterant, reputantes ipſos etiam pro ſuo libito contumaces, in eos iterum excommunicationis ſententiam fulminarunt, ac decreverunt contra eoſdem Joannem, & Luchinum, ipſorum non obſtante abſentia, & eis non vocatis ulterius fore ad ſententiam: & condemnationem de fautoria hujuſmodi procedendum, ipſoſque Joannem, & Luchinum ulterius non vocatos, ſed abſentes, non per contumaciam, nec etiam legitime per teſtes convictos, per eorum definitivam ſententiam judicarunt, pronunciarunt, & declararunt defenſores, & fautores dicti Matthæi patris eorum ut heretici, eoſque excommunicationis ſententiæ, ac perpetuæ infamiæ ſubjecerunt, ſeu ſubjacere decreverunt, ac omnes pœnas reales, & perſonales, ſpirituales, et temporales contra fautores hæreticorum editas incurriſſe, nec non omnia bona eorum mobilia, et immobilia, juriſdictiones, et jura ubicunque et in quibuſcunque conſiſterent confiſcarunt, ac officio inquiſitionis nomine Romanæ Eccleſiæ applicarunt, et quod ſubſequenter præfati Archiepiſcopus, et Paxius abſque Honeſto, Barnaba, et Iordano prædictis in loco de Modoetia diœceſis Mediolanenſis exiſtentes, et prætendentes quod ipſi Joannes, et Luchinus milites graves, et enormes exceſſus commiſerant diverſas excommunicationum contra impedientes officium inquiſitionis prædictæ à ſacris canonibus latas, quas incurrerant, per multos annos, et etiam excommunicationis per ipſos Archiepiſcopum, Paxium. Honeſtum, Jordanum, et Barnabam in ipſos Joannem, et Luchinum, pro eo quod de fide ſuſpecti citati, ut præfertur, coram eis comparere contempſerunt, ut dicebant promulgatam ſententiam per annum, et amplius ſuſtinuerunt, et ſuſtinebant animo pertinaci: propter hæc et alia multa, quæ ad hoc eos inducere aſſerebant, dictos Joannem, et Luchinum etiam non vocatos, nec per contumaciam abſentes, per eorum definitivam ſententiam, ut dicebant, decreverunt, ac judicarunt hæreticos manifeſtos, eoſdemque velut hæreticos condemnantes, ipſorum bona omnia mobilia, et immobilia, jura, & juriſdictiones, ac quæcunque alia ubicunque forent, & quibuſcunque nominibus cenſerentur, per eamdem ſententiam confiſcarunt, imo decreverunt confiſcata, et nihilominus ipſum Luchinum cingulo militari, et tam eum quam Joannem prædictos officiis publicis, dignitatibus, et honoribus quibuſcunque privarunt, ſeu privatos fore declarantes, eoſque excommunicationis ſententiæ, ac perpetuæ infamiæ, et omnibus aliis pœnis à juris conditoribus contra hæreticos ſtatutis, ordinatis, et promulgatis ſubjacere decreverunt, eorumque perſonas expoſuerunt fidelibus capiendas: filios inſuper et nepotes ipſorum officiis publicis, et honoribus quibuſcunque privarunt, et privatos fore nunciarunt, ipſoſque ad obtinendum in poſterum officia publica, et honores quoſcunque inhabiles, et indignos; quare pro parte ipſorum Joannis, et Luchini nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut cum proceſſus, et ſententiæ hujuſmodi Archiepiſcopi, et inquiſitorum ſe dicentium prædictorum inique facti exiſterent, atque nulli, et ne prætextu eorum ipſi Joannes, et Luchinus ſuper præmiſſis remaneant in poſterum contra juſtitiam infamati, eis ſuper proceſſibus, et ſententiis hujuſmodi complementum juſtitiæ miniſtrare authoritate apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui ſumus omnibus in juſtitia debitores, nolentes, ſicut nec ſalva conſcientia poſſumus, nec debemus, juſtitiam poſcentibus denegare: hujuſmodi proceſſus, et ſententias Archiepiſcopi (nimirum Mediolanenſis) *& inquiſitorum ſe dicentium prædictorum per nonnullos ex fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus examinari fecimus primo: & deinde ipſorum Cardinalium ſuper eis relatione audita; nos una cum eiſdem, & aliis fratribus noſtris in conſiſtorio ipſos proceſſus, & ſententias cum maturitate, ac diſcuſſione debitis examinavimus diligenter, & quia per examinationes hujuſmodi proceſſus: & ſententias ſupradictos ex certis cauſis legitimis, atque juſtis repertis in eis inique factos invenimus exiſtere, atque nullos ipſos proceſſus, & ſententias per Archiepiſcopum, Paxium, Jordanum, Honeſtum, & Barnabam præfatos, & eorum quemlibet ſuper præmiſſis communiter, vel diviſim contra Joannem, & Luchinum prædictos habitos, atque latos, & quæcunque ſecuta ſunt ex eiſdem, vel ob eos de ipſorum fratrum noſtrorum conſilio authoritate Apoſtolica inique facta, ac nulla, & irrita declaramus, & etiam nunciamus, illaque omnia quatenus de facto proceſſerunt, caſſamus, annullamus, & penitus irritamus, ac nullius decernimus exiſtere penitus firmitatis. Nulli ergo &c. Dat. Avin. non. Maji Pont. noſtri anno VII.*

Porro ita ſedis Apoſtolicæ beneficio Mediolanenſi principatu Joannes, ut erat politicis artibus inſtructiſſimus, & ingentia conſilia vaſta ambitione complectebatur, ad proferendos imperii fines omnes ex finitimorum diſſenſionibus occaſiones aucupatus eſt. Diſſidebant inter ſe Genuæ proceres, quorum nonnulli à Joanne e Murta ſive abalienati, ſive proſcripti in exilium conceſſere, perfugereque ad Mediolanenſes Principes, ut eorum viribus ſuccincti reſtituerentur patriæ, priſtiniſque honoribus. Nec defuit egregiæ occaſioni Ioannes, mox enim effudit copias in Liguriam, ſpecie tuendæ oppreſſæ libertatis Genuenſis, inque ſuum ſplendorem vindicandæ. Ex quo bello cum Italica pax turbaretur, nec leve rei Chriſtianæ inferretur damnum, domeſtico implicitis bello Genuenſibus, qui rem catholicam propugnare adverſus barbaros conſueverant, Romanus Pontifex Aliotum Lucium tum ad Joannem Archiepiſcopum Mediolanenſem, tum ad Joannem e Murta, ad eos in concordiam redigendos, Legatum decrevit; ſed diſſidentes voluntates conciliare, & politica expugnare pectora haud facile fuit. Porro Ioannes in omnem intentus aleam, tan-

quam felicitatem rerum humanarum metiretur amplitudine, fidem etiam, ubi ſuaderet utilitas, & ſplendor Imperii arrideret, paratus infringere, Genuenſi diſſenſione compoſita, Pontificum Gallorum, quos ſoli patrii delitiæ, nec non Gallicæ regiæ argutiæ ad propagandum ioter Gallos Pontificatum Avenione vinctos detinebant, abſentia nſns, ditionem Eccleſiaſticam tanqnam poſſeſſionem vacuam invadere eſt meditatus. Exacuit hos ſpiritus Bononienſium diſcordia, qui jam diu ante pulſo Bertrando Cardinale Epiſcopo Oſtienſi A. S. L. poſt tot geſta in Italia bella (tanto pudore, ut omnes illius palmæ multis decerptæ præliis demum emarcuiſſe viſæ ſint in ea Bononienſis populi converſione) Pepulum egregium juris civilis interpretem ſibi præfeceraut: cum vero poſt edicta plura à Benedicto XII. in perduellionis authores promulgata niteretur Clemens armorum vi jura Eccleſiaſtica aſſerere, immiſiſſetque Aſtorgium è Dureſorth Gallico eaercitu inſtructum, janique ille Joannem Pepulum intercepiſset, potiundæque Bononiæ inhiaret, Mediolanenſis Archiepiſcopus horum non ignarus, ut factionem Pontifici adverſam ſibi inſigni quodam officio devinciret, moa trecentos cqnites cataphractos ſubſidiarios miſit, qui Bononienſes adverſus Clemeotem VI. in rebellione confirmarunt, Aſtorgiumque mœnibus propnlſarunt. Cum vero Jacobus Pepnlus, qui rei Bononienſis adminiſtrationem, Joanne Pepulo vincto ab hoſte, corripuerat, belli moli ſuſtentandæ par non eſset, à Mediolanenſi Archiepiſcopo in politicis verſutiis eaercitatiſſimo facile adductus eſt, nt dncentorum millium aureorum pretio in ipſum principatus Bononienſis adumbrata, & controverſa jura transfunderet, de quo accurate Matthæus Villanus agit. Adeptus eo dolo Bononiam Joannes Archiepiſcopus Mediolanenſis quatere mox alias pontificias urbes cœpit, repoſuitque eam Sedi Apoſtolicæ, à qua Inſubriæ prætor creatus, & Mediolanenſibus inſulis fuerat inſignitus, gratiam, quam nnbila reponunt ſoli, quæ illius ſplendorem obſcurant, cum ex ima terræ ſentina in æthera vi ſolis elata fuerunt. Ioito itaque cum Gibellioi nominis ſtudioſis magnaribus fœdere, Imoiam obſidione cinxit: ac tum Clemens apertum hoſtem Mediolanenſem expertus Eccleſiaſtica corripuit fulmina, quæ publico edicto XII. Kal. Decemb. an. MCCCL. in Joannem vibravit, eumque Archiepiſcopatus Mediolanenſis juribus exauctorandum interminatus, defixit anathemate eos omnes, qui cum ipſo ſentirent: tum Ildebrandinum Epiſcopum Patavinenſem in Italiã miſit Legati Apoſtolici dignitate auctum, ampliſſimiſque fretum mandatis, ut Italos omnes principes adverſus Joannem Archiepiſcopum totius Italiæ imperium affectantem arctiſſimo junctos fœdere concitaret · arcaniſque literis Andream Dandulum Veaetorum, tum Joannem Valentem Genuenſium Duces, necnon Florentinos, Piſanos, tum Scaligeros principes Veronenſes, ut armorum ſocietatem coirent, ſollicitavit; nec enim ſperarent ejus firmatis rebus ambitioni fræna poſiturum, qui Bononiam, aliaſque Eccleſiaſticas urbes ſuæ ſubjicere ſervituti anniteretur. Proaimo an. MCCCLI. decretoria defixus eſt à Clemente VI. Joannes ſententia, & Archiepiſcopalibus apicibus exutus; quo tempore Floreotini non ignari artium proferendi dominatus Pratnm, Piſtoriumque liberas Imperii civitates Florentinę Reipnblicę adjunxere, cauſati id pro tuenda Hetruriæ libertate adverſus Joannem Archiepiſcopum Mediolanenſem, qui potentia, & faſtu turgidus ſervitutem intentabat, id ab ipſis actum. At contra Joannes Vicecomes non imparatus ab hujuſmodi artibus, Florentinos in crimen oppreſsæ Hetruriæ vocavit, ac tamquam oppreſsorum populorum arrepto patrocinio, ipſos aſperrimo bello petivit. In boc anfractn rerum, & medio belli ardore Clemens ad reſtituenda Italica jura Carolo Romanorum, eidemque Bohemorum Regi inclinabat; nec propius aberat, quam ut

A formidandam Italiæ Germanorum potentiam ad evertendum Joannem Vicecomitem impelleret, cum Vicec. impendentis tempeſtatis terrore perculſus ſerviendum tempori cenſuit, ac conatus omnes ſuos contulit, ut Clementis animum, quem plnribus injuriis laceſſiverat, ſibi conciliaret. Delinivit itaque ampliſſimis muneribus conſanguineos Clementis · & avara pectora aureis haſtis eapugnavit, ut narrat Matthæus Villanus, demumque in eas pactiones percuſſum fœdus, ut Vicecomes Bononiam ſaltem in ſpeciem reſtitueret Eccleſiæ, ejus vero prę fecturam ad annos duodecim Pontificio nomine acciperet, ea exceptione, ut duodecim aureorum millia vectigalis ergo ærario Apoſtolico inferret, tum pro refundendis ſumptibus bellicis centum millia aureorum Eccleſiæ injuſte oppugnatę penderet, de quibus publica documenta tum confecta ad propagandam poſteris rei geſtæ memoriam in Vaticano Archivio extant. In eam enim ſpem ita efferebatur Vicecomes Bononienſes Mediolanenſi jugo

B poſse aſsueſcere, & temporum fleau novas rerum converſiones obort ituras, quibus fidem frangere poſſet, ac interea atrocem bellorum procellam à capite ſuo depellere. Hoc percuſſo fœdere Joannes Vicecomes ſolutus eſt omnibus cenſurarum laqueis, quibus edictis ſuperioribus irretitus fuerat, nec non in ſolium Archiepiſcopale, juraque priſtina aſſertus, exarato IV. Kal. Maji Pontificatus Clementis anno XI. Apoſtolico diplomate. Quamquam non diu amicitiam, qua par erat, integritate coluerit Joannes Vicecomes; tantus in eo circumferendarum victoriarum, augendique Imperii ardor inerat. Urbemveterem enim, & Bictonium eripuit Pontifici, Tiphernum tentavit, Peruſinum agrum evaſtavit, atque ad ipſam urbem orbis principem Romam deſertam à Gallis Pontificibus propagare principatum moliebatur. Quare iterum cenſuræ Eccleſiaſticæ illi intentatæ, & Abbas monaſterii S. Germani Antiſiodorenſis, & Azo de Mauris de Regia Decanus Eccleſiæ Aquilejenſis nuntii

C miſſi, qui Eccleſiaſtica tela objicerent, ni pactionibus cum Romana Eccleſia initis ſtarer, & raptas proditione urbes redderet, quin etiam & Archiepiſcopatu, & Proregis in Inſubria Cæſarei dignitate deturbatnm iri interminarentur. At ille geſta illa à ſnis ducibus laceſſitis injuria, vel eacitis à Gibellinis oppreſſis, inſcio ſe, nec ea laudante diſceptabat. Percuſſit eo tempore Joannes Vicecomes fœdus cum Florentinis, Piſanis, Senenſibus, aliiſque Hetruriæ populis præteritas diſcordias initis pluribus pactionibus diremit, cujus fœderis publica documenta ea Florentino Archivio afferenda duximus, cum in iis geſtæ rei veritas pura efflореſcat tum omnium Hetruſcarum ſtirpium inſignium, quæ tum temporis magiſtratus publicos gerebant, mandata ſint æternitati nomina, quæ in oblivione, & pulvere obſoleſcere pati non poſsumus. Concepta ſunt hiſce verbis ea monumenta.

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis.

D *Sab cujas reverentia, & recognitione dignum eſt ad actus quoslibet humani generis progredi, & ſine cujus minimo fervore nullum rite fundatur exordium, nec eſt poſſibile finem laudabilem promereri. Quoniam diſcordiæ plurimæ, & ſcandala de præſenti vigebant, & majora diſcrimina ſperabantur neceſſario eventura inter Reverendiſſimum in Chriſto Patrem, & excelſum D. D. Joannem Vicecomitem, Dei gratia Mediolanenſem Archiepiſcopum, ac civitatum Mediolani, Brixiæ, Placentiæ, Parmæ, Bergami, Cremonæ, Cumarum, Vercellarum, Aſti, Novaræ, Albæ, Laudæ, Tortonæ, Alexandriæ, &c. Dominum Generalem, necnon civitatis Bononiæ, & diſtrictus pro S. Rom. Eccleſia Vicarium Generalem, & ejas complices ſequaces, & adhęrentes ex parte ana, & Communia Florentiæ, Peruſii, Senarum, Aretii, Piſtorii, et Civitatis Caſtelli, et eorum ſequaces, complices, et adhærentes ex parte altera, quæ conſiderantes præfatæ partes, et cognoſcentes non*

ſolum parva, ſed etiam maxima guerrarum aſperitate tu ruinam committi, & pacis vinculo minima magnificari in ſtatum, & majora ſuis meritis, & laboribus gaudere, & in ſtatum alias volubilem fundari, ac etiam exiſtimantes quod ſuadente charitatis virtute, ut carnem redimeret carnis Creator, carnem aſſumpſit, & lege ſolutus, ſub lege carnis ſe poſuit, & homo factus condidit teſtamentum, in quo amatores pacis ſui Regni hæredes inſtituit exhæredando, ut male meritos, qui ſcandala, & ſchiſmata ſeminabunt, ut inimici humani generis, ſectores doctrinam, & veſtigia ejuſdem Domini noſtri Jeſu Chriſti amplectentes ad pacem, & concordiam cum cunctis modis, pactis, & conventionibus devenerunt, honorabili viro Franciſco de Gambacurtis, quondam Coſcii de Gambacurtæ de Piſis mediatore, & communi amico dictarum partium exiſtente ad laudem, & ſtatum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & in honorem, & exaltationem invictiſſimi, & ſemper Auguſti Imperii Romanorum.

Egregii milites Domini Guglielmus, Marchio Pallavicinus, & Protaſius de Caynis ſyndici, & actores, factores, & procuratores, & nuntii ſpirituales ſupraſcripti Domini Archiepiſcopi Mediolani ab ipſo Archiepiſcopo legitime conſtituti, & ordinati ad cuncta, & alia facienda, ut de ſindicatu, & procuratoriatu, conſtat publicum inſtrumentum rogatum per Gabrielem de Ottobellis de Placentia notarium publicum, & ipſius Domini Archiepiſcopi Cancellarium ſub anno à Nativitate Domini noſtri Ieſu Chriſti 1353. indictione 6. die Iovis 10. menſis Ianuarii actum Mediolan. cuius quidem inſtrum. procur. ſeries inferius pro expedienti cautela adnotatur procur. ac ſindac. nomine pro ipſo Domino Archiepiſcopo, ac etiam geſtorio nomine pro omnibus, & ſingulis aliis de domo, & progenie ſua, omnibus, & ſingulis infradictis ejuſdem Domini Archiepiſcopi cohærentibus, ſequacibus vel ſubditis.

Magnifico D.D. . . Idebrandino Dei gratia Marchione Eſtenſi, & fratribus ſuis.

Rev. in Chriſto, Patre Domino Buoſo Dei gratia Epiſcopo Aret. & omnibus de domo Ubertinorum, & ſequacibus eorum.

Bartolomæo de Caſalibus Domino Cortonæ fratribus, & ſequacibus ejus, & Communi Cortonæ.

Noffo Comite Montisferetri, fratribus, & ſequacibus ſuis.

Domino Petro Saccone de Petramala, & aliis de domo, & progenie ſua, & ſequacibus ejus.

Nerio de Fagivola, & ſequacibus ſuis.

Comitibus Ricciardo, & Galeotto de Mutiliana, & omnibus de domo eorum, & ſequacibus.

Domino Manfredo de Pazzis Valliſarni, & omnibus de domo ſua, & ſequacibus eorum.

Ghino Marchione de Peitiolo, filio, & ſequacibus ſuis.

Guidaccio Domino Brandalliæ de Anito, & omnibus de domo ſua, & ſequ. ſuis.

Communi, & hominibus Burgi S. Sepulchri, & ejus diſtrictu.

Contuccio de Zunciolis de Peruſio, & ſequacibus ſuis.

Domino Nicolao, Domino Bartoli alias dicto Dominæ Matteldæ de Peruſio.

Communi Eugubii, & Joanne Cantrucii cum eorum ſequacibus.

Omnibus Clarevallenſibus de Tuderto, & eorum ſequacibus.

Omnibus extrinſecis Caſtillionis Aretini.

Spina, & Simone } Comitibus de Romena.

Dominis Federico, & Azzone Marchionibus Maleſpinæ de Villafranca cum fratribus, & ſequacibus eorum.

Communi Fabriani Domino Alberghetto de Chiavellis de Fabriano.

Gentile de Maliano, & filiis ſuis.

A *D. Lomo de Sancta Maria.*

Lapo de Ricaſolis, fratribus, & ſequ. ſuis.

Omnibus illis de Ubaldinis generaliter, & fidelibus, & ſequacibus ſuis.

Domino Franciſco Caſtracane Comite Coreliæ.

Jacobo Laini de Pulcis de Florentia.

Comite Tano de Montecarello, & omnibus conſortibus, & fidelibus, & ſequacibus ſuis.

Comite Joanne de Bruſcolo, & ejus conſortibus, & ſequacibus.

Comite Neapoleone, & Fratribus de Caſtilione de Sattis cum conſortibus, fidelibus, & ſequacibus.

Iacobo de Guazzalotris de Prato conſortibus, & ſequacibus ſuis.

Domino Carlino de Tedicis de Piſtorio, & ſequacibus, & amicis ſuis,

D. Franciſco de Vergellenſibus de Piſtorio, & ſequacibus, & amicis.

D. Luchino del Verme milite cive Veronen.

B *Gabrielo, ſive Gabriotto de Octobellis de Placentia.*

Aldobrando, & fratribus ſuis de Goli conſortibus, & ſequacibus ſuis.

Jacobo Pagani.
Joanne Tottini.
Jacobo Totti.
Perotto Simonis,
& Morellino. } *de Gualfreduccits de Piſtorio, & ſequacibus ſuis.*

Pantaleone } Ruffini de Piſtorio.

Iacobo, & Ioanne } Cambis de Piſtorio.

Ioanne Iunetæ, & Ioanne Brieci } de Piſtorio.

Franciſco Albizzino } Franchi de Panciatichis de Piſtorio.

Piccenello della Moſcalia, & aliis de domo ſua.

Omnibus illis de S. Boveglio.

Nicolao Spaglie de Podio Manentis de Peruſio.

C *Niccoluccio ejus filio.*

Baldino eorum famulo.

Et eorum, & quolibet eorum, & cujuſcumque ipſorum adhærentibus ſubditis, & ſequ. promiſerunt, & convenerunt infradictis Carolo D. Betto Legerio, & Bectolo ſindicis infradictis, ac etiam nobis notariis publicis infradictis, & cuilibet noſtrum in ſolidum recipientibus, & ſtipulantibus pro communibus Florentiæ, Peruſii, Senarum, & Aretii, Piſtorii, & Civitatis caſtelli, & quolibet eorum, & cujuſcunque ipſorum adhærentibus, ſubditis, & ſequacibus de rato, & ratihabitione, & ſe facturum, & curaturum, ita & taliter omni, & qualibet exceptione juris, & facti remota, quod prædicti ſequaces, adhærentes, & ſubditi dicti Domini Archiepiſcopi ipſi, & quilibet eorum tangunt, vel tangere poſſunt, ratificabunt, & approbabunt per publicum inſtrumentum, ſeu inſtrumenta vallata omnibus, & ſingulis ſubſtantialitatibus, & cautelis, & omnibus aliis quibuſcumque, tam de jure, quam de facto uſque ad tres
D *menſes proxime venturos. & ſi dicti adhærentes, ſequaces, & ſubditis dictam ratificationem infra dictum tempus non facerent, intelligantur excluſi in præſenti pace, & agentes proeis ad nihilum teneantur modis, & nominibus, quibus ſup. ex parte una.*

Et providus vir Carolus Strozzæ de Strozzis civis Hon. Florentinus ſindicus, & procurator communis, & populi Florentini, ut de ejus ſindicatu, & procuratoriatu conſtat publicum inſtrumentum rogatum, & publicatum per quondam F. Andreæ.

Civem, & Notar. Flor. ſub anno 1353. indictione 6. 20. Feb. & prudentes, & diſcreti viri.

D. Bectus Andreuccii Nini juriſperitus.

Logerius Nicoluccii Andreotti, &

Bectolus Peri de Pelacanibus.

Cives Hon. Peruſii, & Procur. Peruſii, ut de eorum Syndic. & Procur. conſtat inſtrumentum roga-

tum

tum per F. Martinum Ciccoli civem Peruſii de anno 1352. indictione 5. 29. menſis Decembris, & geſtorio nomine terrarum, & locorum, quas tenent, & poſſident dicta Communia, ac pro eorum adhærentibus, & ſequacibus, dictus Carolus pro Communi, & Civitate Florentiæ, & pro terris, & locis, quæ tenet, & poſſidet dictum Commune Florentiæ, & pro

Caſtro S Geminiani.
Caſtro Mintatis al Tedeſco.
Caſtro Collis Valliſelſæ.
Caſtro Bargæ.
Caſtro Verniæ.
Caſtro, ſive Comitatu Puteï.
Civitate Piſtorii.
Caſtro Prati.
Civitate Aretii.
Civitate Vulterræ.
Caſtris Vallis Nebulæ, & Vallis Adrianæ.
Comitibus Guidone, Roberto, & Piero Comitibus de prato veteri cum omnibus eorum, & cujuſcunque eorum communitatibus, diſtrictu, pertinentiis, & hominibus, & omnibus adhærentibus, &. ſequacibus Communis Florentiæ.
Et dicti Dominus Legerius Bectus, & Bectolus pro Civitate, & Communi Peruſii, & pro terris, & locis, quæ tenet, & poſſidet dictum Commune Peruſii, & pro
Civitate Spoleti.
Civitate Fulginei.
Civitate Aſſiſii.
Civitate Nucerii.
Terra Gualdi Nucerii.
Terra Camariæ.
Terra Saſſiferrati, &
D. Ungaro, &
D Alevigio, & eorum conſortibus de dicta terra.
Terra Spelli.
Terra Trevi.
Terra Montisfalconis.
Terra Menavii.
Diſtrictualibus Bictonii.
Terra Cerreti.
Civitate Caſtelli.
D. Epiſcopo Tudertino, & civitate, & Communi Tuderti.
Civitate Eluſii.
Terra Caſtri plebis S. Gervaſii.
Bainerio Comite de Santeano, & terra Sarteani.
Caſtro Percariæ.
Terra Rocchæ contratæ.
Terra Foivini.
Terra Lucignani.
Terra Montis S Savini.
Terra Caſtilionis olim Aretini.
Caſtro Monticuli Veſpionum.
Marchionibus de Monte S. Mariæ cum ſuis terris.
Comite Ildebrandino, & fratribus, & filiis quondam Comitis Guidonis de Joanna de filiis Urſi, & eorum terris.
Caſtro Durantis.
Caſtro S Angeli in vado.
Caſtro Saſſi Corbai, &
Caſtro Turris Abbate.
Terra S. Gemini.

Et cuiuslibet dictarum terrarum, & locorum, & dictorum Dominorum supranominatorum Comitatus, & diſtrictus, & pro omnibus, & aliis ſingulis terris, quas Commune Peruſii habet ſub ſua protectione, & in provincia Maſſæ Trebariæ, & in comitatu olim Orbini, & pro omnibus, & ſingulis infra in capitulis præſentis pacis nominatis, & expreſſis, Dominis Guelfis de Marchia Anconitana, & eorum civitate, & terris, & omnibus adhærentibus, & ſequacibus communis Peruſii, pro quibus omnibus promiſerunt prædicti D D. Gulielmo & Protaſio, & unicuique eorum, & nobis notariis recipiendo, & ſtipulando pro dicto Archiepiſcopo, & omnibus de ejus domo, & progenie de rato, & ratihabitione, & quod intra tres menſes ratificabunt, &

A *approbabunt præſentem pacem, alias ſint excluſi, & non comprehenſi, & agentes pro eis in nihilo teneantur.*

Et pro Communi Senarum, quod ipſum pacem ratificabit, aliàs agentes pro eo ad nihil teneantur nec obligentur.

Inſuper dicti procuratores, & ſyndici nominibus quibus ſupra invicem, & viciſſim inter ſe remiſerunt omnia damna, incendia, rapinas, roberias, cavallatas, devaſtationes, depredationes, caſtrametationes, tractatus, injurias facta, & illata ab aliquibus unius partis alteri parti, ſeu alicui, vel aliquibus alterius partis, & e contrario tempore guerræ, ita quod nullus rector, vel officialis poſſit, vel debeat occaſione alicujus tractatus &c.

Occaſione, aut prætentu præſentis guerræ ab initio inceptæ guerræ citra cognoſcere, procedere, aut punire, & nullam habeat, vel habere poſſit juriſdictionem, aut cognitionem de prædictis, & ſint ipſo jure nulla, & non teneant in qua pace appoſuerunt Capitula infradicta. B

In primis quod omnes de domo Ubaldinorum de Alpibus eximantur, & cancelleantur ab omnibus bannis, & condemnationibus, & proceſſibus criminalibus illatis, ſeu factis alicui eorum in civitate Florentiæ, Peruſii, Senarum, Aretii, Piſtorii, Civitate caſtelli, & in aliis locis ſequacibus, & adhærentibus ſine aliqua ſolutione, & idem intelligatur de aliis, qui cum dictis Ubaldinis condemnati eſſent, & in eadem condemnatione, & proceſſibus comprehenſi eſſent, & etiam eorum adhærentes, & ſequaces eximantur, & liberentur ad omnibus condemnationibus & proceſſibus factis, & latis in dictis civitatibus, & locis, ſine aliqua ſolutione, vel onere.

Item quod omnes, & ſinguli de Ubaldinis, qui beneficio præſentis pacis uti poſſunt reſtituantur ad omnia bona, quæ poſſidebant tempore eorum expulſionis, vel quando contra eos proceſſum eſt, quæ bona eorum Commune Florentiæ per ſe, vel alium poſſidet. Quæ bona, per Commune Florentiæ alienata, vel in alium tranſlata, C *vel ab aliquo eorum officiali ab anno Domini 1340. retro reſtitutio præſentis non vendicet ſibi locum, ſi vero ab anno 1340. citra tunc reſtitutio locum habeat, & plenum obtineat effectum.*

Item quod Gentilis, & Ugolinus fratres, & filius Simonis de Soldaneriis de Florentia, & Ricoverus de Circulis de Florentia, uti poſſint beneficio præſentis pacis tamquam adhærentes, & ſequaces prædictorum de Ubaldinis, & quantum ad exemptionem bannorum, & reſtitutionem bonorum fiat, ſicut de aliis adhærentibus Ubaldinorum ſupradictum eſt.

Item quod Andreas, & Guido quondam Attaviani de Ubaldinis detenti in carceribus Communis Florentiæ libere ſine aliqua ſolutione pecuniæ ab ipſis carceribus relaxentur, & eximantur.

Item quod omnia ordinamenta, & proviſiones facta per dicta Communia ſpecialiter, & nominatim contra prædictos de Ubaldinis, vel aliquem eorum, ſeu contra eorum ſequaces de capiendo, vel occidendo cum pecunia, vel ſine ſint caſſa, & annullata, & nullius valoris, efficaciæ, vel momenti. D

Item quod repræſaliæ conceſſæ alicui, vel aliquibus per dicta Communia contra prædictos de Ubaldinis, ſive contra ſubditos, & fideles fiat nullæ, & caſſæ & nullius valoris, ſalvo jure crediti, & idem fiat ſi à dictis de Ubaldinis conceſſæ fuiſſent contra dicta Communia.

Item quod Caſtrum Lozzoli poſitum in partibus Alpium libere relaxetur per Commune Florentiæ dictis de Ubaldinis.

Item quod in prædictis, & infradictis privilegia tam Imperialia, quam Papalia non veniant, & de ipſis nihil ſit approbatum, vel reprobatum.

Item quod Ermellinæ fil. q. Joanaazzii de Scholaribus Uxori Azzonis Vannis de Suſinana, & Joannæ matri dictæ D. Ermellinæ Uxori q. dicti Joannazzii fiat jus ſummarium, & de plano ſine figura, & ſtrepitu judicii.

Item quod Maghinardo Joanais de Ubaldinis fiat jus ſummarium, & de plano, & figura judicii in omni ju-

A *re quod prætenderet vigore dotium Dominæ Bartholomææ uxoris dicti Maghinardi.*

Item quod omnes condemnationes, banna, proceſſus facta contra infradictos ſint caſſa, & nullius valoris. Nomina vero de quibus ſit mentio, & quæ cancellari debeat ſunt hæc.

Dominus Luchinus de Verme civis, & miles Veronenſis.

Aldobrandinus }
Lanfrancus }
Ser Curradus } fratres, & fil. q. Bartoli, de Soli.
Nicolaus, & }
Agnolus }
Jacobus } fratres, & fil. Franc. de C.gnano.
Bartholomæus, }
& Petrus }

Joanne q. Duccii, qui dicitur Capo.

Presbyter Laurentius Joannis Ciucii de Scarperia.

Daniellus Ruggerii de Soli.

B *Zuccherinus Vrſi, ſive Banchellus.*

Bartholomæus q. Bonaventuræ, ſive Turrini.

Item quod omnia ſtatuta, ordinamenta ſeu proviſiones contra ſupradictos facta de capiendo, ſeu occidendo cum pecunia, vel ſine, ſint caſſa, & annullata, & nullius valoris, & efficaciæ.

Item quod dictus Aldobrandinus, & alii ſupranominati reſtituantur ad omnia bona quæ poſſidebant tempore eorum expulſionis; & rebellionis, quæ bona Commune Florentiæ tenet, vel poſſidet, ſi alienata, vel aliis aſſignata non eſſent per dictum Commune, vel ejus officiales ante annum 1340. ſine aliquo onere, vel præſentia pecuniarum; ſi vero ante annum 1340. alienata fuiſſent, præſens reſtitutio non vendicet ſibi locum. ſi vero ab anno 1340 citra, tunc ipſa reſtitutio locum habeat, & plenum obtineat effectum. Si vero poſſiderentur per aliquam ſingularem perſonam non prætendentem cauſam à dicto Communi Florentiæ, fiat reſtitutio contra detentores, & poſſeſſores dictorum bonorum jus ſummarium, & de plano ſine ſtrepitu, & figura judicii.

C *Item quod ſupradicti Aldobrandinus, & alii ſupra nominati poſſint libere ſtare, & habitare, in Civitate Florentiæ, Comitatu, & diſtrictu ſicut alii cives.*

Item quod heredes Rolandi de Florentia condemnati ad mortem per D. Andream de Paſano Poteſtatem Florentiæ cancellentur à bannis, & condemnatio, & proceſſus, & ſententiæ latæ contra eos ſint nullæ, & caſſæ.

Item quod ſupradicti reſtituantur ad omnia eorum bona, quæ fuerunt olim Orlandi, & quæ poſſidebant tempore eorum expulſionis, vel rebellionis, ſi tamen ea bona per commune poſſeſſa, vel in alium translata fuerint ante annum 1340 reſtitutio non habeat locum, ſi vero dicta bona fuerint translata anno Domini 1340 citra reſtitutio habeat locum, & ſuum ſortiatur effectum, & ſi teneantur à non habentibus cauſam à communi Florentiæ fiat eis reſtitutio, & jus ſummarium contra detentores ſine ſtrepitu, & figura judicii.

D *Item idem fiat in bannis, condemnationibus, & aliis proceſſibus criminalibus factis contra Philippum de Ammannatis de Piſtorio ut ſupra de dicto Orlando*

Item quod Plebanus Gherardus de Agolantibus filius quondam Ugonis, & omnes, & ſinguli de dicta domo, & progenie rebanniantur à die initii guerræ exiſtentis inter dictum Archiepiſcopum, & ejus adhærentes, & ſequaces ex parte una, & commune Florentiæ, & alia communia ex parte altera, quod initium guerræ debet intelligi eſſe in anno 1350

Item quod dicto Plebano Gherardo per commune ſeu ejus officiales fiat jus ſummarium ſecundum ordinamenta, & ſtatuta dicti communis, & quod poſſit morari in diœceſi civitatis Florentiæ pacifice, & ſine ulla contradictione, & moleſtia, & bona, & res ipſius plebis habere, & recipere.

Item quod dictus Gherardus, & omnes de domo de Agolantibus reſtituantur ad omnia, & ſingula eorum bona, quæ ab eis poſſidebantur in anno 1350. & abinde citra.

Item quod D. Carlinus Miles de domo Tedicioram, & D. Franciſcus miles de Vergelleaſibus de Piſtorio, & omnes conſortes eorum eximantur ab omnibus, & ſingulis bannis, condemnation. & proceſſibus criminalibus contra eos factis, quocumque tempore vel cauſa in civitate Florentiæ, Peruſii, Aretii, Senarum, Piſtorii, Civitatis caſtelli, abſque aliqua ſolutione pecuniæ vel onere.

Item quod dicta banna, condemnat. & proceſſus intelligantur eſſe caſſa, & cancellata, dummodo non ſint per cauſam alicujus enormis delicti, ſed beneficio hujus præſentis pacis intelligantur ea, quæ data ſunt cauſa partialitatis, & non poſſint accedere, & intrare in civitatem Piſtorii, quod ſi aliter fecerint, procedatur ſecundum diſpoſitionem ſtatutorum civitatis Piſtorii.

Item quod dictus Carlinus, & Franciſcus reſtituantur ad omnia eorum bona modis, & formis, ut de aliis ſupradictum eſt, ſalvo quod de bonis dicti Carlini fiat, & procedatur ſecundum diſpoſitionem Franciſci de Gambacurtis de Piſis.

Item quod dicti Tanus Joannes Antonius, & Albertus Napoleone, Ludovicus Guidarellus, Bernardinus Comit. & quilibet eorum intelligantur liberati ab omnibus bannis, condemnationibus, & proceſſibus datis, & latis per commune Florentiæ, & alia communia quocumque tempore, & quacumque de cauſa in civitate Florentiæ, Peruſii &c.

Item quod omnes, & ſinguli fideles eorum, & ſequaces abſolvantur ab omnibus bannis, condemnation. & proceſſibus latis contra eos occaſione præſentis guerræ, & cuicumque eorum fiat jus ſummarium de plano ſine ſtrepitu, & figura judicii.

Item quod prædicti Comites Guillelmus, & Tancredi de S. Bonello ſint liberi, & cancellati ab omnibus bannis, & condemnationibus incurſis quocumque tempore, & quacumque de cauſa in civitate Florentiæ &c ſine aliqua ſolutione, & onere.

Item quod reſtituantur ad omnia eorum bona eis occupata poſt inceptam guerram, quæ fuit de anno 1350

Item quod Pizzinellus della Meſcaia, & ejus conſortes intelligantur cancellati ab omnibus bannis &c. ut ſupra.

Item quod dictus Pizzinellus reſtituatur ad omnia bona, quæ ab eo poſſidebantur tempore expulſionis, & rebellionis ut ſupra de aliis dictum eſt, & quod dictus Pizzinellus non poſſit intrare civitatem Piſtorii, Caſtrum Seravallis, quod ſi aliter fecerit, procedatur, ut de Carlino dictum eſt.

Item quod prædicti Comites Galeottus, & eorum conſortes, & fideles rebanniantur, & fiant liberi ab omnibus bannis, & condemnationibus, & proceſſibus, quocumque tempore, & quacumq. de cauſa per civitatem Florentiæ, & alia communia, & quod repræſaliæ contra eos conceſſæ ſint nullæ, & caſſæ, exceptis quibuſdam conceſſis de Spinis viginti annis retrò, & e contrario; de quibus fiat eis jus ſummarium, & ſine ſtrepitu, & figura judicii.

Item quod dictus Comes Galeottus reſtituatur ad omnia bona poſita in partibus Caſtri S. Nic. Caſtri de Guardatoriæ, Caſtri S. Angeli, Caſtri de Carlino, Caſtri de Ozzoni, ſalvis & exceptis quod non extendantur, nec vendicent ſibi locum in quantum ad caſtra, fortalitias, & juriſdictiones, & vaſſallos, & fideles, & hoc ei ſervetur ſi ratificaverint præſentem pacem, qua non ratificata, intelligatur ei omne jus ſublatum in prædictis, & non poſſit uti beneficio præſentis pacis.

Item hoc etiam excepto quod dictus Comes Galeottus filii, vel aliquis eorum non poſſit ingredi civitatem Florentiæ, & ad dicta loca, & ſi contra fecerit, procedatur ut de aliis ſupra dictum eſt.

Item quod Comiti Galeotto, & Ricciardo fiat jus

ſum-

ſummarium coram jud. competente de omni eo, quod ei ab aliquo deberetur.

Item quod Ser Jacobus Pagui de Piſtorio intelligatur eſſe, & ſit in eo ſtatu in quo erat ante præſentem guerram, & ſit liberatus ab omnibus bannis &c. factis tempore præſentis guerræ quacumque cauſa.

Item quod Simoni, & Spinæ fratribus, & filiis quondam egregii viri D. Bandini Comitis Comitatus Romenæ, & hæredibus et fil. q. D. Aghinolfi Comitis Romenæ fiat jus ſummarium, ſine ſtrepitu, & figura judicii ſuper eo quod dicunt de quarta parte totius Putei, vel Pozzii Comitis Romenæ cum omni domino, proprietate, talia ſpectant ad dictam quartam partem Putei, vel Pozzii ſpectantem pleno jure ad dictum D. Aghinolfum.

Item quod Lapus, Ugo, & Nicolaus Bindus, & Arrigus fratres, & fil. olim Arrighi Ricaſolis D. Bindi de Ricaſolis diſtrict. Florentiæ & infradicti ſequaces, & amici eorum intelligantur libert, & exempti ab omnibus bannis, & condemnation. beneficio præſentis pacis factis contra ſupradictos ab anno 1350. quacumque de cauſa & quocumque tempore, & quod intelligantur reſtitui ad omnia eorum bona, quæ tenebantur ab eis tempore expulſionis, & rebellionis, & prædic. non vendicent ſibi locum in caſtris, fortalitiis, & juriſdictionibus.

Nomina vero ſequacium, & complicium dictorum Lapi, Ughi, Nicolai, Bindi, & Arrighi ſunt hæc.

Bernardus Ser Chelli.
Fede Simonis.
Joannes Nerii. } *de Populo Sancti Juſti in Salice.*

Michele Benucii.
Martinaccius Pierii. } *de Trebbio.*

Carolus Perucii.
Peruccius Cioli. } *de Monte Gonzi.*

Baghinus Gozzi.
Ramaccius Bencivennus } *de Ricaſolis.*

Orſellus, &
Ser Arrigus } *de Radda.*

Briccius Cenni voc. Zacchi de Caſtellina.
Guccius Minuccius voc. ſer de Monte varchi.

Feus Salii vocatus Zacchea
Ciolus Cenni. } *de Brolio.*

Tinus Vannis vocatus Pecchia de Ginari.

Matthæus, &
Panza } *Tribaldi*
Ser Bartolus præſbyter
Ser Stefanus ejus frater
Martinus Lucii. } *de Vertine*

Vinuccius Cioli
Philippus ejus fil. } *de Moncione.*

Agnolus de Caſtagnolo.
Minuccius Perulli de Stiella.
Jacobus Guidonis de S. Petro Avanano.
Gratia de Portignano.

Minaceius Damiani
Joannes voc. Scopone } *de S. Coſme.*

Mazzonchinus de Campoſolice.
Nuccius de Montecaſtelli.

Item quod omnia banna, condemnationes, & proceſſus facti prædictis Jacobo Tocti, Pierozzo Simonis, Gualterio vocatus Morello quondam Ghinuccii de domo Gualfreducciorum de Piſtorio, Franciſco, & Albizo fratribus, & filii quondam Franchi de Piſtorio, ſint cancellata, & caſſa & nullius valoris ſine aliqua ſolutione pecuniæ, & onere.

Item quod ſequaces, & adhærentes eorum ſint liberi ab omnibus bannis &c. quacumque de cauſa, & quocumque tempore dummodo non ſint contra eos, vel aliquos eorum exiſtentes ad obedientiam eorum occaſione alicujus ſingularis, & enormis delicti.

Item quod prædictis de Gualfreduccis, & de Panciatichis intelligantur reſtituti ad omnia eorum bona.

Item ad honores ſecundum ſtatuta dictæ civitatis Piſtoris, ſalvo, & excepto quod dictus Gualterius vocatus Morellinus, & Jacobus Tocti non ingrediantur civitatem & Comit. Piſtorii, & ſi acciderit obſervetur ut ſupra de aliis.

Item quod civitas Aretina eiſdem modis, & officialibus gubernetur, & regatur quibus ad præſens, & quod Ghibellini dictæ civitatis Aretii adhærentes, & ſequaces dictorum de Ubertinis poſſint libere, licite, & impune ad dictam civitatem redire: & in ea ſecure ſtare, & habitare, & eorum bonis gaudere, ſicut & alii cives Aretii. Exceptis infradictis qui non poſſint intrare in ipſam civitatem, nec prope ipſam venire ad duo milliaria.

Omnes de domo Ubertinorum.
Omnes de domo illorum de Pazzis.
Omnes deſcendentes D. Brandulliæ.
Nobiles de Tallia.
Nobiles de Monte aguto de Barbolanis.
Comites de Palazzuolo.
Nerrius de fagivola, & omnes de domo ſua.
Item d. Bartholomæus dominus Cortonenſis, & Sac. frater, & infradicti ſequaces eorum.
Lippus D. Rainerii de Cortonio.

ſer Gregorius
Donectus, &
Nicolaus } *D. Angeli Corbizi de Aretio*

Ser Joannes
Bandinus,
Federigus } *de dicto loco.*

Franciſcus Benuccii alias voc. Malacarne de Corconico.
Franciſcus Benaſtri de Aretio.
Ser Joannes de plebe quarti dicti loci.
Angelus Docti dicti loci.
Angelus Azzolini.
Ser Joannes Serzagliæ, &
Angelus ejus frater.
Donatinus D. Segnæ.
Nutus Accurſii de Camajanis.
Cicchus Manni.
Meus della mano.
Ceccharellus Augeli.
Philippus Monis de Sambuco.
Angelus Vannis Giobbis.
Ciuccius dictus Bructaglia.
Iſacchi Ser Sini.
Lazzarius de Vicione piccolo.
Nerius Dinucci de Prato antico.
Nicolaus Nelli de Monte alcino.
Michael Naldi de Galognano.
Piccius de Prato antico.
Andreas famulus Joannis Bartolini.
Franciſcus Pallaivolus.
Joannes del frate magiſter lignaminum.
Roſadus Ser Artini.

Brodacca.
Franciſcus, &
Accurſiccius } *de Bevagna.*

Arrigus, &
Jacobus } *Ser Sichi de Paganellis.*

Item quod prædicti reſtituantur ad omnia eorum bona, quæ per eos tenebantur tempore eorum expulſionis, & rebellionis, quæ tenebantur per commune Florentiæ vel Aretii ante 134. ſine aliquo onere, vel ſolutione pecuniæ.

Item quod caſtræ, & terræ quælibet Rev. D. Buoſi de Ubertinis Epiſcopi Aretini, & ſuorum conſortium ſint exemptæ, & liberæ, & eam exemptionem, & immunitatem habeant in communi Florentiæ, & Aretii, quæ eidem Epiſcopo, & conſortibus permiſſa fuit tempore pacis contractæ inter, commune Florentiæ, & ipſos Ubertinos.

Item quod omnia caſtra, & loca dicti Epiſcopatus de præſenti detenta, & poſſeſſa per ipſum D. Epiſcopum abſoluta, & libera, & exempta remaneant ab omni perſona, Collegio, & univerſitate, & quod omnis juriſdictio civilis, & criminalis ad ipſum Epiſcopum pertineat, in omnibus autem aliis locis ad ipſum Epiſcopum, ſeu Epiſcopatum ſpectan. & quæ ab ipſo non teneantur ad præſens, & maxime in caſtris Civitellæ, Ceninæ, Sanlconini, & Cacciani poſitis in valle Ambre, & in caſtris Giogatorii, & Ortignani poſitis in partibus Caſentini, & in caſtro, Raſſinæ

omnes

omnes utilitates, & proventus recipiant. à communi Florent. ideſt in illis locis, quæ per commune tenentur, & per commune Aretii, quæ tenentur ad ipſum pervenimnt.

Item quod Nicolao quondam Guidonis de Ubertinis, & ejus uxoris vendere volentibus Caſtrum Civitellæ ſiccæ commune Florentiæ vel alius voluntate emere teneantur cum omnibus ſuis juribus, & pertinentiis, juſto pretio inter partes convento, etſi eſſet diſcordia de pretio arbitrio Franciſci Gambecurtæ ſtetetur, alias ſi non ſtetetur, per partes eligantur amici duo, qui ſi non conveniant, adjiciatur ſupradictus Franciſcus de Gambacurta, qui quod cum altero amico dixerit, & ſtatuerit, ſtetetur, & hæc venditio intelligatur cum idonea ſatiſdatione, & pactis & clauſulis in talibus conſuetis.

Item quod prædicti de Ubertinis reſtituantur ad omnia, & ſingula eorum bona quæ ab eis tenebantur tempore expulſionis, & rebellionis ante annum 1340.

Item quod Blaxius Comes de Palazzuolo poſſit quiete, & pacifice tenere, & poſſidere Caſtrum de Palazzuolo, & locum Rapallis, & omnes juriſdictiones, & pedagia quæ tenebat tempore motæ guerræ, vel ante, ex quibus expoliatus eſſet, & quod omnia banna, & condemnationes contra dictum comitem cancellentur, & abolrantur in dicta civitate Aretii, Florentiæ &c. & quod ſit liber ab omnibus impoſitis retrofactis.

Item quod præfatus Comes de Palazzuolo, & alii omnes fratres, & filii, & prædicti de Obertinis cancellentur de omnibus bannis, condemnationibus &c. contra eos quacumque ratione vel cauſa factis per commune Aretii, Florentiæ &c. & idem intelligatur de ſequacibus &c. partialitatis cauſa, & ratione alicujus enormis & ſingularis delicti, & reſtituantur ad omnia bona per eos poſſeſſa, ante prædictam condemnationem, & banna, & ſint exempti à certis impoſitis, ipſis Comitibus factis, uſque ad præſentem diem.

Item quod dicti Comites de Palazzuolo, & eorum ſequaces poſſint quaſcumque terras quas tenent libere, & ſine aliqua contradictione, & metu tenere, & poſſidere.

Item quod Caſtrum, mœnia, muri, & turres, & cæteræ fortalitiæ Caſtri Tigli, quod poſſidetur, & eſt in virtute D. Franciſci Caſtracanis, debeat deſtrui per dictum D. Franciſcum, & teneatur relaxare dictum Caſtrum communi Florentiæ, & ipſum Caſtrum aliquo unquam tempore non poſſit fortificari per dictum commune, vel D. Franciſcum, & quod ipſe D. Franciſcus non ſe intromittat per ſe, vel per alium in dicto Caſtro.

Item quod loca caſtrorum Seggii, Mologni, & Pedone remaneant communi Florentiæ cum omnibus viribus ſuis, & quod dictum commune non poſſit ullo unquam tempore moleſtari.

Item quod commune, & caſtrum, & homines terræ de Sovrano exbanniti, & condemnati, rebanniantur, & cancellentur ab omni condemnatione, & ſint liberi ab oneribus, & impoſitionibus realibus, & perſonalibus abſque aliqua ſolutione vel pretio.

Item quod dictum Caſtrum Sovrani, quod jam ſunt octo menſes fuit obtentum per Ser Franciſcum Ser Michaelis de dicto Caſtro ſub banderia, & ſubſidio dicti D. Archiepiſcopi Mediolanen. remaneat ad dictum Ser Franciſcum, & alios terrigenas libere, & pacifice cum mero, & mixto imperio ſine aliqua contradictione, & à dicto communi Florentiæ ſint liberi, & exempti cum hoc quod terrigenæ non poſſint ſubjicere, & ſubmittere dictum caſtrum dominio, & imperio dicti D. Archiep. nec ſuis ſequacibus, & ipſe Archiep. & ejus ſequaces non poſſint recipere, & è contrario

Item quod dic. D. Franc. & hæredes cum caſtro & terra Corelliæ cum omnibus terris, caſtris, & villis veniant, & eſſe intelligantur comprehenſi in præſenti pace.

Item quod ſupraſcripta, & infradicta non intelligantur diſpoſita in favorem exitiorum, & Ghibellinorum de Piſcia, Vallis Nebulæ, & Seravallæ.

Item quod dictus D. Manfredus Paſſiere de Pazzis, & omnes de domo de Pazzis Valliſarni rebanniantur, & eſſe intelligantur liberi, & exempti ab omnibus bannis, & condemnationibus, & proceſſibus contra eos latis per commune Florent. Aretii, &c. & beneficio præſentis pacis cancellentur abſque aliquo onere, vel ſolutione pecuniæ.

Item quod prædicti de Pazzis reſtituantur ad bona, quæ poſſidebant tempore eorum expulſionis, & rebellionis, quæ communia Florentiæ, & Aretii tenent ante 1340. ut de aliis ſupra.

Item quod dictus Manfredus, & conſortes pro tutela, & defenſione ſuorum bonorum poſſint ædificare caſtra, & ædificia ſicut eis placuerit ſine aliqua cōtrad.

Item quod Guido de Talia, & Bertus filii, & conſortes ipſorum ſint cancellati ab omnibus damnis, & condemnationibus, & proceſſibus factis quacunque cauſa, & ratione ſine expenſis, & ſolutione pecuniæ, & ſimiliter illi de Caſtro Taliæ, de Bagnona, & Caſtro de Campovecchio, & Caſtro de Bictano rebanniantur ſi in præſenti guerra fuerint ſequaces, & adhærentes dictorum Guidonis, & Berti.

Item quod Jacobus de Guazzalotris de Prato, & ejus conſortes rebanniantur, & liberentur ab omnibus condemnationibus & proceſſibus factis per commune Flor. &c.

Item quod omnia banna, condemnationes, & proceſſus, facta contra Ser Franciſcum Beccuccii, Nicolaum Albizi, & Ser Nicolaum D. Angeli à duobus annis citra intelligantur caſſa, & cancellata abſque aliqua ſolutione & onere.

Item quod omnia banna, & condemnationes contra ſequaces dicti Jacobi à duobus anuis citra ſint caſſa, vigore præſentis pacis, & ejus beneficio.

Item quod omnes, & ſinguli de Guazzalotris, & omnes adhærentes, qui beneficio præſentis pacis uti poſſunt, & filii, & hæredes Ser Franciſci Leucii, Nicolai, Albizzi, & Ser Nicolaum D. Angeli reſtituantur ad omnia bona, quæ poſſidebant tempore rebellionis.

Item quod dictus Jacobus de Guazzalotris, & omnes alii ejus conſortes reſtituantur per omnia in eorum priſtinum ſtatum quoad perſonas, bona, dignitates, & honores, qui beneficio præſentis pacis uti poſſunt, excep. quod & reſervatur quod dictus Jacobus dictam terram Prati non poſſit ingredi, nec aliquod officium participare, & idem intelligatur de aliis condemnationibus cum eo.

Item quod dictus Jacobus nec aliquis de ejus conſortibus, qui de præſenti non eſt ad mandata communis Florentiæ non poſſit intrare civitatem Florentiæ, Piſtorii, nec terram Prati, per milliaria decem, & ipſis in aliquo tranſgredientibus poſſint ſic tranſgredientes offendi in habere, & in perſona ſi caperentur, & in fortia ducerentur, & banna, & condemnationes executioni mandari ac ſi beneficio præſentis pacis cancellati non eſſent, inſuper liceat eis bona ſua ubique exiſtentia vendere, obligare, donare, tenere, & poſſidere, & eis uti, & frui quolibet modo.

Item quod omnia ſtatuta, proviſiones, capitula facta contra dictum Jacobum, & conſortes, & de domo de Guazzalotris ſint caſſæ, & nullius valoris, & efficaciæ.

Item quod D. Petrus Sacionis, & conſortes legitimi, & non legitimi non poſſint reverti ad Civitatem Aretii, nec venire ad ipſam prope ad tria milliaria, bene tamen ad Petram malam ſibi poſſunt ſtare, & venire indiſtincte, & ſi accedant obſervetur, ut ſupra de aliis, & ſint liberi ab omnibus bannis, &c. quocunque tempore, & cauſa ſine aliquo onere, & ſolutione.

Item quod ſequaces, & adhærentes ipſius dicti Petri, & conſortium, Aretini, qui ſunt foras pro eis reſtituantur, & cancellentur, ab omnibus bannis, &c. in Civitate Florentiæ, Peruſii, &c. ſine aliqua ſolutione pecuniæ, &c. & e contrario intelligatur de terris dicti Domini Petri, & bona eis reſtituātur modis ut ſupra.

Item

Item quod dictus Petrus, & ſequaces caſtra, & terræ habeunt eandem enemptionem, quam habebunt ante quam intrarent brigam dicti Domini Archiepiſcopi per ſpatium decem annorum ſicut antequam intrarent brigam.

Item quod Nicolaus de Monteacuto, de Barbolanis, & homines de Monteacuto gaudeant enemptione uſque ad tres annos proxime venturos ut prius gaudebant quo tempore facta fuit pax, Florentiæ cum illis de petru mala, & quæ vigebat ante 1350. ante initium præſentis guerræ, & ipſi Nicolao, & Guidoni de Monte acuto reſtituant bona mobilia, & immobilia.

Item quod omnes Terræ acquiſitæ per dictum D. Petrum, & ſuos conſortes in præſenti guerra ipſi remaneant ad tempus decem annorum, encepto loco, & fort alitia Suorivallis, Diccbio diſtrictus Caſtiglionis Aretini, cujus cuſtodia remaneat iis, qui ante præſentem guerram tenebant, & quod pax fiat inter conſortes dicti loci, & commune Caſtiglionis infra unum menſem.

Item quod dictus dominus Petrus ſolvat communi Peruſii, & Florentiæ. . 4000. ſecundum illum modum declarare per dictum Franciſcum Gambacurtu, quos Petrus ſupradictus recepit à communi Peruſii pro parte Vallis de Capreſe, & Turris, ſeu fortalitiæ Teraciani, & ſi non ſolverit ut ſupra reluxet dictam Terram Teraciani communi Peruſii.

Item quod commune Eugubii, & Jounnes Contuccii de dicta civitate tamquam adhærentes dicti D. Archiepiſcopi comprehendantur in præſenti pace cum ipſo communi Peruſii cum illis capitulis, & modis pacis contractæ de menſe Aug. prox. præterito die 20 inter ipſum commune Eugubii, & Joannem prædictum en una, & commune Peruſii en alia, & hoc locum habeat quantum ad commune Peruſii, & commune Eugubii, & ipſum Jounnem Contuccii.

Item quod omnia bona immobilia, quæ ablata fuiſſent communi Eugubii à tempore dictæ pacis contractæ citra ipſi communi reſtituantur.

Item quod omnes de Gabriellibus de Eugubio qui occaſione præſentis guerræ ſunt carcerati, & detenti debeant libere relanari.

Item vigore præſentis pacis convenerunt quod inter D. Epiſcopum Tudertinum, & commune Tuderti, & intrinſecos Tudertinos en una parte, & Claravallenſes, & exitios Tudertinos en altera debeat fieri ſecura, & bona pax in hunc modum videlicet quod dictus D. Epiſcopum & alii ex una, & præfati Claravallenſes & alii ex alia ſe debeant compromittere in commune Peruſii tamquam in arbitros, & arbitratores de eorum ſecura, & bona pace tractanda ut ipſi communi, & Prioribus Peruſii videbitur intra quatuor menſes quod poſſit per partes prorogari ſemel, & pluries.

Item quod ſi aliqua en dictis partibus recuſaret dictum compromiſſum facere in commune Peruſii, tunc ipſum commune teneatur auxilium ferre contra partem nolentem, & recuſantem ſaltem de L. equitibus combarbutis, & nullus poſſit ſe intromittere in ſupra narratis, & infra narrandis.

Item firmatæ pacis commune Peruſii ſit fidejuſſor, & ut poſſit dictam civitatem in ſecura pace, & concordia ſervare habeat dominium ſupradictæ civitatis comitatus, & diſtrictus merum, & mixtum imperium, & juriſdictionem, & cuſtodiam, & nullus alius præter Capitaneos, & Conſervatores per commune Peruſii deſtinandos, qui ſint cives Peruſiuni poſſit regere, & gubernare dictam civitatem.

Item quod dicti Claravallenſes, & eorum ſequaces rebanniantur, & cancellentur ab omnibus bannis, & eorum ſequaces robanniantur, et cancellentur de omnibus bannis, et condemnationibus factis à communi Peruſii ab anno 1350. citra ſine aliquo onere, et ſolutione pecuniæ, non obſtante etc.

Item quod Nerius de Faggiuola, ſequaces, et adhærentes, et cunctæ terræ ſi et in quantum ab ipſo infradictæ terræ poſſideutur comprehendantur in præſenti pace, terræ aut loca ſunt iſta, videlicet.

A Caſtrum de Fagiuola.
Caſtrum Ilicis.
Caſtrum de Sernatello. Caſtrum Pratei.
Caſtrum Schicuci. Caſtrum de Fraſſnete.
Caſtrum de S. Sofia.
Caſtrum de Monte rotondo.
Caſtrum Fragheei.
Caſtrum de Monte Juſti.
Caſtrum de Corneto. Caſtrum Petrellæ.
Caſtrum Paggiuoli.
Caſtrum & Rocca } Maiuoli.
Caſtrum Sulumellæ. Caſtrum S. Agathæ.
Caſtrum Pertel. Roccu de Prateſi.
Mons benedictus, Caſtrum de Libiano.
Caſtrum Nivium Maræ.
Caſtrum Montis Fortini.
Caſtrum Montis Labitunchi.
Caſtrum Noncilii.
Caſtrum S. Donati de Maſſa.
B Caſtrum Luccimborghi.
Caſtrum Valenziani. Terra Mercatelli.
Caſtrum Moetole. Caſtrum de Banco.
Caſtrum Carponeti. Caſtrum Caſalecchii.
Caſtrum Torricellæ. Caſtrum Sartiano.
Caſtrum Perticariæ. Caſtrum Majani.
Caſtrum S. Donati. Caſtrum Dugagni.
Rocca Prioris. Caſtrum Ctnoctoli.
Caſtrum S. Angeli. Mons Cornarius.
Caſtrum Civitellæ.
Caſtrum Vallis vignonis.
Caſtrum Calanaciæ. Caſtrum Bulciani.
Caſtrum Bulcianellæ. Caſtrum Sciutiliali.
Caſtrum Sciantacappæ.
Caſtrum Cocciolalti.
Caſtrum montis Brectolini.
Caſtrum Reſtellæ. Caſtrum Sempiuni.
Caſtrum de Molsis. Caſtrum Guinzæ.
Caſtrum Fabrorum. Caſtrum Praticulæ.
Mons delecsis. Caſtrum Belfortis.
C Caſtrum Velliani. Caſtrum Triolæ.
Mons Ramolus. Caſtrum Modii alti.
Caſtrum de Podio. Caſtrum Carbanæ.
Civitas Sarſinæ. Caſtrum Finocchii.
Caſtri Muſellæ. Caſtrum Tozii.
Caſtrum Corſogogli. Caſtrum ſancti Pignani.

Item quod præfatus Nerius filii, & conſortes rebanniantur, & cancellentur ab omnibus bannis, & condemnationibus factis de aliquo eorum in civitate Florentiæ, Peruſii, &c. quecunque tempore, & quacumque cauſa ſine aliquo onere, &c. enceptione ſi datæ eſſent in illis locis exiſtentibus in pace, & ſtatu pacifico.

Item quod commune Peruſii teneatur pro poſſe quod D. Brancalcone de Caſtro Durantis reſtituet, & libere relaxabit ipſi Nerio Caſtrum plebis, & Caſtrum S. Martini, quæ caſtra dicit Nerius fore ſibi arrepta & occupatà, quod ſi dictus Brancaleo recuſaret, non veniat in præſenti pace, nec intelligatur pro adhærente communi Peruſii.

D Item quod infradictæ terræ Abbatiæ de Trebio videlicet Fratellæ, Civitella, Valſamignone, Calancia, Belciano, & Balcianello. Item terræ de Sintigliano, de Schiuntacappu, & ſignlæ poſitæ in comitatu Aretii cum omnibus, hominibus & habitatoribus ſunt exemptæ, & liberæ ab omni onere reali, & perſonali, & mixto eis impoſito, vel imponendo per commune Aretii per duos annos.

Item quod Paulettus Dacobuccii de Spoleto outmatur, & cancelletur de libris communis Peruſii, & de omnibus bannis, condemnationibus, & proceſſibus latis, & datis per commune Peruſii contra dictum Paulettum occaſione occupationis Caſtri Buttonii ſine ſolutione pecuniæ, & quod D. D. Priores artium Peruſii præcipiant cuicumque Poteſtati ipſius civitatis Spoleti, nullam enecutionem faciat contra dictum Paulettum occaſione condemnationis, nec debeat intrare dictam civitatem Spoleti ſub bannis ut ſupra.

Item quod D. Bartholomæus q. Raineriis de Caſali

bus

A
bus veniat in præſenti pace cum omnibus adhærentibus, & ſeq cum omnibus capitulis, & pactis pacis contractæ inter commune Cortonii ex una, & commune Peruſii ex altera parte, quæ in præſenti pace D. Archiepiſcopi intelligantur repetita, & ſi ipſa pax non appareret facta debeat fieri, & tractari per ambaſciatores cum ſufficeret merito in eo loco ubi ſtatuerit D. Franciſcus de Gambacurtis.

Item quod Ser Joannes, & Ser Angelus Ser Zagliæ D. Orlandini de Laterena cancellentur ex omnibus bannis, pœnis & condemnationibus, & proceſſibus factis in civitate Florentiæ, Aretii, Peruſii, &c. niſi eſſent occaſione alicujus enormis delicti, & eſſe intelligantur, quantum ad proceſſus civiles in eo ſtatu in quo erant an. 1350. vigore præſentis pacis, & liberentur ab impoſitis factis, & poſitis à dicto an. 1350. citra, & reſtituantur ad omnia bona.

Item quod omnia banna, & proceſſus criminales lati, & facti contra D. Joannem Contis de Medicis, Thadæum de Antilla, Uguccionem Pieri de Sacchet-
B
tis de Florentia, & Matthæum de Ozzole, & Tirli, & Ghinum, & Joannem D. Bonæ, Vanae Duccii de Paragazzi, & Iniduccium Vannis de ſtagna, & contra omnes Florentinos, Peruſinos, Senenſes, Aretinos, Piſtorienſes de Civitate caſtelli Caporales, & qui fuiſſent in præſenti guerra Poteſtates, Capitanei, Comeſtabiles, vel aliquod officium exercuiſſent in præſenti guerra ſint caſſa, & nullius valoris, & ſine aliquo onere, vel ſolutione pecuniæ, & reſtituantur ad omnia eorum bona.

Item quod omnia banna, & condemnationes, proceſſus criminales facti, & lati contra Florentinos, Peruſinos, &c. ſequaces, & adhærentes D. Archiepiſcopi ſint nulla, & caſſa, & è contra omnia banna lata, & facta contra ſubditos D. Archiepiſcopi ſequaces, & adhærentes Communi Florentiæ, Peruſii, &c. intelligantur caſſa, & nulla, & reſtituantur ad omnia bona ſine aliquo gravamine occaſione præſentis guerræ.

Item quod Contuccius Sighi de Vanciolis de Peru-
C
ſio teneatur vendere legitime, & ſolemniter omnia bona immobilia, quæ habebat ante tempus, & in tempore ſuæ condemnationis Communi Peruſii, ſcilicet quæ habet in civitate, comitatu, & diſtrictu Peruſii, pro condecenti pretio, cujus æſtimatio fiat per duos ab ipſis electis infra unum menſem cum dimidio publicatæ pacis, et ſi non convenirent, D. Franciſcus de Gambacurtis ſtatuat pretium.

Item quod commune Peruſii reſtituat filiis, & heredibus q. Cecchini, & Ludovici D. Vincioli, & Philippi filii d. Cecchini omnia bona, quæ dictum commune tenet, & poſſidet, quæ non eſſent alienata pro ſatisfacientibus creditoribus dicti Cecchini, & Ludovici, vel æſtimationem ipſorum per duos bonos viros declarantes ſalvis juribus creditorum ſuper ipſis bonis.

Item Sindicus, & Procurator communis Florentiæ promiſit quod dictus Contucius rebanniatur in civitate Peruſii, & proceſſus, & banna cancellentur infra ſex menſes, etſi non rebanniatur, promiſit da-
D
re illam quantitatem pecuniæ, quam dicet D. Franciſcus Gambacurta, etſi rebanniatur non poſſit accedere ad civitatem, & comitatum Peruſii ſub pœnis, ut de Jacobo Zarini de Guazzalotris.

Item quod Civitas caſtelli regatur, & gubernetur ſicut nunc præſentialiter

Item quod omnes Ubaldini de Caſtello & de domo dictorum Ubaldinorum, & Ghinus Marchio de Civitella, & omnes adhærentes, & ſequaces banniti, condemnati, & expulſi de dicta civitate cancellentur ab omnibus bannis ab anno 1351. incluſione ſine aliquo gravamine.

Item quod omnes ſupradicti de Ubaldinis, & Ghinus, & qui beneficio præſentis pacis ut poſſunt, reſtituantur ad omnia bona immobilia in eo ſtatu, quo nunc ſunt.

Itẽ quod omnes ſententię, & proceſſus lati contra eos, qui beneficio pręſentis pacis uti poſsũt per cõmune caſtelli, & ejus officiales ſint caſſę, nullę, & nullius valoris

A
Item quod omnes, qui beneficio præſentis pacis uti poſſunt, ſint liberi ab omnibus datiis, præſtantiis, & collectis, & aliis quibuſcunque oneribus realibus, & perſonalibus impoſitis uſque hodie per dictum commune Caſtelli.

Item quod omnes, & ſinguli qui præſentis pacis beneficio uti poſſunt, poſſint reintrare dictam terram Caſtelli, & reſtitui ad honores, & officia, quæ habere poterant in dicta Civitate caſtelli ante tempus eorum expulſionis, exceptis dictis Ubaldinis, & de domo Ubaldinorum, Ghino Marchione, & filiis, qui prope ipſam civitatem ſtare, & venire poſſint ad tria milliaria, & in terris morari, nec prope ipſas ad unum milliare.

Nomina vero aliorum, qui reintroduci debent ſunt infradicta, videlicet.

Caccia Dini D. Cacciæ.
Franciſcus Lucæ Guidorelli.
Ludovicus ejus frater.
Nerius Ser Petri Bareſuzzii.
B
Franciſcus Naldi de Silice.
Gerius Cionis.
Guido Domini Lucæ Muti.
Orlandus D. Muciatti.
Nicolaus Ser Lucæ Magiſtri Gualteronis.
Laurentius Poltronis de Valla braſezza.
Fucciarellus Betti radæ.
Joannes Magiſtri Vitalis.
Ragno Ser Vannis.
Jacobus Mundi D. Joannis,

Quod ſi accederet ad dicta loca prohibita, obſervetur in eis ut ſupra de Jacobo Zarini de Guazzalotris.

Item quod Dominæ Lippæ q. Bernardini de Marſiano, & ipſius hæredi uxori Tanucrii de Ubaldinis reſtituantur per commune Peruſii, omnia bona, quæ ſunt in comitatu Peruſii, quæ reſtitucio fiat de plano & ſine ſtrepitu, & figura judicii.

Item quod Joannes filius q. Comitis Bernardini de Marſiano, & Matthæus Vannis Nerii de Burgo S. Sepulchri cancellentur ab omnibus bannis, conden-
C
nationibus & proceſſibus criminalibus Civitatis Caſtelli, Peruſii, & Aretii hoc excepto quod Joannes non poſſit morari in Caſtro Marſiani, & ſi accedat obſervetur quod de Jacobo Zarini de Guazzalotris.

Item quod omnia pacta, temporibus anteactis inita inter commune Peruſii, & ipſos de Ubaldinis rata, & firma perduret.

Item quod Caſtrum Citernæ remaneat cuſtodiendum hominibus originariis dicti Caſtri uſque ad annos decem proxime venturos, incipiendi hac præſenti die, quibus tranſactis ſubeſſe debeat Civit. Caſtelli.

Item quod omnes fortalitiæ, & Caſtra terræ, villæ, quæ occaſione præſentis guerræ occupatæ ſunt per Ubaldinos in comitatu Civitatis Caſtelli remaneant ſub protectione illorum de Ubaldinis, & ſint liberæ ab omnibus expenſis, & oneribus realibus, & perſonalibus impoſitis, per dictum commune Caſtelli.

Item quod Ghinus Marchio de Civitellis, ſive de Purrivolo veniant in præſenti pace tamquam adhærentes, & ſequaces dicti Archiepiſcopi, & pacta con-
D
tracta inter commune Peruſii, & Aretii ex una, & D. Ghinum Marchionem ex altera ſint rata, & firma.

Item quod prædictus Ghinus Marchio, Uguccio ejus filius cum omnibus ſequacibus, & adhærentibus eximantur, & cancellentur ab omnibus pœnis, bannis, condemnationibus, & proceſſibus criminalibus factis in civitate Florentiæ, Peruſii, Aretii, Senarum, Piſtorii, &c. niſi ſint proceſſus ratione alicujus enormis, & ſingularis maleficii.

Nomina vero familiarium dicti Ghini ſunt hæc, videlicet.

Muccione Lucii de Aunimo.
Joannes Magiſtri Vitalis de Caſtello.
Ceccus Maldare de Aretio.
Andreas ejus filius.
Maffeus Merii)
Marcus, &) de Boſſano.
Beniacaſa)
Petrus)

Nico-

Nicolaus Soffani della Coſta.
Blaſius Bazi.
Piccius Guidonis della Coſta.
Lucas Muzzii de Pino.
Orlandus D. Mucciatti de Triſtina.
Gualterius Ormanni.
Bartolus Puccivoli de Sogna,
Ventura, & } Cecchi de Cortona.
Bartolus }
Ghellus Chriſtophani della Coſta.

Adhærentes dicti Ghitti ſunt infradicti videlicet.
Omnes homines Caſtri, & curiæ Caſtri Civitellæ Marchioni.
Omnes homines Caſtri, & curiæ Caſpignani.
Omnes homines de Caſtro curiæ Collis Marchioni.
Omnes homines de Varnia Comitatu caſtelli.
Omnes homines de Caſtro, & curiæ Perrivoli.
Omnes homines de Monte Albano comitatu caſtelli.

B Item omnis proceſſus, ſententia, condemnatio, criminalis facta in civitate Florentiæ, Peruſii, &c. contra dominos Alberghettum Joannem, & Creſcentium fil. D. Thomæ de Clarevallis de Fabriano, Gentilem de Mogliano, D. Lorinum S. Mariæ de Exio, D. Bereum ejus fratrem Curradum, & Guidonem de terra Mattelicæ, & etiam alium aliquem de eorum domibus, & deſcendentes cancellentur, & caſſentur ſine aliquo onere, vel ſolutione pecuniæ.

Item quod omnis proceſſus, ſententia, & condemnatio facta in dictis civitatibus Florentiæ, Peruſii &c. contra aliquem de civitate Firmana, de Fabriano, de terra S. Quirici, de Mattelica tollantur, & cancellentur, dummodo iſti proceſſus non ſint facti tempore pacifico, ſed intelligantur de factis tempore, & occaſione præſentis guerræ.

Item quod omnes repreſaliæ conceſſæ alicui de Florentia Peruſii contra aliquos de Fabriano, de Firmo, de terra Mattelicæ, ſeu de terra S. Quirici, ac omnes repreſaliæ conceſſæ alicui de dictis terris Fabriani, Firmi, terræ Mattelicæ, ſeu de terra S. Quirici contra Florentinos, ſeu Peruſinos ſint caſſæ, & C nullæ, & nullius valoris.

Item quod lotus Nidaſtoris in præſenti pace intelligatur, & veniat ut de locis adhærentibus dicto Archiepiſcopo.

Item quod ſiquis Florentinus, vel Peruſinus eſſet obligatus quacumque de cauſa dictis Comitibus, vel alicui eorum, vel de eorum familia fiat eis jus ſummarium, & è converſe ſi quis de familia dictorum Comitum, vel ipſi Comites eſſent obligati alicui Florentino, vel Peruſino.

Item quod civitas Calliæ, ſeu S. Angeli Papalis det quolibet anno communi Peruſii palium in ea forma, et eo tempore, quo ſolita erat.

Item quod omnes exitii civitatis Calliæ exbanniti partialitatis cauſa, rebannantur, & abſolvantur à quibuſcunque pœnis, et proceſſibus criminalibus et reſtituantur ad bona, quæ poſſidebant tempore eorum expulſionis, et poſſint venire, et ſtare in dicta ci- D vitate, exceptis illis, qui pro ſuſpectis dabuntur.

Item quod D. Archiepiſcopus reſtituat omnes exitios Burgi S. Sepulchri ad eorum ſtatum, et honores, et bona, et caſſet omnes pœnas proceſſus, et condemnationes ſine aliqua ſolutione, et onere, et introduci faciat in dicta terra, exceptis illis, qui prohibiti eſſent ſtare in illa terra per legem et ſtatutum antequam d. Archiepiſcopus dominium illius loci habuiſſet, & ante novitatem factam in dicta terra de anno 1351. & reſtituantur ad omnia eorum bona.

Item quod dictus D. Archiepiſcopus renuntiet omni juri, quod habet in dicta terra Burgi, & in homines, & de ea revocabit omnes ejus officiales, & gentes, & ipſam terram, & homines relinquet in propria libertate, & ſtatu, & hæc omnia erunt adimplenda intra tempus trium menſium prox. vent. incipien. à die celebrati contractus præſentis pacis.

Item quod dictus D. Archiepiſcopus, ſequaces, & adhærentes non ſe intromittant de dominio, & juriſ- A dictione dictæ terræ, & idem obſervabit, & faciet commune Peruſii, hoſalvo, quod dictus D. Archiepiſcopus poſſit ſe intromittere de dominio, & juriſdictione de licentia communis Peruſii, & commune Peruſii de expreſſa licentia dicti D. Archiepiſcopi poſſit ſe intromittere.

Item quod dictus D. Archiepiſcopus curabit quam commune, & homines terræ Burgi per ſuum legitimum ſyndicum promittet quod non receptabit ſuſpectos, & inimicam gentem dicti D. Archiepiſcopi, & communis Peruſii.

Item quod Caſtrum Anglare libere, & abſolute remaneat ſub poteſtate, & omnimoda juriſdictione D. Maſii de Petramala, quondam D. Uberti, & homines, & habitatores dicti loci debeant reſpondere in omnibus d. Maſio, & ſint liberi ab omni obedientia, & juriſdictione, & veniant, & comprehendantur in præſenti pace ut adhærentes præfati D. Archiepiſcopi, niſi dictus D. Maſius ſponte, & libere ſe ſubjiceret, & ſupponeret communi Peruſii.

B Item quod dictus D. Archiepiſcopus reſtituat libere communi Piſtorii caſtrum Pitecci, & caſtrum turris, & valli Treppi, Foſſati, Monticelli, & Montis Metezzani ſitque comitatu Piſtorii.

Item quod caſtrum Sambucæ, & Sambuconis, poſitum in comitatu Piſtorii ponatur per dictum D. Archiepiſcopum ad evitanda ſcandala, & diſcordias de conſenſu Epiſcopi Piſtorien ſub bona fide cuſtodia, & poteſtate communis Piſarum hinc ad duos menſes, ſalvo omni jure Epiſcopi Piſtoriæ ſub bona fide, & cuſtodia pro ipſo Archiepiſcopo.

Item quod comes Nolfus de Orbino comes Montisfeltri debeat relaxare, & relaxari facere liberè, & in priſtinum ſtatum Cionem Falconis civem Floren. in partibus Calli, ſeu alibi per eos captum ſtatum & detentum ſine aliqua ſolutione.

Item quod fortalitia, muri, turres, & omnia alia munimenta exiſtentia in caſtro Montis Gemmoli per commune Florentiæ & ejus affic. deſtruantur, ita quod nulla fortalitia remaneant, & de cætero per C nullum dictarum partium poſſit ibi reædificari, & poni aliquod caſtrum, vel forſalitia, & dictus locus Montis Gemmoli remaneat libere, & devolvatur illis de Ubaldinis, ad quos de jure ſpectat.

Item quod Palatium delle Gualchiere, & Palatium de Fibiana, & Palatium de Caſale poſita in comitatu Aretii per illos de Petramala reſtituatur, & relaxetur, primum Canonicæ Aretinæ ſecundum Joanni Dolfi de Aretio, tertium Marchetto Monaldi de Aretio, & ipſa palatia libere intrare poſſint.

Item quod omnes, & ſinguli homines de civitate Bononiæ, vel de aliqua alia terra, vel loco, qui ut adhærentes dicti D. Archiepiſcopi in præſenti pace veniunt detenti, vel capti ratione partialitatis pro facien. ipſos redimi in civitate Florentiæ Peruſii &c. & e converſo relaxentur, & relaxari debeant.

Item quod prohibitio facta in aliquibus locis, ſeu terris ſuppoſitis Archiepiſcopo de non conducendis pannis Florentinis, & permutan. & venden. in dictis terris & civit. ſit caſſa, & nulla, & è contrario pro- D hibitio facta in civitate Florentiæ pro pannis terrarum ſuppoſitarum dicto D. Archiepiſcopo ſit caſſa, ſalvis juribus in datiis, & gabellis, &c.

Item quod ſequaces D. Bartholomæi de Caſalibus de Cortonio domini Generalis dictæ terræ banniti, & condemnati per commune Florentiæ, Peruſii &c. cancellentur ab ipſis bannis, condemnationibus, & proceſſibus ſine aliqua ſolutione, & onere, & hoc tamen intelligatur de bannis occaſione præſentis guerræ, & non occaſione alicujus enormis delicti.

Item quod prædicti omnes qui beneficio præſentis pacis uti poſſunt, de quibus in ſupradicto capitulo, reſtituantur ad omnia bona, ſalvis illis, qui expreſſe prohibentur intrare dictas civitates.

Item quod omnes, & ſinguli, tam Cortonenſes, quam Aretini exbanniti, & condemnati occaſione itinerie, vel acceſſus facti per dictum D. Cortonenſem ad civitatem Aretii de Menſe Octobris currentis anni 1351 & abinde citrà, quatumque ratione vel cau-

A ſa rebanniantur, & reſtituantur ad omnia bona, & omnia banna, & condemnaciones ſint nullæ, & caſſæ, & quod omnes impoſitiones reales, vel perſonales in civitate Aretii uſque in hodiernum diem poſitæ collantur, & cancellentur.

Nomina vero dictorum exbannitorum, & condemnatorum ſunt infradicta videlicet

Bartholomæus, &) D. Rainerii de Cortonio.
Jacobus)
Lippus D. Rainerii de Cortonio.
Guerruccius)
Guidaccius, &) D. Branzalliæ.
Martinus)
Sylveſter)
Brandallia) Guidaccii D. Branzalliæ.
Boſſus, &)
Jacobus)
Joannes Guerruccii D. Branzalliæ.
Angelus)
Torinus) Cecchi de Branzalliæ.
B Vectura)
Teghiarius)
Ser Gregorius)
Donatus, &) D. Angeli.
Nicolaus)
Ser Joannes)
Vandinus, &) D. Gerii.
Federigus)
Franciſchinus Benuccii, alias dictus Malacarne.
Ser Lippus Baldacchini de Cortona,
Franciſcus Bonaſtri.
Ser Joanne de Plebe quarti.
Ser Joannes, &) Sezagliæ.
Angelus)
Vannuccius Gori D. Federighi.
Angelus Pocci.
Angelus Azzolini.
Donatinus D. Segnæ.
Nicolaus Cantis de Mavauria.
Ser Joannes Vannis de Graſſis.
C Nuccius Accurſii de Camajanis.
Ceccus Manni.
Meus della mano.
Cecchorellus Angeli.
Nannes Piſtorii.
Philippus Monis.
Juncta Cecchi Ser Junctæ.
Angelus Vannis Giobbi.
Feus Gori Cimator.
Brigante.
Civetta.
Ciuccius dictus Bruſigallia.
Petrus dictus Bugina.
Landinus Bichi.
Mone Petri Peccinari.
Forzone de colle.
Caſſa Carca.
Cennuccius de Monteguarchi.
Facchi Ser Gini.
Dominicus Agutarius.
D Lazzarus de Vicione piccolo.
Nerius Dinuncii de prato antico.
Sanctis de Sancto Polo.
Fredi de Mercacello.
Joannes Guelfi.
Nerius dictus Mantena, & filii.
Pierus de Prato antico.
Cecchus Ghitæ.
Ser Braccius Gargiani.
Andreas famulus Joannis Bartolini.
Joannes del frate magiſter lignaminum.
Dinus Ugolini farſettarii.
Blaſius de Senis.
Bertinus Ricepti D. Branzalliæ.
Pierus Blondus
Simon)
Agabitus) Cecchi D. Brandalliæ.
Philippus &)
Matthæus)

Nicolaus Nelli de Mont'Alcino.
Dinuccius Ser Ghezzi de Bucino.
Michael Naldi de Gelognano.
Juſtus Verdis.
Vannes dictus Speſia de S. Paolo.
Franciſcus Pollajnolus.
Roſadus Ser Arcini.
D. Gregorius Piſara.
Gregorius, &) Segnæ D. Branzalliæ.
Stephanus)
Cremonenſe.

Item quod Guidaccius fratres, & nepotes D. Brandalliæ vigore præſentis pacis habeant communitatem de omnibus bonis patrimonialibus quouſque reintroducentur, & reintegrabuntur ad eorum ſtatum, & honorem civitatis Aretii pro duobus annis proxime futuris cantum, quibus tranſactis debeant reſpondere dicto communi Aretii.

Item quod caſtrum Caſtilionis Aretini regatur, & gubernetur prout nunc regitur, & gubernatur.

Item quod omnes rebelles, exbanniti de dicto caſtro Caſtilionis occaſione præſentis guerræ, & tempore præſentis guerræ cancellentur ab omnibus bannis, &c. dicti, caſtri, & civitatis Aretii, Peruſii, & Civitatis caſtelli, cum omnibus ſequacibus, & adhærentibus, & reſtituantur ad omnia bona ſine aliqua ſolutione, & onere, quæ tenebantur ante initium preſentis guerrę, nomina quorũ exbannitorũ ſunt hęc, videlicet.

Vichus Broccardini. Andruccius Ubertini.
Nicolaus Ser Marchi Ser Miniatus.
Ser Petri, Simon magiſtri Philippi.
Ser Paulus, Ser Gori. Pierus Giuliani.
Nicolaus Cicchi Juſtoli.
Corbellus Valentini.
Manettus Guiduccii.
Giulius Vannis.

Item quod omnia bona exiſtentia in dicto caſtro pertinentia ad Dominos de Petra mala ſequaces, & adhærentes dicti Domini Archiepiſcopi tenta per eos tempore præſentis guerræ reſtituantur eis & eis uti, & gaudere poſſint, ſalvo ſi aliqua de dictis bonis incluſa eſſent in caſtro dicti caſtri, quæ ſolvi debent per tenentes ea juſto pretio, & hoc ſine aliquo onere, & ſolutione.

Item quod omnia banna, &c facta à duobus annis citra contra d. Nicolaum, D. Bartoli, alias contra Nicolaum Dominę Mateldæ Conte de Colcello, & Antonium Tivoli de Peruſio caſſentur, & reſtituantur ad omnia eorum bona, ſalvo quod non poſſint ingredi civitatem Peruſii, vel ejus comitatum, quod ſi ingrederentur, poſſint libere, & impune offendi, capi & detineri, quod ſi bona dicti Antonii eſſent alienata per commune Peruſii dare tantum eſtimatur dictorum bonorum declarandam per duos homines, quod ſi infra menſem non eſſent concordes, eligatur tertius cujus arbitrio ſtetur.

Item promiſit Carolus Syndicus communis Florentiæ, quod dictum commune hinc ad octo menſes curabit quod commune Peruſii concedet licentiam dictis D.D. Nicolao, & Antonio quod poſſint morari, & ſtare prope dictam civitatem pro 10. milliaria, & dictus comes in territorio Cluſii, quod ſi commune Florentiæ non procurabit, tunc poſſit ſibi providere de ſufficienti proviſione declaranda per Dominum Franciſcum Gambacurtam.

Item quod dict. D. Archiepiſcopus non ſe intromittet quoquo modo auxiliando, vel favorem præſtando, in acquirenda juriſdictione in Tuſcia, in Ducatu Spoleti, excepto patrimonio B. Petri poſito in Tuſcia requiſiti à Pontifice Romano, quod debent per ſcripturam conſtare, & excepto, quod beneficia Eccleſiaſtica in dictis locis, & partibus poſſint dictus Archiepiſcopus, & alii acceptare, & ſi contra fiat, intelligatur pax rupta.

Item quod dictus D. Archiepiſcopus, & alii non ſe intromittent auxiliando, vel favorem præſtando, ita ut acquirant aliquam juriſdictionem in civitatibus, terris, fortalitiis, quæ tenentur per commune Florentiæ, Peruſii, Senarum, &c. alias pax intelligatur rupta, & in Tuſcia intelligantur eſſe, &

in co-

in comitatu, & diſtrictu dictarum civitatum.

Item quod communia Tuſciæ non ſe intromittent in civitate Bononiæ, comitatu, & diſtrictu, nec in Provincia Lombardiæ, & aliis locis dicti Archiep. alias pax intelligatur rupta, & in Tuſcia intelligantur eſſe etiam in comitatu, diſtrictu dictarum civit.

Item quod communia Tuſciæ non ſe intromittent in civitate Bononiæ, comitatu, & diſtrictu, nec in Provincia Lombardiæ, & aliis locis dicti Archiepiſcopi, alias pax intelligatur rupta.

Item ſi dictus D. Archiepiſcopus, ſeu aliquis de domo ſua offenderet commune Piſarum vel Lucę intelligatur pax præſens rupta inter dictum Archiepiſcopum, & communia Florentiæ, Peruſii, & Senarum, & ipſis communibus liceat auxiliari communibus Piſarum, & Lucæ contra dictum Archiepiſcopum, & ſequaces ſit licitum ei auxilium præſtare.

Item ſi communia Piſarum, & Lucæ offenderentur à communibus Florentiæ, Peruſii, &c. poſſit dictus Archiepiſcopus in hoc auxilium præſtare.

Item ſi communia Piſarum, & Lucæ offenderent adhærentes, & ſequ. D. Archip. liceat ipſi coram offendere, & adhærentes adjuvare contra dicta communia.

Item ſi contingeret dicta communia Piſarum, & Lucę offendi à communibus Florentię, & Piſarum, & Peruſii, &c. liceat dicto D. Archiepiſcopo eos juvare.

Modi quibus commune Piſarum, & Lucæ intelligi debent offendere dictum Archiepiſcopum intelligantur, ſi dicta communia, Piſarum, & Lucæ occuparent locum, caſtra, vel fortalitias dicti Archiepiſcopi, & ſi equitarent cum gente groſſa, & hoſtili in dictis territoriis, & locis, & ejus ſequacibus adhęrentibus, & ſubjectis damnum inferrent.

Modi quibus dictus Archiepiſcopus intelligitur offendere communia Piſarum, & Lucæ ſunt, ſi dictus D. Archiepiſcopus offenderet ut ſupra in ſupradicto modo.

Item ſi quod aliud commune non incluſum in præſenti pace offenderet dictum D. Archiepiſcopum, liceat ipſi Archiepiſcopo tale Commune offendere, & è contrario, ſi aliquis de Lombardia non incluſus in præſenti pace, &c & hoc non extendatur ad commune Piſarum, & Lucæ.

Item quod præſens pax intelligatur rupta quando unus occuparet loca alterius, ideſt D. Archiepiſcopus loca civitatis Florentiæ, Peruſii, &c. & communia dicta loca dicti D Archiepiſcopi.

Item quod omnes terræ, loca, caſtra, & fortalitiæ, quę tenentur per ſuprad communem apud eos remaneant pacifice, præſenti pace durante, qua rupta, liceat unicuique uti jure ſuo, idem fiat per dictum D. Archiepiſcopum.

Item quod omnes, & ſingulæ repræſaliæ conceſſæ aliquibus de locis dicti Domini Archiepiſcopi, ſeu ſequacibus, & adhærentibus contra commune Florentiæ, Peruſii, &c. repræſaliæ conceſſæ per commune Florentiæ, & contra dictum Archiepiſcopum, & ſequaces, & adhærentes ſint nullæ, & nullius valoris.

Item quod omnes exitii de Fabriano Civitate Firmanæ, & terræ Mattelicæ, quæ tenentur per Dominum Alberghettum, & fratres Gentilem, & Guidonem, & Corradum cancellentur ab omnibus bannis, & condemnationibus, & reſtituantur ad omnia eorum bona per eos poſſeſſa tempore eorum expulſionis, & rebellionis, & reintroducantur in dictis terris, & caſtris, & civitatibus exceptis ſuſpectis nomin. per ipſum D. Alberghettum, vel ejus fratres, Gentilem de Magliano, Conradum, & Guidonem de Mattelica, qui ſtare debent extra dictas civitates, & eorum diſtrictus, & comitatus, & idem intelligatur, & ſit de bannis, & condemnationibus omnium, & ſingulorum exitiorum civitatum, & terrarum, & locorum infradictorum, videl.

Civitatis Camerini.
Terræ S. Geneſii.
Terræ Tolentini.
Terræ Montis Milonis.
Terræ Monticuli.

A *Terræ Stafali.*
Civitatis Maceratæ.
Terræ Montis Sancti.
Terræ S. Severini.
Terræ S. Anatoliæ,
Terræ Serræ Comitatus.
Terræ Curinalti.
Terræ Montis novi.
Terræ Rocchæ Contratæ.
Et omnium aliarum terrarum, civitatum, Caſtrorum, & aliorum locorum, quæ tenentur per infraſcriptos videlicet.
D. Gentilem de Camerini.
D. Rodulfum, & alios ejus nepotes.
Guidaccium de S. Severino.
Filios, & conſortes ejus.
Frede de Macerata, & ejus conſortes.
Puccium de Monte ſancto.
D. Bartholomæum, D. Pagnoni de Cingulo, & ejus conſorte.
B *Filipuccium Tani de Exio, & ejus conſortec.*
Filios D. Rainaldi de Staffullo.
Omnes, & ſinguli exitii civitatis Firmanæ terræ Fabriani, & terræ Mattelicæ.
Adhærentes ſequaces, & complices Marchiæ Anconitanæ pro parte excelſi D D.
Archiepiſcopi, & D. Mediolani.
D. Alberghettus
Joannes, &
Creſcentius
de Clavellis de Fabriano, & eorum diſcendentes, & conſortes, caſtri, & villæ quæ per eos poſſidentur, vel detinentur præſentialiter, homines eorumdem.
Gentilis de Magliana, & ejus deſcendentes, & conſortes civitatis terræ, caſtra & villæ, quæ per eu m poſſidentur, vel detinentur, præſentialiter, & ſingulares homines earundem.
D. Lomo S. Mariæ de Exio.
D. Berre ejus frater.
C *cum eorum filiis filiorum, & terræ, & caſtra, & villę, quæ præſentialiter tenentur. poſſident, & detinent ſingulares homines earundem.*
Omnes, & ſinguli exitii, & exbanniti infradictarum Civitatum, terrarum, & caſtrorum, & Villarum, & locorum, & omnium aliorum, quæ poſſidentur per ſupeadictos adhærentes pro parte communis Peruſii.
Civitas Camerini.
Terra S. Geneſii.
Terræ Tollentino.
Terræ Montie Milonis.
Terræ Monticuli.
Terræ Staffuli.
Civitas Maceratæ.
Terræ S. Anatoliæ.
Terræ Serræ Comitatus.
Terræ Curriualdi.
Terræ Montis novi.
Terræ Rocchæ Contratæ.
D *Terræ Montis ſancti.*
Terræ Sancti Severini.

Item quod omnes, & ſingulæ cancellationes, & abolitiones bannorum, condemnationum, & proceſſuum criminalium, quæ fieri debent vigore præſentis quandocunque occurrerint faciendæ in civitate Florentię fiant per ſer franciſcum ſer Roſſi de Florentia not.
In civitate Peruſii per ſer Martinum Ceccoli de Peruſio.
In civitate Piſtorii per ſer Philippum D. Marchi de Tebaldis.
In civitate Aretii per ſer Naldum Naldi de Caſtro Focognano de Aretio.
In Civitate caſtelli per Ser Colam de Gettatis de Civitate caſtelli.
Qui omnes vigore præſentis pacis ſint notarii ad faciendas cancellationes in civitate, in qua dictæ cancellationes fieri de quibuſcunque libris, in quibus reperirentur ſcriptæ abſque eorum, vel alicujus

cujus eorum gravumine, & onere, & quod quilibet ad cujus cuſtodiam eſſent libri, ubi ſcriptæ ſunt dictæ condemaationes, & banna teneatur oſtendere, & videre, & pati dictas euncellationes fieri. A

Item quod emnes, & ſinguli exitii, & enbanniti dictarum eivitatum, terrarum, & locorum, eancellentur, & enimantur, & reſtituantur ud eorum bona vigere præſentis pacis.

Item quod omnibus Peruſiuis fiat reſtitutie benerum poſiterum, & exiſtentium in locis illorum de Petramalu, & aliorum adhærentium dicti Domini Archiepiſcopi, & uti, & frui poſſint unte tempus præſentis guerræ, & è contrario ſiat adhærentibus dicti D. Archiepiſcopi.

Item quod cum Angelus filius Legerii Andrecii de Peruſio ante invaſionem, & occupationem terræ burgi S. Sepulchri in civitate Peruſii legitime, & juridice extractus fuerit de ſacculo in poteſtatem dictæ terræ, & ad dictam terram accedere intendens ſe præparaſſet, & prefamulis, et periculis omnes enpenſas feciſſet, et ipſa terra ſe dediſſet Archiepiſcopo, et ejus genti dictus Angelus ad dictam accedere non potuis, et per eum non ſtetis, et propterea dicatur dictum Angelum habuiſſe tu civitate Peruſii repreſalias pro ſuo ſalario, quæ in præſenti pace ſublutæ ſunt, quod per commune Burgi en una, et dictum Angelum en altera parte fiat compremiſſum in nobilem virum D Bartholomæum de Caſulibus dominum Certenenſem de jure, et facte de dicto ſalarie dicti Angeli, et dicta terru Burgi relunatur per dictum D. Archiepiſcepum, et quod commune Burgi ſecundum laudum ſelvat dicto Angelo, quod laudatum fuerit, quibus Burgenſibus non ſolventur, liceat ei in civitate Peruſii, et aliis terris ſibi colligatis Burgenſes, et eorum bona prendere, et reſtare ſine licentia alicujus officialis impune uſque ad integram ſatisfactionem. B

Item quod in præſentibus reſtitutionibus faciendis non veniant emendæ aliorum damnorum hinc retre datorum eccaſione præſentis guerræ, nec peti poſſint eorum aliqueofficiali, immobilia reſtituantur, ut ſuperius dictum eſt, mobilia vero ipſis ud quos ſpectant reſtituantur. C

Item quod omniu onera realia, et perſonaliu impoſita occaſione præſentis guerræ adhærentibus dicti D. Archiepiſcopi ſint caſſa, et quibus tallia impoſita fuiſſet intelligantur abſoluti, et è contrario in omnibus, et per omnia in hominibus dictorum communium.

Item ne aliqua poſſit dubitatio, qui ſint adhærentes, et ſequaces dictarum partium ſtetur de eis dicto D. Franciſci de Gambacurta, & caporales, & adherentes nominare infra quatuor menſes à die publicationis præſentis pacis.

Item declararunt criminaliter preceſſus ubi venit pœna applicandi Fiſco in totum vel partem

Item declaraverunt quod infra unum menſem, à die quo terra, fortalitiæ Sambucæ, & Sambuconis traditæ fuerint in manu dicti communis amici debeat dirui Caſtra Mentis Gemmolis, & Tigli per eos de quibus eſt in capitulis diſpoſitum. D

Item ſi ſerte de cætero dubitaretur, quibus actibus præſens pax rupta intelligatur declaruverunt his modis, & actibus ruptam intelligi

Primo ſi dictus Dominus Archiepiſcopus, vel ejus ſequaces invaſerint, occupuverint, vel obſederint eivitatem, vel locum civitatis Florentiæ, Peruſii, &c. & e contrario ſi aliqua dictarum civitutum occupaverit aliquem locum, quem de præſenti teneat dictus Dominus Archiepiſcopus.

Item ſi dictus Archiepiſcopus tractaret ſublevare, ſubvertere, & movere ſtatum dictorum communium, quem præſentialiter tenent, & è converſe.

Item ſi dictus Archiepiſcopus cum aliquu civitatis provincia, principe, vel barone præberet auxiliu, & ſubſidia, quibus veriſimiliter poſſet turbari præſens ſtatus dictorum communium, & è contrario.

Item ſi aliquis en udhærentibus dicti Archiepiſcopi vel dictorum communium aliquid eommitteret, per qued diceretur feciſſe contra formam præſentis pacis.

Item quia non eſt conveniens pro quelibet minimo eentente, ſeu intellecte in inſtrumente præſentis pacis nen ſervate, poſſit dici pacem eſſe ruptam, & ut tollutur omnis materia diſcordiæ, & querelæ, ſi quande per aliquem dictarum partium diceretur pacem eſſe ruptam ſtetetur declarationi, & deciſioni loci, vel per dictum Leetum.

Item declaraverunt enorme maleficium intelligi debere ſecundum formam ſtatus loci commiſſi delicti, ubi ponitur pœna mortis, vel abſciſſionis membri, ut pœna & publicatio bonorum, & omne illud de quo dictus Franciſcus declaraverit infra unum menſem proxime futurum.

Item quod Martinus quendam Battaglieri della Spinu Comit. Florentiæ vel de Mugelle plebis S. Laurentii Parochiæ S. Martini de Planzane reſtituatur ad omnia bona vigore præſentis pacis, quæ fuerunt dicti Battaglieri, non ebſtante aliqua condemnatione, ſine aliquo gravamine, vel ſolutione, excepte quod ſi mutuatum fuiſſet à communi Flerentiæ, quia tunc dictus Martinus teneatur ſolvere ipſam quautitatem vel illi, qui ſuper eis mutuavit.

Item quod Jacobus Laini de Pulcis tanquam adhærens dicti D. Archiepiſcepi vigore preſentis pacis, rebanniatur ab omnibus, & ſiugulis pœnis, condemnatienibus &c. & reſtituatur ad emnia bona, quæ tenebat, & poſſidebat tempore ſuæ rebellionis, & expulſionis.

Item qued idem modus, & forma ſervetur in civitate Bonen. iu exactione gabellarum, & datiorum de rebus & mercantiis civium, & Comitatinorum civitatis Florentiæ quæ ſolita erat ſervari in anno 1348. & è centrario ſervetur in civitate Florentiæ de mercantiis civium civitatis Bononiæ.

Item ſi in prædictis oriretur aliqua dubitatio circu contenta in præſenti inſtrumente corrigantur, & emendentur per duos eligendos à partibus, unum ex parte D. Archiepiſcepi, & alium pro parte ſupradict. communium, quibus non concordantibus ſtetur deciſioni Franciſci de Gambacurtis.

Item quod in terra Caſtillionis Aretini per poteſtatem cancellentur inſtrument. pub. promiſſ. factæ per Ser Menceptum Ser Campi de dicta terra florenorum centum penes queſcumque terrigenas dictæ terræ factæ de anno 1351. de menſe Octobris, & quoddant inſtrumentum conſervationis indemnitatis factæ eidem Ser Moncepto per Petrum Junctæ de Cortone, cum dicta inſtrumenta ſint ſimulatu, & facta pro relanatione, et captura de dicte Petro tempore acceſſionis Domini Cortonen. ad civitatem Aretii, et de eis non ſiat aliqua executie, & ſi fuerit factu, cancelletur.

Item qued quidam nobiles de Speleto, & Marchia Ancenitana dati per dictum D. Archiepiſcepum pro adhærentibus, ut honor Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſervetur preteſtantur ſupradicti ſyndici eſſe adhærentes inquantum nen redundet in præjudicium, & contemptum ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ.

Item quod infradicti adhærentes Contuccii Filii de Venciolis condemnati, & banniti vigore præſentis pacis rebaauiantur, & cancellentur abſque aliquu ſolutiene, & enere, quorum nemina ſunt hæc.

Vunnes Benus de Coppolis.
Petrinus Feliciensis.
Ser Antonius
Jounnes Ceccoli
Vannes dictus Margagliane
Joannes Graſſus
Megliolus
Dominicus, &
Santuccius.

Item quod dictus D. Archiepiſcopus teneatur hinc ad tres menſes ratificare præſentem pacem per publicum inſtrumentum, qua factu cenſeatur eſſe

facta

facta per quaslibet civitates, communia, & loca, de quibus ſuper ſit mentio, & idem fiat per ſupradicta communia, & huiuſmodi ratificationes debeat dictus D. Archiepiſcopus, & teneatur infra tres menſes tranſmittere Florentiæ, & præſentare coram dominis Prioribus, & aliarum civitatum. Hoc tamen pacto, quod ſi ſupradictæ partes intra terminum ſupradictum non ratificabunt præſentem pacem, & adhærentes & ſequaces eorum non includantur incluſi in præſenti pace.

Quam pacem, & omnia ſingula in ea contenta prædicti ſindici promiſerunt rata habere, & obſervare, & adimplere ſub pœna 100. florenorum auri ſolven. parti non contrafacienti.

Item juraverunt in forma 1353 die 6. Aprilis hæc ſunt inſtrumenta ratificata pacis factæ inter commune Florentiæ en una parte, & Archiepiſcopum Mediolani en parte altera.

Comes Robertus quondam D. Comitis Simonis de Battifolle Dei gratia Comes Palatinus in Tuſcia, & vice, & nomine Caroli, & Franciſci fratrum ratificavit pacem factam inter Rever. D. Archiepiſcopum Mediolan. ex una, & commune Florentiæ Peruſii, &c. en alia. Actum in Caſtro Prati veteris.

1353. die 12. Aprilis. Comes Guido quondam Comitis Ugonis de Battifolle ratificavit dictam pacem ut ſupra &c.
Actum in Caſtro Prati veteris.

1353. die 26. Maii commune Vernii ratificavit dictam pacem. Actum in caſtro Vernii, ubi recenſentur homines dicti communis.

1353. die 12. Junii commune S. Miniatis ratificavit dictam pacem.

1353. die 6. Maii commune Piſtorii ratificavit dictam pacem tempore D. Maſſarii de Raffacanibus civis Florentinus communis, & populi civitatis Piſtorii hon. capitanei.

1353. die 15. Junii, Actum Florentiæ in populo S. Luciæ de Magnolis.
Andreas quondam Philippozzi.
Et Bindus quondam Andreæ q. D. Gualterotti de Bardis vice, & nomine Totti quondam dicti Philippozzi ratificaverunt dictam pacem.

1353. die 6. Junii commune Sancti Seminiani tempore nobilis viri Guidonis de Macchiavellis de Florentia hon. Capituli populi, & cuſtodiæ dictæ terræ ratificavit dictam pacem.

1353. die 20. Junii commune Vulterrarum ratificavit dictam pacem.

1353. die 18. Junii actum Florentiæ in palatio populi, & communis Florentiæ.
Ven. vir. dominus Melottus quondam Giraldi de Caſi Plebanus S. Petri de Vezano comit. Bonon. ratificavit, & approbavit dictam pacem.

1353. die 17. Junii Actum in Caſtro Sagnæ in Eccleſia dicti loci.
Dominus Bandinus q. Nerii D. Bargii Præpoſitus civitatis Aretii, D. Biordus q. Franceſchini, Buſtaccius q. Biordi, & Nicolaus, & Boſus fratres, & filii quondam Guidonis Bargii, Nicolaus, & Ubertinus fratres, & fil. q. Nerii D. Bargii, D. Ubertinus, Philippus, & Guido fratres, & filii q. Franciſci Guidonis omnes de domo Ubertinorum de Sogna Comitatus Aretii, Pierus Gulielmi, Georgius Gualterii, & Gregorius Bandini ſuo nomine, & ut procurator Joannis quondam Bettini Groſſi ratificaverunt dictam pacem.

1353. die 28. Junii. Actum in caſtro Aſciani diœc. Aret. Comit. Senen. Boſus de Ubertinis Epiſc. Aretinus ratificavit dictam pacem.

1353. die 23. Maii actum in civitate Urbini.
D. Nolfus, Henricus, & Feltranus Comites Montisferetri ratificaverunt dictam pacem.

1353. die 8. Aprilis Reverendiſſimus Dominus Joannes Archiepiſcopus Mediolanen. & dictæ civitatis dominus generalis ratificavit dictam pacem.

1353. Actum in civitate Eugubii.
Nobiles viri Chiaravalle Piulelli, & Ninus Guerreſti de Claravallen. de Tudertoſuo, & ſequacium, & adhærentium nomine ratificavit dictam pacem.

1353. die 18. Maii. Actum in caſtro Burgi S. Sepulchri.
Miniatus notarius olim Ser Petri gratiæ de Caſtellione Aretino ratificat dictam pacem.

1353. 16. Maii.
Nobiles viri Guglielmus, & Rigozzus fratres, & fil. D. Rodolfi de Petramala ratificant dictam pacem.

1353. die 15. Maii. Actum in civitate Cortonii. Andreuccius q. Ubertini, Vicus quondam Broccardini, Nicolaus Ser Marchi, Monettus Guiduccii, Corbellus Valentini, Gilius Vannis, Angelus Ciacchii, Iacobus Ciacii, Fantinus Brocardini, Ioannes Naldi, & Valentinus Iannis omnes de Caſtellione Aretino nomine ſuo, ſequacium & adhærentium ratificant dictam pacem.

1353. die 7. Maii.
Nobilis vir Ghinus q. Mutii D. Rigonis de Civitella, ſive de Petriolo, & Uguccione ejus filius de conſenſu, & voluntate dicti ſui patris ratificant dictam pacem.

Actum in caſtro Civitellæ.
Nobilis, & honorabilis vir Franciſcus de Gambacurtis mediator, & amicus inter Reverendiſſ. D. Archiepiſcopum Mediolanen. & ſuos ſequaces, & adhærentes en una, & communia Florentiæ, Peruſii, Senarum &c. en alia, ob guerras, quæ retroactis temporibus inter dictas partes viguerunt, in pace celebrata apud Serzanam, in qua inter alia continetur dictum Capitulum, quod ſic incipit.

Item quod dictus Carlinus, & dictus Franciſcus, & uterque eorum, & utriuſque eorum conſortes & cujuslibet eorum adhærentes, & ſequaces, de quibus ſupra in proximo præcedenti capitulo ſit mentio, reſtituantur, & reſtituti ſint, & eſſe intelligantur ad omnia, & ſingula eorum bona, &c. & ſic finit, ſalvo quod de bonis dicti D. Carlini remaneat in diſpoſitione diſcreti viri Franciſci de Gambacurtis de Piſis, & ſecundum ipſius Franciſci diſpoſitionem, & procedatur in reſtitutione bonorum ipſius D. Carlini, volens ſuum obſervare, ut quæ in dicta pace viciſſim promiſſa fierent per ejus obſervantiam concupitum ſortiantur effectum, declaravit omnia bona dicti Carlini, & quæ ad ipſum pertinebant tempore expulſionis ipſius citra aliquo tempore, vigore dictæ, & pactorum in ea comprehenſorum libere ipſi reſtituantur. Actum Piſis in domo ipſius D. Franciſci infraſcripta ſunt inſtrumenta ratificationis pacis factæ inter commune Florentiæ, & ejus amicos complices, & ſequaces en una, & D. Archiepiſcopum Mediolanen. ejus amicos ſequaces, & adhærentes ex alia.

1353. die 8. Maii. Actum in Burgo Balnei. Mag. & potentes viri D. Comites Galeottus, & Riccardus fratres fil. quondam D. Guillelmi de Mutiliana comites Palatini in Tuſcia ratificant dictam pacem.

1353. die 14. Maii. Actum Florentiæ in populo S. Jacobi Ultrarni.
D. Filippa f. q. Lamberti de Freſcobaldis, & uxor olim Lippi Ammanati de Piſtorio ut tutrix Antonii pupilli filii ſui approbavit, & ratificavit dictam pacem.

1353. die 26. Maii. Actum Florentiæ in populo S. Laurentii.
Daniellus Ruggerii de Soli ratificavit dictam pacem.

1353. die 3. Junii. Actum in Mucello in populo S. Savini ad Cornocelicum, Bartholomæus olim Turrini populi S. Gavini ad Cornacchium ratificavit dictam pacem.

1353. die 28. Maii, actum in civitate Imolæ.

Laurentius olim Ioannis Zucii della Scarperia comit. Florentiæ ratificavit dictam pacem. A

1353. *die 22. Maji, actum Bononiæ.*
Aldovaudrus Lanfrancus Agnolus fratres et fil. q. Bartoli Rugerii de Soli cives Florentini ratificaat dictam pacem.

1353. *die 23. Iunii, actum Cortonæ.*
Guidaccius q.d. Brandagliæ de civitate Aretii pro ſe, & vice & nomine Gueruuccii, & Martini fratrum ſuorum & aliorum ratificat dictam pacem.

1353. *die 21. Junii, actum Cortonii.*
Magnificus, & egregius D. Bartholomæus q. Raineris de Caſalibus generalis dominus Cortonen. pro ſe ipſo, & vice, & nomine communis Cortonii ratificat dictam pacem.

1353. *die 17. Junii, actum Cortonii.*
Magnificus, & egregius D. Bartholomæus, q. D. Rainerii de Caſalibus dominus Generalis pro ſe ipſo, & jure ſibi competenti, & vice, & nomine communis civitatis Cortonii, Jacobus q. Raineri de Caſalibus ſuo, & nomine communis Cortonii ratificat dictam pacem. B

1353. *die 18. Junii, actum in comitatu infradictorum comitum in villa Caſtellionis, Comites Neapoleone, Ludovicus, & Guidirellus, & Bernardinus fratres, & fil. q. comitis Alberti de Comitibus Albertorum ratificant dictam pacem.*

1353. *die 10. Junii, Actum in caſſero caſtri Bruſcoli. Comes Joannes de Bruſcolo de Comitibus Albertorum de Mangona Antonius, et Albertus ejus filii ratificant dictam pacem.*

1353. *die 17. Junii. Actum Piſis.*
Jacobus Totti, & Gualterius vocatus Morellus, ſive Morellinus de Guaſerduccis de Piſtosio ratificant dictam pacem.

1353. *14. Junii. Actum in Montecarello, Guillelmus q. comitis Tancredi de S. Bonello comes de Mutiliana adhærens Reverendiſſimi Archiepiſcopi confirmat & ratificat dictam pacem.*

1353. *die 14. Junii, actum in monte Carello.*
Tanus q. comitis Azzolini de Montecarello comes de Mangona adhærens, & ſequax Reverendiſſimi D. Archiepiſcopi ratificat dictam pacem. C

1353. *die 13. Maii. Actum Bononiæ.*
Gerardus q. Ugonis de Agolantibus de Florentia ratificat dictam pacem.

1353. *die 11. Maii. Actum in populo plebis de Sepcimo.*
Jacobus q. Gaini de Pulcis populi Sancti Petri Scheradii de Florcatia ratificat dictam pacem.

1353. *die 13. Maji. Actum in Platea communis Bon.*
Jacobus q. Zarini Franciſcus q. Maghinardi, Andreas q. Maghinardi, Matthæus dicti Franciſci, Simon qu. Leuccii omnes de Guazzalotris de Prato ut ſequaces Archiepiſcopi ratificant dictam pacem.

1353. *die 25. Junii. Actum Florentiæ in Eccleſia S. Mariæ Novellæ.*
Joannes q. Locchii de Foghinocomitatu Florentiæ ratificat dictam pacem. D

1353. *die 27. Junii. Actum in Turre Fraſſini. Giojetta q. Cunigii de Ubaldinis pro ſe, & vice, & nomine Antonii pro quo de rato. Drudettus Ludovicus vocatus Lancia, Nicolaus, & Jacobus fratres, & fil. q. Nini de Ubaldinis Nannes q. Gerini de Ubaldinis ratificant dictam pacem.*

1353. *die 11. Aprilis. Actum Senis.*
Bindus q. Arrighi de Ricaſolis ratificat dictam pacem.

1353. *12. Aprilis. Actum in caſtro Montis caſtelli.*
Nobiles viri Lapus, Ugo, Nicolaccius, & Arrigus fratres, & fil. q. Arrighi de Ricaſolis ratificant dictam pacem.

1353. *die 29. Junii. Actum in civitate Aretii.*
Ser. Arrigus, Ser Lapi de Prato tanquam adhærens Jacobi Zanini de Guazzalotris de Prato ratificat dictam pacem.

1353. *29. Junii. Actum Florentiæ in palatio dominorum Priorum, & Vexilliferi. Joannes q. Philippi de Guazzalotris de Prato ratificat dictam pacem.*

1353. *die 30. Junii. Actum in populo ſancti Donati de Montecchio.*
Nobilis vir Franciſcus Zucchiæ, & Franciſcus Joannis Ghini de Ubaldinis ratificant dictam pacem.

1353. *die 30. Maji actum Florentiæ in palatio populi Florentinorum.*
Gregorius q. D. Angeli de Prato ratificat dictam pacem.

1353. *die 27. Maji actum Florentiæ in populo S. Stephani.*
D. Lapa q. Lapi de Sacchettis de Florentia, & uxor q. Leucii de Guazzalotris de Prato tutrix, & mater Gemmæ, & Andreæ fratrum, & filiorum dicti Leucii confirmat dictam pacem.

1353. *die 28. Junii actum Florentiæ in populo S. Stephani.*
D. Lapa q. Lapi de Sacchettis de Florentia, & Uxor q. Leucii de Guazzalotris de Prato tutrix, & mater Gemmæ, & Andreæ fratrum, & fil. dicti Leucii Andreæ de Guazzalotris de Prato, & hæres Franciſci, & Bartholomæi Buoſi de Guazzalotris confirmat dictam pacem.

1353. *die 18. Junii. Actum in Burgo Viggiani.*
Nobilis vir Vannes de Suſinana fil. q. Tani de Caſtello fil. q. Azzonis de Ubaldinis ſuo proprio nomine, & vice & nomine Scarpettæ Domini Petri Azzonis, Guaſpartæ, & Thadæi ſuorum filiorum pro quo de rato, & nomine egregiorum virorum,
Gerii, Ghiſelli, & Maghinardi fil. q. Ugolini Tani prædicti de Ubaldinis ratificant dictam pacem.

1353. *die 20. Junii. Actum in Caſtro Suſinanæ.*
Scarpetta D. Pierus Azzo, Guaſparro, & Thadæus fil. ſupradicti Vannis ratificant dictam pacem.

1353. *die 25. Iunii, Actum Piſis.*
Iacobus Cambini de Piſtorio adhærens, & ſequax Rev. D. Archiepiſcopi Mediolani ratificat dictam pacem.

1353. *die 21. Iunii. Actum Mediolani in curia D. Archiepiſcopi.*
Nobilis Caccernellus q. Ubaldini, & Andreas q. Ottaviani de Ubaldinis, vice, & nomine aliorum de Ubaldinis ratificant dictam pacem.

1353. *die 18. Iunii. Actum in terra Vixani.*
Gentile, & Ugolinus de Goldaneriis de Florentia fratres, & fil. olim Simonis ratificant dictam pacem.
Nobilis vir Plalla fil. Franciſci D. Ugolini de Ubaldinis ratificat dictam pacem.

1353. *die 19. Iunii. Actum Florentiæ in populo S. Laurentii.*
Daniellus fil. Roggerii q. Curradi de Soli ratificat dictam pacem.
Sindicatus ſive procura Dominorum Guillelmi, & Protaſii.

1353. *die Iovis menſis Ianuarii. Mediolani.*
Rev. D. Archiepiſcopus Mediolani conſtituit, et ordinavit ſuos ſindicos, actores, & factores egregios milites D. Guillelmum Marchionem Pallavicinum, & Protaſium de Cayuis ad faciendam pacem perpetuo duraturam cum communi Florentiæ, &c.

1353. *die 20. Februarii. Actum Florentiæ in Palatio populi communis Florentiæ.*
In conſilio Domini Poteſtatis de mandato nobilis, & potentis militis D. Pauli de Bajanis de Urbe civitatis; & communis Florentiæ honorabilis Poteſtas conſtituitur ſindicus, & procurator providus vir Carolus Strozzæ de Strozzis ad tractandam nomine ipſius populi pacem cum D. Archiepiſcopo Mediolan.

1353. *die 29. Decembris. Actum Peruſii in Palatio communis.*
In conſilio majori conſtituitur ſindicus, & procurator dicti communis Peruſii ad firmandam pacem cum D. Archiepiſcopo Mediolani D. Bectus An-

dreucii Niuii juriſperitus, Legerium Nicolucci Andreocti, & Bectolum Pori de Pelacanibus.

Actum Serezanæ Lucenſis Diœceſis in Eccleſia majori S. Mariæ dictæ terræ anno Domini 1353. die 31. Martii ſecundum morem Civitatis Florentiæ.

Geſſit alia bella cum finitimis Joannes Archiepiſcopus, in primis eo tempore, quo in Florentinos exercebat arma, ut Joannes Villanus narrat, eodem etiam cum Scaligeris in Longobardia de amplitudine imperii certabat, Parmāq; in ſuā poteſtatem redegit; latius etiam victricia in Pedemontio, quod Joannæ I. Reginæ Siciliæ juris erat, arma circumtulit: ad quod ſedandum bellum Clemens VI. Guillelmum Epiſcopum Carnotenſem Apoſtolicę Sedis Nuncium decrevit, eumque per literas rogavit, ut copias è Pedemontio revocaret; non tamen in omnem intentus occaſionem amplificandi imperii Vicecomes deſtitit à Pedemontio oppugnando, cum Joanns ob præfocatum laqueo virum Andream Ludovici Ungariæ Regis fratrem, omnium in ſe graviſſima odia concitaſſet, tum enim atrocius urſit bellum, & maxima Pedemontii parte Mediolanenſi principatui adjuncta, etiam in Provinciam effudit copias, pluraque illius oppida ſuo adjunxit imperio, cui Clemens triennales indixit inducias, ut fideles, in Urbem redacto jam ab ipſo Pontifice Jubileo, quod Bonifacius VIII. ſingulis ineuntibus ſeculis tote ſanxerat, in quinquageſimum recurrentem annum ad luſtranda Apoſtolorum limina tuto commeare poſſent. Junxit etiam Joannes armorum fœdus adverſum Ludovicum Bavarum nova decretoria ſententia à Clemente deturbatum de ſede, cum Carolo Rege Bohemiæ, Cæſare deſignato. Extant Pontificiæ literæ ad eundem Carolum Auguſtum, tum ad Joannem Archiepiſcopum, ut auxiliaribus copiis cum Nicolao Epiſcopo Tridentino ſociatis Ludovico Bavaro in Italiam iterum irrumpere meditati Alpium aditus intercluderet. Oppreſſo deinde ſubita morte Bavaro, cum Ludovicus Junior, parto Tirolenſi comitatu, Joannem Tridentinum Epiſcopum bello vexaret, rogatus Vicecomes à Pontifice, ut Præſulem inique oppreſſum auxiliari exercitu fulciret illum in manu potenti ab injuriis potentiſſimi Principis ademit. Graviſſimas ſimultates aliquamdiu exercuit Joannes cum ipſo Carolo Cæſare, quippe cum vacante Imperio, Pontificum liberalitate Mediolanenſis Principatus adminiſtrationem capeſſiſſet, potito jam rerum Carolo, & a Sede Apoſtolica confirmato, ſuaque repetente jura, Vicecomes parta ſua amplitudine cedere detrectavit, eamque adverſus Carolum tutatus eſt. Nec domeſticarum diſſenſionum expers extitit Joannes: Galeatius enim, & Bernabo ingentium animorum nepotes, in quibus jam amplitudinis cupiditas; bellicæque virtutis ardor eminebat, ad ſocietatem imperii aſpirabant; quos cum ille aliquamdiu depreſſiſset, fregiſsetque, in gratiam deinde reſtitutos in conſortium principatus aſcivit, ita tamen ut omnia ſuo nuto moderarentur, nec tam ſocios quam tyrones haberet. Princeps vere magnus, ac præpotens Archipræſul cum conſtanter, magnoque animo utramque juriſdictionem exercuiſset, tertiodecimo ſui præſulatus anno ex anthrace enato in fronte, qui imprudenter ferro exciſus fuerat, mortalem vitam amiſit die 5. Octobris anno ſalutis 1354. ſepultuſque eſt in Cathedrali prope patruum Othonem anteceſsorem ſuum non longe à ſacrario, ubi in rubro marmore inciſa hæc carmina leguntur, præclare res geſtas Joannis exprimentia.

Quam faſtus, quam pompa levis, quam gloria mundi
Sit brevis, & fragilis humana potentia quam ſit,
Collige ab exemplo, qui tranſis, perlege, diſce.
In ſpeculo ſpeculare meo lacrymabile carmen.
Qui ſim, qui fuerim, dicet: qui marmore claudor,
Sanguine clarus eram Vicecomes ſtirpe Joannes
„ *Nomine, Nullus opes poſſedit latius orbe.*
Præſul etiam, Paſtorque fui, baculumque tenebat
„ *Dextera Paſtoris, gladiumque ſiniſtra gerebat*
„ *Felicis Domini, magnuſque, potenſque Tyrannus*
„ *Ipſe fui vivens. Metuerunt nomina noſtra*
„ *Æthera, Terra, Mare, ſuberant urbeſque potentes*
„ *Imperio, tituloque meo, mihi Mediolani*
Urbs ſubjecta fuit, Laudenſe Solum, Placentia grata,
Aurea Parma, bona Bononia, pulchra Cremona,
Bergama magna ſatis lapidoſis montibus aucta,
Brixia magnipotens; Bobienſis terra, tribuſque
Eximiis dotata bonis Derthona vocata,
Cumarum tellus, novaque Alexandria pinguis
Et Vercellarum tellus, atque Novaria, & Alba,
Aſt quoque cum Caſtris Pedemontis juſſa ſubibant
Januaque ab antiquo quondam jam condita Jano
Dicitur, & vaſti narratur Janua Mundi,
Et Savonenſis Urbs, & loca plurima, quæ nunc
Difficile eſt narrare mihi, mea juſſa ſubibant.
Tuſcia tota meum metuebat languida nomen.
Per me obſeſſa fuit populo Florentia plena;
Bellaque ſuſtinuit tellus Peruſina ſuperba.
Et Piſæ, & Senæ timidum reverenter honorem
Præſtabat. Me metuebat Marchia tota,
Italiæ partes omnes timuere Joannem.
Nunc me petra tenet, ſaxoque includor in iſto,
Et lacerant vermes, laniant mihi denique corpus.
Quid mihi divitiæ? Quid lata Palatia proſunt?
Cum mihi ſufficiat, quod parvo marmore claudor.
[„ *Et clauſi diem meum MCCCLIV. die v.*
„ *Octob. Anni 1354. graſſante peſte. D.*
„ *Gabrius de Zamoreis de Parma Doctor*
„ *compoſuit hæc carmina.*)

Joannis vitam enarrarunt Merula, Jovius in Elogiis, Sabellius, Alciatus, Corius, aliique plurimi, qui de claris Vicecomitum viris ſcripſere; deque eodem loquuntur Joannes Villanus, S. Antoninus omneſque Hiſtorici illius temporis; ex recentioribus plura Baronii Annalium egregius continuator Odericus Raynaldus Tom. 15. Ripamontius lib. 9. Tom. 2. Qui narrat Benedictum XII. poſt initam concordiam cum Vicecomite, Eccleſiamque Ambroſianam cum Romana reconciliatam, poſt duos annos Mediolanum veniſſe, atque à Joanne Archiepiſcopo, tamquam liberatorem Civitatis, fundatoremque Vicecomitum Principatus fuiſſe exceptum. Quæ omnia Ripamontius gratis videtur dicere: conſtat enim apud omnes temporum, & rerum peritos, Benedictum XII. ex quo ſummus Eccleſiæ Pontifex fuerat renunciatus, nunquam vidiſſe Italiam.



104. ROBERTUS Vicecomes Antonii filius; XCIX
Metropolis Archipresbyter defuncto Joanne ſuc-

A ceſſit anno 1354. ad Maffæi, Bernabonis, & Galeatii principum Mediolanenſium gratiam, ut è ſubjectis Innocentii VI. literis ex Reg. Vatic. deſcriptis patet, quibus ille conceptum ex patrui obitum dolorem mulcere ſtuduit, optimumque ſuggeſſit conſilium, ut mutuam benevolentiam colerent ad eludendos incertos belli exitus, pacem cum Carolo IV. Cæſare coirent.

Innocentius VI. ſervus ſervorum Dei &c.

Dilectis filiis nobilibus viris Maffæo, Bernaboni, & Galeatio de Vicecomitibus Militibus Mediolanenſibus, ſalutem, &c. Bonæ memoriæ Joannis Archiepiſcopi Mediolanenſis patrui veſtri de hac luce tranſitu ante receptionem litterarum veſtrarum, quas benigne recepimus, cum diſplicentia intellecto, & dolemus potius quo ipſum dum viveret habuimus chariorem: ſed attendentes moriendi legem inditam mortalibus communiter omnibus, & quod ipſe plenus dierum in ſenectute bona in Domino requieſcens vitæ hujus occiduæ miſerias, & ærumnas in æternæ vitæ gloriam ſicut ſperamus, & credimus B *felici commercio cumulavit, dolorem conceptum repreſſimus, & vos in eo qui dedit, & abſtulit petimus conſolari. Cæterum quia paternæ charitatis affectum quem ad eundem Archiepiſcopum viventem habuimus, ad nepotes ſuperſtites propagantes de ſtatu veſtro ſolliciti reddimur & optamus, ut cuncta vobis proſpere Deo largiente ſuccedant, nobilitatem veſtram requirimus, & hortamur illam attentius deprecantes, ac vobis paternis ſaniſque conſiliis ſuadentes, quatenus conſiderantes proinde, quod ſicut ait ille prophetarum eximius, Initium ſapientiæ timor eſt Domini, & quod ſicut idem ſubjunxit, Beatus eſt qui timet Dominum, & potens in terra erit ſemen ipſius, in timore ſuo jugiter maneatis, ut ipſius habere poſſitis amorem, & intuentes etiam, quod ubi charitas, & amor eſt, ibi quoque eſt Deus, & quod ſicut concordia parvæ res incrementum ſuſcipiunt, ſic diſcordia maximæ dilabuntur & ipſa etiam regna juxta veritatem Evangelicam in deſolationem veniunt quæ diviſionis diſcrimine agitantur, charitatem,* C *& amorem invicem nutriatis, ſitis in unitate unanimes, & in affectione concordes, Romanam, & alias Eccleſias, ac perſonas Eccleſiaſticas honoretis, jura, libertates, privilegia, & immunitates cuſtodiatis, & conſervetis earum; ſic etenim ſtatus veſter corroborationem recipiet, qui proculdubio in contrario fluctuaret. Et quoniam ſicut vulgaris fama diſſeminat, chariſſimus in Chriſto filius noſter Carolus Rex Romanorum illuſtris in Italia jam deſcendat, & probabiliter credimus, quod ipſe ad reſarciendas laceratas partes Imperii ſtudium impendat, & curam utilitatibus veſtris expedire credimus, & laudamus, ut cum eo tractatum aliquem incohoetis, quo interveniente ſtatus veſter ſit firmior, & æmulationes adverſantium ſuperetis, circa quod memores affectionis, & reverentiæ quam ad nos habuit idem Archiepiſcopus, & ſervitiorum quæ nobis, & eidem Eccleſiæ potenter impendit, & in vos devotionis, & dilectionis filios invenire ſperantes offerimus tam prompte quam liberaliter interpoſitionis, & aſſiſtentiæ veſtræ partes.* D *Eccleſiæ denique Mediolanenſi tunc vacanti de perſona dilecti filii Roberti Mediolanenſis meritorum conſideratione ſuorum, & intuitu dicti Archiepiſcopi atque veſtro duximus providendum, intendentes in aliis, quantum cum Deo poterimus proſequi favoribus Apoſtolicis vota veſtra.*

Datum Avenione v. id. Novemb. an. 2.

Cum necdum Mediolanenſes principes fœdus cum Carolo Romanorum eodemque Bohemorum Rege pepigiſſent, Innocentius Pontifex ad preces Cæſareas, cum ambigeret, an Robertus Archiepiſc. Mediolanenſis permittendus eſſet, velletque ferream coronam imponere Carolo, id munus in tres Patriarchas, Conſtantinopolitanum, Aquilejenſem, & Gradenſem demandavit, addita ea lege, ſi Robertus officio deforet, ſanxitque nullum ex ea rè damnum Mediolanenſis Eccleſiæ dignitati illatum iri. Verum conciliata lis eſt, quæ A inter Carolum, & Vicecomites vertebatur, docentque Hiſtorici Robertum Vicecomitem Carolo ferream coronam veteri more & inſtituto contuliſſe: ideo vero ferream Modoetiæ in Eccleſia B. Joannis Baptiſtæ conſerri docet Innocentius, ut Cæſar malleo fortitudinis, quam ferri duritia denotat, conterat cornua elata rebellium. Carolum igitur cum coronaſſet Robertus, ille gratitudinis ergo Vicecomites, ejuſque affines perpetuos iterum Mediolani Vicarios cenſuit conſtituendos. Robertum vero, Eccleſiamque Mediolanenſem ſub Imperiali protectione ſuſcepit. Annum ſextum in ea dignitate Robertus explevit, obiitque anno 1360.



105. GUILLELMUS Puſterla rerum experientia, & claritudine ſanguinis vir illuſtris, ex Modoetiæ Archipresbytero factus Conſtantinopolitanus Patriarcha, mox Archiepiſcopus Mediolanenſis evaſit anno 1361. Sedit ann. 9. deceſſitque anno 1370. C



106. SIMON Borſanus, *a* Mediolanenſis, Juriſconſultus celeberrimus, Guillelmo ſuffectus eſt anno 1370. Cujus doctrinæ fama adeo eximia erat, ut Gregorius XI. Senatoriam illum vocaret ad purpuram ad titulum SS. Joannis, & Pauli anno 1373. Illius meminit Franciſcus Petrarcha in Epiſtolis. Ad Clementinas edidit magnum volumen, deceſſitque Niciæ in Provincia anno 1381. 6. Kal. Septembris ibidemque ſepultus fuit. CI.

a De Oldoini Ciaconius tom. 2. p. 607 & Baluzius in vitis Pap. Aven. t. 1. p. 1134.

107. ANTONIUS ex Saluzzii Marchionibus Pedemontanus Manfredi ex Elenora Achajæ Principis filia genitus, vir magni nominis, & ſpectatæ virtutis, diu in Romana curia verſatus, ex Epiſcopo Savonenſi, eodem anno dieque menſis Septembris à Gregorio XI. ad eamdem ſedem promotus eſt 1373. ſolemnique ritu in civitatem progreſſus obtenti Epiſcopatus iniit poſſeſſionem. Hujus Epiſcopi temporibus, Joanne Galeatio Vicecomite adjuvante, qui tunc Mediolani commorabatur, ſuperba illa Metropolitanæ Eccleſiæ moles cœpit exurgere in honorem Deiparæ Virginis. Deceſſit CII.



autem Antonius an. 1402. cum 29. annos honorifice præfuiſſet Ecelеſ. Mediolan. Fratres habuit Thomam Galeatium, & Ugolinum, fuit Patruelis Thomæ Salutiarum Marchionis ex ſtirpe Alerani primi Montisferrati, & Salutiarum Marchionis.



CIII. *a De eo Ciaconius & Aubertil. tom. 2. p. 773.*

108. Fr. PETRUS Filiargus *a* ex ordine Minorum de Candia dictus primum Epiſcopus Placentinus, & Vicentinus deinde, mox & Novarienſis: inde à Boniſacio IX. ad Mediolanenſem ſedem translatus eſt anno 1402. Kal. Junii. Hunc deinde VII. Innocentius Pontiſex ad titulum XII. Apoſtolorum Cardinalem creavit: qui demum ſub nomine Alexandri V. in Piſano Concilio ſummus Pontifex eſt renunciatus anno 1409. De eujus patria, rebuſque geſtis ſupra in Præſulibus Placentinis plura narravimus. Ardenti pietatis ſtudio Mediolanenſem rexit Eccleſiam, uiuſque Vicario eſt Franciſco Creppa ex ordine item Minorum; quem deinde ſucceſſorem accepit. Cæterum cum Petrus Gegorium XII. deſeruiſſet, ut ille ſuum ulciſeeretur dolorem, Filiargum Mediolanenſi Archiepiſcopatu ſpoliavit, in ejuſque locum Joannem Vicecomitem adlegit, conſecrandumque curavit anno 1407. die 23. menſis Novembris: ſed cum inde Gregorius ſuiſſet deturbatus de ſede, Petruſque Filiargus Pontifex renunciatus, Joannem etiam Vicecomitem declararunt irrito creatum. Quamobrem Franciſcus Creppa Mediolanenſis Præſul adlectus eſt, ac poſt hunc Bartholomæus Capra, eum quo Joannes Vicecomes diuturniorem litem in Conſtantienſi Concilio exercuit. Quam cum iterum, iterumque Concilii Patres libraſſent, illam irritam, nullamque declararunt: exegitque deinde Joannes privatam vitam uſque ad annum 1450. Tunc enim illum Nicolaus V. Mediolanenſem legitime provexit ad ſedem, ut ſuo loco dicemus.

CIV. 109. Fr. FRANCISCUM de Creppa, ex ordine Minorum Theologiæ facultate clarum, ac Filiargi tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus Vicarium, ipſe Petrus cum evaſiſſet ad Pontificatum ſub nomine Alexandri V. ad Archiepiſcopatum Mediolanenſem aſſumpſit anno 1409. die 23.

A



menſis Novembris. Cæterum obſiſtente Joanne
B Vicecomite intruſo: obtenti Epiſcopatus numquam iniit poſſeſſionem: ſed exul vixit uſque ad annum 1414. Præterierent hunc Franciſcum de Creppa omnes, quos legerim, ſcriptores, quod exul ſemper, & certe turbulentiſſimis illis temporibus nunquam præſens Eccleſiam ſibi creditam potuerit adminiſtrare, ideoque haud mirum eſt ſcriptorum fefelliſſe induſtriam. Ejus tamen irrefragabilem electionem, atque exceſſum, nobis prodiderunt ex fide Apoſtolica monumenta, libri ſcilicet obligationum, ſub Alexandro V. fol. 17. librique Promotionum Prælatorum ſub Joanne XXIII. f. 152. qui conſervantur in Vaticano; quos inſpiciendi nobis poteſtatem fecit Felix Contilorus Apoſtolicus olim Archiviſta, S. Conſultæ Secretarius, Baſilicæque Vaticanæ Canonicus, vir nobiliter eruditus, cujus humanitati, ergaque litteratos homines ſtudio plurimum nos debere fatemur,

C



110. BARTHOLOMÆUM deinde Capram *b* Mediolanenſem titularem Epiſcopum ex deceſſu Franciſci Joannes XXIII. Mediolanen. promovit CV. *b De eo Ariſius in Cremona liter. tom. 1. p. 241.*
D ad ſedem 1414. 7. Id. Februarii. Sed illum etiam obtenti Epiſcopatus prohibuit poſſeſſione Joannes Vicecomes. Quamobrem Capra ad Conſtantienſe Concilium provocavit, ubi cum cauſam dicendo, rerum Eccleſiaſticarum mirabilem præ ſe tuliſſet peritiam, Jordano Urſino Cardinali adſcitus collega eſt, ut res Concilii, ne tranſverſum ferrentur ſuo conſilio, prudentiaque dirigeret. Inter hæc Patres Concilii Martinum V. Columnam renunciarunt Pontificem, apud quem cum iterum Bartholomæi cauſa exacueretur ad cotem judicii, Jo. Vicecomes intruſus cauſa cecidit, reverſuſque Capra victor Mediolanum eſt, ac antequam Archiepiſcopali clavo admoveret manus, diploma Pontificiæ cenſuræ curavit per venerab. virum Ambroſianũ Abbatem in Baſilica Ambroſiana divulgandum. Cum igitur ante altare majus Abbas recitat Pontificium placitum, nefarius quidam ſacerdus, adminiſter, & aſſecla intruſit, è manibus legentis Pon-

ti-

tificium diploma violenter extorſit, ſtatimque prolata ſica, qua erat ſuccinctus, ita ſacram Ædem cum Vicecomitis ſatellitibus armorum tumultu complevit, ut ſibi timens Archiepiſcopus, per tumultum elapſus ſit, profugeritque clanculum Romam. Ibi egit exul uſque ad Franciſci Sfortiæ tempora: cum autem deinceps tranquilliori fortuna uſus, in priſtinam dignitatem fuiſſet reſtitutus, in Ambroſiano templo Sigiſmundum Imperatorem coronavit. Deceſſit Capra, ut nonnulli volunt anno 1433. poſtrema die menſis Septembris. Contendunt alii obiiſſe 1435. Quod magis congruit cum actibus Conſiſtorialibus, qui ſucceſſoris electionem in hunc ipſum annum rejiciunt. Narrat Donatus Boſſus in ſuo Catalogo, Capram præcipua devotione S. Hieronymum præcoluiſſe, ideoque ab ipſo divinitus fatalis diei fuiſſe admonitum duobus menſibus antequam decederet: quamobrem illum fortunas ſuas pauperibus diſtribuiſſe, prædictaque die, ac hora exceſſiſſe è vivis. [„ *Baſileæ deceſſiſſe Bartholomæum, ibique cum ſequenti Epitaphio ſepultum fuiſſe docet Valtanus.*

„ *Quem legis Inſubris Præſul clariſſimus Urbis*
„ *Capriger hac ſitus eſt Bartholomæus humo.*
„ *Vir rectus præerat populis, & jura ferebat,*
„ *Diva huic mens, divum judiciumque fuit.*
„ *Oratorque ſuo, vateſque inſignis in ævo,*
„ *Inſigni doctos auxit honore viros.*
„ *Extinctum hunc Magni reges flevere, Duceſque,*
„ *Teſtata eſt fletus patria mœſta ſuos.*
„ *Quæque virum rapuit, lachrymas Baſilea profudit,*
„ *Et quod Concilium cogerat ipſa ſacrum.*
„ *Debuerant duræ tantiſper ferre ſorores,*
„ *Tardius & vitæ ſolvere penſa ſuæ.*
„ *Tunc ibi pax terris, quam miro ardebat amore,*
„ *Reddita: tunc cœlo reſtituendus erat.*
„ *Sed deus actutum ſedes ornare ſupernas,*
„ *Conſultumque ſuis maluit ire bonis.*
„ *Fecerat extinctas iterum florere Camænas*
„ *Capriger, hac ſacra qui requieſcit humo.*
„ *Imperio gratus, ſummo gratiſſimus olim*
„ *Pontifici, ſoles vexerat ille duos.*
„ *Illuſtri tantum placuit ſua vita Philippo,*
„ *Præſul ut Inſubrum maximus inde foret.*
„ *Confectus ſenio, gravibuſque attritior annis*
„ *Concilio accitus Concilium petiit.*
„ *Moribus ornandis, pacique intentus agebat,*
„ *Creſceret in tuto ut limite Sancta fides.*
„ *Protinus extremi contraxit lycia fuſi,*
„ *Sic placitum, patriæ ut daret oſſa ſuæ.*
„ *Natus in antiqua clara de ſtirpe Cremonæ*
„ *Italiæ primas Bartholomæus erat.*
„ *Oſſa ſub exiguo claudit Baſilea ſepulchro.*
„ *Nomen ubique viri, ſpiritus aſtra tenet,*
„ *Extinctum vates veſtrum deflete parentem:*
CVI „ *Carminibus vivat, carmina qui coluit.*]

111. FRANCISCUS Picciolpaſſius, Bononienſis, Papienſis antea Epiſcopus, Cameræ Apoſtolicæ Clericus, Eugenio IV. perquam familiaris, vir Juriſprudentia clarus, ac celebris ad Eccleſiam Mediolanenſem tranſlatus eſt, anno 1433. die 29. menſis Julii; qui tanta manſuetudine dicitur hanc Eccleſiam adminiſtraſſe, ut omnes illum in oculis geſtare viderentur. Quamobrem cum anno 1443. deceſſiſſet è vita charus omnibus communem luctum promeruit. Narrat Boſſus obiiſſe illum 1441. fuiſſeque ſanctimonia vitæ præclarum, quippe qui contemplationis rerum divinarum gratia meliorem vitæ partem in Monaſterio Caſtellatii Hieronymiani ordinis ad Ticinenſem portam tranſegit. Ad illum literas dedit Æneas Sylvius Epiſt. 192. de laudibus Federici Cæſaris. De eo etiam Leander Albertus, Alidoſius, & acta conciſtoralia.



112. HENRICUS Rampinus, a S. Alloſii dominis, ex vetuſta nobilique gente alumnus. Primum Epiſcopus Terdonæ fuit, poſtea Papiæ, demum tranſlatus ad Mediolanenſem Eccleſiam 1443. 9. Kalend. Septembris Eugenio IV. ſedente, qui etiam illum Cardinalem creavit ad titulum S. Clementis. Præſul, ut narrat Boſſus, tanta charitate in pauperes, ut cum fæda fames aliquando Mediolanum afflixiſſet, egenis à fame enecatis conſuluerit munificentiſſime, effuſis opibus. Sub Nicolao V. deceſſit anno 1450. die 4. menſis Julii, ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Clementis cum hoc epitaphio, cujus titulo fuerat inſignitus. CVII. a De eo Oldoini Ciaconius tom. 2. pag. 914.

Heu decus! heu lumen! tibi nunc domus inclyta ſancta
De Aloſio periit tuus ipſe colendus Hericus.
Hac requieſcit humo, primum qui tempore longo,
Præſul in urbe fuit Derthonæ, deinde Papiæ,
Poſt Mediolani ſacer Archiepiſcopus, inde
Pro virtute ſua rubeo fuit ecce galero
Per Papam Eugenium donatus in ordine Quartum,
Hic pius, hic ſapiens, hic juſtus, caſtus, honeſtus.
Servorumque Dei protector in omnibus ardens.
Hic teſtamentum renuit ſibi condere dicens,
Cuncta fore Eccleſiæ, ſe cuncta relinquere Chriſto,
Qui dedit, ac tandem cum ſexaginta ſubiſſet
Annorum ætatem, Jubilæi tempore ſancti,
Mille quadringentis & quinquaginta ſub annis,
Atque die quarta Julii devotus, & almus
Spiritus ille ſuus felix ſuper aſtra volavit.



113. JOANNES Vicecomes, Vercellini filius Ducis militiæ laude præſtantis, quadrageſimo ſupra duos anno, ex quo à Benedicto XIII. pſeudo-Pontifice in Mediolanenſem ſedem fuerat intruſus, In gratiam Franciſci Sfortiæ, qui Philippo Mariæ ſucceſſerat, legitime fuit à Nicolao V. Archiepiſcopus declaratus anno 1450. 3. Non. Auguſti, ut habent acta conciſtoralia. Haud diu ſuperſtes fuit: deceſſit enim anno 1453. Sepultus in Cathedrali, ut olim ex teſtamento mandarat ann. 1440. ultimo die Septembris, in eoque inſtituerat, ut ex bonis ſuis Præpoſituram dignitatem de novo inſtituerent ad præſentationem ſuæ familiæ Vicecomitum; duas CVIII

item

A item Capellanias inſtituit, unam in eadem cathedrali, aliam in Eccleſia S. Nazarii in Broilo ad ſacellum S. Mariæ della Florana, quod olim exædificari fecerat avunculus ejus Gaſpar Vicecomes ibidem ſepultus cum Franciſca Septalea genitrice. Plura item bona cathedrali fabricæ legavit. Porro vir utique fuit cum utraque fortuna violenter luctatus, quippe qui pſeudo-Pontifex veros germanoſque Antiſtites ſemper oppugnavit, & æque legitime obtenta prohibuit; cum ipſe viciſſim ſemel, & iterum à Pontificibus Romanis telo religionis ictus fuiſſet. Quamobrem ſenex jam factus, tranquillioribus rebus uti non potuit, qui alienas injuſte turbaverat. („ *Hoc Epitaphium*
„ *ejus tumulo inſcriptum eſt.*
„ *MCCCCLIII. Martii quinto Nonis.*
„ *Inſubrum Antiſtitis ſacri Domini Iohannis Vicecomitis hoc ſepulchrum Terreſtre corpus occultat; Animam vero Chriſtus optimus Maximus in Cæleſti collocavit imperio, cum primum corporeo fuit liberata carcere.*



CIX. 114. NICOLAUS Amidanus[a] Cremonenſis, Placentinus antea Epiſcopus, à Nicolao V. Pontifice ad hanc Mediolanenſem ſedem translatus eſt, anno 1453. die 26. menſis Maji. Vix annum integrum hanc Eccleſiam adminiſtravit, cum è vivis exceſſiſſet. Præſul ſane ætate diuturniore digniſſimus, ut refert Antonius Campius, ac Ludovicus Cavitellius in hiſtoria. Sepulchrum accepit in cathedrali cum hoc epitaphio.

[a] De eo Ariſi in Cremon. lit. tom. I. p. 179.

(„ *Nicolao Amidano Archiepiſcopo Mediolanenſi, qui obiit anno Chriſti Natalis MCCCCLIV. XII. Kalend. Aprilis Vincentius Fratri hoc P. M.*)

Romam Pontificis qui nomine rexit, & idem
Ante Placentina Præſul in urbe fuit.
Dehinc Cathedra Ambroſii reſidens Amidanus, in urna
Hac Nicolaus ineſt, pulchra Cremona tuus.
Ille animo invictus, docta probitate, fideque
Æquabat priſcos, & pietate Patres.
Impia mors nimium Paſtorem tollere nobis
Heu properas, qualem ſæcula nulla ferent.

Defuncto Amidano Archiepiſcopo, Dux Mediolani Franciſcus Sfortia cucullatos duos religioſa exiſtimatione, & egregia virtute præditos Nicolao V. ſummo Pontifici commendavit, ut alter ex ipſis ad Eccleſiam Mediolanenſem eveheretur, Gabrielem ſcilicet Sfortiam fratrem ſuum germanum, Auguſtiniani Ordinis Eremitam, & Bartholomæum Cotiam Veronenſem ex cœtu Canonicorum Regularium Lateranenſium, virum nobilem, ac eximium verbi Dei per Italiam concionatorem, Pontifici notum, dum in Florentino Concilio eo munere fungeretur. Gabriel quieti religioſæ intentus, Bartholomæum ne quidem cogitantem Eccleſiæ bono ſibi præferendum totis viribus anhelabat,



B Pontifex laudata Gabrielis virtute, Bartholomæum virum utique omni honore digniſſimum 29. Martii anno 1454. deſignavit Archiepiſcopum, ſuiſque literis præcepit, ut onus ſibi impoſitum cum humilitate ſuſciperet. Contremuit ad hæc, horruitque Bartholomæus, ac ſe quidem inutilem fore proclamans numquam adduci potuit, ut ſponte dignitatem oblatam cum clauſtri deliciis commutaret, ſcriptoque libello, novo quidem ejus ſeculi exemplo, humiliter Mediolanenſem Archiepiſcopatum repudiavit. Viſuntur tum Nicolai literæ, tum ad ipſum Bartholomæi ſupplex libellus: conſervantur autem apud Monaſterium S. Leonardi in Monte Dominico extra muros Veronenſes, quarum mihi olim copiam fecit vir nobilis, & non ſemel à me laudatus Cozza Cotius Veronenſis Eccleſiæ eruditus Archipresbyter, de cujus fide dubitare non licet, cum harum etiam copiale exemplar perhumaniter exhibuit Alexander Raynaldus Vaticanæ Bibliothecæ ſecundus cuſtos, vir in eccleſiaſti-
C cis literis apprime verſatus, quæ idcirco hic ad lucem hiſtoriæ & pro memoria poſteritatis adjungo, cum hactenus de Bartholomæi ad Inſulam Mediolanenſem deſignatione ſcripſerit nemo. Porro Nicolai literæ, & ad ipſum Pontificem maximum Bartholomæi reſponſio ita ſe habent.

Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio Bartholomæo Cotiæ Congregationis Lateranenſium Concionatori ſalutem, et Apoſtolicam benedictionem.

Militantis Eccleſiæ licet immeriti, diſponente Domino præſidentes circa curam Eccleſiarum omnium ſolertia reddimur indefeſſe ſoliciti, ut juxta debitum Paſtoralis officii earum occurramus neceſſitatibus, ut pro viribus divina cooperante clementia ſalubriter intendamus: quod ſane præſtari per nos certo ſcimus, cum attentius providemus, ut Eccleſiis vacantibus tales viri præficiantur idonei, qui
D *non quæ ſua ſunt quærentes, ſed quæ Ieſu Chriſti, his quibus præſunt doctrina, verbo, et boni operis exemplo valeant proficere. Cum itaque Mediolanenſis Eccleſia per mortem nuper defuncti fratris noſtri Archiepiſcopi, ad præſens proprio careat Paſtore, de tuæ vitæ, ac morum honeſtate, nec non et cæteris virtutum donis, tibi à Domino conceſſis, certiores redditi, de fratrum noſtrorum conſilio, te cui prior ætas per evangelici muneris laudabiliter acta teſtimonium præbet, ad prædictam Mediolanenſem Eccleſiam Archiepiſcopum auctoritate Apoſtolica providemus deſtinandum. Id quod literis Apoſtolicis tibi nunc ſignificare volumus. Mandantes quatenus tanquam Aaron vocatus gregem tibi creditum inviſere, et paſtorale miniſterium, cæteris poſthabitis, implere non omittas.*

Datum Romæ apud S. Petrum IV. Kalend. Aprilis 1454. Pontificatus anno octavo.

Bartholomæi Cotti Canonic. Regul. Lateran. Archiepiſcopatus Mediolan. Repudiatio ad Nicolaum V. Pont. Max.

Legi nonnunquam B. P. apud Plutarchum virum inter Græcos eloquentiſſimum, qui nobis quorundam majorum, etiam illuſtrium virorum tam Græcorum, quam Latinorum vitas, moreſque depinxit, Alexandrum centum talenta juxta conſuetam illius liberalitatem dono ſemel miſiſſe Phocioni, viro ob rectitudinem animi, mirandamque juſtitiam, ac vitæ parcitatem ſibi maxima familiaritate conjuncto. Hæc cum Athenas delata fuiſſent ſuſceptis à Phocione de more legatis, quam inquit, ob rem tantum auri pondus Alex. ad me ſolum juſſit afferri, cum ingens ſit Athenienſium numerus virorum pariter ac mulierum quibus iſta profuiſſet erogare? illis reſpondentibus, hoc ideo ab Alex. factum, quoniam ſolum ipſum, & honeſtum, & bonum virum exiſtimabat. Ait Phocion, talem me & videri ſemper, & eſſe permittat, cum multa utrinque & dicta, & acta fuiſſent, in ſua ſententia perſeverante Phocione, relatæ ex Athenis pecuniæ ſunt, ob quam quidem rem ad Phocionem reſcripſit Alex. ſe minime eos pro amicis habere, qui eo minus indigerent, intelligere enim poterat non ſolum ipſe verum etiam & veſtra Græcia Phocionem longe ditiorem eſſe, cui iſta deeſſent, & ea non appeteret, quam qui tanta elargiretur. Hujuſmodi verbis ad acceptandas pecuniae Phocionem inducere ſtudebat Alex. At cum illius animum in pecunia reſpuenda conſtantem inveniſſet, ad Crateram in Macedoniam literas dedit, quibus jubebat, ut unam ex quatuor urbibus in Aſia conſtitutis quas in literis nominabat, quam ſibi Phocion deligeret, ipſi conſignaret, & amicitiæ fœdera rupturum, & non mediocriter ſtomachaturum in literis adjiciebat. Phocion vero neque hac oblatione, neque his minis motus, induci potuit, ut oblatam civitatem acceptaret; pauperem, & tranquillam vitam magis, quam divitias, & imperia pro ſua prudentia diligens. Legi inſuper apud Diogenem Laertium, quem ſuperiori tempeſtate Ambroſius Florentinus, vir tum eloquentiſſimus tum religioſiſſimus nobis Latinum fecit, Pythagoram oblatum ſibi regnum reſpuiſſe, ſimplicitatem vitæ quam delicias, & divitias carius amplectens, quo facilius philoſophiæ operam navare poſſet: & optime ac ſapientiſſime quidem. Nam cum homo inter bruta, & ſeparatas ſubſtantias, quas Angelos dicimus, quaſi medius conſtitutus ſit, cum hiſce quodam pacto communionem habere, & eis ſe ſe admiſcere pro arbitrio poteſt. Namque ſi voluptuoſam duxerit vitam, Sardanapali illius mores imitatus, inter bruta quæ ad ſenſum vivunt collocandus erit. Si in congregandis juſte divitiis, in regenda plebe, in conſulendo Reipub. & hujuſcemodi, quæ ad politicam vitam pertinere noſcuntur, illius cogitationes, & opera verſabuntur, inter homines haberi, & uti homo exiſtimari debebis: ſi vero ab his terrenis curis, & rerum tranſeuntium cogitationibus ſemotus philoſophiæ ſe totum devoverit, & ad res contemplandas, ac earum auctorem animum, mentemque converterit, non inter homines quin ſuper eos, id eſt, inter Angelos cenſeri oportebit. Nam qui Politicæ deſerviunt, variis curis, & rerum varietate ſæpe numero perturbati carnis paſſiones miſerrime conſectantur, à quibus, qui rebus ſpeculandis ſe ſe dedere, alieni quodammodo, & liberi vitam vivunt, & cum in carne præter carnem vivere, Angelicum potius ſit, quam humanum, idcirco meliorem hujuſmodi vitam Philoſophi dixere eſſe Politica. Hoc fortaſſis Pythagoras intelligens regnum contempſit, atque divitias, ut non velut homo, verum inter homines vivens ſuper homines & eſſet, & haberetur. Anacharſis quoque cum ab Hannone multa ſibi ablata, multa ſibi dono miſſa fuiſſent; ad eum in hæc verba reſcripſit: Mihi amictus eſt Scythicum tegmen; calceamentum ſolorum, callum, cubile, terra, pulmentum, fames, lacte, caſeo, carne veſcor: quare & ad me quietum venias licet: munera autem iſta, quibus es delectatus, vel civibus tuis, vel diis

A *immortalibus dona. Poſſem hoc in loco B. P. multos in medium afferre, tam philoſophos quam reliqui ordinis homines non Græcos modo, ſive Latinos, ſed etiam Barbaros, qui vel parvam, vel nullam ſummi Dei cognitionem habentes, futuræ felicitatis, & miſeriæ ſtatum ignorantes, & opes & dignitates quadam animi magnitudine atque conſtantia reſpuentes, pauperem potius, & tenuem vitam deligere, quidam vel contemplationis, vel quietis amore permoti, quos cum legimus admiramur omnes, & maximis laudibus proſequimur. Cæterum in præſentiarum hoſce ante oculos adduxiſſe ſufficiat: quo ab eis diſcant Chriſti fideles, maxime & religioſi viri, qui ſe Deo perpetuo devoverunt, quam increpandi, ac redarguendi ſint, ſi aliis præeſſe quadam cum dignitate ambiunt, vel id cum oblatum fuerit quantum in illis eſt conſtanter non refugiunt, non ſolum quodam quietis amore, ut illi, verum etiam humilitatis gratia ſe ipſos indignos prorſus, nec ſatis idoneos cognoſcentes, timenteſque ne ex alto cadentes in præceps*
B *ruant: cum plurimos videamus ex his, qui et honeſti, & pii videbantur, in regimine conſtitutos inflari, ac gloriæ vento circumferri, & ſæpius in varia vitia delabi; nec falſo ab Alex. dictum: Principatum virum oſtendere.*

Hanc ob rem à lachrymis, et gemitibus temperare me non potui ſuperioribus diebus, redditis mihi tuæ Beatitudinis literis, cum ex illis intellexerim me in Archiepiſcopum delectum, teque auctoritate Apoſtolica mihi jubente, ut tuæ voluntati pertude ac obedientiæ filium decet, communi uter verbo, morem omnino geram, ad hoc profecto, nedum ſanctorum virorum exempla, verum etiam eorum, quos ſuperius memini, me etiam atque etiam impulere, ita ut ignorem, an aliquid hoc tempore mihi accidere poſſet, quod ad hujus mei doloris cumulum adderet: neque ut moris eſt hoc in loco ob iſtud munus, ſi tamen munus magis quam onus dici poteſt, tuæ B. gratias acturus ſum, quinimmo gemitus imo de pectore ducturus, cum in hoc Epiſcopale piſtri-
C *num impellere me coneris tua B. ubi mihi nunquam bene ſit, ubi clauſtri pacem, & quietem amittam, ubi fratrum meorum ſolatio deſtitutus ſim, ubi literarum ſtudium vel omittendum, vel intermittendum ſit, hoc præſertim tempore, quo non parum proficere cæteriſque ſi non conſilio, at exhortatione prodeſſe potuiſſem, & quidem ni adverſa hac mea valetudine detineret, quæ me plures jam menſes acerrime cruciat, ad B. tuę pedes acceſſiſſem, & lachrymis intervenientibus poſtulaſſem, ne hujuſmodi provinciam humeris meis imponeres: verum cum hoc febris haud permittat, quæ lapſum me necdum reliquit, literis agam, quod coram agere debuiſſem, quas ſi tardiuſcule ſuſceperis, non negligentiæ, ſed febribus erit adſcribendum.*

Non te fugit B. P. & quam ſæpiſſime pro tuo in literas ardore legiſti, diuque periculum facis, quanta ſit regiminis ſarcina, quantum humeris immo animæ imminent pondus. Nam ut cætera prætermittam omnium ſacerdotum, & clericorum, extero-rumque,
D *qui meæ fuerunt fidei delegati, quorum numerus Mediol. copioſiſſimus eſt quo me pergere jubes, me reddere rationem oportebit; ſed heu ad unguem, ut ajunt, cum vix mihi ſufficiam, quin magis ad peccatorum cumulum addatur in dies, quo pacto Monaſterii portum tutiſſimum exeam, marinis fluctibus, quibus ferte ſubmergor, animam committendo? Gregorii quippe ſanctiſſimi Pont. non immemor ſum, qui dum adminiſtraret Pontificale munus, monaſterii quietem, paſtoralibus in curis, & anxietatibus recolens eam ſæpenumero ſe amiſiſſe dolebat, illius, & ceterorum periculo doctior ero, agamque pro viribus, ne perdam, quod poſtea cum lachrymis à me fruſtra quæratur. Pręterea varius eſt populus, & opinionibus multiplex: nam juxta ſatyricum illud: Velle ſuum cuique eſt nec voto vivitur uno, & in illo ſi quiſpiam corrigendus erit, Demoſthenem imitari nolutro, qui cum potius Harpalum quendam Athenis ejiciendum ſuaderet, ab eo tandem aureo vaſe pecuniaque*

corru-

corruptus, cum poſtea de Harpallo ejiciendo ageretur, lana, & vittis collum circumſarciens, in concionem proceſſit, juſſuſque dicere renuit, quaſi gulæ morbo loqui impediretur, eam rem intelligentes, ridebant non gulæ morbo, ſed auro, nocte, conſtrictam vocem perdidiſſe Demoſthenem clamitabant: Hunc, inquam, ſi imitari noluero, & cæteros, quos munera corrupere, ſed omni rectitudine, atque conſtantia in plectendo uti voluero; maxima in me odia concitabo. Sin vero perfunctorie rem egero, ne cui mea increpatione moleſtus ſim, & quaſi ad oculos hominum ſerviens, diſciplinam poſthabuero, quas pœnas, quos cruciatus daturus ſum? quanta præterea propriæ exiſtimationis jactura futura eſt? quippe apud eos, qui boni & eſſe, & pro aliorum ſalute videri volunt in proverbium veniam: Ecce qui dum clamaret in populo miro ardore invehi in peccata videbatur, quo pacto in ſuæ ſalutis, & populi ſibi crediti ſegnitiem devenit. Accedit omnium populorum ſcandalum, qui me vel agnovere, vel prædicantem audivere: Hi more vulgi, qui deteriorem in partem omnia facillime interpretari ſolet, oblatam me hanc dignitatem non reſpuiſſe ſtomachabuntur: quia ambitioſæ mentis argumentum eſſe aſſeverabunt: addentque me, & leguminibus, & oleribus uſum, lenticula, atque piſciculis, caſeo, lacte, vili quoque indutum amictu caput in humerum geſtaſſe deflexum, & humilitatem quamdam redoluiſſe ſemper, literarumve maceratum ſtudiis, & frequentiſſimis prædicationibus, quo mihi tandem Alexandrinis, ut ajunt deliciis, uti, & annulum Epiſcopalem, ac dilatatam fimbriam circumferre, erectumque Principis more tollere vultum, ac diverſis præeſſe, & imperare, & tandem inerti otio tabeſcere daretur. Vulgatum inſuper illud, tritumque in eorum ore volvetur, me ſcilicet jejunaſſe, quo poſtea à me ſolemnitas celebrari poſſet. Hoc pacto variis de me rumoribus Civitates, Caſtella, vici replebuntur, & ô infelix, in me cadetur hæc fabula. Animadvertendum eſt etiam quantum cæteris ſanctiſſimis verbi Dei præconibus, nedum præſentibus verum etiam futuris offeciam: cum enim in peccantes invehentur, virtutes ad aſtra tollent, mundi contemptum perſuadere conabuntur, humile tegumentum inducent, & reliqua quæ ad animarum aucupium ſpectabunt, totis animis pro Chriſti amore, & earum ſalute peregerint, caſſa quippe omnia, & irrita futura ſunt. Nam, ut Gregoriano dicto utar, Cujus vita deſpicitur, reſtat ut ejus prædicatio contemnatur: quod eis profecto contingere minime dubitandum erit: at qui mei, & cæterorum prædicatorum gratia, qui Pontificali honore magis, quam prædicationis officio inſigniti eſſe maluerimus, nec devotione, nec auctoritate eorum mores, ac verba habebuntur, quæ ſi à prædicatore tollantur, ut fruſtra proclamat opus eſt: exiſtimabunt namque eorum auditores ſub prædicationis melle latere venenum, ſcilicet ambitionem quamdam, ut cum ſe opportunitas offeret, ſimilia noſtri, atque ſororia facturi ſint. Hanc potiſſimum ob cauſam religioſiſſimus, & noſtrorum temporum eloquentiſſimus vir Bernardinus Senenſis ter repudiavit Epiſcopatus, ne ambitionis nevum, & maculam in cæteros prædicatores injiceret. Animadverterat enim pius, & ſanctiſſimus vir, quantum ornamenti reliquis afferret prædicatoribus oblatas dignitates reſpuendo, quantum dedecoris incurreret acceptando, ſimul & infamiæ quantum auctoritatis exhiberet illis, quantum hic exauctoraret. Adjiciendum eſt his ordinis mei dedecus, & cenſoria, ut ita dixerim, nota. Nam religioſorum nonnulli reperiuntur, qui vel dum ad Epiſcopales infulas aſſumuntur, vel aliis dignitatibus illuſtrantur, ſe ordini ſuo maximo ornamento futuros arbitrantur: reliqui etiam ejuſdem ordinis illis congratulantur, & ſibi congaudeat tum illorum dignitate, tum ordinis utilitate, quam ſperant pariter & decore. Ego vero longe aliter ſentio: equidem ordini meo & dedecori, & detrimento me futurum arbitrarer, ſi oblatum prælationis honorem, quo ſæpenumero hominum vanitas gloriatur, aſſumerem, etenim fratrum meorum nonnulli forte mihi congratularentur, & hac nova dignitate collata congauderent, nonnulli vero me contumeliis fortaſſis afficerent, quod à prima mea vocatione defeciſſem. Prioribus igitur illis timendum eſſet, ne illorum animis virus ambitionis illaberetur: contenderentque mei exemplo, quo tandem optata dignitate potirentur. Ceterorum vero perturbatio mihi merito poſſet adſcribi, quaſi haud reſtiterim, qui libenter obtemperare viſus ſim: videretur præterea, vel omnes ex noſtris, qui ad altiorem gradum evocarentur, ſimilia libenti animo eſſe facturos, vel non bene de me meritos fuiſſe, indeque menti meæ obortam fuiſſe, hujus ambitus voluntatem. Aſſeram denique aliam rationem, cujus memoria maxime crucior, & vix lacrymas nunc ſcribendo continere valeo, nempe ſi cum Epiſcopali throno ſederem, divinis prædicationum muneribus, & linguæ officio, ac medicamento perplures Italiæ urbes privarentur, quas quod ſine ulla arrogantia, & temeritate dictum velim, juxta mei vires ingenioli ad virtutes amplectendas, ad vitia perſequenda, ad contemnendas mundi hujus illecebras, & ad futuram vitam habendam pariter, & contemplandam uſque in hodiernum diem ſum adhortatus. Quæ omnia Epiſcopalis ſarcina facere prohiberet. Nam in Clericis ordinandis, in Virginum conſecratione, in Chriſmatis ad fontes conſignatione, in ſacrandarum Aedium, & Altarium cooperatione, in Eccleſiarum viſitationibus, in delictis corrigendis, & cæteris quæ ad Epiſcopum ſpectant, exercendis, vix tempus, & vita ſufficeret. Verum eſto, quod mihi tempus ex his curis quandoque libero concedatur, quod vel litterario otio, vel doctrinæ poſſit impendere, nonne cum annum unum, vel alterum Mediolanenſi populo prædicavero, mea ut ita dixerim doctrina in nauſeam ut doctrina verteretur? Ita ſane: nam perinde ac nulla tam delicatiſſima fercula componi poſſent, & apipare præparari, quibus ſi aliquot diebus aſſumerentur non nauſearet anima: pari modo non eſt tam excellens doctrina, adeo luculenter pronunciata, quæ ſi ſedulo ex uno dicendi fonte, etiam copioſiſſime emanet audientibus non vertatur in tædium: cujus rei quotidiano periculo pluſquam gnarus ſum. Hinc Servator noſter vera lux, & vita, poſt fugatos ex hominibus dæmones, poſt alia confecta miracula, cum in deſertum locum exiiſſet, eumque turbæ proſecutæ fuiſſent, ne eos ullo pacto deſereret expectantes, quo illius doctrina inſtrui, & dicendi ſuavitate plurimum oblectari poſſent, nullatenus illis morem gerere volens, oportet, inquit, me & aliis civitatibus evangelizare regnum Dei. Hinc Paulus Apoſtolus, varios adivit populos, terras luſtravit, ac maria ubique Jeſum prædicans & hunc crucifixum, & cum aliquando miſiſſet Epheſum à Mileto, & majores natu convocaſſet, & exhortatione facta veniam petiiſſet, nullo eorum fletu, nullis gemitibus, nullis precibus retineri potuit, quin pergeret Hieroſolymam, alio etiam inde profecturus. Unde ad Timotheum ſcripſit, Dei verbum alligatum eſſe minime debere, quamquam hujuſmodi verba in aliam ſententiam trahi poſſint. Hinc Beatiſſimi illi Franciſcus, atque Dominicus varias prædicando illuſtravere provincias, nec unquam uno in loco relegari voluere, quo pluribus utilitati eſſe poſſent. Dominicum ſecuti ſunt multi tum ſantiſſ. tum ſapientiſſ. viri inter quos in hoc Apoſtolico dicendi genere, ut cæteros omittam, Vincentius Cathelanus ſuperiori tempeſtate floruit: cum non ſolum Hiſpaniam, & Galliam prædicando percurrere ſatisfuit, verum etiam Italiam ſuis prædicationibus illuſtravit. Franciſco vero etſi adjuncti ſunt multi, unius tamen mentionem feciſſe ſatis erit, Bernardini videlicet Senenſis viri hac noſtra tempeſtate integerrimi, cujus ſuperius verba fecimus, quemque varia miracula clarum univerſo orbi reddiderunt. Hic nunquam perſuaderi potuit quo uno in loco diutius prædicaret: omnem peragravit Italiam, ut Caſtella, & Vici non expertes illius prædicationis exiſterent, qualeſve &

quot

quot fructus ob hoc cōſecuti fuerint, certiores ſumus: ſilentio prætereo Dei ſervos, qui has Italiæ partes hoc tempore liberi, nempe à prælationis vinculo abſoluti, diſcurrunt, quorum ingentem fructum ſi deſcribere voluero, mihi verba deerunt non ſolum Tulliana illa, verum hæc noſtratia. Sine igitur oro B. P. ſine, inquam, me inter Vincentios, Bernardinos, & reliquos hujus farinæ viros, pro animarum ſalute convivere. Noli obſecro una in civitate me Epiſcopali catena detinere; ne dum uni tantum populo meam operam impendo, alii merito de tua B. conqueri poſſint, uve peculiare bonum communi præponatur, cum in Ethicis ab Ariſtotele commune bonum particulari divinius eſſe tradatur quoniam magis ad Dei ſimilitudinem pertinere videtur, qui omnium eſt univerſalis cauſa bonorum.

Subincrepabis me hoc loco fortaſſe B.P. & præſumptionis, atque temeritatis argues cum tot celeberrimis viris me audeam commiſcere, qui pro humilitate non hoc de me ſentire, & ſilentio, reticere debuiſſem. Eſto præſumam hæc et impudenter: oro igitur ego te, quo pacto me inter Epiſcopos, quorum dignitas clarior, auctoritas major, onus graviſſimum eſt? Sane ſi quiſpiam cum remigantibus ad id officii non meretur aſſumi, longe minus cum his qui navem inter fluctus, & tempeſtates gubernare gnari ſunt. Quæ cum ita ſe habeant, à tua mihi B. indulgendum eſt ut creditum mihi theſaurum variis in locis, prout opportunum fuerit, poſſim erogare, ne toties mortis reus ſim, quoties hominibus prodeſſe ad æternam vitam multis in populis, & nationibus potuiſſem quamvis enim tot clariſſimis viris adjungi non merear: lætabor ſaltem me poſt illos proceſſiſſe, & quoſdam manipulos in Arcam Domini deportaſſe.

En his facile intelligi poteſt B. P. me non ideo oblatam dignitatem recuſare, quo laborem ſubterfugere propoſuerim, verum è contra laborem appetere, dignitatem vitare. Nam cum Epiſcopi proprium ſit, & quaſi peculiare, ſubditum ſibi populum cœleſti doctrina veluti ſolidiſſimo cibo nutrire, ut vocem Paſtoris oves intelligant, quid deceat, quidve non, quo virtus quo ferat error, quod dicendi genus laborioſiſſimum eſt: Hoc opus, hic labor meus ſit; cæteri vero hujuſmodi dignitatibus exornentur, habeant igitur ſibi alii infulas, Cathedras, manuum oſcula, redimita tempora mitra, meæ vero deliciæ, mea corona, meum gaudium ſit in vigiliis multis fame, ſiti, frigore, nuditate, & cæteris quibus gloriabatur Propheta. Elegi enim jam pridem abjectus eſſe in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis Prælatorum, non quo eorum ſtatum contemnem, cum illum excellentiorem meo ſcilicet regulari à ſanctiſſimis viris definitum ſit, verum quia periculoſiorem exiſtimem. Me igitur oro talem eſſe ſinas perpetuo B. P. qualem à teneris ut ajunt, unguiculis concupivi: nec te moveat ea quam in me extollis prædicandi virtus, cum longe & dicendi copia, atque vehementia, & regendi prudentia, ac ſolicitudo diſtare videatur, & pleroſque ſe ſæpius in altero eorum ſapere, in altero vero deſipere compertum: quod mihi facilius contingere poſſet, cum regendarum animarum imperitus, & omnino ignarus exiſtam: Etenim qui in medicina audienda, & perdiſcenda ſudarunt, ſi antea quam quotidiana exercitatione eorum, quæ didicerunt, periculum faciant, multos dum juvare cupiunt, interimunt. Quid de his exiſtimandum erit, qui ad Epiſcopale onus, vel ex religione, vel ex ſeculari vita nullo prius habito regendarum animarum ſtudio, nulla ſuper hac re audita, ſeu lecta doctrina aſſumuntur? Quamobrem Paulus ad Timotheum ſcribens, multa in medium affert, quibus Epiſcopos ornatos eſſe oportere, nedum poſt eorum conſecrationem, verum antea quam deſignantur oſtendit, ut cognoſcamus populi ſalutem, & interitum ex præſidentis bonitate, malitiaque pendere, idcirco civitatem illam felicem eſſe arbitror, in qua ii præſunt rectores, qui & pietate vera ſimul, & regendi ſcientia pollent, nunquam

A
enim vel raro, idque fortuito in ſæva procella gubernator imperitus, & maritimæ artis ignarus, in portum navem reducit; nec auriga rei curulis inſcius, victrici unquam corona donabitur. Hinc quandoque interrogatus Ageſilaus, quid Lacedæmonii facturi, an eo in prælio, quod gerebatur, victoria potirentur? ſi prudentiſſimus, reſpondit, Imperator rem gereret, & optime ſane, quis enim negligens, & peſſimus villicus diligentes, ac bonos agricolas ſe facturum ſperet? quis ſomnolentus, & ignavus Imperator, & nihili commune bonum faciens, verum ad ſe omnia, & in proprium commodum trahens, milites de Republica, & illius ſalute ſolicitos efficiet? Propterea Plato dixiſſe legitur, quales Principes, tales & ſubditos futuros, Cyri quoque hæc fuit ſententia. Non eſſe conveniens præeſſe quempiam, qui & melior, & prudentior ſubditis non probaretur: nec non Cato ſenior, improbum eum Principem dicebat, qui ſibi imperare neſciret, aut non poſſet. Solon etiam interrogatus, qualis
B
qui præeſt eſſe debeat, ſe, inquit, prius, quam ſubditos dirigere debet, alioquin erit veluti qui umbram curvam dirigere conatur prius quam virga umbram efficiens recta ſit. In cujus gratiam ſcriptum legimus à Plutarcho Trajano Cæſari: Tu vero quidquid vis rectiſſime geras, ſi à te ipſo minime receſſeris, ſi primum te compoſueris, ſi tua omnia diſpoſueris ad virtutem, recte tibi contingent univerſa. Politicæ conſtitutionis tibi vires exculpſi cui ſi obtemperas, Plutarchum vivendi habebis auctorem: ſin minus præſentem epiſtolam teſtem invoco, quia in perniciem Imperii perrexiſti auctore Plutarcho. Hæc ideo à me commemorata ſunt B. P. ut qui ultro præeſſe cæteris ambiunt, & Eccleſiaſticis dignitatibus inſigniri, intelligant ſeſe omnibus ornatos eſſe virtutibus oportere, quo ad bene, beateque vivendum creditum ſibi populum, eorum exemplo perinde ac aurigæ peritiſſimi deducere poſſint. Atqui cum nondum id perfectionis aſſecutum me eſſe certo ſciam nil magis in præſentiarum à T. S. expeten-
C
dum exiſtimo quam ut ex albo Epiſcoporum me prorſus abradas; nec me talem judices, qualem paſtoralis cura expoſcit, quod ſi exoravero, adeo id mihi pergratum erit, ut quid gratius, quid jucundius, quidve utilius mihi accidere poſſit, penitus ignorem.

Largius fortaſſe expatiatus ſum quam fluctus, ac æſtus Paſtoralium occupationum, quibus et agitatus, exigerent, verum quantum ad rem meam perſuadendam attinet, breviuſculus fortaſſis exiſtimabor, ſed ſi mihi jam T. B. aſſeatiri conſiderem, alia cum exempla, tum argumenta in medium attuliſſem, quæ meam in ſententiam virum non tantum pium, ac mitem, ut tu, ſed aſperum, ac durum facillime perducerent: dicendi igitur modum faciam, ſi hoc unum addidero, ſupplicaverove, at ſi forte quid inconcinnum, & illimatum ac ex ruſticitatis officina impudenter emanaſſe deprehenderis, id pro tua humanitate imperturbato animo accipias, & ob diuturnam ægritudinem debilitati mei corporis aſcribas, quæ in edendis Epiſtolis maximo
D
mihi eſt impedimento, cum id laboris, & ſtudii cerebrum, oculi, manuſque detrectent. Vale Sanctiſſime Pater, cujus pedibus me uti ſervulum quam demiſſe advolvo.

Cæterum Bartholomæus ſorte ſua contentus, humili pugna dignitatis periculum evitavit, & inter ſuos in Cœnobio religioſe vivens pie ſpiritum exhalavit. Scripſit opuſculum in ſanctam ruſticitatem adverſus eos, qui bonarum artium ſtudioſos aſpernantur, quod ſummis laudibus extollit Guarinus Veronenſis in litteris ad eundem: *Tuo*, inquit, *in libello ſicut in amœniſſimo quodam hortulo proxime verſatus ſum ejus materiam, ordinem, ſuavitatem, copiam admiratus. Si cum adverſariis ratione, & eloquentia certabis judice me victor eris, ſi contra ligones, & ſarcula vereor ne tu vapulando illi verberando defeſſi ſitis. Adeo ignorantia hoſtem impugnat veritatem, cui aures occludit.* Opuſculum extat M. S. apud eundem Cozzium.

Virum eloquentiſſimum illum vocat Leonardus Aretinus, quem de facie noviſſe fatetur jam diu, cum Eccleſiaſtici declamatoris munere in Florentina Synodo fungeretur; nec deſunt alii, qui viri doctrinam, ac ſanctimoniam teſtantur. Extant in libro inſcriptionum eruditiſſimi Franciſci Poliæ Veronenſis, quem nuper doctus Aloyſius Novarinus opuſculorum ſuorum tom. 1. in lucem emiſit in eundem elogium ſcriptum obſervantiæ cauſa his verbis conceptum.

Rarum honoris ſpecimen à Bartholomæo Cottio ſupremo Lateran. Congregat. Antiſtite Eccleſiaſte in primis magno, Genti ſuæ, Patriæ ſuæ oboritur, qui à Nicolao V. Pontifice omnium Maximo IV. Kal. April. M. CCCC. LIV. Mediolanenſium Archiepiſcopus declaratus ſancta intra clauſtra Lateranenſium Canonicorum volens vivere mori volens bene, & beate. Quam potuit conſtanter, quam potuit ſancte faſces ſibi ſacros detrunit. O inauditum ſane exemplo factum digno elogii honore. Pro viribus celebrando Franciſcus Pola Genti Cottiæ dicatiſſimus viro benemerentiſſimo æternam comparavit memoriam.

In aula Cottiorum Veronenſium Patritiorum ad effigiem ejuſdem Bartholomæi legentibus proſtant hæc verba.

Bartholomeus hic eſt Cottius ſupremus Lateranenſium Canonicorum Præfectus Religioſæ quietis, ſanctique propoſiti uſque adeo tenax ut Mediolanen. Archiepiſcopatu quo à Nicolao V. fuerat auctus ſe ſe abdicaverit M.CCCC.LIV.




CX. 115. F. GABRIEL Sfortia a ex ordine Eremitano D. Auguſtini, Boſii Comitis S.Floræ, & Antoniæ de Salimbenis Senenſis priſcæ nobilitatis fœminæ filius, Franciſci Sfortiæ Ducis Mediolani frater, Carolus antea vocatus, militiæ clarus, eximiæque apud omnes expectationis, relicto ſeculo ex divino inſtinctu eremiticam vitam in Monaſterio Liceti prope Senas, ubi tunc illius inſtituti florebat obſervantia, inſtituit profiteri. Ita in eo vitæ genere progreſſus eſt, ut non modo omnes vitæ perfectioris gradus viſus eſt aſcendiſſe, ſed cæteros mortales etiam ſuis concionibus ad meliorem frugem impuliſſe. Tametſi autem conſortia hominum ſtudioſius devitabat, non potuit tamen eluctari, quin Mediolanenſi formidabili oneri ad imperium Nicolai V. fratriſque preces humeros admoveret. Igitur (Bartholomæo Cottio honorem, & onus detrectante) Archiepiſcopus declaratus anno 1454. XI. Kal. Julii, ſucceſſitque Nicolao Amidano præmortuo. In adminiſtratione tantæ civitatis fratrem conſultiſſime juvit, prudenterque ac ſancte ſibi creditam Eccleſiam gubernavit, ita tamen, ut retento priſtinæ vitæ rigore, ſibi nequaquam deeſſet ad puriores mores. Fratri, ut majus Xenodochium fundaret, auctor præcipuus fuit, pluraque alia pietatis opera urgenda, perficiendaque curavit. Anno 3. ſui Pontificatus deceſſit, qui fuit 1457. ſepultuſque eſt in Eccleſia Deiparæ Virginis Incoronatæ à Blanca Maria Mediolani Duciſſa, fratris uxore ædificata. Ad tumulum hæc legitur inſcriptio.

a De quo Gandulphus in diſſert. hiſt. de 200 ſcript. Auguſt. p. 317. Montif.

M.CCCC.LVII. die XII. Septemb. obiit B. Pater Gabriel de Cotignola Archiepiſcopus Mediolanenſis Ord Obſervantiæ Fratrum Eremitarum S. Auguſtini ac frater germanus Ill. D. D. Franciſci Sfortiæ Ducis Mediolani.

Adeo autem Gabriel ſancte ſe geſſit, ut Hiſtorici Auguſtiniani in ſuorum illum Beatorum Album retulerint.

116. CAROLUM deinde Forolivienſem, ex ordine Divi Benedicti, S. Celſi Abbatem, nobilioribus diſciplinis excultum Calliſtus III. defuncto Gabrieli ſuffecit 1457. die 29. menſis Octobris. Tres annos Mediolanenſem adminiſtravit Eccleſiam, deceſſitque 1460. tumulatus eſt apud S. Celſum. Hujus meminit Arnoldus Vvion. lib. 2. lig. vitæ. CXI.



117. STEPHANUS Nardinus b Forojulienſis, familiaris Notariuſque Pii II. Pontificis, magno ingenio vir, inque Germania ſub eodem Pont. graviſſimis expediendis negotiis probe verſatus, ab eodem Pont. Archiepiſc. Mediolanenſis adlectus eſt 1460. Eundem Paulus II. Pontifex Neapolim ad Ferdinandum legavit, illumque deinde Urbi Gubernatorem præfecit. Sixtus vero IV. Stephanum roſeo Galero donavit, juſſitque illum Ariminum proficiſci, ut poſt exceſſum Roberti Malateſtæ, ſanctæ Apoſtolicæ Sedi Civitas illa fidem ſervaret. Denique ea fama Stephanus erat, quæ ſummum virum deceret. Illius meminit Pius II. in Commentariis. Cardinalis Papienſis in ſuis epiſtolis illum appellat integerrimum, atque eruditiſſimum. Ad eundem literas dedit Philelphus epiſtol. 24. nec tacuit Garimbertus Stephani laudes. Ripamontius vero illum adnumerat in famoſis præſulibus, qui aliquando Eccleſiæ Mediolanenſi præfuerint. Supplicationes à Lazaro quondam ſuo Anteceſſore ſanctiſſime inſtitutas reſtituit. Ad portam Ticinenſem ad amœnitatem locum conſtruxit, quo Præſules Mediolanenſes ad levandas curas poſſent ex intervallo divertere: Cathedralem nobiliſſima ſupellectili locupletavit. Eccleſiaſticam diſciplinam, quæ notabiliter lapſa erat, revocavit. Romæ autem Collegium de ſuo cognomine Nardinum appellatum inſtituit: cujus jus apud Mediolanenſes Præſules eſſe decrevit, uniuſque alumni denominatio apud Abbatem S. Ambroſii. Romæ fato functus eſt 1484. Sepultuſque eſt in Vaticana Baſilica cum hoc Epitaphio.

CXII.

b De eo Oldoini Ciaconius tom. 1. p. 65.

D. O. M.

Stephano Nardino Patria Forojulienſi
Tituli S. Mariæ Tranſtiberim
Presbytero Cardinali,
Mediolanenſi Archiepiſcopo,
Legato Avenionen.
Obiit Anno Salutis MCDLXXXIIII.
XI. Kalend. Novemb.

cem haberent ſuper dictam Congregationem de jure, vel conſuetudine, præter ipſam Congregationem, cujus regimini, & Congregationi, prout alia Monaſteria dictæ Congregationis ſubjiciantur, ipſumque Capitulum, Præſidentem, Viſitatores, & Diffinitores dictæ Congregationis perpetue, & præfatum Aſcanium Mariam Cardinalem præfatæ Congregationis Protectorem, cui quoad vixerit ſuperioritatem, & omnimodam juriſdictionem in Abbatem, & Conventum dicti Monaſterii S. Ambroſii, & ſi per quoſcumque alios, & quavis authoritate viſitati, vel correcti fuerint, illos per ſe, vel aliam perſonam idoneam regularis obſervantiæ Regulæ S. Benedicti viſitandi, & corrigendi totiens, quotiens ſibi placuerit facultatem concedimus. Et inſuper propter devotionem Ducum pro tempore exiſtentium, ac dilectorum filiorum populi Mediolanen. ad dictum Monaſterium ſancti Ambroſii cum illius Abbate, & Monachis etiam pro tempore exiſtentibus ut in Miſſis, cæremoniis, cantu, & aliis divinis officiis tam nocturnis, quam diurnis de conſueto officio, Ambroſiano officio nuncupato, prout hactenus dicere conſueverunt, nihil immutent. Et in dicto Monaſterio S. Ambroſii, & in civitate Mediolanen. dumtaxat cucullam nigram deferre habeant. At cum religioſi tam Monaſterii S. Ambroſii, quam Congregationis prædictorum, ut in locis dictæ Congregationis, ad quæ ipſos mutari pro rerum exigentia contigerit, ſe ſe conformare poſſint in habitu, & officiis præfatis, prout conſuetudo locorum ipſorum, & Monaſteriorum, in quibus fuerint, requirit abſque conſcientiæ ſcrupulo; extra Chorum vero quod quilibet illud officium dicere poſſit quod ſibi magis videbitur, & placebit, diſpenſamus. Præterea ſtatuimus, & ordinamus quod perpetuis futuris temporibus ſint in dicto Monaſterio S. Ambroſii computato illius Abbate, triginta duo Monachi ad chorum idonei, quorum viginti, niſi juſte, & legitimè fuerint impediti, ſingulis diebus miſſas celebrare teneantur. Quibus de victu, & veſtitu, & aliis eorum neceſſitatibus ex bonis dicti Monaſterii, ac in ee de uno artibus, & Philoſophia, altero verò in Theologia lectoribus, nec non de uno Capellano, qui curam animarum Parochianorum de jure, vel conſuetudine Parochialis Eccleſiæ ad ipſum Monaſterium S. Ambroſii ſpectantem exercere habeat, & uno Organiſta, qui in ipſo Monaſterio S. Ambroſii deſerviat in divinis provideatur, prout hactenus obſervatum fuit, ac juxta ſolitum illius Sacriſtia in oleo, cera, & incenſo, & aliis neceſſitatibus conſuetis. Et eleemoſynæ, quæ Sacriſtiæ, Monaſterio, ſeu Monachis ipſius Monaſterii S. Ambroſii oblatæ fuerint, niſi per eaſdem perſonas, quæ eas obtulerint, fuerint in alium uſum dicatæ, aut non magni pretii, vel bona immobilia, ſeu eſculenta, vel poculenta, in reparatione ipſius Sacriſtiæ convertantur, excepto tamen tempore caritatis annonæ, quo Abbas dicti Monaſterii S. Ambroſii pro tempore exiſtens, illas in uſum, & ſuſtentationem pauperum convertere valeat. Quodque Abbas dicti Monaſterii pro tempore exiſtens annuatim in feſto S. Martini eleemoſynario à dictis Diffinitoribus eligendo cum juramento de bene, & fideliter diſtribuendo libras mille monetæ Mediolanen. vel bladum, ſeu vinum æquivalens pro eleemoſynis quotidie, præterquam die Dominico, ad portam ipſius Monaſterii, S. Ambroſii faciendis, & annis ſingulis in feſtivitate S. Ambroſii, poſt Paſcha libras ſexcentas ſimiles pro maritandis quatuor Virginibus pauperibus bonæ famæ, & conditionis. Nec non in feſtivitate ordinationis S. Ambroſii annuatim libras ducentas pro veſtiendis decem pauperibus, & alias ducentas ſimiles pro redimendis captivis, ſeu pro eleemoſyna pauperum verecundorum ſecundum ordinem, & formam traden. per præfatum Aſcanium Mariam Cardinalem, quam perpetuo obſervari volumus, & cui ſuper tradenda forma diſtributionum ſupradictarum duarum millium librarum harum ſerie concedimus facultatem. Ac etiam ſingulis annis pro fabrica dicti Monaſterii S. Ambroſii, quæ à fundamentis eſt erigenda,

A libr. duo mille ſimiles uſque ad operis perfectionem, niſi forte ante operis perfectionem caritatis victualium intervenerit, quo caſu Abbati dicti Monaſterii S. Ambroſii cum Præſidente, & Viſitatoribus dictæ Congregationis in partem, vel in totum convertant præfatam ſummam duarum mille librarum poſteriorum in eleemoſynis, & uſu pauperum, prout ſalubrius judicaverint. Si in dicto Monaſterio S. Ambroſii aliquod onus extraordinarium intervenerit, ſi facta prius omni diligentia (ſuper quo Abbatis Monaſterii S. Ambroſii, Præſidentis, & Viſitatorum Congregationis prædictorum conſcientias oneramus) commode aliunde provideri non poſſit, tunc pro qualitate, & quantitate oneris à dicta fabrica ceſſari poſſit. Et quando prædicta non intervenerint, fabrica ipſa reaſſumi debeat. Cum autem præfata fabrica perfecta fuerit, dictæ duo mille libræ poſteriores in eleemoſynis proportionabiliter, non autem in uſum Monachorum diſtribuantur; excepto tamen caſu totiens quotiens neceſſariæ reparationis dicti Mo- B naſterii S. Ambroſii, quo de dictis duabus mille libris poſterioribus in totum, vel in partem reparationi hujuſmodi provideatur; & facta reparatione illa in eleemoſynis, ut præfertur, convertantur. Quodque ſi in futurum creſceret redditus dicti Monaſterii, ſive per recuperationem bonorum, aut legata, vel alio quovis modo factam, vel facta, faciendam vel facienda, tale augumentum convertatur in puellis maritandis ſecundum ordinem, quem præfatus Aſcanius Maria Cardinalis tradiderit, & ordinaverit, ac rationes, & computa expenſarum, & omnium prædictorum ad beneplacitum cujuſcumque ſuperioris revideantur totiens quotiens. Ulterius decernimus, quod Monachis in dicto Monaſterio S. Ambroſii profeſſis, & converſis qui nunc ſunt, ſi in eo ſub regulari obſervantia dictæ Congregationis noluerint permanere, eorum ſingulis de convenienti portione pro eorum victu, & veſtitu provideatur ſecundum quod præfatus Aſcanius Maria Cardinalis voluerit, & declaraverit. Cæterum Monaſterio S. C Ambroſii, quod omnibus Privilegiis, gratiis, indulgentiis, immunitatibus, & indultis, tam per Sedem Apoſtolicam, quam Imperatores, & alios Principes Eccleſiaſticos, vel ſæculares dictis Ordinibus, & Congregationi conceſſis uti poſſiat, & è converſo Congregationi præfatæ authoritate præfata concedimus, & indulgemus, illaque approbamus, & confirmamus, ſupplentes omnes, & ſingulos defectus, ſi qui intervenerint forſan in eiſdem. Poſtremo Conventui præfato, & dilectis filiis univerſis vaſſallis Monaſterii S. Ambroſii per Apoſtolica ſcripta mandamus, ut Conventus præfati, illius Abbati, Capitulo, Præſidenti, Viſitatoribus, & Diffinitoribus perpetue, & quoad vixerit Aſcanio Mariæ Cardinali præfato, tanquam Patribus, & Paſtoribus animarum ſuarum humiliter intendentes, ac eos debita honorificentia proſequentes, eorum ſalubria monita, & mandata devote ſuſcipiant, & efficaciter adimplere procurent. Vaſſalli quoque præfati conſueta ſervitia, & jura ab eis illis debita integre exhibere ſtudeant. Alio- D quin ſententiam, ſive pœnam quam ritè tulerint, ſive ſtatuerint in rebelles, ratam habebimus, & faciemus adjuvante Domino uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari. Dilectum quoque filium noſtrum Ludovicum Sfortiam Mediolanen. Ducem rogamus, & hortamur attente, quatenus in præmiſſis ſic ſe exhibeat gratioſum, quod per auxilium ſuæ gratiæ prædicta perfici, & proſperari valeant. Ipſeque Ludovicus Dux perinde præmia conſequatur felicitatis æternæ, & nos nobilitatem ſuam dignis poſſimus in Domino laudibus commendare. Nulli ergo &c. noſtræ unionis, annexionis, incorporationis, voluntatis, conceſſionis, diſpenſationis, ſtatuti, ordinationis, conſtitutionis, indulti, approbationis, confirmationis, ſuppletionis, & mandati infringere &c. vel &c. Si quis autem &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarn. Dom. 1497. IV. Idus Aprilis Pont. noſtri anno 5.

Cæterum cum ſupra abunde celeberrimum Co-

nobium hoc celebratum fuerit viſum etiam eſt non A
injucundum lectoribus fore, ſi Abbatum ſeriem,
qui in eo floruerint, breviter deſcribamus, qui vero
alis penitus noſſe deſiderat, videat doctiſſimum
Puricellum in deſcriptione hujus Baſilicæ, ac Cœnobii,
quam *Monumenta Ambroſianæ Baſilicæ* attitulavit;
cujus conatui non parum attulit incrementum labor,
& induſtria fratris Benedicti ejuſdem
Cœnobii Converſi, antiquarum rerum valde periti.

Series Abbatum S. Ambroſii Majoris Mediolanenſis.

1 Benedictus primus Abbas conſtitutus anno 781.
2 Augauſus anno 806.
3 Gaudentius ex Abbate S. Vincentii fit Abbas S. Ambroſii ab Angilberto Mediolanenſi Aschiepiſcopo an. 832.
4 Andreas ſucceſſit Gaudentio an. 849.
5 Petrus ſufficitur ann. 859. Obiit anno 900. Pridie id. Octobris, ſepultus in eadem Baſilica, ubi in pariete viſitur adhuc ejus epitaphium.

†. S. P. M. †. B

Hic ſibi conſtructa tumulatur Petrus in urna,
Quem Monachis patrem munus herile dedit.
Fratribus hic requies, cibus ſolamen egenis;
Alter hic, ut patuit, nam Benedictus erat.
Templa, domos, vites, oleas, pomeria ſtruxit,
Auxit theſauros, conduplicavit agros.
Quem merito fratres ſortiri præmia vitæ
Implorent precibus. Annue Trina ſalus.

Obiit vero anno Incarn. Dom. 900. pridie Idus Octobris, Indict. 3. In regimine autem præfuit annos 41. menſem 1. dies 15.

6 Aripaldus anno 901.
7 Regibertus anno 910.
8 Sigefredus anno 911.
9 Vvido anno 915.
10 Landulphus anno 920.
11 Anpaldus, vel Rupaldus an. 944.
12 Petrus anno 968.
13 Oldericus an. 987.
14 Gardualdus an. 991. C
15 Joannes an. 1003.
16 Gotifredus an. 1016.
17 Vvido an. 1028.
18 Gotifredns Junior an. 1032.
19 Landulfus an. 1036.
20 Ariprandus ſimoniacus an. 1062.
21 Adelardus an. 1077.
22 Heribertus an. 1087.
23 Guillelmus 1100.
24 Heribertus 2. an. 1101.
25 Joannes 1103.
26 Guillelmus anno 1105. Inde fit Abbas S. Salvatoris Taurinenſis 1115.
27 Joannes 1123.
28 Vvifredus 1141.
29 Gaufredus 1144.
30 Martinus 1146.
31 Joannes 1150.
32 Amizo 1156.
33 Joannes anno 1174. D
34 Beltramus 1183.
35 Ambroſius 1185.
36 Arialdus de Marignano anno 1198.
37 Arderigus Vicecomes 1223.
38 Arialdus de Comitibus 1234.
39 Guillelmus Cotta 1235. obiit 1267. jacet in Capitulo.
40 Anſelmus de Garzador 1274.
41 Faſius de Perrariis ex monacho Clarævallis obiit 1290. jacet in capitulo Clarævallis cum hoc epitaphio.

... Immortalis Animæ D. Faſii
de Ferrariis
Abbas S. Ambroſii Mediolani
præclaræ prolis Illuſt. Cœnobii Clarævallis
A. D. MCCXC.
Calendas Majas quievit.

42 Bertrandus 1298.

A
43 Arnulphus Lampugnanus 1299.
44 Joannes Vicecomes monachus Ciſtercienſis 1356. Anticardinalis creatus à Petro Corbalio Antipapa.
45 Arnolfus Lampugnanus 1328.
46 Antonius Vicecomes 1338.
47 Beltramus Lampugnanus 1353.
48 Guillelmus Lampugnanus 1379.
49 Joannes Lampugnanus 1401.
50 Lampugnanus 1401.
51 Landulfus Lampugnanus 1405.
52 Beltramus Lampugnanus 1401. Hi omnes ex eadem familia hoc ipſo anno 1401. reperiuntur Abbates.
53 Coſmus Melioratus Card. primus Abbas Commendatarius, qui fuit Innocent. VII. Pontif. Max.
54 Manfredus à Cruce Abbas Commendat. 1405.
55 Antonius Riccius Commend. 1429.
56 Fazinus Stephanus Ghilinus Commend. 1436.
B 57 Blaſins Ghilinus Commend. 1443.
58 Petrus Card. Riarius Sixti IV. nepos Commendat. 1473.
59 Stephanus Card. Nardinus Commend. 1477.
60 Jo. Arcimboldus Card. Commendat. an. 1485.
61 Aſcanius Maria Sfortia Card. Commend. 1489. qui libere reſignavit, univitque Monaſterium Ord. Ciſtercienſi.
62 Benedictus de Criſpis Monachus Ciſtercienſis, primus ejuſdem Ord. Abbas regularis; poſt hunc ad noſtra uſque tempora Abbates qui præfuerunt vel annuales, vel triennales fuere, quorum nomenclatnram dabit noſter Ignatius Signorinus Abbas Provinciæ Tuſciæ in Hiſt. Monaſteriorum Italię Ord. Ciſtercienſis, quam præ manibus habet.

C



119. VIDO Antonius Arcimboldus, Cardinalis frater, ex ceſſione fratris ad Mediolan. Sedem CXIV
pervenit anno 1488. 10. Kal. Februarii. Hic, antequam Archiepiſcopus adlegeretur, Senator, ac
D Senatorum Præſes Mediolani fuerat ſub Duce Galeatio; qui illum ob ſingularem prudentiam, facundiamque ad plures Reges, ac Principes legavit. Cum Jacobo illo viro clariſſ. Trivultio pietatis ergo uſque in Palæſtinam peregrinatus eſt, Eccleſiam ſibi creditam multis exantlatis laboribus adminiſtravit, cum in ea tempora incidiſſet, quibus Carolus VIII. Rex Gallorum ex Neapolitani regni aviditate Italicam pacem ſuo adventu interturbavit. Deceſſit autem Arcimboldus 1497. atque in Metropolitana Eccleſia tumulatus. Poſt cujus exceſſum Archiepiſcopus deſignatus fuit Octavius Arcimboldus utriuſque ſignaturæ Referendarius, qui antequam inauguraretur, aut diplomata ſuæ electionis expedirentur, fato functus eſt, ideoque à Catalogo Præſulum Mediolanenſium cenſuerunt reiiciendum ſcriptores. Suffraganeum habuit Arcimboldus Matthæum de Ulmo ex Burgo Mortegni Epiſc. Laodicenſem Ord. Prædic. verbi Dei eximium declamato-

rem:

A em: qui mortalitatem explevit Mediol. anno 1512. Sepultus in Eccleſia S. Mariæ ante Altare Maximum.



CXV. B 120. HIPPOLYTUS *a* Cardinalis Eſtenſis, frater Alphonſi Ducis Ferrariæ ab Alexandro VI. Archiepiſcopatum Mediolanenſem obtinuit 1497. die 8. menſis Nnvemb. mortuus eſt 1520. de quo ſupra in Ferrarien. Epiſcopis.

a De eo Clemens Oldoini t. 3. p. 176.



CXVI C 121. HIPPOLYTUS *b* hujus nominis II. Eſtenſis, ſnperioris nepos, filiuſque Alphonſi Ducis Ferrariæ Archiepiſcopus Mediolanenſis creatus eſt anno 1520. atque à Paulo III. inter Purpuratns adlectus. Eccleſiam ſibi creditam ſemper abſens adminiſtravit uſque ad ann. 1550. Habuit ſuffraganeum cum ſacnltate exercendi pontificalia, Joannem Antonium Malignacium Epiſcopum Laodicenſem: eoque Præſule Fratres Minimi extra Urbem via Cumana collocantur ad Ædem Sanctiſſimæ Virginis. Cœnobium extruxit uxor Ferdinandi Gonzaghæ Mediolanenſis Ducatus Moderatoris, cujus etiam munificentia Fr. Min. diſtrictioris Obſerv. intra Urbem ad D. Angeli templum tranſlati, plurimum ſuerunt adjuti in novæ Ædis, ac Cœnobii ædificatione. Cæterum felix Hippolyti Pntificatus cenſendus, dum D. Pauli decollati Clericorum regularium nrdo Medinlani bono omine initium ſumpſit anno 1526. fundamenta jecit trium illuſtrium virorum pietas, Antonii Mariæ nempe Zachariæ Cremonenſis, Bartholomæi Ferrarii, & D Jacobi Antonii Morigiæ Mediolanenſinm. Hi cum pleroſque ad inſtituta innocentis vitæ Clericorum digna verbo, & exemplo allexiſſent, domumque primam ad D. Barnabæ Ædem formam perduxiſſent, Bernabitæ nuncupati fuere. Nobile inſtitntum Pontifices maximi approbarunt, Clemens VII. & Paulus III. S. Carolus Medinlani Antiſtes, deinceps regulam, & conſtitutiones firmavit. Floret, floruitque ordo inter primos hujus generis viros noſtro ſeculn excitatos ad priſcorum Clericorum ſimplicitatem, omnis etiam litteraturæ cultu, eximioſque Reipublicæ Chriſtianæ attulit fructus. Memorant alii viros, & ſanctimonia vitæ, eruditione, & Eccleſiaſtica dignitate clariſſimos, quorum non ſemel in hoc noſtro labore, nec ſine laude redibit ſermo. Inſtituti Hiſtoriam ſcribendam inſtituerat doctus amicus noſter Chriſtophorus Giarda Novarienſis, Epiſcopus Caſtrenſis, ille idem, qui die 18. Aprilis 1649. (heu indignum facinus!) dum Eccleſiam ſuam peteret, prnpe oppidulum Montis Roſii, vigeſimo ab Urbe Roma lapide, ab impiis horrenda immanitate ictu ſclopeti confnſſus interiit, nltimum Caſtrenſis Epiſcopatus per S. D. N. Innocentium X. Pontificem Maximum abolitæ dignitatis exemplar futurum. De hoc etiam Clericorum Ordine Ripamnntius in Hiſtor. Mediolani, de quo etiam nuper ſcripſit Joann. Petrus Creſcentius Placentinus Hironymitani Ordinis Monachus, eruditione, ac librorum ſcriptitatione notus lib. 2. de Militia Eccleſiaſtica, opus ſane laborioſum, ac laude digniſſimum. At de Hippolyto Cardinali Archiepiſcopo conſule, quæ de eo ex fide narravimus tom. 2. in Epiſcopis Ferrarienſibus.

b De hoc item Clemens Oldoini t. 3. p. 630.



122. JO: ANGELUS Arcimboldus, Epiſcopus Novarienſis, Joannis Cardinalis nepos, ac Vidnnis Antonii Archiepiſcopi Medinlanenſis, legationibus clarus, poſt pie, ſancteque Nnvarienſem adminiſtratam Eccleſiam, ad hanc ſedem Mediolanenſem tranſlatus eſt anno 1550. ea conditione abdicante Hippolyto, ut ſi diem ſuam obiiſſet Joannes prior, jus omne Eccleſiæ ad ſe ipſum rediret. Hic annos omnino quatunr præfuit, deceſſitque 1555. ſepultuſque eſt prope Patruos ſuos Antaceſſores in ſepulchrn à ſe conſtructo cum ſubjecta inſcriptione. CXVII.

Joanni Arcimboldo Presbytero Cardinali
Avo paterno legitimo & Guidoni Antonio
Arcimboldo Patruo magno Archiepiſcopo
Mediolani, & ſibi Ioannes Angelns Arcimboldus ab Epiſcopatu Novarienſi, cui
XXVI. annos præfuerat ad Archiepiſcopatum Mediolanenſem translatus V. F.
idem annos LXX. mortem obiit xiii. Idus
Aprilis M. D. LV.

De eo autem plura in Epiſcopis Novarienſibus. [„ *In ejus laudem luculentam habuit Panegyrim* „ *M. Antonius Majoragius*. Sgambatellus.]



123 PHILIPPUS Archintus nobiliſſimus Me- CXVIII.

diolanenſis Chriſtophori, ac Magdalenæ de Turre filius, natus anno 1500. die 3. Julii. Vir ſuaviſſimis moribus, nobiliumque diſciplinarum præclarus cognitione; poſt exceſſum Franciſci Sfortiæ Ducis ad Carolum V. cum Maximiliano Stampa, Mediolanenſi ſenatu mittente, legatus eſt. Qui eo munere tantam apud Cæſarem collegit gratiam, ut Maximiliano ex juſſu Cæſaris revertente Mediolanum, Archintus perſuncturus munere ſecretarii remanſerit apud Cæſarem, à quo cum iterum ad Paulũ III. graviſſimis expediẽdis negotiis legaretur, remq; tā beneg eſſiſſet feliciter, Carolo V. magis, magiſq; placuerit; & eam à Paulo Pontifice promeruit gratiam, ut ſerio & graviter illum adhortaretur aliquando vellet Eccleſiaſticam vitam profiteri. Iterum à Cæſare Romam reverſus; iterumque Paulo Pontifice adhortante, Clericalem habitum induit, evaſitque paulo poſt Protonotarius Apoſtolicus, ac mox Urbis Romæ adminiſtrator. In quo munere cum æquitate, conſilioque valuiſſet, Burgenſis in Etruria Epiſcopus renunciatus eſt, tametſi Pontifici deinceps ſemper adſuiſſet: cui tandem auctor fuit, ut Franciſcum Galliæ Regem cum Carolo V. ad Pedemontanam Niceam de communi Chriſtianæ Reipublicæ concordia deliberaturos præſens ipſe coniungeret. Eccleſiaſtici exercitus legatus fuit, dum Camerinum Pontifex recuperaret, quam demum civitatem non armis, ſed dexteritate agendi ipſe recepit. Inde reverſus Romam, Vicarius illius declaratus fuit, ubi cum ſummæ prudentiæ laudem tuliſſet anno 1556. Arimboldo defuncto, juſque ſuum cedente Card. Hippolyto, è tribus, quos Rex Philippus nominaverat, Philippus à Paulo IV Mediolanenſi geſtiente populo, Archiepiſcopus appellatus eſt; inauguratus Mediolanum verſus profectus eſt. Sed cum deinde illum alioquin quiete agentem œconomus Regius fuiſſet inſectatus, poſt multas ærumnas, Mediolani Gubernatore, Regii œconomi fautore, jubente, æquiſſimo animo exulavit à Patria, Bergomumque conceſſit. Dum autem Archintus temporum meliorem fortunam expectat, conareturque Senatus exulem Paſtorem, ac Civem Patriæ reſtituere, tertio ſui exilii menſe, mœrentibus cunctis, Bergomi vitam finivit anno 1558 die 18. menſis Julii: cujus corpus ex teſtamento Mediolanum relatum, tumulatum fuit in Metropolitana, apud ſuæ gentis Sacellum, cum hac brevi ſimplicique inſcriptione, quam ſibi vivens perſcripſerat.

Hic eſt titulus Monumenti Philippi Archinti Archiepiſcopi Mediolanenſis. Vixit annos LXII. M. xi. dies iii. Ob. iii. Kal. Iul. M D. L V I I I.

Archinta deinde gens erexit defuncto marmoreum nobilius ſepulchrum iis carminibus proloquentibus.

Corde gravis, linguaque potens, juriſque peritus
Traxit ab antiqua nobilitate genus:
Pontificiſque vices Romana geſſit in Aula,
Legati hinc Veneta munus in Urbe obiit.

Philippi vitam duobus diſtinctam libris Italice recenſuit Joannes Petrus Gluſſianus Mediolanenſis. Eo præſule Mediolani obiit Melchior Cribellus Epiſcopus Tegaſtenſis, & Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopi Suffraganeus, ſepultus in Eccleſia S. Euſtorgii cum hoc epitaphio.

Melchiori Cribello, Epiſcopo Tegaſten. Prædicatorii Ordinis Theologo, Hæreſeos apud Inſubres Inquiſitori, Archiepiſcopo Mediolani Suffraganeo, homini litteris moribuſque exculto, qui vixit an. LXV. Euſtorgiani fratres parenti optimo mau. Poſuerunt. Nonis Octob. M D. LXI.



124. S. CAROLUS Borromæus, a Pii IV. ex ſorore Margarita Medice nepos, Gibertique filius Aronæ Comitis, jam inde à puero ardentiſſimæ pietatis in Deum ſigna exhibuit. Papiæ ſub Franciſco Alciaro nobilioribus diſciplinis operam dedit; quem cum poſtea patruus Pontifex Summus renunciatus Romam vocaſſet, illum Prothonotarium Apoſtolicum effecit, tum & utriuſque Signaturæ Referendarium, Diaconum deinde Card. ad titulum SS. Viti, & Modeſti; Presbyterum poſtea Cardinalem S. Martini in Montibus. Præfectum præterea juriſdictionis Eccleſiaſticæ, Pœnitentiarium majorem, Archipresbyterum S. Mariæ Majoris, legatum inſuper Bononiæ, totiuſque Romandiolæ, ac demum totius Italiæ, Abbatem Nonantulanum, Archiepiſcopumque Mediolanenſem; quæ Eccleſia Carolo obvenit ex deceſſu Archinti, ceſſioneque regreſſus, quem Hippolytus Eſtenſis ſibi reſervaverat anno 1560 Igitur Carolus contemptis opibus, cæteriſque honoris gradibus unam ſibi creditam Eccleſiam Mediolanenſem ſponſam cenſuit amplectendam. In cujus adminiſtratione rariſſima pietatis exempla reliquit poſteris, ſuoque ſeculo exhibuit, ita ut nec priſcæ pietatis homines potuiſſent abſolutius deſiderare. Certe noſtro hoc ævo tantum Paſtorali ſollicitudine cæteris Italiæ, ac totius prope dixerim Chriſtianitatis Epiſcopis præluxit, ut alterum Mediolano Ambroſium datum crederes. Fuit enim Carolus eximiis, ac plane Apoſtolicis virtutibus præditus, ac ſane Præſul talis, qualem in Epiſtola ad Titum Paulus effinxit. Moribus manſuetus, diſciplina ſeverus, in labore ſtrenuus, in opere indefeſſus, alienæ laudis æmulator, ſuæ contemptor, vigiliæ, inediæ patientiſſimus, in oratione, ac meditatione aſſiduus. Carolus itaque ſedem hanc tot antiquis luminibus illuſtrem ſuarum virtutum luce magis, ac magis illuſtravit. Aliquot Provinciales ſynodos celebravit, unde poſtea ſanctimoniæ ſeverioriſque diſciplinæ clericalis fructus uberrimi extitere. Tum vivens, tum mortuus perſpicuis miraculis claruit; evolavitque ad ſuperos ao. 1584. die 3. menſis Novembris. Illum poſtea Paulus V. in numerum Sanctorum retulit 1610. Ejus vitam perſcrips Carolus Baſilica Petri, Ripamontius, & alii, quos conſulat lector, ſi plura deſiderat. Ejus ſacrum corpus in Metropoli ſub confeſſione quieſcit cum hoc epitaphio. CXIX

a De eo Ciaconius Oldoini tom. 3. pag. 891.

Carolus Tit S. Praxedis S. R. E. Presb. Card. Archiepiſcopus Mediolanenſis frequentioribus Cleri, Populi, devotique fœminei ſexus precibus ſe commendatum vivens elegit. Vixit an. XLVI. menſ. I. die I. Præfuit Eccleſiæ Mediolanenſi anno XXIV. menſ. viii. dies xxiii. Obiit iii, Nonas Novembris M. D. L X X X I V.

125 GASPARUS Vicecomes ex Comitibus Tontaneti, Ioannis Baptiſtæ filius in Papienſi Academia publicus profeſſor, Sacræ Romanæ Rotæ Auditor, ſub Gregorio XIII. qui illum in Melitam Inſulam legavit, ut diſcordantes Equites, ac pene conſternatos ad arma ſua prudentia, conſi- CXX.

lio-

A




lioque componeret, conatus ſuo felici non caruit exitu. Itaque Romam reverſus, cum S. Carolus B jam fato functus eſset, Vicecomes dignus habitus eſt, qui ſancto viro Archiepiſcopus ſufficeretur, anno 1585. die 22. menſis Junii ſolemni pompa Mediolanum ingreſsus eſt: ſecutuſque veſtigia S. Prædeceſsoris, pie ſancteque Mediolanenſem adminiſtravit Eccleſiam, deceſſit anno 1595. die IV. menſis Januarii: ſepultuſque eſt in Metropolitana, majori Xenodochio ſuarum facultatum inſtituto herede cum tali inſcriptione.

Gaſpari Vicecomiti Mediolan. Archiepiſc. qui adulta vix ætate, præclariſque muneribus ſumma cum laude perfunctus, jam matura Novarien. Epiſcopus à Gregorio XIII. deſignatus, mox in Caroli Card. Borromæi demortui locum ſuffectus, Eccleſiam Mediolanenſem annos X. pie recteque adminiſtravit. Obiit anno ætatis ſuæ LVII. prid. Id. Januarii M. DC. V. Xenodochii majoris hujus Urbis Præfecti Hæredes PP.

CXXI C 126 FEDERICUS Borromæus a S. Caroli Conſobrinus, atque ejuſdem virtutum æmulus, nobili indole præditus fuit, omniumque diſciplinarum capax, quas jam inde à puero hauſit uberrime, quibus tamen ſacram eruditionem ſemper viſus eſt prætuliſſe. Apud Sixtum V. Cubicularii munere functus eſt, quem ut S. Caroli aliquod extaret veſtigium, Diaconum Cardinalem creavit 1586. Clemens vero VIII. Archiepiſcopum Mediolanenſem declaravit, anno 1595. die 14. menſ. Aprilis, ſuis illum manibus conſecravit in Eccleſia S. Mariæ Angelorum: cujus titulo fuerat nobilitatus. Mediolanenſem Eccleſiam adminiſtravit circiter 35. annos, tanta animi magnitudine, ſplendore, vitæque integritate, ut plane videretur haudquaquam degeneraſſe à Sancto. Inter plura pietatis opera, quæ ſalubriter urſit, Bibliotheca Ambroſiana eſt, quæ propemodum Vaticanæ æmula, tanta librorum copia abundat, tantoque ordine digeſta eſt, ut ad commoditatem mortalium D nil videatur potuiſſe fieri abſolutius: clerum ea ſeveriori diſciplina continuit, qua à S. Carolo olim fuerat ſanctiſſime inſtitutus. Aliquot ſalutares ſynodos celebravit, ne in deterius laberentur mores. Reliquit aliquot monumenta, tum Latina, tum Italica lingua conſcripta, quæ reconditam ſapiunt eruditionem; pietatis autem ſtudium ſingulare. Deceſſit Mediolani anno 1631. die 22. menſis Septembris, mœrentibus cunctis, quibus vitæ candor cordi erat, atque Eccleſiaſticum decus. In ejus inferiis ſolemni ritu peractis Paulus Areſius Epiſcopus Tortonenſis Italice peroravit. Donatus vero Ferrarius luculentam Latine habuit orationem. In Cathedrali tumulatus eſt ante Altare B. Virginis Mariæ de Arbore in ſepulchro cum hac ſimplici inſcriptione, quod vivens ſibi paraverat.

a De eo Baronius in Annalium tomo 6. & Ciaconius Oldoini to. 4. p. 186.

Federicus Cardinalis Borromæus Archiepiſcopus Mediolani ſub Præſidio Beatæ Virginis hic jacet.



127. CÆSAR Montius b Patritius Mediolanenſis, Princivallis, & Annæ Londrianæ filius, ſub Paulo V. ex Prothonotario Apoſtolico utriuſque Signaturæ Referendarius; à Gregorio XV. inter Prælatos ſacræ conſultæ adjectus, ab Urbano VIII. ob doctrinam, vitæque probitatem primum Propagandæ Fidei Congreg. mox Aſſeſſor S. Officii declaratus eſt, poſtea Nuncius Neapolim miſſus. Inde in Hiſpaniam ad Philippum Regem IV. electus Patriarcha Hieroſolymitanus. In quo legationis munere cum eximia prudentia fuiſſet verſatus, ad ſedem Mediolanenſem ſubvectus eſt anno 1632. die 28. menſis Nov. annoque elapſo Senatoria Purpura illuſtratus, cum jam inde, hoc eſt anno 1629. ad eum dignitatis gradum tacite illum promoviſſet Urbanus. Redit ex Hiſpania, acceptiſque Romæ Cardinalitiis Inſignibus, ad ſibi creditam Eccleſiam Mediolanum profectus eſt, ubi tanta pietate, ac vigilantia in formidabili illo munere ſe geſſit, ut propiores ſuos anteceſſores exæquare velle videretur. Exceſſit è vivis hoc ipſo anno Jubilæi M. DC. L. menſe Auguſti, ſepultus in Cathedrali, hac brevi inſcriptione appoſita. CXXII.

b De eo Ciaconius Oldoini tom. 4. p. 516.

Oſſa Cæſaris Montii Cardinalis Archiepiſcopi Mediolanenſis. Rexit Eccleſiam Ann. XV. menſ. III. vixit an. LVII. obiit anno M. DC. L.



128.* ALPHONSUS Comes, Litta nobiliſſima, ac priſca gente apud Mediolanenſes natus, poſt annum 152. ſupra milleſimum à S. Laurentio Litta, ſua eximia virtute Mediolanenſem Inſulam iterum in ſuam revocavit familiam anno 1652. die 11. Junii, ab Innocentio X. Pontif. Max. omnium gratulatione ad eam dignitatem ſublimatus, quippe cujus innumeras cum laude prudentiæ ab ipſo obitas pro Apoſtolica Sede præfecturas admirarunt mortales, fauſtiſſimum etiam Mediolan. Eccleſiæ futurum regimen ſub florentis ætatis candore, & prudentiæ norma præſagierunt in ſapientiſſimo viro, ut nec majorem, neque meliorem optari potuiſſent. Vitam ejus, fortunamque eo uſque protegat Deus, ut juxta omnium votum, illiuſque meritum optatiſſimos fructus pariatur. CXXIII.

* Ex Append. t. 4.

AD-

ADDITIO.

[„ *Die 17. Novemb. anni 1652. Mediolanum ſolemniter ingreſſus eſt Alphonſus, omnium ordinum fauſtis acclamationibus exceptus. Tum urbis, eum Diœceſis Parochias inviſit, atque adeo immunitatem Eccleſiaſticam tutatus eſt, ut à Regiis miniſtris excitatam procellam conſtanter, & intrepide ſuſtinuerit. Hinc anno 1664. ab Alexandro VII. in ſacrum Purpuratorum Senatum cooptatus eſt; atque Romam evocatus, paulo poſt interfuit Vaticanis Comitiis, quibus evecti ſunt ad Apoſtolicam ſedem Clemens IX. atque rurſum Clementis X. tertiò denique Innocentii XI. electionem ſuo ſuffragio juvit. Anno vero 1679. die 28. Auguſti ex improviſo podagrico humore pectus percutiente, e vivis ſublatus eſt hora diei 18. Solemnes inferiæ mortuo Romæ celebratæ ſunt in templo Ss. Ambroſii, & Caroli nationis Mediolanenſis, indeque ejus Cadaver ex teſtamento Mediolanum translatum in Metropolitana conditum eſt ante Altare SS. Crucifixi, hoc brevi Epitaphio ejus ſepulchro inciſo.*

Ad nihilum hic redactum
eſt corpus
Alphonſi Littæ Cardinalis Sanctæ Crucis
in Hieruſalem, olim
Archiepiſcopi Mediolani.
Orate pro eo.
Obiit V. Kalend. Septemb.
MDCLXXIX Ætatis ſuæ
LXXI.

CX XIV. FEDERICUS *Vicecomes, Mediolanenſis, Patriæ Metropolitanæ Primicerius, Prothonotarius Apoſtolicus, ac utriuſque Signaturæ Referendarius, poſtquam Tibur, Tiphernum, ac Montem Altum ditionis Eccleſiaſticæ urbes integerrime gubernaſſet, Sacræ Romanæ Rotæ Auditor effectus, Archiepiſcopus deinde Mediolanenſis creatus eſt ab Innocentio XI. an. 1681. die 25. Junii, atque ab eodem purpureo galero donatus die 1. Decemb. ejuſdem anni. Plures ſuam Diœceſim luſtravit, ſynodumque ad componendos mores habuit. Cumque duodecim circiter annos gregem ſibi commiſſum vigilanter rexiſſet, fato functus eſt die 7. Januarii an. 1693. ſepultus in Cathedrali cum hac Epigraphe.*

Federicus Cardinalis
Vicecomes Archiepiſcopus
Mediolani
obiit ſeptimo Idus Januarii
Anno MDCXCIII.


CX XV. FEDERICUS *Caccia, Camillo, ac Urſula Caſati parentibus Mediolani ortus, poſt adeptam Papiæ juris utriuſque lauream Romam profectus, Advocatus Conſiſtorialis primum evaſit, mox Sacræ Rotæ Auditor, & Innocentii XI. major Eleemoſynarius. Anno 1692. Laodiceæ Archiepiſcopus effectus ad Carolum II. Hiſpaniarum Regem Nuncius Apoſtolicus extra ordinem miſſus eſt, ibique ordinarii Legati vices ſubivit. Quo munere cum egregie fungeretur, ab Innocentio XII. ad patriam Metropolitanam ſedem evectus eſt die 11. Aprilis 1693. ac finita legatione ſacra Purpura condecoratus die 2. Decembr. an. 1695. Ex Hiſpaniis pretioſis muneribus à Carolo II. cujus amorem promeruerat, auctus, Romam profectus eſt, indeque, roſeo pileo accepto, Mediolanum ſolemniter ingreſſus eſt die 11. Decembris an. 1696. Sed vix exacto biennio, maligna febri correptus, animam Deo reddidit die 14. ineuntis anni 1699. Ejus cadaver in Metropolitana terræ mandatum eſt, addito ejus tumulo hoc Epitaphio.*

Federicus Cardinalis Caccia
Archiepiſcopus Mediolani
Pauperibus ex aſſe
hæredibus inſtitutis.
annum agens LXIV.
obiit XIX. Kalend. Februarii an.
MDCXCIX.

JOSEPH *Archintus, Caroli, Catharinæque Areſiæ filius, nobiliſſimo loco Mediolani die 17. Aprilis 1651. natus, vix emenſis ſeveriorum diſciplinarum curriculis, peragratiſque totius pene Europæ Provinciis, ab Innocentio XI. cujus famulatui ſuam addixerat operam, Prothonotarius è numero Participantium electus eſt, & paulo poſt Bononienſis Vicelegatus conſtitutus. Quam provinciam cum ſtrenue adminiſtraſſet per integrum ſexennium, ab eodem Pontifice Nuncius Apoſtolicus in Hetruria declaratus eſt. Cum vero Petri cathedram conſcendiſſet Alexander VIII. pro ſancta ſede legatum ad Rempublicam Venetam Joſephum ire juſſit. Hinc ab Innocentio XII. ad Catholicum Regem Nuncius deſignatus, demum ab eodem Pontifice Archiepiſcopus Mediolanenſis creatus eſt an. 1699. die 18. Maji, ac die 14. Novembris ejuſdem anni Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis ad tit. S. Priſcæ. A Clemente XI. nunc feliciter regnante, Nicæam Provinciæ, ut appellant, Legatus à latere miſſus eſt. In Patriam reverſus populum ejus curæ commiſſum, pie, vigilanterque gubernavit ad annum 1712. quo die 9. Aprilis ad ſuperos adiit. Sepultus eſt in Metropolitana Eccleſia in S. Catharinæ Senenſis Capella, ubi ad ejus tumulum hæc legitur inſcriptio.* CX XVI.

Joſeph titul. S. Priſcæ
Presbyter Cardin.
Legatus de Latere ex Archinta
familia ſecundus Mediolan.
Archiep. vita functus
V. Id. Aprilis MDCCXII.
ætatis ſuæ an. LXI.
Corpus prope avos,
ſpem in prece veſtra depoſuit.

Hæres Tantus Antiſtes, ut Virtutum, ita & Eccleſiæ magni illius clariſſimi nominis Gentilis ſui Philippi, qui dum eſſet Pontificius Romæ Vicarius, approbavit, confirmavitque Archiconfraternitatem SS. Trinitatis Peregrinorum, & Convaleſcentium tunc in alma Urbe à Divo Philippo Nerio inſtitutam, hæreditaria Archintæ Domus Pietate erga talem, tantumque Conditorem, ubique locorum ſodalitatem illam ſpeciali amoris nota, & beneficiis proſecutus eſt, ac Neapolitanam in primis ſingulariter amplexus, chariorem quippe illam Divo Philippo arbitratus, quam acrioribus ad pietatem charitatis veluti facibus per primos ſuos Oratorii Romani Alumnos Parens optimus inflammaverat; quin haud immemor arctiſſimæ neceſſitudinis, quæ olim inter illum, Carolumque Borromæum interceſſerat, Sacris ejuſdem Sancti Cardinalis Lipſanis ſodalitatem illam ditavit, ſic dum in ea ſuis præcordiis realiter adeſſe videtur Philippus, ità & Carolus. Hac inſuper de cauſa voluit, ut Mediolanenſis Oblatorum Congregatio eamdem Neapolitanam SS. Trinitatis ſodalitatem in ſororem veluti mutuo Charitatis nexu reciperet, ut ſicut in via SS. Inſtitutores Philippus, & Carolus Cor unum fuerunt, & Anima una, ità & eorum filiæ Sodalitas SS. Trinitatis, & Congregatio Oblatorum in unum coaleſcentes, communi in poſterum ſpiritualium bonorum cenſu, ac fructibus potirentur. Sgambatellus.)



CXVII „ BENEDICTUS *Herba-Odeſchalcus, nobiliſſimæ ſtirpis præclariſſimum germen, Antonium Mariam Regium Senatorem, & Tereſiam è Turconis comitibus parentes habuit, auſpicatò in lucem editus anno 1679. Liberalioribus excultus diſciplinis, ac legali, quam Papiæ promeruerat, redimitus corona, Romam ſe contulit præſtantiſſimi ingenii vires explicaturus. Hic illi facilis ad honores, & onera patuit via: & Vicelegationibus Ferrarienſi, ac Bononienſi ſtrenue adminiſtratis Apoſtolicæ ſedis cauſas in Poloniæ regno Nuncius agitare juſſus eſt. Deinde cum Mediolanenſem Metropolitanam vacare contigiſſet, defuncto Card. Archinto ſucceſſor datus eſt die 18. Auguſti 1712. & mox die 30. inſequentis anni inter Purpuratos Eccleſiæ proceres connumeratus. Anno 1714. die 19. Auguſti Mediolanum ſolemniter ingreſſus, ac omnium ordinum plauſu, & acclamationibus lætanter exceptus, Eccleſiam ſibi creditam pie, ſancteque gubernat, Innocentio XI. ſanctæ memoriæ Pontifici Maximo non affinitate minus, quam morum ſimilitudine conjunctus.)*

ALBENSES
EPISCOPI.



IN Inſubria Ciſpadana Montis Ferrati Provinciæ prope fluvium Tanarum juxta Apenninum Alba Pompeja antiqua civitas eſt, uberrimi ſoli, ac fertilitatis eximiæ, tametſi hodie ex calamitate bellorum, priſtino decore amiſſo, ſterileſcere videatur. Albam Pompejam aliqui volunt fuiſſe dictam, quod aliquando exciſam Pompejus Magnus inſtauraverit, vel à lege Pompeja, qua ipſius cives & Latii privilegiis, & civitate Romana donati

A ſunt. Meminerunt Albæ Plinius, Ptolomæus, Dionyſius, Dion, Procopius, antiquæ inſcriptiones, itinerariæ tabulæ, ex recentioribus autem Leander Albertus, Cloverius antiquæ Italiæ, qui eam inter Ligures rejicit, Bentius Alexandrinus, qui eidem attribuit fabuloſum exordium, Lodoviculque Eccleſia in Chronicis Pedemontanis. Meminit ejuſdem marmoris fragmentum Taurini in Ducali viridario.

CA. M. CELSO
AED. PLEB. CERIAL. Q. AD LECT.
UM. SENATUS ORDINEM AB
A. TRAJANO AUG. GERMA. DAC.
PRÆT. COH. BREV. COT.
MUNICIPIO SUO ALBA POMPEJA
PATRONO COLONIARUM
MUNICIPIORUM
ALBAE POMPEJAE AUG.
BAGGIENNORUM
. . . ENS. GENUENS. QUENS. ITA
B TEL . . .

Cætera ab vetuſtate corroſa ſunt. Inter Deos autem ab Albenſibus cultos fuiſſe Genum (quem alii Janum vocant) ex ſequenti inſcriptione apparet, quam exhibendam duximus, quod, cum ex communi hiſtoricorum ſententia his nominibus ab Gentilibus appellaretur, & coleretur Noe, favet iis, qui ipſum Noe, vel certe illius nepotem Gemerum, in hac regione genus humanum deduxiſſe, in iiſque nonnullas civitates condidiſſe tradunt. Cernitur autem hæc inſcriptio in lapide porphyretico ſuſtinendo Idolo accommodo, & in Cathedrali ejuſdem Urbis ad hanc diem ſervato.

GENO
CC. ALB. POMP.
IN MEMORIAM
SAL. CINCI SEMPRONIANI
EQ. R. EQ. PUB.
SEMPRONIA
SABINA MATER
C ET JULIA SABINA SOROR
D. S. P. P.

Aliud legitur Epigramma in lapide haud multo ante invento apud Cerealem in Aſtenſis ditionis ora olim nobile oppidum Cereri dicatum, nunc autem ruſticæ ædis latiſundii ad Abbatiam Caſæ novæ Ciſtercienſis Ordinis ſpectantis.

P. CORNEL. P. F. L. N. APHRICANO
ET CN. POMPEJO MAGNO
CN. F. SEX N. ALBAE
INSTAURAT
S. P. Q. CEREALIS D.

Huic vero urbi ornamenti plurimum ac decoris attulit Ælius Pertinax, qui, ut ait Dio Caſſius, patre ignobili ex ipſa civitate Alba Pompeja, olim eo ſtudio literarum à Claudio Pompejano genero Marci Imp. ad militiæ Tribunatum evectus, & bis Conſulatu perfunctus, ex Præfecto Prætorio, militibus Prætorianis juvantibus, Senatu libentiſſime conſentiente, decernitur Imperator. Cum-
D que perditiſſimum Reipublicæ ſtatum reſtituere feſtinaret, Didii Juliani dolis impetitus à militibus occiditur, cum imperaſſet diebus 82. vixiſſet annos 77. menſibus 4. tribus diebus exceptis, bonis omnibus, quod vir optimus haberetur, ſui deſiderio relicto. Fuiſſe autem Albæ Pertinacem familiam, præter plures auctores, qui illum inde exortum affirmant, & montem urbi proximum ab eo Ælium nuncupatum, cum antea Lollius Gentianus appellaretur, ſatis probat lapis in ædibus Petri Pauli Buati Albenſis civis ita inſcriptus.

GN. JULIO
PERTINACI
AED. QUAEST.
PRAET. FABR.
CN. DIDIUS
HERMES
FILIO PIISSIMO
L. D. D. D.

Mar-

Marchionibus Montis Ferrati diu ſubiecta fuit à Romani Imperii excidio, indeque Mantuanorum Ducum, mox Sabaudiæ juriſdictio evaſit, quorum hoc tempora veneratur leges, & faſces. Primos autem Chriſtianæ fidei radios huic Albæ, velut etiam aliis Liguriæ urbibus, S. Barnabæ Apoſtoli prædicationem attuliſſe vigens apud Albenſes traditio eſt. Unde quod narratur in S. Dalmatii Bedonenſis vita, nimirum ab eo Albam ad Chriſti fidem converſam Cornelio ſummo Pontifice, hoc eſt circa ân. 250. à partu Virginis, ita intelligendum, ut non quidem eo uſque gentilitatis tenebris omnino obcæcata manſerit, ſed quod ob ingruentes eorumdem Gentilium perſecutiones prope obrutam fidem apud eos S. Dalmatius excitarit, dilataveritque. Ex iis vero, qui apud Albam perſecutionis turbine ſpreto, ac ſuperato illuſtri confeſſione, & forti martyrio illam nobilitarunt, unus fuit S. Frontinianus, de quo ejus officium die 6. Octobris in hac Eccleſia celebrari conſuetum, & ejuſdem pervetuſtum M. S. hæc habet: *Frontinianus Carcaſſone in Gallia Chriſtianis parentibus ortus à primæva ætate pie educatus, poſtea cum litteris, & religione floruiſſet, Diaconus ordinatus eſt. Quo in munere cum vigiliis, eleemoſynis, precibus, ſacriſque lectionibus inſiſteret, ſanctitatis ſuæ magnum ſpecimen dedit. Nam Romæ ad SS. Apoſtolorum ſepulcra veneranda cum Caſſiano Comite profecturus, muto loquelam, & cæco lumen mirabiliter reſtituit. Ubi ad Rhodanum flumen pervenissent, navis, quæ in alto pelago ſubmerſa fuerat, eorum precibus ad ripam incolumis appulſa eſt. In reditu ad patriam, apud Albam Pompejam puella à Dæmone oppreſſam liberarunt. Quo miraculo parentes cum ſuis omnibus credentes in Chriſto, ſacro lavacro expiati ſunt. Id Præfectus impius indigne ferens, ſatellites ſuos mittit, qui ſanctum Frontinianum Albæ cum ſocio, ut Carcaſſonem reverteretur, egreſſum comprehendunt ac in Chriſtianæ fidei confeſſione fortiter perſiſtentem capite plectunt. Cujus corpus à Chriſtianis ſepultum in Eccleſia Cathedrali religioſe aſſervatur. Ejuſque natalis hac die ſexta Octobris anniverſaria celebritate colitur.* Porro ea, quæ de ſepultura dicuntur, ita ſunt accipienda, ut corpus ipſius manſerit eo ipſo loco, in quo à Chriſtianis conditum fuit, in Eccleſia ſcilicet in illius memoriam dicata, cui deinde addita fuit nobilis Abbatia Monachorum S. Benedicti, quoaduſque ipſa Abbatia Epiſcopali menſæ unita, corpus vero ejuſdem in Eccleſiam Cathedralem tranſlatum fuit; quæ quo tempore evenerint, ſuis locis explicabitur. Inter ipſas etiam gentilium perſecutiones paſſum fuiſſe quendam S. Barulum, cujus corpus in caſtro, ab eodem ſancto Barulum deinde appellatum, quieſcit; quem fuiſſe puerulum illum Barulum, qui, ut in Martyrologio Romano habetur die 18. Novembr. Antiochiæ, quod unum tantum Deum à Chriſtianis cultum eſſe profiteretur, verberibus cæſus, ac decollatus fuit, exiſtimat Guillelmus Baldaſſanus rerum Subalpinarum circumſtantiumque locorum diligentiſſimus inveſtigator; addens illius lipſana ſacra Antiochia huc tranſlata. Sed cum nec hujus tranſlationis aliquod extet monumentum, iis potius aſſentior, qui hunc S. Barulum alium omnino ab illo Barulo fuiſſe, & hoc ipſo loco, cui nomen dedit, pro Chriſto occubuiſſe cenſent.

Cæterum Epiſcopus, qui Comes Albenſis inſcribitur, latam habet diœceſim, quæ fere per univerſam Langam extenditur, comprehenditque Cevam celebre oppidum cum toto Marchionatu. Cathedrale templum D. Laurentio martyri ſacrum, in quo requieſcunt corpora SS. Euſtedii, Caſſiani, & Frontiniani martyrum, Theobaldi civis Albenſis, & Euſtidii monachi Benedictini, & B. Alerini Epiſcopi, nec non B. Margaritæ Amodei à Sabaudia principis Achajæ filiæ, Theodori Palæologi Marchionis Montis Ferrati viduæ, Cœnobii S. Mariæ Magdalenæ Ord. Præd. fundatricis. Habet decem Canonicos, & quatuor dignitates, nempe Archidiaconatus, Archipresbyterat. Cantorat. & Decanatus, alios clericos, & Capellanos divinis inſervientes. Nonnullos vaſſallos eadem Eccleſia Cathedralis habet, qui pro decimis, jureque decimandi, inveſtituras ab Epiſcopo ſuſcipere tenentur, & fidelitatem jurare. Quatuor ſunt in hac civitata virorum monaſteria, & trium monialium Cœnobia. In diœceſi ſunt decem Regularium, & duo ſanctimonialium Monaſteria; inſigniſque & unica in oppido Cevæ Collegiata Eccleſia cum Archipresbytero, & ſeptem Canonicis. Diœceſis fere tota eſt in Liguriæ regione, centum, & ſeptem Oppida, ſive Parochias complectens ſub dominiis Cæſareæ Majeſtatis, Catholici Regis, Sabaudiæ, & Mantuæ Ducum. Ejus longitudo eſt ad quadraginta millia paſſus, latitudo vix explicari poteſt, cujus animarum numerus vix ad quadraginta quatuor millia aſcendit, quorum duo millia cenſentur infra urbis mœnia. Ipſius Epiſcopatus antiquiſſimus eſt à S. Sylveſtri temporibus, ac Mediolanenſis Suffraganeus, cujus fructus in libris cameræ taxatur ad florenos 357. Ejus vero Epiſcopalis menſæ valor olim, ad duo millia ſcutata aſcendebat. Præſulum ſeries ſequens eſt, noſtro labore conquiſita, & aucta ex variis monumentis aliunde collectis, cum, proh dolor! in ruinis Epiſcopalis Palatii omnia monumenta, ſcripturæque Epiſcopatus perierint.

1. S. DIONYSIUS (1) S. Euſebii Epiſcopi Vercellenſis diſcipulus primus, qui Albenſis Epiſcopus reperiatur, creatus circa annum 452. vir divinis humaniſque literis inſigniter eruditus, & ſanctitatis prærogativa conſpicuus, qui, vacante Mediolanenſi ſede, ad eam tranſlatus an. 357. ab Arrianis cum Euſebio magiſtro in exilium miſſus, martyrii coronam promeruit, teſte S. Ambroſio, de quo ita ſcribit; *Denique S. Dionyſius exigit, ut in exilio vitam poneret: ne regreſſus, confuſa inſtitutis, & uſu fidelium ſtudia plebis, aut Cleri inveniret. Meruit hanc gratiam, ut pacem Domini tranquillo affectu ſecum referret. Itaque ut Euſebius ſanctus prior levavit vexillum confeſſionis, ita B. Dionyſius in exilii locis propriore martyribus titulo exalavit.* Longe vero hic Dionyſius fuit ab illo Dionyſio Albanenſis Eccleſiæ Epiſcopo, cujus meminit Sozomenus in Eccleſiaſtica hiſtoria, ille Albanenſis in Latio, hic Albenſis Eccleſiæ extitit Præſul. Poſt hunc plures deſiderantur Epiſcopi. Quod autem adeo paucorum ex ſucceſſoribus prioribus potiſſimum ſeculis comperta habeantur nomina, tum ipſamet temporum longa intervalla, tum incendia, ac vaſtationes à barbaris illatæ in cauſa fuere. Quibus noviſſime, vacante hac ſede, acceſſit ruina turris epiſcopali palatio inhærentis, quæ monumenta in ea tanquam in archivio repoſita concidit, ac dum inter rudera ultra annum imbribus obnoxia delitescunt, penitus ſunt corrupta. Unde quæ hic exhibentur, ex monumentis penes alios exiſtentibus ſunt accepta. I.

2. LAMPADIUS vir eruditiſſimus, qui in Concilio Romano in Baſilica S. Petri à Symmacho congregato interfuit ann. 498. a illique trigeſimo ſexto loco ſe ſubſcripſit. II.

a Vel potius 499.

3 VENANTIUM eodem Symmacho Pontifice Albenſem tenuiſſe ſedem ann 505. in ipſius Eccleſiæ quodam monumento legimus. III.

4 S. BE-

(1) Ferdinandus Ughellus tom. IV. Ital. Sacræ aſſerit ab Albenſi apud Inſubres Epiſcopatu ad vacantem Mediolani ſedem fuiſſe tranſlatum Dionyſium. Sed nimis alienum ab ejus temporis uſu fuit, præſertim in Occidente noſtro, ejuſmodi tranſlatio ab una Eccleſia ad alteram: & ſponſalitio contractui ſimilis cenſebatur Sacerdotalis Ordinatio, ut non minus abſurdum videretur, ſi Epiſcopus Eccleſiam commutaret, quam ſi vivente priori ſponſa ad alia vota tranſiret vir quiſpiam. Quare malim innominatos cenſere quotquot ante Lampadium Romana ſynodo ſubſcribentem an. 498. Albæ præfuerunt. *Papebrochius in Actis SS. Maji tom. 6. p. 40.*

IV. 4. S. BENEDICTUS, qui in ſexta Synodo Conſtantinopolitana an. 679. *a* ſubſcriptus reperitur, licet in quibuſdam exemplaribus pro Eccleſiæ Albenſis, Valvenſis dicatur, in quod irrepſiſſe errorem apparet ex eo quod inter Eccleſias Mediolanenſis ſuffraganeas cernitur; nulla autem ex iis fuit unquam Eccleſia ejuſdem Provinciæ, quæ Valvenſis fuerit appellata, immo Clarentium Valvenſem Epiſcopum eodem Concilio interfuiſſe ex actis ejuſdem liquido patet. Acta vero Benedicti, qui pro ſancto celebratur, deſiderantur.

a Epiſtolæ Agathonis pro Synodo Conſtant. ſubſcripſit.

V. 5. PETRUS *b* inter eos Epiſcopos, qui in Provinciali Concilio Papiæ celebrato anno 855. convenerunt, adnumeratus.

b Al. Pontius.

VI. 6. HOLDERADUS præſens fuit, cum Carolus Calvus Papiæ regalia inſignia referret anno 877. (1)

VII. 7. DAIBERTUS anno 938. Anno vero 966. cum Alba à Sarracenis devaſtata fuiſſet, à Roho Aſtenſi Epiſcopo regebatur.

VIII. 8. FLOCARDUS *c* ex monacho celebris Abbatiæ Bremetenſis ann. 960. Epiſcopus fuit, qui Eccleſiam ſuam ita afflictam, civitatemque ipſam ab Sarracenis, & Ungaris adeo devaſtatam reperit, ut ibi victum propriis manibus comparare cogeretur. Quod cum Otho Magnus Alba pertranſiens deprehendiſſet, & ubi Romam devenit, rem ad Pontificem ſummum detuliſſet, nulla aptior ad eam Eccleſiam in priſtinum revocandam viſa ratio, quam ſi Aſtenſi, tum maxime florenti Eccleſiæ uniretur. Itaque Pontifex ad id coacto Epiſcoporum tum Romæ exiſtentium Concilio, eorumque ſuffragio re probata: tum ipſe, tum Imperator ad Valpertum Mediolanenſem Metropolitam literas dant, quibus præcipiebatur, ut in Concilio Provinciali hoc ipſum executioni mandaretur. Cogitur itaque in S. Theclæ templo ſuffraganeorum cœtus; adfuerunt Epiſcopi, Antonius Brixienſis, Aldegradus, ſeu Andegraſſus Laudenſis, Ampoldus Novarienſis, Luttifredus Auguſtanus, Gottifredus Aquenſis, Otho Derthonenſis, & Roho, ſeu Rozo Aſtenſis. Qui Pontificis, & Cæſaris epiſtolis auditis Albenſem Epiſcopatum in perſona ejuſdem Rozonis unierunt. Quæ quidem eveniſſe cenſemus, cum Otho Romam ſecundo eſt profectus, hoc eſt anno 966. quod non pridem eveniſſe perſpectum habemus ex Aſtenſis Eccleſiæ monumentis, quæ Rozonem eo ipſo anno electum aſſirmant. Porro Flocardus ita eam unionem ratam habuit, ut tamquam gravi ſarcina ſubtractus, lætus ac gaudens ſuum Bremetenſe Monaſterium repetierit, in eoque cum ſanctitatis opinione reliquum vitæ exegit. Rozo vero unione à Benedicto VI. confirmata, non ſua ſed potius quæ Jeſu Chriſti erant quærens, adeo ſedulam, & fidelem operam in commiſſa Albenſi Eccleſia reſtituenda impendit, ut cum anno 990. ſupremum diem ipſe obiiſſet, anno 984. proprium Epiſcopum Albenſis Eccleſia habuiſſe reperiatur. Hic Flocardus Gezoni Abbati Bremetenſi dono dedit SS. Frontiniani, & Sylveſtri, ſacra lipſana, ut innuit Chronic. Novalicenſe. *In illis* (inquit) *diebus dum Gezo Abbas adveniret in Albam civitatem, quidam Epiſcopus nomine Fulcardus contulit ei duo magna pignora, ſcilicet SS. Frontiniani, & Sylveſtri. Receptis autem pignoribus, dum ad Tanagrum fluvium adveniſſet, aqua diviſit ſe in duas partes, & dominus Gezo tranſivit per ſiccum in medio ejus. Ideo hoc irrationabilis creatura egit, ut patefaceret quod meritis apud Deum obtinerent ſancti, ut nec vecturam humidam faceret reliquias veſtimenti. Is Fulcardus comiter noſtrum dilexit locum, quia monachus fuit.* Hactenus Chronicon.

c Seu Fulchardus.

IX. 9. CONSTANTIUS, ſeu Conſtantinus, qui legitur quoddam commutaſſe prædium ſuæ Albenſis Eccleſiæ apud Rodellum, cum quibuſdam bonis in finibus Albæ anno 2. Othonis III. Indict. 13. Kal. Novemb. anno 984. („ *In vivis adhuc agebat* „ *Conſtantius anno* 1001. *die* 14. *Octobris, quo inter-* „ *fuit Papiæ cuidam judicio Othonis ſacri palatii* „ *Comitis apud Muratorium Antiq. Eſten. t. 1. p. 125.*)

X. 10. PETRUS *d* hujus nominis II. in Concilio provinciali Mediolani celebrato anno 1060. ſubſcriptus reperitur.

d Al. Pontius ſecundus.

XI. 11. ALBERTUS anno 1079. videtur electus anno 1061. in actis M. S. Nicolai II. apud me: cui idem Pontifex diſtricte præcepit, ut Diaconos, & Sacerdotes concubinarios ab adminiſtratione altaris penitus removeret, & manifeſte ſimoniacos, ab honoribus ſuis deponeret; hæc eadem cæteris Longobardiæ Epiſcopis præcepit Nicolaus.

XII. 12. PETRUS filius Arduini ex Valpergæ comitibus, Monachus, & Abbas Fructuarienſis Monaſterii fit Epiſcopus anno 1090. pervenitque ad annum 1124.

XIII. 13. ROBALDUS creatur anno 1124. De eo plura Landulfus de S. Paulo in nondum edita Hiſtoria: translatus deinde eſt ad Archiepiſcopatum Mediolanenſem anno 1134. hac ſiquidem conditione, ut Albenſis etiam Epiſcopus eſſet, ut idem aſſerit Landulfus. De quo vide, quæ de ipſo ſupra in Archiepiſcopis Mediolanenſibus diximus.

XIV. 14. PETRUS electus an. 1150. interfuit Roncaliæ Conciliabulo anno 1158. favitque Friderico Ænobarbo Imp. Ab Alexandro III. excommunicatus Epiſcopatu mulctatus eſt. De quo Otho Friſingenſis in Chron. & Ludovicus ab Eccleſia in Chronicis Pedemontanis.

XV. 15. OTHO Albenſis Epiſcopus 1169. quem legimus ſententiam protuliſſe eodem anno Indict. 2. in medio menſis Junii inter Anſelmum Aſtenſem Epiſcopum, & milites Hoſpitalarios erga ea, quæ iidem Hoſpitalarii præſtare tenerentur Cathedrali pro Eccleſiæ S. Sepulchri in ſuburbio S. Mariæ, quæ ab eodem Epiſcopo Aſtenſi, & capitulo ipſis conceſſa fuerat.

XVI. 16. BONIFACIUS ille idem, qui anno 1188. Priora tum apud Benevellum in montana Liguria, vulgo Langa dicta, Monaſterio S. Antonii apud Dronerium, quo etiam nunc potiuntur ſanctimoniales B. Virginis Annuntiatæ Salutiarum Ord. Ciſtercienſis univit. Eo præſule Albenſes ad evitanda bella, & calamitates, quæ Fridericus Inſubriæ civitatibus, ut regalia ſibi vendicaret, inferebat, pacto, fructus nomine, annuo tributo triginta denariorum bonorum Aſtenſium, de eiſdem regalibus ab eodem Imperatore per biretum impoſitum, Nicolao Carentio, & Rogerio Caroſſio Albæ Conſulibus fuerunt inveſtiti pridie Kalen. Julii anno 1185. teſte, ac mediatore Vvillelmo Aſtenſi Epiſcopo.

XVII 17. GERARDUS deinde Epiſcopus anno 1191.

XVIII 18. OGERIUS civis Albenſis 1197. Quem anno 1202. dediſſe Albæ conſulibus Caſtagniolianum nemus pro certo habetur in monumentis. Et cum Albenſes Cives Oppidum Guarenæ ſuæ Diœceſis uſurpaviſſent, facti pœnitentes, Ogerio ipſi in veræ remiſſionis argumentum Oppidi claves ultro remiſerunt.

XIX. 19. BONIFACIUS II. nominatur in quodam Privilegio Othonis Imper. Aſtenſibus conceſſo anno 1210. Anno vero 1213. ſanxit Eccleſiam, ſive Hoſpitale S. Bartholomæi eſſe de jure patronatus Rodulphorum familiæ, hac vero conditione, ut rectoris electionem ad ſucceſſores Epiſcopos ſpectaret. Eo ſedente, Guidottus Aſtenſis Epiſcopus 17. Kalen Junii 1213. conceſſit Vvillelmo Abbati S. Frontiniani Eccleſiam S. Arnulphi apud Montem Vicum ſuper fluvio Ellere ſitam, ea tamen lege, ut presbyter eidem Eccleſiæ ab Abbate præficiendus Archipresbytero Vici in fontis benedictione, aliiſque Eccleſiaſticis functionibus præſto eſſet. In Menologio Albenſis Eccleſiæ ejus obitus dies ita ad-

(1) Hildradus dicitur in Synodo Papienſi, cui interfuit anno 876. Anno vero 877. ſubſcripſit Epiſt. olim Concilii Raven. qua poſſeſſio Flavinia-ei Monaſterii, & Tilinianci villæ Adalgario Æduenſi Epiſcopo, & ejus Eccleſiæ confirmatur.

adnotatur. *6. Kal. Jan. obiit D. Bonifacius Albenſis Epiſcopus, qui pro anniverſario M. ſolidos reliquit huic Eccleſiæ*. His temporibus inter S. Dominici Alumnos enituit Rambaldi Albenſis ſanctitas, prophetiæ ſpiritu, & miraculorum gratia inſignis, de quo Malvendas in Hiſtor. Ordin. Prædicatorum.

XX 20. RAYNERIUS Monachus Ord. Ciſtercien. Is an. 1224 10. Mart. uti delegatus Apoſtolicus ratam habuit ſententiam latam ab Abbate Caſæ novæ Ciſtercienſis Ord. pro concordia litis, quæ vertebatur inter Aſtenſem Epiſc. & Canonicos ſuæ Cathedralis ex una, & Moniales S. Spiritus ejuſdem Ord. ex altera. Eundem inveſtituram conceſſiſſe legitur ann. 1224. die 12. Aug. de feudis, ſeu Caſtris, & villis Nevillarum. Confirmavit donationem elargitam ab Henrico Marchione Savonenſi, Monaſterio S. Stephani de milleſimo Monialium Ord. Ciſtercienſis.

XXI. 21. GUILLELMUS Braida nobilis Aſtenſis ex Præpoſito Aſtenſis Eccleſiæ an. 1237. Quo præſule è vivis exceſſit B. Theobaldus Aſtenſis civis, de quo vetus memoria ita habet: *B. Theobaldus apud Vicum humili loco natus, à teneris annis pietatem coluit, & ubi adolevit Albam profectus, cerdonis artem didicit. Mortuo vero magiſtro filia (quam ut in matrimonium duceret ille hortabatur) cum tota domo Theobaldi fidei commendata, ipſe voti cauſa Compoſtellam peregrinatus eſt. Albam reverſus, caſtitatem colendam ſibi præſtituit, vitamque à mundanis illecebris alienam agere cœpit. Orationibus, jejuniis, ac vigiliis totus deditus quo carnem ſuam ipſumque cor in laboribus humiliaret. Calcearia arte abjecta, deferendis oneribus victum ſibi comparabat, duas ex tribus partibus diſtribuere pauperibus conſuetus. Accidit autem ſemel; quod cum in ſumma alimoniæ inopia pauperum vicem miſeratus, ſaccum farinæ ad deferendum conſignatum inter illos diſtribuiſſet, divino plane conſilio, ne in egenos effuſa charitas domino farinæ detrimento eſſet, ſaccum præ illius domus fores depoſuit, ac arena replevit, quæ in optimam farinam converſa reperta fuit. Ad vitæ terminum denique propior factus, morboque correptus, nunquam adduci potuit, ut lecto decumberet, ſed ſuper nudam humum ex more jacens ſacramentis refectus, atque munitus inter S. Laurentii Cathedralem eccleſiam, quam ſcopis verendam ſibi deſumpſerat, & Silveſtri Eccleſiam, cum petiiſſet ſepeliri, animam Deo reddidit anno ſalutis 1250. Exitus animæ ipſius omnes urbis campanæ, ſua ſponte perſonantes ſignum dederunt, nec ante quievere, quam ſepulturæ corpus traderetur. Quod quidem Epiſcopus, Clerus, & populus cum in Eccleſia S. Laurentii tumulare deſignaſſent, immobile ſtetit, donec coruſcantium indicio luminum in loco ab ipſo deſignato novum ex marmore ſepulchrum detectum fuit, in quo venerabiliter fuit conditum. Ibi tantus propter perpetua miracula populorum concurſus factus, ut en eleemoſynis non modo Eccleſia cum turri, ſed & Xenodochium condi potuerit*. Hactenus hiſtoria. Cæterum ſequenti an. 1251. Bonifacius Albenſis Archidiaconus Epiſcopi vice primum lapidem jecit in fundamentis Eccleſiæ in honorem S. Mariæ Magdalenæ conſtruendæ ad Fratrum Humiliatorum uſum. Eo item Præſule cum Federicus II. Imp. Caſtrum Gorrini Albenſis Epiſcopatus obnoxium civibus Aſtenſibus vendidiſſet, Innocentius IV. Pontif. de hac re certior factus Guillelmo à Sancto Amatore ſuis literis dedit in mandatis, ut illud redimeret auctoritate Apoſtolica, ſolutaque civibus pecunia.

a Hic Perperam ... ſequitur Ughellus, ubi quo 1250. ſcribit 1259 Vide Acta SS Junii 6. p. 140.

XXII 22 MONACHUS quidam nomine ab Alexandro IV. Albenſis Epiſcopus electus eſt anno 1255. 11. Kal. Febr. ut habetur in Reg. Vatic. Epiſt. 167. fol. 151. an. Pontiſ. 1.

XXIII 23. GANDULPHUS ex Præpoſito Aſtenſis Eccleſiæ præficitur Albenſ. Epiſcopus circa ann. 1259. cujus obitus dies recenſetur in Necrologio breviario vetuſtiori Cathedralis Aſtenſis 11. *Kal. Jan. obiit Gandulfus Albenſis Epiſcopus, & quondam hujus Eccleſiæ Præpoſitus, qui pro anniverſario dedit terram S. Stephani in antiquario*. In alio autem Breviarii Kalendario additur, *pro qua terra prædicta Eccleſia tenetur dare canonicis hujus Eccleſiæ refectionem ſingulis annis in tribus ferculis pro anniverſario, & heminā leguminum pauperibus*.

24. Fr. SIMEON Ord. Minorum 1262. Hic anno 1266. interfuit pactis initis inter Carolum Andegavenſem Comitem Provinciæ, & Siciliæ Regem, & Aſtenſes cives. Idem Apoſtolicus delegatus fuit ad lites ſedandas inter Monaſterium Vallis Pixii, & homines Cluræ. In Necrologio vero ejus obitus dies ita deſcribitur. *2. Idus Martii obiit Fr. Simeon Albenſis Epiſcopus qui huic Eccleſiæ totam ſuam Capellam reliquit*. XXIV

25. BONIFACIUS hujus nominis III. Foſſanenſis ex Dominis S. Juliæ è Carectorum familia exortus, electus circa anuum Domini 1276. Ipſe ann. 1293. 24. Januarii fidelitatis homagium ab hominibus Guerenæ recepit. Cæterum eo Præſule incolæ loci Diani Albenſis Epiſcopi ſubjecti, rebelles cum eſſent facti, Caſtrum funditus eruerunt Bonifacius Archiepiſcopi Mediolanenſis auctoritate, ac ope fultus locum recepit, caſtrumque exædificandum curavit, & ut facti memoria ad poſteros traduceretur, lapis muro affixus ita inſcriptus. XXV.

Murus H. P. Caſtri cum domibus connexis dicto Caſtro dirutus fuit tempore Domini Bonifacii Epiſcopi Albenſis die viii. Decembris M.CC.XCII per homines Albenſes, & Diani, ad tractatum quorundam de Diano tunc rebellium dicti Epiſcopi. Cujus refectio incœpta fuit ordine Eccleſiæ Mediolanenſis per eoſdem rebelles tempore dicti Epiſcopi prima Julii M.CC.XCII.

Lapidem hunc è puteo quodam ipſius loci Diani expiſcatum, modernus Epiſcopus Paulus Britius, cum pluribus aliis marmoreis monumentis in ædibus Epiſcopalibus, à ſe magnificentiſſime extructis, & ornatis collocavit. Ne vero Guarinæ incolæ temporali item Albenſi Eccleſiæ, dominio ſubjecti, Dianenſium exemplo, ab eo ſe ſubtrahere conarentur, facultatem eis conceſſit molendina in Tanari fluvio conſtruendi. Albenſes porro cives cum Dianenſium defectionis, una cum Rodelli Rodi, & Verduni homines, pene auctores fuiſſent, à Savonenſi, ac Nolenſi Epiſcopis Apoſtolicis delegatis coacti ſunt à Bonifacio abſolutionem petere, eidemque occupata loco Albenſis Epiſcop. remittere, pro qua obtinenda Albenſes Paulum Mareſcottum, Franciſcum Rogerium, Petrum Fallettum, & Ægidium Natarellum delegarunt. Deſiit autem Bonifacius eſſe ann. 1306. pius bonuſque Paſtor, ut in Necrologio habetur. *Anno 1306. die 18. Martii obiit Bonifacius de S. Julia epiſcopus Albenſis, cujus corpus ſepulsum eſt in Eccleſia Albenſi ante altare S. Jacobi*.

26. RAYMUNDUS de Mauriaco ſucceſſit Bonifacio, ad Eccleſiam Theatinam tranſlatus eſt an. 1321. („ *Hic Dominos Scagnelli an. 1312. inveſtivit. Ab Eccleſia.*) XXVI

27. Fr. GUILLELMUS de Caſtello, ex Minorum Ord. Albenſis Eccleſiæ poſt Raymundum fit Epiſcopus anno 1321. 5. Idus Febr. Annos duodecim creditam adminiſtravit Eccleſiam, anno 1333. 8. Idus Decemb. ad Brundiſinum Archiepiſcopatum tranſlatus eſt, ex Reg. Vatic. XXVII.

28. Fr. PETRUM Ord. Præd. ex patritia Vercellenſium Avogadrorum familia ſuperior Guillelmus excepit anno 1334. 7. Id. Feb. Tranſlatus eſt ad Eccleſiam Siſtercienſem in Gallia ann. 1349. ex Reg. Vat. XXVIII

29. LAZARINUS („ *Fliſcus ex Comitibus* „ *Cavaniæ, Clementis VI. Papiæ Capellanus, ac* „ *Pedemontis Gubernator pro Joanna Regina Siciliæ* „ *Ab Eccleſia.*) ex Præpoſito S. Stephani Bagellæ ad hanc ſedem promotus eſt anno 13. Kal. Febr. ut habetur in Reg. Vatic. Epiſt. 115. fol. 26. an. 7. XXIX

Clementis VI. p. p. lib. 4. Is anno 1350. 6. Sept. Joannem Calderiam, Franciſcum Facinum, & Bonifacium Beccariam Dominos Munixilii inveſtivit de feudis Pruneti, Montis Forcherii, Cameranæ Goſteſciæ, Calcarum, & Bruxolii. Anno 1357. conceſſit Franciſco Epiſcopo Magarenſi facultatem conferendi ordines apud Dianum ſuæ Diœceſis locum. Ad hunc extat Clementis VI. Epiſtola pro Epiſcopo Vercellenſi cum adhuc Præpoſitus Bugellenſis eſſat.

XXX 30 LUDOVICUS Odonis ex Marchionibus Cevæ filius ſucceſſit Lazarino 7. Kal. Martii anno 1369. de quo in Reg. Vatic. Hic in feudum dedit Gerardo ex Marchionibus Cevæ Caſtra Scanelli, Belvederii, pro quorum recognitione obtulit ipſe Gerardus eidem Epiſcopo equum cum armamentis militi neceſſariis, cujus mentio extat in monumentis ad annum uſque 1388.

XXXI 31 FEDERICUS ex Cevæ Comitibus Odonis S. Michaelis Domini, & Eleonoræ Salntienſis filius, hac ſede potitus eſt anno 1388.

XXXII. 32 PETRUS hujus nominis VI. ann. 1391. Cathedrali Eccleſiæ argenteum tabernaculum dono dedit. Anno vero 1392. 11. Auguſti, fiduciario jure obtulit Dominis Battiſolii, eundem locum una cum pertinentiis ſuis, ubi in monumento hæc habentur ad ſavorem ejuſdem Epiſcopi: *prædicti Domini conſueverunt dare Epiſcopo equum unum cum armis unius militis decentibus.*

XXXIII. 33 BONIFACIUS hujus nominis IV. Albenſis Epiſcopus fuit ann. 1398.

XXXIV. 34 FRANCISCUS Carrettus ex Marchionibus Savonæ, Abbas S. Quintini de Spingo electus anno 1401. ex lib. Proviſ. Præl. coram quo cum Joannes Cevæ Marchio profeſſus fuiſſet ſe feudatarium eſſe, ac Vaſallum Albenſis Eccleſiæ pro feudo Battiſolii, cæterorumque locorum, idem Epiſcopus iterum conceſſit beneficiario jure idem caſtrum una cum terra Cevæ, & Caſtellini 27. Feb. 1402.

XXXV. 35 ALERAMUS ex eiſdem Marchionibus de Carretto anno 1407. Hic legatione functus eſt pro Marchione Montisferrati apud ſummum Pontificem. Quo ſedente Gregorius XII. confirmavit Præpoſito Albenſis Eccleſiæ prærogativam demandandi cui libuiſset cuſtodiam diadematis, ſeu coronæ Regni Theſsaliæ, quæ delata è Græcia, ac in ſacrario Cathedralis Albenſis repoſita creditur à Marchionibus Palæologis Montisferrati ſucceſsoribus. En Diploma.

G. Præpoſito Albenſi.

Innotuit Apoſtolatui noſtro per petitionem nobis ex tua parte porrectam, quod cum in Albenſi Eccleſia, quædam dignitas, quæ cuſtodia dicitur, ad tuam donationem pertinens habeatur, cujus curæ, & ſolicitudini ornamenta, ac privilegia ipſius Eccleſiæ, & diadema etiam Regum committuntur, eam perſonæ idoneæ conferre deſideras, ne forte per imperitiam, aut infidelitatem, vel negligentiam cuſtodiæ ipſius, Eccleſia aliquod incurrat detrimentum, aut honor patriæ de corona aliquam læſionem ſuſtineat. Volentes igitur indemnitati Eccleſiæ præcavere, & tibi tuam juſtitiam conſervare, ut cuſtodiam ipſam ſicut ſui juris exiſtit, idoneæ perſonæ nullius appellationis obſtaculo conferas, & aſſignes, liberam tibi damus auctoritate Apoſtolica facultatem. Datum Laterani 12. Kal. Januarij.

XXXVI. 36 JACOBUS ejuſdem ſedis Antiſtes deceſſit an. 1409. ex lib. oblig.

XXXVII 37 FRANCISCUS II. qui anno 1415. caſtrum Diani Oddoni Ronario conceſſit.

XXXVIII. 38 JACOBUM invenitur in lib. oblig. hanc ſedem tenuiſse an. 1418. forte idem cum ſuperiori, nam eo tempore non ſemel, ut alibi diximus, duo Epiſcopi in eadem ſede vel legitime electi, vel intruſi leguntur. Ex publicis documentis habetur hujus Epiſcopi temporibus Marchiones Buſchæ beneficiarios fuiſſe Abbatiæ S. Frontiniani nunc Albenſis Epiſcopi menſæ unitæ pro Caſtro Grinzanæ, ac pro eo ſolitos fuiſſe, quotannis libræ piperis tributum pendere. Ex aliis item, anno 1418. Marchionem Raymundum reſervato ejuſdem Abbatiæ beneplacito, caſtrum ipſum Grinzanæ vendidiſſe Nicolino Marzaliæ Prætori. Præterea ex epiſtola Matthæi Falletti Abbatis ejuſdem Cœnobii ann. 1214. 1. Aug. ſcripta, clare videtur, Albenſibus Epiſcopis jus fuiſſe inveſtiendi de feudis Belvederii, & Battifollii dominos Rignaſchi, qui quolibet anno tenebantur Epiſcopo Albenſi offerre equum cataphract. ut vocat.

XXXIX. 39 B. ALARINUM Rambaudum, civem Albenſem, Cathedralis Eccleſiæ Canonicum, poſt Jacobi obitum Martinus V. Papa huic Eccleſiæ adminiſtratorem attribuit ann. 1419. Vir ſanctimonia illuſtris, eam adminiſtravit Eccleſiam an. 37. cujus obitus dies in Necrologio Martyrologio Cathedralis ita recenſetur. *XII. Kal. Aug. obiit R. D. Alerinus de Rambaudis de Alba Epiſcopus Albenſis anno Domini 1456. qui ſedit annos XXXVII. in Epiſcopatu.* Sub ipſo Alarino coacta fuit Synodus diœceſana 1434. in qua prætar alia multa ſancte decreta, fuit ſancitum, ut cenſeri deberent bona quæque immobilia omnium Eccleſiarum ipſius diœceſis ratione in iis regionibus viſitata, ut ſcilicet ex certo numero tornaturarum, ſeu jugerum conficeretur libra, hæc vero viginti conſtaret ſolidos. Peracto igitur cenſu repertum eſt, bona Eccleſiarum non exemptarum, ſeu Cleri ſecularis totius Diœceſis conficere libras MD. CCLXXXVII. exemptarum vero, hoc eſt regularium DCLXXXVIII. & omnium ſimul MMCCCC LXXV. Cæterum ante annum ſuæ mortis hoc eſt 1455. 11. Kal. Maii tranſlatum fuit corpus Sancti Frontiniani ex Eccleſia Abbatiæ ipſius in Eccleſiam Cathedralem Albenſem per venerabiles dominos Preſbyterum Andream de Torua, toribus de Gareſio, & preſbyterum Martinum de Vitia Canonicos, nec non Petrum Bouſsanum maſsarium dictæ Eccleſiæ. Ipſumque ſacrum corpus collocatum fuit in armario ſuper altari ipſi S. Fortuniano noviter extructo in dicta Eccleſia S. Laurentii in ſacello magno à parte dextera. Contigit etiam altero ab inito ejus præſulatu anno, quod Margarita Amadei Sabaudi Achajæ Principis filia, ſe ſuaque omnia Chriſto dicavit. Hæc Heroina patre orbata, à Ludovico fratre Theodoro Palæologo Montisferrati Marchioni matrimonio juncta, ſanctitatis exemplo B. Henrici Scarampi Aquenſis Epiſcopi ad omne genus virtutum excitata viro defuncto perpetuo caſtitatis voto ſe adſtrinxit, Albamque ſecedens monachalem habitum induit tertiariarum S. Dominici, deinde in Monaſterio S. Mariæ de Angelis profeſſionem emiſit; ſancte pieque ibidem animam Deo reddidit; Miraculis tum in vita, tum poſt mortem innumeris effulſit, cujus vitam ſcripſit Hyacinthus Bareſianus Albenſis Ord. Præd. Ann. 1439. Alarinus ſuo diplomate declaravit decimam, ſeu exemptionem, quam Joanninam nuncupavit, ad Epiſcopalem menſam pertinere: ac pro ea ab vetuſtis beneficiariis quotannis ſolvendos eſſe viginti ſolidos. Eodem anno in incolas Neviarum excommunicationem tullit, quod decimas, aliaque jura ſui Epiſcopatus uſurpaſſent. Proximo deinde anno, lata ſententia, decimis ac feudo Caſtiglionis, Falletti, ac Serræ longæ mulctavit Samuelem Fallettum, quod ſtato tempore inveſtituram de iis petere, accipereque neglexerit. Diris item innodatos acclamavit quoſdam ex viris Lareſcii, qui cum Eccleſiæ Albenſi obnoxii eſſent, ſolidos viginti aureos, ſolvere detrectaſſent. Hæc ex monumentis ejuſdem Eccleſiæ, ubi & alia hujus generis adnotantur, quæ ab Alarino ad ſavorem ſuæ Eccleſiæ attentata, vel recuperata fuere.

XL 40. BERNARDUS ex Marchionibus de Carretto, Abbas Monaſterii S. Tutini ex Ord. D. Benedicti Saonenſis diœceſis, Alerino ſuffectus eſt 1456. die 6. menſis Auguſti, quo ſedente Abbatia S. Frontioiani à Pio II. Epiſcopali menſæ unita fuit. Mortis ejuſdem dies ita in Necrologio adnotatur. *An. 1460. obiit R. Bernardus de Carretto ex Marchionibus Saonæ Epiſcopus Albenſis, ac Commendatarius perpetuus Abbatiæ S. Quintini, & Abbatiæ S. Frontiniani, & ſedit annos quatuor, & tres dies. Ejus corpus tumulatum eſt apud lectorale in Choro.*

XLI. 41. PETRUS item de Carreto ejuſdem ſedis fuit electus antiſtes anno 1460. ex Abbate de Spingio. Sedit an. unum & 20. („ *Inde factus eſt Epiſcopus* „ *Cavalicēſis in Comitatu Avenionenſi.* Ab Eccleſia.)

XLII. 42. ANDREAS Novellus de Tridino Euſebii & Saracenæ filius, J. U. D. Albenſibus jus divinum dixit, ad eam dignitatem electus anno 1493. die 6. menſis Februarii, vir eximiæ virtutis, & maximæ famæ. Hic Romam ingreſſus eſt cum Benvenuto à S. Georgio ex Comitibus Nonaltaſchis, ac Ladovico de Tritionibus veteranæ militiæ Bonifacii Marchionis Montisferrati oratoribus, qui ideo Romam proficiſcebantur, ut ſui Principis Alexandro VI. Pontifici noviter creato deferrent obſequium. Interfuit etiam Lateranenſi Concilio ſub Julio II. anno 1512. Moritur in patria, & honorifice in Choro Cathedr. Eccleſiæ ſepelitur cum tali elogio.

Andreæ Novelli Albæ Pompeiæ Epiſcopi & Comitis hic ſunt pia ſita oſſa, qui proprio, publicoque ære Baſilicam hanc reſtituit, Canonicos proventus, choros ſacramque ſupellectilem addidit, Divo Benedicto ædem, Epiſcopale Palatium condidit operibus pergrande, nunc corporis formam indicat effigies, quietem poſteri non invideant, quicumque pietati favent. Vale Lector.

Sepelierat multo ante Andreas parentes in D. Dominici Eccleſia, ad quorum tumulum hanc poſuerat inſcriptionem.

Euſebii conjuncta thoro Saracena Novelli Andreæ mater Præſulis hic jaceo. Obiit MCCCCLXXXXI. die XXIX. Martii.

XLIII 43. HIPOLYTUM deinde Novellum Andreæ ex fratre nepotem, & coadjutorem (1) ad eam dignitatem evexit Leo, ſucceſſitque patruo an. 1521. obiit in feſto S. Martini hora 20. ann. 1530. Huic, & Eccleſiæ Albenſi Conſilium ejuſdem civitatis Albæ, ad aſſerendam Epiſcopatus integram juriſdictionam, has omnibus conſulibus caſtrorum, ac villarum civitatis ſcripſit epiſtolas, quæ ab originali duximus exſcribendas.

Vobis magnificis, ac generoſis dominis, nec non nobilibus officialibus, & juriſdict. diſcretis ſyndicis, & conſulibus oppidorum, caſtrorum, terrarum totius Albenſis diœceſis. Conſilium civitatis Albenſis proſperos ad vota ſucceſſus, & animos ad grata paratos. Ad aures noſtras pervenit fama publica perducente, & clamoſa inſinuatione ſubſequente à pluribus, & diverſis perſonis fide dignis, quod Reverendiſſimus in Chriſto Pater & D. noſter Epiſcopus Albenſis, ſuique officiales, & Nuntii à quam pluribus ex vobis ante dictis dominis officialibus, ſyndicis, conſiliariis, quam plurium dictorum locorum ſeu ſervitoribus, & miniſtris diverſis modis inquietantur, turbantur & moleſtantur in exercitio juriſdiction. Eccleſiæ, quod quidam nuntii Epiſcopalis ſæpe, & ſæpius à multis ex vobis antedictis, ſeu ſervitoribus veſtris quamplures & diverſas paſſi fuerunt, & dietim patiuntur ne dum verberibus, ſed & reales, & perſonales injurias, dum manus violentas in eorum perſonas injeciſtis, & dietim injicitis, prenſionibus ſæpe & ſæpius affeciſtis, & dietim afficitis, non permittēdo,

A *quod eorum officium, & miniſterium circa preſentationem & alia ad eorū officium ſpectantia, & pertinentia fuerint executi, & exequantur, adeo in tantum quod amplius non audent per loca ipſa, & terras ipſius diœceſis incedere, quæ res non ſolum cedit in vilipendium auctoritatis Epiſcopalis, damnumque & intereſſe & præjudicium juriſdictionis Eccleſiæ, ſed & in injuriam, damnum & offenſam ipſius civitatis Albenſis, ad cujus officium, & debitum ſummopere ſpectat, & pertinet Prælatum ſuum, ſuamque juriſdictionem Eccleſiaſticam defendere & tueri ab illicitis oppreſſionibus & violentiis, quantum in ea eſt, & dum opus eſt. Quapropter, inſtantibus, & requirentibus ſpectabilibus dominis ſyndicis dictæ civitatis vobis prædictis dominis officialibus & ſyndicis dictorum locorum univerſum conſilium dictæ civitatis Alben. per præmiſſa omnia & ſingula vobis intimat, & notificat; rurſumque amicabiliter requirit, ut à præmiſſis deturbationibus, violentiis, & oppreſſionibus deſiſtere placeat, & velit ita & taliter, quod Reverendiſ-*

B *ſimus DD. Epiſcopus, & ſui officiales libere & ſine impedimento poſſint, & valeant juriſdictionem Eccleſiaſticam exercere, ſuique Nuncii pro eorum officiis tute & ſine offenſione per loca veſtra, & dictæ diœceſis ſtare, & inde accedere, & redire poſſint. Et inſuper ſignificat, quod ex nunc quod omnia, & ſingula loca, terras & oppida, ac homines & quaſcunque perſonas dictorum locorum, & terræ, in quibus prædictus Reverendiſſimus DD. Epiſcopus, ſuique officiales, & Nuncii patientur impedimentum circa exercitiam dictæ juriſdictionis, ſive injurias tam verbales, quam reales, civitas ipſa per publicum ſtatutum, & ordinamentum repræſalias conceſſit, & concedit, quæ omnia vobis omnibus & ſingulis notificari, & intimari mandavimus per has noſtras patentes literas debite ſubſcriptas, & ſigillo dictæ civitatis munitas, in quorum, & quarum. Datum Albæ die 28. Septembris 1529.*]

44. ANTONIUS (2) Molus Caſalenſis ſucceſſit ann. 1530. die 20. menſis Novemb. Deceſſit ann. XLIV

C 1532. ex Act. Conſiſt.

[„ JULIANUS *de Vicecomitibus, Clericus Mediolanenſis, ſanctitatis ſuæ Domus magiſter, Clericali Charactere dumtaxat inſignitus, annorum 30. de nobili genere ex utroque parente ortus, ad Epiſcopalem dignitatem evectus die 16. Auguſti 1532. per obitum Antonii, qui munere conſecrationis nondum ſuſcepto in Romana Curia debitum naturæ perſolverat.* Acta. XLV.

45. HIERONYMUS Vida a Cremonenſis Canonicus Regularis Lateranenſis, Latinorum carminum gloria inclytus, à Clemente VII. Albenſis Epiſcopus electus eſt anno 1532. b die 5. menſis Feb. Hic ut refert Sixtus Senenſis, adeo propiori imitationis gradu Virgilianam gravitatem ſecutus, atque aſſecutus eſt, ut nullus ante reperiatur, ac deinceps fortaſſe nullus futurus ſit, qui ad tam illuſtrem poeticam lauream æmulando aſpirare conetur. Primus fuit qui continuato opere, ſuiſque numeris abſoluto heroico carmine Chriſti Domini XLVI

D vitam, res geſtas, miracula, mortem, atque ipſum ab inferis redivivum cecinerit. Porrexit & alios plures heroicos Hymnos in laudem plurimorum ſanctorum, tum & Scacchiorum ludum, ac Bombycum ſtupendum naturæ magiſterium. Bucolicam epiſtolam ad Joannem Matthæum Gibertum de reipublicæ dignitate, dialog. carmen paſtorale in obitu Julii II. Pontificis Max. Conſtitutiones ſynodales, Martyrium S. Dalmatii, & lib. de Magiſtratu. Albenſibus præfuit 34. annos. Deceſſit anno 1566. die 27. Septemb. Sepultus in ſua Cathedrali. Hoc ei honorarium elogium poſteri ſtatuerunt ad ejus ſepulchrum aliquando incidēdū.

M. Hier. Vidæ Albæ Epiſcopo, quem probe omnes norunt, Civitas Cremonæ de-

a A pluribus laudatur: quos inter à Ghillino Theat. vol. 1. p. 169. Roſſino in Lyceo Lateran. t. 2. l. 11. p. 18 Imperiali in Muſæo hiſt. p. 35. & noviſſime ab Ariſio in Cremona litter. tom. 2. p. 100.

b 1532. 9. Febr. vacante Eccleſia per obitum Magiſtri domus Sanctiſſimi. *Acta*.

(1) Coadjutor Patruo datus fit Hippolytus oportet anno ſaltem 1519. quo die 16. menſis Martii interfuit Seſſioni XII. Concilii Lateranenſis.

(2) Ex Actis Conſiſt. & Cedulis hæc habentur. *Antonius de Nerlis, Presbyter Albernuthe. in minoribus Ordinibus conſtitutus, ſecretarius Apoſtolicus, & Reverendiſ. Card. SS. quatuor ex ſorore germano nepos, & Præpoſitus Eccleſiæ Florentinæ, cui conceſſum fuit, ut Præpoſituram prædictam cum Eccleſia retinere poſſet, vacabat Eccleſia per obitum Hippoliti extra Romanam Curiam defuncti; creatus die 28. Novemb. 1530.*

decretoſepulchro ſumptu pub. Civ. Qui de univerſa Civitate B. M eſt parentavit V. A. N. Qui enim quidquid in egregium hominem laudis dici poteſt, niſi naturæ communis conditio obſtitiſſet. Vivit tamen adhuc apud nos, vivitque æternum ad poſteros benef. jucundiſs. ac perpetua recordatione. Qui omnibus erga gregem ſibi commiſſum officiis functus piet. charit. fide, conſt. præclarus, omnibus charus, nemini noxius, à nobis diſceſſit ſuo magis, quam aliorum tempore, Qui non ſolum pie, & ſancte Deum coluit, ſed ita etiam cecinit, ut in cœlo locum, ubi beatus ævo ſempiterno fruatur, & in terris æternum ſibi gloriam maximo omnium mortalium fructu comparavit. Obiit anno MDLXVI. XXVII. Septemb.

Vida demortuo, Pius V. ut rebus Eccleſiaſticis in ea Provincia bellorum injuria pene collapſis occurreret, diuque meditatus, quis utilis Albenſi Eccleſiæ finitimiſque Principibus charus, minuſque ſuſpectus foret.



XL VII. 48. **LEONARDUM** de Marinis *a* Ord. Præd. Genuenſem, literis, prudentia, rerum geſtarum, & generis nobilitate clariſſimum die 7. Octobris 1566. ex Archiepiſcopo Lancianenſi, Albenſem Epiſcopum pronunciavit. Hic Genua oriundus in Inſula Chios Maris Aegæi anno Chriſti 1509. Baptiſta ex familia Marchionum Caſalis majoris & Caſtelli novi ad Scriviam in Mediolanenſi Ducatu, ſtirpis vetuſtiſſimæ Caſtaneæ, quæ præterito ſeculo Urbanum VII. Pont. Max. procreavit, patre natus ab ineunte ætate in Prædicatorum Ordin. aſcitus, in eo literis, eruditione, prudentia, ac pietate excelluit ad miraculum, ideoque per omnes fore dignitatis gradus pervenit. Paulus III. illum Peruſini Epiſcopi, cum ſpe futuræ ſucceſſionis, coadjutorem deſtinarat; inſecuta promotoris morte à Julio III. ſucceſſore Laodicenſi titulari ſacerdotio die 5. Martii 1550. non ſolum ornatus, ſed etiam conſiliarius fuit conſtitutus. Verum Hercules Card. Gonzaga Mantuani Ducatus pro Guilelmo nepote puero præfectus à Julio obtinuit, ut Marinus in Ducatu, & Eccleſia Mantuana ſuffraganeus, & director concederetur. Duobus omnino annis eam ſuſtinuit provinciam ſumma ſui nominis laudatione. Ad curiam revocatus, Mantuana pro ſe, ſuiſque gentilibus perpetua civitate donatus. Vix Urbem attigerat, cum Julius eum Apoſtolicæ ſedis Nuncium in Hiſpaniarum regno ampla cum poteſtate ad Carolum V. Imperator. declaravit in locum Jo. Card. Poggii Philippum Regem Caroli filium in Angliam ad Mariam Reginam matrimonio ſibi junctam transfretantem benedixit, & immunitatem Eccleſiaſticam in Hiſpaniarum Regnis periclitantem adverſus regios conſiliarios eximie ſuſtinuit. Prælatos, capitulave inter ſe diſſidentes ſua auctoritate compoſuit, fecitque, ut decreta nuper ſub Paulo & Julio III. in Concilio Tridentino ſancita illibata ſervarentur. Marcellus II. qui Julio ſucceſſit pu-

a De hoc agunt Oldoinus in Athenæo Liguſt. p. 309. & Altamura in Bibl. Domin. p. 316 Manſ.

A blice Marini prudentia laudata, eo in munere confirmavit, & ad ipſum literas deſtinavit, ſed morte præventus, pro ipſo ſacrum Cardinalium Collegium ſequentes direxit, quæ dignæ viſæ ſunt, ut verbatim hic recitentur ex originali, quod extat, laudes, & merita commemorante in hunc modum.

Reverendo tamquam fratri nobis in Chriſto dilecto Leonardo Epiſcopo Laodicenſi in Regnis Hiſpaniarum Apoſtolicæ Sedis Nuntio.

Miſeratione Divina Epiſcopi, presbyteri, & Diaconi, S. R. E. Cardinales, Reverendo tamquam fr. nobis in Chriſto dilecto ſalutem in Domino ſempiternam. Ex fraternitatis tuæ ad felic. rec. Julium Tertium Pontificem Maximum, & ad Rev. D. Card. S. Vitalis collegam, & fratrem noſtrum chariſſimum literis cognovimus pia tua, & optima officia, quæ iſtic apud Sereniſſimam Principiſſam, & conſilium Regium contra eas controverſias præſtitiſti, quæ B *inter prælatos verſantur, & capitula, quantaque dexteritate, ac prudentia eaſemper procuraſti, quæ ſanctæ ſedi Apoſtolicæ uſui, ac dignitati eſſe poſſint. Jamque Marcellus Secundus, quem miſericors Deus nobis Patrem ſanctiſſimum gregi ſuo Paſtorem tanto omnium conſenſu, & lætitia dederat; literas ad fraternitatem tuam præſcribi mandaverat, quibus quam id ſibi gratum eſſet oſtenderet, quantumque ut in eo pergeres, deſideraret, cum ſubito inopinata morte nobis eſt ereptus, quam ſane mortem nemo eſt, qui non maxime debeat lugere, ejuſmodi erat illius publicæ utilitatis, atque humanæ ſalutis non deſiderium modo, ſed ad eam procurandam ſapientia, & virtus. Nos tamen cum voluntas Dei in optimam ſemper partem ſit accipienda, in ea nos demum conſolamur. Quodque ad fraternitatem tuam pertinet donec apud Pontificem futurum ad quem eligendum prope diem convenimus tua in hanc Sanctam Sedem merita commodius commemorare poſſimus quod in hunc uſque diem à tua fraternitate pro an-* C *ctoritate Apoſtolica tuenda procuratum fuit, laudare ſatis non poſſumus, neque ſatis hortari, ut in omnibus rebus, quas in gloriam Dei, ejuſque Eccleſiæ ſanctæ, & Apoſtolicæ Sedis beneficium fieri poſſe cognoveris, eundem te in poſterum præſtes quem adhuc præſtitiſti. Sereniſſimæ vero Gubernatrici nobis in Chriſto dilectiſſimæ, noſtro & ejuſdem ſedis nomine gratias in Domino agas, quæ per majorum ſuorum veſtigia ingrediens fraternitatis tuæ, & omnium teſtimonio, quotidie affirmatur, Sanctam ipſam hanc ſedem eis quotidie ſtudiis pietatis officiis proſequitur, eamque in eis perpetuæ voluntatis conſtantiam præ ſe apud omnes fert, ut quid gratius ab ejus ſerenitate, aut quid ſanctius poſſimus deſiderare non videamus. Eadem quoque noſtri erga eam animi gratiſſimi ſignificatione Reverendum tamquam fratrem noſtrum nobis in Chriſto dilectum Præſidentem, una cum eodem Regio ipſius conſilio eis verbis ſalutabis, quibus quantum illi debeamus, poſſunt intelligere, ac denique il-* D *lius ſerenitatem, & omnes rogabis, ut ſuas etiam preces apud divinam clementiam nobiſcum velint interponere, quibus is à nobis Pontifex eligatur, quem Orbis Chriſtiani univerſi, his præſertim temporibus, neceſſitas poſcit.*

Dat. Romæ in Palatio Apoſt. ex Congreg. noſtra Gen. ſub ſigillis trium noſtrum in ordine Priorum die 6. Maii 1555. Iſ. Binus.

Marcello ſucceſſit Paulus IV. ſub quo Marinus difficillimis temporibus eo in munere Eccleſiaſticum jus, & Pontificis dignitatem infracto animo tutatus perturbatos conſiliariorum animos in libertatem Eccleſiaſticam, & in Paulum ipſum non minima meditantes, adeo quidem ſuum ita obivit officium, ut ſumma cum rerum ſuarum jactura per annum, & ultra ſuæ legationis tribunal occluſum retinuerit, ne Apoſtolicæ ſedis detrimentum ullum generaretur in poſterum. Factum laudavit Paulus, idemque Catholicus

A Philippus Rex, & Marinum ſummis extulit ipſe laudibus, juſſitque ſpoliorum proventus libere remittere, quos ille, ni prius Pontifici ſatisfieret, deſpexit. Regem ipſum tandem, conſiliumue Pontifici Max. à quo diſſidebant, reconciliavit, laudes adeptus maximas. Juſſu Pauli dum Romam rediret, contigit ſæpe mutata veſte ad loca hæreticorum per Galliam neceſſitate ductus divertere. Pervenit Gebenam; pro mercatore cum ſuis habito in taberna cum quodam refractario caſu de rebus fidei ſermonem inſtituit, adeoque doctiſſimis rationibus illum confudit, ut ad eum ſalutandum tamquam virum doctiſſimum præcipui ſectariorum viri, & doctrina præſtantes convenerint, & ad cœnam vocarint. Ad convivium aderant anteſignani hæreſiarchæ Joannes Calvinus, Petrus Viretus, Theodorus Beza, & Vici quondam Marchio; primus accubitus honoris gratia datus eſt Marino, qui epulas, ut ſolitus erat, benedixit non ſine eorum cachinno, quos cum ille intrepide Pauli Apoſtoli B ad Timoth. verbis admonuiſſet: *Quia omnis creatura Dei bona eſt, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur, ſanctificatur enim per verbum Dei, & orationem*; illi obmutuerunt. Varii inter epulas fuerunt diſcurſus, quibus Marinus pro viro doctiſſimo, prove alio longe ab ea perſona, quam induerat, exiſtimatus eſt. Cœna comeſa, de iis, quæ tunc temporis inter Catholicos, hæreticoſque circa fidei myſteria controvertebantur, loqui cœperunt. Calvinus pene capularis ſenex ſermonis modicus, Viretus largiloquus ſuam ſuorumque agebat cauſam de invocatione, & veneratione ſanctorum tunc mota quæſtione, hunc Marinus validiſſimis rationibus, & ſacræ ſcripturæ auctoritate ita fregit, ut confuſus ad alias quæſtiones ſubterfugere conaretur. Tunc Marinus cognita adverſarii inſcitia; Stemus, inquit, *ad hæc, deinde ad alia procedemus*. Cedente Vireto, Vici Marchio, expers namque doctrinæ, nec argumentorum vim intelligens, manu percuſſa tabula, in- C dignabundus ſurrexit, & inſalutato hoſpite, & cæteri cum eo ad aliam diem à Marino invitati ad propria remearunt. Cæterum Marinus anceps ne forte agnitus, aliquid ſibi, ſuiſque ſuccederet mali, ſummo mane egreſſus Romam contendit, à Paulo perhonorifice receptus, dum ad majora ab ipſo deſtinaretur, ille mortem obiit, & à Pio IV. ſucceſſore in gratiam Catholici Regis ad Lancianenſem Epiſcopatum translatus die 16. Januarii 1560. Ad commiſſum ſibi populum acceſſit, quem verbo, & exemplo, clerum vero Eccleſiaſticis diſciplinis cœpit inſtituere, Epiſcopale palatium, quod extat, pro ſe ſuiſque ſucceſſoribus extruxit. Ibidem dum vitam duceret paſtore digniſſimam, à Pio revocatur ad Aulam, ut ejus conſilio graviſſimę Concilii Tridentini cauſæ, quæ à Pontificiis Legatis excutiendę mittebantur, accurate conſtituerentur. Tridentum deinde, poſtulante Hercule Card. Gonzaga, primus Concilii Legatus eſt miſſus, ſuæ Eccleſiæ Lancianenſis Archiepiſcopus primus declaratus, D ut inter Patres primos aſſideret, cæteroſque ſua doctrina veluti anteſignanus edoceret, & quæ mentis Pontificis, & ſolidæ catholicæ veritatis lumen afferret. Accidit non ſemel in congregationibus publicis, privatiſque, ut alii ſeniores, eo deinde loquente, ſuam ad votum ipſius Lancianenſis revocarunt ſententiam. Interim de diſſolvendo conventu famam plerique diſſeminarunt curiales, quod cum Patres ægre tuliſſent, Romam ad Pium Pont. Card. ab Altems unum ex legatis deſtinarunt Pontif. ſynodi nomine deprecaturum, ne ſanctum congreſſum diſſolveret, quouſque ſeculi corrupti mores moderarentur, & exortę hæreſes abſolute jugularentur. Pro Cardinali, omnium voto Lancianenſis, tamquam vir aptiſſimus legationem obivit Julio menſe anno 1562. benigne à Pio amplexus, ſua dexteritate, & prudenti conſilio Patrum deſiderium complevit, ac Pontificis mentem ita compoſuit, ut Tridentum redire juſſus,

Patres moneret divino auxilio, Apoſtolica quoque auctoritate fieri, opus ſanctum ad exoptatum finem perducerent, quod non ſine Lancianenſis perpetua laudatione peractum fuit. Referunt inter multa, quæ ex opinionum diſſenſione in eadem ſynodo diu exagitata ex Lancianenſis ſententia, omnium Patrum accedente voto, tandem firmata ea fuiſse, quæ in 22. ſeſſione de ſacrificio Miſsæ leguntur, unus etiam ex iis Patribus fuit librorum cenſuræ deputatis. Ex hac prima inſtitutione initium habuit ſacra noſtra Indicis congregatio Romæ à ſanctæ memoriæ Pio V. anno 1571. Martio menſe in bonum omen Chriſtianæ Reipublicæ excitata, cujus primi Cardinales deputati fuerunt Hieronymus Socherus Gallus Ord. Ciſtercienſis de Claravalle nuncupatus, Archangelus Blanchus, & Vincentius Juſtinianus Ord. Præd. ac Felix Perettus de Monte Alto, Ord. Minor. poſtea Sixtus V. Hujus congregationis à ſecretis diu fuit Fr. Joannes Baptiſta de Marinis, qui hoc ipſo anno 1650. publica omnium conſenſione Ord. Præd. Generalis electus eſt, germanus frater Dominici Archiepiſcopi Avenionenſis ejuſdem Ord. Prædicatorum nobilis alumnus, viri ſane doctrina, & eruditione morumque comitate in Urbe clari, Leonardi noſtri Lancianenſis ex patre, Vincentii quoque Card. Juſtiniani ex matre digni pronepotes. Ab eadem ſancta ſynodo Lancianenſis una cum Ægidio Foſcarario Epiſcopo Mutinenſi viro doctiſſimo, Romano Miſsali, & Breviario caſtigando, Romanoque Catechiſmo conficiendo præpoſitus egregiam in iis ſuam navavit operam, defunctoque Foſcarario, adhibitoque laborum ſocio Card. Sirleto æque doctiſſimo, ad optatum finem perduxit, Pio V. ſedente, publici juris fecit Regulam, & conſtitutiones novæ Clericorum Regularium S. Pauli Congregationis, quos Bernabitas vocant, juſſu Pii IV. diſcuſſit comprobavitque. Abſoluto concilio in Vaticanum recipitur à Pontifice, inter charos S. Caroli Borromæi Card. ad ardua Patrui Pontificatus negotia adhibitus ſumma inter eos ob morum ſimilitudinem interceſſit conſuetudo, adeoque amor, ac familiaritas, ut cum Pius vellet Lancianenſem inter Cardinales adſcribere, Borromæus ea vice cuperet Sirletum ad eam dignitatem perducere. Ex Lancianenſis placito, ac libera propenſione Sirletus indutus eſt purpura, ille ad aliam deſtinatus promotionem, & in Germania ad Maximilianum II. Imperatorem, Apoſtolicus Nuncius, cum poteſtate Legati in locum Joannis Card. Moroni pro rebus concilii, arduiſque Chriſtianæ Reipublicæ negotiis miſſus eſt. Rem cito ac perbelle perfecit, & Pontificis, ac Cæſaris gratiam promeruit, & tertio Romam regreſsus, deſtinatam purpuram cum Pontifice funeravit. Aulam reliquit, ac reſignata Lancianenſi Eccleſia, Bombæ in Samnio Thomæ de Marinis fratris ſui Baronatu, ut vocant, liber à curis ſe recepit ſibi, ſtudiiſque vacaturus. In ea ſolitudine dum Sacram Scripturam cœpiſset erudite explicare, & in novatores de controverſiis fidei ſtylum ſtringere, repente à Pio V. cujus gratia floruit, ad Albenſem Montisferrati Eccleſiam translatus eſt, iis verbis publico in Patrum conſeſſu à tanto Pontifice laudatus, ne videretur otioſus tanti meriti Antiſtes, ejuſque eximias virtutes ſub modio latere, maturo conſilio ad eam regendam Eccleſiam deſtinaviſſe, ut ſua pietate, doctrina, & in rebus agendis matura prudentia, errores ob bellorum injuriam, vicinorum quoque ſectariorum malitia, ſi forte in ea Provincia diſſeminati fuiſsent, longius exturbaret. Sed & juſſu ejuſdem Pontificis ut lapſos in deterius Eccleſiaſticorum mores caſtigaret, in quinque & viginti Epiſcopatuum ditionibus Apoſtolicus Viſitator eſt conſtitutus, iis confectis literis, quæ dignæ viſæ ſunt, ut verbatim hic referantur ex originali.

Pius Papa V. ſalutem, & Apoſtolicam benedict.

Licet iniunctæ nobis adminiſtrationis officium pro-

fecti-

fectibus nos admoneat intendere ſingularum, & tanquam de commiſſo nobis grege rationem domino redituri cuncta facere exoptamus, quæ ad vitam proficiant ſempiternam: Eccleſiarum tamen Prælatos, & clerum univerſum ſic vellemus injunctas eis partes diligenter peragere, quod non lucerna ſub modio, ſed ſupra candelabrum poſita videretur. Cum itaq; tu ad civitatem Lancianenſem prope diem concedente Domino te conferre habeas, indeque ad Eccleſiam Albenſem ad quam nuper tranſtulimus, ut apud eam reſideas accedere intendas: Nos cupientes, quæ nobis valde cordi ſunt per tuæ ſolicitudinis miniſterium executioni demandare, nec non de tua probitate, religionis zelo, atque prudentia plurimum in Domino confidimus, tibi in virtute ſanctæ obedientiæ per præſentes committimus ut in hoc tuo itinere ad civitates Sulmonen. Marticanen. Theatinen. Pernen. & Adrien. Aſculanen. Anconitanen. Senogallien. Fanen. Piſauren. Ariminen. Cæſenaten. Foroliviem. Britonorien. Faventinen. Imolen. Mutinen. Rhegien. Mantuanen. Lauden. Viglevanen. Caſalen. Aſten. & Aquen. earumque Eccleſias, & Diœceſes prout tibi expedire videbitur te conferas, ibique tamquam noſter, & ſedis Apoſtolicæ delegatus omnes, & ſingulas Eccleſias, perſonas utriuſque ſexus etiam quomodolibet exemptas ſeculares, & etiam juriſdictioni ordinariorum ſubjectas regulares cujuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ exiſtentes. Nec non Eccleſias, & loca Eccleſiaſtica quæcunque auctoritate noſtra viſites, & quæ reformatione, & correctione indigere cognoveris, eadem auctoritate reformes, & corrigas & ad debitam normam reducas, reducique mandes, & facias: & omnia quæ ad divini cultus manutenſionem, & augmentum, cleri reformationem, ejuſque vitæ, ac morum honeſtatem convenire, ac pertinere judicaveris, ordines, decernas & exequaris, faciens quicquid ordinaveris, & decreveris ab omnibus inviolabiliter obſervari. Contradictores, ac tibi parere recuſantes quoslibet, & rebelles per ſententias, & cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, quacumque appellatione poſtpoſita, compeſcendo, illaſque etiam iteratis vicibus aggravando, & interdictum Eccleſiaſticum apponendo, convocato etiam adhoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Volentes quod ſi aliquæ querelæ de Prelatis Eccleſiarum, ſeu aliis perſonis Eccleſiaſticis, quas tu de facili determinare non poſſis, ad te deferantur, eas, & illarum probationes recipias in ſcriptiſque redigas, & ad nos clauſas ſub tuo ſigillo quamprimum tranſmittas, ut quod juſtum fuerit nos poſtmodum providere valeamus. Super quibus omnibus & ſingulis tibi plenam, liberam, & omnimodam per eaſdem præſentes facultatem concedimus, & poteſtatem. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, & civitatum Eccleſiarum, & locorum prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis illis quomodolibet conceſſis, & ſæpius confirmatis, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ad effectum præſentium ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Dat. Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die IIII. Octob. M.D.LXVI. Pontificatus noſtri an. 1. Cæſ. Glorierius.

A tergo vero: *Venerabili fratri Leonardo Archiepiſcopo Lancianenſi, & Epiſcopo Albenſi, Prælato domeſtico noſtro; &c.*

Peracto hoc viſitationis munere, Albam pervenit, cœpitque utili labore, ac bono incomparabili, populum docere, clerum ſanctioribus diſciplinis ad normam Concilii Tridentini erudire, luſtrare omnia, præ oculis habens Pii Pontificis optimum deſiderium, quo eum ad illam Eccleſiam regendam traduxerat, & S. Caroli Borromæi ſui Metropolitæ zelum ſanctiſſimum, apud quem ſæpe ſolitus erat demigrare. Mediolani aderat ea die, qua ſanctus Archiepiſcopus in ſacello orans ſclopeti ictu à ſceleſto quodam fraterculo tentatus eſt ad necem, & è cubiculo, quo ipſe prope ſacellum hoſpitabatur, quod geſtum fuerat clare audivit, & ſine cunctatione ad ſuos converſus; *Accurrite*, ait, *& videte an Cardinalis à periculo incolumis evaſerit?* Cucurrit citius unus ex cubiculariis, invenitque ſanctum virum Dei miſericordia ſervatum, retulitque domino ſuo, qui, dum Divinæ majeſtati gratias ageret, ad eum acceſſit Carolus, eumque amplexus, *Eja*, inquit, *mi Marine non amplius te viſurum putabam. Quid tum? paratos nos eſſe oportere docuit divina hæc admonitio, quia neſcimus diem, neque horam, quando Dominus veniet.* Sicque viciſſim, conſolantes ſe, quod reliquum fuit noctis in ſanctis eloquiis conſumpſere. Sex omnino annos Marinus Albenſem Eccleſiam eximia ſollicitudine, & cura adminiſtravit, deinde cum à Gregorio XIII. in Hiſpanias ad Philippum Catholicum, & in Luſitaniam ad Sebaſtianum Reges pro renovando fœdere in Turcas, ſub Pio V. inito deſtinaretur Nuncius, ea ſe abſolvit anno 1572. ita ut Pontifici liberum eſſet, quemcumqua voluiſſet ad ſedem illam ſubvehere. Manet adhuc apud Albenſes grata Marini memoria, tamquam viri pietate, & ſanctimonia clari, quæ veneratur, & colitur. In ea legatione graviſſima ita ſe geſſit, ut Catholicum Regem in ſancto fœdere confirmavit, Luſitanum vero in Mauros arma moventem pro fœdere, prove ſuppetiis ferendis non minimam pecuniæ ſummam obtulit Marini intuitu. Ex Hiſpania mutatis ad celeritatem equis Romam pervenit, à Gregorio perhumaniter receptus, dum ob tot ampliſſimas legationes pro Romana ſede obitas, totque exantlatos labores, quarto ad Purpuram, una cum Germanica legatione ad Cæſarem deſtinaretur, vix tranſacto à reditu die infirmari cœpit, paulisper vehementi febre correptus deficere, donec Eccleſiaſticis ſacramentis munitus, prudentia, auctoritate, & animi magnitudine tantæ dignitati par occubuit die 11. Junii anno 1573. ætatis ſuæ 63. corpus in Eccleſia S. Mariæ ſuper Minervam ante aram maximam, lachrymoſis bonorum omnium funeribus honorifice tumulatum eſt, hoc, quod extat, ex marmore epitaphio.

D. O. M.

Leonardo Marino Patritio Genuenſi, qui cum inſignis doctrinæ, ac morum gravitate conſpicuus ex Ord. Præd. ad Archiepiſcopatum Lancianenſem evocatus fuiſſet, mox illius ſingularem animi prudentiam, ac in arduis dexteritatem quinque ſubinde Romani Pontifices Julius III Paulus IV. Pius IV. Pius V. Gregorius XIII. maximis in rebus deſtinatus prolegato apud Carolum V. ac Maximilianum Cæſſ. Augg. atque iterum ad Philippum Regem Catholicum, nec non apud Sebaſtianum Luſitaniæ Regem, opera ſua pro Chriſtiana Repub. ac dignitate Apoſtolicæ Sedis quam maxime expeti potuit ſedulo præſtitit, demum à Gregorio XIII. deſignatus pro Legato iterum ad Maximilianum Cæſarem, exactorum laborum præmia quæ in terris ſumma illum expectabant, cum æternis feliciter commutavit ætatis ſuæ anno LXIII. Obiit an. ſalutis M.D.LXXIII. iii. Id. Junii.

Fuit autem Marinus ingenio clarus, ſermone facundus, conſilio cautus, & in multis gratioſus virtutibus extollendus, ſtatura ſimul, & decorus aſpectu. Habeo apud me toreuma æneum, vultum ejus ad vivum exprimens, cum averſa parte pulcherrimum, Tridenti cuſum, dum Concilium celebraretur, ut vides in gratiam gratæ poſteritatis expoſitum.



XL VIII. 47. VINCENTIUS *a* de Marinis, Leonardi ex fratre germano Thoma nepos, patruo ſucceſſit aono 1572. die 19. Novembris, cum eſſet commendatarius Abbas inſignis monaſterii S. Mariæ de Lecto, cujus vita Pontifice digna talis, & tanta fuit, ut hacteous apud Albenſes ejus memoria ſit in benedictiooe. Cooſtaos fama eſt Vincentium cum illibato virginitatis flore ex hac mortali vita diſceſſiſſe, quem ille, ut illæſum ſervaret, gravi infirmitate correptus mori potius, quam caſtitatis jacturam ſubire conſtanti animo decrevit, poſt quam decem omnino annos beoe io paſcendo gregem conſumpſiſſet. Interfuit quartæ, quintæ, & ſextæ Synodo Provinciali à S. Carolo Borromęo, cui gratiſſimus erat, celebratæ. Mortalitatem explevit aono 1582. menſe Novembri ſolemni funere cohoneſtatus maximo in templo, & ſepulchro hoc addito epitaphio. B

a Caſteneolæ, filius de Marinis Presbyter Chien. Decretorum Doctor an. 31. ex Actis.

Vincentio Mariao Chienſi Albæ Pompejæ Epiſcopo, virtutibus omnibus, quę Chriſtianum Antiſtitem decent inſignito. Jo. Philippus de Matthia, hujus Eccleſię cantor alumnus P. P. v. Kal. Martii M.D.LXXXIII. C

XLIX 48. AURELIUS Zibramontes, Mantuanus, Abbas Graſſani, Ducis olim Guillelmi à conſiliis, hac eadem ſede nobilitatus eſt anno 1583. die 28. Martii: pauloque poſt tranſlatus ad Eccleſiam Caſaleoſem.

L. 49. LUDOVICUS Michaelis Mantuaous ad eandem ſedem promotus eſt anno 1583. die 19. Decemb. Fato functus eſt die Veneris 27. Aprilis ann. 1590. ſepultus in Cathedrali ante aram B. Mariæ.

LI. 50. ALBERTUS Caprianus, nobilis Maotuaous, eandem ſedem obtiouit anno 1590. die 30. Julii. Pro Duce Mantuæ in Hiſpania functus legatione. Virtute clarus, & ſapientia præditus, mortales reliquit die 23. Jaouarii anno 1595. Jacet in Cathedrali io ſacello SS. Petri, Pauli, atque Andreæ Apoſtolorum.

LII. 51. JOANNES Anſelmus Carmitanus *b* Mantuaous, hanc ſedem conſcendit anno 1596. die 26. Auguſt. Deceſſit anno 1604. menſe Julii 6. ſepultus in Cathedrali prope ſuum prædeceſſorem. D

b Carmitanus.

LIII. 52. FRANCISCUS Pendaſius, Mantuanus, Albæ Epiſcopus electus eſt anno 1605. die 18. Jul. à Paulo V. Sedit an. 11. Io patria mortuus eſt 3. Sep. hora 14. an. 1616. Jacet in Eccleſia S. Franciſci.

LIV. 53. VINCENTIUS Agnellus Suardus, Mantuanus, generis vetuſtate, ac virtute clarus ex Prothonotario Apoſt. & utriuſque Signat. Pauli V. Referend. ſucceſſit Franciſco die 15. Decemb. 1616. tres annos Albenſem hanc rexit Eccleſiam, tranſlatuſque deinde eſt ad Mantuanum ſacerdotium anno 1619. De quo vide in noſtro 1. to. de Epiſc. Mantuanis, quorum ſeriem eo ipſo vivente clauſimus. Defunctus deiode eſt Antiſtes venerabilis ætare grandævus 1645. Innocentio X. P. M. ſedente, ſepultus in Cathed.

54. LUDOVICUS Gonzaga Mantuanus Albæ Antiſtes electus anno 1619. die 12. Aug. Deceſſit aono 1633. LV.

55. FRANCISCUS, Gandulphus à Portu Mauritiæ maritimæ Liguriæ, aotea Albintimilienſium Epiſc. ad hanc Eccleſiam tranſlatus an. 1633. die 10. *c* Jan. Vir egregia virture præditus, charuſque Carolo Emanueli, Victorioque Amadeo Sabaudiæ Ducibus. Taurini mortem obiit anno 1638. die 4. Nov. ibidem ſepultus io Metropolitana. LVI.

c 12. Jan. ex Actis.



56. Fr. PAULUS Britius *d*, nobili familia Braidenſi patre Gabriele natus, Ord. Mio. diſtrictioris Obſerv. profeſſor, Sac. Theol. Doctor, clarus eruditione, & rerum antiquarum peritus, delatas quaſque ſibi in ordine dignitates cum ſtrenue geſſiſſet. ex Theologo, & conſiliario Sereniſs. Chriſtinæ Borboneæ Ducitsæ Sabaudiæ in ejuſdem gratiam ab Urbano VIII. ad hanc Alben. Eccl. ſublimatur ao. 1642. die 15 Dec. Romæ muous conſecrat. accepit à Card. Veroſpio Auximano Epiſc. Ubi primum ſolemni pompa Albam eſt ingreſſus, duplicem jacturam, quæ Turris campanaria ex ruina inopinata attulerat, Epiſcopalium nempe ædium, & antiquorum, recentiorumque monumentorum reſarcire aggreſſus, nonnulla ſummo labore, & induſtria congeſſit, ædes autem magnifice reſtauravit, Eccleſiaſticam diſciplinam bellorum vi pene extinctam ſuavi prudentia reſtituit. Religioſæ vitæ ſectatores amore. & pecunia proſequitur, cujus olim opera ſui inſtituti Cœoobium in Braida fuerit exædificatum. Ex pluribus mooumentis, Occidentaiem Eccleſiaſticam Hiſt. in lucem emittere cogitat. Seraphicam vero Pedemontaoam typis excuſit, pluraque meditatur ad eruditos paſcendos homines: cujus ea nomiois, & familiæ Anagr. licet divinare. LVII.

d De quo doſertus in Syllabo ſcriptorum Pedemontii. p. 459. Mandoſ.

IBIS PLUS ULTRA; neſcit tua gloria metas;
Quæ meta eſt aliis, Jaaua PAULE tibi eſt.

Britia gens gerit pro ioſigniis ſcutum bipartitum argenteum, & puniceum.

ADDITIO.

(„ *Paulus autem deceſſit meaſe Novembri aa.*
„ *1665. Ejus ſcripta recenſentur à Roſſetto in Sylla-*
„ *bo ſcriptorum Pedemontii p. 459.*

„ CÆSAR *de Blandrate, ſeu Brandatus,* LVIII
„ *Aſtenſis ex nobilibus parentibus ortus, J.U.D. Ar-*
„ *chidiaconus Eccleſiæ Cathedralis Vercellenſis,*

Vi-

„ *Vicariiſque generalis Epiſcopi Novarienſis primum, tum Terdonenſis, ac tandem Mediolanenſis Archiepiſcopi, renunciatus eſt Albenſis Epiſcopus die 3. Maji 1666. mox autem inſequenti Junio è vivis ereptus eſt.*

LIX. „ VICTORIUS *Nicolinus ab Eccleſia, Nobilis Taurinenſis, juris utriuſque laurea inſignitus, Cantor, & Canonicus Salutiarum Cathedralis, cujus etiam Epiſcopi Vicarii generalis munere egregie perfunctus fuerat, ad Albenſem Cathedram evehitur die 16. Martii 1667. Viginti quatuor expleverat annos in Paſtorali cura, cum menſe Septembri anni 1691. ad laborum exantlatorum præmium evocatur.*

LX. „ HIERONYMUS *Provana, Nobilis Nicienſis, Ordinis Clericorum Regularium Theatinorum, Epiſcopus Albenſis creatur menſe Majo 1692. Egregius verbi Dei concionator, & chriſtianam morum diſciplinam optimè callens, quam in religionis ſuæ ſcholis è cathedra profeſſus fuerat. Taurinenſem Theatinorum domum rexerat. At non diu Albenſem gregem regere illi conceſſum: vix enim exacto quadriennio fato ſurripitur menſe Auguſti 1696.*

LXI. „ JOSEPHUS *Rottarius, nobilis Aſtenſis, J. U. D. Patriæ Cathedralis Archidiaconus, & S. Officii Conſultor, tum Vicarius Capitularis, non etiam generalis Aſtenſis extitiſſet, hac infula ornatus eſt die 27. Martii 1697. dum annum ætatis ſuæ triceſimum nonum ageret.*

ALBINTIMILIENSES EPISCOPI.



ALBINTIMILIUM ampla quidem & ingens Liguriæ vetuſtiſſima Civitas fuit, ut ſcribit Strabo, quam Vintimiliam corruptè vulgus appellat, Intimilii olim habitatores vocati ſunt. *Ligures* (inquit idem) *partim Ingauni, partim Intimilii vocantur; eorum Coloniæ ad mare deductæ, una quidem Albium Intimilium, quaſi Alpium, altera vero diviſim magis, Albingaunum vocatur.* Olim municipium Romanorum fuit teſte Tacito in Annal. ubi cujuſdam Liguriæ fœminæ egregium recitat facinus, apud ipſum patratum. In ea natam aſſerunt Agricolæ viri clariſſimi matrem ab Othoniana claſſe in prædiis ſuis interfectam, & Ælium Pertinacem Romanorum Imperatorem ex Ælio Libertino patre, in agro Lolii Gratiani non longe ab Intimilio. Hujus civitatis meminit Varro, Plinius, Ptolomæus, Cicero, antiquaque itineraria, ex recentioribus præter alios Leander Albertus, & Cluverius antiquæ Italiæ. Genuenſis Reipublicæ nunc ditionis eſt ab anno 1238. & ut fert humana conditio, quæ olim ingens & fœta populo fuerat, alit pene, & continet ad 2000. mortalium. In ea ſalutis verbum diſſeminarunt Barnabas Apoſtolus, Nazarius, & Celſus invicti Chriſti martyres, ut in actis eorumdem legitur, ſed corrupte pro Intimilia, Temerum ſcriptum, & Melia pro Cemelia, quod oppidum ea tempeſtate fuit Liguriæ in Alpibus teſte Ptolomæo, cujus Epiſcopus legitur Valerianus circa ann. Domini 450. ejuſdemque etiam Cemilienſis Eccleſiæ Epiſcopi aliqui recenſentur in Gallicanis Conciliis. Apud hanc urbem S. Secundus ex Legione Thebanorum, unus cohortium tribunus, in Diocletiana perſecutione ſub Agreſto Liguriæ Præfecto palmam ſumpſit martyrii, à ſancto Mauritio earumdem Legionum Duce ſyndone mundo involutus, in agonis loco ſepultus, cujus deinde caput in Cathedrali, cætera vero lipſana ſacra Taurinum relata, magna veneratione coluntur: cujus feſtum Albintimilii tanquam præcipui patroni habetur 26. Auguſti. Nec minorem huic civitati attulit gloriam Gucta Divi Antonii Anachoretarum Patriarchæ mater, quæ ex ſtirpe nobili Albintimilienſi, (ut plerique teſtantur ſcriptores) ſuam traxit originem. Epiſcopalis dignitas forte ab ipſo Apoſtolo Barnaba in hac civitate ſuum habuit initium, tametſi de illis priſcis Epiſcopis nulla reperiatur mentio. Ajunt tamen in Chalcedonenſi Concilio quemdam Albintimilienſem Epiſcopum interfuiſſe, clarius tamen in 8. Synodo ſub Agathone Papa celebrata, legitur Joannes Albintimilienſis Epiſcopus, à cujus memoria per ſpatium 500. annorum nulli alii reperiuntur. Nec defuit in me nulla ex parte diligentia, ut jejunam Joannis ſucceſſorum ſeriem in noſtris hiſce commentariis concinnarem. Prævaluit vel inſcitia, vel aliorum incogitantia. Epiſcopus Suffraganeus eſt Mediolanenſis Archiepiſcopi. Satis exigua eſt ejus diœceſis, pluraque tamen nobiliora oppida complectitur. Cujus taxa in Apoſtolicæ Cameræ libris 102. florenorum eſt, expletque cenſus omnis Epiſcopatus ſumma Romanorum ſcutatorum 850. Eccleſia Cathedralis perantiquæ & elegantis ſtructuræ B. Mariæ in cœlum Aſſumptæ dicata eſt, olim Junoni ſacrum fuit templum, ut ex antiquo inſcriptionis fragmento, quod adhuc extat percipere licet. Tribus dignitatibus nobilitatur, quarum præcipua Præpoſitura („ *tum Archidiaconatus, & Cantoratus.*) Octo ibi Canonici ſunt, („ *quos inter utraque* „ *Præbenda*) aliique minorum gentium beneficiarii, cum reliquo promiſcuo Clero. Inſignibus reliquiis SS. locupletatur, Divæ ſcilicet Catharinæ maxilla, aliaque S. Blaſii, digito S. Nicolai, cum inſigni fruſto ſanctiſſimæ Crucis. Seminarium alit Alumnos divino cultui ſubſervituros. Religioſorum tria omnino monaſteria numerantur, cum unico Xenodochio, unica ſocietate laicorum, nullum autem ibi Monialium Cœnobium, nulla collegiata, neque Mons pietatis ad ſublevandam tenuiorum egeſtatem ſpectatur. Extra civitatem ultra flumen Rotubam, quod ab Alpibus deſcendens, eandem ab Oriente alluit (Rodoriam hodie vocant) cœnobium eſt D. Auguſtino dicatum in planitie ſitum, ante cujus veſtibulum pars lapideæ columnæ conſpicitur antiquiſſimæ cum hujuſmodi inſcriptione.

IMP. ANTONINUS PIUS
FELIX AUG. PON.
CURAVIT.

Vetuſtiſſimam etiam habent in civitate eccleſiam olim Caſtoria & Pollucis Fanum, quam priſci Albintimilienſes D. Michaeli Archangelo conſecrarunt. Porro Albintimilienſium Præſulum ſeriem in hunc modum, qui ſequitur, noſter labor expiſcavit.

1. JOANNES Epiſcopus Albintimilienſis ſub Agathone Pontifice Concilio interfuit anno 680. à cujus exceſſo per ſpatium 500. annorum haud reperi ſucceſſorem. I.

(„ MILDO *Vigintimilienſis Epiſcopus circa an.* „ *940. ſubſcripſit inſtrumento Attonis Vercellenſis* „ *Epiſcopi apud Areſium in ſerie Chronol. Abbatum* „ *S. Ambroſii Majoris Mediolani inter privileg.* „ *p. 36.*) II.

2. STEPHANUS Lateranenſe Concilium ſubſcripſit ſub Alexandro III. anno 1179. I.

3. NICOLAUS Canonicus S. Mariæ in vineis Januenſis diœceſis, à Capitulo eligitur anno 1234. à Gregorio IX. confirmatur. Habetur in regiſtro ejuſdem Pontificis ſequens epiſtola ad Epiſcopum Albigaunenſem, & Abbatem Tilieti ordinis Ciſtercienſis, ubi ejus electio memoratur, & ejuſdem ad Sedem Apoſtolicam appellatio contra Mediola- IV.

nen-

nenſem Archiepiſcopum, qui nulla rationabili cauſa Nicolai electionem irritam declaravit.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.
Epiſcopo, Præpoſito Eccleſiæ S. Mariæ Albiganen. & Abbati de Tilieto Aquen. Diœceſis.

Significabimus D. Presbytero, & G. Canonicis majoris Eccleſiæ, nobili viro Andrea de Carmandino, Poteſtati, Conſiliariis, & Communi Vigintimilienſi. Nos noveritis accepiſſe, quod cum nuper Eccleſia Vigintimilien. Paſtoris ſolatio deſtituta, vota canonicorum ejuſdem Eccleſiæ die ad eligendum ſtatuta fuiſſent in diverſa diviſa I. Striaportus tunc Poteſtas & Conſiliarii civitatis ejuſdem timentes, ne propter contentionem hujuſmodi bona Vigintimilienſis Epiſcopatus poſſent aliquid ſuſcipere detrimentum, de voluntate, ac conſenſu capituli Eccleſiæ ſupradictæ, tres viros providos, & honeſtos civitatis ipſius cum uno de canonicis ſupradictis unanimiter elegerunt, quibus rerum temporalium cuſtodiam ab eis, de ipſis fideliter conſervandis juramento recepto primitus commiſerunt, donec per Sedem Apoſtolicam determinatum fuiſſet, quis in Eccleſia ſupradicta foret Epiſcopus ordinandus. Cum autem nuper I. clericus de Acate, qui venerabilis fratris noſtri Mediolanenſis Archiepiſcopi, & F. de Derivo, qui ſe proponit Vigintimilien. electum ſe nuntium eſſe dicebat, ad partes ipſas accedens, vellet Epiſcopatus jam dicti bona recipere fraudulenter, ipſi ſicut convenit attendentes, quod dilectus filius Nicolaus canonicus ſanctę Mariæ in vineis Januenſis & Vigintimilien. electus ab Epiſcopo ſupradicto, qui minus rationabiliter electionem caſſarat ipſius, ad audientiam noſtram appellant. obtinuiſſet à nobis ſuper hoc dilect. fil. noſtr. O. S. Nicolai in Carcere Tulliano Diac. Cardinal. Auditorem, id fieri minime permiſerunt, propter quod Nuntius ſupradictus contra juſtitiam & poſt ap. ad nos ab eiſdem interpoſitam in ipſos excommunicationis, & interdicti ſententias protulit motu proprio voluntatis: quare à nobis humiliter poſtulabant, ut eis providere ſuper eis de benignitate Sedis Apoſtolicæ dignaremur. Quia vero nobis non conſtitit de præmiſſis, mandamus quatenus, ſi rem inveneritis taliter ſe habere, à poteſtate, conſiliariis, & communi præfatis, de memoratis bonis fideliter conſervandis, & de ipſis etiam ſine dilatione, ac difficultate qualibet reſtituendis Epiſcopatui antedicto, & Pontifici per Sedem Apoſtolicam, vel alias ei de ipſius mandato canonice præferendo ſufficiente cautione recepta ad cautelam, abſolutionis beneficium impendatis, & relaxetis ſententiam interdicti. Quod ſi non &c. tu frater Epiſcope &c. Datum Laterani 5. Id. Junii anno 7.

Habemus in eodem regiſtro ejuſdem Gregorii aliam epiſtolam ad Nicienſem Epiſcopum contra hunc Nicolaum, apud Sedem Apoſtolicam de variis exceſſibus accuſatum anno 1241. quæ eſt huiuſmodi.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.
Epiſcopo Nicienſi.

Olim intelleximus, quod venerabilis frater noſter, ſi dici debet, Vigintimilienſis Epiſcopus, nec in Epiſcopatum per oſtium eſt ingreſſus, nec officium ſuum ſequitur, non officiendo ſubjectis, dũ in ipſius foro Eccleſias, & eccleſiaſtica beneficia mercãtur Simonis mercatores, & nihil coram eo de ſpiritualibus ſpiritualiter agitur, ſed plus offerentibus conceduntur: & cum ipſe vitæ ſit diſſolutæ, detinens publice concubinam, propter quod ſubditi exemplo ſuo corrupti, ad inhoneſta, & turpia facilius prolabuntur, non ſolum eorum exceſſus non corrigit, ſed potius ab eis recepta pecunia eos in ſuis fæcibus remanere permittens, matrimonia in gradibus divina lege prohibitis in ſua diœceſi contrahi patitur, & contracta legitime pecuniæ ſeparat interventu. Clericos, & Eccleſias Vigintimilienſis civitatis, & diœceſ. gravans importabilibus exactionibus, & collectis, ex ipſis ſpurios ſuos, & perſonas nutrit alias inhoneſtas in quarum familiaritate maculatur infami, uſuras à clericis ſuis, quarum crimen utriuſque Teſtamenti pagina deteſtatur, extorquet, cum concubinariis, & filiis diſpenſans eorum, abſolvit manuum injectores Sede Apoſt. inconſulta, & contra eam laxat temere lubricum linguæ ſuæ publice mentiendo, quod non præcellit ſummus Pontifex in conceſſione Indulgentiæ ſimplicem ſacerdotem, & quod concubinam de noſtra detinet licentia ſpeciali, factas ſibi confeſſiones revelare, ac pluribus excommunicationum ſententiis innodatus, divina celebrare, imo quantum in eo eſt, verius profanare præſumit, in animæ ſuæ periculum, & eccleſiaſticæ diſciplinæ contemptum, propter quod Abbati de Tilieto Ciſtercienſis ordinis noſtris dedimus literis in mandatis, ut ſuper iis inquirens diligentius veritatem, quæ inveniret per ſuas nobis literas fideliter intimaret, præfixo ipſi Epiſcopo termino peremptorio competenti, quo perſonaliter noſtro ſe conſpectui præſentaret, interim omnis mutui, & alienationis contractu ſibi penitus interdicto. Cumque præfatus Abbas ſuper præmiſſis juxta mandatum noſtrum diligenter inquirens, ad nos negotium remiſerit ſufficienter inſtructum, nos illud venerabili fratri noſtro Sabienſi Epiſcopo duximus committendum, qui quæ coram eo fuere propoſita nobis retulit diligenter. Verum cum idem Auditor dictum Epiſcopum ad reprobandum dicta teſtium, & inſtrumentum quoddam per quæ ſibi objecta videbantur plene probata, de ſpeciali mandato noſtro admittens, prædicto Abbati ſuis literis injunxiſſet, ut teſtes quod idem ſuper articulis ei ſub ſigillo tranſmiſſis producere volebat reciperet, & eorum dicta infra certum terminum ab eodem Auditore præfixum ad ipſum remittere procuraret, dictus Epiſcopus præfati Auditoris literis minime præſentatis, anno, & dimidio amplius jam elapſo, prioribus deteriora committit: Ne igitur dictus Epiſcopus de ſua poſſit malitia gloriari, præcipiendo mandamus, quatenus eumdem Epiſcopum ab officio & beneficio authoritate noſtra ſuſpendens ipſum, ut infra tres menſes poſt receptionem præſentium ſe noſtro conſpectui repræſentet, pœnam pro meritis recepturus modo præmiſſo eadem auctoritate appellatione remota compellas. Si vero dictus Epiſcopus omnino in ſua obſtinatione perſiſtens, infra dictos menſes ad Apoſtolicam Sedem venire contempſerit, qua creſcente contumacia, creſcere debet & pœna, ex tunc Capitulum, & Clerum Vigintimilienſem, & alios ſubditos ab obedientia, & juramentis, in quibus tenetur eidem, abſolvere, & donec aliud mandaverimus, omnis mutui, & alienationis contractum ſibi penitus interdicas. Datum Laterani 6. Kal. Julii anno 14.

Non potuit Gregorius viam univerſæ carnis ingreſſus Nicolai exceſſus telo Apoſtolicæ juſtitiæ jugulare, quem Innocentius IV. anno ſui pontificatus primo Epiſcopatu perpetuo amovit, ſine ſpe reſtitutionis ad ipſum, vel promotionis ad alium. En epiſtola ſuper iis capitulo Vigintimilien. ſcripta, quæ extat in Reg. Vatic. fol. 93. anni primi.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei
Capitulo Vigintimilien.

Ea quæ per Sedem Apoſtolicam ſtatuuntur, firma debent, & illibata perſiſtere, & ne pravorum hominum malitiis in dubium revocentur, literis convenit Apoſtolicis commendare. Deferente ſiquidem ad aures noſtras clamoſa inſinuatione per fide dignos ſæpius inculcata, quod quondam Vigintimilienſis Epiſcopus ſimonia, incontinentia, & aliis criminibus irretitus, bona Vigintimilienſis Eccleſiæ dilapidans enormiter, & conſumens, ſubditis quibus eſſe debuerat via vitæ, factus erat per illa, quæ committebat enormia cauſa mortis, nos conſiderantes quod ea ſic conniventibus oculis pertranſire ſalva conſcientia non poteramus, nec etiam debeamus, venerabili fratri noſtro Epiſcopo Nicienſi noſtris dedimus literis in mandatis, ut inquiſita ſuper præmiſſis diligentius veritate, quæ inveniret, fideliter redacta in ſcriptis, ad nos ſuo intercluſa ſigillo, per fidelem nuntium deſtinaret, præfigens eidem terminum peremptorium competentem, quo noſtro ſe præſentaret conſpectui pro meritis recepturus, nullis literis obſtan-

tibus ſupra eodem negotio à Sede Apoſtolica impetratis. Cumque idem Epiſcopus procedens in inquiſitionis negotio juxta formam ſibi traditam ſervato juris ordine diligenter ad Apoſtolicam Sedem acta omnia ſub ſuo ſigillo præfixo eidem termino peremptorio competenti remiſiſſet, nos prædictum Vigintimilienſem aliquandiu poſt terminum exſpectantes, quia nec venit, nec ſe rationabiliter excuſavit, inquiſitionis proceſſum fecimus aperiri. Inſpectis igitur quæ continebantur in ipſo, & deliberatione ſuper eis habita diligenti, quia per ea, quæ contra eum probaverant, quod dolentes referimus, invenimus ipſum non ſolum inutilem, ſed damnoſum, eum de f. n. conſilio, ab adminiſtratione ſpiritualium, & temporalium, Vigintimilienſis Eccleſiæ, auctoritate Apoſtolica exigente juſtitia ſine ſpe reſtitutionis ad ipſam, vel promotionis ad aliam per diffinitivam ſententiam duximus amovendum, eadem auctoritate ipſum ab omni honore, ac dignitate, & executione Pontificalis officii perpetuo ſuſpendentes, proviſione ipſius Eccleſiæ Sedi Apoſtolicæ reſervata. Nulli ergo noſtræ amotionis, & ſuſpenſionis, &c. Si quis &c. Datum Laterani 15. Kal. Aprilis anno primo.

Idem poſtea Innocentius, cum humilitatem Nicolai reſpexiſſet, eundem de gratia ſpeciali ac famam, ac legitimos actus reſtituit, & quod ſacerdotali officio uti libere, ac beneficia Eccleſiaſtica, ſeu dignitates, non tamen Pontificalem, obtinere valeret indulſit, ut ex ſequenti ad ipſum data epiſtola in Regiſtro Vaticano habetur.

Innocentius Epiſc. ſervus ſervorum Dei, &c.
Nicolao quondam Vigintimilienſi
Epiſcopo &c.

Qui delinquentes filios juſtitia exigente percutimus, eoſdem proceſſu temporis, miſericordia ſequente ſanamus, ipſorum, cum lacrymis Apoſtolicæ implorantium gratiam pietatis, votis annuentes humilibus divinæ obtentu clementiæ, quæ corde contritos, & humiles gratia proſequitur, & ſalute. Cum itaque tu per nos qui generalis judicii ſedem providentia regimus, & Pontificali officio ex certa cauſa ſententialiter depoſitus fueris, & tuo miſerando ſtatui ſupplici humilitate petiveris per ſedis Apoſtolicæ miſericordiam ſubveniri, nos ad famam, & ad omnes legitimos actus perſonam tuam reſtituentes de gratia ſpeciali, tibi quod ſacerdotali officio uti libere, ac beneficia eccleſiaſtica, ſeu dignitates alias obtinere, auctoritate prædicta indulgemus. Ita tamen quod ſi te ad Pontificalem vocari contigerit dignitatem, illam nequaquam recipias abſque Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis. Si quis autem &c. Datum Lugduni Id. Julii anno 3.

V. 4 Fr. JACOBUS de Caſtro Arquato Placentinus Ordinis Prædicatorum Nicolao depoſito ſufficitur ab Innocentio IV. 1245. Primam ejus notitiam habemus ex ejuſdem Pontificis literis in Reg. Vatic. quarum tenor talis eſt.

Innocentius Epiſc. ſervus ſervorum Dei, &c.
Capitulo Vigintimilien. &c.

Aſſumpti quamvis immeriti, diſponente Domino, in plenitudinem poteſtatis illos, quos litterarum ſcientia, morum honeſtas, converſatio laudabilis, & titulus Religionis adornant, eo libentius in partem honoris, & ſollicitudinis, prout ſe offert opportunitas evocamus, quo per tales operarios vinea Domini Sabaot conſuevit fructificante ſurculo ſtudioſius excoli, ac ſecurius, ne ipſam demoliantur vulpeculæ cuſtodiri. Cum igitur Nicolaum quondam Vigintimilienſem Epiſcopum ab adminiſtratione Vigintimilienſis Eccleſiæ duxerimus ſuis culpis exigentibus amovendum, nos conſiderato diligenter quod adeo Eccleſia veſtra per mali Paſtoris deſidiam, & nequitiam eſt collapſa in ſpiritualibus, & temporalibus diminuta, quod niſi per alicujus prudentis, & Deum timentis ſollicitudinem, & induſtriam reſtauretur, de levi poſſet ad caſum irreparabilem devenire, habita etiam ſuper hoc deliberatione cum noſtris fratribus diligenti, quia voluntas Dei fuit, ut cito nobis quod volebamus occurreret, dilectum filium fratrem Jacobum Ordinis Prædicatorum virum profecto ſecundum cor noſtrum providum, & honeſtum, & in ſpiritualibus & temporalibus circumſpectum, cui de prærogativa virtutum, & morum ibi ii, qui eum plenius cognoverunt, teſtimonium laudabile perhibetur, Eccleſiæ veſtræ, in Epiſcopum præfecimus, & Paſtorem, plena ſibi tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus adminiſtratione conceſſa, ſperantes firmiter, immo pro certo probabili argumento tenentes, quod eadem Eccleſia ſub ipſius regimine incrementa grata ſuſcipiet auctore Domino &c. Quocirca firmiter præcipiendo mandamus quatenus ipſi cui munus conſecrationis impendimus, tanquam patri, & paſtori animarum veſtrarum plenè, ac humiliter intendentes exhibeatis eidem obedientiam debitam, & devotam, ejus ſalubria monita, & mandata ſuſcipiendo devote, ac inviolabiliter obſervando; alioquin ſententiam quam idem rite tulerit in rebelles ratam habebimus, & faciemus authore Domino uſque ad ſatisf. condig. inviolab. obſervari. Datum Laterani 15. Kal. Aprilis anno primo.

Eidem Epiſcopo idem Innocentius eodem die ſequentem ſcripſit epiſtolam, apud eundem Regiſtrum.

Innocentius Epiſc. ſervus ſervorum Dei &c.
Epiſcopo Vigintimilienſi &c.

Ut Eccleſia Vigintimilien in tuo jucundo adventu, ſpiritualium gratiam ſuſcipiat gaudiorum diſpenſandi cum illis, qui excommunicati ab Archid. tuo minores, ſeu ſacros ordines ab N. quondam Vigintimilien. Epiſcopo innodato ſuſpenſionis, & excommunicationis ſententiis per ſimplicitatem, & juris ignorantiam recepiſſe dicuntur, poſtquam fuerint per te, vel eumdem Archidiaconum ab excommunicatione hujuſmodi juxta formam Eccleſiæ abſoluti, impoſita eis pœnitentia competenti, plenam ſibi concedimus auctoritatem p. facultatem. Si vero ſcienter non tamen in contemptum clavium talia præſumpſerunt, iis per biennium ab ordinum executione ſuſpenſis, & impoſita ipſis pœnitentia ſalutari, ipſos poſtmodum, ſi bonæ fuerint converſationis, & vitæ ad gratiam diſpenſationis admittas. Datum Laterani 12. Kal. Aprilis anno 1.

Hujus Epiſc. temporibus Innocentius itidem IV. dignitatem Archidiaconatus in Eccleſia Vigintimilienſi ſuppreſſit, ſtatuitque, ut inde ſeptenarius Canonicorum numerus una cum Præpoſito ibidem futuris temporibus eſſet. En epiſtola ex eodem Reg. ann. 3. Pontif. num. 322. fol. 248.

Innocentius Epiſc. ſervus ſervorum Dei, &c.
Præpoſito, & Capitulo Vigintimilien.
Cunctis petentium &c.
uſque complere.

Ex parte veſtra ſiquidem nobis extitit intimatum, quod vos Eccleſiæ veſtræ facultatum tenuitate penſata, de aſſenſu venerab. fratris noſtri Epiſcopi veſtri provide ſtatuiſtis, ut Archidiaconalis dignitas in ipſa Eccleſia ulterius non exiſtat, ſed ſeptenario Canonicorum numero computato Præpoſito ſit contenta, & nullus in ipſa in Canonicum admittatur, qui per triennium, aut quadriennium non inſtiterit ſtudiis litterarum, nec præbendæ ſuæ proventus percipiat, qui ſemeſtre tempus ad minus in eadem Eccleſia reſidentiam non fecerit perſonalem, & non juraverit ſe ſtatutum hujuſmodi ſervaturum, prout in inſtrumento confecto exinde dicitur plenius contineri. Nos igitur juſtis precibus inclinati, quod ſuper iis à vobis provide factum eſt, ratum, & gratum habentes illud auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſ. ſcrip. pat. com. auctoritate Sedis Apoſtolicæ ſemper ſalva, niſi aperiente Domino manum ſuam, adeo ipſius Eccleſiæ facultates excreverint, quod prædictus Canonicorum numerus merito ſit augendus. Nulli ergo &c. noſtræ confirmationis &c. Si quis autem &c. Datum Lugduni 4 Nonas Januarii anno 3.]

5. N... cujus nomen reticetur in literis Innocentii IV. ad electum Vigintimilienſem anno 1251. VI.

in

in Reg. Vatic. epiſt. 230. ful. 33. ann. 8. A

Innocentius, &c. electo Vigintimilien. &c.

Perſonam tuam volentes honore congruo prævenire libenter illa concedimus tibi, per quæ in tua Eccleſia honorem habeatis, & eadem in te Eccleſia honoretur. Hinc eſt quod nos tuis precibus benignum impertientes aſſenſum, utendi mitra, ac anulo, nec non dandi benedictionem ſolemnem, ac faciendi Crucis ſignaculum, dummodo præſens aliquis Epiſcopus, vel Legatus non exiſtat, liberam tibi auctoritate præſentium concedimus facultatem. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c. Datum Lugduni 16. Kal. Februar. ann. 8.

VII. 6. UBERTUS Vicecomes *a* Mediolanenſis Uberti filius, Othonis Archiepiſcopi Mediolanenſis frater, in ejus gratiam Epiſcopus dictus eſt anno 1265. cujus meminere Ludovicus Eccleſia, Paulusque Morigia in Mediolanenſi hiſtor.

a De quo Corta in Manus Novit. p. 90. Mand.

VIII. 7. JOANNES Obiit anno 1304.

IX. 8. OTHO prædictæ Eccleſiæ Antiſtes ex Canonico anno 1304. electus à Capitulo, confirmatur à Benedicto II. Papa 2. Kal. Februarii, ex Reg. Vatic. E 393. anno 1. Deceſſit 1319. poſt cujus exceſſum Clericalis Senatus Jacobum Mixinium adlegit, ſed Joanne XXII. refragante, defuncto Othoni qui ſequitur, ſuffectus eſt. B

X. 9. Fr. RAYMUNDUS Ordinis Minorum Apoſtolicus Pœnitentiarius, à Joanne XXII. ad hanc ſedem provectus eſt an. 1320. 6. Kal. Decemb. Sedit plus minus annis 8 translatuſque eſt ad Eccleſiam Vencienſem in Gallia anno 1328. Id. Sept. ex Reg. Vatic.

XI. 10. Fr. PETRUS de Malocello Ord. Præd. electus 1328. 8. Id. Sept ex Regiſtr. Vatic. Obiit anno 1345.

XII. 11. Fr. BONIFACIUS Canonicus regularis Monaſterii Crotiæ Ordinis S. Auguſtini Ciſtaricenſis diœceſis ſucceſſit Petro anno 1345. 2. Kal. Februarii, à Clemente electus, ita in Reg. Vatic. epiſt 34. f. 22. ann. 3. Fato functus eſt ann. 1348.

XIII. 12. ANGELUS eadem dignitate præfulſit, electus ex Archidiacono Regino anno 1348. 19. Kal. Decembris. Præfuit annos 2. & ad Tricaricenſem Eccleſiam translatus eſt anno 1350. 13. Kal. Decembris, ex Reg. Vatic. ep. 96. fol. 37. ann. 7. & ep. 24. fol. 13. ann. 9. Clementis VI. C

XIV. 13. Fr. GISO, ſive Gieſius, ſeu Pinus *b* Ordinis Prædicatorum ad eandem Sedem promotus eſt, 1350. 10. Kalend. Decembris. ut in Regiſt. Vatic. E. 33. fol. 46. Fuit inde factus Archiepiſcopus Brundiſinus 5. Non. Novembris ann. 1352. ex eodem Reg. Clementis VI.

b Petrus Gieſius vocatur à Fontana in Theſ. p. 110.

XV. 14. RUSTIRIUS floruit 1354. ex lib. proviſ.

XVI. 15. BERTRANDUS à Clemente VII. Antipapa electus anno 1380. Avenioni degebat, ſacroque Collegio ſolitum ſubſidium diſſolvit, menſe Decembri, ex lib. Proviſ. Clemen. VII.

XVII 16. PETRUS anno 1390. nomine ſui prædeceſſoris ſacro Collegio detulit ſolitum ſubſidium die 10. menſis Decembris; qui etiam ipſe ex unius Antipapæ Benedicti XIII. pendebat arbitrio, qui tum Avenioni in Galliis diverſabatur. Suſpicor autem inter ipſum, & Bertrandum, alterum interceſſiſſe Epiſcopum; ſiquidem illum Petrus ſuum prædeceſſorem, non anteceſſorem appellat: nec à vero procul aberit, ſi dicamus, Urbanum VI. vel Bonifacium IX per idem tempus eidem Eccleſiæ attribuiſſe Paſtorem, qui ſequens eſt. D

XVIII. 17. BENEDICTUS Albintimilienſis Epiſcopus floruit 1407. Hic S. R. E. Theſaurarius erat ex lib. 1. de diverſis formis ſub Innocentio VII. pag. 47. (" *Anno 1409. interfuit Concilio Piſano.*)

XIX. 18. BARTHOLOMÆUS deceſſit ann. 1417. ex eod. lib

XX 19. THOMAS Rivatus de Berengariis, Amerinus, Canonicus S. Pauli Leudienſis, Apoſtolicæ Sedis Capellanus, ac Sacræ Rotæ Auditor, à Martino V. hujus Sedis Antiſtes adlectus eſt 1419. Kal. Aprilis, ex deceſſu Bartholomæi. Deceſſit Romæ



ſub eodem Pontifice anno 1422. exordiente. Sepultuſque eſt apud S. Mariam Majorem prope præſepe Domini, ubi adhuc in prægrandi tabula marmorea ejus leviter inſculpta effigies ſpectatur, cum gentilitiis ſtemmatibus, quæ tria obliqua raſtra continent, cum hujuſmodi inſcriptione.

Sepulchrum R. Patris D. Thomæ Rivati de Ameria, J. U. Doctoris, Epiſcopi Vigintimilienſis, Sacri Palatii Apoſtolici cauſarum auditoris, qui obiit Romæ Pontificatus domini Martini Papæ V. die xxvii. Januarii, cujus anima requieſcat in pace.

20. OTHOBONUS Bellonius ad eandem dignitatem promotus eſt anno 1422. 12. Kal. Martii. Hic diuturniorem tulit ætatem, mortuuſque eſt anno 1452. ex libro Proviſionum Prælatorum. XXI.

21. JACOBUS Savonenſis, Cameræ Apoſtolicæ Clericus, electus Epiſcopus eſt anno 1452. Id. Martii. Apoſtolicæ Sedis nomine frænavit Umbriam 1463. Deceſſit 1469. ex eodem lib. XXII


22. Fr. BAPTISTA de Judicibus *c* à Finali Liguriæ Ordinis Prædicatorum, vir longe doctiſſimus, ad hanc Eccleſiam aſſumptus eſt à Paulo II. anno 1469. 10. Kal. Maji. Quam adminiſtravit uſque ad ann. 1483. 6. die Aprilis; deinde translatus eſt ad Archiepiſcopatum Amalphitanum, anno vero 1484. ad Eccleſiam Patracenſem. Romæ è vivis exemptus eſt, atque apud S. Mariam ſupra Minervam tumulatus cum hoc epitaphio. XXIII

c De eo Oldoinus in Athen. Liguſt. Mandoſ.

Baptiſtæ ex Judicibus, humanæ divinæque doctrinæ profeſſori Pontifici Intemilienſi, poſt Patracenſi, qui vixit ann. LV. Julianus Card. S. Petri ad Vincula familiari opt. & B. M.

Reliquit autem Baptiſta ſui ingenii egregia monumenta, hoc eſt ſuper Evangelia Commentaria, aliaque opera doctis omnibus probatiſſima.

23. GUILLELMUS paulo ante Archiepiſcopus Amalphitanus, ad hanc Eccleſiam translatus eſt, quem parum vixiſſe ex eo conſtat, quod inſecuto anno, Baptiſta de Judicibus, cum titulo Patracenſis Archiepiſcopatus, hanc Eccleſiam iterum ſuſcepit adminiſtrandam, Amalphitano relicto, ut habent acta Conſiſtor. XXIV



24. ANTONIOTTUS Pallavicinus *d*, Genuenſis, Albintimilienſis Epiſcopus declaratus eſt, XXV.

d De eo Ciaconius Oldoini.

ſub

ſub finem Sixti IV. Pontificatus. Vir ſane clarus cum nobilitate generis, tum exaggeratis virtutibus, quas jam inde ab adoleſcentia impenſius excoluerat. Parentes habuit Bobianum, ac Peregrinam Selvagiam, natuſque eſt anno 1441. Sub Innocentio VIII. quo familiariter utebatur, Datarii munere functus eſt, evaſitque Pampelonenſis Epiſcopus, ac mox Aurienſis; anno vero 1489. Purpura exornatus, inter ſacros Senatores conſedit ſub titulo S. Anaſtaſiæ, quem in S. Praxedis deinde titulum commutavit. Nec minus Alexandro VI. Pontifici charus fuit, ac Innocentio VIII. antea extitiſſet: ſub eodem enim Pontifice item Datariam exercuit. Romæque Alexandro jubente, præfuit Legatus, dum Pontifex Caroli VIII. victricia arma circumferentis declinaſſet colloquium. Sub Julio vero II. factus Epiſcopus Prænestinus, trepida illa legatione perfunctus eſt, cum Ludovicus XII. Rex Gallorum, ac Ferdinandus Rex Hiſpaniarum ad Savonam invicem collocuti, Neapolitanum Regnum inter ſe diviſerunt, agente Antoniotto, arridenteque Pontifice Julio, percuſſo fœdere, contra Venetos conſpirarunt. Inde reverſus Romam, haud diu ſuperſtes fuit; obiit enim 1507. die 10. menſis Septembris: vir omni virtutum genere ornatiſſimus, inque proferenda ſententia liber, ac imperterritus, ubi maxime divinus honor ageretur, atque Eccleſiaſticum decus. Scripſit ejus elogium Ubertus Folietta, meminitque illius Garimbertus, Guicciardinus, & alii. Plures nepotes habuit, in quibus tres Eccleſiaſticam vitam profitebantur, ejuſdemque æmulabantur virtutes; Hieronymus ſcilicet Epiſcopus Alerienſis in Corſica, Philippus Adjacenſis item Corſicæ ditionis, atque Joannes Baptiſta Cavallicenſis in territorio Avenionenſi. Hic ille eſt, quem poſtea Leo X. Senatoria purpura exornavit. Antoniotti cadaver in Baſilica Divi Petri tumularunt, in ſacello ab ipſo iis verſibus exornato.

Antoniottus Cardinalis S. Praxedis mortem præ oculis ſemper habens vivens ſibi poſuit. Anno MDI.

Cum autem deinceps, majoris ornatus gratia, illam Baſilicæ partem diruiſſent, Antoniotti oſſa in Eccleſiam S. Mariæ de Populo in nobiliſſimum marmoreum ſepulchrum prope nepotem Jo. Baptiſtam Cardinalem tranſtulerunt. Sed cum iterum major Capella, ut vocant, elegantiori forma exciperetur, diruenda foret, nec ibi diutius quieſcere potuerint. Itaque in Ghiſiorum Senenſium ſacellum Michaelis Angeli Bonarotii, tum architectura, tum pictura viſendum, Pallavicinianum illud intulere ſepulchrum, tametſi reclamante tunc Fabio Ghiſio Senenſi eruditiſſimo, atque doctiſſimo homine, utriuſque Signaturæ poſtea Referendario, Vicelegato Ferrariæ, Melitenſi Inquiſitore, atque hoc tempore Epiſcopo Nardenſi in Regno. In eo autem ſepulchro hæc verba inciſa leguntur.

D. O. M.

Antoniotto Pallavicino Genuenſi Epiſcopo Prænestino S. R. E. Card. S. Praxedis ſub Innocentio VIII. Alexandro VI. Julio II. ampliſſimis Legationibus, maximiſque Reipub. muneribus ſumma cum laude probitatis, atque prudentiæ perfuncto. Jo. Baptiſta Abbas S. Antonii Gen. U. S. Referendarius, & Babilianus Pallavicini fratres ob diſturbatam veteris ſepulchri ſedem in Vaticanæ apſidis demolitione ut eodem tumuli loco, cum Joanne Baptiſta fratris filio Card. conderetur tranſlatis oſſibus pio patruo poſ. MDXCV.

XXVI 25. ALEXANDER Fregoſius, filius Cardinalis Pauli Genuæ Ducis, hujus Eccleſiæ adlectus Epiſcopus eſt 1488. Non. Martii. Plura adiit pericula, variaſque ærumnas perpeſſus eſt, ut illorum temporum tulerat fortuna belli. A Gallis in ſervitutem abductus eſt Mediolanum anno 1511. cum anno 1502. Epiſcopali munere ſe abdicaſſet, ut liberius politicis negotiis poſſet vacare. Hujus meminit Guicciardinus ad an. 1520.


26. DOMINICUS Epiſcopus Naulenſis ad hanc Eccleſiam fuit tranſlatus an. 1502. die 24. menſis Januarii. XXVII.

27. INNOCENTIUS Cardinalis Cibo cum hanc Eccleſiam ſuſcepiſſet adminiſtrandam, eo munere volens abivit anno 1519. XXVIII.

28. PHILIPPUS de Mare *a* Genuenſis, quem nonnulli Philos appellant, hanc ſedem adminiſtrandam ſuſcepit anno 1519. eandemque rexit 35. annos, eoque demum munere ſe abdicavit anno 1554. XXIX.

a De hoc Oldoin. in Athen. Ligust. Mandoſ.

29. JOANNES Baptiſta de Mare creatus eſt 1554. die 18. menſis Maji. Deceſſit anno 1561. XXX.



30. CAROLUS Vicecomes *b* Mediolanenſis patriæ Senator, atque ejus ordinis ad Philippum II. Hiſpaniarum Regem Orator, inde à Pio IV. vocatus, Prothonotarius Apoſtolicus primum effectus eſt, anno vero 1561. die 5. Menſis Decembris. Epiſcopus ſupradictæ ſedis declaratus, ac miſſus Tridentum, ut intereſſet Concilio. Cum ibi ſe prudenter geſſiſſet, atque ad Pontificis votum, quæ in mandatis habuerat, tranſegiſſet, ut Vicecomitis virtus, ſolertiaque præmio non careret, ab eodem Pontifice creatus eſt Cardinalis 1565. ad titulum SS. Viti, & Modeſti, die 12. menſis Martii, eidemque Feretranam Eccleſiam attribuit adminiſtrandam. Cæterum breve admodum gaudium retulit ea purpura. Deceſſit enim eodem anno Romæ menſe Novembri; ſepultuſque eſt apud ſuum titulum, quo paulo ante fuerat inſignitus. XXXI.

b De quo Ciaconius Oldoin.

D. O. M.

Carolo Vicecomiti Mediolanenſi S. R. E. Card. Qui Pio IV. Pont. Max. ex Senatu Regio ad Epiſcopatum, inde ad Cardinalatum provectus, multis ad Reges, Imperatoreſque legationibus ſumma cum laude functus, vetuſtiſſimæ gentis ſuæ nobilitati præclaræ omni parte reſpondit. Vixit An. XLII. Obiit Romæ Idibus Novembris anno ſalutis M.D.LXV. Carolus Vicecomes Abizati Comes Magno Patruo B. M. P.

31. BENEDICTUS Cardinalis Lomellinus, Anagninus Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam fuit tranſlatus 1565. die 6. menſis Julii. In ea ſede vix menſem, ac paucos dies explevit, cum iterum tranſlatus eſt ad Lunenſem, & Sarzanenſem Epiſcopatum die 7. menſ. Septemb. ejuſdem anni, anno vero 1579. vitam cum morte commutavit. De quo ſupra lib. 1. XXXII.

32. CAROLUS Grimaldus, Genuenſis, Sagonenſis antea Epiſcopus in Corſica, ad hanc Eccleſiam fuit tranſlatus 1565. die 8. menſis Decembris; quam ille Eccleſiam octo annos adminiſtravit, tranſiitque deinde ad Albingaunenſem Epiſcopatum anno 1573. Concilio Tridentino interfuit dum adhuc Sagonenſem gereret Epiſcopatum. XXXIII.

33. FRANCISCUS Galbutius ad eandem ſedem ſubvectus eſt anno 1573. die 2. menſ. Januarii. Deceſſit 1581. („*Galbianus ſubſcribitur in Concilio* „*Mediolanen. IV. habito an.* 1576. XXXIV.

34. JULIUS CÆSAR Recordatus eodem digni- XXXV.

gnitatis gradu nobilitatus eſt 1581. die 21. menſ. Maji. Deceſſit 1602. A

XX XVI. 35. STEPHANUS Spinula, Genuenſis, ad eandem ſedem promotus eſt 1602. die 15. menſ. Aprilis. Deceſſit 1614. („ *Laudatur à Joſepho Silos* „ *in hiſt. Cleric. Regul. par. 2. l. 3. p. 138.*)

XX XVII. * Ex Append. t. p. 36. * HIERONYMUS Curlus, Tabienſis, Albingaunenſis diœceſis, à Paulo V. electus eſt Epiſcopus Albintimilienſis anno 1614. menſe Novembri. Sedit plus minus annis duobus. Obiit in Corſica in oppido Baſtidæ, dum Apoſtolici viſitatoris munere fungeretur. Corpus in patriam à ſuis delatum, in eccleſia S. Dominici in majorum tumulo conditum fuit, ubi ajunt, appoſitam fuiſſe inſcriptionem, ejus promeritas laudes perbelle exprimentem.

XXX VIII. 37. NICOLAUS Spinula Genuenſis, in facultate Theologica inſigniter doctus, à Paulo V. ex Theatinorum Ordine ad hanc ſedem fuit aſſumptus anno 1617. die 30. menſis Januarii. Deceſſit 1622.

B

XX XIX. 38. JOANNES FRANCISCUS Gandulphus de Portu Mauritio in eadem ſede floruit 1622. die 20. menſis Martii; inde poſtea translatus eſt ad Albenſem Eccleſiam, hoc eſt anno 1633. die 10. menſis Januarii („ *Fuit Abbreviator de Parco Ma-* „ *jori, laudaturque à Ciampino in enarratione ſyno-* „ *ptica Abbreviatorum p. 36. ſcripſit Epiſtolam Itali-* „ *cè, quam habes in opere, cui titulus:* Diſpaccio hi- „ ſtorico di Fr. Domen. Antonio Gandolfo pag. 9. „ *Mandoſius.*)

XL. 39. LAURENTIUM Gavottum deinde Savonenſem, Clericum Regularem Theatinum, ac S. Andreæ de Valle Romæ Præpoſitum, Albintimilienſibus Urbanus VII. Antiſtitem præpoſuit, anno 1633. Die 20. menſis Junii. Adhuc ſuperſtes

* Ex Append. t. p. eſt. * Nuncium remiſit Gavottus an. 1654. [„ *Laudatur à Silos in hiſt. Cleric. Regular.*)

XLI. 40. MARCUS Promontorius, Januenſis, Ordinis S. Benedicti Monachus, electus die 22. Augusti 1654.

A D D I T I O.

C

[„ *Maurus (non Marcus, ut perperam appellatur ab Ughello) cum diu hanc Eccleſiam laudabiliter rexiſſet, deceſſit 4. Januarii 1685.*

XLII. „ JO. HIERONYMUS *Naſellius, Nobilis Savonenſis, J. U. D. patriæque Cathedralis Præpoſitus ad hanc cathedram evectus eſt 10. Septemb. 1685. decennio poſt ad Sarzanenſem translatus die 7. Februarii 1695.*

XLIII „ JO. STEPHANUS *Paſtorius, nobilis Januenſis, in patria cauſarum primum patronus, tum judex Synodalis, S. Officii Conſultor, ac Archiepiſcopi Januenſis Vicarius generalis, demum Epiſcopus Vintimilienſis creatus eſt die 2. Maji 1695. Obiit vero in Fano Romuli, ſeu S. Remigii die 29. Maji an. 1700.*

XLIV „ AMBROSIUS *Spinula, Nobilis Januenſis, Congregationis Clericorum Regularium S. Barnabæ, cujus aliquot Collegia Præpoſitus rexerat tum Januæ, tum in S. Severini Oppido, electus deinde Provinciæ Etruriæ Provincialis, mox in Urbe Adſiſtens, denique ad hanc ſedem promotus eſt 6. Junii 1701. translatus deinde ad Sarzanenſem 10. Martii 1710.*

D

XLV „ CAROLUS *Maria Maſcardus, Nobilis Januenſis, Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli pariter alumnus, poſt varias ordinis ſui bene geſtas Præpoſituras, hanc Eccleſiam adminiſtrandam ſuſcepit 7. Aprilis 1710.*)

ALEXANDRIÆ STATELIORUM

EPISCOPI



NON diſſentiunt Scriptores, hoc eſt, Blondus, Merula, Volaterranus, Platina, Corius, Leander Albertus, & alii, cum narrant Alexandriam, quam vulgus appellat della Paglia, fuiſſe ædificatam à Mediolanenſibus, Placentinis, ac Cremonenſibus populis, quos Æneobarbus Fridericus debellaverat, atque in honorem Alexandri III. Pontificis, cujus fuerant partes ſecuti, illam appellaſſe Alexandriam. Hoc ipſum etiam narratur in vita Alexandri III. M. S. in Vaticana. Idemque diffuſius tractat Romualdus Salernitanus in ſua Chronic. At populus Alexandrinus tanti beneficii memor, eidem Alexandro, ſucceſſoribuſque ſuis, ac Romanæ Eccleſiæ ſubjectionem, & reverentiam, ac fidelitatem per ſpeciales nuncios exhibuit anno 1169. Placet hic monumentum, ſeu inſtrumentum ſuper hac re confectum adſcribere, quod è Regiſt. Vaticano Innocentii III. lib. 9. deprompſimus.

In nomine Domini.

Anno Dominicæ Incarnationis 1169. a & 11. *anno Pontificatus D. Alexandri III. ſummi Pontificis, & univerſalis Papæ menſe Januarii* 2. *indictione. Nos Ruſinus Blancus, & Guillelmus de Bergamonte Conſules de civitate Alexandriæ. Notum facimus, quod in præſentia Dominorum Bernardi Portuenſis Epiſcopi, Hubaldi Tit. S. Crucis, Joannis tit. SS. Joannis, & Pauli, Ildebrandi tit. Baſilicæ XII. Apoſtolorum, Joannis tit. S. Anaſtaſiæ, Alberti tit. S. Laurentii in Lucina, Guillelmi tit. S. Petri ad Vincula, Battii tit. S. Pudentianæ, Petri tit. S. Laurentii in Damaſo, Joannis tit. S. Marci, Theodini tit. S. Vitalis Presbyterorum Cardinalium, & Jacinthi S. Mariæ in Coſmedim, Cincii S. Adriani, Manfredi S. Georgii, Jacinthi S. Euſtachii, & Petri S. Mariæ in Aquino Diac. Cardd. & ſubſcriptorum teſtium, qui ad hæc vocati venerunt, Petri videlicet Saraceni Seneſcalchi, Joannis Ancillæ Dei Mareſcalchi, Petri Butticulari, Alberti, & Albertini Hoſtiariorum ex parte conſulum, & populi prædictæ civitatis per fuſtem offerimus Deo, & Beato Petro, & vobis præfato Domino noſtro Papæ Alexandro, veſtriſque Catholicis ſucceſſoribus, Sanctæque Romanæ Eccleſiæ in perpetuum, Terram ſcilicet proprii juris noſtri, quæ eſt infra prædicta civitate, quam populus ipſius civitatis ad conſtruendam ibidem Eccleſiam emit, & per eandem inveſtituram volumus terram ipſam omni tempore R. E. jure precario pertinere. Præterea de communi conſulum, & totius populi mandato, militum domos, & mercatorum, & quorum facultas videbitur ſufficiens ad boves alendos, & de ſingulis domibus tres denarios ejuſdem terræ, in feſto B. Martini exolvent ſingulis annis. Cæteri de ſingulis domibus unum denarium, & infra octavas B. Martini ſolvent ei, cui Romanus Pontifex juſſerit. Conſules vero, qui per tempora ibi conſtituentur, fidelitatem vobis veſtriſque ſucceſſoribus, omni occaſione, & contradictione remota jurabunt. Nos quoque de mandato aliorum conſulum, & populi civitatis vobis fidelitatem facimus, & noſtras manus, licet indignas, inter veſtras ſan-*

a Anno 1170. 3. Ind. ſcribitur apud Ghilinum, apud quē in multis variat hoc documentum.

Ciſſi-

ctiſſimas manus mittentes, vobis hominium fecimus, & populus terræ quando communiter jurabunt conſulibus, ſingulis ſcilicet triennis ſic conſtitutum eſt jurabunt paritee Romano Pontifici. Hoc ſcriptum. quia interfui, ſcripſi.

Ego Falco Notarius, & ſcriba Sacri Benevent. Palatii.
Ego Petrus Saracenus Seneſcalc. teſtis, &c.
Ego Guiſcardus teſtis, &c.
Ego Petrus Butticularius teſtis, &c.
Ego Albertus Hoſtiarius teſtis, &c.
Ego Albertinus Hoſtiarius teſtis, &c.

In eodem Regiſtro lib. 9. Epiſt. 93. alterum offendimus monumentum, quod, ad cognoſcenda hujus civitatis primordia, debitamque ſubjectionem erga Romanam Eccleſiam, juxta fidelitatis homagium, quod primi cives Alexandro Pont. ſponte obtulerunt, nonnihil juvat, hujuſmodi exemplo ſcriptum eſt.

Sanctiſſimo Patri & Domino Innocentio Dei gratia ſummo Pontifici.

Vi. Mediolanen. Eccleſiæ Archipreſbyter licet indignus, & Ariprandus dictus Vicecomes ejus humilis, & devotus ſubdiaconus tam devotam, quam debitam in omnibus ſubjectionem. Placuit Beatitudini veſtræ, Pater ſanctiſſime, nobis ſervulis veſtris dare in mandatis, ut ad civitatem Alexandriæ perſonaliter accedentes, clerum, & populum ad pacem, & concordiam cum Aquenſibus faciendam, necnon ad unionem acceptandam prudenter admonere, & diligenter inducere ſtuderemus. Verum quid ſuper his fecerimus, & quatenus laboravimus, partes ipſæ, & ſcripta noſtra per eas S. veſtræ directa liquido declarabunt. Quid autem ſuper fidelitatibus, & cenſu exigendis fecerimus, audiat Sanctitas veſtra pleniſſime veritatem. Convocavimus ſiquidem poteſtatem, conſules, & conſiliarios Alexandriæ, & oſtendimus eis qualiter tenerentur, & obligati eſſent ad cenſum, & fidelitatem Romanæ Eccleſiæ præſtandos. Qualiter inſuper in ſignum hominii ſe dederant in manibus fel. mem. D. Alexandri, à quo ipſa civitas denominationem acceperat. Oſtendimus etiam eis, & perlegimus inſtrumentum publicum, in quo omnia iſta continebantur: qui verbum noſtrum non minus alacriter, quam devote ſuſcipientes cum omni feſtinantia, præceperunt campanam pulſari, ut multitudo populi conveniret, qui ſcientes cauſam vocationis ſuæ cucurrerunt quaſi ad vocem jucundam, & vix præ gaudio, & exultatione ſuſtinentes verbum ſibi propoſi clamaverunt quaſi una voce cum ingenti lætitia, & tripudio maximo. fiat, fiat voluntas Domini noſtri, & ſic in omni pace recepimus hominium, & fidelitatem poteſtatis, conſulum, & conſiliariorum univerſorum, qui ad locum illum convenerant: & inde fecimus fieri publicum inſtrumentum. Deinde quoſdam honeſtos viros, qui monitores Civitatis vocantur, fecimus nuntios noſtros, quos jureſjurando nobis aſtrinximus, ut ſingulas oras, vicos, & plateas civitatis circuireat, & fideliter ab univerſis fidelitatem, & cenſum ſecundum inſtrumenti tenorem exiberent, & reciperent, ac quidquid ſuper iis facerent, totum per publicam ſcripturam nobis oſtenderent, & conſignarent; quæ omnia bene, & ſolemniter facta ſunt. Sunt autem qui juraverunt in ſumma quinque millia octingenti, ſexaginta ſex, ſicut in inſtrumentis veſtræ Paternitati tranſmiſſis continetur. Summa cenſus librarum vigintiquinque Papienſium, & hæc omnia per Joannem Tornielum ſubdiaconum veſtrum Canonicum Novarienſem, & quoſdam ſocios ſuos nuncios Alexandrinos diſtinamus. Ad hæc noverit veſtræ celſitudinis immenſa diſcretio, quod per ea quæ vidimus, & cognoſcimus, manifeſte credimus, & nullatenus dubitamus, quod vobis, & Eccleſiæ erit ad gloriam, & utilitatem maximam, ſi honore, & exaltatione intenderitis Alexandrinos.

P. Poteſtati, & populo Alexandrinorum. Cum dilectus filius Joannes Tornellus ſubdiaconus noſter, & N. Vicedominus Aquenſis, & nobiles viri R. Scacavel, & P. Fantinus nuncii veſtri ad ſedem Apoſtolicam acceſſiſſent cenſu debito nobis, & inſtrumento, in quo eorum nomina erant ſcripta quæ nobis fidelitatem præſtiterant, præſentiates pro veſtris, & civitatis veſtræ negotiis promovendis diligenter, ſolicite inſtiterunt, ita quod nullatenus poſſint de negligentia reprehendi ſed eorum diligentia poteſt merito commendari. Et licet negotium ſecundum ſuam voluntatem non fuerit uſquequaque promotum, finem tamen congruum ad honorem, & profectum abſque dubio eſt ſortitum, juxta quod ad ſcandali materiam removendam magis cognovimus expedire. Monemus igitur univerſitatem veſtram, & exhortamur in Domino per A. V. S. mandantes, quia in fidelitate, ac devotione Apoſt. Sedis ſicut laudabiliter incœpiſtis, ita fideliter perſeverare curetis, quod gratiam Apoſtolicæ Sedis mereamini plenius, & favorem. & nos ad ea, quæ veſtrum reſpiciunt commodum, & honorem merito debeamus impendere operam efficacem. In ſignum autem gratiæ ſpecialis mittimus vobis ſub inſigni B. Petri vexillum, ut ipſe vos tamquam filios ſpeciales contra hoſtes mentis, & corporis cuſtodiat, & defendat.
Datum Ferentini 11. Kal Junii an 9.

Anno vero 1175. Alexander eam civitatem Epiſcopali dignitate ornavit, cum Eccleſiam Sancti Petri erexiſſet in Cathedralem, eidemque multis gratiis, ac Privilegiis ſuffultum ARDUINUM Præſulem attribuiſſet; eoque nondum conſecrato, vita functo, alterum *a* ſuſtulit ad hujus dignitatis faſtigium, qui cum & ipſe munus conſecrationis percepiſſet, ad ſcandala ſedanda, idem Pontifex Alexander Algiſii Archiepiſcopi Mediolanenſis uſus conſilio, anno 1175. Aquenſem Eccleſiam Alexandrinæ ſtatuit uniendam, hac ſpeciali gratia, ut Aquenſis Epiſcopus munia Epiſcopalia in Alexandrina Eccleſia exerceret, & Alexandrinus Epiſcopus vocaretur, reſervato ſibi jure Aquenſis Eccleſiæ. Cæterum Baronius in Appendice ad ann. 1180. hæc de Epiſcopatus Alexandrini erectione ſcripta reliquit: *Eodem anno Alexander Papa dedit Epiſcopum novæ civitati Alexandriæ in Gallia Ciſalpina, non quem ipſius civitatis cives elegerant, ſed Aquenſis civitatis Epiſcopum, quem tranſtulit Alexandriam.* Extant de his litteræ datæ ab Algiſio Archiepiſcopo Mediolanenſi, qui hoc in mandatis acceperat ab ipſo Alexandro Pontifice, quarum priores ſic ſe habent.

a Ottonem nomine.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis clericis Alexandrinæ Eccleſiæ ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

De novitate, & neceſſitate proceſſit, quod præſente nuntio Mediolanenſis Eccleſiæ nulla præcedente electione, auctoritate noſtra vobis, & Eccleſiæ veſtræ electum providimus. Et ideo ne poſſit ex hoc vobis, vel ſucceſſoribus veſtris præiudicium fieri, auctoritate vobis Apoſtolica duximus providendum. Eapropter dilecti in Domino filii præſenti ſcripto ſtatuimus, ut ex hoc vobis non præjudicetur in poſterum, quominus, obeunte electo qui nunc eſt, & ſuorum quolibet ſucceſſorum, vos & ſucceſſores veſtri de Epiſcopis veſtris electionem liberam habeatis, ſicut canonici Eccleſiarum Cathedralium, quæ Mediolanenſi Eccleſiæ ſubjacent, habere noſcuntur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Auaguiæ 3. Kal. Feb.

Ego Otho Notarius Sacri Palatii autensicum hujus inſtrumenti vidi, & ut in illo reperi, ita in hoc ſcripſi, &c.

Poſterior autem Alexandri Papæ Epiſtola ad Alexandrinos ſic ſe habet.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis O. electo, & Canonicis Alexandrinæ Eccleſiæ ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Congruam officii noſtri actionem exequimur, cum ea quæ ad ornatum, & decorem domus Domini laudabili providentia ſtatuuntur, per nos incrementum accipiunt, & Apoſtolicæ tuitionis præſidio in ſuæ firmitatis robore convaleſcunt. Eapropter in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus benignius annuentes, Canonicam, quam filii electe in Eccleſia S. Petri de aſſenſu cleri, & populi ſtatuiſti, protectionis noſtræ munimine roborantes & electionem, quam de perſonis idoneis ad dignitates Eccleſiæ tenendas feciſti, dilectis filiis noſtris magiſtro Ugoni Præpoſituram, magiſtro Cataldo Archipresbyteratum, magiſtro P. Cantoriam provida deliberatione concedentes ratam habemus, Etiam & ſingulis prædictas dignitates auctoritate Apoſtolica confirmamus. Præterea Eccleſias uſibus veſtris filii canonici deputatas, ſcilicet S. Mariæ de Gamundio, S. Dalmatii de Maurigo, S. Michaelis de Soleriis, S. Stephani de Bergolio, S. Trinitatis de Vvilia, S. Andreæ de Rovereto, & S. Auguſtini de Foro, vobis nihilominus duximus præſentibus litteris confirmandas, ſtatuentes, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere. Si quis autem hæc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Tuſculi xv. Kal. Aug.

Ego Otho Notarius Sacri Palatii autenticum hujus bullæ vidi, & legi, & ſicut in illo reperi, ita in hoc ſcripſi, nihil addens, vel minuens, aut mutans, præter punctum, litteram, aut ſyllabam.

Ego Vermus Notarius Sacri Palatii autenticum hujus bullæ vidi, legi, & ſubſcripſi, &c.

Hactenus de litteris Alexandri Papæ ſcriptis ad Alexandrinos. Quæ autem, ut diximus, primo loco datæ ab Algiſio Archiepiſcopo Mediolanenſi ad eoſdem Alexandrinos de traslatione Aquenſis Epiſcopi in Eccleſiam Alexandrinam ſic ſe habent.

Algiſius Dei gratia S. Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus univerſi clero, & populo Alexandrino ſalutem, & omne bonum.

Licet quidam ex vobis, utpote in hujuſmodi ſolet accidere negotiis, nos quodam modo ſuſpectos habuerint, quod honori, & exaltationi civitatis veſtræ in aliquo derogare vellemus, pura tamen conſcientia nobis reſpondens, & ſequens rerum probavit effectus, propoſiti, & voluntatis noſtræ ſemper fuiſſe, ut civitas veſtra Pontificali ſede gaudeat, & proprium habeat Epiſcopum, qui veſtrarum curam gerat animarum, & vobis, & civitati veſtræ, Domino auctore, præeſſe debeat, & prodeſſe. Sane cum ante hos dies à Domino Papa acceperimus in mandatis, ut saniori habito conſilio venerabilem fratrem noſtrum Aquenſem Epiſcopum una cum ſede ſua in civitatem veſtram transferemus, id opportunitate accepta, curavimus effectui mancipare. Quocirca attendentes, quam pura, & ſincera charitate Dominus Papa vos, & civitatem veſtram amplexetur, quanta etiam cura, & ſolicitudine paci, & quieti veſtræ intendat: mandatum & voluntatem ipſius exequentes, & ejus pleniſſima freti auctoritate, prædictum fratrem noſtrum Epiſcopum una cum ſede ſua in civitatem veſtram Apoſtolica transferimus auctoritate, ac de cætero Epiſcopalia ibidem miniſtrans Alexandrinus vocetur Epiſcopus. Jura tamen, poteſtatemve Aquenſis Eccleſiæ, in qua prius ſedit, nec ſibi ſubtrahimus, nec ulla minuimus ratione, quo minus in ea, & aliis Eccleſiis ſuis plenum jus, & poteſtatem, ceu quondam, habeat. Sic itaque ipſum Cardinalem veſtræ civitatis conſtituimus ſacerdotem, ut omnia jura, & honores, quos in Aquenſi habet Epiſcopatu, ſibi reſervemus. Sic enim ipſum, & civitatem veſtram exaltare, & honorare voluimus, ut nihil eidem Epiſcopo videatur derogatum, ſed potius tanto majori prærogativa gaudeat, & ſpeciali privilegio, quanto en hoc majori fungitur honore, & officio, quod in veſtram civitatem translatus, jus & poteſtatem, quam in priſtinam habuit Eccleſiam non omittat. Quia ergo in hujuſmodi negotiis ſemper aliqui eſſe ſolent, qui verba pervertentes, cauteriatam habent conſcientiam, & commune bonum ſtudio malignitatis impedire nituntur, prudentiam, & diſcretionem veſtram rogamus attentius, ac monemus, & Apoſtolica vobis, ac noſtra præcipimus auctoritate, ut paci & tranquillitati veſtræ ſolicite providentes, Deo gratias in omnibus agatis, qui proprium, & ſpecialem vobis contulit Epiſcopum, qui veſtræ civitatis, & Epiſcopatus curam, & regimen debet habere. Credentes itaque hoc à Domino, à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum eſt, proceſſiſſe: veſtram attentius charitatem monemus, rogamus, & præcipimus, ut eundem Epiſcopum veſtrum ſincera devotione, ac digna reverentia ſuſcipientes, tanto majori honore ipſum prævenire ſtudeatis quanto majori affectu, & puriori dilectione hoc à Domino Papa factum, & à nobis proſecutum eſſe noveritis, ſcientes pro certo, & indubitanter credentes, quod per eum, Domino auctore, civitas veſtra exaltabitur. Et ut Dominus Papa, devotionem, & obedientiam veſtram in hoc cognoſcens, tanto propenſiori amore, & attentiori affectu vos honorare, & fovere curabit, quanto vos filios obedientiæ & pacis amatores inveniet, ſic & nos, & Eccleſia noſtra tanto propenſius commodo, & exaltationi veſtræ intendemus, quanto ampliorem manſuetudinem, & devotionem circa vos in hac ſumpſimus parte. Ne quid igitur in hac parte deeſſe videatur, vos omnes tam clericos, quam laicos à debito juramenti, & obedientiæ, quam O. quondam electo veſtro præſtiteratis, auctoritate Apoſtolica, ac noſtra abſolvimus: mandantes, & firmiter præcipientes, ut non ei de cætero ſed præfato Epiſcopo veſtro fidelitatem, ac obedientiam, omnemque devotionem exhibeatis, ipſumque tamquam ſpecialem, ac proprium paſtorem, & dominum revereri, & honorare curetis.

Datum Medeolani anno Domini 1180.

Ego Petrus qui dicor Ferrarius Sacri Palatii autenticum hujus inſtrumenti vidi, & legi, & ut in illo inveni, in hoc ita ſcripſi nihil addens, vel mutans præter punctum, ſyllabam, & litteram, &c.

Ego Otho Notarius Sacri Palatii autenticum hujus inſtrumenti vidi, legi, & ſcripſi, &c.

Ego Vermus Notarius Sacri Palatii autenticum hujus inſtrumenti vidi, legi, & ſcripſi, &c.

Verum cum hujuſmodi unio tunc ſuum non habuerit effectum, Innocentius III. anno 1205. eandem confirmavit, Terdoonſi Epiſcopo, ac Bonjoanni Vercellenſi Canonico ſcripſit, ut juxta Alexandri decretum in Alexandrina Eccleſia Epiſcopum eligi faciant. Hujus rei teſtem habeo ejuſdem Innocentii Epiſtolam, ex lib. 8. Reg. Vat. fol. 16. Ep. 53. à me deſumptam, cujus tenor, quoniam ad ea quoque, quæ de Epiſcopis hujus Eccleſiæ ſubjungemus, illuſtranda juvat, hic, prout eſt, adſcribo.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Terdonenſi Epiſcopo, & Bonjoanni Subdiacono noſtro Canonico Vercellenſi.

In litteris bonæ memoriæ Alexandri Papæ prædeceſſoris noſtri perſpeximus gratiam, quod ipſe precibus conſilio populi, & cleri Alexandrini, volens favorem benevolum impertiri, ad inſtantiam, & petitionem bo. mem. Galdini Archiepiſcopi Apoſtolicæ ſedis legati, & conſulum Mediolanen. Rectorum in Lombardiæ & Marchiæ deliberatione præhabita diligenti. Alexandrinam Eccleſiam, & ipſam pariter civitatem in honorem Beati Petri conſtructam, Pontificalis dignitatis titulo inſigniri bo. mem. Arduinum S. R. E. Subdiaconum ejuſdem concedere

in Epiſcopum, & Paſtorem Diœceſis, nihil ſibi minus aſſignata. Eodem vero electo, nondum in Epiſcopum conſecrato, viam univerſæ carnis ingreſſo, ſubſtitutus eſt alius, qui conſecrationis munus ſimiliter non percepit. Ad conſilium autem bo. mem. Algiſii ſucceſſoris Archiepiſcopi memorati, ut ſcandalum ſedaretur, & ſopiretur odium quod multi adverſus prædictam conceperant civitatem, idem noſter ſtatuit prædeceſſor, ut Alexand. & Aquenſis Eccleſiæ unirentur, ita quod Alexandrina prima ſedes exiſteret, & Aquenſis ſecunda, eidem Archiepiſcopo ſuis dans litteris in mandatis, ut eundem Epiſcopum, & per eum Eccleſiam ſuam ad hoc induceret diligenter, Archiepiſcopus autem mandatum Apoſtolicum cupiens executioni mandare, cum ipſe perſonaliter Alexandriam nequirat adire . . . . modo etiam Archipresbyterum illuc ſtuduit deſtinare, ſed impeditie Alexandrinę civitatis electo negotium tunc per eum non potuit conſummari. Ne id igitur quod bono pacis fuerat ordinatum per malignorum fallaciam differretur, idem Archiepiſcopus vocatis Mediolan. præfato Epiſcopo, & quibuſdam clericis civitatis prædictæ, Eccleſias prædictas univit, ſtatuens ut Aquenſis Epiſcopus in Alexandcina Eccleſia Epiſcopalia miniſtraret, & Alexandrinus Epiſcopus vocaretur, ſibi jure Aquenſis Eccleſiæ reſervato, ſed hujuſmodi unio non eſt effectum debitum conſecuta. Nuper autem Dil. f. Anſelmus Præsbyter, & nob. vir Ruſinus Miles ad noſtram præſentiam accedentes, ex parte tam cleri, quam populi civitatis ejuſdem nobis humiliter ſupplicarunt, ut cum ſint tamquam oves ſine Paſtore paſſim errantes, eo quod non habent proprium & alienum penitus non admittunt, ne prædicti greges ſodalium diutius evagari cogantur, dignaremur eiſdem Paſtorem proprium providere. Nos igitur quamquam jura prædictæ civitatis eiſdem ab Apoſtolica Sedis provida deliberatione conceſſa firma volumus, & inconcuſſa ſervari, attendentes tamen, quod licet duo electi fuerint in civitate prædicta, neuter tamen eorum exiſtit in Epiſcopum conſecratus, & unio poſtmodum conſtituta non fuerit effectui mancipata, & quod à tempore prædicti prædeceſſoris noſtri non habuerunt Epiſcopum, vel electum in tanto negotio cum maturitate de fratrum noſtrorum conſilio duximus procedendum diſ. V. per A. S. M. quatenus vocatis quos propter hoc videritis evocandis, & diligenter inquiſitis quæ circa negotium ipſum videritis inquirenda, ſi fieri poterit abſque gravi ſcandalo, & enormi præjudicio aliorum juxta primum modum, ſive ſecundum providcatis eiſdem Apoſtolici reſcripti perſonam idoneam in Paſtorem, alioquin omnia quæ ſuper iis invenietis redacta in ſcriptis ſub ſigillis veſtris ad noſtram præſentiam tranſmittatis, ut per veſtram relationem inſtructi, prout expedire videbimus in ipſo negotio procedamus.

Dat. 4. Id. Maii an. 8.

Anno vero ſequenti 1206. cum idem Innocentius intellexiſſet ex priori à ſe confirmata unione gravia inde ſcandala poſſe oriri Alexandri decretum moderavit, ſanxitque ut de cætero Alexandrina, & Aquenſis Eccleſia perpetuo quidem unitæ forent, atque unus, & idem Epiſcopus utriuſque unam, & eandem Pontificalem Sedem obtineret, ac Alexandrinus, & Aquenſis Epiſcopus diceretur, ſigillo communi utriuſque Eccleſiæ uteretur; unionem ſaluberrimis ſtatutis idem roboravit. Ne quis autem quæ de hujuſmodi unione propoſui, me divinaſse putet, profero diplomata duo ejuſdem Pontificis, quæ extant in Reg. Vatic. lib. 9. f. 92. ep. 81. his verbis.

Innocentius Epiſc. ſervus ſervorum Dei, &c.
Clero & Populo Alexandrino &c.

Cum Beatus Petrus Apoſtolus ab ipſo Jeſu Chriſto acceperit plenitudinem Eccleſiaſticæ poteſtatis, dubitari non debet, quin Apoſtolicæ Sedis Antiſtes, qui B. Petri ſucceſſor exiſtit, de rebus Eccleſiaſticis diſponendis plenariam, & liberam habeat facultatem, ipſa ſibi veritate dicente: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram &c. erit ſolutum, & in cælis &c. Ex hac ergo ſupernæ poteſtatis prærogativa proceſſit, quod f. mem. Alex. Papa prædeceſſor noſter attendens fervorem devotionis, & fidei, quam ei Alexandrinus populus tempore gravis, & grandis neceſſitatis exhibuit, Apoſtolicæ Sedis auctoritate decrevit, ut quoniam Alexandrina civitas longe major eſt, & populatior, quam Aquenſis, Epiſcopalis ſedes de illa, cui diœceſi eſt contigua, transferretur ad iſtam: vos itaque per honorabiles nuntias tam Clericos, quam laicos ad noſtram præſentiam deſtinatos, ſuppliciter poſtulaſtis, ut quod idem prædeceſſor noſter provida deliberatione decreverat, nos ejus veſtigiis inhærentes, faceremus executioni mandari. Volentes autem in tanto negotio cum debita maturitate procedere, prius duximus inquirendum, utrum id abſque gravi ſcandalo ſortiri poſſet effectum, quoniam ex hujuſmodi tranſlatione non ſolum Aquenſis civitas, ſed etiam Papienſis, quæ ipſius defenſionem ſuſceperat, ſcandalizari plurimum videbatur, nos utriuſque partis procuratoribus in noſtra preſentia conſtitutis plenam conceſſimus audientiam, qui cum ſuper hac re coram nobis cœpiſſent multipliciter altercari, partes noſtras interpoſuimus ad concordiam, ſtatutum prædicti prædeceſſoris noſtri taliter moderantes, ut Alexandrinam & Aquenſem Eccleſias uniremus, præſenti privilegio ſtatuentes, quatenus unus, & idem Pontifex utriuſque unam, & eandem Pontificalem ſedem obtinens in utraque: ne autem unio confuſionem inducat, ad diſcernendum ſpecialiter inter eas, ita duximus ſalubriter decernendum, ut negotia & cauſæ, quæ ad Eccleſiam ſpectant Aquenſem, Epiſcopus agat cum conſilio Aquen. Clericorum, quæ autem ad laicos, cum conſilio laicorum infra civitatem Aquenſem, vel ejus diœceſim in loco tam ipſis laicis, quam eidem Epiſcopo idoneo, & ſecuro. Quæ vero pertinent ad Alexandrinā Eccleſiam cum Alexandrini Capituli gerat aſſenſu. Habeat autem duplex ſigillum, ab una parte continens imaginem, & literas Aquenſis Epiſcopi, ab altera vero Alexandrini; cumque idem Epiſcopus ſcripſerit de Aquen. rebus, aut perſonis Aquen. ſcribat ſe tunc Aquen porra cum ſcripſerit de aliis rebus, aliiſque perſonis, ſi fuerit in Alexandrina diœceſi, ſcribat ſe tunc Alexandrinum: ſi vero in Aquen diœceſi, ſcribat ſe tantum Aquenſem, & e converſo, ut cum ejuſdem ſit dignitatis neutri per alteram derogetur. Chriſma vero uno anno conficiat apud unam Eccleſiam, & alio apud alteram; ſimiliter de Baptiſmo. Majores vero ſolemnitates æque diſtribuat inter illos, & quas uno anno celebraverit apud unam, altero celebret apud alteram: proprias autem ſolummodo celebret apud illam, cujus ſunt ſolummodo ſpeciales. Ordinationes vero Clericorum, quæ pertinent ad Aquenſem Eccleſiam, faciat in civitate, vel ejus diœceſi, loco tamen idoneo, & ſecuro. Apud utramque Eccleſiam, vel ejus diœceſes ſaltem per anni medietatem moretur, niſi forte neceſſitas, quæ legem non habet, exigat interdum aliter faciendum. Caſtra vero Aquenſis Eccleſiæ, quæ tenet Epiſcopus per homines fideles, & non ſuſpectos Aquenſibus faciat cuſtodire, & ſi forte, quod abſit, inter Alexandrinos, & Aquenſes ſcandalum orietur, homines illorum caſtrorum non juvent Alexandrinos adverſus Aquenſes, niſi eſſet contra Epiſcopi ſpecialem & ne propter hanc unionem altera Eccleſiarum, aut civitatum auctoritatem, aut poteſtatem, juriſdictionem, aut dominationem habeat ſuper reliqua, ne quod ad unitatem proviſum eſt, in contrarium aliquando convertatur. Cum autem Epiſcopus ex hac luce migraverit, prædictarum Eccleſiarum Canonici conveniant apud alteram, de qua inter ſe poterunt concordare, vel apud alium quemlibet locum, & quem omnes concorditer, aut major, & ſanior pars unius, ac major, & ſanior pars alterius elegerit in Epiſcopum, ejus electio per Mediolanenſem Archiepiſcopum confirmetur, dummodo nihil obſiſtat ei de Canonicis inſtitutis. Si vero ſecundum hanc formam convenire nequierint, aut eligant eli-

Digitized by Google

electores, qui eis Epiſcopum eligant eecipiendum ab omnibus, ſic electum, aut ad Sedem Apoſtolicam dirigant procuratores idoneos, per quos recipiant in Epi opum, quem Romanus Pontifex eis duxerit con endum. De primo autem acceſſu Epiſcopi conſec ad alterutrum prædictarum Eccleſiarum, aut eti civitatum hoc ſtatuimus obſervandum, ut ſicut E opi ſibi ſucceſſerint, ita vices alternent, quatem um unus poſt conſecrationem ſuam primo receptus erit apud unam, eeliquus poſtmodum recipiatur, mitus apud reliquam, invidia penitus relegata, ita dumtaxat, ut in iis quæ in utraque Eccleſia debet facere, alternatim incipiat ab Aquenſi. Probibemus ergo ne quis in utraque prædictarum Eccleſiarum de cætero fiat Canonicus, aut perſona, ne ſnpee hoc poſſit aliqua confuſio generari. Privilegia vero, & alia ſcripta, quæ peetinent ad Aquenſem Eccleſiam, in ſeeretario ipſius Eccleſiæ reponantue. Licet autem ntetuſque partis procuratores in noſtra præſentia conſtituti præſcriptam formam duxerint acceptandam, quia tamen privilegium meretur amittere, qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate, ſtatuimus, ut ſi forſan Aquenſes contra ſtatutum iſtud venire præſumpſerint, niſi ad commonitionem Romani Pontificis ſuæ correxerint præſumptionis exceſſum, Epiſcopalis ſedes de Aquenſi civitate ſicut præfatus prædeceſſor noſter decrevit, in Alexandrinam transferatue. Si vero Alexandrini contra idem ſtatutum exceſſerint, niſi ad commonitionem Romani Pontificis ſatisfecerint de exceſſu, perceptæ unionis vinculo diſſolvantur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſalva ſemper in omnibus Apoſtolicæ Sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſecularisve perſona ſciens contra hoc privilegium temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui careat dignitate, eeamque ſe Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtei Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Cunctis autem illud ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud Chriſtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen. Datum Ferentini per manum Joannis ſanctæ Rom. Eccl. in Coſmedin Diac. Cardinalis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cancellarii. ſexto Idus Junii, Indict. octava Incarnationis Dominicæ anno 1206. Pontificatus vero Innocentii Papæ III. an. 9.

Innocentius &c. Univerſo Clero Alexandrino &c.

Cum Aloxandeinam, & Aquenſem Eccleſiam duximus uniendas, ut uteiuſque ſit Eccleſiæ unus Paſtor, præſenti vobis auctoritate præcipiendo mandamus, quatenus venerab. featei noſtro Alexandrino, & Aquenſi Epiſcopo, tanquam Patri, & Epiſcopo animarum veſtrarum intendentes, ipſi obedientiam, & reverentiam exhibeatis debitam, & devotam. Datum Ferentini 11. Kal. Julii anno nono.

Parum deinde dignitas Epiſcopalis Alexandriæ perduravit, nam idem Innocentius ſtatim atque has duas Eccleſias in unum conjunxit, cum populus, civeſque Alexandrini Eccleſiæ inimicis adhæſiſſent, Alexandrinam Eccleſiam Epiſcopali dignitate exutam Aquenſi conjunxit, ita ut Paſtor Aquenſis etiam Alexandriæ præeſſet, nihilominus Epiſcopus ſolus Aquenſis diceretur. Manſit vero ad extrema Gregorii IX. tempora abſque peculiaris Paſtoris ſolatio, donec abjurato Friderico II. Imperatore, in devotione Eccleſiæ Romanæ ſtabilis permanſiſſet, anno 1240. Idem Gregorius dignitatem Epiſcopalem, juxta Innocentii privilegium reſtituit. Ejus facti præcipua memoria extat in bulla ejuſdem Gregorii IX. in Reg. Vatic. epiſt. 36. fol. 8. ann. 14. cujus tenor eſt hujuſmodi.

Gregorius Epiſc. ſervus ſervorum Dei, &c. Poteſtati, Conſilio, & Populo Alexandrino &c.

Regina mater Eccleſia ſponſa inclyta ſummi Regis illum circa filios ſibi per regenerationis lavacrum acquiſitos ordinem diſcretionis obſervat, quod ſicut eorum exceſſus condigna quandoque ſeveritate corrigit, ſic & opera devotionis ipſorum, opportuna retributione proſequi non deſiſtit. Sane de fel. mem. Alexandri Papæ prædeceſſoris noſtri benignitate proceſſit; quod pie conſiderans, civitatem veſtram in honorem Principis Apoſtolorum fuiſſe conſtructam, ipſam Pontificalis dignitatis titulo decoravit, Apoſtolicæ Sedis auctoritate decernens, ut quoniam Alexandrina civitas longe major eſt, & populoſior, quam Aquenſis, Epiſcopalis ſedes, de illa, cujus diœceſi eſt contigua transferatur ad iſtam. Peoceſſu vero temporis piæ recordationis Innocentius Papa prædeceſſoe noſter Alexandrino populo ſuppliciter poſtulante, ut quod idem Alexand. Papa provida deliberatione decreverat, faceret executioni mandari, ſtatutum ejuſdem taliter moderatum extitit, quod Alexandrinam Eccleſiam, & Aquenſem univit, ſtatuens ſicut in confecto ſuper hoc Apoſtolico privilegio continetur, ut unus & idem eſſet Pontifex utrinſque unam, & eandem ſedem obtinens in utraque; decrevit etiam, ut ſi forſan Aquenſes contra formam in eodem peivilegio declaratam venire præſumerent, niſi ad monitionem Romani Pontificis ſuæ corrigerent peæſumptionis exceſſum, Epiſcopalis ſedes de Aquenſi civitate in Alexandrinam transferretur, & ſi Alexandrini contra idem ſtatutum excederent, non ad Apoſtolica monita ſatisfacerent de exceſſu, præſcriptæ diſſolveretur vinculum unionis. Verum cum prædictus I. Papa pro eo quod vos tunc temporis inimicis Eccleſiæ adhæſiſtis, ad ipſius redire mandatum temere contemnentes, civitatem veſtram Epiſcopalis deſtituerit dignitatis honore; nos tandem attendentes, quod diebus iſtis per F. dictum Imperatorem, & Divina majeſtas offenditur, & fides Catholica damnabiliter impugnatur, in devotione Eccleſiæ inconcuſſi, & ſtabiles perſtitiſtis, ac in affectu noſtro geritur, ut ipſa ſemper in vobis reperire filios gratuletur, de f. noſt. conſilio dignitatem eandem civitati veſtræ reſtituendam duximus de gratia ſpeciali, vobis auctoritate Apoſtolica ut ipſa ſupradicti forma peivilegii perpetuis futuris tēporibus gaudeatis. Nulli ergo noſtræ conceſſionis &c. ſi quis autem &c. Datum Laterani 6. Id. Maji an. 14.

Harum Eccleſiarum unio ad annum uſque 1406. ſumma cum utriuſque civitatis gratia perduravit, tandem quicquid in cauſa fuerit, ut Innocentius VII. eam diſolverit, cuilibet proprium Paſtorem, Epiſcopumque attribuerit, & Archiepiſcopo Mediolanenſi ſuffragaretur, idem Innocentius retulit diplomate ſub datum Romæ 17. Kalend. Martii anno Pontificatus I. Hæc hujus civitatis, ejuſdemque Eccleſiæ veriſſima origo eſt, quæ eo certius potuit indagari, quo noſtris temporibus conſtat fuiſſe propiorem. Quo magis demiror eos, qui cum cognomen illud, *della Paglia*, ad laudem ingenii conati fuiſſent expendere, ideo ita fuiſſe appellatam contendunt, quod in ea Imperatores ex palea facta corona ſolerent inſigniri; quaſi vero inſulſiſſimæ huic fabulæ recentior Alexandrina ætas locum facere poſſe videatur, ignoreturque qua in civitate, qualique corona Cæſares cohoneſtarentur. Cæterum Alexandrina civitas in munitiſſimis Inſubriæ civitatibus poteſt adnumerari, tametſi haud longius murorum proferat fines. Fœta populo eſt, nec ſua nobilitate caret, forteſque viros, & ſapientia graves protulit ſemper. Olim paruit Vicecomitibus, poſtea Sfortianis, tum & Gallorum Regibus, denique Regum Hiſpaniæ jugum accepit. Sita eſt in amœniſſimo, ac fertiliſſimo agro, ad Bormidæ, & Tanaris amnium fluenta, quorum ille Urbis mœnia ad Orientem circumluit, hic medium interluit urbem in Padum decurrens. Habet ad Orientem Dertonam, ab Occaſu Aſtam,

hanc

A

hanc octodecim, illam decem millibus paſsuum diſſitam; ad Auſtrum Janua eſt 40. millibus diſtans, à Septentrione Aquas, & Papiam, hæc 20. illa 40. millibus abſunt. Cathedralis Eccleſia S. Petro Principi Apoſtolorum dicata: ibi S. Brandolinus honorifice requieſcit, qui temporibus Luitprandi Regis fertur vixiſse, quem hoc tempore ea civitas ut divum tutelarem veneratur, & colit. Exornatur eadem Baſilica reliquiis ſanctorum, ligno ſanctiſſimæ Crucis, & una ex ſpinis coronæ noſtri Redemptoris. Sacris in ea miniſtrant Canonici decem & octo, e quibus ſex dignitatibus eminent, Archidiaconus ſecundus ab Epiſcopo, Archipresbyter, Præpoſitus, Cantor, Decanus & Primicerius; ſunt & alii Capellani, ac Clerici ſeminarii alumni perplures. In civitate præter Cathedralem, in qua animarum curã Archipresbyter exercet, Parochiales Eccleſiæ duodecim, Collegiatæ cum Canonicis & Præpoſito duæ, Cœnobia diverſorum Ordinum mendicantium duodecim, Sanctimonialium quinque, Xenodochia quinque, Commendæ Hieroſolymitani Ordinis duæ, laicorum ſodalitates viginti duæ numerantur, præter alia pia loca, & Oratoria. Diœceſis magis populoſa, quam lata eſt, cum in longitudinem 16. in latitudinem 9. paſsuum millia extendatur. Pagos habet multos & 17. Oppida. Animæ recenſentur in civitate tredecim millia & nongentæ, in diœceſi 11180. quibus ſi jungatur urbanus populus, fient animæ ſub cura Alexandrini Epiſcopi 25. millia. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus ſcutorum 2000. taxatur vero in libris Cameræ ad florenos 293. cum dimidio. Hujus Eccleſiæ Præſulum ſeries ſequens eſt ex variis monumentis collecta.

B

I. 1 ARDUINUS Romanus Alexandri III. Pontificis Subdiaconus ab eodem Pontifice primus Alexandrinus Epiſcopus dictus eſt, anno 1175. inauguratus Mediolani ab Algiſio Sala ejuſdem civitatis Archiepiſcopo, fauſta Mediolanenſium, ac comprovincialium Epiſcoporum acclamatione, niſi importuna mors illum abſtuliſset, cum vix annum in ea dignitate electus expleſset.

II. 2 OTHO ſecundus Epiſcopus Alexandr. electus eſt anno 1176. Qui & ipſe munus conſecrationis non percepit, & in curia mortalem cum immortali vita commutavit. A cujus exceſsu Aquenſis Eccleſia, & Alexandrina ad invicem fuerunt unitæ, ita tamen, ut Alexandrina prima ſedes exiſteret, ut ad arbitrium unius ejuſdemque Paſtoris regerentur, ſed ob ortas difficultates duo fuerunt electi, neuterque confirmatus, donec Innocentius III. ut diximus, litem omnem ademit. In hujus civitatis Præſulum nota, ab ea Eccleſia mihi ſcribenti tranſmiſsa, inter Alexandrinos Epiſcopos numeratur quidam Arduinus anno 1180. Presbyter Cardinalis S. Crucis in Hieruſalem, quem faciunt ſucceſſiſse Othoni, obiiſseque anno 1206. Et quidem fateor iiſdem temporibus Arduinum quendam Cardinalem ejuſdem tituli floruiſse, qui ſub Innocentio III. fato ſunctus eſt 1198. ſed non hunc Arduinum electum fuiſse, qui ut ex diplomate Innocentii, exceſſit nondum conſecratus, cui ſucceſſit Otho, poſt hunc alium Anonymum.

III. 3 HUGO Torniellus Novarienſis ann. 1206. Epiſcopus Alexandrinus & Aquenſis, ille idem Alexandrinus Epiſcopus eſse dignoſcitur, qui ob ſimoniacas pactiones ab eo ſactas in lite, quæ in Curia Rom. pendebat, juſsu Innocentii III. ab executione Pontificalis & ſacerdotalis officii ſuſpenſus eſt an. 1212. ut ex epiſtola ejuſdem Abbati S. Stephani Bononien. & mag. Gre. Decretorum doctori Bononiæ commorante data Later. 4. Id Octob. Pont. an. 14. liquet in Reg. epiſt. 114. Hugonis etiam temporibus Innocentius III. Alexandrinam Eccleſiam Epiſcopali dignitate ſpoliavit, ut ſupra narravimus.

IV. 4 GUILLELMUS Epiſcopus Aquenſis Alexandrinus etiam fuit Epiſcopus poſtquam Gregorius IX. dignitatem pontificalem eidem Eccleſiæ reſtituiſſet anno 1240.

V. 5. HENRICUS electus anno 1252. 3. Kal. Junii.

VI. 6. ALBERTUS harum Eccleſiarum Epiſcopus anno 1262.

VII. 7. VIDO 1266.

VIII. 8. BONDINUS 1276.

IX. 9. GANDOLFUS Abbas S. Petri de Aquis anno 1277.

X. 10. ANSELMUS 1285.

XI. 11. OGLERIUS 1288.

XII. 12. ODO 1293. exceſſit anno 1342.

XIII. 13. VIDO anno 1343. 15. Kal. Auguſti electus.

XIV. 14. JACOBUS 1373.

XV. 15. FRANCISCUS obiit 1380. Antipapæ Clementis VII. fautor.

XVI. 16. Fr. CONRADUS Maleſpina, Ordinis Minorum, electus ab eodem Antipapa anno 1380.

XVII. 17. BEROALDUS ejuſdem Antipapæ aſſecla anno 1382.

XVIII. 18. VALENTINUS anno 1388.

XIX. 19. VIDO anno 1400.

XX. 20. HENRICUS Scarampus Aſtenſis tranſlatus ad Feltrenſem, & Bellunenſem Eccleſias anno 1402.

XXI. 21. Fr. BONIFACIUS de Longicato Ordinis Minorum, electus anno 1403. Eo Præſule Innocentius VII. diſſolvit unionem Alexandrinæ Eccleſiæ cum Aquenſi.

XXII. 22. Fr. BARTHOLINUS Beccarius *a* Alexandrinus, ex Ord. Eremitano S. Auguſtini Theologus, inſigniſque concionator, ab Innocentio VII. poſt tam longam viduitatis, hoc eſt ducentorum annorum, moram patriæ ſedi, ab Aquenſi ſejunctæ, Præſul eſt attributus anno 1405. 17. Kal. Martii. Fato ſunctus eſt 1414. ex lib. oblig.

a 1409 interfuit Concilio Pisano, dicitur que Bartholus

XXIII. 23. Fr. MICHAEL Mantegaza, Mediolanenſis, ex Ordine Eremitano S. Auguſtini Bartholino ſucceſſit, anno 1414. Quem ad Concilium Conſtantienſe Dux Mediolani legavit, Patreſque illius Concilii eundem delegerunt, qui Joannem Hus hæreſiarcham degradaret. Deceſſit 1432. Eoque anno 2. Id. Novemb. Alexandrinam Eccleſiam adminiſtrandam accepit Gregorius Eugenio IV. ſedente.

C

XXIV. 24. Fr. GREGORIUS de Lanzanegiis, Inſignis Theologus ex ordine Minorum, ex Reg. Apoſtolico apud Vvaddingum.

XXV. 25. MARCUS Marinonus, Mediolanenſis, eandem ſedem obtinuit an. 1443. Quem ex vitæ licentia, ſe ipſo factum deteriorem Calliſtus III honore Epiſcopatus ſpoliatum deturbavit de ſede anno 1453.

XXVI. 26. MARCUS de Capitaneis Novarienſis depoſito Marco ſuffectus eſt 1457. die 1. menſis Julii. Exceſſit è vivis 1478. die 1. Martii & in Cathedrali honorifice cum tali inſcriptione, terræ omnium parenti & exceptrici commendatus eſt.

D

Marmoris hoc tumulo ſunt Marci Præſulis oſſa
Clauſa; decuſque, ſalus, & pater urbis erat.
Hæc viduata diu ſedeſque vacaverat olim,
Cum tenuis menſæ decideatur opes.
Mittitur hic Paſtor, qui miro inceaſus amore,
Quærit opes ſparſas, inveterata novat.
Munera dat templis, divinæ laudis honores.
Edocuit Clerum, quæ benefactu manent,
Heu tandem ſenio confectus morte quievit
Venturis ſpeculum, religionis honos.
Nunc anima in cœlis patria meliore triumphans
Utitur angelicis facta beata choris.
Die 1. Mart. in Domin. MCCCCLXXVIII.

XXVII. 27. JOANNES Antonius *b* à S. Georgio Placentinus, Ambroſianæ Baſilicæ Præpoſitus, Juriſprudentia longe clariſſimus, publicuſque Papiæ legum profeſsor, ad hanc eandem ſedem promotus eſt 1479. 15. Kal. Martii, Sixto IV. ſedente. Pie, prudenterque hanc Eccleſiam adminiſtravit, cujus ſummam ædem exornavit, nobilique ſupellectili ſacra-

b De eo Ciaconius Oldoini tom. 2. p. 168.

rium locupletavit, ſolumque, ac ſitum prope templum coemit, ut ibi Canonicorum commodius domicilium conſtrueretur. Illum Romam Sixtus IV. vocavit, Auditoremque Sacræ Romanæ Rotæ declaravit, deinde Senatoria purpura ab Alexandro VI. donatus eſt anno 1493. anno vero 1497. *a* ad Parmenſem Eccleſiam translatus eſt. Romæ deceſſit ſub Julio II. Pontifice, tulitque ubique, & ſemper per antonomaſiam cognomen Præpoſiti, ob ſummam legum peritiam, de quibus immortalia monumenta tranſmiſit ad poſteros. Excedens autem è vivis, ſocietatem S. Salvatoris in ſacello ad Sancta ſanctorum ſuarum fortunatum hæredem inſtituit, ſepultuſque eſt apud S. Celſum, cum epitaphio, quod ſupra memoravimus, dum de Epiſcopis Sabinenſibus Cardinalibus narrationem inſtitueremus. Ejus emeritas laudes Camillus Porcarius funebri oratione complexus eſt, recenſautem doctiſſimus Hieronymus Ghilinus in I. parte ſui Theatri virorum literatorum.

a Anno 1500. dicitur in Parmenſibus.

XXVIII. 28. ALEXANDER Guaſco *b* nobiliſſimus Alexandrinus, Abbas, Protonotariuſque Apoſtolicus, Cardinali S Georgii ſuffectus eſt, ann. 1497. *c* Lateranenſi Concilio interfuit anno 1512. Fuit vir vividæ indolis, & qui majori fortuna dignus haberetur ab omnibus. Ejus itaque cum Leo X. introſpexiſſet virtutes, animique magnitudinem, Romandiolam Provinciam, quam per id tempus ſeditioſiſſimi quique, Graſſatoreſque nefandi cæde, latrocinus habebant infeſtam, Alexandro Guaſco legati poteſtati ſuccincto, frænandam attribuit, atque plectendam. Præſtitit id ille egregie, cum partem propudioſo laqueo, partem armis, partem mulctaſſet pecunia, partem exilio, partem notatos infamia traduxiſſet ad poſteros. Cæterum qui ultionem Legati eluſere feliciter, nefariæ conſpirationi in illum ſacramentum dixerunt. Itaque cum Præfectura illa abiiſſet, Romamque vocante Leone, fortaſſe cohoneſtandus purpura, proficiſceretur, à latronibus cum ſuo comitatu per inſidias prope Forum Livii eſt indigniſſime cæſus, maduitque proprio cruore, per fortunæ luſum, qui inter Senatores orbis terrarum emerita purpura rubere meruerat.

b De eo ... Paulus ... in hiſt. Foroliv. lib. ... p. 105. *c* Non ante annum 1500. Ghilinus in Annal. Alex. an. 1509. tradit eum Alexand. Epiſ. ...



XXIX 29. PALLAVICINUS, filius Franciſci Bernardini Vicecomitis Mediolanenſis, ad hanc ſedem promotus eſt, anno 1518. die 23. menſis Julii. Eccleſiam ſibi concreditam parum feliciter adminiſtrandam ſuſcepit, cum enim Duci Franciſco Sfortiæ in ſuſpicionem veniſſet conjuraſſe illum in Principem, diuturniori mora ob id Cremonenſis Arcis carcere detentus, tandem ad amicorum preces, vinculis exſolutus, viciſſitudinum rerum humanarum pertæſus, libens, volenſque Epiſcopatus munere ſe abdicavit 1533. Hujus Guicciardinus meminit lib. 14. & 15. Actaque Conſiſtorialia.

XXX 30. OCTAVIUS *d* Guaſco Alexandrinus jam inde à juventute ſub Franciſco I. Gallorum Rege plura ſtipendia meruit, ſupremoſque militares gradus eſt aſſecutus. Cæterum cum ab armis tranſiſſet ad togam, Abbas Commendatarius Caſæ novæ effectus eſt, ſanctique Petri in Bugolio interque Mediolanenſes Senatores conſedit. Denique VII. Clementis Cubicularius, ab eodem Pontifice Patriæ Epiſcopatum promeruit anno 1534. die 15. *e* menſis Maii. Triginta omnino annos Alexandrinam rexit Eccleſiam, deceſſitque 1564.

d Octavianus.

e Die 22. Maji tertelleſum an. 26. deputatus Adminiſtrator, donec 27. annum attigiſſet.

XXXI 31. HIERONYMUS Galeratus *f* Mediolanenſis, Catalani viri nobiliſſimi, & Amabilis Moronæ filius, Joannis Cardinalis Moroni nepos. Sutrinus antea, ac Nepeſinus Epiſcopus, ad hanc ſedem translatus eſt anno 1564. die 9. menſis Junii. Deceſſit 1569. *g* cum ſub vitæ finem Chriſtianarum virtutum rariſſima poſteris præbuiſſet exempla.


f De Gallerate.

g Die 27. Octob. Ghilin.

XXXII. 32. AUGUSTINUS *h* Baleonus Alexandrinus, Pii V. paulo ante medicus, à curatione corporum, ad animarum curam Epiſcopus Alexandrinæ ſedi promotus eſt 1569. die 11. *i* menſis Maii. Deceſſit 1571. (,, *Hujus cum laude meminit Julianus* ,, *Porta in Heroibus Alexandrinis pag. 254.* Man- ,, dos.)


h 12. Decemb. Ghil.

i Die 21. Junii. Ghil.



XXXIII. 33. GUARNERIUS Trottus ex primaria nobilitate Alexandrinus, ſed virtutum Chriſtianarum cultura longe nobilior, quarum, intuitu Pius V. ſapientiſſimus Pontifex, illum ad patriæ ſedem evexit 1571. die 23. *k* Septemb. Deceſſit an. 1584. *l*

k Die 29. Auguſti. *l* Die 19. Januarii. Ghil.



XXXIV. 34. OCTAVIUS Paravicinus *m* Novocomenſis, ex nobili genere Romæ ortus anno 1552. omnibus virtutibus indutus, ſub Cæſaris Baronii, ac Franciſci Mariæ Taruſii Cardd. diſciplina vixit. A primis annis S Philippum Nerium coluit; 32. agens annum, à Gregorio XIII. electus fuit Epiſcopus Alexandrinus 1584. die 5. menſis Martii; à Sixto vero V. Nuntius miſſus eſt ad Helvetios, à Gregorio demum XIV. creatus eſt Presb Card. anno 1590. *n* prid. Non. Mart. ab eodem in Gallia de latere legatus deſtinatus, quo prærepto Pontifice, Roma non diſceſſit. Innocentius vero IX. Clemens VIII. & Paulus V. in varias congregationes eum retulerunt. Ordinis Camaldulenſis, ac inclytæ Germanicæ nationis Protector fuit. Alexandrinam rexit Eccleſiam uſque ad annum 1593. Romæque deceſſit 1610. *o* ſepultuſque eſt apud S. Alexium, cujus titulo fuerat inſignitus, cum hoc epitaphio.

m De eo Ciaconius Oldoini t. 4. col. 228.

n 1591.

o Anno 1611. die 3. Febr.

D. O. M.

Octavio Paravicino S. R. E. Presb. Card.
Priſcæ probitatis, ac eximiæ prudentiæ
viro, legatione apud Helvetios,

Ger-

Germaniæ patrocinio, aliiſque præclaris muneribus functo Eraſmus Alexandriæ Epiſcopus, & fratres Patruo benemerito PP. Obiit III. Non. Febr. Anno Salutis MDCXI. Ætatis ſuæ LIX.

XXXV. 35. PETRUS GEORGIUS Odeſcalcus, *a* nobilis Novocomenſis, Thomæ filius olim Mediolanenſis Senatoris, nepos vero Pauli Penneoſis, ac Atrienſis Epiſcopi. Hic ab adoleſcentia juris prudentiam hauſit, duxitque uxorem, quam cum ollis ſublatis liberis extuliſſet, clericalem vitam amplexus eſt, Romamque profectus, ſub Sixto V. Prothonotarius, ex numero Participantium, Apoſtolicus evaſit, tum & Referend. utriuſque Signat. Abbreviarorque, atque Præfectus minutarum Brevium Juſtitiæ. Declaratuſque eſt Prothonotarius aſſiſtens canonizationi S. Didaci, cujus laudes, atque virtutes luculenta habita oratione, coram Pontifice, ſacroque collegio explicuit, ejoſdemque vitam à ſe deſcriptam Pontifici detulit, atque inſcripſit. A Greg. XIV. Firmanam civitatem ſuſcepit regendam. Clemens VIII. Alexandrinæ Eccleſiæ illum Præſulem adlegit anno 1596. die 19. *b* Aprilis, ex cujus deinde miſſu inter Apoſtolicam Sedem, Helvetioſque lites quaſdam ad penſiones ſpectantes ad votum Pontificis feliciter compoſuit. Ex eo ad Eccleſiam ſibi creditam profectus eſt, pietatis operibus urgendis egregie accenſus. Quadragenarum horarum ſupplicationes olim à Clemente VIII. Romæ inſtitutas Alexandriam in ſingulos menſes induxit, ſcriptoque libello Roſarii devotionem auxit, ac mirabiliter fovit. In Deiparam Virginem incomparabili ſtudio deflagrabat, ita ut etiam ſcripto collegerit, ſtudioſe rationes, quibus ſe in ejus cultum impenſius poſſent inſinuare mortales. Solebat ille ſemel in anno ad Morimundum nobile in Valle Ticinenſi Ciſterc. Cœnobium ſe contemplationis ergo conferre, obl cum per id tempus ego pietati, litteriſque privatus monachus operam darem, ſane vacavit mihi ex ejus ore tum de perfectione præcepta, tum laudes Virginis, quibus haud ſatiari poſſe videbatur, affatim haurire. Nec verbis ſolum colebat Virginem, addebat enim operum pondera verbis, ſiquidem extra Alexandriam tria Templa in ejus honorem conſtruenda, dicandaque curavit. Singulis annis Diœceſanam ſynodum celebravit, ne Eccleſiaſticorum dilaberentur mores, neve aliquid omitteretur, quod ad vigilantiſſimum ſpectaret Paſtorem. Ejus Alexandrina adminiſtratio tredecim annos tenuit, deinde ad Viglevanenſem Epiſcopatum translatus eſt anno 1611. *c* Ubi eodem vitæ perfectionis tenore novem annos exegit. Deceſſitque anno 1620. die 6. menſis Maii, ſepultuſque eſt in Cathedrali. Erat Odeſcalco liberalis facies, totaque ad moderationem unice facta, quam iterum exornabat veneranda canities ſanctioriſque mentis foris elucens majeſtas. Inſigni elogio ejus laudes proſecutus eſt Hieronymus Abbas Ghilinus in ſuo Theatro, Franciſcus Bellarinius in Comenſ. Hiſt. Comp.

a De eo Ariſius in Cremona liter. tom. 2. p. 191. & Maraccius in Bibl. Mariana par. 2. p. 249. Mand...

b die 19 Maji.

c An. 1619.

XXXVI. 36. ERASMUS Paravicinus, Octavii Card. nepos (*„ Presbyter Romanus, V. Sign. Referenda„ rius*) à Paulo V. hanc eandem ſedem obtinuit an. 1611. die 14. menſis Martii. Obiit anno 1640. (*„ die „ ultimo Septembris.*)

XXXVII. 37. FRANCISCUS Vicecomes Mediolanenſis, utriuſque Signaturæ Referendarius, & Sacræ Conſultæ Auditor, ab Urbano VIII. Epiſcopus electus eſt anno 1640. 3. Decembris; translatus deinde eſt ad Cremonenſem Eccleſiam anno 1644.

XXXVIII. 38. Fr. DEODATUS Scalia, Ordinis Prædicatorum, Epiſcopus Melphienſis ad hanc Cathedram translatus eſt ultimis Urbani VIII. diebus, hoc eſt anno 1644. menſe Aprili die 18. Vivit. de quo plura in Epiſcopis Melphien. Tom. 1.

A D D I T I O.

(*„ Ingreſſus eſt Mortalium terminum Scalia anno „ 1659. in Eccleſia Fratrum Dominicanorum Alexan„ driæ ſepultus.*

„ CAROLUS *Ciceri, nobilis Mediolanenſis, „ utriuſque Signaturæ Referendarius, Vicelegatus „ Ferrariam rexit, hinc Tiphernum, Spoletam, „ Campaniam, Maritimamque gubernavit, deni„ que ex Ponente ſacræ conſultæ, & Votante Signa„ turæ Juſtitiæ factus eſt Epiſcopus Alexandri„ nus die 22. Septemb. 1659. Anno vero 1680. die „ 13. Martii ad Comenſem Eccleſiam transla„ tus eſt.* XXXIX.

„ Fr. ALBERTUS *Mugiaſca, Comenſis, Ordi„ nis Prædicatorum, ſacræ Theologiæ Magiſter, „ ac Lector, ſocius Commiſſarius S. Officii in Urbe, „ decoratus eſt infula Alexandrina die 7. Octobris „ 1680. Deceſſit in Patria menſe Septembri an. „ 1694.* XL.

„ CAROLUS *Octavianus Guaſco, nobilis Ale„ xandrinus, Patriæ Cathedralis primum, mox „ regiæ Collegiatæ S. Mariæ de Scala Mediolanen„ ſis Canonicus, & ſucceſſivè ejuſdem Collegiatæ „ Præpoſitus ad hanc Cathedram evehitur die 10. „ Januarii 1695. ad Cremonenſem translatus die „ 17. Novembris 1704.* XLI.

„ PHILIPPUS *Maria Reſta, nobilis Mediola„ nenſis, Congregationis Canonicorum Regularium „ Lateranenſium, perpetuus Abbas Philoſophiæ, „ & Sacræ Theologiæ Doctor, Carolo ſucceſſor datus „ eſt 15. Decembris 1704. Vix incepto muneris ſui „ biennio ad plures abiit menſe Martio 1706.* XLII.

„ FRANCISCUS *Gattinara, Nobilis Viglevanenſis, Congregationis Clericorum Regula„ rium S. Pauli, Philoſophiæ Lector, & eximius „ divini verbi præco, poſt obita ordinis ſui aliquot „ munia, huic Eccleſiæ præfectus eſt 7. Junii „ 1706.*) XLIII

AQUENSES
EPISCOPI.



NON procul ab Alba in Montis Ferrati ditione Aquenſis civitas ſituata eſt, quam Strabo appellat Aquas Statellorum. Hanc Plinius in Ligures rejicit, olim à Statellis Subalpina gente conſtructam, ſylvaque dicta, deinde à ſalutiferis aquis Aquæ cognomen traxit, quæ illic ad medelam mortalium ſtagnare dicuntur. Statelli Populi meminit M. Cicero in familiaribus epiſtolis, Antonius, & alii: ipſi peraotiqui muri antiquiſſimam illam civitatem produnt. Quamobrem procul à vero eſt, quod narrat Hermolaus Barbarus, hanc ſcilicet eſſe Alexandrinam civitatem, quam de Palea vulgus appellat, olimque fuiſſe pagum, appellatum Roberium, quam poſtea à ſe auctam Æneobarbus Fridericus Imp Cæſaream vocavit, ac deinceps ab Alexandro III. Pontifice fuerit Alexandria vocata. Conſtat enim ante conditam Alexandriam, civitatem Aquenſem extitiſſe, ejuſdemque populum qua armis, qua opibus, ut narrant ſcriptores antiqui, floruiſſe. Ager ejus ſatis fertilis, ſitus vero vel ex hoc commendandus, quod nec à mari multum diſtet, & Liguriæ Inſubriæque civitatibus finitimus ſit. Urbs ipſa à Septentrione ſenſim aſcendens, in longitudinem magis protrahitur. Supe-

rio-

riori parte, in qua Cathedralis poſita eſt Eccleſia, A arx imminet vetuſtiſſima. Ad occaſum ſummæ partis ſunt balaea merito celebrata: ad montis radices meridiem verſus decurrit Brumida. Hoc tempore incolis pene deſtituitur, cum vix ad quatuor millia mortalium alat, atque educet: ſiqnidem illam tum inteſtinæ diſcordiæ, tum externorum bella exhauſerunt, quæ etiam hoc noſtro ſeculo ita in illam deſævierunt, ut propemodum eidem viſa ſint poſtremum attuliſſe excidium. Mantuanorum Ducum juriſdictio eſt, quæ illis hæreditario jure contigit ex extinctione virilis ſtirpis Palæologæ Domus, quæ diu in illum pulcherrimum Italiæ tractum poteſtatem exercuit. Eccleſia antiquiſſima eſt, ac Mediolanenſis ſuffraganea, tamquam ab Alumnis Barnabæ Apoſtoli inſtituta, qui illic, inque circuos vicinas civitates Evangelii lucem attulere. Primum Epiſcopum ex iis 65. ſacerdotibus, quos Silveſt. ſanctus Pontifex per diverſa loca inſtituit, fuiſſe firmiſſima traditio tenet. Cathedralis nova conſtructa eſt ſub invocatione Beatiſſimæ Virginis, & B S. Vidonis Epiſcopi, ac Patroni civitatis, qui ibi requieſcit, ſimul cum corpore S. Majorini è veteri S. Petri Cathedrali translato. Quinque dignitatibus exornatur, quarum princeps Præpoſitura eſt, cum 8. canonicis, præbendiſque Theologali, atque Pœniteotiali, cum aliis presbyteris, ac promiſcuo clero. Archipresbyter animarum curam exercet: extatque Aquis altera parochialis Eccleſia, triaque religioſorum Cœnobia, & unicum Monialium, cum aliquot confraternitatibus Laicorum, Seminario, Xenodochio ad ſublevandos infirmos. Deſtituitur tamen Monte Pietatis. Ampla diœceſis eſt, olim tamen amplior fuit, antequam Novatum nobile Oppidum illi adimeretur, quod Alexandrinæ Diœceſi attribuere Romani Pontifices. Conſtat nunc centum partim Pagis, partim Caſtellis, Terdonenſi, Alexandrina, Saonenſi, Aſtenſi, Albenſi, Caſalenſi Diœceſibus incluſis, & politico jure ſeptem principibus ſubjectis. Nam ex oppidis 86. quæ in ea habentur, no- C vem Mediolanenſi Ducatu, undecim Sabaudiæ Ducis, duo Januenſis ſenatus ditione continentur, reliqua numero 61. in Ducatu Montis Ferrati poſita Duci Mantuæ parent. Inſigniora autem ex omnibus ſunt Nicia de Palea nuncupata, & Fabrinum in Ducatu Montis Ferrati, Caſſinum in Mediolanenſi, Ovada in ditione Januenſium. Epiſcopus Comitis titulo gaudet, licet juriſdictionem politicam nullam habeat. Diu hæc Eccleſia cum Alexandrina unita ſtetit, ut ſupra oſtendimus. Sunt in ea Abbatiæ, de Tilecto, olim famoſiſſima, Ordinis Ciſtercienſis, de qua ſæpe mentio apud Regeſt. Innocentii III. Silvanatenſis alia ejuſdem Ordinis, de Mille Præmonſtratenſis inſtituti, S. Juſtinæ de Sezedio, S. Petri extra muros de Centula, & S. Chriſtophori Ordinis Nigrorum S. Benedicti. Eccleſiæ parochiales cenſentur in hac diœceſi 93. Civitas ipſa ad tria millia olim alebat mortalium. Hujus Eccleſiæ taxa centum florenorum eſt, cum ejuſdem annuus cenſus ſexcenta ſcutata non excedat. D Ejus Præſulum ſeriem, quam nos ex variis ſcriptoribus, monumentiſque eruimus, cum nobis ſcribentibus illius Eccleſiæ Archivia nullam lucem attulerint, ſic exponemus.

I. 1 S. MAJORINUS, *a* ſive Malerinus, cujus corpus in nova Cathedrali quieſcit, e veteri S. Petri illuc translatum, ejuſque feſtum celebratur die 27. menſis Junii: cujus acta deſiderantur: de quo Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ, & in Martyrolog. ex tabulis ejuſdem Eccleſiæ.

a De eo Acta SS. Junii tom. 5. p. 198.

II. 2. DISTALDUS, vel Biſtaldus.

III. 3. DODO.

IV. 4. SEVERUS defunctus quieſcit in Eccleſia S. Petri.

V. 5. MAXIMUS in Eccleſia eadem quieſcit.

VI. 6. FRANCUS reperitur apud Baronium an. 579.

A 7. FAUSTINUS apud eundem anno 588. VII.

8. VALENTINUS ſub Agathone Papa Romano concilio interfuit an. 679. *b* VIII.

b Seù potius 680.

9. ODALBERTUS apud Baronium anno 844. IX.

10. BADO *c* apud eundem anno 879. fuit in concilio Papienſi an. 877. (*„ melius 876. interfuit item „ Concil. Raven. an. 877.*) X.

c Al. Dodo. Seu Bodo.

11. THEODALDUS, vel Sedaldus floruit anno 881. XI.

12. GUIDO anno 898. XII.

13. ALDAGISIUS Auguſtalibus comitiis interfuit ſub Othone I. Imp. ann. 952. 5. Id. Auguſti. XIII.

14. GOTOFREDUS non abſuit à concilio Provinciali celebrato ſub Valperto Mediolanenſi Archiepiſcopo an. 966. Idem ſubſcripſit diplomati Joannis XIII. Papæ contra Herolphum Saliſburgenſis Eccleſiæ Archiepiſcopum ſcripto in Ravennatenſi Synodo 7. Kal. Maji Indict. 10. anno 967. Damnatus fuit in hac Synodo idem Herulphus, vel Heroldus Archiepiſcopus, qui nefaria præ- B ſumptione poſt ſuorum oculorum amiſſionem ſacrum celebrarat myſterium, palliumque ſolemniter geſtarat contra canonicam, Apoſtolicamque auctoritatem; de qua re videndus Vigilius Hund. in Metropol. Saltzburgen. XIV.

15. S. VIDO *d* Aquenſis Epiſcopus, nobilibus ortus parentibus in Caſtello Meladio hujus diœceſis, Bononiæ literis operam dedit, nobilioreſque diſciplinas feliciter aſſecutus eſt; reverſuſque in patriam Cathedralis primum canonicus effectus eſt, eaque in dignitate adeo perfectioris vitæ præbuit exempla, ut defuncto Epiſcopo à canonicis nullo refragante ſufficeretur. Detrectans autem ex obedientia compulſus eſt ad onus, rexitque Eccleſiam ab anno 1034. uſque ad annum 1070. miro pietatis ardore, inſtituitque clerum ad puriores mores. Cathedralem, quæ ibi hodie ſpectatur, ipſe in honorem B. Mariæ Virginis ædificavit, quam poſtea de nomine Sancti Vidoneam dixerunt. Cœnobium monialium ex Ordine S. Benedicti fundavit, illud- C que ampliſſimis fortunis adauxit. Alteras duas Eccleſias conſtruxit, ditiſſimumque ſuum patrimonium Eccleſiæ ſibi creditæ legavit: ejuſdemque ditionis fecit Meladium, Biſtaurium, Setebrium, Caſtellottumque Oppida, quæ ipſe poſſederat. Igitur plenus meritis evolavit ad ſuperos 4. Non. Junii anno 1070. ſepultuſque eſt in Cathedrali in marmoreo ſepulchro, fulſitque ſicut in vita, ſic & in morte quampluribus ſpectatiſſimiſque miraculis. Ejus feſtum ſolemni ritu ab iis populis concelebratur tamquam Aquenſis civitatis Divi Tutelaris. Illius meminit Ferrarius, & alii. XV.

d De eo Acta SS. Junii tom. 1. pag. 112.

16. ALBERTUS, (1) ſive Ubertus floruit anno 1074. illiuſque meminit Ludovicus ab Eccleſia in Hiſt. Pedemontana lib. pr. Memoratur etiam in donatione Adelaidæ Comitiſſæ an. 1079. Abbatiæ S. Salvatoris Taurinenſis. XVI.

17. ACTIUS anno 1103. apud Landulphum in Hiſt. Mediolanen. præfuit Aquenſibus, inde translatus eſt ad Vercellenſem Eccleſiam, de quo ibi. XVII

D 18. GUILLELMUS eandem ſedem obtinuit anno 1164. Cujus meminit Ludovicus Eccleſia in Hiſt. Pedem. XVIII

19. UBERTUS ejuſdem Eccleſiæ Præſul, cum Friderici Æneobarbi Imp. partes ſequeretur, ab Alexandro III. Pontifice excommunicationis tulit cenſuram. Sed cum deinde inter Fridericum, Pontificemque iterum gratia coiſſet, Ubertus etiam unitati Eccleſiæ eſt reſtitutus, interfuitque Lateranenſi Concilio anno 1179. Cujus temporibus Alexandrina Eccleſia locupletatur ex redditibus Aquenſis Eccleſiæ. Hujus meminit vita Alexandri III. Pontificis M. S. & Ludovicus ab Eccleſia anno 1189. XIX.

20. VIDO eadem ſede nobilitatus eſt anno 1191. XX

21. HIERONYMUS 1205. XXI.

22 UGO Torniellus Novarienſis an. 1206. Cujus XXII

(1) Extat in editione noviſſima Conciliorum Harduini tom. 6. col. 1217. Gregorii VII. Papæ Epiſtola ad hunc Albertum data Capuæ 9. Idus Octob. Ind. XII. anno videlicet 1073. qua ejus religionem, de qua aliquando dubitarat, commendat: hortaturque, ut Simoniacos oppugnet, & Herlembaldo auxilium præſtet.

jus temporibus Innocentius III. Alexandrinam, & Aquenſem Ecclesias ſimul coojunxit, ut ſupra narravimus in Alexandeinis Epiſcopis: de qua idem Innocentius epiſt. 91. lib. 9. Reg. Vat. ita ſcribit Aquenſi Capitulo. A

Solet annuere ſedes Apoſtolica, &c. Cum autem utilitate, ac neceſſitate penſatis, Aquenſem, & Alexandrinam Eccleſias duxerimus uniendas, ne quid circa unionem hujuſmodi utiliter eſt proviſum, alterutri Eccleſiæ in poſterum pariat detrimentum, univerſas Eccleſias quas Aquenſis bona fide, ac juſto titulo hactenus conceſſas poſſidet, vobis, ac per vos Eccleſiæ veſtræ, auctor. Apoſt. conc. & præſenti ſcripti, &c. Salva reverentia, quam Aquen. & Alexan. debent Epiſcopo, juxta quod ratio poſtulat unionis. Nulli ergo omnino hominum, &c. Si quis, &c.

Datum Ferrentini 16. Kalen. Julii anno nono.

Poſt hanc unionem Hugo ſeptem annos ſedulo has Eccleſias adminiſtravit, ſeniſque confectus oneri, & honori ſe abdicavit anno 1213. prout ex ejuſdem Pontificis ep. 114. Reg. Vatic eruitur. B

Epiſcopo Taurinen. Innocentius Epiſc. &c.

Venerabilis frater noſter Aquenſis Epiſcopus nobis per literas ſuas humiliter ſupplicavit, ut eundem ſenectute confectum à ſolicitudine Pontificalis officii abſolvere dignaremur. Quocirca fraternitati tuæ per Apoſt. ſcrip. mandamus, quatenus ceſſionem ipſius recipias vice noſtra ipſum ſi à cedendi propoſito forte deſtiterit, ad id per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compellendo. Ejus autem ceſſione recepta, relaxes ſuſpenſionis ſententiam, quam dilecti filii Abbas S. Stephani Bononien. & Magiſter Gratianus in eum auctoritate noſtra protuliſſe noſcuntur, ac ſibi de proventibus Aquenſis Eccleſiæ juxta facultates ipſius, & neceſſitatem perſonæ proviſionem congruam facias aſſignari. Injungens Capitulo ejuſdem Eccleſiæ, ut perſonam idoneam ſibi per canonicam electionem præficiant in paſtorem, non obſtante privilegio Alexandrinis ab Apoſtolica Sede conceſſo, cum eodem reddiderint ſe indignos. Tu denique frater Epiſcope, &c. C

Dat. Lateran. 2. id. Novemb. Pontif. noſtri anno xvi.

XXIII 23 ANSELMUS 1223. („ *Jam anno 1220. ſedebat Anſelmus, cum die 8. Novemb. ejuſdem anni Imperatoris Legati Placentiæ reſidentes Alexandrinis dederint in mandatis, ne Aquenſibus, eorumque Epiſcopo Anſelmo ullam moleſtiam inferrent: ut narrat Ghilinus in Annal. Alexand ad dictum annum.* „)

XXIV 24 GUILLELMUS, ad quem adhuc electum ſcribit Gregorius IX. anno 13. ſui Pontiſ. ſalutis 1239. 2. Non. Decemb. in Reg. Vat. ep. 286. ſol. 33.

XXV. 25 HENRICUS electus anno 1252. 3. Kal. Maji, ex Alberti de Anciſa Apoſtolici Capellani renunciatione, hanc Eccleſiam ab Innocentio IV. jam antea in adminiſtrationem acceperat, ita in Reg. Vat. ep. 223. anno 9.

XXVI 26 ALBERTUS reperitur Epiſcopus anno 1262. an idem ſit eum ſuperiori Alberto de Anciſa adminiſtratore, adhuc mihi incertum. D

XXVII. 27 GUIDO 1266. memoratur in quodam privilegio Rodulphi Regis Amodeo Gebennenſi Comiti conceſſo.

XXVIII. 28 BANDITIUS, ſeu Bandinus anno 1276.

XXIX 29 GANDOLPHUS Abbas S. Petri de Aquis Ordin. S. Benedicti fuit Epiſcopus Aquenſis anno 1277.

XXX 30 ANSELMUS 1285.

XXXI 31 OGHERIUS, aliis Celinus anno 1288.

XXXII. 32 ODDO 1293. obiit 1342.

XXXIII. 33 VIDO ad hanc eandem ſedem promotus eſt anno 1343. die 15. Kal. Aug. ex decano Roralis Eccleſiæ de Ceſteryaco Gebennenſis Diac. & Clementis VI. Capellano ex Reg. Vatic. Succeſſit Oddoni, appellatuſque electus Epiſcopus, & Comes Aquenſis in Inſubria. Ejus mentio extat ad annum uſque 1367.

XXXIV. 34 JACOBUS anno 1373.

35 FRANCISCUS anteceſſit ſubſequentem Conradum, extatque illius mentio in lib. Proviſ. Prælat. Clementis VII. Antipapæ. Deceſſit 1380. XXXV.

36 Fr. CONRADUS Malaſpina ex Ordine Minorum annum 27. ſuæ ætatis nondum attingens ab Antipapa Clemente VII. ad hanc ſedem promotus anno 1380. tertio Idus Septemb. de quo Vvaddingus in Annalibus Minorum. XXXVI.

37 BEROALDUS ab eodem Antipapa adlectus eſt 1382. XXXVII.

38 VALENTINUS, ſeu Vvalbertus anno 1388. XXXVIII.

39 VIDO hanc eandem ſedem conſcendit anno 1400. Cæterum quis ex iis quatuor ſupra commemoratis Antiſtes legitimus fuerit, haud facile poterit inveniri teterrimo ſchiſmate temporibus tenebras effundente. XXXIX.

40 B. HENRICUS Scarampus, Patritius Aſtenſis, Oddonis filius, reperitur Aquenſis Epiſcopus anno 1396. translatus deinde ad Feltrenſem, & Bellunenſem Eccleſias anno 1402. de quo ibi. XL.

41 Fr BONIFACIUS de Coraeguata ex Ordine Minorum hanc ſedem obtinuit à Bonifacio IX. an. 1403. 3. Non. Maii Hujus Epiſcopi temporibus Innocentius VII. Alexandrinam Eccleſiam ab Aquenſi disjunxit, quas olim Innocentius III. in unum fœdus coire juſſerat ex lib. Proviſ. Prælat. XLI.

42 PRINCEVALLES de Sigiſmundis electus eſt à Joanne XXIII. anno 1411. ita Acta Conſiſt. XLII.

43 MATTHÆUS, ſive Matthias de Gibertis, Epiſcopus Vercellenſis, ad hanc Eccleſiam translatus anno 1423. 8. Kalend. Octob. XLIII

44 FRANCISCUS Piccolpaſſus Bononienſis, Epiſcopus Aquenſis ad Papienſem Eccleſiam translatus eſt anno 1427. 4. Kal. Maji, deinde vero ad Archiepiſcopatum Mediolanenſem, de quo ibi. XLIV

45 BERNARDUS Franciſco ſucceſſit an. 1427. die 24. Novemb. XLV

46 BONIFACIUS eadem dignitate fulſit anno 1427. XLVI

47 THOMAS de Regibus Aſtenſis electus anno 1450. 2. Id. Octobris. Deceſſit anno 1483. XLVII.

48 LUDOVICUS Brunus Aſtenſis, vir egregiis dotibus ornatus, Maximiliani Imp. à Conſiliis ad hanc ſedem aſſumptus eſt ab Alexandro VI. Pontifice anno 1499. die 6. Februarii. Romæ deceſſit anno 1508. ſepultus fuit in Eccleſia S. Auguſtini cum hoc quod extat epitaphio. XLVIII.

D. O. M.

Lud. Bruno Antiſt. Aquen.

Cæſarei Pontificiique juris conſultiſs.

apud omnes fere principes,

qui Chriſtiani nominis cenſentur,

legationis honorificentiſs.

functo.

Vixit ann. LXIII. M. iii. D. vii.

Henricus Brunus Archiepiſcop. Tranen.

Summi Pontif.

ſacrique Senatus à ſecretis Aerarii Apoſt.

Præfectus

affini pietatis ergo PP.

M. D. VIII.

49 DOMINICUS Solinos de Filonacio deligitur anno 1508. die 28. Julii. Interfuit Lateranenſi Concilio ſub Julio II. Mortuus eſt anno 1534. XLIX.

50 PETRUS Vorſius, Germanus, Sacræ Romanæ Rotæ Auditor, ſublectus eſt Epiſcopus Aquenſis anno 1534. 20. Februarii. Deceſſit anno 1549. („ *In Actis dicitur Verſtius, Clericus Cameracen. diœceſis, J. U. D. Sanctiſſimi Capellanus, & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditor.* „) L.

Fe.



LI. 51 Fr. BONAVENTURA Coſtacciarius *a*, Ord. Minorum Conventualium Generalis, à Paulo III. ad inſulam Aquenſem vocatus anno 1549. die 10. Aprilis, decem annos hanc rexit Eccleſiam.

a Hujus meminit Jacobillus in Bibl. Umbriæ. Mandoſ.

LII. 52 PETRUS Fauuus *b* Coſtacciarius, ad hanc Eccleſiam promotus eſt anno 1558. (1) Concilio Tridentino interſuit, deinde epiſcopali munere ſe abdicavit anno 1585. quam deinde ex ſummi Pontiſ. mandato reaſſumpſit, factus Epiſcopus Viglevanenſis ut dicemus.

b De hoc citatus Jacobillus p. 222. Mandoſ.

LIII. 53 FRANCISCUS Blandrata ex Comitibus S. Georgii à Sixto V. Pontiſ. Max. Aquenſis Epiſcopus electus eſt anno 1585. 12. die Aug. inde ex Urbis Gubernatore S.R.E. Presb. Card. creatus, Aquenſem Eccleſiam cum Faventina commutavit, de quo vide quæ de ipſo ſcripſimus in Faventinis Epiſcopis To. 2.

LIV. 54 CAMILLUS Beccius, Caſalenſis Canonicorum Regularium Lateranenſium Generalis, Blandratæ ſucceſſit anno 1599. *c* die 20. Aprilis. Obiit anno 1625. Hujus meminit Pennottus in Hiſt. Tripartita. („ *Roſſettus in ſyllabo ſcriptorum Pedemontii*, & *Roſinus in Lyceo Lateranen. t. 1. p.* „ 165. Mandoſius.)

c 1598. 15. Novemb. ex ceſſione Francisci. Ital. in Actis.

LV 55 Fr. GREGORIUM deinde Pedroccam Ord. Minorum diſtrictioris Obſervantiæ Gregorius XV. Pontiſ. ad hanc ſedem evexit anno 1621. *d* Fato vero functus eſt anno 1632.

d 1620. 16. Novemb. ex Actis.

LVI. 56 Fr. FELIX Crorca, nobilis Caſalenſis, ex Ordine Minorum Conventualium Theologus, & concionator inſignis, Epiſcopus dictus eſt 1632. 3. Non. Julii. Obiit anno 1645. („ *Laudatur à Waddingo in libro de ſcriptoribus Ord. Min. licet in* „ *Epiſcopatus nomine aberret.* Mandoſius.)

57 CLEMENS *e* ab Eccleſia, Baptiſtæ nobilis civis Aquenſis filius, ab Innocentio X. patriæ Epiſcopus factus an. 1646. Vivit.

e De hoc nihil in Actis Conſiſtor.

ADDITIO.

LVII. („ Jo: AMBROSIUS *Bicutus, Aquenſis, J.* „ *U. D. cum annum ageret quadrageſimum, defuncto Crorcæ ſuffectus eſt die 27. Maji 1647. ut teſtantur Acta conſiſtorialia, quæ Clementis ab* „ *Eccleſia memorati ab Ughello non meminere. Diu* „ *hanc Eccleſiam rexit Joannes; donec ad ſuperos* „ *adiit die 10. Martii 1675.*

LVIII „ CAROLUS *Antonius Gozzani, nobilis Caſalenſis, J. U. D. ex patriæ Eccleſiæ Archidiacono Aquenſis Præſul renunciatus eſt die 30. Septembris 1675. anno ætatis ſuæ circiter triceſimo quinto.*)

ASTENSES EPISCOPI.



DE Aſtenſis Civitatis Mediterraneæ Liguriæ ſupra Tanarum Fluvium ſituatæ origine nihil certi afferri poſſe videtur, cum nullus antiquorum ſcriptorum reperiatur, qui hoc ipſum ſcribendo retexerit, ut Leander Albertus narrat in ſuæ Italiæ deſcriptione. Indigenæ tamen ejus regionis conditorem Aſtæ Gomerum faciunt, inque vitæ traditionis fidem producunt lapidem arcui in ingreſſu Pontis fluvii Urbis, cui ſe Æmilia immiſcebat via, in Magni Pompeji honorem ex Hiſpania redeuntis olim impoſitum cum hac inſcriptione.

GN. POM. Q. XXII.
REGIO. SUBAST. ASTAM.
A. GOMERO CONDIT.
A. GALL. DECROT. RESTAUR.
POL. LÆT. PP.

Cui inſcriptioni alii accedunt ejuſmodi lapides, ex quibus apparet hanc regionem à Gomero Tanæ nepoti traditam, à quo fluvius eam alluens Tanarus, Urbſque ipſa Tanaria appellata, ac deinceps tamquam ejus omnium regionis civitatum nobiliſſima, caputque Provinciæ per antonomaſiam Aſta Græce fuit dicta. Licet autem in Vagienis Aſta ſit ſita, Statelitibus tamen, à quibus Tanaro ſejungitur, ita commodam ſe præbet, ut è plurimis frequentioribus locis eam adire, domumque redire eadem die incolæ poſſint. Unde prope miraculum videtur, quanta annonæ, aliarumque rerum copia ferax ſit. Ager omnium, quæ humano uſui eſſe poſſunt, adeo fertilis, ut nec illi deſint ulla, nec perennes ſcaturigines, ex quibus ſal conficiatur, aliaque omnia perneceſſaria. His commodis compenſatur Alpium vicinitas, ob quam in Italiam irrumpentium Barbarorum primos impetus excipere cogitur. Cæterum Aſta cum jure belli in Benni Senonis Gallorum Ducis deditionem veniſſet, ab ipſo fuit aucta, & munita arce ad perpetuitatem munimentum futurum. A Romanis plura incommoda pertulit, dum cum cæteris Liguribus pro libertate certavit. Deinde Poſt Liguriam ſubjugatam à M. Æmilio, Romanorum citra Apenninum colonia facta eſt fideliſſima, teſte Ptolomæo. Sed cum in fugandis Gallis ſub Q. Martio navaſſet operam, irati Galli, ubi Romanos civili bello Marii, & Syllæ implicitos vidiſſent, illam ceperunt, propemodumque funditus exciderunt, quam deinceps à Magno Pompejo reſtauratam, priſci Pompejam Aſtam appellavere. Julius Cæſar Gallorum Proconſul prætorianum palatium, excelſamque turrim in ea extruxit. Dictator vero pontem e marmore Tanaro impoſuit. Octavianus autem Auguſtus plura ei contulit privilegia, quæ lapidi inciſa in foro ad excidium uſque à Friderico I. Imp. illatum proſtabant legentibus. Sub Romano Imperio floruit; Gothorum deinde ac Longobardorum jugum ſuſtinuit. Quibus exactis in Carolum Magnum victorem, ejuſdemque proſapiam transfuſa juriſdictio eſt, donec Othoni Imp. Magno obtingeret, qui illam libertate donavit, ſi unius Imperii faſces veneraretur. Qua liber-

(1) Die 23. Martii, cum eſſet J. U. D. & Bonaventuræ ex ſorore nepos, qui, cum plurimis in locis conſulendo, & judicando ſe immiſcuiſſet in cauſis, ex quibus irregularitas incurritur, à pœnis propter irregularitatem incurſis à Sanctiſſimo abſolutus eſt, & totaliter liberatus, & ſuper irregularitate diſpenſatus. *Ex Actis.*

libertate Aſtenſes per ſexcentos amplius annos potiti ſunt, & à Conrado Imp. cudendi pecuniam facultatem acceperunt. Cum Marchionibus Montisferrati non ſemel varia pugnarunt fortuna: nec majora detrimenta paſſa eſt Aſta, quam à propriis civibus Guelphis, Ghibellinisque, qui implacabili odio invicem de imperio certarunt. Quarum demum partium cum faſtidirent tyrannidem, Joanni Galeatio Vicecomiti Imperiali Vic. ſe ultro dederunt ao. 1379. Paruit Vicecomitibus, donec idem Joannes Galeatius dotis nomine Valentiæ filiæ, cum Ludovico Aurelianenſium Duci attribuit, poſt quem in Ludovicum XII. Gallorum Regem, & in ſucceſſorem Franciſcum I. pervenit, quousque ex Cameracenſi fœdere ad Imperium rediit, nec multo poſt Carolus V. Imperator, Carolo Lannyiæ optime de ſe merito, mox Beatrici Luſitanæ affini ſuæ, Caroli II. Sabaudiæ Ducis uxori anno 1525. dono dedit; viſuſque eſt ſtabilem dominandi rationem Sabaudiæ Principibus inſtituiſſe, ſub quibus hactenus fideliſſime perſeverat.

Vetus traditio tenet, & in Aſtenſibus monumentis habetur, Chriſtianæ fidei ſundamenta in hac civitate jeciſſe S. Syrum unum ex 70. Chriſti diſcipulis, à S. Petro in Ticinenſem Epiſcopum ordinatum, ſanctumque Juventinum ejus adminiſtrum, & in Epiſcopatu ſucceſſorem, templum quoque Junoni ſacrum in honorem Deiparæ Virginis Mariæ ab ipſis dicatum, ſacrumve virum in eo Diaconum inſtituiſſe, qui ad Chriſti fidem converſos confirmaret; quorum opera adeo Chriſtiana adolevit fides, ut brevi tempore, pene civitas tota eam amplexata fuiſſet, ni Trajanus Imp. Prætorem Aſtam delegaſſet, ut minis, & terroribus, exquiſitiſque item tormentis homines ab ea averterent; ſub quo paſſi creduntur ii, quorum corpora marmoreis in monumentis eodem in loco, quo S. Secundi lipſana, recondita & aſſervatæ fuere. Poſt Syrum, Juventiumque Aſtenſium Apoſtolos in omni memoria hæc civitas viros protulit ſanctos, in quibus præfulſit S. Secundus ejus protector, Anianus, quem tradunt jam inde à fidei naſcentis initiis ſtrenue in Chriſti nomine laboraſſe, nobilemque martyrii coronam fuiſſe adeptum, cui templum conſecrarunt, olim Jovi ſacrum, quod interim voluerunt eſſe pro Cathedrali, ubi & ſacra ipſius oſſa condiderunt, quæ deinceps in novam Cathedralem translata ſunt. Huic aggregabit lector alios ſanctos, martyreſque, quos veluti primitias ſponſo ſuo Chriſto obtulit Aſtenſis Eccleſia, S. Colocerum divi Secundi Magiſtrum, qui Albingauni juſſu Sapritii Prætoris palmam ſumpſit martyrii, SS. quoque Quiriacum, Dalmatium, Eulaliam Virginem, & martyrem, Evaſios duos Epiſcopos, Projectitium & Malliosium, quorum ille Diaconus, hic Subdiaconus erat: Dalmatium quoque de Pedona, Natalem à S. Evaſio Benevento Aſtam deductum, Brandolinum, Brunonem Signinum Epiſcopum, qui Cathedralis Canonicus fuerat, Petrum Conciaſiam, cui dedicata eſt Eccleſia Melitenſium Equitum Longobardiæ prioratus, Landulphum Epiſcopum, cujus S. Bernardi teſtimonio, fuit gloriæ ſingularis, præcipua ſanctitas, & auctoritas ipſis hoſtibus reverenda: quibus proxime accedit Henricus Alſerius apud Ravennates quieſcens, Rica, & Macoldia S. Anaſtaſii Benedictini Ordinis Monialis, e Palladiorum familia genita, Henricus etiam Comentinus Conſtantinopolitanus Patriarcha, quibus nec immerito addendus Bernardinus Capuccinorum primus Generalis, morum & ſanctimonia vitæ commendabilis. Plures alios viros ſanctitate præclaros, & virtute clariſſimos per omnes ætates protulit Aſtenſis Eccleſia, quorum res geſtas alii poſteris mandarunt. Hujus Epiſcopatus exordia facile inveſtigari potuit, videtur tamen S. Evaſii, qui primus recenſetur inter Epiſcopos Aſtenſes electio contigiſſe circa annum Domini 265. quis vero poſt Evaſii agonem deſæviente in Chriſti fidelibus perſecutione, hanc Eccleſiam gubernandam ſuſceperit, in tabulis non refertur. Sed cum demum à Magno Conſtantino Imper. aurea pax reddita fuiſſet Eccleſiæ, ut jam non ſemel diximus, palam Chriſti cultus cœpit augeri, ac celebriores civitates proprios venerari paſtores, quorum tamen aliquorum fere nomina invida voravit vetuſtas, ita ut Aſtenſium Præſulum nullum nomen ante annum 451. occurrat ſcriptoribus, tametſi veriſimile ſit jam inde e ſua ad Chriſtum converſione, poſt Conſtantinum attributo Antiſtiti paruiſſe. Legitur tamen in monumentis hujus Eccleſiæ anno 364. Valentinianum ſeniorem Aſtenſibus infeſtum, quod tum in Gallos profectionem paranti militum ſuppetias denegaſſent, civitatem ipſam direptioni tradidiſſe, præcipui quique cives pecuniam extorquendi gratiæ captivi abducti, & in iis eorum Epiſcopus: in alia quoque ſchedula habetur Aſtenſem Epiſcopum Auguſtæ Taurinorum Concilio aſſediſſe anno 389. eique ſubſcripſiſſe, prima ſui nominis litera P. appoſita, at quia in ea Auctoris nomen reticetur, res neque pro certo ſit affirmata, neque pro vana derelicta, veluti etiam, quod alius quidam tradidit de Aſtenſi Epiſcopo, qui S. Ambroſii temporibus vixit, fuiſſe nimirum ex diſcipulis S. Euſebii Vercellenſis: at quia D. Ambroſii verba in epiſt. 25. ad Vercellenſes lib. 3. quibus ille nititur, haud magis de Aſtenſi, quam de aliis Liguriæ civitatum Præſulibus, intelliguntur, ejus rei fides apud ipſum eſt. Id unum indubitatum habetur ex Corii ſententia, S. Ambroſium, pro ea, quæ apud Romanos Pontifices, Imperatores, Regeſque pollebat auctoritate, viginti quinque a Epiſcopos ſuæ Mediolanenſis Eccleſiæ Suffraganeos inſtituiſſe, in quibus refertur Aſtenſis, qui quarto loco ad dexteram ejuſdem Ambroſii aſſedit. Titulo Principis Comitiſque ex indulgentia Imperatorum decoratus fuit, nunc poſtremum pro dignitate retinet. Cathedralis Baſilica recens eſt in locum vetuſtiſſimæ exædificata, quam Beatiſſimæ Virgini Mariæ Syrus dicarat, perampla & magnifica in tres naves diſtincta, plurimis ſanctorum reliquiis, ampliſſimaque ſupellectili ſacra nobilitatur. Numeroſus ibi clerus divinum opus perurget, decem, & ſeptem Canonici ibi ſunt, è quibus quatuor dignitate eminent, Archidiaconus, Præpoſitus, Archipresbyter & Cantor; quibus accedunt Capellani decem & ſeptem, Clerici ſeminarii viginti quatuor, abſque aliis minoris ordinis Clericis. In civitate præter Cathedralem, ſunt Parochiales Eccleſiæ octo, Collegiatæ tres, una inſignis titulo S. Secundi civitatis Patroni, cum Canonicis decem, Præpoſito, ac Cantore, altera S. Martini, tertia S. Pauli, cui Capellani adinſtar Canonicorum inſerviunt. Cathedrali ingens aliarum Eccleſiarum numerus per ſecula ſucceſſit, noſtroque ævo quadraginta quinque recenſentur Eccleſiæ, apud quas vel Canonicorum Collegia, vel Regularium, Monialiumque Cœnobia, vel ſacrorum Militum ædes, ſeu Xenodochia ſunt inſtitutæ. Sed nulla alia ex re magis commendanda Aſtenſium pietas, quam quod nulla alicujus hæreſis labe eorum civitas aſperſa fuerit unquam, ut non ſemel gloriatur inſignis eruditionis civis Simon Majolus Epiſcopus Vulturarienſis in ſua nondum cuſa hiſtoria Romanorum Pontificum. *Hac ex re* (inquit) *me felicem ſæpe putavi, quod in illius ditione, Aſtæ ſcilicet pervetuſta Italiæ urbe fuerim editus, quæ catholicis tum inſtitutis, tum ritibus, tum viris ſanctis, ac doctis referta eſt, ab omnique hæreſis contagione ſemper libera.* Cæterum Diœceſis Aſtenſis ampliſſima, ac politico jure quinque Principibus ſubjecta, Epiſcopo nimirum Aſtenſi, Pedemontano Principi, Mediolani, & Montisferrati Ducibus, & Marchioni Salutiarum: olim amplior fuit, e cujus diſciſſione Montisregalis integer Epiſcopatus, magnaque ex parte Alexandrinus, & Caſalenſis fuerunt conſtituti, pluraque Oppida

a 10. tantum, ut habet Corius lib. c. 3.

Digitized by Google

Salurienſi, ac Foſſanenſi attributa, plura item à Taurinenſi Epiſcopo ſavore Friderici Æneobarbi Imp deinde Felicis V. Anripapæ occupata, ad decem ſeptem ſupra centum hujus Eccleſiæ ſunt facta. Annuus cenſus Aſtenſis Epiſcopi menſæ ampliſſimus quondam ſuir, ut apparet ex lib. fiſci Apoſtolici, in quo taxatus reperitur Aſtenſis Epiſcopatus ad florenos 618. nunc vero pertenuis eſt aureorum 1200. utili caſtrorum, oppidorumque hujus Eccleſiæ dominio in laicos translato, & directo vix rerento. Caſtra enim decem & ſeptem à diverſis Principibus, cum mero, & mixto imperio Aſtenſi Epiſcopo donata ſuerunt, quorum nomenclaturam hic recenſere viſum eſt, ut ſaltem ad poſteros perennetur memoria. hæc enim ſunt; Gavonum, Maglianum, Caſtroinaldum, Caſtagnetum, Viciæ, Publiciæ, Monticellus, ſanctæ Victoriæ, Pacapaleæ, Monsaitus, Monsacutus, ſanctus Stephanus, Celarengum, Curtisnaſula, Plegia, Conſtanſetum, & Caſambrandum. Porro Aſtenſes Epiſcopi, quòs hic exhibemus, à nobis collecti ſuerunt tum ex monumentis hujus Eccleſiæ, quæ in Archivio Vaticano aſſervantur, tum ex aliis mihi Romam tranſmiſſis à docto, & erudito Philippo Malabayla Monacho Ciſtercienſi, olim Congregationis Fulienſium Monachorum S. Bernardi emerito Generali, patriæ & Eccleſiaſticarum rerum longe perito.

I. 1 S. EVASIUS, patria Beneventanus, Aſtenſis Eccleſiæ primus Epiſcopus, cujus legentibus occurrat memoria, electus circa annum Domini 265. ſanctiſſime plures annos hanc adminiſtravit Eccleſiam, & cum multa ab Idololatris perpeſſus fuiſſet pro Chriſti fide, ab iiſdem ſub Aſtubalo Præſide, una cum Projecto Levita, & Malliano Diacono illuſtrem ſubiit palmam martyrii die 1. ineuntis Decembris non longe à Sedulo Oppido, cui poſtea de nomine S. Caſalis, S. Evaſii nomen fecerunt, ubi decenti honore ſacra ipſius pignora aſſervantur. Paſſus eſt Evaſius vel in Gallieni, ſeu Diocletiani perſecutione. Hujus meminit Martyrol. Rom. hac ipſa die: de eo agit Marius Vipera in Chronologia Beneventanorum Epiſcoporum, ſed corrupte tempora invertit. Joannes vero Maria Ballainus Caſalenſis vulgari ſermone Evaſii vitam umiſit in lucem, quæ nec temporum, nec rerum veritati ex parte conſentit: confundit enim hunc primum Evaſium ſanctum Chriſti martyrem, cum alio Evaſio confeſſore ejuſdem Eccleſiæ Aſtenſis Epiſcopo, qui ſub Luitprando Catholico Rege claruit ſanctitate. Hanc noſter Philippus Malabayla in Apologia, & doctiſſimus Paulus Britius nobilis Albenſis Eccleſiæ Epiſcopus nuper in Hiſtoria Occidentalis Eccleſiæ ſeculo ſeptimo eruditiſſimus rationibus ſugillarunt.

II. 2 P. Aſtenſis Epiſcopus pro confirmatione Chalcedonenſis Concilii ſub Leone Pontifice Mediolani convocato an. 451. *a* quarto loco ſubſcriptus legitur. Hunc putant aliqui Paſtorem (1) fuiſſe, ſed inconſulte cum Paſtor circa medium ſequ. ſeculi ſederit.

a 451.

III. 3 MAJORANUS, qui cum Maximo Taurinenſi Epiſc. Romano interſuit Concilio ſub Hilario Papa anno 465. ubi inter octo, & quadraginta Epiſcopos, decimo ſeptimo loco ſubſcripſit, ex quo videtur pluribus ante annis ad hanc Cathedram illum evectum.

IV. 4 S. SECUNDUS, à quo Agilulphus Longobardorum Rex ſacra baptiſmatis aqua tinctus eſt, teſte Bugatto. Is tamen anceps videtur, num, idem etiam Tridentinus Epiſc. fuerit, cum apud aliquos habeatur, tunc extitiſſe ejuſdem nominis Tridentinum Epiſcop. à quo baptizatos narrat Paulus Diaconus Agilulphi liberos: tametſi illos hallucinatos fuiſſe conſtat. Eo namque tempore Tridentinæ Eccleſiæ præerat Epiſcopus Agnellus, qui ſtatim ab ipſo Rege in Gallias directus fuit ad eos redimendos, quos Galli Tridentum captivos abduxerant. Ante Agnellum Theodatus, defunctoque Agnello Verecundus fuit Epiſcopus, qui Manaſſem excepit, neque eodem anno Agilulphus, ejuſque liberi baptiſmum ſuſceperunt; ille enim anno 591. iſti 599. juxta Baronianam ſupputationem. Probat idem Baronius ex Gregorii epiſtolis, qui Regis liberos ſacra regeneravit aqua, non Secundum, ut librariorum errore legitur apud Paulum Diaconum, ſed Secundinum, nec ipſum Epiſcopum, ſed Abbatem, quem Paulus, ſervum Dei vocat, non Epiſcopum. Delectus vero creditur Secundus Epiſcopus Aſtenſis è viginti Suffraganeis ab Laurentio Mediolanenſi Archiepiſcopo ad id munus obeundum, tum ob ſpectatam vitæ ſanctimoniam, tum vero quod Aſtenſis eſſet Præſul, cujus Dux erat Gondoaldus Theodolindæ Reginæ frater, quæ Agilulphum perduxit ad fidem. Fuiſſe vero Theodelindam Aſtenſi civitati propenſam, docet nobile Cœnobium S. Annæ in ipſa Aſtenſi civitate conditum, invidioſiſque fortunis dotatum pro ſacris Virginibus Benedictini Ordinis, quæ ſub Innocentio deinde IV. Pontifice Ciſtercienſi inſtituto ſe ſe ſubmiſerunt, cui Eccleſiæ Theodelinda inter cætera donaria ex lipſanis ſacris ab ipſa in S. Jo. Baptiſtæ Modoetiæ Eccleſia congeſtis ſubuculam, qua S. Anna induta fuiſſe ferebatur, dum promiſſam divinitus filiam, matrem Dei futuram, enixa fuit, dono dedit, ut ſanctius cuſtodiretur, Cœnobium ex voto conceptum. Cæterum Secundum volunt, cum ipſe ex hac vita migraſſet, in Aſtenſi Eccleſia ſepultum, deinde Venetias delatum in Inſula, quæ ex ejus nomine ſancti Secundi vocatur, honorifice aſſervari. Non deſunt tamen, qui ſcribant, non hunc Epiſcopum, ſed S. Secundi martyris corpus, ille idem, qui Aſtenſibus divus tutelaris eſt, apud Venetos eſſe, Jacobo Theupolo Duce illic translatum, quod re vera eſſe non poteſt, cum integrum hactenus S. Secundi martyris corpus in Cathedrali Aſtenſi ſumma veneratione aſſervetur, quod ſolemni pompa e veteri tumba ſub ara principe tranſtulit Stephanus Ajazza Epiſcopus die 25. Maji an. 1597. incluſitque in argentea capſa pulcherrime exornata; caput in argentea theca incluſum in ſacrario ſpectatur.

5 PASTOR *b* Aſtenſis Epiſcopus floruit circa annum Domini 650. de quo nil aliud reperitur, præter nudum nomen. V.

b Nil fortè ſit idem cum illo, de quo n. 2 & pro 650. debeat reponi 450.

6 BENENATUS, is qui cum 125. Epiſcopis Concilio Romano, ſub Agathone Papa anno 680. ſubſcripſit. Poſt hunc fere per integrum ſeculum Aſtenſium Epiſcoporum nomina, & res geſtæ deſiderantur. VI.

7 S. EVASIUS hujus nominis II. extremi Luitprandi temporibus vixit, à quo dono accepit Sedulenſem civitatem, ut in diplomate ejuſdem Luitprandi habetur. *Anno* (inquit donatio) *ab Incarnatione domini noſtri Jeſu Chriſti 743. Ego Luitprandus Rex regni, & in omnibus Apoſtolicæ Sedis, & ſanctæ Eccleſiæ defenſor, do & concedo per hanc noſtram confirmationis tabulam Beato Evaſio, & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum, quicquid habeo modo in meo dominio in hac civitate Sedulæ, ſicut à prædeceſſoribus meis uſque nunc in mea poteſtate teneo, civitatem cum vicis omnibus, & territoriis ejus montanis, & litoribus, & portibus, ita tribuo S. Evaſio cum cunctis hominibus. Qui hoc infringere tentaverit, ſive Dux, ſive Marchio, ſive alia poteſtas, ſciat ſe compoſiturum centum quinquaginta librarum auri medietatem cameræ, & medietatem Eccleſiæ præfatæ. Ego Joannes Judex ſacri Palatii ſcripſi tabulam plumbeam in teſtimonium. Amantias de Valdebrat Comes, & Flondonius Epiſc. teſtes.* VII.

Hanc

(1) Tam certum videtur hunc Aſtenſem Epiſcopum *Paſtorem* dictum fuiſſe, cum hoc in omnibus Mſs. Epiſtolæ Euſebii ſynodicæ, cui ſubſcripſit, aſſertum legamus, quam manifeſtum eſt Synodum Mediolanenſem non fuiſſe pro confirmando Chalcedonenſi convocatum, cum hæc poſterior fuerit Mediolanenſi. Hoc tamen Ughellus affirmat, illud tamquam inconſulte creditum ſugillat, propterea quod ſeculo ſeptimo Paſtor inveniatur inter Aſtenſes Epiſcopos numeratus: quaſi vero duo non potuerint eſſe ejuſdem nominis Præſules. *Quesnellius in notis ad Epiſt. Synod. Euſebii.*

Hanc donationem factam fuiſſe Evaſio Epiſcopo viventeclare oſtendunt illa verba, *& ſucceſſoribus ſuis in perpetuum*. Nec movere quemque debet, quod Evaſium adhuc in vivis agentem beatum & ſanctum appellet Luitprandus, cum more illorum temporum, Epiſcopi adhuc viventes honoris gratia à Regibus, & ab ipſis etiam ſummis Pontificibus, & Beati, & ſancti, ac ſanctiſſimi dicti paſſim leguntur. De hoc Evaſio agit Chronicon Novalicenſe, ubi de Luitprando Rege: *Hujus ergo regis temporibus apud forum vicum erat S. Bendolinus, & in Epiſcopo Aſtenſi ſanctus præerat Evaſius, Epiſcopus*; Et in donatione Caroli Magni ejuſdem Abbatiæ facta anno 810. Floridino Abbate ſedente, ante alios plures Epiſcopos, tamquam antiquior ſubſcriptus legitur, Evaſius Aſtenſis Epiſcopus, cui diplomati ſubſcripſit Ungarus Epiſcopus Cadurcenſis, qui ipſo initio octavi ſeculi eam ſedem obtinuit, teſte Jo. Chenu in Catalogo Cadurecenſium Epiſcoporum. Sediſſe referunt Evaſium in Aſtenſi Eccleſia annis plurimis, deceſſiſſe vero morum, & ſanctimonia vitæ conſpicuum, ab Aſtenſi Eccleſia inter ſanctos Præſules recenſitum longe diverſum à primo S. Evaſio, de quo ſupra egimus.

VIII. 8 S. BERNULPHUS, quem Montiſregalenſis civitas Divum Tutelarem colit, Epiſcopus Aſtenſis ex aliquorum ſententia fuit, & à Sarracenis pro Chriſto mortuus, qui tunc Fraxinatum, aliaque loca finitima obtinebant, illeque ſuam tunc luſtraret Eccleſiam, cujus ſacra lipſana ſub altari apud Montiſregalis Eccleſiam requieſcunt. Quamquam de genere martirii, aut tempore, quo ille paſſus ſit, non conſtat; conſtat tamen Sarracenos eam regionem inundaviſſe.

IX. 9 EILLULPHUS; quo ſedente Dettoardus Presbyter Baſilicæ S. Mariæ & S. Secundi, ubi S. martyris corpus requieſcebat humatum, dono dedit omnia bona ſua, quæ in Candelario, & ad trinarium in Molinario, in Villa ante Strapedoque habebat anno 6. Ludovici Pii menſe Martio Ind. 5. hoc eſt anno Incarnationis Dominicæ 812. Hic enim annus ſextus erat ab eo, quo Carolus pater regna inter filios partitus fuerat, Notariique dinumerare cœperant annos Imperii Ludovici, quamquam Hiſtorici ab anno 814. quo Carolus ipſe vita functus, Ludovici Imperii annos enumerare incipiant.

X. 10 ROSERIUS anno 827. quo Emelda Eccleſiæ S. Mariæ Majoris pro Canonicorum victu donavit omnia, quæ habuit in villa, & finibus Solii, conſentiente Berto ejus jugali. Anno 835. Roſerius Tranſpadanis Epiſcopis in Sarracenos expeditione parantibus, qui Fraxinetum occupaverant, perpetuiſque graſſationibus Provinciam divexabant, contractis ex ſuæ Eccleſiæ locis copiis ſuppetias detulit, potentiorque omnibus præcipuam in illis profligandis operam contulit. Aſtam inde reverſus, cum accepiſſet ab iiſdem Sarracenis Saonam obſideri, cum ſuis illac profectus civitatem liberavit. Labore, & ſenio confectus in ipſo reditu è vita diceſſit.

XI. 11 STAURAX ſive Stauratus temporibus Ludovici II. Imp. vixiſſe fertur, à quo in favorem ſuæ Eccleſiæ anno 862. plura retulit beneficia, privilegiaque, è quibus, quod ſequitur, ex archivio ejuſdem Eccleſiæ exhibemus.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ludovicus divina clementia Imp. Aug.

Sinceræ voluntatis, ac perfecti deſiderii terminatio ſi confertur, multo magis operantibus ac perſeverantibus credimus gloria, & recompenſatio utriuſque felicitatis, quod dabitur, ſicut Dominus dicit: pro uno quidem, inquit, munere quiſque centuplum accipiet: & inſuper quod melius eſt, vitam æternam poſſidebit. Proinde nos Ludovicus gratia Dei ſuperna, & permanſura viribus cunctis, totoque deſiderio abſque ulla dilatione appetens, A *quoniam brevis vita mundi hujus ſatis, & gaudium labile, honorare convenienter ſublimare jugenter, augere potenter Dei Eccleſias noſtri imperii ſub regimine conſtitutas. Regni noſtri pro pace, & animæ noſtræ mercede, ob interventum aſſiduum dulciſſimæ Imperatricis & conjugis noſtræ Ingelbergæ, & noſtri fideliſſimi Stauracis Præſulis Aſtenſis, præcipuæ Eccleſiæ S. Victoris de Canalibus, & Eccleſiæ B. Petri de Novellis, & Eccleſiæ S. Martini de Vitia, & Eccleſiæ S. Joannis de Villa, & eccleſia S. Petri de Publicæ, quæ omnes ſunt plebes Aſtenſis Eccleſiæ, tradimus, damus omnem terram, & omne nemus quod dicitur Cellar, ſicut definitum eſt per ſuos terminos, ut ſalva itaque & inviolabilis datio noſtra permaneat, & quod volumus & promittimus firmum conſiſtat, præſentibus videlicet D. Archiepiſcopo Hermanno, & Epiſcopis ſcilicet Vuezo, & Rodeudo, & Staurace, atque Rozelino, noſtro ſigno ſubter confirmando inſigniri juſſimus. Si autem quilibet Archiepiſcopus, Princeps, Dux, Marchio,* B *Comes, Vicecomes, aut cujuslibet poteſtatis vir, incola noſtri Regni cupiditate mordaci, noſtrum datum ullo modo infringere, minuere aut auferre voluerit, centum libras auri optimi componat, medietatem Cameræ noſtræ & alteram medietatem prædictis plebibus, & inſuper excommunicationem, & anathema, quam præſcripti Archiepiſcopi, & Epiſcopi, una cum centum ſeptuaginta duobus bene religioſis, Presbyteris, Clericis, Abbatibus, Monachis noſtram ante præſentiam ſanxerunt, ſcilicet ut fiant dies ejus pauci, & Epiſcopatum ejus accipiat alter: fiant filii ejus orfani, & uxor ejus vidua, orationes ejus non exaudiantur, nec propitietur ei Deus, in triſtitia ſit cum dolore uſque in tempora noviſſima: morte iniquorum moriatur; cum Dathan, & Abiron, & Juda traditore in inferno teneatur ſemper, habeat, teneat, & poſſideat. Qui autem corroboraverint, adjuverint, habeant benedictionem à Patre, Filio, & Spiritu Sancto, & à Beatiſſima Maria, & à ſanctiſſimo Victore, &* C *glorioſo Petro Principe Apoſt. & venerando confeſſore Chriſti S. Martino, atque ſanctiſſimo Joanne, & Sancto Paulo, & omnium ſanctorum Angelorum, Archangelorum, Thronorum, Dominationum, Principatuum, Poteſtatum, Cherubin, Seraphin, & omnium Beatorum Spirituum. Qui legunt, & audiunt affirmando dicant, fiat, fiat. Sanctiſſimus Cancellarius Arnulphus Archiepiſcopus, & Notarius hoc deſcripſit.*

Signum Domi … *ni Hludovici*
Imp. Romano … *rum invictiſs.*
atque piiſſimi.



Data 4. id. Junii Anno Dominicæ Incarnationis D *862. Anno D. Hludovici VII. Act. Papiæ feliciter.*

11 HILILUMUS (1) Concilio Mediolani coacto anno Caroli II. in Regem Italiæ pro coronatione ipſius ſalutis 876. poſtquam Romæ à Joanne VIII. fuerat Imperator inauguratus, octavo loco ante alios novem Epiſcopos ſubſcripſit. Porro eundem annum fuiſſe illius vitæ ſupremum ex iis, quæ de ſucceſſore narrabimus, apparebit.

12 CAROLUM Aſtenſis Eccleſiæ Epiſcopum electum indicat publicum documentum ann. 876. quod quale ferebat ejus ſeculi notariorum inſcitia hic referemus. XI.

In nomine Domini.

Regnante Dominus Carolus Imperator Auguſtus hic in Italia anno ſecundo menſe Decemb. ind. 10. fel. In Dei nomine notitia judicantis, quibus judicavimus vel ordinavimus. Nos Teuto, Reculſo,

(1) Hic Hilduinus aliter appellatur, ille idem, de quo Ughellius loquitur poſt Carolum. Anno 877. ſubſcripſit Epiſtolæ Concilii Ravennenſis, qua poſſeſſio Flaviniaci Monaſterii, & Tiliniaci villæ Adalgario Æduenſi Epiſcopo, & ejus Eccleſiæ confirmatur.

A

culſio, & Vvido, & Eleutherio germani en genere Alemannorum, qui ſnmus habitatores in comitatn Aſtenſe per mercedem & remedium animæ Bumnaldo, qui fuit germano noſtro, & uos ſua rogare res inſtitnit volumus, ad quæ per hanc chartulam jndicatum conferimus, omnes illas res, vel ædificia, quæ ſnnt in loco, & finis marciano, nt à præſenti die deveniant in poteſtatem ad ſacerdotes, qui ſunt cuſtodes beati ſancti Secundi in civitate Aſtenſe, ubi ſanctus Carolus Epiſcopus præeſt Epiſcopatus Aſtenſe nt faciant ipſi ſacerdotes, vel cuſtodes de ipſis fruges, quæ Dominus dederit quodcumque voluerint, &c.

Haud diuturnum vero hujus Caroli fuiſſe Epiſcopatum indicant Alduini ſucceſſoris acta.

XII. 13 ALDUINUS *a* ſucceſſit Carolo, de quo mentio habetur in monumento anno 880. non minus barbare ſcripto, cujus initium non ab re erit hic adjungere, cum ex eo appareat qua ratione, modoque iis temporibus apud Italos jura redderentur.

a Seu Hilduinus.

In nomine Domini juſtitias judicantis.

B

Dum reſideret Buderico Viccecomes in ntello publico iu curte ducatus civitate Aſteuſe iu Vico ſaponi illuſter, ad ſingulorum, Comes hominibns juſtitias faciendum, vel deliberandum intentionis reſidentes ibidem, & Guaſo de finibus Aſtenſe judice Domini Regis Arimundo, Joanne, Gundeberto, Scavino, Sigulſo, Leagrariſo, Midalberto, Notarii, Advocatores Domino Epiſcopo Eccleſiæ Aſteuſe, ubi Dominus vir beatiſſimus venerabilis Aldoinus Epiſcopus, cuſtos præeſſe videtur, nec non en alis parte homo nomine Aldeni filius quidam Martinoni, ſubditur deinde ab eodem Viecomite Euderices, inſtantibns advocatis curtæ epiſcopalis condemnatum eundem Aldenum ad reſtitutionem plurium bonorum ad Eccleſiam ſancti Secundi pertinenſium, per ipſum iudebite occupatorum hocque anno Caroli Regis, hic in Italia prid. Kal. Auguſti Indictione 13.

Suppo Comes, qui Mediolani in Concillo ſedit, quarto loco inter comites ſnbſcriptus, de quo hic agitur, vir fuit inſignis & apud Carolum III. magnæ auctoritatis.

C

XIII. 14. IOSEPH eligitur defuncto Alduinn anno 881. à clero Aſtenſi ad hanc dignitatem vocatns. Hic autem Vercellenſis Epiſcopus electus, quem Joannes VIII. ſumus Pontifex pro intruſo in illa Eccleſia habendum adjudicavit epiſtola ad Clerum Vercellenſem datam 8. Kal. Decemb. Indictione 13. aono 879. quia ſuæ electionis comprobationem ab Anſberto Mediolanenſi Archiepiſcopo à ſe depoſito expetierat: cum tamen alioquin ea dignitate haberetur digniſſimus. Reſtitutus inde Anſbertus ſuo muneri, Aſtenſis Clerus Joſephum anno 881. in ſoum elegit Epiſcopum, conſentiente Anſberto, quod cum Joanoes accepiſſet, epiſtolam *b* ad eumdem Aoſpertum dedit; illumque confirmavit: *Tna*, inquit, *fraternitas, tam noſtra abſolutione, quam etiam ipſius enorasa monitionibus, hoc libenter admiſit, & canonica juſſa complere conata eſt. Quod quia nunc ſententiam noſtram, tu quoque ſecutus, & regalem permiſſionem, ſicut condecet, es amplenus, præſatum Joſeph presbyterum ſanctæ Eccleſiæ Aſtenſi præfeciſti, & ordinationem illins ratam haberi decrevimus, & omnium ora contra hoc quoque modo muſſitantia Apoſtolica auctoritate obſtruimur. Datæ* 13. *Kal. Martii Ind.* 14. Foit anno 881. Joſeph ſedente contigiſſe immanem Theſauri Aſtenſis Eccleſiæ incendium anoo 884. docet diploma Caroli III. Imp. exſcriptum, hiſce conceptum verbis.

b Legitur integra Epiſtola in Harduini Concil. Edit. tom. 6 p. 90.

D

In nomine ſanctæ, & Individuæ Trinitatis.

Carolus divina ſavente clementia Imperator Auguſtus. Si juſtis petitionibus fidelium noſtrorum aurem clementiæ noſtræ incliuamns, firmiores, ac promptiores in noſtro credemus eſſe ſervitio; inſuper ab æterno remunratore præmia æterna percipere. Quapropter volnmus eſſe notum omnibus Deo noſtriſque fidelibus præſentibus, & fnturis, qualiter Luitardus Reverendiſſimus Epiſcopus, & Archicancellarius noſter, noſtræ innotuit celſitndini, quod peccatis exigentibns caſu improviſo accedente, Theſaurum ſanctæ Aſtenſis Eccleſiæ, eui Joſeph Epiſcopus præeſſe dignoſcitur, igne crematum fuerat, in qno varia inſtrumenta chartarum, oblationes videlicet, & donationes Imperatorum, Ducum, comitum, aliornmque ſanctæ Eccleſiæ fidelinm, quæ pro divini cultus amore eidem Eccleſiæ contulerunt, eodem igne combuſtæ ſunt: ſuper quo idem Luitardus venerabilis Epiſcopus, ſnmmuſqne conſiliarius noſter ſummis petitionibns noſtram exoravit magnitudinem, quatenus pro Dei amore, & remedio animæ noſtræ, ſeu coniugis, & prolis, nec non pro debita veneratione ejuſdem Eccleſiæ, quæ conſtructa eſt iu honorem ſanctæ Mariæ ſemper Virginis, & S. Secundi, nbi ejns humatum corpus quieſcit, noſtræ auctoritatis munificentia, omnia variarum inſtrumenta chartarum ejuſdem Eccleſiæ confirmare dignaremur, cujus precibus inclinati, hoc noſtræ confirmationis pragmaticum ſcribere juſſimus, corroborantes nniverſa chartarum inſtrumenta, quatenus hac noſtra regali inſtitutione omnia præfatæ Eccleſiæ ad ſuam poteſtatem, dominiumque vendicentnr, tamquam firmitates & donationes, atque oblationes chartarum non fuiſſent igne combuſtæ. Quam etiam Eccleſiam cum univerſis ad ſe pertinentibus mobilibus, & immobilibus, acquiſitis, & acquirendis cum ſervis, & ancillis, cum aldionibus, & aldianis, ſeu cum omnibus, qui de quacumqne parte ad ipſam Eccleſiam confugium fecerunt ſub noſtræ tuitionis mandato præcipimns, ſancientes, ut nullus Dnx, Marchio, Comes, Vicecomes, aut quilibet publicæ partis exactor eandem Eccleſiam, aut ſuos liberos, ſervos, vel maneutes, ſeu ad eandem Eccleſiam confugium facientes, moleſtare, diſtringere, vel pignorare, aut inquietare præſumat, aut eos ad placitum attrahere vel in ho[...]m mittere, aut in eorum manſionibus reſidere: aut veraturam, theloneum, ripaticum, aquaticum, ſtirpaticum, barebaticum, & quicquid ad publicum pertinens, functionem ab eis exigere præſumat; ſed liceat eidem Eccleſiæ cum omnibus ad ſe pertinentibus, quæ dici vel nominari poſſunt, quieto ordine permanere, & uſque in perpetuum illæſa perſiſtere, & ſecundum quod epiſcopo placuerit, qui ibidem pro tempore fuerit, percepta, atque gubernata enistat, & judicata, etſi culpa ſui anteceſſoris tempore commiſſa fuerit, ab eodem Epiſcopo non requiratur, ſed ſuper Auguſtali noſtro munimine ab his omnibus abſoluta, ac ſecura ſemper eniſtat. Ita ut nulla publica poteſtas ibi, aut in ſuis pertinentiis aliquid poſſit vindicare, aut aliquam calumniam inferre. Si quis autem aliquid contra noſtræ conſtitutionis, aut confirmationis moliri præſumpſerit, cenſemus eum fore compoſiturum auri optimi libras centum, medietatem cameræ noſtræ, medietatem rectori illius Eccleſiæ. Et ut hoc verius credatur, & diligentius obſervetur, manu propria confirmamus, & anulo noſtro ſubter juſſimus inſigniri.

Signum Caro-  *li Imperatoris Auguſti.*

Arnulphus Cancellarins ad vicem Luitardi Epiſcopi, & Archicancellarii recognovi.

Datum 3. Id. Januarii anno Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti 883. Indict. 2. anno Imperii Caroli Imperatoris 4. Act. Murgellæ in Dei nomine feliciter. Amen.

Anno 887. Indict. 6. menſe Oct. Joſephus declarationem obtinuit ab Olderico comite de nonnullis bonis ad Eccleſiam ſuam S. Mariæ Majoris ſpectantibus contra Lancium Taurinenſem Epiſcopum regnante Carolo anno 3. Deinceps nulla de Joſepho memoria habetur in monumentis hujus Eccleſiæ.


XIV. 15 STAURATIUS hujus nominis II. ſuffectus A
eſt Joſepho circa annum Domini 895. qui regnante
Beringario die 11. Januarii Indict. 2. anno 899. Ca-
nonicis Cathedralis Eccleſiæ, quos Cardinales vo-
cat, decimas civitatis molendinorumque Quarti
elargitus eſt, ut numerus eorum ad trigeſimum at-
tingeret. Paulo poſt ille è vivis exemptus eſt.
XV. 16 PHILULPHUS II. proxime ſucceſſit Stau-
ratio anno 901. Is à Ludovico IV. Imp. eodem an-
no, cum pluribus Oppidis centum jugera terræ in
territorio Bennenſi dono accepit, fuitque deinde in
Canonicos ſuos munificus, ac liberalis. Porro Lu-
dovici diploma eſt hujuſmodi.

*Hludovicus divina favente clementia Imp. Au-
guſtus.*

*Imperialis celſitudinis mos eſt, fidelium ſuorum
preces, & maxime Deo militantium auribus liben-
ter accommodare, quatenus ſuæ fidelitatis obſe-
quiis, devotiores undique reddat. Quapropter cun-
ctorum fidelium Sanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorumque* B
*præſentium videlicet, & futurorum comperiat in-
duſtria. Quoniam Ebilulphus ſanctæ Aſtenſis Ec-
cleſiæ venerabilis Epiſcopus, noſterque admodum
dilectus, noſtram adiens excellentiam, eximius po-
ſtulavit, quatenus ſuæ ſacroſanctæ Aſtenſi Eccleſiæ
quandam noſtram Imperialem curtem, quæ dicitur
Baenne ſitam juxta ejuſdem loci plebem ſuo perti-
nentem epiſcopatui habentem per menſuram jugera
centum millia cum enistimatione legitima, cum caſtel-
lo muris circumdato, & aquæductu, & cum omni-
bus terris, & villis, qui ſunt in circuitu ſanctę Marię
ad Leucam titulum, & caſtellum pertinens de plebe
Baennis, quę ſunt per menſuram triginta millia, &
Trifolido uſque in Boſcum, cum Abbatia S. Virginis
Mariæ de Narſolis, & cum Eccleſia S. Gregorii de
Villa cum terris cultis, & incultis, montibus, &
planitiebus, uſque in Sturiam, & Eccleſiam S. Ma-
riæ in Cervaria habentem jugera ſencenta, & Sar-
madorium cum integritate montis, & cum omni ter-*
ra, quæ circa ipſum montem eſſe videtur habentem C
*jugera mille ſeptuaginta, atque etiam omnia Rega-
lia jura Bredolenſis Comitatus, publicas functiones
per præceptum noſtræ donationis, jure proprieta-
rio concederemus. Cujus dignis petitionibus aſſcn-
ſum præbentes, hoc ſerenitatis noſtræ præceptum
fieri decrevimus, per quod prædictus Epiſcopus E-
bilulphus noſter fidelis, ſuique ſucceſſores, qui pro
tempore in eodem Aſtenſi Epiſcopatu ordinati fue-
rint, habeant, poſſideant jure proprietario Aſtenſis
Eccleſiæ prædictam curtem de Baennis cum omni
ſua integritate, quę ſupra legitur, & cum omnibus
caſtellis, villis, terris, eccleſiis ſupra nominatis, at-
que curtem de Nigella cum omni ſua integritate, &
omnes curtes noſtri Imperii publicas, quæ ſunt in co-
mitatu Bredolenſi, inter Tanagrum, & Sturiam
cum eodem comitatu Bredolenſi, cum ſervis, & an-
cillis, campis, pratis, vineis, ſilvis, paſcuis, monti-
bus, planitiebus, aquis, aquarumque decurſibus, &
aquæductibus, molendinis, piſcationibus tam in Tana-*
gro & Sturia, quam in cęteris aquis, & rivulis, & cum D
*omnibus quæ dici, & nominari poſſunt à publico jure,
& dominio in jus, & proprietatem Aſtenſis Eccleſiæ
transfundimus, & delegamus, remota totius publi-
cę poteſtatis inquietudine. Statuentes itaque atque
pręcipientes jubemus, ut nullus Dux, Epiſcopus, Mar-
chio, Comes, Vicecomes, Caſtaldio, aut ullus mini-
ſter publicus, neque aliqua perſona parva, vel ma-
gna in rebus omnibus, & ſingulis ſupradictis, ali-
quam moleſtiam, violentiam, aut devaſtationem fa-
cere tentet, neque præfatum Epiſcopatum de ſupra-
dictis omnibus diveſtire, aut moleſtare ſine legali ju-
dicio præſumat. Si quis vero (quod non credimus)
contra hoc noſtræ donationis præceptum, in aliquo
violare, aut irrumpere tentaverit aut terram invade-
re, noverit ſe compoſiturum auri optimi libras cen-
tum, medietatem Palatio noſtro, & medietatem
præfatæ ſanctæ Aſtenſi Eccleſiæ, & ut firmiorem in
Dei nomine obtineat firmitatem, veriuſque credatur,*

A *& diligentius ab omnibus obſervetur manu propria
ſubter roborantes annuli noſtri impreſſione inſigniri
juſſimus,*

Signum Domini Sereniſſimi Imp. Au-




Hludovici Sere- guſti.

*Arnulphus notarius, atque Cancellarius, juſſu D.
Hludovici Imp. relegi.*
*Datum 14. Julii anno Incarnationis Domini 901. In-
dict. 4. anno I. imperante D. Hludovico glorioſo Im-
peratore in Italia. Actum Ticini.*
Eandem porro donationem idem Ludovicus confir-
mavit ſequenti anno ſuo præcepto Imperiali, da-
B tum Ticini per manum ejuſdem Arnulphi Cancel-
larii 5. Kal. Martias anno Incarnationis Domini
902. anno 2. ſui Imperii. Idque in gratiam ejuſdem
Ehilulfi.
17 AUDAX, quem ſucceſſiſſe II. Ehilulfo an- XVI.
no Incarnationis 904. monſtrat Regale præceptum
Berengarii Regis, quod hic exhibetur.

In nomine Domini Dei æterni.

*Berengarius Rex. Si ſacris, & venerabilibus lo-
cis commoda libenter impartimur, morem ſequimur
prædeceſſorum noſtrorum, & id nobis ad æternæ
ſalutis præmium proficere non ambigimus. Qua-
propter omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ no-
ſtrorumque præſentium ſcilicet ac futurorum com-
periat induſtria, Petrum Reverendiſſimum S. Re-
genſis Eccleſiæ Epiſcopum, noſtram exoraſſe clemen-
tiam ſuppliciter petendo, quatenus pro Dei omni-
potentis amore, & remedio animæ noſtræ, omnia
præcepta, quæ ab anteceſſoribus noſtris, ſeu uni-
verſa inſtrumenta chartarum, quę à fidelibus noſtris*
C *ſanctæ Aſtenſi Eccleſia nuper collata ſunt noſtræ au-
ctoritatis confirmatione, eidem Eccleſiæ, cui Audax
in præſenti tempore Præſul eſſe videtur, corrobora-
re dignaremur. Cujus precibus, tam pro Dei amore,
quam pro ejuſdem Eccleſiæ veneratione, libenter aſ-
ſenſum præbentes, omnia præcepta aliorum Regum,
vel Imperat. nec non quę per chartarum inſtrumenta
eidem Eccleſiæ dudum à fidelibus oblata ſunt, per
hanc noſtram auctoritatem præfatæ ſanctæ Aſtenſi
Eccleſiæ, confirmamus. Et quia præſenti tempore,
prava, atque perverſa conſuetudo inolere, & cre-
ſcere videtur hac noſtra regali inſtitutione decerni-
mus, atque ſancimus, ut nullus Dux, Comes, Viceco-
mes, ſcholdatio, gaſtaldio, decanus vel quilibet publi-
cæ partis miniſter in rebus, & poſſeſſionibus præliba-
tę Eccleſię, tam infra civitatem, quam extra civita-
tem aliquam audeat inferre moleſtiam; nullus etiam
hominibus reſidentibus in poſſeſſionibus B. Veſtiariæ,
& S. Secundi, aliquam inferat calumniam, aut ab eis
aliquas exhibitiones, vel invitas redhibitiones exi-*
D *gere præſumat. Nemo etiam diſtringere, aut pigno-
rare, aut per aliorum placita ventilare audeat niſi
in præſentia Epiſcopi qui per tempora ipſi Eccleſiæ
præfuerit. Nulla denique magna, parvaque publicę
auctoritatis perſona, eos hoſtiaticum facere com-
pellat, aut jam dictam Eccleſiam vel ſuos homines
theloneum, ripaticum, aquaticum, vel aliquid quod
publicę parti pertinere debet, aliqua occaſione dare
compellat. Regali etiam cenſura ſancimus ut nulla
publica perſona nulliuſque officii de mercatis vel ca-
ſtellis, ſuper quaſcunque res, & poſſeſſiones, jam
dictę Eccleſię Aſtenſis, quę conſtructa eſſe videtur, aut
in antea conſtruetur, theloneum, aut aliquam functio-
nem publicam exigat. Sed liceat eidem Eccleſiæ cum
omnibus ſuis pertinentiis, & caſtellis, atque mer-
catis, ac reliquis poſſeſſionibus ſuis mobilibus, ac
immobilibus, & familiis utriuſque ſexus, libellariis,
vel Chartulaceis, ſeu commendaticis, nec non ad ean-
dem Eccleſiam confugientibus, ſive cum omnibus*

ad ſe pertinentibus, ſecuro, ac pacifico ordine permanere, per hoc noſtræ conceſſionis, & confirmationis præceptum, abſque calumnia, innovatione, vel contradictione cujuſquam. Contra quod noſtræ donationis, ſeu corroborationis præceptum, ſi quis quomodocumque inſurgere tentaverit, noverit ſe compoſiturum auri optimi libras centum: medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem prælibatæ Aſtenſi Eccleſiæ. Quod ut verius credatur, & diligentius obſervetur, manu propria roboratum, annuli noſtri impreſſione ſubter juſſimus inſigniri.

Signum Domini Sereniſſimi Re-  *Beringarii Regis.*

Ambroſius Cancellarius, ad vicem Ardingi Epiſcopi, & Archicancellarii recognovi.

Datum id. Julii anno Dominicæ Incarnationis 904. Domini quoq; Berengarii Regis xvii. Actum in curte s. Martini in ſolaria in Dei nomine feliciter. Amen

Eodem prætereu Audace ſupplicante Sergius II. confirmavit, quæ ab ipſo, atque ab anteceſſore Ebinulfo in commodo canonicorum acta, & aſſignata fuerant ſequenti diplomate.

Sergius Venerabilis Papa ſervus ſervorum Dei.

Omnibus ſacerdotibus, & Leviticis, ſeu Clericis, atque canonicis ſervientibus, ſecundum ſtatutum numerum, à Rev. & ſanctiſs. Audace S. Aſtenſis Eccleſiæ Epiſcopo in canonica Epiſcopii ab eodem venerab. Audace Epiſc. pro remedio animæ ſuæ pro laudibus, & honorificentia omnipotentis Dei conſtructa, ipſiſque, ac ſucceſſoribus eorum in perpetuum. Cum divina ſimus inſtitutione in capite omnium Dei Eccleſiarum conſtituti, debemus humiliter petentibus animos inclinare, & non ſolum de propriis impartiri ſuffragia, verum etiam ad confirmationes eorum, ut perpetua ea, quæ ſibi ædificant, manere in ſanctis, ac inviolabilibus poſſint ſtatutis, qui Apoſtolicum poſcunt juvamen: ſine quo nihil in Eccleſiaſticis perfectum videtur negotiis, brachium Apoſtolica manſuetudine extendere, & magna unanimitatis virtute, ſecundum conceſſam nobis à B. Petro Apoſtolorum Principe poteſtatem roborare. Ideoque poſtulante Audace venerabili ſanctæ Aſtenſis Eccleſiæ Epiſcopo, quatenus firmemus privilegio omnibus ſacerdotibus, & Levitis, ſeu clericis, atque canonicis, ſervientibus ſecundum ſtatutum numerum ab eodem in canonica, cum clauſtra ſua, quæ eſt conſtructa juxta Baſilicam Sanctæ Dei Genitricis, ſemperque Virg. Mariæ Dominæ noſtræ in ſuo Aſtenſi Epiſcopio, de omnibus rebus, & poſſeſſionibus, quas iiſdem Reverendiſſimus, & ſanctiſſimus Audax in eamdem canonicam, pro remedio animæ ſuæ ibidem militantibus conferre viſus eſt. Id eſt curtem unam, quæ dicitur Quartum, & alteram curticellam quæ dicitur Azanis, ſitam ultra fluvium Tanarum, quam anteceſſor ejus Ebilulfus Eccleſiæ S. Mariæ contulerat: cum omnibus rebus, & familiis ad prædictas curtes pertinentibus; ſimulq; cum omnibus decimis de eiſdem ſolvendis: ut eas ſub omni integritate Canonici de præfata Canonica, & miniſtri eorum, qui ibidem pro tempore ſervierint, poſſideant, diſponantque ad proprios, & communes uſus: ſecundum quod Eccleſiaſtica, & Canonica dictat regula; abſque ulla noſtra vel ſucceſſorum noſtrorum contradictione. Item plebem unam in honorem S. Dei Genitricis Mariæ dicatam, ſitam in villa, quæ dicitur Piſentiana cum titulis, & omnibus decimis eorum, ſimulque cum omnibus rebus, & familiis ad eandem Plebem pertinentibus: & decimas ſuæ Aſtenſis civitatis: & villarum decimas, quæ ad ſuam Eccleſiam pro tempore ſolvuntur, ſimulque & vineam, quæ conjacet prope murum S. Mariæ, una cum clauſtro, & omni ejus integritate.

Hæc autem prænominata loca omnia, cum pertinentiis ſuis, & decimis, quemadmodum ab eodem ſanctiſſimo Audace Epiſcopo in præfata Canonica, ut ibidem militantibus conceſſa ſunt, ſimiliter noſtra Apoſtolica auctoritate ſtabilientes firmamus, & in perpetuum, quieto, & pacifico ordine eos decernimus ſub omni integritate poſſidere. Contradicimus autem Apoſtolica ſanctione, ut nullius officii, vel dignitatis perſona eoſdem Canonicos, qui per tempora in jam dicta Canonica fuerint conſtituti; inquietare de his, quæ ſuperius ſcripta ſunt, & in eadem Canonica conceſſa ſunt, abſque longe audeat. Sed magis, magiſque monemus, quatenus quicumque prævalent, præfatorum Apoſtolorum amore, Canonicis jam dictæ Canonicæ adjutorium præbeant, uti omnipotenti Domino omni remota perturbatione cuncto ſervire valeant tempore. Privilegium quoque, quod de prædictis rebus, & poſſeſſionibus, ſeu decimis, ac Plebibus, vel Curtibus cum omnibus eorum pertinentiis, fecit prænominatus Audax venerabilis Epiſcopus in prædicta Canonica, & Canonicis ejus in perpetuum ſtabilivit: etiam inconcuſſum, per hanc noſtram Apoſtolicam auctoritatem fore ſtatuimus. Si quis autem contra noſtram Apoſtolicam cenſuram ire præſumpſerit, & minuere de rebus prædictæ Canonicæ conatus fuerit: aut Privilegium de his firmatum frangere quoquo modo tentaverit, ſit à liminibus ſanctæ Dei Eccleſiæ exterus, donec reſipiſcat, & ad plenam veniat ſacerdotum ſatisfactionem. Scriptum per manum Melchiſedech Protoſcriniarii ſedis noſtræ in menſe Majo Indictione X.

† Bene valete †

Nonas Majas per manum Theodori Archicancellarii Sedis Apoſtolicæ anno Deo propitio Pontificatus D. Sergii ſummi Pont. & univerſalis Orbis Papæ, in ſacroſancta B. Petri Apoſtoli 4. Indict. 11.)

Ex quo diplomate, cum conſtet Sergium II. menſe Majo decimæ Indictionis, adhuc in humanis fuiſſe, corrigendus videtur Anaſtaſius Bibliothecarius, qui ut refert Baronius ad ann. 847. num. a. præcedenti menſe Aprilis, Sergium defunctum dicit. Notandum prætерea Aſtenſis Cathedralis Canonicos vere Canonicam, hoc eſt regolarem vitam tenuiſſe; cum in hujus rei gratiam clauſtra ab Audace, aliiſve Epiſcopis anteceſſoribus eſſent conſtructa. Imo præter clauſtra, ſeu clauſtrum, eos in communi dormitorio cubare, in eodemque refectorio cibum communibus redditibus comparatum una ſumere ſolitos, ex pluribus, aliiſve monumentis perſpectum habemus: & præſertim ex Kalendario antiquiſſimi Breviarii: in quo adſcripta leguntur nomina multorum, qui diverſa legata faciebant eiſdem Canonicis ea conditione, ut communi victui tam Canonicorum, quam Converſorum (quos Sergius miniſtros vocat) inſervirent. Notandum denique prope ipſam Cathedralem Eccleſiam clauſtrum, ac vineam etiam extitiſſe. Fuiſſe autem hunc Audacem eum ipſum, de quo diploma Hugonis mox reddendum, varia commutationum, & inveſtiturarum ab eo factarum vetera monumenta ſatis oſtendunt. Quo tempore Aſtenſis civitas graviſſimum ſuſtinuit cladem. Nam primo, teſte Raymondo Turco ſuis in notis, cum accepiſſent Aſtenſes Sarracenos è Fruſſineto ad deprædandam Novalicenſem Abbatiam, ferali uſu progreſſos, raptim comparato exercitu illos nec opinantes, prædaque onuſtos, adoriuntur, in fugamque convertunt. Sed dum ad colligendam abjectam prædam diſperguntur, Sarraceni ſubſidiis aucti in palantes Aſtenſes irruunt; & ex eis ad tria millia occidunt: reliquos in fugam hoc, illucque conjiciunt. Ab hac deinde victoria in ſpem veniunt ipſius civitatis potiundæ; ſi illatæ cladis nuntium præcurrerent. Igitur qua poſſunt majori celeritate, Aſtum petunt; cumque nil minus cogitantem, & militibus deſtitutam expugnant. Nullum deinde, ſive avaritiæ, ſive libidinis, ſive crudelitatis, ſive odii denique in Chriſtianam religionem ſpecimen ab iis prætermiſſum. Illud

in

in primis memoriæ proditum, quod monachos Monaſterii SS. Apoſtolorum, itemque alterius, quod S. Benedicti dicebatur, Chriſti martyres effecerunt, ipſiuſque Cœnobii Bibliothecas incenderunt: immaniora etiam patraturi, niſi eandem ſibi timuiſſent à civibus, viciniorumque locorum incolis injuſtum exercitum coeuntibus, quam ipſi palantibus Aſtenſibus intulerant. Vix autem à tanta clade reſpirarat Aſtenſis civitas, cum ab Hungaris in ſimile periculum adducta fuit. Hi namque anno 919. infeſto, ac numeroſo exercitu eam vallarunt, ac per 40. dies obſederunt; ſed tandem abjecta ſpe ejus poſſeſſionis, loca quæque ipſius agri, agrumque ipſum devaſtarunt: & Poderinum, Bragidam, Claraſtum, & Cohortem Æmilii everterunt, captivis abductis mortalibus; qui Aſtenſium exinde pecunia. Audace Epiſcopo operam ſuam conferente, redempti fuere. Ipſo denique Audace ſedente, Hugo Rex omnia, quę Aſtenſi Eccleſiæ oblata, vel donata, aut conceſſa fuerant ab anteceſſoribus Regibus, vel aliis fidelibus, confirmavit per ſuum diploma, quod ſic incipit.

In nomine Dei æterni. Hugo gratia Dei Rex. Si ſacris ac venerabilibus locis commoda, & deinde cætera, proſequitur iiſdem omnino verbis, quæ in præinſerto Berengarii diplomate leguntur; niſi quod pro Petro Regienſi Epiſcopo interceſſore ponitur Giſelbertus Sacri Palatii Comes, & Hugonis diploma ita ternitur ſubſcriptum.

Signum domi- gloriosiſſimi  *ni Hugonis Regis.*

Sigefredus Cancellarius Epiſcopus juſſu Regis recognovi.

Datum anno Dominicæ Incarnationis 926. prid. Idus Novembris Indictione 15. anno D. Hugonis ſereniſſimi Regis primo. Actum Aſtæ in Chriſti nomine feliciter. Amen.

De ipſo vero Audace extat in Eccleſia Quadrigentina inſcriptum capſæ, qua reconditum eſt corpus S. Dalmatii, iſtud monumentum.

Hic requieſcit corpus S. Dalmatii repoſitum ab Audace Epiſcopo Aſtenſi.

XVII 18. BRUNINGUS, quem ab ann. 931. ad annum 964. perveniſſe, monſtrat ſeries contractuum, ab eo pro utilitate ſuæ Eccleſiæ, eo tempore initorum. In quibus legitur commutatio quorumdam bonorum Abbatiæ S. Dalmatii facta cum Adalberto filio Uberti Comitis Aſtenſis anno 938. Qua Bruningus ceſſit Adalberto campum unum cum Baſilica S. Gaudentii in Alliano ad Abbatiam S. Dalmatii de Pedona pertinentem: aſſerendo quod tunc ipſius S. Dalmatii corpus quieſcebat in Eccleſia S. Secundi Quadrigenti, & recepit ipſe Bruningus nomine dictæ Abbatiæ ab Adalberto campum unum, cum Baſilica S. Pancratii ſub Caſtro Vinci, ac omnia bona, quæ idem Adalbertus habebat in fine S. Pauli, & in Selbedrigo, & in Caquerano, eſtque ipſa nota ſubſcripta ab eodem Bruningo à Cuſtode, & tribus Canonicis Eccleſiæ SS. Secundi, & Dalmatii Quadrigenti. Ex quibus exploratum habemus corpus S. Dalmatii ab Audace in ipſa Eccleſia Quadrigentina repoſitum fuiſſe eo delatum ex Abbatia Pedonenſi, cui etiam maxima pars cum capite reſtituta deinde fuit. Quo etiam anno Hugo, & Lotharius Reges eum donarunt Caſtro, quod deinde Caſtrum Epiſcopi dictum, & Epiſcoporum domicilium fuit. En diploma.

In nomine Dei æterni.

Hugo & Lotharius gratia Dei Reges.

Si ſacris, ac venerabilibus locis ex noſtrarum rerum facultatibus aliquid conferimus, & collata à cæteris fidelibus confirmamus, præſentis, & æternæ vitæ gaudia adipiſci non titubamus. Quapropter omnium ſanctę Dei Eccleſiæ fidelium, noſtrorumque præſentium, ac futurorum comperiat ſolertia, Bruningum S. Eccleſiæ Aſtenſis venerabilem Epiſcopum, dilectumque fidelem noſtrum noſtram exoraſſe clementiam, quatenus præfatæ Sanctæ Eccleſiæ in honorem S. Mariæ conſtructæ quoddam Caſtellum ſuper Aſtenſem civitatem, ſitum, quod Caſtellum vetus nuncupatur, cum Capella in honorem S. Ambroſii ibidem conſtructa cum omnibus ſuis pertinentiis: Braidam quoque unam, & pratum unum juxta flumen Verſæ, ubi nuncupatur Modingo: & Maſſaritia ſex cum ſervis, & ancillis ea retinentibus, per noſtri præcepti paginam, donare, & concedere confirmareque, & corroborare dignaremur. Cujus petitionibus libenter faventes, pro Dei amore, animæque noſtræ remedio, prætaxatæ ſanctæ Aſtenſis Eccleſię per hoc noſtrum preceptum donamus juſte, & legaliter concedimus, atque elargimur. Inſuper confirmamus, atque corroboramus prędictum Caſtrum, quod Caſtellum vetus nuncupatur, ſupra Aſtenſem Civitatem ſitum cum prędicta Capella in honorem S. Ambroſii ędificata & omnibus rebus ibidem pertinentibus, cum muris, & foſſatis cum Braida, & Patrouna cum caſis, & maſſaritiis, ac familiis utriuſque ſexus, quorum nomina ſunt Secuadus cum muliere ſua Leucipergu, Roſto cum muliere ſua Amelbergu, Aſtifianus, Eugenia, Lubedeo, Hodi Georgius, Benedicta, Juſſimundus Mazavionga, Grimaldus Ingelberga, cum filiis, & filiabus illorum ſeu cum ſediminibus, campis, vineis, terris, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarum decurſibus, molendinis, piſcationibus, montibus, vallibus, planitiebus, omnibuſque rebus, & familiis eorum in integrum, ſicut ſuperius comprebenſum eſt, funditus concedimus, & omnino confirmamus. Si quis hujus precepti violator extiterit, ſciat ſe compoſitarum auri optimi libras centum, medietatem camerę noſtrę, & medietatem parti prędictę S. Aſtenſis Eccleſię. Quod ut verius credatur, & diligentius obſervetur propriis manibus roborantes annuli noſtri impreſſione ſubter inſigniri fecimus. Signum . . . Sereniſſimorum Hugonis, & Lotharii Regum.

Gisbrandus Cancellarius ad vicem Athonis Epiſcopi, & Archicancellarii recognovit.

Datum decimo Kal. Auguſti, anno Incarnationis Domini 938. anno D. Hugonis piiſſimi Regis 13. Lotharii vero 8. Indict. 11. Act. Papię feliciter. Amen.

Hoc Bruningo ſedente, Udalbertus presbyter donavit Eccleſiæ S. Mariæ Majoris Aſtenſis curtem Acorſingo, reſervato uſufructu Uberto comiti Aſtenſi, onere Canonicis impoſito celebrandi miſſas duodecim ſingulis annis, & alendi ſex pauperes. In quibus, ubi deficerent, ſubſtituit monachos monaſterii S. Michaelis, ut eadem devotius, & melius adimplerent, pro anima ejus, & Uberti comitis, & Bertæ hujus uxoris. Ut vero credamus Bruningi tempore tranſlatum fuiſſe ſacrum corpus S. Secundi Martyr. quod teſtimonio tot Regum in Eccleſia s. Mariæ, eo uſque aſſervatum, ac cultum fuerat, in Eccleſiam illius proprio nomini dicatam, facit inſtrumentum commutationis quorundam bonorum factæ anno 14. Hugonis, & 9. Lotharii Regum: in cujus fine hæc habentur: *Actum in ſuburbio civitatis Aſtenſis, non multum longe ab Eccleſia S. Secundi, ubi ejus ſacrum corpus quieſcit. Videlicet in loco olim . . . carte ducatus ipſius Aſtenſis civitatis in judicio reſideret Ubertus comes ipſius comitatus Aſtenſis adſenecentias deliberandas.* Eidemque Bruningo Beringarius, & Adalpertus eam, quæ hic ſubditur, donationem fecerunt.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Berengarius, & Adelbertus, divina providente clementia Reges. Si juſtis, ac rationabilibus petitionibus aures pietatis noſtrę accommodamus, promptiores eos in noſtro permanere obſequio mi-

nitæ ambigimus. Quocirca omnium fidelium ſanctæ Eccleſiæ noſtrorumque præſentium ſcilicet, & futurorum noverit devotio, qualiter interventu, ac petitione Vualperti, venerabilis Archipræſulis, noſtrique amabilis fidelis, per hanc noſtri præcepti paginam, prout juſte, & legaliter poſſumus concedimus, atque perdonamus Epiſcopo S. Eccl. Aſtenſis Bruningo noſtroque fideli dilecto, licentiam, ac poteſtatem, quatenus in plebe Quadrigenti, quæ in honorem S. Dalmatii martyris conſtructa eſſe videtur. Cujus corpus inibi requieſcit, mercatum exiſtat ſingulis quibuſcumque Kalendis inibi celebretur, & præfatum mercatum, cum theloneo, & publica functione, & quidquid Regiæ noſtræ pertinere videtur parti prædictæ plebi concedimus, donamus, atque largimur, nec non è noſtro jure, & dominio in præfatæ plebis jus, & dominium omnino tranſfundimus, & delegamus, ut habeat, & teneat firmiterque poſſideat in perpetuum; ſancientes, ut nullus Dux, Marchio, Comes, ſculdatio, aut aliquis publicus exactor præfatam plebem de prætaxato mercato in aliquo inquietare, aut moleſtare præſumat, aut aliquam violentiam agere. Si quis ergo hoc noſtrum præceptum infringere tentaverit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum, medietatem cameræ noſtræ, & medietatem præfatæ plebi. Quod ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur, manibus propriis roborantes, annulo noſtro ſubter juſſimus inſigniri.

Signum . . . Sereniſſimorum Berengarii, & Adelberti Regum.

Joannes Cancellarius, ad vicem Guidonis Epiſcopi Archicancellarii recognovi.

Data decimo Kal. Junii, anno Dominicæ Incarnationis 954. Regni vero Berengarii, & Adelberti 4. Indict. 12. Actum Papiæ feliciter. Amen.

In ejuſdem præterea Bruningi gratiam, Otho magnus confirmavit civitatis Sedulæ donationem, quam S. Evaſio, & ſucceſſoribus ejus fecerat Luitprandus, per hoc quod hic ponitur præceptum.

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis.

Otho divina favente clementia Imp. Auguſtus. Si ſanctis, & venerabilibus locis . . . . ferimus munera, & etiam collata confirmamus, animæ noſtræ proculdubio proficuum eſſe non ambigimus. Quocirca omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium noſtrorumque præſentium ſcilicet, ac futurorum noverit devotio, quod intuitu amantiſſimæ noſtræ conjugis Alcydæ Imperatricis, Regnorum noſtrorum conſortis, atque Gezoni Epiſcopi, dilectique noſtri fidelis, per hanc noſtri præcepti paginam, quam ut juſte, & legaliter poſſumus, confirmamus, & corroboramus Eccleſiæ S. Dei Genitricis, & Virginis Mariæ Aſtenſis Epiſcopii, atque Beati Secundi, ubi ejus ſacrum corpus digne, ac reverenter humatum quieſcit, cui præeſſe videtur Bruningus venerabilis Epiſcopus noſterque dilectus fidelis, omnes Plebes, Abbatias, curtes, ſcendulæ omneſque res utriuſque ſexus quoque familias, juris ejuſdem Eccleſiæ. Inſuper noſtra Imperiali auctoritate confirmamus eidem Eccleſiæ omnia privilegia, atque præcepta, tam à noſtris prædeceſſoribus, quamque à nobis collata præcipueque illud, per quod prædicta Mater Eccleſia jure proprietario diſtrictum in mercatum, atque omnem publicam functionem ejus poſſidet civitatis, & circumcirca infra duo milliaria conjacentia. Quapropter præcipientes jubemus, ut nulla regni noſtri magna parvaque perſona prædictam matrem Eccleſiam, ſuum prætaxatum vicarium, noſtrumque dilectum fidelem Bruningum de prædictis omnibus ad eandem Eccleſiam pertinentibus, atque de diſtrictu, ac publica functione uti dictum eſt, ejuſdem civitatis infra duo milliaria circumcirca, inquietare, moleſtare, aut diſveſtire præſumat. Sed pro animæ noſtræ remedio; ipſe, ſuique ſucceſſores, qui etiam, & pacifice habeant, teneant, fruantur in perpetuum, omnium hominum contradictione remota. Si quis igitur, quod non fieri credimus, hujus noſtræ confirmationis, & corroborationis paginam infringere

A tentaverit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum, medietatem cameræ noſtræ, & medietatem prælibato ejuſdem Eccleſiæ Vicario, ſuiſque ſucceſſoribus. Inſuper cum Juda, & Saphira æterno incendio mancipetur. Quod ut verius credatur, diligentiuſque obſervetur, manu propria roborantes, annuli noſtri impreſſione ſubter ſignari juſſimus.

Signum Domini Othonis invictiſſimi Imp. Auguſti.



Autherus Cancellarius ad vicem Vidonis Epiſcopi, & Archicancellarii, recognovi, & ſubſcripſi.

Datum 8. Kal. Octob. anno Dominicæ Incarnationis
B 962. Indict. 6. anno Imperii Sereniſſimi Imperatoris Othonis primo. Actum Papiæ civitate in Chriſti nomine feliciter. Amen.

Obertus Sacri Palatii comes, Vvido Mutinenſis Epiſcopus, Ingoſi. . Giſepraudus Terdonen. Epiſcopus, Antonius Brixien. Epiſcopus.

Sigilphus Placentinus Epiſcopus, Ubertus Parmen. Epiſc.

Eundem denique Bruningum reperitur anno 964. commutaſſe quædam bona cum quodam Rifredo filio Iſnardi, qui profitebatur lege vivere Romana in Coſſiano.

19. ROZO Aſtenſis Epiſcopus, quem electum XVIII
ann. 966. licet aſſerere, quod annus 985. decimus nonus ſui erat Pontificatus, ut infra videbimus. Hic interfuit ſynodo Ravennatenſi à Joanne XIII. celebrato anno 967. ibique ejuſdem Pontificis literis contra Saltzburg. Archiepiſcopum datis ſe ſubſcripſit Roilio, non Rozo Aſtenſis Epiſcopus, apud Hund. Hiſt. Saltzbug. Eidem cum mater O-
C berti cujuſdam, ipſeque Obertus obtuliſſent predium in curte Cauſeroni, ipſe illius redditum ad luminaria perpetuo ſervanda ante Altare B. Mariæ Virginis aſſignavit. Eodem Rozone Epiſcopo, Otho Magnus Aſtenſi Eccleſiæ data confirmavit, alia de novo jura dedit hoc ſuo diplomate.

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis.

Otho divina favente clementia Imperator Auguſtus. Si præclaræ retributionis fore dicatur, qui ſanctis locis Deo dicatis jus conceſſerit, aut immerito proſperabitur qui collata, ut ſincere à cultoribus Eccleſiarum Dei detineantur, ſua auctoritate corroboraverit. Quocirca omnium ſcilicet Dei fidelium, noſtrorumque præſentium, ac futurorum noverit induſtria qualiter Lambertus ſanctæ Parmenſis Eccleſia in honorem ſanctæ Dei Genitricis ſemper Virginis dicatæ, ubi ſacratiſſimum corpus S. Secundi humatum quieſcit. Cui auctore Deo, noſtrique examinis gratia Rozo Epiſcopus deſervit in prædeceſſoribus noſtris, tam regibus, quam Imperatoribus, reli-
D gioſis viris collata noſtra Imperiali cenſura confirmare, & corroborare dignaremur. Cujus dignæ petitioni aſſenſum præbentes, ejuſdemque Dei Genitricis ſemper Virginis Mariæ ſanctique Secundi martyris implorandam aſſidue opem conſiderantes, hoc præceptum fieri juſſimus, per quod tam in cultis, quam in incultis locis omnes, plebes, curtes, caſtellum vetus integre cæteraque caſtella, villas, manſos, nec non utriuſque ſexus familias, Domos quoque, poſſeſſiones, & integerrime diſtrictum, & Theloneum ipſius civitatis in circuitu, & circumquaque uſque ad quatuor milliaria, atque Tanari fluminis omne ripaticum, & aquaticum, Abbatiolas quoque unam in Angiano in honore Sancti Bartholomæi Apoſtoli, & Pedonenſem Abbatiam, & canonicam in honorem quondam S. Dalmatii M. dicatas, cum omnibus rebus ad prædictas Abbatiolas integerrime pertinentibus, in quibuſcunque comitatibus, ſeu locis Longobardiæ, & Italiæ Regni adjacentibus. Curtem quo-

que de Campello, cum ſilvis, & omnibus ad ſe pertinentibus, & ſilvas de Andona, & Bannale. Cæteraſque ſilvas, cum omnibus pertinentiis ſuis, ſeu etiam cuncta habita, tenta, atque poſſeſſa ad partem ipſius ſedis, à quolibet prædeceſſore præſentis Epiſcopi, atque omnia aliquo inſcriptionis, & donationis titulo hactenus donata & collata, ſeu tradita prædictæ Aſtenſi Eccleſiæ à quibuſcunque hominibus, concedimus, donamus, confirmamus, & corroboramus, una cum vineis, campis, pratis, piſcuis, herbis, montibus, vallibus, collibus, planitiebus, ſilvis, inſulis, fraſcariis, ſtallariis, ripis, rupinis, aquis, aquarum decurſibus, molendinis, piſcationibus; omnia cum omnibus rebus, quæ dici, vel nominari poſſunt ad præfatam Epiſcopi ſedem in integrum pertinentibus, & per hoc noſtræ confirmationis præceptum, de noſtro ac regni jure, & dominio in præfatæ Sanctæ Eccleſiæ Aſtenſis jus, & dominium omnino transfundimus, & delegamus, & deinceps in poſterum, perennibus temporibus, habeat, teneat, fruaturque poſſideat jure proprietario omnium hominum contradictione, & inquietudine remota. Inſuper concedimus, atque largimur, ut præſenti Epiſcopo, & ſucceſſoribus ſuis, ubicumque voluerint, & providerint in omnibus locis prænominatis Sanctæ Sedi pertinentibus liceat caſtella, turres, merulos, munitiones, valla, foſſas, foſſata, cum propugnaculis, ſtruere, & ædificare: vias quoque libere incedere, aquas trahere, & aquæductus, & molendinos facere, cujuslibet hominis omnino contradictione remota. Præterea concedimus, atque largimur, ut in Tanaro flumine prope Aſtam & Maſinm curtem, portus navium omni tempore prædicta Eccleſia habeat, ad tranſeundum quidquid neceſſe ibi omni homini fuerit, & theloneum, ad utilitatem ipſius Eccleſiæ accipiatur, & mercatum in territorio Quadrigenti, quotieſcunque in anno præfatus Epiſcopus, aut ſucceſſores ipſius voluerint, ſtruere, facere, & theloneum accipi ad partem Eccleſiæ S. Dalmatii præfatæ plebis. Deinde per hanc noſtram corroborationis paginam, concedimus, donamus, atque confirmamus, ut omnis incola, ſeu colonus, atque habitator, & reſidens terræ, & terrarum, atque illius caſtri ſanctæ Dei Genitricis, ſanctique Secundi prænominatæ ſedis, à nullo homine, aut per legem diſtringatur, dilanietur, niſi ante prætaxatæ Sanctæ Eccleſiæ præſulis, ſuique miſſi præſentiam; & talem legem ibi faciat, qualem ante noſtram, aut noſtri comitis palatii præſentiam facere debuerant, ſtatuentes noſtra Imperiali auctoritate, jubemus, ut deinceps nullus Rex, marchio, comes, vicecomes, ſculdatio, Gaſtaldus, aut ullus Reipublicæ exactor, ſeu alia quælibet magna parvaque perſona, Regnorum noſtrorum, præfatum Epiſcopum, ejuſque ſucceſſores de præfatis plebibus, & curtibus, omnibuſque rebus mobilibus, & immobilibus, diſveſtire, moleſtare, aut inquietare aliquem eu ſuis colonis, manſionaticum in aliquo ſuorum locorum facere, theloneum, aut ullam publicam functionem exigere audeat: ſed liceat eandem ſanctam Dei Eccleſiam, ejuſque vicarios, quiete, ac pacifice omnia tenere, regere, & gubernare, omni moleſtia & contradictione cujuslibet hominis remota. Si quis igitur (quod non credimus) temerarius hujus noſtri præcepti violator extiterit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras mille, medietatem cameræ noſtræ, & medietatem jam dicto Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus. Quod ut verius credatur, & diligentius obſervetur, manu propria roborantes, annuli noſtri impreſſione ſubter inſigniri juſſimus.

Signum Domini Othonis invictiſſimis Imp. Auguſti.

Ambroſius Cancellarius ad vicem Uberti Epiſcopi, & Archicancellarii recognovi.

Dat. 14. Kal. Jun. anno Incarnat. Domini 969. Imp. vero D. Othonis piiſſimi Cæſaris 8. Indict. 12. Act. in Romania prope Caſtellum quod dicitur Conca, ſuper fluvium Coſona in ſilva de cella, collatonata. In Dei nomine feliciter. Amen.

In quo diplomate videre licet per verba illa, de noſtro, & Regni jure, & dominio in præfatæ Sanctæ Eccleſiæ Aſtenſis jus, & dominium omnino transfundimus, & delegamus (quæ in præinſerto etiam Ludovici, & in aliis inſerendis Regum præceptis habentur) ſupremum dominium in ipſam Eccleſiam fuiſſe translatum. Deinde quod conſequens fuit, confirmatam ſupremam omnium cauſarum cognitionem, quam Carolus III. conceſſerat illis verbis: *Sancientes, ut nullus eos ad placitum attrahere præſumat, ſed ſecundum quod Epiſcopo placuerit gubernata & exiſtat judicata*, dum ſuit Otho ipſum Epiſcopum, vel ejus miſſum talem legem poſſe facere, qualem condere poterat Imperator, vel illius comes Palatii. Tertio nomen, vel titulum comitis in iis diplomatibus, nequaquam importare dominium illud, cum mero, & mixto imperio, quod feudatariis, ſeu vaſallis conferri uſu venit, ſed vicariam auctoritatem in judicandis cauſis. Quid jus Reges Italiæ in Longobardici Regni civitates ſibi reſervarant, neque ut eis liberum eſſet ad jura reddenda, continendoſque in fide populos ejuſmodi auctoritatem Epiſcopis, ſeu aliis principibus viris, qui Miſſi, vel Nunci dicebantur delegare.

Cum autem iis temporibus Albenſis civitas ita à Sarracenis devaſtata, ac deſolata fuiſset, ut ad antiquam civitatis dignitatem aſſurgere non poſſe videretur, ipſamet Albenſis civitas, cum ſua diœceſi Aſtenſi Eccleſiæ unita, illiuſque Epiſcopo Rozoni ac ſucceſſoribus ſubjecta in Concilio Provinciali, quod Mediolani in Eccleſia S. Theclæ Landulſus Mediolanenſis Archiepiſcopus coegit, eaque unio à Benedicto VI. fuit comprobata ann. 13. ſui Pontificatus Indictione 13. Verum Rozo, tam aſſiduam, fidelemque operam in reſtituenda Albenſi Eccleſia navavit, ut antequam ipſe è vita migraret, novus Epiſcopus fuerit Albæ conceſſus Conſtantius ann. 986. Idem Rozo presbyteros in Eccleſia S. Joannis inſtituit, iiſque decimas bonorum citra Tanarum in Curte Flico. & Ripalta, cum onere ſolvendi quotannis tres ſolidos Epiſcopo, aſſignavit; eum denique anno 990 adhuc ſediſse ex iis, quæ ab ejus advocato pro tuendis juribus, quæ Aſtenſis Eccleſia habebat in Govaſio, factaſunt, ſatis apparet.

20 PETRUS ann. 992. initio proculdubio electus, Rozonis ſucceſſor fuit, cum in diplomate, quo confirmavit conceſſionem factam à prædeceſſore Rozone de terra Curſeronis ab Uberto. ejuſque matre oblata pro luminaribus Altaris Beatæ Virginis, habeatur Petrum ipſum, talem confirmationem egiſse anno Incarnationis 1001. 10. Kal. Junias Indict. 15. Pontificatus ſui anno 9. & menſe 10. Eodemque anno 992. idem ab Othone III. impetravit confirmationem, quæ ab anteceſſoribus elargita fuerat, iiſdem omnino verbis, quibus Otho I niſi quod ille præterea conceſſit Epiſcopo terras mortuorum ſui Epiſcopii abſque hæredibus de hoc ſeculo migrantium: quod inter recenſendum, jam donata alia addidit in hunc modum. *Confirmaturus quidquid ſui anteceſſores adquiſierint, videlicet quidquid ad publicum jus pertinet in theloni redhibitione, ſeu equatici pertinere videtur, cum integro Alveo fluminis Tanari. Ita ut ubicunque placet, aut ſucceſſoribus ſuis conſtruant ſibi molendina, aut alia neceſſaria, verum etiam civitatem, aut Caſtella cum omnibus adjacentiis ſuis, cum quatuor milliaribus in circuitu &c.* XIX.

Ex his non defuit, qui opinatus ſit Aſtenſis civitatis temporale dominium Epiſcopo fuiſſe conceſſum. Conſtat tamen primo Henrici II. Imperatoris mox exhibendum diploma, in quo quæcumque ad eam diem Aſtenſi Eccleſiæ dono data ſigillatim recenſentur, In iiſque Caſtellum, ac diſtrictus civitatis, non tamen civitas ipſa; Conradi deinde II. documentum, quo jus ſignandæ pecuniæ conceſſit, non quidem Epiſcopo, ſed ipſi Aſtenſi urbi tanquam, ut ipſemet ait, *debito fidelitatis Regibus arctius obligata, & in ipſorum, regnique*

ſer-

ſervitio cura pervigili mancipaſſe. Poſtremo, ut alia omittantur, Friderici I. diploma, in quo ipſe aſſerit Aſtenſes cives diſtrictum civitatis ſolitos fuiſſe habere, ipſamque civitatem, tamquam unius Cæſaris dominio ſubjectam nequaquam cætera omnia regalia concedit: Cæterum Petrus cum ad annum perveniſſet 1007. exceſſit è vivis menſe Septembri.

XX 21. OTHO anno 1007. ſucceſſit in demortui Petri loco, qui inter cætera ſuæ munificentiæ argumenta Eccleſiam S. Pancratii contulit Monaſterio S. Michaelis de Cluſa, an. 1007. pauloque poſt ex hac vita migravit.

XXI. 22. ALERICUS, ſive Aldericus, ſeu Oldericus, Magnifredi Marchionis filius, Arduini Italiæ Regis Nepos, Manfredi Marchionis Secuſiæ frater, licet in nota, quam in ſuo Salutienſi Chronico Zaffredus ab Eccleſia refert, tam ipſe Aldericus Epiſcopus, quam Manfredus Marchiones Salutiarum ſeſe duntaxat dicant in donatione ab ipſis facta Eccleſiæ Aſtenſi, de Eccleſia S. Secundi Lavaldrixii ſuoque territorio decimaque villæ anno 1024. Hic Alericus ab Arduino Eporediæ Marchione, qui ſe pro Rege Italiæ gerebat, in Aſtenſem Epiſcopum primo creatus fuit an. 1008. non expetita ex more Cleri, populique electione, ſpretaque Archiepiſcopi Mediolanenſis approbatione. Quo facto irritatus Arnulfus Mediolanenſis Archiepiſcopus, comparato exercitu, Aſtam petit; & favente Clero, populique maxima parte, jus ſuum violari etiam indigne ægreque ferentibus eam obtinuit, non ſine cæde tamen nobiliſſimorum civium, Alerici partes tuentium, in quibus fuit Joannes Matthæus Turcus dominus Montis Berſarii parens Ra, mundi, qui iſta ſcriptis mandavit. Hac igitur ratione adortus fuit Alericus, Cleri populique electionem expetere, & ea obtenta Mediolanum pedes ſe conferre ab Archiepiſcopo ipſo iterum inthronizandum. Rem ex vetuſtis ſcriptoribus unus narrat, ſuſpecta tamen fide, Arnulfus Mediolanenſis in Chronica nondum excuſa prope finem libri primi de Henrico Imperatore loquens his verbis. *In fortitudine ejus omnis terra contremuit, uſq; adeo, ut ſi qui reperti fuerint Arduini faviſſe partibus aut fugerent, aut deditionem facerent. E quibus Aſtenſis Epiſcopus relicta propria ſede Mediolani uſque ad libitum latuit. Dederat enim Imperator vivente ipſo & abjecto Epiſcopatu, cuidam Olderico fratri Manfredi Marchionis eximii; quod factum Archipræſul Arnulfus vehementer exhorrens conſecrationem, quæ ſibi competebat, omnino vetuit. Oldericus autem ille, ſua fretus, ac fratris præſentia Romam proficiſcens, ſubreptione quadam conſecrari ſe fecit à Romano Pontifice. Quod ubi innotuit Arnulfo juſta ſatis accenditur iracundia, non tantum regia inſtitutione, quantum Romana (quod deterius videbatur) indignatus conſecratione. Veniens igitur in Conventu Mediolanenſis Eccleſiæ, anathematis jaculo conſecrati transfixit audaciam. Deinde collecto undique exercitu copioſo cum ſuffraganeis ſimul Epiſcopis, civitatem aggreſſus Aſtenſem, clauſis in Urbe Marchione, cum Epiſcopo denſiſſima obſidione vallavit. Nec à populatione, belloque deſtituit, donec pace compoſita, illius ſatisfactum eſt voluntati. Hæc autem fuit pacis conditio. Quod venientes Mediolanum, tertio ab urbe milliario, nudis incedendo veſtigiis, Epiſcopus codicem, Marchio canem bajulans ante fores Eccleſiæ S. Ambroſii reatus proprios devotiſſime ſunt confeſſi. Præterea Epiſcopus virgam, & anulum ſuſcepti Epiſcopatus ſupra ſancti confeſſoris altare poſuit. Quæ poſtea largiente Archiepiſcopo pie reſumpſit, frater vero illius Manfredus Marchio donavit Eccleſiæ auri talenta quam plurima. Unde producta eſt Crux illa pulcherrima, quæ uſque hodie præcipuis tantum geritur in diebus. Deinde ſicut venerant nudis pedibus per medium civitatis ad Eccleſiam Majorem ſanctæ Theotoces uſque deveniunt, ab Archiepiſcopo, & Clero cunctoque recepti in pace populo.* Hactenus Arnulfus. Quam vero fidem mereatur Arnulfus, qui unus præ omnibus, tam ejus ſeculi, quam recentioribus ſcriptoribus affirmet, non ab Arduino, ſed ab Henrico Imp. collatum Alerico, ſive Olderico Aſtenſem Epiſcopatum, videat lector, an veriſimile ſit Henricum Arduini inimicum, Olderico Arduini fratri germano nobilem donaſſe Epiſcopatum. Accidiſſe vero Alerici, ſeu Olderici intruſionem anno ab Incarnatione Domini 1008. legitimamque deinde electionem anno 1009. expreſſe indicant ejuſdem Alerici diplomata, quæ in tabulario S. Anaſtaſii Aſtenſis Cœnobii extant, in quorum primo dato ipſo anno 1008. 24. Junii pro confirmatione Elizæ Abbatiſſæ ita ſubſcriptus legitur, *Ego Alricus Epiſcopus Pontificatus noſtri anno* 1. in altero vero, quo plura eidem Monaſterio dedit anno ab Incarnatione 1009. 24. menſis Aprilis, ita rurſum idem Alericus ſubſcriptus cernitur. *Ego Alericus Epiſcopus, &c. Pontificatus noſtri anno* 1. Ex quibus patet eum poſt hæc pontificatus ſui annos denuo numerare cœpiſſe. Quod etiam fit manifeſtum ex ipſius Alerici alio diplomate, dato 4. die Maii Indict. II. in Archiv. Cathed. quo conceſſit quaſdam decimas Eccleſiæ S. Gilarii, dum anno 1034. ibidem enunciatus dicatur anno. 26. ſui pontificatus. Hinc corigendi Triſtanus Calchus. Sigonius, Puricellus in deſcrip. Ambroſianæ Baſilicæ, qui ad annum 1015. vel ad 1016. ſeu ad anum 14. uſque ad 19 ſupra milleſimum hæc accidiſſe opinantur. Cæterum Alericus, ut tradit ſupra citatus Raymundus, tam ſolidæ pietatis, omniumque virtutum ſpecimen dedit, ut cum ſanctitatis opinione vitam egerit. Plura ſuæ pietatis in ſacra loca reliquit monumenta, iis quidem non tantum ex ſuæ Eccleſiæ bonis, ſed ex propriis plura, inſigniaque eſt elargitus. E quibus lubet hic inſerere donationem ab ipſo factam Eccleſiæ S. Aniani, ut quando hujus Epiſcopi merita ex ipſius actis dignoſcere minime valeremus, ex hujus diplomatis tenore facile agnoſceremus. Sic enim ſe habet.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.
Alericus divina providentia, miſericordia
ſanctæ Aſtenſis Eccleſiæ Epiſcopus.

Cunctis viribus omni tempore divinis præceptis inſiſtendum credimus, quatenus Chriſti merito miniſtri, prudentes diſpenſatores dici valeamus. Vigilandum quippe eſt in armis fidelium pectorum, ne mens noſtra inviſibilium duris inſerviat inſidiis hoſtium: ſi enim vim peſſimorum ſpirituum expellere cupimus, oportet nos large divites vernularum ſimus. Qui enim ſibi decenter domum ædificat, decenter neceſſe eſt vernulas poſſideat. Quapropter cunctis ſanctæ Matris Eccleſiæ notum ſit fidelibus, præſentibus ſcilicet, & futuris quoniam nos cernentes Beatiſſimi Aniani Eccleſiam, ubi ſacrum, & venerabile ejus accubat corpus, pauciſſimis adeo cultoribus excultam, nec ſatis opportune, pro meritis Beatiſſimo viro à domino datis, miniſtris ornatam. Ibidem quatuor Canonicos Deo, Beatoque Aniano perpetuo ſervituros ordinare decrevimus. Quatenus juxta Canonicam, & regularem inſtitutionem ibique degentes pro ſtatu, paceque Eccleſiæ catholicæ, nec non pro totius Chriſtiani populi ſalute, ac pro ſoliditate, & quiete ſereniſſimi ſenioris noſtri Henrici Cæſaris Auguſti, ac pro remedio animæ noſtræ noſtrorumque ſucceſſorum animabus divinæ jugiter pietatis miſericordiam ſtudeant exorare. Verum hujuſmodi ſanctæ devotioni inſiſtentibus, ne quæ neceſſitatis difficultas impedimentum aliquod inferre poſſit divina inſpiratione intrinſecus tacti una cum conſenſu, & conſilio Presbyterorum, Diaconorum, ſeu reliquorum Clericorum, noſtræ Eccleſiæ Cardinalium omniumq; noſtrorum fidelium conferre decrevimus, decimam de villa, quæ dicitur Villiano, cum titulo ſuo Villam, quæ dicitur Platio, cum omni ſervitio. Placuit etiam, atque commodum viſum eſt nobis addere decimas omnium, quæ ſub noſtro nomine laborantur in hac civitate, ſeu in territorio Epiſcopi, nec non in

Go-

Govone, ſeu in Gorzano, atque in Lavige ad eſum, atque ad neceſſitates eorum fratrum qui ibidem pro tempore ſervierint, ſuſtentaudas. Volumus atque deliberamus, ut quæ ſupradicta ſunt habeant ipſi Canonici, teneant, firmiterque poſſideant, remota omni noſtra, noſtrorumque contradictione, & ſecundum quod eis rectum viſum fuerit libere diſponant. Avidius enim, atque jucundius fratres Domino credimus ſervituros, ſi ex parte noſtri Epiſcopii, hoc illis fuerit largitione collatum, pro noſtræ noſtrorumque ſucceſſorum remedio animarum. Si quis vero (quod abſit, neque futurum credimus) avaritiæ ſtimulis tactus, & diaboli cupiditate deceptus de his quæ ſupra commemorata ſunt, atque à noſtræ humilitatis largitione collata, aliquid ſurripere voluerit aut huic noſtræ auctoritatis decreto contradicere tentaverit, anathematis Fulmine feriantur, Judæque traditori in pœnis ſocietur & cum Dathan, & Abiron in barathri profundum cruciandus demergatur. Inſuper maledictio divina Patris, & Filii & Spiritus Sancti apprendens, deſcendat ſuper eum: Virgo Dei Genitrix, Michael cæleſtis ſignifer, Petrus Apoſtolorum Princeps & Beatus Anianus Chriſti confeſſor, in cujus ſervitio hoc agitur, Sanctique omnes eum maledicentes confundant, donec intereat, niſi ad ſatisfactionem veniæ emendetur. Quicunque vero hujus noſtræ conſtitutionis obſervator extiterit, & adjuvando .... & miſericorditer auxilium præbuerit, Dei Omnipotentis miſericordiam perenniter conſequatur, Patris, & Filii & Spiritus Sancti benedictionibus repleatur, Matris Virginis, & Michaelis Archangeli, Petrique Apoſtolorum Principis & Beati Aniani confeſſoris Chriſti, Sanctorum omnium intereeſſionibus adjutus, æterna felicitate in cœleſti Palatio congaudeat, & exultet ſemper, Amen. Amen. Fiat, Fiat, Fiat.

Alricus gratia Dei ſubſcripſi.

Adelbertus Archipresbyter huic Conſtitutioni interfuit, & ſubſc.

Petrus Archidiaconus ſubſc.

Gebrio Diaconus ſubſc.

Manfredus Marchio cum uxore ſua Berta laudavit, & confirmavit.

Rozo Archiphoniſta ſubſc.

Civitate Aſtæ actum anno Dominicæ Incarnat. 924. Indic. 7.

Rogerius hypodiaconus cancellarius Scriptor ſubſc.

Ab eiſdem autem Alderico, Manfredo, & Berta donatam Curtem Cereſolæ de Bovo Eccleſiæ Ss. Apoſtolorum ex documento confirmationis Henrici III. habetur. Idem Epiſcopus an. 1028. in feudum conceſſit caſtrum, ſeu curtem ſuper Tanarum fluvium cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis Abelionio filio Elenerii, & Amaltrudæ filiæ Hieronymi ejus uxori (à quibus deinde conſtructam, ac dotatam eo ipſo anno fuiſſe Abbatiam S. Petri de Saviliano publicum monumentum ejuſdem fundationis Cœnobii perſpectum facit) hac addita conditione, ut quotannis duodecim denariorum bonorum in Miſſa S. Martini perſolverent. Eidem porro Alerico cum innotuiſſet, quæ in Montis Ferrati ſuæ Diœceſis loco exercebatur impietas ab incolis, ita magicis artibus deditis (Gaber. lib. 4. 12. apud Baronium an. 1027. numero 8.) ut quo obſequentiores haberent dæmones, more non gentilium tantum, ſed & Judaico, ſacrificia facere conſueverant: exercitu ex Aſtenſibus comparato, & adſcito in ſubſidium Manfredo fratre, locum ipſum, ut nomine, ita & re fortem expugnavit, & cum incolas nulla ratione ab ea inſania revocare potuiſſet, iis exactis, locum novis cultoribus inhabitandum tradidit. Alericus denique, ut Pingonius habet, ſanctimonia venerabilis, cum fato conceſſiſſet anno 1036. Taurini apud Eccleſiam S. Joannis Baptiſtæ in ſacello ſanctiſſimæ Trinitatis humatur, ubi anno 1027. ejus frater Manfredus conditus fuit. Referunt Hermanus Contractus, Triſtanus Calchus, Corius, atque Sigonius Alericum hunc Aſtenſem Epiſcopum fuiſſe illum, quem aſſerunt in obſidione Motæ Mediolanum inter Laudam Pompejam fuiſſe occiſum; ſed illum non Alericum Aſtenſem, ſed Oldericum Laudenſem Epiſcopum extitiſſe, patet ex Cavitelio in Annalibus Cremon. & ex ſequenti Conradi II. Imp. diplomate Oberto Aſtenſi deſignato Epiſcopo anno 1037. clare demonſtratur Alericum eo anno ex hac vita migraſſe. Hinc neſcio qua fide, quave mente affirmet auctor Chronologiæ de Præſulibus Pedemontanis, Alericum ab Aſtenſibus civitate expulſum, cumque coadunatis copiis ad eos coercendos acceſſiſſet, vulneratum interiiſſe; hujuſceque rei auctorem facit Contractum, qui certe nullam de expulſione Alerici mentionem facit, ſed rem ita deſcribit, ut appareat de eodem Epiſcopo loqui, qui apud Mottam occubuit. Is fuit Olericus Laudenſis Epiſcopus occiſus anno 1025. Alericus vero Aſtenſis extrema clauſit anno 1036. ut ex dictis clare videtur.

23 OBERTUS, ſeu Ubertus Alrico ſuccedit anno 1037. cujus precibus Conradus amplum, & liberum commeatum per vallem Secuſiæ, omniaque Regni loca conceſſit: *Conradus, &c. Unde notum eſſe volumus omnibus Chriſtianis, fidelibus, tam præſentibus, quam futuris, qualiter Obertus Sanctæ Aſtenſis Eccleſiæ deſignatus Epiſcopus, quem Dei ordinatione ipſi Eccleſiæ propoſuimus noſtram excellentiam adiens rogavit: ſuæ Aſtenſis civitatis civibus per vallem Secuſiæ, per omnes valles, & per omnia montana, & per vias aſperas, & plateas, & per tranſitus aquarum, & per angiportus paludium totius noſtri regni, pater quos ceteri mercatores noſtri imperii vitæ præſentis ſolent conquirere ſubſidium libere concederemus exitus, & reditus. Cujus petitionibus libenter aſſentientes, remota totius publicæ poteſtatis inquietudine, firmiter præcipimus, ut nullus Dux, Epiſcopus, Marchio, comes, vicecomes, Caſtaldio, aut nullus miniſter publicus, neque magna aliqua, vel parva perſona aliquam violentiam eis facere tentet, aut ab eis aliquid exigere præſumat, præter thelonea per Regnum noſtrum imperiale ſtatuta, quæ etiam cæteri noſtri Imperii mercatores jure legali hactenus ſolvebant. Si quis vero, &c.* XXII

Signum .. D. Conradi invictiſſimi Romanorum Imp. Auguſti.

Rodolfnus Cancellarius vice Hermani Archicancellarii rogavi.

Datum 13. Kal. Julii, anno Dominicæ Incarnationis 1037 Indict. 6. an. autem Conradi Regis 13. Imperii 11. Actum ad lacum Gardenſem in Pratis S. Danielis feliciter. Amen.

Oberti electio novam Aſtenſibus diſſidii cauſam præbuit. Siquidem cum in curia Conradi Cæſaris familiaris eſſet, & charus, invito populo, cleroque Epiſcopus eſſet declaratus, ad arma ventum eſt. At cum eodem tempore Benedictus Papa in Longobardiam veniſſet, Cæſar à Papa Oberti confirmationem obtinuit, ab eoque conſecratus & ab Aſtenſibus in gratiam receptus, ille, ut benevolos ſibi redderet, allatum privilegium in eorum favorem impetravit. Præfuit circiter annos tres, & fato functus, apud ſuos humatus eſt.

24 PETRUS ex iis, quorum habentur nomina, hujus nominis II. Aſtenſis Epiſcopus ex ejuſdem Eccleſiæ Archidiacono, quem ann. 1040. ab Incarnat. reperitur commutaſſe quædam bona. Hujus autem meritorum apud Imperatores intuitu Henricus omnium ampliſſimum privilegium Aſtenſi Eccleſiæ conceſſit, quo data ab anteceſſoribus (ea ſigillatim nominando) confirmavit in hunc, qui ſequitur, modum. XXIII

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Henricus divina favente gratia Rex. Si præclaræ retributionis præmio ditatur, juxta veritatis vocem qui ſanctis locis Deo dicatis ſua conceſſerit, haud immerito proſperabitur, qui collata, ut ſincere, & tranquille à cultoribus Dei Eccleſiarum teneantur ſua auctoritate corroboraverit. Quocirca omnium Sanctæ Dei Eccleſiæ fidelium, noſtrorumque

præſen-

A præſentium, ac futurorum noverit induſtria. Quoniam Petrus Sanctæ Aſtenſis Eccleſiæ venerabilis Epiſcopus, noſterque non ſimpliciter dilectus, noſtram adiens excellentiam, enixius poſtulavit, quatenus omnipotentis Dei amore animæque noſtræ, ac noſtri genitoris inclytæ memoriæ Conradi Romanorum Imperatoris remedio, omnia ſuæ ſacroſanctæ Aſtenſis Eccleſiæ in honore Sanctæ Virginis Mariæ dicatæ à prædeceſſoribus noſtris, tam Imperatoribus, quam etiam Regibus, atque Aldrico ejuſdem Eccleſiæ Aſtenſis Epiſcopo, necnon à religioſis quibuſcunque hominibus collata, noſtra regali cenſura confirmare, & corroborare dignaremur. Nos itaque ejus Domini, videlicet Petri, honorabili Epiſcopi multiplici probitate, in mei Patris Auguſti, videlicet Imperatoris, noſtrique ſervitio deſudaſſe ſepiſſime per hoc noſtræ auctoritatis præceptum, eam in cultis, quam in incultis locis, plebes, & curtes, caſtellum etiam integre, cæteraque caſtella, villas, manſiones, necnon utriuſque ſexus familias, domoſque poſſeſſio- B nes, integerrime diſtrictam, & theloneum ipſius civitatis in circuitu, & circumquaque uſque ad ſeptem milliaria, atque Tanagri fluminis omnem ripaticum, & aquaticum, portus quoque navium, uſque ad Maſsi cartem habeat prædicta Eccleſia omni tempore, ad tranſmeaadum, quidquid neceſſe ibi omni homini fuerit. Silvam quoque de Andona cum ſuis pertinentiis. Aliam ſilvam, quæ dicitur Aſpera valle, quæ dicitur Columbaria, uſque in Rigo de Andona, & uſque in Burbure cum ſuis adjacentiis, & pertinentiis, plebem S. Dalmatii de Quadrigento, cum curte, caſtro, & cum canonica ejuſdem beatiſſimi martyris, quam ſpecialiter præcipimus, ab omnibus eſſe obſervandam, & omnibus ſuis pertinentiis: mercatum etiam, & theloneum ad luminaria ipſius Eccleſiæ. Boſchum quod dicitur Lunare, & boſcum Alociam cum ſuis pertinentiis. Medietatem quoque de curte, quæ dicitur Meyaria, cum ſuis pertinentiis, & medietatem de ſibinis, cum caſtro, & capella, & omnibus pertinentiis, medietatem de caſtro quod dici- C tur Bulgare, & de curte cum capella, uſque in Grana, cum ſuis pertinentiis, medietatem de Fraſchadello, cum caſtro, curte, & capella, & omnibus pertinentiis ſuis, medietatem de Prodamiano, cum curte, & caſtro, & capella, & cum bellono famulo, & filiis, & filiabus ſuis, & omnibus pertinentiis, & cum omnibus, quæ fuere de jure Aldegardi in Occimiano, in Calliano, in Sarmatia, cum curte, & Vigariſo, cum caſtro, & capella, & boſco, & cepas cum omnibus ſuis pertinentiis. Curtem de Mirabello cum caſtro, & capella, & boſcho, cum omnibus ſuis pertinentiis: medietatem de Caſtillione, cum caſtro, & Dominicata, & capella, & boſcho, & omnibus ſuis pertinentiis: Curtem de Quarto cum capella, & boſcho, & omnibus ſuis pertinentiis, uſque in Tanagrum. Abbatias etiam, unam ſcilicet Apoſtolorum, cum curtibus, & caſtris, & villis, & omnibus ſilvis cunctiſque ſuis pertinentiis: Monaſterium de Aziano Sancti Bartholomæi cum caſtro, & capellis, & boſcho, & omnibus ſuis pertinentiis: Abbatiam ſan- D cti Anaſtaſii martyris cum curte, cella, camairano, capella, caſtro, celarengo, cum capella, & curte, & ſilva, cum cella S. Stephani juxta fontem Brobii, cum omnibus ſuis pertinentiis, Eccleſiam S. Petri de Caſtilione, cum curte, & caſtello, & boſcho, & omnibus pertinentiis, Caſtellum de Celle cum omnibus quæ fuerunt de jure Bernardi, Corticella, quæ dicitur Platio, cum omnibus pertinentiis, curtem de Hercule, cum capella, & omnibus pertinentiis, uſque in Tanagrum, caſtram, inſula, cum curte, capellis, & boſco, & omnibus pertinentiis: Sparoaria, cum caſtro, & curte, & capella, & boſcho, & molendinis, à Duodeſino uſque ad Camarianam, & omnem ripaticum, en utraque parte: Rocca S. Geneſii cum capellis, & ſilvis, & inſula Ducali, & omnibus pertinentiis, curtem Meciago, & montem Leduſii, cum caſtellis, & capellis, & omnibus pertinentiis: Caſtrum de Govone, cum curte, & Capellis, & ſilvis, cum duobus molendinis, & omnibus pertinentiis: curtem Tigliole

A Sanctæ Mariæ cum caſtro, & capellis, & planum S. Michaelis, & montem Baldicherii cum boſcho, & omnibus pertinentiis: plebem Sancti Julii de Levegie, cum curte, & caſtello, & capella: Silvam etiam de Bleſo integre, & omnibus ſuis pertinentiis, curtem de Grizano, cum caſtro, & capellis, & ſilvis, & omnibus ſuis pertinentiis: plebem S. Victoris de Preoca cum canonica, & quarta parte de caſtro ipſius, & de curte cum capellis, & omnibus pertinentiis: plebem Sancti Joannis de Villa, cum Xenodochiis titulis, & capellis, & omnibus pertinentiis, cum boſcho qui dicitur Inſula ſancti Ioannis: plebem S. Vincentii de Marcelengo cum curte, & caſtro, capellis, ſilvis, & Montedolio, & omnibus pertinentiis: plebem S. Victoris de Canalibus, cum canonica, & domo alta canonicorum, & omnibus pertinentiis: plebem de novello cum titulis, & omnibus pertinentiis: plebem S. Martini de Vitia, cum curte, caſtris, capellis, ſilvis, quinque partes caſtri de Pulciano, cum capella, ſilvis: medietatem de caſtello Aynaldo, cum capella, ſil- B vis, & omnibus pertinentiis:. plebem S. Petri de Publica, cum canonica integre ſervanda, cum terra quam dedit Liprandus, & omnibus pertinentiis: ſilvam etiam Celare, quæ popularis dicitur, cum omnibus pertinentiis: plebem de Duodecino, cum titulo Solberigo, Stodegardi, Valfenerta, Porcilo, Interiſo, & in Ceredo, Gunterſi, omnia quæ ſunt juris S. Mariæ cum ſuis pertinentiis: curtem Cereſio cum capellis, & omnibus pertinentiis: Eccleſiam S. Pontii de Monticello, cum curte, caſtro, & capellis, & boſcho, cum terra, quæ dicitur Caſale, & Turricella de Anfrionio, & omnibus pertinentiis: plebem de Monciano, & curtem de Sejano, caſtro, & capellis, & omnibus pertinentiis: plebem S. Mariæ de Galirie, cum titulo S. Caſſiani, & monte Magliano, & omnibus pertinentiis: plebem S. Quirici de Voltonice, cum titulo S. Martini, & cum Maſco, cum titulis de Cigliano, & Roccbetta, uſque in Eleza, & Coſnia, & omnibus pertinentiis: plebem S. Magdalenæ de Lovaldeſo cum canonica, & titulo, & omnibus pertinen- C tiis: curtem Caſtegliole cum caſtello, & capellis, & ſilvis, & omnibus pertinentiis: plebem S. Petri de Vico cum caſtro, & curte, & capellis, & Eremitorium S. Ambroſii, quod dicitur Mons altus cum ferraria, cum valle Cauſalia, cum molendinis, piſcationibus, uſque ad cacumina Alpium: caſtrum de Levezanige, cum omnibus ad ſe pertinentibus: Vallem de Maldania, cum caſtro, & capella, & omnibus pertinentiis: plebem S. Mariæ de Bagennis, cum curte, & caſtro muris circandato, & aquæductu, & omnibus terris: ſilvam, & Bannale habentem per menſuram jugera centum millia, cum æſtimatione legitima, cum villis, quæ ſunt in circuitu ſanctæ Mariæ ad Leucum, titulum, & caſtellum pertinens de plebe Bajennis, quæ ſunt per menſuram jugera triginta millia à Tripoldio uſque in Beſum, uſque ad cacumina Alpium, cum Abbatia S. Mariæ de Narzolis, cum Eccleſia S. Gregorii de Villa, cum terris cultis, & incultis, montibus, & planitiebus, uſque in Sturiam: Eccleſiam S. Mariæ in Cervallia habentem jugera ſexcenta, & ſalmada- D rium cum integritate montis, cum omni terra, quæ circa ipſum montem eſſe videtur, habente jugera mille ſeptuaginta: curtem S. Albani cum caſtro & capellis, molendinis, ſilvis uſque in Biſmalta pleb. S. Mariæ de Pedona cum canonica: Abbatiam S. Dalmatii, cum valle de Geſii uſque ad feneſtras: Rocca Cervaria, & Robulando, & Alvergnando uſque ad montem Cornum: plebem Bajennæ ſuperioris, cum caſtro, curte, & capellis, ſilvis uſque in Biſmalta: curtes Plantium, & Carugo cum caſtris, & capellis, & ſilvis, cum omnibus ad ſe pertinentibus: plebem Sanctæ Mariæ de Carazone cum titulo: Nigella cum caſtro, & capellis, cum titulo de Moduleto, & omnibus pertinentiis. Omnia etiam jura Bredolenſis comitatus, & publicas functiones, cum ſervis, & ancillis, cum plebe, curte, & caſtro, capellis, cum omnibus villis, & caſtellis, terris etiam cultis, & incultis, quæ dici, aut nominari poſſunt inter Tanarum, & Sturiam, omnia

etiam

etiam aliquo inſtructionis titulo, hactenus donata, & collocata, ſeu teadita præfatæ Aſtenſi Eccleſiæ à quibuſcumque hominibus concedimus, donamus, confirmamus, & coreoboramus: una cum vineis, campis, pratis, inſulis, feaſcariis ſtallis, buſcharíis, ripis, rupinis, aquis, aquarum decurſibus, molendinis, piſcationibus, omnia cum omnibus rebus, quæ dici vel nominari poſſunt ad dictam Epiſcopi ſedem pertinentibus per hoc noſtræ confirmationis præceptum de noſtro, ac Regni jure in præfatæ Aſtenſis Eccleſiæ jus, & dominium omnino transfundimus, & delegamus, & deinceps in poſterum habeat, teneat, firmiterque poſſideat jure proprietario, omnium hominum contradictionis inquietudine remota, ſtatuentes noſtra regali auctoritate, jubemus, ut deinceps nullus Dux, marchio, comes, vicecomes, ſculdatio, guſtaldius, aut nullus Reipublicæ exactor, ſeu qualibet, magna, parvaque regnorum noſtrorum perſona, præfatum Epiſcopum ſcilicet D. Petrum ejuſque ſucceſſores de prædictis plebibus, curtibus, omnibuſque rebus mobilibus, & immobilibus, diſveſtire, moleſtare, aut inquietare, ſive legali judicio, præſumat. Sed liceat Sanctam Dei Eccleſiam, ejuſque vicarios, quiete, & pacifice omnia tenere, regere, & gubernare, cujuſlibet hominis moleſtia, & contradictione remota. Si quis igitur, &c. ſciat compoſiturum auri optimi libras mille, medietatem cameræ noſtræ, &c.

Signum Do-  *mini Henrici*
Tertii Regis *invictiſſimi.*

Kadelonus Cancellarius vice Hermanni Archiepiſcopi, & Cancellarii recognovit.

Datum 7. idus Februarii, anno Dominicæ Incarnationis 1041. Indict. 8. anno Dom. Henrici III. Regis. Ordinationis vero 13 regni 2. Actum in Aquiſgrani Palatio feliciter Amen.

De eodem Petro nil aliud habemus, niſi quod anno 1043. Kal. Julii coram Aldelgario Regis cancellario, & Nuncio, querelam tulit de injuriis ſuæ Eccleſiæ illatis à quodam Anſelmo, & Agardo, qui cum citati non comparuiſſent, extorres ſunt facti. Eodem anno donavit Monaſterio S. Anaſtaſii partem caſtri Bradulenſis in duobus molendinis, & quibuſdam decimis, aliiſque redditibus.

XXIV 25. OTHO II. poſt Petrum hanc tenuit ſedem, cui conſonat diploma Landulphi anno 1132. in quo alius Otho, qui ſederat anno 1090. dicitur Otho III.

XXV. 26. GIRLEMUS, cujus primam mentionem fieri reperimus in ſynodo Papienſi anno 1046. 8. Kal. Novemb. *a* & in diplomate, quo anno 1056. donavit Monaſterio S. Anaſtaſii Eccleſiam S. Georgii cum duobus manſis in territorio S. Martini. Hac una actione haud commendabilis, quippe qui ſchiſmatis Nicolaitarum fœdo errore hanc ſanctā ſedem commaculavit, fœdavitque ad nauſeam. Siquidem eodem errore teneretur, quo nonnulli alii Longobardiæ Epiſcopi, qui clericis uxorem ducere licere aſſerebant, ob id, ut ait Sigonius ad ann. 1060. cum eiſdem excommunicatus fuiſſet, pſeudoque Cadalao Papæ adhæſiſſet, cum Aſtenſis civitas Catholicæ fidei ſtudioſiſſima ex urbe abire coegit. Cum vero Girlemus, quandam Alaxiam adiiſſet comitiſſam, Henrici Cæſaris propinquam, ejuſdem ſtipatus militibus ſuæ ſedi reſtituitur, ignique urbi injecto ſe ſe proripuit: de quo hæc habet Chr. Fructuarienſ. Cœnob. *An. D. 1070. m. Majo, capta fuit, & incenſa civitas Aſten ab Alaxia Comitiſſa Aſtenſi, & in eo ipſo anno Eccleſia S. Secundi de Turre Rubea Aſtenſi unita fuit monaſterio Fructuarienſi ſub D. Alberto Abbate, qui ibi inſtituit priorem cum duodecim monachis. Quod inique animo ferens comitiſſa impotens animi diſceſſit, & ſe recipit in Pagum dictum caſelle in Canapitio, olim Salaſſis, ubi per viginti duos annos incognita vitam egit, & poſt mortem in Eccleſia S. Stephani à quodam paſtore ſepulta fuit.* Utcunque ſit conſtat ex Annalibus Aſtenſibus bis ab hac Alaxia incenſam fuiſſe urbem Aſtenſem, nempe anno 1070. quo Girlemum poſtliminio reſtituit, & anno uno antequam vivere deſierit, hoc eſt anno 1090. facile autem tunc erat urbes incendere, cum Regum Italiæ decreto cautum eſſet (ut Augerius Alferius, Sigoniuſque referant) ne quis ex liberis civitatibus, ſive mœnia, ſive privatas domos lateribus, lapidibuſque calce compactis ſtrueret, ſed tantum nobilibus liceret ex ejuſdem materia turrim in nobilitatis ſignum, ac perſonarum ſecuritatem ædificare. Hæc vero faciunt, ut merito ambigamus, num hæc Alaxia comitiſsa eadem ſit cum Adelaide Alerici nepote, & Pinarolenſis Abbatiæ fundatrix, cujus inter alias donationes Eccleſiæ, habetur ea, quam eadem Adelaidis Magnifredi marchionis filia, an. 1065. 14. Maii fecit Girlemo, & Eccleſiæ Aſtenſi de locis Canalium ac S. Stephani Donationi inter cæteros ſubſcriptus legitur Brunus, tunc ipſius Cathedralis Canonicus, poſtea Signinus Epiſcopus, & Caſinenſis Abbas. Quemadmodum ejuſdem Eccleſiæ monumenta teſtantur, & claris tradidit verbis Leo Oſtienſis: nam etſi hic quartam chronici Caſinenſis partem prout promiſerat, haud addiderit, omnia tamen, quæ ab ipſo traduntur uſque ad electionem Gerardi Abbatis, qui S. Bruno immediate ſuffectus fuit, ac proinde omnia, quæ de ipſo S. Brunone ibi habentur, ut in nuncupatoria Epiſtola ad Rainaldum Abbatem affirmat Petrus diaconus, eadem omnino illa ſunt, quæ Leo morte præventus, ſicut diſpoſuerat explere nequierat: ſunt porro hæc Leonis verba c. 31. *Quadrageſimus Abbas Caſinenſis Brunus fuit. Hic Liguria provincia ortus ex illuſtri civium Aſtenſium proſapia, liberalibus ſtudiis ſufficienter inſtructus, Aſtenſ. Epiſ. Canonic. extitit.* Quibus verbis cum pleniſſimam conciliet fidem tanti viri dignitas ac celebritas, qui non ſolum ejuſdem inſtituti, ac monaſterii monachus cum Brunone fuit, verum etiam in curia Romana, tum ſchiſmate laborante, cum eo aſſidue verſatus. Hinc incerti auctoris error corrigendus aſſerentis Brunonem poſt confectum Bononiæ ſtudiorum curſum, non in ſuo Aſtenſi, ſed in Senenſis Hetruriæ Epiſcopio Canonicum adſcitum fuiſſe, cum in monumentis Senenſis Eccleſiæ nulla de tanto viro, & ſanctitate, & doctrina celeberrimo habeatur memoria, certe ex amanuenſium incogitantia eveniſſe oportuit, ut pro Aſtenſis Epiſcopii Canonico, ſenenſis exſcriptus ſit. Hoc ex occaſione ſubſcriptionis Brunonis tunc Aſtenſis Eccleſiæ canonici, mox Signinorum Epiſcopi dictum ſit.

27. INGO, ſeu Hugo, cujus frequens mentio eſt in documentis ab 1072. ad annum uſque 1078, quo præſens fuit donationi, quam liberaliter fecerunt Novalicenſi Abbatiæ Amedeus, & Petrus Secuſiæ Marchiones Adelaidis Comitiſsæ filii in Secuſiæ caſtro. Num vero adhuc ipſe ſederet Ingo, incertum, cum Gregorius VII. ſequenti ann. 1079. dedit Epiſtolam lib. 7 ad Epiſcopos Aſtenſem, Taurinen. & electum Aquen. ut Bonifacium Marchionem admonerent, ne in uxorem duceret mulierem deſponſatam Anſelmo, nuper cum Manfredo fratre interempto. Ingoni ſuo Aſtenſi Epiſc. Pſalterium expoſuit S. Bruno, priuſquam ad inſulam Epiſcopalem aſcenderet, ut ipſemet in præfatione expoſitionis Apocalyp. teſtatur. XXVI

28. OTTHO, ſeu Oddo III. hujus nominis in quibuſdam diplomatibus dictus, Comitiſsæ Adelaidis ex Otthone Marchione filius, in matris gratiam Epiſcopus adlegitur. Eum fuiſse credimus, quem interfuiſſe recenſetur apud Leonem Oſtienſem diſputationi, quam habuit Deſiderius tum Abbas Caſinenſis (mox ſummus Pontifex, Victor III. dictus) cum quibuſdam Epiſcopis Henrici III. Imp. partes XXVII.

a Volberthus appellatur Aſtenſis Epiſcopus, qui huic Concilio interfuit, ex relatis ab Ughello tom. 4. in Vercgnen.

tuen-

Digitized by Google

eventibus. Verum etſi ipſe etiam Otho curiam ſequeretur, fidelis tamen Greg. Papæ erat. Filii Othonis intuitu Adelaidis Comitiſſa cum nuru ſua Agnete ceſſit Aſtenſi Eccleſiæ jura, quæ habebat in Pedona, in Lovaldixio, in Banlio in Caſtro Noni, in Roccha, & in Curte Bredolenſi, remiſitque contentionem dela Viſia, ſicut actum fuerat inter dominum Petrum Marchionem, & Epiſcopum Ingonem. Actum anno Incarnat. 1089. Idib. Junii die Jovis Indict. 12. In eo documento Oddo vocatur noſter hic Epiſcopus, tunc deſignatus, qui an. 1090. confirmavit ſuo diplomate quæcunque ſui anteſſores monaſterio S. Anaſtaſii dederant, addiditque Eccleſiam S. Trinitatis, pluraque alia bona, & jura. Eique Henricus III. Imp. eam impertivit donationem an. 1093. in qua Oddo adhuc Aſtenſis enunciatur electus.

In nomine S. & individuæ Trinitatis.

Henricus &c. Imperii noſtri.

Quare propter Deum, & animæ noſtræ ſalutem prudenti conſilio Ogporegienſis Epiſcopi noſtri conſiliarii, & O. Aquilejenſi Patriarchæ, Burcardi Marchionis, Ardiſionis aliorumque noſtrorum fidelium petitione Ottonis Aſtenſis electi, Aſtenſi Eccleſiæ dictæ S. Mariæ Caſtrum, Caraſſonem, & villam cum omnibus ad utramque pertinentibus, tam intus, quam exterius, ubicumque jacent per hanc præceptalem paginam perenni jure concedimus. Si quis &c.

Signum . . . D. Henrici III. invictiſſimi Imperatoris Auguſti.

Ego Ogerius Dei gratia Yporedienſis Epiſcopus Cancellarius rogavi anno Dominicæ Incarnationis 1093. *Ind.* 1. *actum eſt Papiæ in feſtivitate S. Marci Evangeliſtæ. In Dei nomine feliciter. Amen.*

Alia duo præterea extant ad ejuſdem Othonis inſtantiam ab Henrico conceſſa diplomata, ſed quæ haud integram habent fidem: carent enim tum loci, tum temporis, cancellariique ſubſcriptione. Noſtri autem Othonis tempore cum ab Urbano II. ſacrum bellum indictum eſſet pro Terra ſancta recuperanda, ejuſdemque Pontificis juſſu, ab Epiſcopis, ſacrive verbi concionatoribus ad ſacra arma capeſſenda excitarentur fideles, ipſo Othone in primis hortante, Aſtenſes in ſuorum Ducem Roberto Turco delecto, non exiguas copias in rem tantam contulerunt, dumque iſti Larvenſium confœderatorum triremibus ad traiiciendum ſe componunt, Raymundus Peletus Aſtenſis Patritius, cum ſuorum delecta manu, Raymundo Toloſæ Comiti adjunctus eo proficiſcitur, ubi pluribus expeditionibus ſibi demandatis ſtrenue perfunctus prudentiæ & fortitudinis militaris non exiguam ſibi peperit famam. Aſta deinde tranſeunte Urbano intercedente, uti fert traditio, S. Brunone Aſtenſi cive, olimque hujus Cathedralis Canonico, tum Segnienſi Epiſcopo, & urbanæ peregrinationis comite, idem Pontifex Cathedralem Eccleſiam nova ſtructura in veteri loco reædificatam conſecravit, ut in vetuſto Calend. his verbis notatur. *Kal. Julii An. D. Incarnat.* 1096. *dicata eſt Aſten. Eccl. à D. Urbano Papa, qui omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis ad dictam Eccl. & reverentiam Dei, & B. M. V. venerint in die dedicationis ipſius, & per totam octavam, unum annum & xl. dies de injuncta pœnitentia relaxavit, & indulſit D. vero Epiſcopus Aſtenſis xl. dies.*

Anno deinde 1099 civitatem Aſtenſem Epidemia adeo afflixit, ut ad 28. millia hominum obiiſſe tradatur. Deceſſit Otho circa annum Domini 1102.

XXVIII. 29. B. LANDULPHUS [a] de Vareglate quod eſt Caſtrum, altero ab Urbe Aſtenſi milliario, vulgo Variglia dictum, à quo denominata familia illius olim domina, & patrum memoria extincta. Hic educationis gratia ad S. Petrum in Cœlo auro Papien. miſſus, ſanctique Benedicti inſtitutum amplexus, eos progreſſus in virtutibus fecit, ut S. Nazarii Mediolan. Præpoſitus factus, Anſelmo Archiepiſcopo in expeditione Hieroſolymitana comitem ſe junxit. Anſelmo deinde Conſtantinopoli è vivis exempto, cumque novus Archiepiſcopus eſſet eligendus, Clerus, ac populus non niſi illi, vel alteri Landulpho de Badagio dicto eam ſedem deſtinarent, ſed Groſulano prohibente ne de abſenti perſona electio fieret, Groſulanus ipſe in Archiepiſcopum eligitur: & Landulfus noſter ſuæ patriæ ſervatur. Reverſus namque e Synodo an. 1102. Romæ coacta in Aſtenſem eligitur Epiſcopum bonorum omnium approbatione, inter quos Abbas S. Theofredi martyris, & Armajenus Cervariæ Præpoſitus Eccleſias ſuas ſponte illi ſubjecerunt: promittentes ſolvere quotannis Aſtenſi Eccleſiæ die Aſſumptionis B. M. in gratiam Landulfi unam libram incenſi, & Amedeus quidam eidem donavit Caſtrum Anſorianam, Ruzolaſcum, & Tivoletum cum omnibus eorum pertinentiis. Idem vero Landulphus non modo donationes factas Monaſterio S. Anaſtaſii ab Alrico, Petro, Gilermo, & Othone III. confirmavit an. 1113. ſed adjecit Eccleſias S. Michaelis, ſanctique Laurentii, cum omni eo, quod Epiſcopi habebant in loco, & villa Montanerii in Vulpilio, & Traverzole. Quo etiam anno Raynerius Marchio filius cujuſdam Guillelmi Marchionis obtulit Monaſterio S. Secundi de Turre rubea, Abbatiæ Fructuarienſis membro omnem portionem, quæ ad illum ſpectabat in lacu Langiano.

[a] De eo Acta SS. Junii tom. 3. p. 43.

Peropportune equidem tantus Paſtor Aſtenſi Eccleſiæ datus fuit: tanto perſecutionis turbine illi impendente ab Henrico IV. qui pro vero Pontifice Gelaſio Idolum ſuum Burdinum in Eccleſia adorari volebat. Quem errorem cum Landulphi ſolertia Aſtenſes præcavisſent, indignatus Henricus extrema quæq; minari cœpit: quæ civitas nulla unquam hæreſis, vel ſchiſmatis labe polluta, adeo parvi fecit, ut fugienti in Galliam Gelaſio maximam pecuniarum vim ſubmiſerit. Henricus vero injuriam ulturus agrum totum direptioni militum tradidit, & urbem per quadraginta dies obſedit. Quam cum in deditionem accepiſſet ea conditione, ut nil hoſtile pateretur, dummodo centum mille libras argenti perſolveret, uniuſque menſis alimenta ſuo exercitui ſuppeditaret; iis acceptis contra conventum, ducentos cives ex quibuſque nobilioribus familiis captivos in Germaniam deduci juſſit, ubi ad metalla damnati brevi vitam cum morte commutarunt. Alios præterea triginta in medio exercitus ſui, perjurium nequicquam illi exprobrantes, capite truncari juſſit. Hæc quidem anno 1118. accidiſse legitur in Julii Falleti, aliorumque monumentis. Sequenti anno Obertus Marchio Montis ferrati eidem Landulpho fidelitatis juramentum præſtitit pro S. Salvatoris Oppido Aſtenſis Eccleſiæ fiduciario & Valfredus legavit Curtem Sedoni 14. Kal. Auguſti. Anno deinde 1130. rurſum Landulpho decertandum fuit pro arcendo à ſua Eccleſia ſchiſmate à Petro Leone, qui ſe Anacletum II. vocitabat, contra Innocentium legitimũ Pontificem excitato. Id utique eo operoſius fuit, quod Mediolanenſis Metropolita Anſelmus eo ſe implicuerat cæteroſque inducere tentabat. Quanti vero ponderis fuerit Landulphi auctoritas non modo in ſuis Aſtenſibus, ſed & in illis omnibus, etiam exteris, ad Innocentii obedientiam perducendis ſatis oſtendit S. Bernardus, dum illum inter paucos connumerat Epiſcopos, qui cum præcipui ſanctitate, & ſcientia in Eccleſia tum haberentur, Innocentii partes ſequendo, prudentiores, ac religioſiores quoſque in eandem ſententiam perduxerant. Ita namque ait in Epiſt. 26. ad Epiſcopos Aquitaniæ. *Dei judicium eſſe cognoverant, & acquieverant Epiſcopi Equipertus Monaſterienſis, Hildebrandus Piſtorienſis, Bernardus Papienſis, Landulfus Aſtenſis, Hugo Gratiopolitanus, Bernardus Parmenſis. Horum gloria ſpecialis, & præcipua ſanctitas, & auctoritas etiam hoſtibus reverenda facile nobis, qui minorem, & meriti, & officii tenemus locum, aut errare ſecum aut ſapere perſuaſit.* Innocentius igitur ne reverentia à ſuffraganeis Metropolitano debita Landulfi ſtudium in ejus cauſa tuenda, ac promovenda retardaret, ab Archiepiſcopi Mediolanenſis omnimoda juriſdictione ſuffraganeos omnes ſubtraxit: quod idem Divus Bernardus Mediolanenſibus

his

his verbis memorat Epiſt. 131. *Agnoſce potius in qua poteſtate, gloria, & honore ſuffraganeorum tuorum tamdiu privata extitiſti. Quis pro te voluit obviare Apoſtolicæ auctoritatis juſtiſſimæ ſeveritati, cum provocata tuis exceſſibus decrevit te tuis illis antiquis, & præclaris ornamentis nudare, mutilare membris? & hodie confuſa, & mutilata jaceres, ſi non benignius, quam potentius tecum actum fuiſſet.* Nil mirum igitur ſi Anſelmus Anacleti partium in Italia anteſignanus in Landulphum commotus, tum eum, tum Aſtenſes Anacleto ſuo ſubiicere conatus ſit. Itaque contractis undequaque militaribus copiis Aſtam ſe contulit. Sed cum res non ex ſententia procederet; recepta ab Landulpho (qui hanc jacturam longe minorem iis, quæ bella conſequi ſolent exiſtimavit) opere, ac gemmis inſigni aurea Cruce obſidionem ſolvit; quod incommodum hic noſter fidelis Paſtor pro tuenda legitimi Papæ obedientia à ſchiſmatico metropolitano pertulerit, judicet lector, nunc ſapiant, qui Anſelmum Aſtenſis Epiſcopi contumaciam fregiſſe ſcribunt. His officiis invitatus Innocentius, dum Italiam repeteret, ſacras Paſchatis dies apud ipſum Landulphum tranſigere decrevit. Cum ipſo porro fuit S. Bernardus eo majori lætitia à Landulpho exceptus, quod inſignem viri ſanctitatem, eadem S. Benedicti inſtituti profeſſio accedebat. Sicuti vero ſanctitate celebrem vitam exegit Landulphus, ita & mortem ſanctiſſime obiit 7. Idus Julii an. 1134. Ex Kalendario Breviarii antiqui Aſtenſis Eccleſiæ. Elatum vero ſolemni, pioque funere ipſius cadaver in capſa marmorea loco ſublimi poſitum, conditum deinde ſub Altari S. Agnetis Malabaylæ familiæ incluſum: ejuſque nomen in album Kalendarii Breviarii, ejus temporis, eodem plane modo, quo aliorum ſanctorum relatum. Ipſum vero Landulphū Gabriel Pennot. in ſuis Canooicis Auguſtinianis connumerat, quaſi hic non ex ipſiuſmet Abbatiæ S. Petri Monachis tum S. Benedicti, ſed ex eorum Clericorum numero fuerit, quos Monachi ipſi pro adminiſtrandis ſacramentis, Parochialibuſque muniis obeundis in Abbatiis alere ſolebant: cum tamen, quod ii ipſi clericico in numero eſſent, ut modum vivendi canonicum, ſeu regularem tenere poſſent, aut S. Auguſtini potius, quam S. Benedicti Regulam (quam Monachi eorum domini profitebantur) eis accommodaſſet, nec ipſe probet, nec veriſimile videatur, cum anno 1222. Canonici Mortarienſes Benedictinis monachis eodem Monaſterio S. Petri fuerint ſubrogati, ut ipſemet Pennot. fatetur ibidem.


Hujus ſeculi initio, vel certe in fine præcedentis vixiſſe dicendus S. Petrus è Conzaviorum familia, cum iis temporibus jam extaret S. Seraſiæ Sanctimonialium Benedictinarum Cœnobium. Quod cum conſtrui cœpiſſet, & puteo locus idoneus quæreretur, cumque ad immenſam altitudinem, nunc hic, nunc illic egeſta terra, nuſquam reperiretur aqua, illius orationis jam ſatis probatum præſidium, qui fabricæ præerant experierunt. At ipſe Deum precatus, ne tam neceſſarium vitæ humanæ elementum famulabus ſuis denegaret, arrepto ligone ſcrobem fodit, in qua cum ſtatim aqua apparuiſſet, illam in puteum non magnę altitudinis efformarunt, qui proinde S. Petri puteus appellatur, ipſaque aqua & ſanis commoda, & ægris undequaque devotionis ergo illam expetientibus perſæpe proficua. Hincque factum credimus, quod illius imagines, cum ligone præ manibus habentem referant, ut videre licet in Eccleſia ejus nomini dicata, quæ caput eſt magni Prioratus Lombardiæ equitum Melitenſium.

XXIX 3 OTHO IV. quo ſedente Aſtenſis Eccleſiæ Bonifacius, ejuſque frater marchiones Cevæ donarunt Montem Baſilium anno 1134. Indict. 13. 9. Kalend. Novemb. Cujus prætereа tenemus diploma, quo anno 1142. confirmavit donationes factas monaſterio S. Anaſtaſii ab anteceſſoribus Alrico, Petro, Otthone III. & beatæ memoriæ (ita ſcriptum eſt) Landulpho. Ioter hunc ipſum Othonem, & cives ortam diſcordiam tradit Augerius Alſerius his verbis. *Ann. 1137. facta fuit magna diſcordia inter Epiſcopum Aſtenſem, & cives Aſtenſes, & capta fuit civitas, Taurinenſis ab Amodeo comite.* Cauſam vero hujuſmodi diſſidiorum fuiſſe cenſemus diverſa Regum Italiæ, ſeu Imperatorum præcepta; quædam Epiſcopo, ut ex allatis præceptis Othonum aliorumque patet, alia quidem ipſi civitati, ut ex diplomate Friderici in Anſelmo exhibendo, apparebit, diſtrictum civitati, Placita, Aquatica, aliaque jura regalia donarunt, ſeu vendiderunt. Ex quibus præterea Conradus II. jus cudendi monetas conceſſit eidem civitati, ſequenti diplomate.

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis.

Conradus divina favente clementia Romanorum Rex Secundus, fidelibus ſuis civibus Aſtenſibus in perpetuum. Officii noſtri ratio nos admonet omnibus in regni noſtri ſpatioſo ambitu conſtitutis qui noſtræ obediunt juſſioni æquitate propoſita, jus ſuum conſervare, & à pravorum hominum violenta invaſione protegere. Eos vero attentius confovendos arbitramur, ac propenſiore liberalitate donandos, qui debito fidelitatis nobis arctius obligati in noſtro regalique ſervitio cura pervigili continuo mancipantur. Ea propter vobis Aſtenſibus ob fidei veſtræ ſtudium, & obſequii propoſitum, præſertim petitionem dilectæ conjugis noſtræ Gertrudis Reginæ, & Frederici fratris noſtri Ducis Suevorum, auctoritatis noſtræ regali munificentia, jus faciendi monetam in civitate Aſtenſi donamus ad honorem, & decorem civitatis, & uſum civium, omnino profuturam. Et ſicut à principe largitiones beneficiorum exuberant, ſic etiam populi debitum eſt, ut mandato principis fideliter, & affectuoſe obtemperet. Decernimus ergo per præſentis privilegii paginam, ut liceat vobis hominibus noſtris Aſtenſibus, hac noſtra conceſſione, nunc & in poſterum libere uti. Si quis autem hujus præcepti noſtri ſeriem violare tentaverit, centum libras auri puriſſimi componat: quarum partem dimidiam Cameræ noſtræ, reliquam vero præfatis Aſtenſibus perſolvat: huic noſtræ conceſſioni teſtes idoneos adhibuimus, quorum nomina ſunt hæc. Adelbertus Magroatinus Epiſcopus, Adelberto Treviren. Archiepiſcopus, Arnoldus Colonien. Archiepiſcopus, Finbrito Virtiburgenſis Epiſcopus, Otho Friſingenſis Epiſcopus, Henricus Ratiſbonenſis Epiſcopus, Federicus Dux Snevorum, Henricus Comes Palatinus, Conradus Dux Carinthiæ, Adelbertus Dux Saxoniæ, Thiepoldus Marchio, Hermanus Marchio, Arnoldus comes de Cleva, Adelfus comes de Monte Adelbertus comes de Leveſtur, Hermanus comes de Staleebur, Elevardus comes de Suletbbac, Godefredus Caſtellanus de Horembergh.

Signum Domini Conradi Secundi Rom. Regis inviCtiſſimi.



Ego Arnoldus Cancellarius vice Adelbertini Maguntini Archicancellarii recognovi, anno Dominicæ Incarnationis 1140. Indict. 3. regnante Conrado Romanorum Rege ſecundo, anno 2. Regni ejus quarto.

Datum in Soldenſi curia apud Vilisbur. In Chriſti nomine feliciter. Amen.

31. NAZARIUS, qui Epiſcopalem adeptus ſedem, dum clerum, ad jura ſuæ Eccleſiæ donata vendicanda, ardentius commovet, id accidit, quod Alſerius narrat his verbis. *An. D. 1143. 3. Idus Septemb. civitas deſtructa fuit incendio quaſi tota per Nazarium Epiſcopum Aſtenſem, & Eccleſiam Aſtenſem.* Qua vero cauſa actitaſſet Na- XXX

zarius, non habet Alſerius, nec divinare licet.

IXXX 32. ANSELMUS proxime ſucceſſit Nazario. Hoc cum Eugenius III. io ſubſidium Terræ Sanctæ bellum ſacrum indixiſſet, Aſtenſes in his pro virili parte operam ſuam præſtare aſſueti ſuppetias, ductore Alberico Pallido, ſubmiſerunt. Eundem vero Eugeoium è Galliis redeuntem Anſelmus menſe Majo an. 1148. recipere meruit hoſpitio. In cujus præſentia Vvido comes de Blandrata Aſtenſem Eccleſiam Caſtro montis Acuti donavit: anno deinde 1153. idem Anſelmus ipſi Vvidoni in feudum conceſſit, eidemque Aoſelmo Joanoes de Salberico ceſſit jura, quæ habebat in plebe Muſantiæ, & io toto comitatu Fulberici, & ab Eugenio confirmationem omnium bonorum, & jurium ſuæ Eccleſiæ ſequenti diplomatis tenore obtinuit.

Eugenius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Venerabili fratri Anſelmo Aſtenſi Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus, regulariter ſubſtituendis in perpetuum. In eminenti ſedis Apoſtolicæ ſpecula diſponente Domino conſtituti fratres noſtros Epiſcopos fraterna charitate debemus diligere, & Eccleſiis quibus Domino militare noſcuntur, ſuam juſtitiam conſervare. Ea propter venerabilis in Chriſto frater Anſelme Epiſcope, tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Eccleſiam Beatæ Mariæ, cui Deo auctore præeſſe dignoſceris, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus: ſtatuentes ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcunque eadem Eccleſia in præſentiarum juſte, & canonice poſſidet, ac in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum oblatione, fideli cura, ſeu aliis juſtis modis, Deo propitio, poterit adipiſci firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & per vos eidem Eccleſiæ illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, Abbatiam S. Dalmatii de Pedona, cum caſtro, curte, & Valle Geſſi uſque ad feneſtras, & plebem ejuſdem loci, cum omnibus Eccleſiis ad ſe pertinentibus, Abbatiam SS. Apoſtolorum, cum omnibus pertinentiis ſuis, Abbatiam S. Anaſtaſii cum omnibus pertinentiis, Abbatiam de Azano, cum caſtello, & capellis, & omnibus pertinentiis ſuis, Abbatiam S. Chriſtophori, plebem Quadrigentinam, cum caſtro, curte, & Eccleſiis ad ſe pertinentibus, plebem Onvillienſem, cum omnibus Eccleſiis ad ſe pertinentibus, plebem de Montalto cum omnibus Eccleſiis ad ſe pertinentibus, plebem S. Mariæ in Grana cum caſtro, curte, & Eccleſiis ad ſe pertin. plebem Pizenzana, plebem de Meirade, plebem de Bagnaſco, plebem de Duodecino, plebem de Muſantia cum omnibus Eccleſiis ad ipſam pertinentibus, plebem S. Julii de Lavegia, cum curte, caſtello, & Eccleſiis ad ſe pertinentibus, plebem S. Vincentii de marcelengo plebem de Predocha, plebem de Canalibus cum omnibus poſſeſſionibus, & Eccleſiis ad ſe pertinentibus, plebem de Novello, cum Eccleſiis ad ſe pertinentibus, plebem de Vitia cum Eccleſiis, caſtro, curte, ſilvis, & omnibus pertinentiis ſuis, plebem de Garena, cum Xenodochiis, & Eccleſiis, & pertinentiis ſuis, atque boſcho, qui dicitur inſula S. Joannis, plebem S. Petri de Publico, cum curte, & omnibus Eccleſiis ad ſe pertinentibus, plebem de Manchiano cum Eccleſiis ad ſe pertinentibus, plebem de Lavaldeſio cum curte, & Eccleſiis ad ſe pertinentibus, plebem de Bagennis cum caſtro, curte, ſilva, bannale, & cunctis Eccleſiis ad ſe pertinentibus, plebem S. Petri in Grado, cum curte, caſtro Earcuo, capellis, ſilvis, & omnibus pertinentiis ſuis, plebem de Carazone, cum caſtro, curte, & Eccleſiis ad ſe pertinentibus, plebem S. Petri de Vico, cum curte, & capellis, & Eremitorio S. Ambroſii, quod dicitur Mons Altus, cum ferraria, valle cauſalia, & caſtro Rivoburente uſque ad cacumina Alpium, plebem Predolenſem, cum curte, caſtro, & Eccleſiis, ad ſe pertinentibus, plebem de Bagennis ſuperioribus, cum curte, caſtro, capellis, ſilvis, & caſtro Forfice, uſque in Biſimalia, & cum Eccleſia S. Stephani juxta fontem Brobii, cum pertinentiis

A *ſuis, plebem Moroxinam cum omnibus Eccleſiis ad ſe pertinentibus, plebem S. Albani cum caſtro, curte, Eccleſiis, molendinis, & ſilvis, caſtrum quod vocatur Altavilla, cum curte, & pertinentiis ſuis. Quidquid habetis in Monte Magno; caſtrum Contanſteris cum pertinentiis ſuis; Caprile cum toto ſuo comitile; comitatum, qui dicitur Serraloaga; ſilvam, quæ dicitur Populare, cum caſtris, & villis infra contentis; Cereſolas cum caſtris, & pertinentiis ſuis; caſtrum Summæripæ de Boſcho, cum ſuis pertinentiis; caſtro Summæripæ de Paterno, cum ſuis pertinentiis; Cajaraſcum cum omnibus ſuis pertinentiis, caſtrum quod dicitur Montaldus; comitatum, & receptum Pollenſii, Comitatum Civitatis, & totius Epiſcopatus, cum publicis functionibus, & quæ largitione Imperatorum Aſtenſi Eccleſiæ rationabiliter collata eſſe noſcuntur. Sancimus præterea, ut omnes decimationes veſtri Epiſcopatus, exceptis iis, quæ de laboribus ſuis, quos propriis manibus, vel ſumptibus excolunt, Monachis, à Sede Apoſtolica indultæ*

B *ſunt, ſecundum Sacrorum Canonum inſtituta, ſine alicujus contradictione in veſtra diſpoſitione conſiſtant. Quod ſi feudali conſuetudine de decimis lites emerſerint, Eccleſiaſtico tantum judicio terminentur: liceat quoque vobis exactiones, quæ ſub prætextu feudi vel alia occaſione in Eccleſiis fiunt à Laicis removere. In Parochialibus vero Eccleſiis, quas in veſtro Epiſcopatu, monachi ſeu regulares canonici tenent juxta decretum prædeceſſoris noſtri felicis memoriæ Papæ Urbani, Presbyteros eligant, & vobis præſentent, quibus, ſi idonei fuerint, animarum curam vos debetis committere ut de plebis quidem cura vobis reſpondeant: eis vero pro rebus temporalibus ad eorum loca pertinen. dignam ſubjectionem exhibeant, ſalvo nimirum Apoſtolicæ Sedis privilegio. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, ſeu ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed integre conſerventur eorum pro quorum gubernatione, &*

C *ſuſtentatione conceſſa ſunt, vobis omnino profutura. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſecularisve perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſ. corpore, ac ſanguine Dei, ac Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti: quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiat, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniat. Amen.*

Ego Eugenius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
† *Ego Conradus Sabinenſis Epiſcopus ſubſcripſi.*
† *Ego Oddo Diac. card. S. Georgii ad velum aureum ſubſc.*
† *Ego Joannes Tuſculanus Epiſcopus ſubſc.*
† *Ego Vvido Diac. card. S. Mariæ in Porticu ſſ.*
D † *Ego Oddo Diac. card. S. Nicolai in carcere Tulliano ſubſc.*
† *Ego Hugo Oſtienſis Epiſcopus ſubſc.*
† *Ego VV. presb. card. tit. S. Calliſti ſubſc.*
† *Ego Guido presb. card. tit. B. Chriſ. ſubſc.*
† *Ego Ubaldus presb. card. S. Praxedis ſubſc.*
† *Ego Manfredus presbyter Cardinalis tituli ſanctæ Sabinæ ſubſcr.*
† *Ego Aribertus presb. card. tit. S. Anaſtaſiæ ſubſcripſi.*
† *Ego . . . presb. card. tit. S. Paſtoris ſubſc.*

Datum Romæ apud S. Petrum per manum Rolandi presbyteri cardinalis, ac Cancellarii XVII. Kal. Junii Indict. I. Incarn. Dom. anno M. C. LIII. D. Eugenii III. Papæ an. IX.

Inſequenti anno ab Anaſtaſio IV. eandem reportavit confirmationem, bulla iiſdem omoino verbis cum præmiſſa tenoris, niſi quod in hac adduntur plebs de Haote, Hoſpitale Cerveliæ, Moos acu-

tus, cum arenariis, & pertinentiis ſuis: medietas S.Stephani cum ſuis pertinentiis; Eccleſia de Corticeliis, Caſtrum Blaſæ, Caſtrum S. Victoriæ cum Eccleſiis, & omnibus pertinentiis: ſubſcriptiones vero ſunt ejuſmodi.

Ego Anaſtaſius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

† *Ego Oddo diac. card. S. Georgii ad velum aureum ſubſc.*

† *Ego Guido diac. card. S. Mariæ in Porticu ſubſc.*

† *Ego Oddo diac. card. S. Nicolai in carcere Tulliano ſubſc.*

† *Ego VV. presb. card. tit. S. Calliſti ſubſc.*

† *Ego Guido presb. card. S. Chryſogoni ſubſc.*

† *Ego Ubaldus presb. card. tit. S. Praxedis ſubſc.*

† *Ego Manfredus presb. card. S. Sabinæ ſubſc.*

† *Ego Aribertus presb. card. S. Anaſtaſiæ ſubſc.*

† *Ego Joannes presb. card. SS. Joannis, & Pauli tit. Pammachii ſubſc.*

Datum latum per manum Rolandi S.R.E. *presb. card. & Cancellarii 3. Non. Martii indict. 2. Incarnationis Dominicæ anno M.C.LIV. Pontif. vero D. Anaſtaſii IV. Papæ anno 1.*

Rurſum idem Anſelmus ipſammet confirmationem ab Adriano IV. impetravit ejuſdem penitus tenoris hac ſubſcriptione munitam.

Ego Adrianus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

† *Ego Guido presb. card. S. Chryſogoni ſubſc.*

† *Ego Octavianus presb. card. S. Cæciliæ ſubſc.*

† *Ego Julius presb. card. tit. S. Marcelli ſubſc.*

† *Ego Hubaldus presb. card. S. Praxedis ſubſc.*

† *Ego Joannes presb. card. SS. Joannis & Pauli tit. Pammachii ſubſc.*

† *Ego Cencius Portuenſis, & S. Rufinæ Epiſcopus ſubſc.*

† *Ego Otho diac. Card. S. Georgii ad velum aureum ſubſc.*

† *Ego Guido diac. card. S. Mariæ in Porticu ſubſc.*

† *Ego Jacintus diac. card. S. Mariæ in Coſmedin ſſ.*

† *Ego Ildebrandus diac. card. S. Euſtachii ſubſc.*

Datum Later. per manum Rolandi S. R. E. *Presbyt. Cardin. & Concellarii 13. Kal. Jan. Indict. 5. Incar. Dom. anno M.C.LVI. Pontif. Adriani Papæ IV. anno 3.*

Idem præterea Adrianus ad ipſummet Anſelmum ſequentis tenoris litteras dedit.

Adrianus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Venerab. fratri Anſelmo Aſtenſi Epiſcopo ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Quæ à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus rationabili providentia ſiunt, in ſua volumus ſtabilitate perſiſtere, & ne futuris temporibus immutentur, noſtro etiam munimine roborentur. Beatæ ſiquidem Mariæ Monaſterium, quod in loco Caramagnæ ſitum eſt, ſub Apoſtolicæ ſedis defenſione, ac diſpoſitione conſiſtit, & ad ejus jus ex antiqua oblatione cognoſcitur pertinere. Ipſius ergo meliorationem, & recuperationem, ex Apoſtolicæ ſedis proviſione operam impendentes tibi chariſſime frater, & Coepiſcope Anſelme, ejuſque ſucceſſoribus ad exemplum felicis memoriæ V. Papæ Calliſti prædeceſſoris noſtri, eundem locum committimus, ut in eo vices noſtras agas in Abbatiſſarum ordinationibus, & conſecrationibus, & in cæteris epiſcopalibus adminiſtrationibus ſalvo nimirum in omnibus jure, & reverentia Romanæ Eccleſiæ & cenſu aurei unius, ſingulis annis Lateranenſi Palatio perſolvendi. Idem enim Monaſterium, ſicut Religioſorum fratrum relatione didicimus in ſpiritualibus, & temporalibus admodum diminutum eſſe, & per veſtram potiſſimum induſtriam in ſtatum meliorem cooperante Domino reformari, & à pravorum hominum poteſtate & infeſtatione defendi. Nulli ergo omnino hominum facultas ſit, ſupradictum monaſterium à veſtra proviſione, atque ſubjectione ſubtrahere, aut quod à nobis ſtatutum eſt, qualibet temeritate removere, ſed vices noſtras in omnibus, prout ſuperius dictum eſt, ad honorem Dei, & animarum noſtrarum ſalutem, & loci interius, & exterius augmentum, & meliorationem libere per Dei gratiam peragatis. Si quis autem adverſus hanc noſtram commiſſionem audaci temeritate proruperit, honoris, & officii ſui periculum patiatur, aut excommunicationis abſciſſione plectatur, niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione coerceat.

Ego Adrianus Catholicæ eccleſiæ epiſcopus.

† *Ego Otho diac. card. S. Georgii ad velum aureum ſubſcr.*

† Ego *Manfredus presb. card. tit. S. Sabinæ ſſ.*

† Ego *Guido diac. cardin. S. Mariæ in Porticu ſubſcripſi.*

† Ego *Tmanus Tuſculanus Epiſcopus ſſ.*

† Ego *Jacintus diac. card. S. Mariæ in Coſmedin ſubſc.*

† Ego *Cencius Portuenſis, & S. Ruffinæ Epiſcopus ſubſc.*

† Ego *Oddo diac. card. S. Nicolai in carcere Tulliano ſubſc.*

† Ego *Octavianus presb. card. tit. S. Cæciliæ ſſ.*

† Ego *Ard. S. Theodori diac. card. ſubſc.*

† Ego *Joannes diac. card. Ss. Joannis, & Pauli tit. Pammachii ſubſc.*

† Ego *Boſo diac. card. Ss. Coſmæ, & Damiani ſſ.*

Datum per manum Rolandi S. R. E. presb. card. & Cancellarii 2. Non. Januarii Indictione 4. Incarnationis Dominicæ anno 1156. Pontif. vero D. Adriani Papæ IV. anno 3.

Anno ſuperiori 1155. Kal. Febr. teſte Alferio Aſtenſis civitas, non abſque nota Anſelmi Epiſcopi, & Marchionis Montis Ferrati pene tota incendio devaſtata, & deſtructa fuit à Friderico Imperatore anno 1159. Anſelmus interſuit Roncaliæ Conventui ex Raduino in Append ſequenti vero Rodulphus de Monte Acuto Aſtenſi Eccleſiæ dono dedit, quidquid in caſtris, & villis S. Michaelis, ac turris habebat. Quo quidem anno Fridericus non ſolum Aſtenſibus civibus cœpit mitius eſſe, verum etiam regalia, pro quibus recuperandis cæteras quoque Lombardiæ civitates oppugnaverat, ſequenti diplomate confirmavit, quod Conradus II. donaverat, & in citatis tabulis, monumentiſque ita ſcriptum, datumque eſt.

In nomine ſanctæ, & Individuæ Trinitatis.

Fridericus divina favente clementia Imp. Auguſt. Univerſorum Chriſti, & Imperii fidelium tam futura, quam preſens noverit ætas, quod Aſtenſem civitatē in noſtram jurisdictionem, & ſpecialem poteſtatem ſuſcepimus. In qua honorem, & ſervitium, cum omni liberalitate ordinantes, Rectores noſtros, pro noſtræ voluntatis arbitrio in ipſa ſtatuimus, videlicet Carioth, & Robaldum, Gardinum, & Petrum Corteſium: quibus curam, & cuſtodiam, & regimen civitatis intus, & extra, de iis quæ pertinent ad regalia jura committimus cum diſtricto villarum, quarum diſtrictum ſoliti erant habere: quarum nomina ſunt hæc, Aazanus, Mons Manidus, Hanthes, caſtrum Gardini, Berengarius, Sanctus Marcianus, Quattordeum, Mirabellus, Quartus, Serizolengus, Curtis, Comarius, Caſtellionus, Canaglygle, Grixanus, Barcus, Vial, Dicianus, Milledolium, Max, Telliolas, Caxanus, Celle, Terraboma, Cumignanus, Antegnanus, Caſtellioni, Vallege, Camayranus, Taxere, Solium, Monſporcinus, Sexant, Vallis Albugnana, Riparupta, Monſtegletum, Hercule, Molegnanus, Plaz, Recngliaſcus, Vajaglatum, Planum S. Michaelis, Mons Baldicherius, Curtis Franciſca, Caſpercius, Cerreta, Padernus, & ſi quæ aliæ domus ſunt, in quibus ſoliti erant diſtrictum habere. Ut autem præfata civitas in omni fidelitate devotior, & ad ſervitium Imperii ſemper inveniatur promptior, ipſam civitatem, & Epiſcopatum, & comitatum & omnia ſupra memorata prædictis tribus Aſtenſibus poteſtatibus, excepto Fodro Regali hoc tenore commiſimus, ut ſingulis annis in feſto S. Martini, centum, & quadraginta marchas argenti, fiſco Imperiali perſolvant: dimidiam partem de ipſa civitate, & dimidiam extra de comitatu ſibi commiſſo, & Epiſcopatu. Præterea caſtrum noſtrum novum, cum omnibus ejus pertinentiis ejuſdem civitatis rectori-

A *bus hoc pacto commiſimus, ut ſimilitee iu feſto S. Martini ſiugulis annis quiuquagiuta marchas argenti nobis iude perſolvant. De cætero hanc poteſtatem ſibi commiſſam, & iu civitate, & in comitatu prædicti tamdiu rectores habeant, quamdiu majeſtati noſtræ in ipſis beue complacuerit. Adjicicntes quoque conſtanter ſtatuimus, quod prædictam poteſtatem de civitate, de comitatu, de caſtro, uulli Archiepiſcopo, nulli Epiſcopo, nulli Marchioni, nulli comiti, uulli poteſtati unquam concedemus, uiſi ſolis noſtris fidelibus de ipſa civitate, quos ad nutum noſtrum eligendos ordinaverimus. Quia vero ſuperius mentionem de regalibus fecimus, ne quis de eis dubitet, nominatim ea enprimimus. Hæc itaque regalia eſſe dicuntur: Moneta, viæ publicæ, aquatica, flumiua, publica molendina, furni fureſtica, menſuræ Bancharica, Portus argentaria, pedagia piſcationis, redditus, feſſoria, vini, & frumenti, & eorum quæ venduntur, placita batalia, Rubi reſtitutiones in integrum, & alia omnia, quę ad regalia jura pertineut. Rei teſtes ſunt, Otho comes Palatinus, Rodulphus comes* B *Fullcdot. Marchio Obizzo, Malaſpiua, Everardus Bambergenſis Epiſcopus, Conradus comes Palatinus de Reno, & alii quamplures.*

Siguum Domini  *Frederici Romau. Imp. Augusti.*

Datum apud Marengam 15. Kal. Martii.

Ego Raynaldus Sacri Palatii Imp. Cancellarius recognovi. Acta ſunt hæc auno Dominicæ Iucarnationis 1159. Indict. 7. regnaute Domino Frederico Romanorum Imperatore ſereniſſimo, auno Imperii 4. Regni vero ejus 7.

C Aono 1161. Guido comes de Blandrata ceſſit Anſelmo, ejuſque ſucceſſoribus, jura, quæ ſibi in Montem Acutum pervenerant ex ſucceſſione Rodulphi. Et Obertus filius Amedei de Monte Natali partem ſuam ejuſdem caſtri, & ſequenti anno Guido, & Gullielmus reliquum ejuſdem caſtri Montis Natalis. Eodem item anno 1162. 12. Kal. Auguſt. Rolandus, ejuſque ex Amedeo fratre nepotes Vvido, & Heoricus de Abelloniis, ſeu de Malabagliis dicti, eidem Anſelmo homagium præſtiterunt, tanquam Aſtenſis Eccleſiæ Beneficiarii. Uberto item Abbas Ss. Apoſtolorum eidem Anſelmo ceſſit Eccleſiam S. Michaelis de Iotercisſo, qui illam deinde contulit Canonicis Cathedralis. Obertus deoique obtulit Aoſelmo Villam Tauleti cum ſuo caſtro. Anno autem 1164. diſſidium, quod cum Federico excitarat regalium tuendorum deliberatio, & pecunia ſuſtulerat, maximo cum ejuſdem civitatis, & diſpendio, & merito innovavit religio. Nam cum Federicus in Dei Eccleſia pro legitimo Pontifice D Alexandro Octavianum Antipapam ſupponere niteretur, & in civitates Lombardiæ, quæ illi aſſentire renuebant, crudeliſſime, ac impudeotiſſime, eo maxime anno, licet abſeos, per ſuum exercitum (ut ait Baronius) graſſaretur, io Aſtenſes cives potiſſimum debacchatus fuit. Quemadmodum Julius Falletus horum ſpectator, narrat his verbis.

*Vidi ego ruinam civitatis Aſtæ, quæ certe lachrymabilis eſt. Siquidem iu ea deſtructione perieruut, & ferro, & flammis, octo millia virorum, & mulierum, & parvulorum. Nec parcitum fuit religioſis viris, ſiquidem Monachi S. Benedicti cæſi ſunt, eorum Cœnobium ſpoliatum, ac ſuccenſum, & ſacra vaſa profanata, & rapiuæ enpoſita. Moniales quædam defloratæ, & tandem occiſæ, & earum monaſterium ſpoliatum, & dirutum. Presbyteri, & aliæ religioſę perſonę contumeliis affectæ, verberatæ, vulneratæ trucidatę. Virgines, & alię mulieres, per totam civitatem libidine militum expoſitę. Alię auribus, & na*A*ſo mutilatæ, aliis fuerunt ſectæ mamillæ; alię ſpoliatæ nudæ, & columnis, & aliis ſimilibus locis, aut cancellis variis modis ligatæ, ut ſic pudenda prætereuntibus oſtenderent: fuerunt etiam facti plures captivi & ducti apud enercitum, & tandem huc atque illuc iu carceribus poſiti, ubi miſeram vitam fame, vel fętore finierunt, vel ſe redemerunt ſolutis iugentibus pecuniarum ſummis. De nobilibus perierunt in deſtructione civitatis plurimi, nec fuit ulla familia nobilis, de qua non perierint ad minus tres, & de aliquibus ultra ſeptuaginta, ut fuit de familia de Regibus. Nec de nobilibus ſalvi facti ſunt niſi pauci; captivi vero ſexagiuta millibus librarum, poſt menſes decem, & novem ſe redemeruut, ſed multi, ut dictum eſt, jam perieraut. In hac ruina plures ſcripturæ inceudio conſumptæ ſunt, & combuſta eſt Bibliotheca Monachorum S. Benedicti, in qua erant libri pluſquam quinque millia.* Hæc Fallettus.

Quomodo vero in taota clade, & diſperſione ſui gregis ſe habuerit Anſelmus, hic non traditur. Steti- B ſſe tameo illum pro Alexandro contra Pſeudopapam Victorem ſuadet primo. Quod inter Epiſcopos tunc Friderico obſequentes, neq; apud Sigonium, neque alibi cum aliis legitur recenſitus; deinde quod Fridericus ſibi, ac Victori adhærenti Claudio Taurioenſi Epiſcopo plura loca ab Epiſcopatu Aſteoſi detracta ſubjecit. Iu quibus Pingonius oumerat, Centallium, & Lavaldiſium, nos vero adjicimus Poduarinum, ſummam ripam de Boſcho, Cereſolas, Caramaniam, Braydam, & Bollentiam, quæ præinſerta diplomata ad Aſteoſem Epiſcopatum pertinuiſſe monſtrant. Quod certe non feciſſet Fridericus, ſi Anſelmus cum eo in ſchiſmate conſenſiſſet. Denique quod ipſe Alexander per illud tempus in favorem Aſteoſis Capituli ſequens dederit diploma: quo caſtra, bona, & jura quæque ipſius capituli confirmat, id ipſum clare demonſtrat.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Nicolao Archidiacono, & Gardulpho præpoſito Aſteuſis Eccleſiæ, eorumque fratribus, C *tam præſentibus, quam canonice ſubſtituendis in perpetuum. Officii noſtri nos admonet, & invitat auctoritas, pro Eccleſiarum ſtatu ſatagere, & earum quieti, & tranquillitati ſalubriter auxiliante Domiuo providere. Eapropter dilecti Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & prędeceſſoris noſtri fel. mem. Adriani Papæ veſtigiis inhęrentes præfatam Eccleſiam, in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus ſtatuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quęcumque bona, eadem Eccleſia in præſentiarum, juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſve ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Curtem quæ dicitur Quartum cum caſtro, villa, & toto dominicatu: pratis, herbis, ſilvis, nemoribus, paſcuis, & aquaticis, & ri-* D *pariis uſque in Tanagrum: & toto diſtrictu ipſius villę: Eccleſiam S. Petri ſitam in eodem loco, cum decimis, & pertinentiis ſuis: curtem ſuam, quæ dicitur Ercule cum Eccleſiis, & decimis ad ipſam pertinentibus, & toto diſtrictu hominum: plebem Pizentianę, cum caſtro, villa, & capitulo totius plebatus, ſervis, & ancillis, & capella S. Michaelis, & decimis prędictę Eccleſiæ pertin. & toto diſtrictu hominum, turre, & caſtro Coningo cum domo murata, & ſexta parte de communibus: Tres manſos iu eodem loco, cum Eccleſia parochiali, & capella ipſius caſtri, & decimis ad ipſam pertinentibus: Eccleſiam de Podanengo, cum decimis, & pertinentiis ſuis: quatuor manſos iu eodem loco cum ſervis, & ancillis: curtem unam quę dicitur Mons Tegletus, cum ſervis, & ancillis: Eccleſiam S. Dalmatii cum pertinentiis ſuis: Eccleſiam S. Andreę de Fontana ſtantia: tres manſos, iu Abarana, cum capella S. Georgii ad plebem Pizentianę pertinente: Eccleſiam S. Geneſii de Gobione, cum manſo*

uno,

Digitized by Google

uno, & decimis, & aliis pertinentiis ſuis: decimam S. Martini de conperguliis: Eccleſiam de Maleſco, cum decimis, & pertinentiis ſuis: Eccleſiam de Corebama, cum decimis, & pertinentiis ſuis: Eccleſiam de Cortanſerts, cum decimis Allodiorum, & vallis Azonis, & aliis pertinentiis ſuis: Eccleſiam de Soxanto, cum decimis, & pertinentiis ſuis: Eccleſiam de Solio, cum decimis, & pertinentiis ſuis, Eccleſiam Parochialem de Valliculis, cum totius villæ decimatione excepta decimatione antiquarum poſſeſſionum dominorum: Eccleſiam de caſtiglione, cum decimis, & pertinentiis ſuis: Eccleſiam de Cellis, cum illo quod fuit Hugonis, & quidquid habetis in eadem villa, ſeu territorio ejus ex parte Oberei extirpantis vineas: decimas quoque totius civitatis, & villarum ei adjacentium; vallis Tertiæ, Montis Bonini, Arpegiani, vallis Latronis: exceptis iis, quæ aliis Eccleſiis ſunt conceſſa; tres manſos in Viniaco, cum paſcuis herbis cultis & incultis, aquaticis, ripaticis, & toto diſtrictu ipſorum hominum: tres manſos in villo cum Eccleſiis, & pertinentiis ſuis: duas partes majores caſtri de Corſeone, quæ quondam fuere Boneſacii de Cortanenſerts, & medietatem alteram ipſius partis, quæ fuit carbonis, cum capella, & toto diſtrictu hominum: quatuor manſos in eodem loco, cum parte, quæ fuit Gualfredi de Galandria: & quidquid habetis in Anteriſo, in Stoderda, in Lorello, & in Magleolo, cum aquaticis, & ripaticis & toto diſtrictu hominum in Valleſenaria, in Vallepeto, in Suberico, & in Curaldia, & Montoſo, & omnia quæ juſte habetis, in cultis, & in incultis in herbis, pratis, ſilvis, nemoribus in terra viaca Vallebella, oriſta majore, Chriſpitzen. & in Eccropleno, & omnia quæ habetis ultra Tanarum in monte Prevello, in Lauretto, Saxo Canulro, Calocio, Aglano, Mecedo, Corticellis, Spalvariæ, & in Rocheta de Flexo: quidquid habetis in teſtamento Ungari, & uxoris ejus Genevæ in valle Cimina, Monte Morino, Paderno, & Predalia, & Eccleſiam S. Adriani cum pertinentiis ſuis. Præterea omnes rationabiles, & antiquas conſuetudines Eccleſiæ veſtræ, & quæ in obſequii defunctorum, & miſſarum celebrationibus, atque diviſionibus oblationum, tam infra civitatem quam extra per totum Epiſcopatum, hactenus habuiſſe noſcimini: proceſſiones quoque certis temporibus inſtitutas, cum ſuis receptibus, vobis, veſtriſque ſucceſſoribus confirmamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temere perturbare: aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſvis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnino profutura: ſalva Apoſtolicæ ſedis auctoritate & Epiſcopi veſtri canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſecularisve perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat: reamque ſe divino judicio de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Alexãder Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſc.
† *Ego Ubaldus Hoſtienſis Epiſcop. ſubſc.*
† *Ego Bernardus Portuen. & S. Rufinæ Epiſcopus ſubſc.*
† *Ego Albertus presb. card. tit. S. Laurentii in Lucina ſubſc.*
† *Ego Bozo preſb. card. S. Pudentianæ tit. Paſtoris ſubſc.*
† *Ego Ubaldus presb. card. tit. S. Crucis in Hieruſalem ſubſc.*
† *Ego Joannes S. Joannis, & Pauli presb. card. tit. S. Pammachii ſubſc.*

A † *Ego Jacintus diac. card. S. Mariæ in Coſmedin ſſ.*
† *Ego Arditio diac. card. S. Theodori ſubſc.*
† *Ego Cynthius diac. card. S. Adriani ſubſc.*
† *Ego Hugo diac. card. S. Euſtachii ſubſc.*
† *Ego Petrus diac. card. S. Mariæ in Aquiro ſubſc.*

Datum Beneventi per manum S. R. E. Notarii 8. Kal. Auguſt. Indict. 2. Incarnationis Dominicæ anno 1169. Pontificatus vero Alexandri Papæ Tertii anno 10.

Quo anno idem Alexander Papa Alexandrinæ civitati, honoris cauſa ab eo denominatæ in Cathedralem erigendæ plurima loca inter Aſtam, & Alexandriam, tam citra, quam ultra Tanarum conſtituta, ab Aſtenſi Eccleſia detracta ſubjecit. Eo item anno Anſelmus conceſſit Eccleſiam S. Sepulchri in ſuburbio Aſtæ Hoſpitalariis Hieruſalem (quibus milites S. Sepulchri ſe unierant) certis quibuſdam legibus, in quibus erat, ut quotannis in die Aſſumptionis B. Virginis deberent offerre unum biſantium Eccleſiæ B. Mariæ Majori, cum una candela. B Idque ex ſententia prolata ab Othone Albenſi. Sub hoc tempore cum fama vulgaſſet, quanto in periculo res Chriſtianorum verſaretur in Syria, Saladino novas in dies victorias ob Chriſti fidelium diſſenſiones reportante; Aſtenſes communi nomine quadringentos, & quinque milites ea ſelecta eorum juventute in ſubſidium transfretare juſſerunt, qui fortiter pro Chriſto, proque Chriſtiana ſalute pugnantes, vitam ſuam Domino conſecrarunt, & Anſelmus Epiſcopus 5 Kal. Decembris anno 1170. vita perfunctus eſt.

33 VVILLIELMUS Aſtenſis Epiſcopus renunciatus eſt anno eodem 1170. In cujus manus anno 1173. Rogerius, & Aymo de Camigo feudum remiſerunt, quod ab Aſtenſi Eccleſia in Leuco tenebant; anno deinde 1178. Raymundus de Monte forti ex teſtamento reliquit Eccleſiæ Aſtenſi Montem fortem, novellum Barolium, Montem Clarum, Domanium, & Unolum. Idem Vvillelmus anno 1181. donatus fuit ab Alberto de Canelio caſtris, C & villis S. Martiani, ac Monticelli, cum omni honore, & comitatu tam in Caſtris, quam in villis. Quo etiam anno Vvillelmus homines vici exemit à præſtatione fodri, quod Aſtenſi Eccleſiæ, tamquam ſupremo Domino ſolvere tenebantur, caſu excepto, quod Epiſcopus captivatus fuiſſet. Sequenti vero anno Vvillelmi filii de Motoaio, Manfredus, & Otho Spata donarunt Cathedralis capitulo partem, quam habebant in caſtello, & villa Vaſci cum ſuis pertinentiis in Almoſinæ præpoſiti, ab eodem iidem ea omnia in feudum obtinuere. Quo præterea anno idem Epiſcopus de conſenſu canonicorum ſuorum conceſſit Vvillelmo de Grotagno Magiſtro, & præceptori Hoſpitalis Longobardiæ militum S. Joannis Hieroſolymitani Hoſpitale poſitum in civitate Aſtenſi, quod conſtruxerat Petrus Fantinus, & Soldanus cum omnibus ſuis bonis, & juribus, cum onere dandi Eccleſiæ S. Mariæ Majoris, annuatim pro cenſu in Aſſumptione B. Mariæ ſolidos viginti, & ſolvendi decimas debitas Eccleſiis D pro ipſis bonis. Hoc autem Xenodochium, alia monumenta perhibent, dictum fuiſſe S. P. Conzaviæ; illique unita bona quæ idem ſenatus apud Caſtagnolias Montisferrari, ubi extabat Conzaviorum familia, poſſederat. Quantæ porro prudentiæ in rebus gerendis, & dexteritatis, apudque omnes auctoritatis eſſet noſter Vvillelmus, quod hic ſubjicimus aperte demonſtrat. Cum de pace ineunda inter Alexandrum III. & Federicum Imperatorem, ac civitates Lombardiæ ageretur, inter electos ab iiſdem civitatibus unus fuit Vvillelmus, qui cum Taurinenſi, Bergomenſi, Cumanoque Epiſcopis collegis Venetiis in Conventu habito 1177. ita eo munere perfunctus eſt, ut omnium expectationem expleverit, & Friderici gratiam promeruerit. In pacis vero conditionibus in primis illud fuit: ut Longobardicis civitatibus ſex annorũ induciæ concederentur: quo interim ſimul convenirent de Regalibus, quæ Imperator ſibi deberi contendebat.

XX XII.

Inſtaute igitut induciarum tetmino inter utramque partem convenit, nt Imperator, ſingulæque civitates legatos ſuos Placentiam mitteteut, eum ampla ſaeultate leges pacis ſanciendi. Itaque ad;tem tantæ molis à Cæſare delectns Willelmus, cum Marchione Guerocio, ſratre Theodotico, & Rodulpho Camerario, tam bene de ſe conceptæ opinioni reſpondit, ut infinitis propemodum difficultatibus, quæ identidem exoriebantur, ſuperatis, & ipſius pacis leges ſtabilivit, & ut ab eodem Friderieo Conſtantiæ tum agente (unde pax Conſtantiæ dicta) confirmarentur, atque;Imperialibus legibus adderentur, obtinuit. Ad hujus legationis autem impenſas ſuſtinendas, eum annuus redditus minime ſufficeret, plures ab eo mutuo acceptæ pecuniarum ſummæ ſuerunt, & præcipue à capitulo Cathedralis, pro quibus illi ceſſit, ſeu dedit in ſolutionem, cenſus Epiſcopo debitos à plebibus de Bagnaſco, & de Muſantia, de Marcelengo, de Publice, & de Novellis, de Vitia, & de Gorena. In eujus Capituli otiam commodo idem Vvillelmus à Federico ſequens diploma reportavit.

In nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis.
Fridericus Dei gratia Romanorum
Imperator, & ſemper Auguſtus.

Æquum eſt, & manſuetum, ut imperialis clementia juſtis precibus fidelium ſubditorum moveatur, ut eorum vota elementer audiat, & concedat. Inde eſt, quod univerſis fidelibus totius Imperii notum fieri volamus, quod Eccleſiæ Aſten. Curtem unam, quæ Quartum dicitur, ab omni onere, & exactione, tam civium, quam aliorum hominum, tam in hominibus ibi manentibus, quam in paſcuis, ſylvis, & aquaticis, & aliis utilitatibus ad eandem curtem pertinentibus eximimus. Illud etiam quod habet in Mirabello ſimiliter libero poſſideatur. Ripaticum quoque quod Gadulfus Præpoſitus Aſtenſis Eccleſiæ, eidem Eccleſiæ donavit, confirmamus. Ut autem hæc paginn robar, & firmitatem obtinent, eam ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Si quis autem huic noſtræ ſeremtatis decreto contraire præſumpſerit, decem libras auri puriſſimi pro pœna componat, dimidium Cameræ noſtræ, reliquum injuriam patientibus.

Datum apud Conſtantiam anno Dominicæ incarnationis 1153. ind. 1. Kal. Julii.

Attamen antequam Conſtantia revetteretut, ipſe Vvilleimus cum ſuo capitulo conceſſit Vviliæ Abbatiſſæ S. Mariæ de Gratia, & Monialibus ejus, nnum Hoſpitale, cum Eccleſia S. Magdalenæ juxta rivum Plagiæ, cum onere dandi quotannis Eccleſiæ Majori in die Aſſumptionis libram unam thuris. Quo tempore etiam iidem Canonici remiſerunt Canonicis Mortarienſis S. Mariæ Novæ Aſten. decimas bonorum, quæ poſſidebant eum onere annui cenſus. Plures deinde contractus ab Vvillelmo initos legimus uſque ad an. 1189. quo Jacobus de Vivario illi vendidit partem, quam habebat in Malliano. Eoque Præſule Henticus VI. Imperator Canonicis Aſtenſibus eam conſuetudinem, ut qni haberent bona in villis eorum, haud ea divendere poſſent, niſi habitantibus in locis ad eorum juriſdictionem pertineutibus, confirmavit diplomate dato Voeriæ in Epiſcopatu Terdonen. anno Domini 1187. Ind. 5. Idibus Aprilis.

Eidem Capitulo Barbottus Berardengus, & Rolandus, & Bailardus, & Nicolaus fratres donarunt in manibus Almoſnæ Canonicorum Præpoſiti ad proprietarem Beatæ Mariæ Majoris Turrem Curſconis, & Almericus de Quarto fidelitatis juramentum præſtitit eidem Capitulo de omni eo, quod poſſidebat in Quarto, & inter teſtes legitur Nicolaus Barberinus Aſten. eivis.

XXIII 34 NAZARIUS II. quem legimns anno 1190. mutuo accepiſſe libras ſexaginta à quodam Manfredo Cavazone. Auno deinde 1191. quondam domum Dei apud Bajennas, ad ſolvendum illi certam ſummam pecuniarum Epiſcopatui debitam ſe obligare, Vvilhelmus deinde de Moroxio ipſiuſque Moroxii dominus ex hac vita decedens anno 1198. Moroxium ipſum Aſtenſi Eccleſiæ reliqnit, filiique ejus Manfredus, & Otho Spata, paternæ pietatis imitatores, libere illud Almoſnæ ſeu Eleemoſynæ ex canonicorum præpoſito paulo poſt in Epiſcopum electo remiſerunt. At Almoſna apud cæteros canonicos auctor fuit ipſum locum eiſdem filiis in ſeudum concedendi, ſub cenſu annuo duorum dumtaxat aureorum denarinrum, ſive decem ſolidorum. Idem etiam Almoſna cum cæteris canonicis ceſſit Bonifacio Marchioni Montisferrati omnes terras, & rationes, qnas habebat Aſtenſis Eccleſia in Monte calvo, ejuſque territorio ex parte Marchionis Arditionis pro libris centum com pacto quod, quandocunque Eccleſia illas reſtitueret, teneretnr Marchio ipſa jura, & bona remittere. Circa hæc ipſa tempora Beatæ Macoldiæ S. Anaſtaſii ſanctimonialis, e Pallidorum familia vita adeo enituit, ut pretioſam in conſpectu ſuo ejus mortem fuiſſe, pluribus tunc miraculis plurimiſque ſubinde gratiis (unde merito beata ſit habita) Deus ipſe oſtenderit.

35 BONIFACIUS Monachus antea S. Benedicti defuncto Nazario fit Epiſcopus Aſtenſis. Hic Vvillielmo Marchioni Cevæ vendidit Licinium, & S. Michaelem, anno 1198. & poſtero inveſtivit commune Aſtenſe de Maſio, Rupæ, Inſula, & de quarta parte terræ & de Azano, anno vero 1202. dedit Eccleſiam S. Andreæ de Valſeneria canonicis S. Petri de Cuzano. Sed cum plura alia loca, ac jura ſuæ Eccleſiæ in grave ejus præjudicium alienaſset, re ad Innocentium III. delata; ipſe volens, nolenſve Epiſcopatui ceſſit. Qua de re certior factus Innocentius Vercellienſi Epiſcopo, & Abbati de Tilieto ordinis Ciſtercienſis ita ſcripſit, ex Reg. Vatic. XXIV.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.
Vercellenſi Epiſcopo, Abbati de Tillieto,
& presbytero Alberto ſalutem,
& Apoſtolicam benedict.

Qualiter, & quando debeat prælatas procedere ad inquirendum, & puniendum ſubditorum exceſſus, en auctoritatibus novi, & veteris teſtamenti colligitur evidenter: ex quibus ſuper hoc poſtea proceſſerunt canonicæ ſanctiones. Legitur enim in Evangelio: quod Villicus ille, qui diffamatus erat, quod diſſipaſſet bona ipſius audivit ab illo: Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuæ: jam enim non poteris villicare. Et in Geneſi Dominus nit: Deſcendam, & videbo, utram clamorem, qui venit ad me, opere compleverint. Ex quibus auctoritatibus manifeſte probatur: quod non ſolum cum ſubditus, verum etiam cum Prælacus excedit, ſi per clamorem, & famam ejus exceſſus ad aures ſuperiorum pervenit, non quidem à malevolis, & maledicis, ſed à providis & honeſtis, nec ſemel tantum, ſed ſæpe quod clamor innuit, & diffamatio manifeſtat, debet coram Eccleſiæ ſenioribus veritas diligentius perſcrutari, ut ſi rei popoſcerit qualitas, canonica diſtrictio culpam feriat delinquentiū. Non tamen idem ſit actor, & juden, ſed quia deferente fama, vel denunciante clamore, officii ſui debitum exequatur: licet autem hoc ſit diligenter obſervandum in ſubditis, diligentius obſervandum eſt in Prelatis, qui quaſi ſignum ſunt poſiti ad ſagittam. Et quia non poſſunt omnibus complacere, cum ex officio teneantur, non ſolum arguere, verum etiam increpare: quandoque etiam idonea ſalubriter providere contradictores ſi qui fuerint, punientes, & compeſcentes. Ceſſionem autem Aſtenſis Epiſcopi, non ſolum ratam, ſed & gratam habemus. Proviſionem tamen, quam ei de bonis Fructuarienſis Monaſterii, ſi nobis placeret, facere decreviſtis, nobis noveritis non placere. Tum quia ſicut accepimus, oninde grave monaſterium incurret damnum: tum quia idem Epiſcopus bona illa deſtrueret, ſicut alia jam deſtruxit, cum ſit dilapidator notiſſimus, & prodigus diſſipator. Suſtinemus autem pro vitando ſcandalo propinquorum, qui ſunt nobiles, & potentes: ut ei au

nuas

A *nuas penſiones, non quidem ſuperfluas, ſed ſolummodo neceſſarias in diverſis Eccleſiis aſſignetis, quas manens apud aliquod Monaſterium, cum ſit Monachus ad honeſtæ vitæ ſuſtentationem expendat. Ad hæc noverit veſtra devotio: quod Veronen. Epiſcopus ſæpe nobis procedendi licentia ſupplicavit. Unde cum ad viſitandam Veronen. Eccleſiam acceſſeritis, ſi videritis expedire cedendi ſibi licentiam auctoritate Apoſtolica concedatis: facientes eidem Eccleſiæ perſonam idoneam præfici ſalubriter in paſtorem. Conſtitutiones vero, quas ad correctionem exceſſuum, & reformationem morum, vos interea tam feciſſe quam innovaſſe cognovimus, approbamus; volentes, ut eas faciatis à clericis laudabiliter obſervari. Præcipientes ex parte noſtra Prælatis, ut laicis conquerentibus plenam faciant juſtitiam exhiberi, non obſtantibus appellationibus fruſtratoriis: quas in eorum gravamen clerici frequenter opponunt. Ne pro defectu juſtitiæ clerici trahantur à laicis ad judicium ſeculare: quod omnino fieri prohibemus: & vos* B *ne fiat omnimodis ſatagatis. Cæterum ad hæreticorum fallacias ſolicitudinem veſtram volumus vigilare: monentes, & obſecrantes in Domino quatenus ad extirpandum de agro Dominico lolium hæreticæ pravitatis, prudenter, & efficaciter intendatis.*

Datum Romæ apud S. Petrum iv. Kal. Feb. anno 8.

His acceptis litteris Gerardus Abbas de Tillieto alter ex deputatis congruam portionem ex Epiſcopalibus redditibus Monaſterio SS. Philippi, & Jacobi Ordinis Vallis umbroſæ prope Aſtam, in quod Bonifacius ſe receperat, pro illius ſuſtentatione aſſignavit librarum ſex Aſtenſium in Kalendis Auguſti, quamdiu viveret, perſolvendarum. Per quod tempus nullus illi ſuffectus fuit, ſed in adminiſtratorem Epiſcopatus, Rebuſus ejuſdem Eccleſiæ Canonicus conſtitutus an. 1206 Quo Valla de Caſtelétta Aſtenſi ex Præpoſito S. Secundi Aſtenſis in Savonen. Epiſcopum deligitor. Cujus obitus ſub 18. Kal. Septem. in Necrologio Cathedralis cernitur notatus.

XXXV. C 36 GUIDOTTUS, ſed Guidettus, defuncto inter monachos Bonifacio, ſubſtitutus. De eo primo habemus, quod an. 1210. cum Aliprando Vercellenſi, & Jacobo Taurinenſi Epiſcopis interfuit confirmationi Privilegiorum Eccleſiæ Mediolanenſis, ab Othone IV. obtentæ. Eodem anno homines Montis Vici, qui ex diverſis Lombardiæ civitatibus in eum montem ſe contulerant, ab eodem Guidotto (quod ille locus cum tota circumpoſita regione Aſtenſis Eccleſiæ, tam temporalis, quam ſpiritualis juris eſſet) petierunt, ut ſibi liceret ibi permanere, & commune conſtituere: quibus cum montem dediſſet Guidottus, ipſomet aſſentiente, & comprobante, ſtatuta, & leges, quibus una viverent, & rempublicam adminiſtrarent, ſanciverunt; cum ipſoque Epiſcopo convenerunt de iis, quæ erga eum, ejuſque ſucceſſores eſſent præſtaturi, quæ in Jacobo fuſius explicabuntur anno 1212. Manfredus de Buſca donavit Guidotto Boveſium, cum caſtro, & villa, juriſdictione, & cæteris pertinentiis ſuis. D Ipſe autem Guidottus eundem Manfredum ſtatim inveſtivit de ipſo Boveſio, & de Baenuis ſuperioribus, quas ante in feudum ab Eccleſia Aſtenſi tenuerant illi de Barbis. Pari modo Henricus de Turre, & Manfredus ejus nepos donarunt Guidotto, quidquid habebant in eodem loco Turris tam in hominibus, quam in fodro, cæteriſque juribus; eiſque Guidottus reddidit hæc omnia, ut ea tenerent in feudum rectum, & gentilem. Similiter Oddo de Caraxono eidem donavit totum jus, quod in eodem loco Turris habebat, & idem Guidottus eum inveſtivit, tanquam de feudo ab Eccleſia Aſtenſi tenendo. Denique Alricus de Nono in loco Canalium eidem Guidotto donavit partem ſuam, quam habebat in comitatu Laureti. Quo ipſo anno cum fama vulgaretur S. Secundi martyris Aſtenſium præcipui Patroni corpus Venetiis eſſe, aliqui ex Canonicis Eccleſiæ ejuſdem ſancti, nimirum Alardus Præpoſitus, Michael,

A Blandus Scarampus, Gullielmus de Novara, Albertus de Cathena, Conradus de Platea, & magiſter Arteſius inveſtigare decreverunt, num forte aliqua fraude ſublatum fuiſſet: id quod ſunt executi modo in acto publico his verbis deſcripto. [*Anno Domini 1212. indict. 15. die Martis 7 Kal. Aprilis prædicti DD. Canonici Turre confracta duo monumenta marmorea, & in medio eorum unum plumbeum invenientes, ibidem illud, quod eſt plumbeum, primo aperuerunt, ita quod ſanctum corpus, à vertice, uſque ad pedes, inſpexerunt integrum & viderunt; videntes igitur & in Domino exultantes, reclauſerunt monumentum, ſicut fuerat prius. Et poſtmodum aliud, quod eſt à dextro latere aperientes, in eo aliud corpus integrum invenerunt. Tertio vero monumento clauſo remanente cum illud aperire non poſſent, Turrem exultantibus animis reclauſerunt. Facto autem mane mulieres invento cæmento adhuc recenti clamabant dicentes, quod exinde ſanctum corpus extractum fuerat, & furatum: unde tota civitate* B *conturbata pariter, & commota, venerabilis Pater Epiſcopus Guidottus, cum fratribus ſuis, & poteſtate civitatis Almerico de Cremona nuncupato, multiſque aliis ad Eccleſiam præfatam accedens, aperto foramine, quod dicti Canonici de nocte fecerant in Turre ſupraſcripta corpora Sanctorum, ſicut prædiximus, invenit in ea: & ea tam clericis, quam laicis compluribus evidenter oſtendit. Unde recluſo foramine, ac firmato, omnes una voce pro inventis corporibus laudes reddiderunt altiſſimo Creatori. Cui eſt honor, & gloria in ſecula ſeculorum Amen.*)

Eodem item anno Guidottus conceſſit Willelmo Abbati Monaſterii S. Frontiniani prope Albam, Eccleſiam S. Arnulfi, ſitam ſuper flumine Ellere apud Montem Vicum, addito pacto, quod Presbyter ab ipſo Abbate ibidem ſtatuendus dependeret in exercitio curæ ab Archipresbytero Vici: & perſolverentur Aſtenſi Eccleſiæ quotannis ſolidi quinque Januenſes. Item præterea Guidottus remiſit hominibus S. Albani Fodrum, retento tamen C eo, quod ſolvebant homines de Quarterio Bredulenſi, recepitque ab eiſdem hominibus S. Albani debitum homagium, ac fidelitatem.

Et ann. 1215. S. Franciſcus Aſta pertranſiens, à civibus humaniſſime exceptus, Eccleſiam B. Mariæ, apud quam deinde Minorum Cœnobium inſtitutum fuit, dono accepit, & Guidottus in Eccleſiam S. Trinitatis, ſeu S. Spiritus ad Fontanellas, ſanctimoniales Ciſtercienſes è domo S. Spiritus Genuenſi, concedente Abbate Claræ vallis de Columba, accitas, immiſit addito ad antiquos redditus, tenimento quinquaginta jornatarum oblato, conſentiente uxore Aguete à Jacobo Cereoſio Patritio Aſtenſi. Qui præterea ſua beneficia erga ipſum Monaſterium ita cumulavit, ut in litteris Honorii III. quibus anno ſui Pontificatus quinto, eam inſtitutionem confirmavit, fundator appelletur. Poſtea vero canonici Cathedr. regularem pertæſi vitam, quam ad eam diem in eodem dormitorio cubando, eodemque refectorio cibum communibus D redditibus comparatum ſumendo, duxerant, ædificia, ac redditus omnes capituli in ſexdecim præbendas diſpertierunt: uno Bruno Aſtenſi paulo poſt Archidiacono, ut in zelo regularis obſervantiæ S. Bruni Aſtenſis, Abbatis olim Caſſinen. & Signienſium Epiſcopi, quem ſicut nomine, ita & vita referebat verum gentilem ſe probaret, diſſentiente. Guidottus vero è vivis diſceſſit anno 1219.

37. JACOBUS de Portia Epiſcopus antea Auguſtæ à Clero Aſtenſi electus an. 1219. pro quo Aſtam deducendo in nota publica legitur mutuo fuiſſe acceptas libras 40. pro expenſis faciendis. Ipſius Jacobi tempore S. Dominicus Aſta tranſiturus, ab effuſis obviam civibus honorificentiſſime excipitur, eique traditur S. Mariæ Magdalenæ ſacellum, quod anno ipſo 1220. Prædicatorum conventus fuit ſtabilitus: eodemque anno Aſtenſem populum propter Maſium, & comitatum Serralungæ, Jacobus interdixit: at opera Jacobi Epiſcopi XXXVI.

Tau-

Taurinenſis Imperialis aulæ Vicarii, & Gnidonis Landriani Aſtenſis Poteſtatis, controverſiis ſedatis, abſolvit. A Georgio Ceva Marchione Caſtri Montis Baſilii donationis confirmationem obtinnit, ejuſque anctoritate Manfredus Salutiarum Marchio, Agneti Amitæ ſuæ Villam Rivifrigidi pro erectione Monaſterii Ciſtercienſinm Monialinm, dono dedit. Eodem Præſule inſtante anno 1221. 8. Junii, Jacobus Taurinenſis Epiſcopus, cum præfato Gnidone decernunt, obſervandam concordiam inter Aſtenſem Epiſcopum & ipſum commune civitatis initam, & præſcribunt formam juramenti à communi Epiſcopo præſtandam, juxta quam biduo poſt in præſentia ejuſdem Jacobi Taurinen. Epiſcopi Vicarii Anlæ Imperialis, Credendarii civitatis ipſum juramentum ſolemniter Jacobo ſuo Epiſcopo exhibuerunt anno 1227. Idem Jacobus fratri Petro Priori de Caſotto Ordinis Carthuſianorum plura bona conceſſit in finibus S. Albani, addita facultate, ut in eiſdem finibus poſſent acquirere Jornatas centum quinquaginta, & frui paſcuis, ſilvis, aquaticis, & cæteris juribus, non ſecus ac incolæ ejuſdem loci, ac præterea confirmavit omnia, quæ eidem Carthuſiæ à prædeceſſoribus Epiſcopis donata fuerant, Eccleſiæ etiam S. Petri de Gorzano conceſſit decimas omninm Novalinm. Quo anno Bruno Aſtenſi, de quo ſupra, è vivis ſublato, ejus obitus in Necrologio ita fuit deſcriptus: *4. Nonas Novemb. obiit Archidiac. Brunus Aſtenſis, qui reliquit Eccleſiæ Aſtenſi pratum in Gerſia.* Sequenti denique anno Peratius è Vettiorum gente, quæ loco, & caſtro Vetio, ſeu Vitio nomen dederat, ipſummet locum cum caſtro, & Cortili, omnibuſqne juribus, quæ habebat tam in Vitia, quam in finibus Pontiani, & Surzoni ceſſit Jacobo: qui viceverſà dedit illi in feudum rectum, & gentile medietatem publicis, ita tamen quod deficientibus maſculis Epiſcopus dotando fœminas, feudum recuperare poſſet. Canonici autem diploma ab Honorio III. impetrarunt, quo illis conceſſit; ut ſi quando civitas interdicto ſuppoſita fuiſſet, poſſent celebrationem Miſſarum, & divinorum officiorum continuare, januis tamen clauſis, & nullo campanarum præmiſſo ſigno. Eo præſule multa Aſtenſis civitas a Friderico Imperatore, Romanæ Eccleſiæ inimico, pertulit damna, eo quod à ſummi Pontificis obedientia, & cultu ſejnngi non pateretur, ita ut aliquando per ſuos duces agrum ejus vaſtarit, & vicinioribus caſtris dirutis, quas maxime potuit clades intulerit, & à die 23. Junii ad 14. Auguſti obſederit, memores tamen Aſtenſes in venerationem præcipue Aſſumptionis Beatiſſimæ Virginis eorum Eccleſiam Cathedralem cum ipſa civitate à Patribus olim dicatam fuiſſe, tantam de ipſius patrocinio fiduciam conceperunt, ut Ducibus Alberto Scoto eorum poteſtate, & Alexandro Comentina Capitaneo intempeſta nocte, in hoſtes irrupeeint: eiſque in effuſam fugam conjectis, eorum tentoriis, cæteroque bellico apparatu, ſpoliiſque potiti fuerint. Inter has clades vero Jacobus ita pii Paſtoris munia ſolicite obiit, ut ad ſublevandam civium inopiam, cum redditus annui non ſufficerent, à quodam Brexano de Vico mutuas pecunias accepiſſe legatur anno 1231. 4. Maji.

Anno 1233. Capitulum Cathedralis conceſſit Abbati SS. Philippi, & Jacobi Ordinis Vallumbroſani Eccleſiam S. Martini de Monteriolo, & omnes conſiliarii montis Regalis (ita Montis Vici commune cœperat appellari) decreverunt omnino obſervanda eſſe omnia pacta, ab ipſo communi inita cum Guidotto anteceſſore ad ea confitentes ſe omnino teneri: & eadem ipſi Jacobo Epiſcopo præſenti, & acceptanti cum juramento obſervare promiſerunt. Eorum vero præcipua hæc erant: *Quod Eccleſiæ Aſtenſi manerent jura quæ habebat in Vico veteri: quod eadem habeat poteſtariam Montis Regalis, & libras 309. pro ſuo feudo, quod pro ſingulis jugis bovum dentur eidem ſingulæ minæ grani, & ſingulæ avenæ, ſeu ſpeltæ, & quilibet mercator cum equo duodecim denarios, ſine equo ſex, quilibet manualis quatuor, pro quolibet banco in foro extra porticum, duodecim. Item tertiam partem bannorum, & pœnarum & molendina, ac tres furnos, & libras 1400. minores in ſtatutis terminis: item ſuos redditus, & ſucceſſiones: item quod facient fidelitatem, ſicut Domino, & ſicut ſibi faciebant loco Vici veteris, & libera illi relinquant loca Montaldi, Roburenſi, & turrte cum omnibus juribus, & redditibus eorum & univerſa, quod Epiſcopus defendat locum & homines Montis Regalis in perpetuum reſciſſo promiſſu ab eis antea facto Epiſcopo, de non habitando in monte, & hæc à Vaſallis, quos habebat inter Tanarum, & Sturiam juret obſervari.* Anno 1234. diſſenſiones compoſuit cum habitatoribus Cunei, & Saviliani. Poſtremo cum Aſtenſis civitatis conſilium quædam ſtatuta edidiſſet Eccleſiaſticæ immunitati repugnantia, reclamante Jacobo Federicus II. ea irrita eſſe voluit hoc diplomate.

Fridericus II. divina favente clementia
Roman. Rex ſemper Auguſtus, &
Rex Siciliæ in perpetuum.

Cum ex debito Regiæ majeſtatis teneamur illas præcipue injurias propulſare, quæ redundant in injurias ſummi Regis, ſtatuimus, & mandamus, ut univerſa ſtatuta, quæ cives Aſtenſes contra Aſtenſem Eccleſiam, & viros Eccleſiaſticos ſtatuerunt, inania ſint, & caſſa, maxime quinque infraſcripta; videlicet, quod ſi quis clericus in Poderio Aſtenſi, poſſeſſiones à laicis aliquo titulo acquiſierit, ad dationem fodri, & collectarum, & aliarum exactionum, tamquam laicus compellatur & quod aliquis de juriſdictione Aſtenſi non vendat poſſeſſiones aliquas, niſi illi prædicta exolvant, & per hoc clerici non poſſunt acquirere poſſeſſiones, quæ ab illis tenentur. Item quod poteſtas Aſtenſis juramento teneatur non compellere aliquem ad ſolvendam decimam, niſi pro medietate: & ſi aliquis civis fuerit alicujus Eccleſiæ Procurator, auferantur ſibi pro pœna ſolidi ſexaginta: & ſi Clericus vocatus à poteſtate Aſtenſi, ſe non repræſentaverit, & juri non paruerit coram eo, Poteſtas juramento teneatur ſibi non facere rationem, ſuper quocumque negotio, vel injuria, ſeu damno ſibi dato. Quæ prædicta omnia penitus enervamus: clericis, Eccleſiis, & viris Eccleſiaſticis Aſten. ſpecialiter concedentes, ut poſſint libere poſſeſſiones acquirere in Aſten. poderio, & ubicunque abſque datione aliqua collectarum & aliarum exactionum. Statuimus igitur ſub pœna mille marcharum argenti, ut & prædicta ſtatuta e ſtatutis ſuis deleri faciant, & ut de cætero ſimilia, vel aliqua alia ſub aliquo colore contra libertatem Eccleſiaſticam non attentent.

Datum in Caſtris, in Prato S. Danielis apud lacum de Garda, anno Domini 1236. Kal. Octob. Ind. 9. Obiiſſe autem Jacobum ſaltem ante Julinm menſem anno 1236. indicat inveſtitura Britiis conceſſa, de qua mox in Umberto.



38 **UMBERTUS**, ſive Obertus Cathedralis Eccleſiæ Canonicus, ex familia Catena inter Patritias adſcripta, à quo primum inveſtitos legimus in Catalogo Rufinum, & Jacobum Britios Aſten- XXXVII.

ſes

ſes cives de caſtro Sarmatore ann. 1236. 12. Julii, anno vero 1237. 9. Novemb. cum capitulum renuiſſet admittere in ſuum Archidiaconum Cantorem Eccleſiæ Taurinen. eo quod Epiſcopus Jacobus fel. record. tali electioni ſe oppoſuiſſet, nec eſſet de gremio capituli, ex præſcripto ſacrorum canonum, & prælato more ejuſdem Aſtenſis Eccleſiæ Umbertus jura ejuſdem intacta remiſit. Quo etiam anno empta fuit ab Umberto pars quædam Govoni, pro libris 450. & Ravarinus Bellotus de Cremona Aſtenſis Poteſtas, nomine communis Aſtenſis in pleno conſilio juravit Umberto fidelitatem, ipſeque Umbertus eodem loco, & die in vim ejuſmodi juramenti, conveuit, ac requiſivit ipſum commune, ut ſibi auxilium ferret in Cuneos, compellentes homines Moroxii ad habitandum in Cuneo, & in alios, qui terram Aſtenſis Eccleſiæ ultra Sturiam occupabant. Annodeinde 1238. idem Umbertus recepit fidelitatem à Petro Conſalouerio de Marenſana pro caſtris Garabelli, montis Baudicherii, & Rupeculæ de Inciſa; ab Henrico Lavezolis de ipſo loco; à Jacobo de Drua, pro S. Albano, ab Obertino pro Contazerio; & paulo poſt à Manfredo de Voilade Muroſengo de ipſo Muroſengo, & de Calliano. Idem Umbertus, Boniſacium Montisſerrati Marchionem inveſtivit de Oppidis, Camino Ponteſturia, & S. Salvatore. Eodem etiam anno Oddinus de Caraxone ceſſit, ac donavit, quidquid habebat in ipſo Caraxone, in S. Michaele, & Vaſeo Uberto, qui illum eo ipſo de eiſdem locis, ac feudis inveſtivit. Idem præterea præſul conceſſit Aliſæ Uglettæ, & aliis conſororibus, ut in Eccleſia S. Seraſiæ poſſent obſervare Regulam, quam tenebant ſorores, & Dominæ S. Seraſiæ Terdonenſis: ſalvo quod iſtæ poſſent habere poſſeſſiones, & cum onere offerendi quotannis Eccleſiæ Majori unam libram incenſi in die Aſſumptionis. Quam conceſſionem confirmavit Innocentius IV. Datum Lugduni 3. Id. Aug. Pontiſ. anno tertio: Cum hoc tamen, quod ordo, & regula S. Benedicti, quam profeſſæ fuerant, tenerentur ab eis perpetuo, ſecundum inſtitutionem monialium incluſarum S. Damiani Aſſiſinatis, & Abbatiſſa ex præſcripta ejuſdem S. Benedicti regula, communi conſenſu, vel à ſaniori parte eligeretur.

Fridericum Imperatorem ad ſacrum bellum in Orientem proficiſcentem, armis juvit Jacobus noſter.

Tandem juxta vetus Kalendarium, anno 1243. 4. Kal. Octob. diem clauſit extremum. Quo anno reperitur data bulla ejuſdem Innocentii IV. Kal. Junii apud Lateranum: qua rogat, & attente monet Aſtenſe Capitulum, ut Aſtenſem civem Joannem Aſtenſæ gentis familiarem ſuum, & Subdiaconum Apoſtolicum de præbenda providerent, ne vacuum nomen canonici habere viderentur.



XXXVIII. 39. BONIFACIUS II. patritius Aſtenſis, ex comitibus de Coconaro exortus, ex Præpoſito electus Epiſcopus ipſo anno 1243. Epiſcopatum diu (incertum qua de cauſa) inire diſtulit. Nam anno 1244. adhuc Præpoſitus, executor fuit litterarum Innocentii, quibus hortabatur canonicos, ut Umbertum Conſembrandum in eorum numerum cooptarent. Erat autem Conſembranda familia, quæ caſtro nomen dederat; ex eaque fuit juxta Aſtenſia monumenta, Sapritius, qui proprætoris munere fungens, SS. Secundum, & Calocerum capite damnarat. De Innocentio vero hæc habet Guilielmus Ventura anno 1244. *Innocentius de Fliсro Jannenſis Pontifex Maximus venit Aſtam pergens Lugdunum, & hoſpitatus fuit in monaſterio Apoſtolorum ad expenſas dicti Monaſterii*. Unde corrigendus Bzovius, qui Sabellicum ſecutus adverſo Rhodano Innocentium Lugdunum petiiſſe Venturæ ſuffragatur, Innocentii Diploma, datum Secuſiæ (quæ eſt extrema Italiæ civitas ipſi monti ſubjecta) Idibus Novembris ipſius anni 1244. Imo ipſemet Innocentius, dum ut Aſtenſes gratularentur pro ſinceritate ſuæ devotionis, & fidei erga ipſum (ſcilicet Friderici offenſione poſthabita) preſtitæ, ſequens dedit diploma.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Oberto Abbati Monaſterii S. Jacobi Ordinis Vallis Umbroſæ, & Joanni Priori Sanctæ Mariæ Novæ ordinis S. Auguſtini Aſtenſis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ut dilecti filii Boniſacii Procurator, capitulum, & clerus Aſtenſis pro ſinceritate ſuæ devotionis, & fidei gratuletur à nobis favore benevolo confovere eos à procuratione dilecti filii G. de Montclengo, ſubdiaconi, & notarii noſtri Apoſtolicæ ſedis legati; necnon à proviſione quam venerabili fratri noſtro . . ., . Albigannenſi Epiſcopo in Epiſcopatu Aſtenſi fecimus, de ſpeciali gratia duximus abſolvendos. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus; quatenus ſi forte in ipſos ſuſpenſionis, vel excommunicationis, aut interdicti ſententia, occaſione ejuſmodi extitit promulgata, ipſam auctoritate Apoſtolica relaxetis, diſtrictius inhibentes ne prætextu dictarum procurationis, & proviſionis aliqua in ipſos de cætero ſententia proferatur. Si vero ſecus fuerit attentatum, illud irritum nuncietis. Quod ſi non ambo iis potueritis intereſſe, alter veſtrum ea nihilominus exequatur.

Datum Lugduni 2. Idus Martii Pontif. noſtri anno 2.

Diverſa alia privilegia pleriſque aliis ejuſdem urbis Eccleſiis conceſſa ab eodem Pontifice reperiuntur. Maxime vero ſanctimonialibus Ciſtercienſis Ordinis; eidemque capitulo Cathedralis. Nam per bullam datam eodem anno 2. ſui Pontiſ. ne Eccleſiaſtici extra civitatem in judicium trahi poſſent, cavit, & per aliam anno 5. confirmavit excommunicationem latam à Boniſacio contra exigentes ab eiſdem pedagia de rebus, quas non negociandi cauſa tranſmitterent. Et per datam anno ſeptimo, ne canonici poſſent compelli ab executoribus in Apoſtolicis literis delegatis, ad recipiendum eos, qui tales literas obtinuiſſent ad canonicatum, vel ad beneficia ab eorum Eccleſia dependentia, niſi de ſpeciali mandato ſanctæ ſedis, in quo de hac conceſſione mentio fieret: per datam denique anno 8. ne iidem cogerentur admittere proviſiones de canonicatibus, aut capellaniis obtentas ab illis, qui Federici partes ſecuti fuiſſent.

Verum ad Boniſacium redeamus. Cui quantum negotii faceſſerit Brixanus quidam, ac novum commune montis Regalis, quemque in eos ſe præſtiterit Boniſacius ipſe, præſtat his Innocentii literis ſignificare ex Regeſt. Vatic.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Magiſtro Nicolao de Sala Canonico Vercellenſi, ſalutem, & Apoſtolicam benedict. Dilectus filius electus Aſtenſis nobis expoſuit, quod licet bonæ memoriæ Aſtenſis Epiſcopus prædeceſſor ſuus quia Brexanus de Vico, & homines montis regalis Aſtenſis diœceſis ad Eccleſiam Aſtenſem ſpiritualiter, ac temporaliter pleno jure ſpectantes pacta, & conventiones inter ipſos homines, & Eccleſiam amicabiliter inita, & ſponte ab eis recepta, diligenter ab ipſo Epiſcopo moniti, obſervare contra juſtitiam denegabant, redi-

tus,

tus, & debita, & conſueta ſervitia eidem Eccleſiæ ſolvere indebite non curando: & inferendo ei graves injurias, & jacturas, in dictum B. officiales, ac conſiliarios dicti loci excommunicationis, & in ipſum locum interdicti ſententiam promulgaſſet. Ipſi tamen dictas ſententias decennio, & amplius, damnabiliter contemnentes, & impendentes pro poſſe ſuo quondam F. tunc ſe pro Imperatore gerenti dum vixit, contra Eccleſiam, auxilium, conſilium, & favorem; occuparunt per violentiam caſtrum Morixii ad Eccleſiam Aſtenſem pertinens, & expulſis inde habitatoribus ipſum penitus diruerunt. Et adhuc dictam Aſtenſem Eccleſiam matrem eorum offendere non deſiſtunt. Propter quod idem electus in ipſos B. officiales, & conſiliarios, quia diligenter ab eo moniti ſuper iis ſatisfacere, ac ab hujuſmodi offenſionibus reſipiſcere contumaciter non curabant, excommunicationis ſententiam ſuadente juſtitia promulgavit, ſupponendo locum ipſum Eccleſiaſtico interdicto. Sed iidem poſtmodum iis non contenti, præfatum electum detinentem caſtrum Carruci ad Aſtenſem Eccleſiam pertinens congregato exercitu, nequiter obſidentes ipſo ejecto exinde ſuis machinis illud detinent occupatum, in ipſorum electi, & Eccleſiæ præjudicium, & gravamen. Quare dictus electus nobis humiliter ſupplicavit ut contra prædictos procedi gravius mandaremus, quatenus ipſas ſententias, ſicut rationabiliter ſunt prolatæ, facias auctoritate noſtra, uſque ad ſatisfactionem condignam Apoſtolica auctoritate inviolabiliter obſervari. Quod ſi forte à te moniti diligenter, ſuper præmiſſis omnibus prænominatis, electo, & Eccleſiæ ſatisfacere, & ab eorum offenſis deſiſtere non curaverint, infra competentem terminum quem eis duxeris præfigendum; ex tunc prænominatos B. officiales, & conſiliarios auctoritate noſtra excommunices, & dictum locum ſubjicias diſtrictiſſimo interdicto. Ita quod præter baptiſmata parvulorum, & pœnitentias morientium, nullum ibi divinum officium celebretur, aut exhibeatur Eccleſiaſticum ſacramentum. Sententias ipſas per Mediolanenſem provinciam, & partes vicinas, candelis accenſis, & pulſatis campanis, publicans, & publicari faciens ſolemniter, ſingulis diebus Dominicis, & feſtivis, & ſub interminatione anathematis diſtrictius inhibere, non jam dictis B. ac hominibus in hujuſmodi contumacia perſiſtentibus, aliqua civitas vel caſtrum audeat aliquem de ipſis hominibus aſſumere in rectorem, vel aliquem civem eorum permittat ſuſcipere regimen dicti loci. Ita quod ſi quis ſecus facere forte præſumpſerit, hoc ipſo laqueum excommunicationis incurrant. Nec ullus interim cum prænominatis B. & hominibus exercere præſumat ſocietatem, conjurationem, commercium, colloquium, vel contractum, aut eis de aliquo debito reſpondere. Inſuper ipſos B. ac homines caſtris, villis, & poſſeſſionibus, ac aliis immobilibus, ad menſam ipſius electi ſpectantibus, necnon feudis, manſuris, conſuetudinibus, uſibus, beneficiis, ac libertatibus omnibus, quæ ab Aſtenſi Eccleſia obtinent, tamquam ingratos privans omnino ad jus, & proprietatem ipſarum menſæ, ac Eccleſiæ legitime revocandas. Denuncies ſententias latas per ipſos, & teſtamenta condita, necnon venditiones, emptiones, ſeu alienationes per ipſos peractas de rebus ad dictam Eccleſiam, tam ratione feudi, quam proprietatis ſpectantibus carere robore firmitatis.

Quod de ſumptibus expenſis ſi quos fecerunt in caſtris taliter acquiſitis abſque conſenſu Eccleſiæ ſupradictæ nulla reſtitutio fiat eis. Etſi nec ſic à ſuis perverſitatibus reſipuerint, merito poterunt formidare, ne ipſorum bona mobilia impune capi ab aliis faciamus. Ad hæc ſub interminatione Anathematis expreſſe inhibeas, ut ullus exemptus, vel non exemptus Aſtenſis Diœceſis corpora ipſorum in ſua pertinacia exiſtentium, cum decedunt Eccleſiaſticæ tradere ſepulturæ; vel ſi traduntur, intereſſe aliquatenus non præſumat. Non obſtante conſtitutione de duabus dietis, &c.

Datum Januæ Idibus Junii an. octavo.

Ad eundem vero Bonifacium alias literas dedit idem Innocentius die 17. ejuſdem menſis,: quibus mandat, ut corpora eorum, qui in ea pertinacia deceſſerant, & in Eccleſia ſepulta fuerant, vel in poſterum ſepulta fuiſſent, exhumari faceret. Certiorque factus commune Aſtenſe Montis Regalenſium potius, quam ſuæ Eccleſiæ cauſæ favere, quod ſcilicet illi in Aſt. cives aſciti tum omula tum pacis, & belli conditiones ſubire pacti fuerant) eoſdem Aſtenſes ſequenti Epiſtola hujuſce erroris paterne commonuit juſtis additis minis.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Poteſtati, conſilio, & communi Aſtenſi ſpiritum V. Sa. Nimis ab inſtigatore malorum omnium pati videmini vos ſeduci, quod ad ejus inſtinctum matrem veſtram Aſtenſem Eccleſiam, quæ vos per baptiſmum regeneravit in Chriſto, perſequamini: manifeſte nitentes eam ſubjicere ſervituti ad cujus exaltationem deberetis intendere cum affectu, quaſi magis ancillæ, quam liberæ filii fore cupiatis. Quod non eſt ſolum impium ſed etiam abuſivum, ſicut enim dilectus filius electus Aſtenſis gravi nobis conqueſtione vos ad deſtructionem ipſius Eccleſiæ totis conatibus intendentes, cum Brexaſſo de Vico, Poteſtate, ac hominibus, loci Montis Regalis ad ipſam Eccleſiam pleno jure ſpectantibus in gravem ejus, & ipſius Eccleſiæ læſionem, pacta, & conventiones de novo, temere iniiſtis, & firmantes hæc præſtitis juramentis, uſurpaſtis vobis indebite jura, quæ habet in ipſo loco Eccleſia memorata. Ideoque univerſitatem veſtram monemus, et hortamur attente mandantes, quatenus pactis, & conventionibus ipſis revocatis omnino, & juramentis relaxatis prædictis reſtituatis eidem Eccleſiæ dicta jura, & ab ipſius offenſione de cætero penitus deſiſtatis, de damnis, & injuriis illatis eidem ſatisfactionem ſibi plenariam impendendo, alioquin poteritis merito formidare, nec honore epiſcopali, quo per hæc civitatem indignam redditis, vos privantes, vos in perſonis, & rebus ubicumque reperiri poteritis, impune capi ab aliis faciamus.

Datum Januæ 15. Kal. Jul. an. 8.

Mandatum porro Innocentii executum ex ordine, & ſatisfactione ſubinde Epiſcopo à Montis Regalen. præſtita, uno Brexano tum quidem in ſua pervicacia, & cenſuris perſiſtente, eoſdem abſolviſſe Aſten. Cathed. monumenta docent, ſed cum deinde Brexanus, & Epiſcopus ſuas differentias compromiſiſſent, Brexanus loca Ruburenti, Montis Alti, & Turris Epiſcopo reſtituit, & eidem conceſſit in feudum Carnicum, & quidquid tenebat in Caraxone, qui ſe illius, Eccleſiæque Aſtenſis fidelem vaſallum fore juravit. Poteſtas item Montis Regalis nomine ejuſdem communis initam cum Epiſcopo concordiam ſervandam decrevit, & totum ipſum commune ſancivit pro irritis habendis, ac nullis omnia ſtatuta à ſe facta, quæ aliquod præjudicium juribus Aſten. Eccleſiæ vel fidelitati ab eis debitæ, ac præſtitæ afferre poſſent: veluti etiam ea, quæ in futurum fierent quandocumq; illa talia eſſe, vel Epiſcopus cenſeret, vel manifeſte appareret. Ita Catalogus. Defunctus eſt autem Bonifacius anno 1260.



40 CONRADUS, ex comitibus de Coconato XXXIX.

Aſten-

Aſtenſis civis, ac Canonicus, Bonifacio gentili ſuo ſufficitur anno 1260. quo Obizo de Sulberico poteſtas Montis *Vici* (verba ſunt ſæpe citati Catalogi) *preſtitit illi fidelitatem Communis nomine, ipſeque Conradus remiſit Communi quidquid Aſtenſi Eccleſiæ tenebantur ſolvere mercatores, & qui habebant boves, vel equos eo pacto, quod Epiſcopus haberet omnes furnos, & omnia Molendina; ſeu quæcunque ingenia ſuper Ellera, & Rocca forti uſque in Tanarum, nec fierent in Coſalia Elmena, Tgſera, Ruberento, Caſotto, aut alibi in poſſe Montis Regalis; & menſe Auguſto idem Conradus inveſtivit Guillelmum Marchionem Montisferrati de omnibus locis, qui idem Guillelmus tenebat in feudum ab Aſtenſi Eccleſia, recepto ab illo juramento, præſtandi ea omnia, quæ in capitulis fidelitatis continebantur. Quo tempore cum Carolus Andegavenſis comes, Provinciam ditionis ſuæ ampliandi cupiditate accenſus, fretuſque diſſidiis, quæ inter Patritios Aſtenſes exoriri cœperant, illis bellum intuliſſet, & Aſtenſi Eccleſiæ loca fere omnia inter Sturiam, & Alpes ſita, eripuiſſet: Rainerius Poteſtas Aſtenſis celebravit Conſilium utrinſque credentiæ, & Rectorum ſocietatum civitatis, in eoque nemine diſcrepante ſtatutum fuit, quod nulla pax, vel tregua, vel pactum fieret, vel jam facta tregua confirmaretur per commune Aſtenſe, vel per alium pro ipſo commune cum ipſo comite, niſi prius Aſtenſi Eccleſiæ ea loca reſtituiſſet, & cum Epiſcopo pacem iniviſſet.* Hactenus Catalogus.

Urbanus vero IV. ſummus Pontifex egregias animi dotes in Umberto Alterami Patritii Aſtenſis ex comitibus de Cocouato, & Montis alti de Arteſio domini filio hujus Eccleſiæ Archidiacono admiratus, eum inter Cardinales Diaconum S. Euſtachii cooptavit, anno 1261. Quem in humanis adhuc fuiſſe anno 1273. probat ſequens nota publica, in qua fit mentio Manuelis ipſius fratris ex tabulario S. Secundi de Turre rubea: *Anno 1273. 2. Julii indict. 1. die Dominica D. Conradus Epiſcopus Aſtenſis, adiens locum ubi debebat conſtrui Eccleſia fratrum Ordinis pœnitentiæ Jeſu Chriſti, qui deinde Ordo Servorum B. Mariæ nomen aſcivit, in burgo S. Marci in præſentia fratrum, & D. Manuelis de Coçonato fratris Uberti Cardinalis, & aliorum teſtium infraſcriptorum, ipſe D. Conradus mitratus, lapidem in Oratorio Confrariæ ipſius burgi primarium conſecravit, & manu propria poſuit, nomine vocabuli S. Catharinæ; & Miſſam per ſuum Capellanum celebrari fecit ibidem. Deinde fratribus ipſius oratorii competens cœmeterium, & in eo crucem ligneam fecit apponi, eiſque conceſſit Indulgentias 40. dierum uſque ad ann. proximum, omnibus volentibus ipſis fratribus manum adjutricem porrigere: & euntibus etiam ad dictum locum cauſa pœnitentiæ.* Ejuſdem porro Cardinalis obitus in Necrologio ita deſcribitur. *3. Idus Julii obiit dominus Ubertus S. Euſtachii Diaconus Card. Archidiaconus hujus Eccleſiæ, qui reliquit huic Eccleſiæ libras 400. Aſtenſes, pro una capellania, & crucem auream, ubi eſt de vera cruce, in qua Chriſtus pependit, cum pede argenteo, veſtes de ſaaneto rubeo: ſcilicet Planetam, & æaanile, & ſub æanile, & pluviale, & tria pallia.* Hunc Umbertum Ciaconius ex Comitibus de Icio Senis in Hetruria ortum dicit, ſed revera Aſtenſis fuit, quod etiam Theodoricus Vailis coloris teſtis oculatus, in vita Urbani IV. dum Cardinales ab eodem Pontifice creatos recenſet, natione Lombardum hiſce carminibus fuiſſe diſerte aſſeruit.

Hi tres Levitæ Gotifredus, Jacobuſque,
Tertius Ubertus, clarus uterque fuit.
Aletum primum genuit, Sabella ſecundam
Alter Lombardus nomine ſtirpe potens.

Anno 1266. (inquit Catalogus) *Clemens IV. Archidiacono, & Canonicis Aſtenſibus confirmavit omnia bona & jura, quæ tunc ipſi Canonici obtinebant, & anno 1267. Conradus commiſit, ut abſolverentur filii Brexani ab eo ante excommunicati, quia non ſatisfaciebant de damnis Aſtenſi Eccleſiæ illatis apud Montem Regalem; & anno 1270. Guilielmus de Baudeſerio fecit fidelitatem Conrado de quarta parte Baudeſeri. Circa hunc annum 5. Idus Februarii obiit magiſter Obizo civis Aſtenſis, & Archiepiſcopus Coſentinus, pro cujus anima Rufinus item civis Aſtenſis ex familia Columborum dominorum Cucari* (è quibus, altero ab eo ſeculo, ortus Chriſtophorus Columbus novi Orbis inventor) *& Archipresbyter Cathedralis ceſſit capitulo quædam bona, ad hoc ab eo coempta. Idem vero Rufinus ann. 1278. ad Savonenſem Cathedram fuit promotus. Anno vero 1272. Monaſterium quod S. Seraſiæ dicebatur S. Agnetis ab inſigni reliquia ejuſdem Beatæ virginis, & martyris à quodam ſummo Pontifice (uti traditione fertur) eidem Eccleſiæ donata, dici cœptum reperio. Anno 1267. Conradus interpoſuit decretum pro fundatione à filiis Raymundi Pelletæ facta duarum Capellarum, & unius quidem in ipſa Cathedrali, alterius vero in Eccleſia S. Mariæ Magdalenæ; anno 1282. confirmavit communitati Carruci quædam bona, quæ ab Aſtenſi tenebat Eccleſia; eodemque anno conceſſit fatis 2. Kal. Novembris.*

41 OBERTUS, ſive Ubertus II. electus anno 1283. Qui cum ante annum expletum ab electione munus conſecrationis haud recepiſſet, iterum à Martino IV. in Aſtenſem Epiſcopum diligitur an. 1284. Pontif. 4. ex Reg. Vatic. E. 9. fol. 193. Huic (ait Catalogus) Petrus de Caria anno 1283. 27. Auguſti homagium fecit de omni eo, quod tenebat ab Eccleſia in Moroxio. Quo tempore Monachis Humilitatis conceſſa fuit Eccleſia S. Quiliei martyris: qui cum S. Candido octavo ab eo die, quo in Agaunis Thebæa legio, cujus iſte prætor militaris, ille erat nomenclator, pro Chriſto apud Muroſcangum cæſus fuerat. Ejus vero Eccleſiæ ædificandæ hæc fuit occaſio: exorto inter Aſtenſes, & Montisferrati Marchionem diutino bello, hic Muroſeangum, quod feudum erat Aſtenſis Eccleſiæ, occupaverat: id illi indigne ferentes ipſum locum recuperant. Et intelligentes S. Quiliei corpus ex Eccleſia ſub Odolengo olim illi dicata Muroſeangum fuiſſe cuſtodiæ cauſa delatum, illius in civitatem reportandi conſilium ineunt. Quod ut majori cum S. Quilici veneratione, & civitatis merito fieret, à fundamentis ſatis amplam & nobilis ſtructuræ Eccleſiam ædificant. Et more in excipiendis Imperatoribus uſitato, januam, per quam ſacrum corpus in urbem importaretur, in proximis mœniis aperiunt; ab eoque S. Quilici portam denominant: illo quanta fieri potuit majori ſolemnitate, in ipſam Eccleſiam illato, nova ratione illius cultui proſpiciunt. Nam ab una parte pro Monachis jam dicti ordinis, ab alia pro ſanctimonialibus ejuſdem inſtituti Cœnobium conſtruunt, ut in eadem Eccleſia ab utriſque diverſis tamen in odeis, alterniſque horis divinarum laudum penſum diu, noctuque perſolveretur. Qua etiam forma iidem monachi, & moniales Eccleſiam, domus Dei dictam, excolendam ſuſceperunt, & ſingulis Cœnobiis congrui redditus attributi. Anno 1286. pro Eccleſia B. Mariæ olim S. Franciſco oblata, Minores Conventuales civium eleemoſynis, eam, quæ nunc extat, ædificari, ac S. Franciſco dicari curaverunt. Quo anno cum Obertus Romam profectus coram pluribus aliis Epiſcopis de S. Aniani confeſſoris meritis, & Eccleſia diſſereret, eo, qui in ſubjectis literis habetur, modo, omnes fideles ad ipſius ſancti memoriam, ac Eccleſiam colendam, infraſcripti Epiſcopi invitarunt. XL

Univerſis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis, frater Guido Dei, & Apoſtolica gratia ſanctæ Gradenſis Eccleſiæ Patriarcha Venetiæ, Dalmatiæque primas, Obertus Aſtenſis, Franciſcus Urbevetanus, Aymericus Coymbrienſis, Joannes Lemovicenſis, frater Romanus Çroenſis, Petrus Bajocenſis, Ægidius Turribanenſis, Thomas Acerrarum, Petronus Larinenſis, L. Chalamonenſis, & Lotherus Verulanenſis, eadem gratia Epiſcopi ſalutem in Domino ſempiternam. Licet is de cujus munere venit, ut ſibi à ſuis fidelibus digne, ac laudabiliter ſer-

via-

viatur, de abundantia pietatis ſuę merita ſupplicum excedens, & vota bene ſervientibus multo majora tribuat quam valeant promereri: deſiderantes tamen reddere Domino populum acceptabilem fideles Christi ad complacendum et quaſi quibuſdam allectivis muneribus, indulgentiis videlicet, & remiſſionibus invitamus, ut exinde reddantur divinę gratię aptiores. Cupientes igitur ut Eccleſia Parochialis ſancti Aniani confeſſoris in Caſtro Epiſcopali civitatis Aſtenſis, congruis honoribus frequentetur; omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui ad ipſam Eccleſiam cauſa devotionis acceſſerint, aut manum porrexerint adjutricem, vel in extremis laborantes, aliquid de bonis à Deo ſibi collatis, dictę Eccleſię legaverint, de omnipotentis Dei miſericordia, & Apoſtolorum Petri, & Pauli patrocinio confiſi, ſinguli ſingulos quadraginta dies indulgentię de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer elargimur. Nos quoque Obertus, prædicti loci diœceſanus ad quem indulgentiæ memoratæ conceduntur omnes indulgentias antedictas viſitatoribus, vel benefactoribus Eccleſiæ S. Aniani in caſtro Epiſcopali loci ſupradicti conceſſas, approbamus, & tenore præſentium in nomine Domini confirmamus. Ad ſupplementumque dictarum indulgentiarum auctoritate præfata confidentes, quadraginta dies pie in Domino relaxamus. In cujus rei teſtimonium, ſigilla noſtra præſentibus duximus apponenda. Datum Romæ anno Domini 1286. 16. Kal. Decembris Pontificatus D. Honorii Papæ IV. anno 2. Indict. 14.

Sub hac vero data, & ſuper ſingula foramina, è quibus pendebant cerea ſigilla ſingulorum Epiſcoporum ſuperaſcriptorum leguntur nomina.

Cum vero ob bella, quæ cum comite Provinciæ, ac Montis Ferratenſi Marchione gerebantur, incolæ Lavezolarum in S. Damianum ſe recepiſſent; Obertus per ſuum Vicarium Lavezolanenſem Eccleſiam Eccleſiæ S. Damiani univit, quam unionem Capitulum ratam habuit, idemque Obertus, ut compleret numerum vicenarium canonicorum, univit Eccleſiam S. Petri de Montibus Aſtenſis diœceſis eidem Capit. pro præbenda unius Subdiaconi. Eodemque anno inveſtivit D. Venturam Prioriſſam Monialium S. Mariæ de Tanaro ordinis S. Benedicti. Cujus ordinis præterea extabant duo alia cœnobia temporum ac bellorum injuria excisa, S. Margaritæ nempe & S. Adriani de Burbure. S. Scrabeæ moniales exemplo S. Claræ Minorum regulam ſunt amplexæ anno 1289. Idem Obertus emit à Raynerio Solario partem quam hic habebat in Govono. Anno denique 1293. 14. Kal. Octobris Obertus ex hac vita migravit [1] vacavitque ſedes duobus annis, licet enim à capitulo electus fuiſſet Franciſcus de Coconato, Bonifacius VIII. haud confirmavit, ut ex Reg. Vatic. habetur. Anno vero 1294. Nanus Marchio vendidit ſuum Marchionatum Cevæ, locaque ab eo dependentia, Communi Aſtenſi pretio centum millium librarum Aſtenſium, & ab eodem Communi, ipſe & duo filii ejus eodem Marchionatu tanquam vaſſalli fuerunt inveſtiti. Ipſo etiam anno 1295. cum menſe Junio adhuc vacaret ſedes, Capitulum cathedralis deputavit in poteſtatem Montis regalis, Anſelminum Beriutum civem Albenſem, & Dovitia matrona inſignis, inter moniales S. Quilici ordinis Humiliatorum ſe Chriſto dicavit, cœnobio tum monachorum Humiliatorum, tum earundem monialium herede æquis portionibus inſtituto.

XLI. 42 GUIDO ex Comitibus Valpergæ Laudunenſis canonicus, à Bonifacio VIII. caſſata prius electione capituli in perſona Franciſci de Coconato Aſtenſis Canonici non legitime celebrata, Aſtenſis Epiſcopus electus eſt anno 1295. 12. Kal. Octob. id habetur in Reg. Vatic. fol 98. anni 1. E. 412. ad eundem Guidonem electum. Erat hic filius Reghini Valpergæ Domini, & Monachus inſignis Monaſterii S. Benigni Fructuarienſis, in cujus Chronicis ha-



betur: Hic cum quandoque æger pedibus lecto teneretur inſtante die 30. Martii, qua S. Secundus præcipuus Aſtenſium Patronus martyrio fuerat coronatus, graviter angi cœpit, quod Epiſcopalibus functionibus ejus diei celebritatem augere non valeret. Hinc ad Beatiſſimam Virginem, & ad ipſum S. Secundum converſus, ut ſibi præſto eſſe dignarentur, rogavit. Inſequenti igitur nocte eodem S. Secundo, Angelorumque cœtu ſtipata illi ſe ſe viſendam præbuit Beato Virgo, & curatis tibiarum plagis incolumem reddidit, ſimulque monuit, ut Eccleſiam in monte bello in Salatiis ſibi dicatam repararet. Quod ſine mora fuit executum Abbatis Fructarienſis ope. Qui ex Monachorum conſenſu ipſi Guidoni, & ſucceſſoribus eam Eccleſiam conceſſit. Guido igitur, reparata Eccleſia, quo majorem accepti beneficii referret gratiam, apud eam cœnobium præterea conſtruxit, in quod è S. Anaſtaſii Aſtenſi Monaſterio duodecim ſacras Virgines tranſtulit, illiſque Domitillam Rotariam Abbatiſſam præfecit. Eo etiam tempore cum ob perpetua bella diverſorum Pagorum, & oppidorum incolæ, iis relictis in ſylvis, & collibus vitam traducerent, Guido eorum Parochis conceſſit, ut poſſent erigere in ipſis diffugii locis nova altaria, ad quæ convenirent homines huc, illucque diſperſi. Ortam etiam eo tempore diſcordiam inter Archipresbyrerum, & Canonicos S. Victoris Canalium, & S. Syri Eccleſiæ, ſive plebis Parochum in eiſdem finibus poſitæ, Guido componi curavit. Quo etiam anno cum fornix, ſeu teſtudo cathedralis Eccleſiæ ruinam minaretur, diruta fuit, ab ipſoque Guidone jacta fundamenta Pilarum, quæ ad novum fornicem ſuſtinendum eſſent idoneæ. Anno 1310. Henricus Imperator Aſtam ſe contulit, præmiſſo tamen Andrea Garetto Aſtenſi ſuo magno Cancellario, qui Aſtenſes moneret, ne vellent adhærere Roberto Siciliæ Regi: qui Solariis adnitentibus, Aſtam ſuæ ditioni adjicere conabatur; & cum Aſtenſes debitam Regibus Italiæ fidelitatem Henrico præſtitiſſent, ipſe illis libertatem, cæteraque a priſcis Imperatoribus conceſſa confirmavit. Abeuntem deinde Henricum Guido ſecutus ab eo confirmationem omnium eorum, quæ ab anteceſſoribus Regibus, ſive Imperatoribus conceſſa fuerant ſuæ Eccleſiæ ſubjecto hic diplomate reportavit.

Henricus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, univerſis ſacri Romani Imperii fidelibus, præſentes literas inſpecturis, gratiam ſuam, & omne bonum. Accedens ad noſtræ majeſtatis præſentiam venerabilis Guido Aſtenſis Epiſc. id eſt Princeps noſter dilectus nobis humiliter ſupplicavit, quatenus privilegium infraſcriptum confirmare de benignitate Regia dignaremur, cujus privilegii tenor talis eſt. Henricus &c. Et deinde refertur ad literam præceptum ab Henrico II. anno 1041. conceſſum. Quod nos in Petro II. Aſtenſi Epiſcopo, ex integro deſcripſimus, addito etiam in hoc Henrici VII. diplomate ejuſdem Henrici II. Signo cum cætera ſubſcriptione, ac data, quibus deinde hæc ſubduntur.

Nos

(1) Benvenutus Monachus Ciſtercienſis ex Abbate Morimundi in agro Mediolanenſi Epiſcopus Aſtenſis creatur an. 1292. ex Notitia Abbatiarum Ordinis Ciſtercienſis. Quæ tamen non conſonant cum relatis ab Ughello.

Nos itaque præfati Epiſcopi ſupplicationi annuentes, prædictum privilegium, & omnia in eo contenta, prout rite, & provide conceſſa ſunt, & tradita, ratificamus, & etiam approbamus; ac nihilominus illa, nec non & alia bona dictorum Epiſcopi, & Eccleſiæ, ſpecialiter autem Caſtra de Magliano, de Ciſterna, de Baldeſero, de Paucupalea, de S. Victoria, de Monte acuto, de S. Stephano, de Baſtita, de Beveragna, de Forſice, Bajene Mirabelli, Conſambrandi de Playa, de Morocio, de Caſtro montis magni, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, ſicut ea juſte, & pacifice obtinet, eiſdem Epiſcopo, & Eccleſiæ auctoritate Regia confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnium hominum liceat hanc noſtræ ratificationis, approbationis, & confirmationis paginam infringere, vel ei in aliquo auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, gravem indignationis noſtræ offenſam, & pœnam ſuperius expreſſam ſe noverit incurſurum, in cujus rei teſtimonium præſentes literas, noſtræ majeſtatis ſigillo juſſimus communiri.

Signum domini Henrici † Romanorum Regis invictiſſimi. Datum Mediolani Non. Aprilis anno domini milleſimo treceteſimo undecimo, indict. 9. Regni vero noſtri anno tertio.

Ego frater Henricus Tridentinus Epiſcopus ſacræ aulæ imperialis cancellarius vice domini Henrici Colonienſis Archiepiſcopi ſacri Romani Imperii per Italiam Archicancellarii recognovi.

Sequenti anno Guido per ſuum Vicarium tranſactionem quandam inivit cum hominibus villæ Conſembrandi Aſtenſis Eccleſiæ dominio tunc ſubjectæ. Qua tamen ſpreta paulo poſt iidem homines Marchioni Montisferrati ſe ſubjicientes, ipſo caſtro Conſembrandi ſub ditione Epiſcopi permanente, villæ S. Secundi, ſe nuncuparunt. Anno 1322. Guido excepit Bertrandum Joannis Papæ Legatum, de quo hæc Ventura. *Bertramus Cardinalis de Pogetto Legatus ſummi Pontificis, anno 1322. die 14. Januarii, congregata virorum multitudine in mercato de domo, ſtans ipſe ſuper ſolario cum Archiepiſcopo Mediolani, & aliis multis Prælatis, fecit ſermonem incipiens: Exurgat Deus & diſſipentur inimici ejus, contra Maſeum Vicecomitem, & filios ejus, multa mala dicens, & pronuncians (niſi compareret) contra eos ſententiam excommunicationis; & qui vellet ſequi vexillum Eccleſiæ contra prædictum, ſit liber à pœna, & à culpa. Deinde cum militibus pluſquam mille iverunt Valentiam. Tunc in ſervitium Eccleſiæ ſanctæ Dei, Robaldus Malabayla filius Conradi ivit Valentiam cum viris armigeris, & equitibus vigintiquinque: & ibi ſtetit per menſem unum ad burſam ſuam, legatuſque miſit Archiepiſcopum Mediolanenſem, & quatuor inquiſitores ad locum Burgolii ad dandam ſententiam peſſimam contra dictum Maſeum, & filios ejus.* Hæc ille.

Anno 1327. Henricus Malabayla zelo devotionis inductus donavit Eccleſiæ noſtræ reliquias B. Leonardi confeſſoris, cum vaſe cryſtallino ornato argento, in quo ſunt reliquiæ poſitæ. In cujus retributionem voluit Capitulum, & recepit ipſum Henricum ad participationem omnium miſſarum, & orationum, quæ fiunt in Eccleſia, & perpetuo fient, & ſpecialiter miſſæ B. Virginis, quæ celebratur in die Sabbathi. Hoc ipſo anno 1327. 10. Junii idem Guido 32. ſui Pontificatus an. obdormivit in Domino. Ejuſque corpus incluſum ſuit in Mauſoleo, ſub imis ſedibus Odei ejuſdem Eccleſiæ Cathedralis erecto cum hoc Epitaphio. (1)

Anno Domini 1327. die 10. Junii obiit, quem claudit hic lapis, bonæ memoriæ Guido de Valpergia Epiſcopus Aſtenſis, qui huic Eccleſiæ unam Capellaniam, multa paramenta, unum Miſſale, duo anniverſaria pro ſe, & tertium pro

animæ bonæ memoriæ Petri de Mediolano Cardinalis Romanæ Eccleſiæ legavit, & huic fabricæ novæ inceptor, & magnus auxiliator fuit, cujus anima Angelis ſocietur.

43 ARNALDUS Arnaldi de Roſeto Caturcenſis in Narbonenſi Provincia filius, Canonicus Xautonenſis, adlectus an. 1327. 6. Id. Aug. ex Reg. Vatic. Guidoni immediate ſucceſſit, & die 30. Auguſti ejuſdem anni reperitur in lib. obligat. ſolitum ſubſidium ſacro Collegio perſoluiſſe pro ſe, ac pro Guidone prædeceſſore. Sequenti anno ei Commune Montis Vici homagium, ac fidelitatem præſtitit. Quo etiam anno accepit à Brando Pellera quædam bona, quæ hic ab Anſelmo Vaſco emerat apud S. Albanum, & Trinitatem, pro quibus conceſſit in feudum eidem Brando Cortanſerium; bienniоque poſt Friderico Marchioni Cevæ aliquot Oppidorum fiduciarias ditiones attribuit. Capellaniam in Cathedrali anno 1334. fundavit, eique S. Laurentii de Gorzano Eccleſiam univit, Franciſcotto Malabaylæ Monticellum ſub annuo cenſu librarum centum perpetuo dedit. Eo præſule Eccleſia S. Georgii prope Monaſterium S. Spiritus ædificata fuit in gratiarum actionem, & memoriam inſignis victoriæ, quam Aſtenſes, Marchione Montisferrati in ducem electo, de exercitu Reginæ Joannæ Neapoli apud Gamellarium in pervigilio ejuſdem ſancti reportarunt: ubi ad triginta millia hoſtium, una cum eorum ductore Franciſco Reſorzato Dago Regni ſiniſcalco fuerunt deſiderata; locus victoriæ, Ruptæ inde nomen accepit. Arnaldus vero è vita diſceſſit anno 1348. XLII.



44 BALDRACCUS Malabayla, Franciſcotti domini Pancæpaleæ, & Montixelli filius, ex canonico Lincolinenſi in minoribus conſtitutus, ad Patriæ ſedem ſubvectus eſt, anno 1348. 18. Kal. Septembris. Ita in Reg. Vatic. E. 88. f. 35. an. 7. Clem. VI. Hic (inquit Catal.) ut ſuæ Eccleſiæ jura, & caſtra, quæ Anteceſſorum incuria, aut profuſa liberalitas, ſeu vicinorum Principum potentia reliqua fecerant, ſarta tecta conſervaret, ipſius vaſallos ad faciendas recognitiones, inveſtituraſque capiendas adegit: eaſque cum Regiis præceptis, aliiſque publicis documentis eorum donationes continentibus, in librum Viridem appellatum ad hanc diem ſollicite conſervatum, congeſſit. Quædam etiam non bene conceſſa ſuæ menſæ reunivit. In quo nec Franciſcotto parenti pepercit: cum namque cenſus centum librarum, ſub quo Arnaldus Montixellum illi conceſſerat, modicus videretur; primo alias quinquaginta adjiciendas cenſuit. Sed cum nec ſic ſuæ Eccleſiæ utilitati bene conſultum Canonici ſuggererent, illius utile dominium cum directo, ſeu ſupremo conſolidavit: aliquorum annorum uſuſfructu dumtaxat in compenſationem expenſarum in ædificando à fundamentis bo- XLIII

R na fi-

(1) Ex hoc Epitaphio indubitanter apparet, quantum à veritate diſtet Jo. Stephanus Agatia, qui tempora, & nomina confundens à die electionis hujus Guidonis uſque ad obitum in hac Cathedra ſediſſe ſcribit duos Franciſcos, duos alios Guidones, & quendam Cynum. *Ab Eccleſia in hiſt. Chronol. Pedemont. Regionis p. 171.*

na fide caſtro, illi permiſſo. Ejus imago marmore expreſſa, infixaque lateritiæ pilæ à parte organorum, latiorem Eccleſiæ abſidem ſuſtinenti, pro ejus fabricæ promotore habendum denuntiat. Fato functus eſt anno 1354.

XLIV 45 JOANNES Malabayla, Epiſcopus Tarviſinus, Baldracchi ex Guidone fratre Summæripæ de Boſcho domino nepos, eo defuncto, huc translatus eſt anno 1354. 5. Non. Julii ab Innocentio VI. anno 3. Pontiſ. Reg. Vatic. E. 25. f. 39. De quo ſic ait Catalogus ad annum 1372. Inter hæc (inquit) cum ob inextinguibiles in civitate exortas diſcordias Aſtenſes, abjecta ſpe libertatis tuendæ, de tradenda civitate alicui potenti Principi conſultarent: Joannes Galeatius Vicecomes, ut eam ſui juris efficeret, aliquandiu illam obſidione preſſit, ſed civibus, qui ad Pontificem magis propendebant, fortiter reſiſtentibus, & Sabaudiæ Comite opem ferente, re infecta, poſt tres menſes receſſit. Joannes autem cum Aſtenſi conſilio auctor fuiſſet, ut ſummo Pontifici, poſthabito Marchione Montis ferrati, & Vicecomite, ſeſe contraderent: Gregorium XI. de re tota commonefecit, qui Nicolao Spinello Commiſſario Apoſtolico in Lombardia mandavit ut civitatem Aſtenſem cum omni agro, & ditione ſua in fidem Apoſtolicæ ſedis reciperet. Quæ præſentiens, & impedire volens Galeatius Epiſcopum ipſum Joannem nil tale pertimeſcentem comprehendit: ac intra caſtrum Braydæ in carcerem detrudit: & anathematum fulmina nequicquam intorquente Gregorio (qui proprio diplomate pro nullo, & irrito præterea haberi voluit, quidquid Joannes, dum in carcere eſſet ex ſuæ Eccleſiæ juribus conceſſiſſet) in eo illum detinuit, donec nihil à Joanne in præjudicium Eccleſiæ ſe extorquere poſſe, & Aſtenſium majorem partem, opera Patritiorum Ghibellinorum, ad ſe inclinaſſe cognovit. Quo tempore cum Aſtenſis Cathedralis ea de cauſa fuiſſet interdicto ſuppoſita, canonici in Eccleſia S. Deſiderii divina peragebant. Verum Joannes carcere poſt biennium omiſſus, cernens pleroſque civium Galeatio favere, & Ferratenſem Epiſcopi caſtrum, ac domicilium occupaſſe, cumque per aliquod tempus, nunc apud Ciſternam, nunc apud alia caſtra ſuæ Eccleſiæ, munus ſuum utcumque poterat, exercuiſſet, cenſuit è re ſui gregis magis fore, ſi electioni alterius, qui libere poſſet illius curæ intendere, locum daret. Poſtquam ſediſſet annos viginti, & unum cum dimidio Epiſcopatui ceſſit: quam quidem ceſſione Gregorius ratam habuit; ſed minime permittendum duxit, ut tantæ fortitudinis modeſtia, ac erga S. Romanam Eccleſiam ſtudii vir ſub modio privati ſtatus abſconderetur, imo in aliorum exemplum rurſum ſuper candelabro illum exaltare decrevit, & cum per idem tempus S. Joannis Maurianenſis, per mortem Amedei II. hujus nominis Epiſcopi Thomæ comitis Sabaudiæ filii, vacaſſet nobiliſſima ſedes, quippe cujus Epiſcopus inter Principes cenſetur Romani Imperii, Joannem in ea collocavit, ubi frequentius, quam aliorum illius recolitur memoria, ob ſecum allatam partem capitis (quod in Aſtenſi ſacrario ſervabatur) S. Blaſii, & illam theca argentea incluſam repoſuit, hujuſque ſancti feſtum ſolemniter celebrandum inſtituit; ad egenorum pauperiem ſublevandam, & duas ſylvas in territorio Albanæ iiſdem ceſſit congruum redditum pro ſuo anniverſario canonicis aſſignavit: ad annum uſque 1394. ipſam Eccleſiam ſumma cum laude adminiſtravit.

XLV 46 FRANCISCUS de Morotiis Montis Regalenſis Joanni ad Maurianenſem tranſlato ſucceſſit anno 1375. ex lib. Obligat. Hic plurium Eccleſiarum juribus clericale adauxit capitulum, Avenione diu carceribus detentus, tandem liberatus anno 1379. Inducias inter Galeatium, & Branviſchenſem Ducem Marchionis Montisferrati tutorem pactas juramento firmavit. De quo ſæpe citatus Catalogus hæc habet: Hic igitur Franciſcus Aſtenſem conſecutus ſedem, nil antiquius habuit, quam ut Aſtenſes ad tradendam civitatem Vicecomiti perſuaderet: & quoniam pars adhuc magna civium, tum hujus odio, tum ſpe patriæ libertatis tuendæ id detrectabat, & ſibi contra Galeatium Petrum Malabaylam Ducem conſtituerat; hicque in S. Albani caſtrum ſe receperat: Franciſcus Galeatio ad locum expugnandum proficiſcenti, ſe adjunxit. Verum obſeſſis opem ferentibus Montis Vici, circumſtantiumque locorum Guelphæ factionis hominibus, qui Vicecomitis Ghibellinorum fautoris vires adeo augeri nolebant, tam Epiſcopus, quam Dux cum toto exercitu in fugam verſi. Cumque Dux in caſtrum Noni confugiſſet, & Petrus ſuorum calore uſus oppugnationi inſiſteret, ictu ſclopi tibia confracta, ſimul illi vita, & ſequacibus victoriæ ſpes adempta: ex quo indies conſervandæ Reipublicæ ſpe deficiente, Franciſcus tandem voti compos efficitur. Nam civitas ipſo præſente, & nomine ſuæ Eccleſiæ conſenſum præbente, die 26. Martii 1379. Galeatio tanquam generali Vicario Imperatoris, ſe tradidit. Quo tempore vero Franciſcus Vicecomiti operam ſuam accommodabat, Robertus SS. Apoſtolorum Cardinalis, & Gregorii Undecimi Legatus caſtra Montixelli, & Caſtagniti pretio quindecim millium florenorum auri conceſſit in feudum Perſivallio Rotario, cum pacto tamen, quod hic, ejuſque ſucceſſores tenerentur fidelitatis homagium ratione dictorum locorum Epiſcopo Aſtenſi præſtare, & idem Franciſcus officiis communium amicorum obtinuit à Petrino Abellonio de Malabaylis, & à Stephano Abbate S. Martiani Terdonenſis ejus fratre, ut ſibi remitterent Caſtra Bennatum S. Albani, & Plotii, perſolutis tamen illis ſex millibus florenorum auri. Quos cum idem Franciſcus mutuo accepiſſet ab Antonio Ponte dedit illi pro eis in ſolutum, caſtrum Viriæ, quod paulo ante ab Anglis dirutum fuerat. Exceſſiſſe autem hunc Franciſcum anno 1380. habent Obligat. libri.

47 FRANCISCUS de Placentinis Parmenſis Franciſco ſucceſſit anno 1381. cui ſcribit Urbanus VI. ſuper alienatione caſtrorum, & bonorum Eccleſiæ Aſtenſis Kal. Decemb. anno 9. Ejuſdem extat mentio in lib. de exhib. Bonifacii IX. Pontificis, ac in lib. Proviſ. Prælator. ubi refertur obiiſſe illum anno 1409. eidemque quemdam Albertum ſuffectum fuiſſe eodem an. die 11. menſis Decemb. ſic & Acta Conſiſtorialia: quibus haud invitam ſoleo præſtare fidem. Narrat eodem anno Nicolaus Alidoſius Paſchalinus in lib. de Viris Illuſt. Bononien. obiiſſe Bartholomæum quemdam Bononienſem, ex Ordine Prædicatorum, tumulatumque fuiſſe in Dominicano Templo Aſtenſi, cum hujuſmodi epitaphio. XLVI

Hic jacet Rev. in Chriſto P. Fr. Bartholomæus quondam Bononien. Epiſcopus Aſten. Sacræ Theologiæ Doctor egregius Ordinis Præd. Qui obiit M.CCCC.IX. die penultima Auguſti. Anima ejus requieſcat in pace.

Cæterum hujuſmodi epitaphium ſuſpicatus ſum à prædicto authore male fuiſſe litatum, quippe qui oſcitanter ſoleat aliquando nomina, temporaque invertere, ita ut aliquando in meis ad Ciaconium notis me non ſemel feſellerit, ut ſupra retuli, erroremque diſpunxi in Epiſcopis Cardinalibus Oſtienſibus: addidit enim illa verba Aſten. quæ non extant in marmore. Fuiſſe vero Bartholomæum in Bononienſi Eccleſia intruſum ſupra retulimus in Bonon. Eccl. Cat. to. 2. Porro ſi Paſchalinus vera narrat, hunc Bartholomæum oportet multo ante hanc ſedem obtinuiſſe, fuiſſeque intruſum ab altero illorum trium Pſeudopontificum, qui ante Piſanum Concilium Catholicam ſedem fœdo ſchiſmate divexarunt. Infelicia enim tempora illa plerumque duos, vel tres Præſules alicui Eccleſiæ pepererunt, prout, qui de primatu contendebant, prævalue-

rant

rant vires: cui rei argumentum ſit, quod narrat Bzovius in Eccleſiaſticis Annalibus ad annum 1398. refert enim Petrum de Luna per id tempus Pſeudo pontificem, cui Benedicti XIII. nomen fecerunt, Epiſcopum Aſtenſem ad Carolum Regem Gallorũ legaſſe, qui ejus adhæſerat partibus, cum tamen conſtet per idem tempus in eadem ſede floruiſſe Franciſcum, quem Urbanus VI. Aſtenſium Præſulem declaraverat. De Franciſco vero Præſule hæc habet ſæpe citatus Catalogus: Franciſcus Aſtenſis Epiſcopus ex Placentinorum familia electus anno 1381. Quo Epiſcopo, Montis Vici, ſeu Montis Regalis oppidum ab Urbano VI. civitatis nomine fuit decoratum: maximo certe cum Aſtenſis Eccleſiæ detrimento, non tantum quod tanta pars diœceſis, quanta tota ipſa nova diœceſis eſt, ab illa detracta fuerit, quam quod per occaſionem erectionis novi Epiſcopatus Montis Regalenſis, Eccleſia Aſtenſis temporale Dominium, quod in ipſam civitatem, & cætera loca novæ Diœceſis pleno jure illi ſpectabat, prorſus amiſerit. Nam Aſtenſi Epiſcopo fidelitatem, & homagium, cæteraque hujuſmodi exhibere tum cives, tum reliqui recuſare cœperunt, quod is non ultra eorum eſſet Epiſcopus, tum novi Epiſcopi primum ſucceſſorem Joannem de Solio Januæ adhuc conſiſtentem, & talium jurium prorſus ignarum, adeuntes Montis regalenſis, pacti illum de Palatio Epiſcopali, deque redditibus Molendinorum, & furnorum providere (cum tamen hi redditus ad Aſtenſem jam ſpectarent Epiſcopum) ampliſſimam ab eo præſatorum jurium reportarunt ceſſionem. Qua obtenta Sabaudiæ comiti Amedeo ſeſe tradiderunt. Acceſſit quod licet Joannes Galeatius pro dote Valentinæ filiæ Aſtam tradidiſſet Ludovico Borbonin Duci Turoniæ, ut tamen dominio, quod adhuc retinebat, tutius potiretur, caſtrum vetus Epiſcopo ademptum in Acropolim converterat. Illud non jam Epiſcopi, ſed S. Aniani appellari volens, eique Sebaſtianum Scotum præfecit: idemque Galeatius per ſuum diploma limitavit victualia, quæ quiſque Eccleſiaſticus ſine ſolutione gabellarum in urbem introducere poſſet. Hoc ipſo tempore, nimirum an. 1384. 18. Martii, Joannes Montisferrati Marchio ob ſingularem, qua in S. Secundum affectus erat, pietatem è vita decedens, in illius Eccleſia ſuam ſibi ſepulturam delegit, pluraque illis legavit, & cum Carthuſiani adhuc propius urbem conſiſterent, illorum Prior Gullielmus ex Aynaldorum familia, quæ Caſtro Aynaldo nomen dederat, poſt hujus ſui Cœnobii (à qua hæc habuimus) ſeptennalem adminiſtrationem, in Priorem Magnæ Carthuſiæ, cujus erat profeſſus, fuit electus. Anno deinde 1392. expugnatæ à Turcis Smyrnæ ab eiſdem capſa, in qua corpus B. martyris Henrici Comentinæ Patriarchæ Conſtantinopolitani conditum fuerat, in mare projicitur. At ipſa divina virtute ſupernatans per Arcipelagi Mediterranei, Adriaticique maris vortices in Padum primo, tum ex eo in Tanarum invecta, in ripam ipſius, e regione civitatis, conſedit. Ad quod miraculum effuſi cives, cum ex adſcripto nomine, cujuſnam eſſet ſacrum cadaver comperiiſſent, ſolemni proceſſione illud in Eccleſiam S. Franciſci recens conſtructam deferunt. Deinde abſciſſum Brachium, caputque debitis informationibus facultatibuſque præmiſſis, toti populo veneranda exponi cœpta, die 11. Januarii inſecuti anni 1393. Et anno 1396. menſe Febr ario Henricus Scarampus Aſtenſis patritius Oddomini ex Condominis Curtis Æmiliæ filius, in Aquenſem eligitur Epiſcopum. Ex qua Eccleſia ad Feltrienſem, & Bellunenſem translatus, ob ſingularem ſanctimoniæ, & prudentiæ famam ex innumeris Italicis Prælatis, inter eos quinque eligitur, qui pro natione Itala in Concilio Conſtantienſi Cardinalibus adjuncti, in novi Pontificis lectione, abro-

Italia Sacra Tom. IV.

gatis tribus qui ſe pro Papa gerebant, ſuffragii ferendi jus haberent. Qui cum vivens bonum Paſtorem, & fidelem ſervum ſe in omnibus probaſſet, defunctus beati cultum, ac nomen aſſecutus, beatus in ea regione ab omnibus cenſetur. Anno 1387. Clemens VII. Cœnobium Ss. Apoſtolorum Philippi, & Jacobi Carthuſianis tradidit: ſuppreſſis, qui antea illud tenebant Vallumbroſanis. Sediſſe autem Franciſcum ſaltem uſque ad annum 1408. probat inveſtitura Franciſco Malabaylæ de parte caſtri Aynaldi, Ann. ipſo 1408. 5. Maii conceſſa.



48 ALBERTUS Guttuarius de Caſtello Aſtenſis ex Dominis Aliani, Abbas S. Bartholomæi Papienſis, Ordinis S. Benedicti, defuncto Franciſco ſuffectus eſt an. 1409. die XI. menſis Decembris Alexandro ſedente. De quo quid referat Catalogus, audiamus. Albertus interea cum nulla ſpes eſset caſtri Epiſcopi recuperandi, ubi erant antiquæ Epiſcoporum Ædes, & novæ proinde illi eſsent comparandæ, ceſſit Canonicis libras 3150. quas habebat Aſtenſis Eccleſia in locis communis Genuæ, & in columna Marchionum Salutiarum: qui illas eidem legaverant Eccleſiæ, & eiſdem canonicis eas ipſas Ædes, quibus ad hanc diem Aſtenſes Epiſcopi uſi fuere. Idem Albertus apud Joannem XXIII. conqueſtus, quod cum in erectione novi Montis Regalenſis Epiſcopatus præcipua redditum Aſtenſis Epiſcopatus pars detracta fuiſset, nihil tamen de taxa, in qua erat Aſtenſis Epiſcopatus, fuiſse detractum, reſcriptum retulit: quo Antonio Cardinali de Chalant commiſsum fuit; ut eandem taxam ad rationem ſubtractorum redditnum moderaret. Quod tamen (incertum qua de cauſa) minime executioni mandatum dignoſcitur. Idem porro Albertus à Duce Mediolanenſi, quod loca, & jura ſuæ Eccleſiæ ab illo occupari non conſentiret, per ſummam injuriam, perque integrum annum in carcere detentus fuit in ipſo veteri caſtro, quod Vicecomites, Aſta potiti, Epiſcopis eripuerant. Qua de cauſa ſynodus Conſtantienſis in Ducem excommunicationem protulit, & urbem interdicto ſuppoſuit: à quibus Cenſuris idem Albertus liber dimiſsus, & Conſtantiam profectus omnes abſolvi curavit. Quin & injuriæ à Duce acceptæ immemor, Oldrado Lampugnano ejuſdem Ducis Camerario ceſſit in feudum partem Montis Acuti, & S. Stephani 1434. Quamobrem apud omnes eo nomine gratioſus exceſſit è vivis an. 1439. die 16. Julii (1) Adeo moderatio animi in præferendis benefactis, diluendiſque injuriis inferentium plerumque ſolet ſuperbiam frangere. XLVII.

49 BERNARDUS Landrianus, Mediolanenſis, Aſtenſis Epiſcopus creatus eſt anno 1439. die 29. menſis Novemb. Sex annis, & amplius Aſtenſem adminiſtravit Eccleſiam. De eo ſic Catalogus: Quo tempore (ſcilicet anno 1440.) cum Montis Regalenſis, itemque Taurinenſis Epiſcopus, XLVIII.

R 2 Co-

(1) Petrum Aſtenſem Electum reperio interfuiſſe Concilio Ferrarienſi anno 1438. die XI. Februarii: de quo nihil alibi, quod viderim. Forte iſte datus fuit coadjutor Alberto, atque ante hunc deceſſit.



Comeſque Sabaudiæ Felicis V. in ſua obedientia dicti, cui ipſi parebant, aucturitate freti, plura loca, quorum quædam in ſpirituali, quædam in temporali, Aſtenſi Eccleſiæ erant ſubjecta, ſibi de facto vendicaſſent: id Bernardus ſuis literis Eugenio IV. ſignificavit, petens ut quando nulla illorum recuperandorum ſpes eſſet, liceret ſibi retinere nonnulla loca ad Epiſcopatum Montis Regalenſem, & Taurinenſem pertinentia, à Duce Mediolanenſi in Subalpinis tunc detenta. Et Eugenius per Gerardum Cardinalem EpiſcopumComenſem, Apoſtolicum Legatum, Priori S. Mariæ Novæ commiſit, ut vocatis, auditiſque Epiſcopis rem decerneret: nullum tamen effectum hanc commiſſionem ſortitam fuiſſe credimus; cum ea loca, quæ Mediolanenſis in Subalpinis detinebat, ad eoſdem ad quos antea Epiſcopatus pertinebant. Erat autem hic Bernardus ejuſdem Gerardi Cardinalis frater. Quo deſuncto anno 1446. ad eundem Epiſcopatum Comenſem ex Aſtenſi tranſitum fecit.



XLIX. 50. PHILIPPUS Bandonus de Rotariis civis Aſtenſis ex Ordine Prædicatorum, Nicolao V. jubente, hanc eandem ſedem conſcendit 1446. 6. Non. Octob. Quo ſedente, inquit Catalogus, Carolus Borbonius Aurelianenſis Dux, Ludovici, & Valentinæ filius, Aſtam ſolemni ritu ingreſſus Eccleſiæ S. Secundi egregia duna elargitur. Anno 1450. Matthæus Catheua Archipresbyter Cathedralis inſtituit hæredem eandem Cathedralem, electa ſibi ſepultura in capella S. Agnetis prope Arcam marmoream, in qua conditum fuerat corpus B. Landulphi Epiſcopi. Ann. 1453. Aſtenſes Eccleſiam S. Marci tradiderunt ordini Cruciferorum S. Marci, ſimul cum Hoſpitali in ſpuriorum educationem conſtructum cum variis, pluribuſque redditibus. Anno 1454. idem Philippus de conſenſu eorundem civium, quotquot erant in urbe, Hoſpitalia ad unum reduxit Xenodochium magnum vocatum, excepto tamen Hoſpitio S. Antunii, & Xenodochiis S. Evaſii, S. Petri Concaviæ, & Beatæ diſciplinæ. Anno 1460. Lazarus Scarampus Antonii Patritii Aſtenſis filius, ad Novocomenſem Cathedram Epiſcopalem evehitur, & anno 1462. Conradus Mandonius Catalani, item Aſtenſis Patritii filius ex procuratore Generali Ordinis Prædicatorum, in ejuſdem generalem Magiſtrum eligitur, cui magiſterio deinde ceſſit anno 1465. & in ſuum Monaſterium Aſtenſe B. Mariæ Magdalenæ ſecedens, ibi cum fama ſanctitatis diem ſupremam obiit anno 1469. 19. Octob. Quo anno Paulus II. mandavit excommunicari exactores, qui ab Eccleſiaſticis Aſtenſibus vectigalia exigebant de rebus, quæ ab eis tranſportarentur, ad mercaturam nequaquam ſpectantibus. Sediſſe autem Philippum ſaltem uſque ad menſem Junium anni 1469. probat nota publica, in qua die 9. ejuſdem menſis faſſus fuit ſe recepiſſe cenſum debitum à filiis, & hæredibus Georgii Solarii de Cherio Domini Montiſchuchi pro bonis, quæ tenebant in feudum apud Govonum.



51. SCIPIONEM deinde Damianum Aſtenſem, Paulus II. Pontifex ad Aſtenſem ſedem promovit anno 1470. 3. Non. Julii, de quo Acta Conciſtorialia. De eo hæc inquit Catalogus: Scipio Damianus Aſtenſis Patritius, ex Conduminis caſtri Aynaldi, & Periochæ natus, Aſtenſis Epiſcopus. De quo primum invenimus eum anno 1470. 22. Julii inveſtiſſe Thomam, & Perſivalium fratres Solarios de parte Govoni. Anno autem 1471. iterum obſtrepente fama, ſeu ſuſpicione, quod corpus S. Secundi Martyris furtim è crypta ſublatum, Venetiaſque delatum fuiſſet. Deus, eo ipſe quem hic ſubiiciemus, modo ex actis publicis tunc rogatis, nuncque extantibus, ac etiam Typis excuſis in compendium redactis deſumpto, errorem hunc improbare dignatus fuit. Dum ſub veſperam diei 28. Auguſti, Eccleſiæ S. Secundi (Scopolanus) ita hic appellatur, qui Romæ manſionarius, concinnatis luminaribus è Crypta, in qua ſarcophagum ejuſdem ſancti ad modum turris conſtructum continetur, exiret, ſenſit ex muro ejuſdem ſarcophagi decidiſſe lapidem. Quod cum nunciaſſet Epiſcopo Scipioni, hic ſequenti mane in altari ad eamdem Turrim erecto, ſacrum de Spiritu Sancto fecit, ab aliiſque faciendum curavit. Veſpere vero adhibitis præcipuis Canonicis locum repetiit, & foramine unde deciderat lapis, dilatato, prælatiſque faculis introſpexit, viditque tres capſas juxta ſe poſitas, Hiſtoriamque S. Martyris in muro depictam. Reſerata igitur capſa in mediu aliarum poſita, quæ una plumbea erat (cum aliæ eſſent marmoreæ) & duobus circulis ferreis conſtricta, totum corpus in ea extenſum cernunt, caput vero non ſupinum, ſed erectum. Hæc dum aguntur januæ Eccleſiæ ſua ſponte panduntur, & increpito Scopolano, diligentius obſeratæ, rurſum aperiuntur: eademque hora nobilis quidam civis, ipſiuſque ſancti valde devotus Gabriel Bulla, extra Urbem conſiſtens ſuper Eccleſiæ pinnaculum luminaria adeo fulgentia conſpicit, ut iter facienti lumen præberent. Quamvis igitur Epiſcopus & foramen occludi, & ſilentio rem tegi, donec quid faciendum eſſet deliberaret, præcipiſſet, non tamen frequentem Populum à Cryptæ ingreſſu prohibere potuit. Cumque ex concurrentibus nonnulli variis affecti murbis convaluiſſent, re vulgata, non ex urbe tota modo, ſed ex vicinis locis ægrorum mul- L.

titu-

A citudo confluere cœpit. E quibus plorimi convaluere, adeo ut ab ea die, ad vigeſimam ſecundam proximi inſecuti Novembris, in acta redacta fuerint hæc, quæ ſummatim referemus miracula. Tres pro mortuis habiti vitæ redditi, cæci novem, quorum aliqui altero, plurimi utroque oculo capti, viſom, claudi tres greſſum, moti dùo loquelam, ſurdus auditum, fatuus ſanam mentem, attracti quinque, unuſque contractus, membrorum uſum adepti. Quinqoe qui inveteratis fiſtulis, qoatuor, qui Epilipſia; duoqui hydropiſi, duo, qui lepra, unus qui canero, unus qoi paralyſi, duo qui podagra, tres qui dyſeoteria, quinque qui herina, tres qui ſcroſolis tres, item qui calculo, duo, qui tabida febri laborabant, unus denique à catarro ſuffocatus, derepente, præter omoem naturalem vim ſoſpitatem receperunt. His itaque, aliiſque miraculis, de quibus ſumere congruentes informationes minime licuit, non tantum damnatus ille error, ſed ſimul præbita cuique ſpes facile à
B Deo impetrandi ea, qoæ tanto adhibito interceſſore ſoçrint eapetita. Eodem Scipione Epiſcopo, Sixtus IV. in Cœnobio S. Mariæ Novæ Canonicis Mortarienſibus, Lateranenſes ſubrorogavit, & Cruciferi ceſſerunt, partem reddituum ſibi aſſignatorum communi Aſtenſi, ut ſe eximerent ab onere alendi ſpurſos. Quod onus commune ipſum in ſe recepit. Ipſe vero Scipio anno 1472. ſupremum claoſit diem, qui ita in Kalendario Breviarii legitur deſcriptus. 16. *Kalendas Auguſti obiit Reverend. in Chriſto Pater Dominus Scipio de Damianis Epiſcopus Aſtenſis primus inſtitutor Capellæ puerorum Cantantium in Eccleſia, & qui fabricari, & compont fecit Organa. Jacet in Eccleſia prope Altare S. Georgii.* Hactenus ille.



LI. 52 **VASINUS** hojus nominis primus Malabayla, ex comitibus Montanaæ Fangi, & Abbas S. Mauri, jubente Sixto IV. Pontifice, Patriæ ſedi admotus eſt 1473. 3. Non. Julii. Hic profeſſione Monachus Benedictinus Polentini Cœnobii Prior, tumque in Taurinenſi Academia Sacrorum Canonum lector, Romæ deceſſit an. 1495. prius condito die 27. Junii aono 1473. teſtamento, quo egregiam ſummam pecuniarum ſuæ Cathedrali legavit, ut iis Odeum illius perficeretur. De quo hoc teſtimonium perhibuit Card. Papienſis in epiſtola ed electum Caurienſem: *Obitum autem Aſtenſis dolendum eſt plurimum. Vir erat cum doctus, tum bonus, tum vero in Eccleſia utilis.*



LII. 53 **PETRUS DAMIANUS** Scipionis frater, ad hanc dignitatem electus anno 1476. ea Actibus Conſiſtorialibus, ſub quo Philippos Catheranus Abbas Commendatarius S. Bartholomæi ſub Aziano, Sixto IV. comprobaote, ipſam Abbatiam ceſſit Monachis Caſinenſibus, prioribus Monachis oigris ſuppreſſis. Idem vero Petrus in gratiam ſui capituli confirmationem Privilegiorum ab Innocentio IV. conceſſorum obtinuit, obiitque meoſe Novembris anno 1496.

54 **RAPHAEL** Ceva Petro ſucceſſit an. 1496. 16. Novemb. Tres annos præfuit: indeque ad Melphitanum Epiſcop. translatus 1499. de quo in I. noſtro tomo. LIII



55 **ANTONIUS** Trivultius, Mediolanenſis, Prothonotarius Apoſtolicus, hanc ſedem obtinuit an. 1499. 26. Julii. Quam ille Eccleſiam adminiſtravit uſque ad annum 1508. poſtremoque die Julii translatus eſt ad Placentioum Epiſcopatom, eaque dignitate fulſit, uſque ad 19. diem Januarii anni 1509. Quocum ultro ea adminiſtratione ſe abdicaſſet, rediit ad ſuam priſtinam Eccleſiam. Cujus iterum onere cum ſe exſolviſſet, Novocomenſis coadjutor effectus eſt anno 1519. *a* De quo Acta LIV.
C Conciſtorialia, noſtraque de Placentinis Epiſcopis ſuperius inſtituta narratio. Ipſo autem ſedente Julios II. certior factus de iis, quæ apud Eccleſiam S S. Apoſtolorum Conſtantino acciderant, & Liberius præſtiterat, horum coofirmationi conſulit ſeqoenti brevi, vicem literarum Liberii tunc quidem, veluti ex eodem Brevi apparet, extantium, nobis tamen adhuc incompertarum ſupplente.

a 1508. Electus Episcopus Comenſis, de quo in 5. tomo.

Julius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.


Univerſis fidelibus præſentes literas inſpecturis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Eccleſiarum quarumlibet, & Monaſteriorum inſignium conſervationi manus porrigere adjutrices pium, & meritorium apud Deum reputantes, nonnumquam propterea Chriſti fidelibus conceſſas indulgentias, & remiſſiones approbamus, ac ipſos fideles ad id eiſdem remiſſionibus & indulgentiis de novo invitamus, ut ipſi Chriſti fideles per temporalia, quę erogaverint conſequi mereantur præmio felicitatis æternæ. Accipimus
D *ſiquidem, quod alias felicis recordationis Liberius Papa prædeceſſor noſter, cupiens ut monaſterium duodecim Apoſtolorum extra muros Aſten. Ordinis S. Benedicti, in quo ut idem prædeceſſor en fide dignis relationibus clarę memoriæ Conſtantini Imperatoris ſe accepiſſe aſſeruit, evidentiſſima ſigna à Sanct. Apoſtolis oſtenſa fuerant; congruis honoribus frequentaretur; & ut Chriſti fideles eo libentius cauſa devotionis confluerent ad illud, quod ex hoc ibidem dono gratiæ cæleſtis uberius conſpicerent ſe refectos omnibus, & ſingulis fidelibus, qui in die diviſionis Apoſtolorum, ab ortu ſolis uſque ad craſtinum ortum ſolis devote viſitarent Monaſterium ipſum, & manus adjutricos porrigerent, dummodo vere confeſſi, & contriti pænitentes exiſterent pro qualibet vice, qua dicta die ad prædictum Monaſterium accederent, plenariam remiſſionem tertiæ partis omnium peccatorum ſuorum auctoritate Apoſtolica perpetuo relaxavit. Ac voluit quod ſi viſitantes* di-

dictum monaſterium, & locum depote, ut præfertur, & manus porrigentes adjutrices ab hac luce eo anno migrare contingeret, plenariſſimam omnium peccatorum ſuorum veniam conſequerentur, & in conſpectu Dei eis plenarie eſſet indultum prout in litteris ipſius prædeceſſoris plenius dicitur contineri. Quare pro parte dilecti filii magiſtri Emanuelis Rabbi ſcriptoris, & familiaris noſtri, qui ut aſſerit, monaſterium prædictum ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica in commendam obtinet, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut litteris Liberii PP. hujuſmodi pro illarum ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere, aliaſque in præmiſſis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur cupientes, ut monaſterium prædictum congruis honoribus frequentetur, & Chriſti fideles eo libentius devotionis cauſa ad monaſterium ipſum confluant, quo ex hoc ibidem dono cœleſtis gratiæ uberius conſpexerint ſe refectos de omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi literas, & indulgentias in eis contentas hujuſmodi auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium approbamus, & illas, quas de novo concedimus perpetuæ firmitatis robur obtinere, ac ſub quibuſvis revocationibus, & ſuſpenſionibus Indulgentiarum, quæ à nobis emanarunt, ut à nobis, & ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, etiam pro fabrica Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, emanabunt comprehendi minime debere, niſi de illis ſpecialis, & expreſſa mentio facta fuerit decernimus præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis.

Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnat. Dom. M.D.XI. vii. Kal. Novemb. Pont. noſtri anno viii.



LV. 56 ALBERTINUS Roboreus S. Spiritus in Saxia Præceptor generalis Aſtenſi throno nobilitatus eſt anno 1508. die poſtrema abeuntis Julii. Quo onere cum perſunctus fuiſſet uſque ad ſextam diem Septembris, ad Piſaurienſem Eccleſiam tranſlatus eſt, ex Act. Conſiſt.



LVI. 57 (x) VASINUS hujus nominis ſecundus, Joannis filius ex Malabaylis, qui Anteſignani comitatu potiuntur, Placentinus antea Epiſcopus, ex translatione Antonii Trivultii ad Comenſem Eccleſiam, ceſſioneque Scaramucciæ Trivultii Cardinalis, qui ad Aſtenſem ex Novocomenſi tranſierat, ad patriæ ſedem translatus eſt anno 1519. Qua vix potitus, Epiſcopales Ædes pro dignitate non ſatis commodas, & vetuſtate collabentes inſtauravit, ampliavit, & ornavit. Idem exorta lite ſuper ſpoliis canonicorum ſancivit, ut bona quæcumque in Cathedrali dignitate canonicatus, & capellanias obtinentium, ubi mori contingeret, juxta antiquum, & receptum uſum, ad capitulum ejuſdem Cathedralis ſpectarent. Quæ ſententia deinde à Julio III. & Pio IV. fuit Apoſtolicis diplomatibus confirmata, & videns quod in Abbatia Ss. Apoſtolorum, quam in commendam obtinebat, pauci admodum Monachi Nigri ſupereſſent, Canonicis Lateranenſibus, qui tum maxime florebant, curavit uniendam an. 1523. Denique poſt editum die 21. Martii anno 1525. teſtamentum, Epiſcopatu ſimul, & vita fuit perſunctus: de quo Acta Conciſtorialia.

58 FERDINANDUS Seronus (*Ordinis s. Auguſtini, eam ſedes vacaret per obitum Vaſini, nec non per ceſſionem acceſſus, & regreſſus Cardinalis Scaramucciæ*) Vaſino ſucceſſit anno 1525. die 12. Maji. Inde tranſlatus eſt ad Venuſinam Eccleſiam die 23. Martii an. 1528. Eo Præſule Aſtenſis civitas ab hoſtibus liberata fuit auxilio S. Secundi protectoris. Rem hiſce verbis narrat Catalogus noſter. Die 7. Novembris anni 1526. Franciſcus Maramaldus unus ex Cæſareis Ducibus, occaſione captata, quod nobilitas omnis Aſtenſis apud Marchionem Vaſti (in cujus manibus civitas ipſa à Franciſco I. Francorum Rege Carolo V. remiſſa paulo ante, eidem Cæſari fidelitatem juraverat) officium, & privatum juramentum præſtandi cauſa reperiebatur, nec opinato cum ſuo exercitu Aſtam contendit; ea deliberatione, ut ſi intra mœnia non admitteretur (quod utique fiendum prævidebat) illam expugnandi, prædamque pro emerito longi temporis ſtipendio, militibus concedendi, anſam arriperet. Sed tum iniquum conſilium ea, quam ſemper S. Secundus hujus civitatis habuit, eluſit protectio. Excluſus namque oppugnationem aggreditur; tormentis muralibus partim in Monaſterio B. Mariæ Gratiarum, ad privata officia quaſſanda perterrefaciendoſque cives, partim prope mœnia collocatis. Sed cum aſſiduis inceſſanter emiſſæ ex obliquo pilæ octavo die à cœpta obſidione, disjecta muri parte, viam in urbe aperuiſſent oppugnatoribus, iique ingreſſum molirentur, cœlitus demiſſa, ac inter bombardarum ſtrepitum, clamoremque militarem, clare audita hæc vox: *In dietro, in dietro*, illos de repente in fugam convertit; & nemine perſequente, obſidionem ſolvere, ac præcipitanter abſcedere coegit. Quo momento temporis, pueris, puelliſque, ac nonnullis etiam adultis, ſe ſe ſpectandum præbuit vir armis nivei candoris indutus, equoque albo inſidens, ſtans è regione dirupti muri, quem S. Secundum fuiſſe cives rati illius interceſſioni prodigioſam civitatis liberationem acceptam ferentes, Eccleſiæ B. Virgini, ac S. Secundo, eodem loco ædificandæ votum nuncuparunt: quæ S. Maria de Victoria fuit appellata; & cum dictam Eccleſiam B. Mariæ Gratiarum ſolo æquare ſtatuiſſent, quod ex ea ad certos ictus in urbem Bombardæ collimari poſſent, Auguſtinianis de obſervantia tum nuncupatis, quibus novem ante annos eam excolendam tradiderunt, alium locum intra urbem prope Acropolim, ad novum cœnobium ſub eodem titulo conſtruendum, conceſſerunt. Quo etiam anno Monaſterium ſanctimonialium S. Claræ nominis Jeſu nuncupatarum, initium habuit, aſcitis, concedente Clemente VII. ex Alexan- LVII.

(x) Cæſar Trivultius ex fratre Georgio Antonii ſuperioris nepos, excellentiſſimus juriſconſultus, qui aliquando ſub Franciſco II. Sfortia Mediolani Duce ſenatoriam dignitatem obtinuerat, inter Referendarios Utriuſque Signaturæ cooptatus, primò Epiſcopus Cumanus, & deinde (ut ſcribit Morigia) Aſtenſis creatus an. 1516. ac ſub Leone X. & Clemente VII. ad Gallorum Regem Nuncius Apoſtolicus mittitur, cui tamen opinioni non aſſentit Ballarinus in Comenſi hiſtoria niſi forte prius Aſtenſem Epiſcopum, & deinde Cumanum fuiſſe dicamus. Haſtenus *Auguſtinus ab Eccleſia in hiſt. Chronol. Epiſc. Pedemontanæ Regionis*. At ex Actis edocemur Cæſarem non fuiſſe Electum Aſtenſem Epiſcopum, ſed datum Coadjutorem Patruo an. 1516. die 10. Septemb.

lexandriæ ſororum S. Claræ cœnobio ſeptem monialibus, ex nobilioribus familiis Aſtenſibus (una excepta) exortis. Quibus additæ fuerunt, ac concreditæ tres ſorores Benedicti, ſeu Benentini Guttuarii filiæ, ac ex aſſe hæredes. Quæ cum nullis rerum mundanarum propoſitis oblectamentis à propoſito amplectendi S. Claræ aſperrimum inſtitutum dimoveri potuiſſent; die Dominica, 4. Martii in Eccleſia Cathedrali tota civitate inſpectante, manantibus præ teneritudine lachrymis, cum major decimum octavum, minor natu undecimum vix attingeret, abſciſſis capillis, habituque ſacro ſuſcepto, Chriſto ſponſo ſe, ſuaque omnia conſecrarunt.



LVIII 59 AMBROSIUS Talentus, nobilis Florentinus, Franciſco I. Gallorum Regi in paucis charus, intimuſque conſiliarius, eoque petente hanc obtinuit ſedem die 28. a Martii à Clemente VII. anno 1528. ex reſignatione Seroni, poſſeſſionem adeptus per Gabrielem Talentum procuratorem ſuum, paucos menſes ſibi creditam abſens adminiſtravit Eccleſiam; illamque ſibi reſervato regreſſu, renunciavit die 25. Septembris ejuſdem anni. Deinque cum ex deceſſu Scipionis Rotarii ad ipſum ejuſdem Eccleſiæ rediiſſet adminiſtratio, abſens ſuo munere functus, deceſſit in Neapolitano Regno, quo illum Pontifex graviſſimis expediendis negotiis, legaverat. Fratrem habuit Antonium Talentum Pariſiis, ac Mediolani Senatorem virum, clariſſimum, apud Franciſcum Regem gratia, & auctoritate pollentem, ille idem, qui Franciſco Rubeo ad Venetos pro eodem Rege Legato Venetiis in Eccleſia S. Helenæ cœnotaphium poſuit an. 1521.

a 23. Martii.



LIX. 60 AUGUSTINUS deinde Cardinalis Trivultius b eandem Eccleſiam ſuſcepit adminiſtrandam, anno 1528. die 25. Septembris, eoque munere ſe exſolvit anno 1529. Eo Epiſcopo (inquit Catalogus) ſed nunquam reſidente, ac Cæſareis miniſtris, quod Gallis ſtuderet, minime grato, Aſtenſis Eccleſia maxima pertulit incommoda. Nam Antonius de Leva, quo tutius evaderet, propugnaculum Apoſtolorum dictum, quod conſtrui curabat, plures Eccleſias demoliri juſſit; nempe S. Marci ſanctimonialium S. Claræ, quæ ad Eccleſiam nominis Jeſu fuerunt translatæ, S. Catharinæ Servorum B. Mariæ, qui Eccleſiam S. Secundi de Turre rubea incolendam à Nicolao Bayverio ipſius commendatario ſuſceperunt, S. Bernardini Minorum de obſervantia, quibus tradita fuit Eccleſia cum cœnobio Monialium S. Claræ, ipſis monialibus in diverſa alia monaſteria diſtributis, S. Spiritus Monialium Ciſtercienſis ordinis, quæ cum locum prope Monaſterium S. Annæ ejuſdem inſtituti delegiſſent, proceſſu temporis in unum Monaſterium hæc duo coaluerunt, S. Margaritæ de Burbure ordinis S. Benedicti; & quod Aſtenſium animos, maxime deturbavit, celeberrimam illam, ac ſacratiſſimam SS. Apoſtolorum Abbatiam: de qua aliquoties mentio facta, loco Eccleſiæ ab Apoſtolis deſignatæ, ſacello dumtaxat excitato.

b De eo Oldoinus ad Ciaconium tom. 3. col. 410.



61 SCIPIO Rotarius, Ordinis Humiliatorum monachus, Prior S. Mariæ Magdalenæ Brixienſis, ad hanc ſedem ſubvectus eſt anno 1529. die 16. Julii. Qui ut S. Marci, ſeu nominis Jeſu ſanctimoniales eo perfectius arctiſſimam S. Claræ diſciplinam tenere poſſent, S. Marci Eccleſiam, & redditus, quam Cruciferi deſeruerant, ipſeque tum in commendam obtinebat, facultate à Clemente VII. impetrata, earundem ſanctimonialium Monaſterio perpetuo univit; de quo hæc addidit noſter Catalogus an. 1533. dum die S. Jacobo Apoſtolo ſacro ſacerdos in altari S. Secundi ſacrum faceret; ubi ad fractionem ſacratiſſimæ hoſtiæ devenit, quo loco antea una pars alteri cohærebat, primo utrumque madidam apparere, deinde ſanguinem ſtillare, ita ut aliquæ in calicem ipſum, aliæ ſuper patenam guttæ deciderent; & digiti celebrantis eo imbuerentur: rei miraculo attonito circumſtante populo, ipſa cunctatione, ac tremore, qui celebrantem corripuerat ad intuendum excitato; ipſo vero ſacerdote cum cæteris ad orationem converſo redditus fuit ſacris ſpeciebus priſtinus color: nec ultra veſtigia ſanguinis in calice, aut patena, ſeu digitis apparuere. Quod miraculum, cum ſacerdotis ſatis nota pietas nullam ſuſpicionem admitteret, ob illius culpam accidiſſe, pro ſigno datum pluribus Germanis, qui Lutheri hæreſi infecti, militibus, ac curialibus Cæſarianis Aſtæ tunc mixti agebant, acceptum. Hoc vero miraculo per Italiam vulgato Paulus III. indulgentiam conceſſit iis omnibus, qui die ſtatuenda ab Epiſcopo contriti, ac confeſſi ante ipſum altare certas preces effunderent. Sequenti anno die commemorationi Inſtitutionis ſacratiſſimæ Euchariſtiæ ſacro, ubi fuit inchoanda proceſſio in Cathedrali, Carolus V. qui tum aderat, maxima cum pietatis ſignificatione digniorem Umbrellæ baculum deferendum ſuſcepit. Circa hoc tempus etiam fratribus minoribus Capucinis ab Aſtenſibus locus attributus. In iis vero præcipuum obtinebat locum frater Bernardinus ex Pallidorum Aſtenſi familia, qui primus fuit eorundem miniſter generalis, vir virtutibus, ac vitæ innocentia clariſſimus. LX.

62 BERNARDINUS de Cruce, Mediolanen- LXI.

ſis,

ſis, Caſalenſis antea Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam translatus eſt anno 1548. die 27. Aprilis. Ad Novocomenſem deinde ſedem translatus eſt anno 1550. (1) de quo ibi fortaſſe plura.

LXII. *a Caprls.* *b Die 24. julii.*

63 GASPAR Caprius *a*, Taurinenſis, Stephani finantiarum Sabaudiæ Præfecti filius, Abbas Muleſii, Ordinis Annunciatæ Cancellarius, & Philiberti Sabaudiæ Ducis magnus Eleemoſynarius, in cujus gratiam à Julio III. anno 1550. *b* Aſtenſis eligitur Epiſcopus. Pro Duce Sabaudiæ ad Pium IV. oratoris munus prudentiſſime obivit. Eccleſiam S. Sixti inſtauravit. Eccleſiæ S. Secundi donavit brachium S. Mauritii theca argentea incluſum. Eo ſedente Præſule (ait Catalogus) Eccleſiæ S. Quilici Domus Dei, S. Silveſtri, & S. Mariæ novæ in auguſtiorem formam ſunt redactæ. Ipſo etiam Gaſpare Epiſcopo, ne Aſtenſibus novus Simeon puerulus deeſſet, Hebræi Michaelem filium Franciſci de Jacobis quadrimulum, ſecreto abreptum crudeliſſime necarunt, ad certum numerum diverſis corporis partibus inflictis plagis: e quibus ſanguinem hauriunt, ſuo, uti vulgo fertur, execrabili azymo permiſcendum: cujus corpus in Crypta ab eis occultatum, poſt duodecimum diem repertum, cum non modo incorruptum appareret, ſed etiam e rubentibus plagis, velut ex purpureis roſis odorem ſuavem emitteret, tanquam ſanctiſſimi Martyris totius civitatis concurſu, in S. Mariam Novam delatum, ſub ara maxima conditum fuit. Circa quod tempus eadem, quæ Hebræorum feritatem damnarat, divina providentia, in ipſam niet innocentem ætatem exercitam pietatem alio miraculo, Simone Majolo teſte, qui aderat, commendavit. Inflatior per eos dies ferebatur Tanarus, pluresque ad transfretandum conſcenderant navim, quæ ſeu quod nimis onuſta, ſive impellentibus fluctibus in iis mediis ſubmergitur. Erat inter vectores mulier cum duobus filiis unum ad pectus, alterum manu tenens, quæ in tanto periculo ſui oblita, cæteris emergere uti ſit, etiamſi fruſtra nitentibus, utrumque natum arctius detinebat. Sed quid Deus, qui charitas eſt? ſuper aquas ipſas, inſpectantibus, ac rei miraculo attonitis, qui in ripa erant, mulierem cum utroque libero incolumem, aquiſque inſidentem ad terram perduxit, & toti civitati exemplum præbuit. Interim Julius III. cum intellexiſſet Eccleſiam Apoſtolorum tot titulis venerandam fuiſſe exciſam, ſuo Brevi dato 23. Novembr. 1553. Indulgentias eidem Eccleſiæ à Liberio, aliiſque Romanis Pontificibus conceſſas, in Eccleſiam S. Mariæ Novæ, cui illa unita fuerat, tranſtulit, ac corpus S. Eulaliæ, cum aliis reliquiis deferri mandavit. Anno deinde 1567. Gaſpar cum cerneret haud liberum ad Eccleſiam S. Aniani patere aditum, quod caſtrum, in quo ſita eſt, præſidio Hiſpanico teneretur, ne S. Aniani corpus conſueta veneratione deſtitueretur, illud ſolemni proceſſione in Eccleſiam S. Sixti à ſe inſtauratam tranſtulit. Denique cum ipſo conſentiente Sereniſſimi Ducis miniſtri incolas caſtrorum ſuæ Eccleſiæ quædam onera illius ditioni impoſita ſubire compellerent, reque ad Pium V. delata, ab eo per epiſtolam ſevere fuit admonitus, quod qui tanquam murum pro juribus Domus Dei ſe ſe opponere debuerat, ea violantibus favorem præberet, Vercellas petiit cum eodem Duce acturus, ut miniſtros ab inferenda Eccleſiæ injuria compeſceret; ubi dum præ ſenectute ſella defertur, geſtatorum imprudentia dilapſus, imiſque ſcalæ gradibus illiſus, paulo poſt interiit die 19. Octob. 1568.

LXIII *c Hujus meminit Roſſottus in ſyllabo ſcript. Pedemontii. Mandoſ. d 1569 23. Martii. ex Actis.*

64 Fr. DOMINICUS *c* ex Roboreorum Aſtenſium familia (*Ordinis Prædicatorum*,) ex Inquiſitore hujus civitatis, à Pio V. motu proprio Epiſcopus electus 1568. *d* Eundem prorſus in hac ſua Eccleſia adminiſtranda, quem in univerſali regenda idem Pius, ſe præbuit. Illius ſollicitudini fertur acceptum, quod ſuæ Diœceſis, loca quædam, in quæ errores Lutheri, ac



Calvini ex diutina militum externorum conſuetudine irrepſerant, omnino expurgavit: divinorum officiorum, quæ ob perpetuos bellorum tumultus, in diſſuetudinem prope abierant, reſtituit: alterum Gregorium ſe exhibens in docendo ſtatis diebus cantu imperitos, & ipſe die, noctuque divinis horis, cum per occupationes Epiſcopales licebat, inſiſtendo. Pernicioſiſſimum abuſum, quo plura beneficia etiam curata potentiores quique obtinebant, & vix per mercenarios presbyteros neceſſaria ſacramenta adminiſtrabant, omnino ſuſtulit: temporale dominium in caſtra ſuæ Eccleſiæ, aliaque jura adeo conſtanter tutatus fuit, ut contra ea aliqua molientem urbis Gubernatorem minime ſit veritus excommunicatum declarare. In his autem actionibus cum animi fortitudine, ac gravitate eam benignitatem, ac humilitatem jungebat, ut nemo eſſet, qui ab eo ſe vinci non pateretur, accedente maxime illius integerrimi animi, nihil præter Dei gloriam, & animarum ſalutem ſpectantis concepta opinione, & in proximos effuſa charitate. Quidquid namque frugaliſſimæ vitæ detrahere poterat, in pauperes erogabat: per viros maxime ad id electos, ad domos eorum, qui mendicare erubeſcebant, ſecreto mittendo. Montem pietatis ipſe primus fundavit, ſeminarium ex Concilii Tridentini decreto, apud Eccleſiam S. Narii erexit. Patribus Capuccinis propius urbem ſuum cœnobium transferentibus præſidio fuit; S. Pauli Eccleſiam collabentem à fundamentis proprio ære inſtauravit. Ejus inventum fuit pia illa, ſacraque conſuetudo, matutinis, & veſpertinis horis, in ſingulis hujus urbis Eccleſiis, per integram hebdomadam ſacram Euchariſtiam exponendi: & ne ultra in dubium vocari poſſet, num S. Secundi corpus in Eccleſia illi dicata quieſceret, illud ex ſarcophago intra Cryptam extructo ad altare majus ejuſdem Eccleſiæ transferre decrevit. Quod ut cum majori celebritate, ac utilitate fieret, facultate à Gregorio XIII. itemque indulgentia plenaria in eorum gratiam, qui confeſſi ſolemnitati intereſſent, vel Eccleſiam viſitarent, obtenta, generalem proceſſionem in diem 11. Aprilis an. 1581. indixit. Sarcophago igitur hac tertia vice reſerato, capſam plumbeam, in qua ſancti detinebatur corpus, é medio duarum capſarum marmorearum, deducunt: & patenti loco, remoto operculo, illud inſpectandum proponunt. Erant autem tunc oſſa ita carnibus nudata, ut tamen adhuc inter ſe cohærerent, & in parte cranii adhuc conſpiciebatur pellis, cum capillis ſubrufis. Inchoata igitur majori, qua fieri potuit, ſolemnitate, & frequenti ſupplicatione, ad Cathedralem primo itum eſt: ubi detractus eſt manu S. martyris digitus, qui Canonicis inter cæteras reliquias conſervandus conſignatur. Inde ad S. Secundum de Turre rubea proceſſum, ibique pari ratione ejus Eccleſiæ cuſtodibus traditur; demum ad ſanctum, unde incœpta erat proceſſio, relatum corpus, ſuper altari præ turri, in qua prius deliteſcebat, repoſitum, donec majus altare, quod juxta anti-

(1) Ad Comenſem Eccleſiam fuit Bernardinus translatus eodem anno 1548. die 24. Septembris, Aſtenſis Eccleſiæ poſſeſſione nondum habita ut ex Actis Conſiſtor. diſcimus.

antiquum ritum in capite Odei erat, in egreſſu ipſius, uſitato nunc more ſtatueretur: & ne proinde illæ duæ capſæ, in ſarcophago relictæ, debito honore deſtituerentur: in actis redactum ex antiquioribus monumentis, ut ex dictis plurium juratorum teſtium ætate, & auctoritate præſtantiorum plene conſtaret, quod corpora in iis occluſa pro reliquiis ſanctorum ſemper ſint habita: iis communem fuiſſe venerationem, ac cultum, qui ſive novenis circa turrim rotationibus, ſive luminarium oblatione, ſive alia quavis ratione, eo uſque ibi exhibita fuerant. Capſis vero ipſis propius invicem admotis lapis impoſitus, ita inſcriptus: *Hic requieſcunt corpora ſanctorum*. Ipſe vero Dominicus ſuper pauca fidelis ſupra multa conſtituendus evocatur die 19. Martii an. 1587. ſepultuſque in Eccleſia S. Dominici hoc proxime ſubjecto Epitaphio.

Dominico de Ruvere Aſtæ Epiſcopo, & Comiti ſingulari in Deum pietate, in pauperes beneficentia. Qui in Epiſcopali munere ſancte verſatus ann. XVIII. obiit die XIX. Martii MDLXXXVII. Ann. natus LXVIII. Moriens juſſit ſuum corpus humari in Æde B. Mariæ Magdalenæ, in qua nomen in Dominicanam familiam dederat. Paulus Jacobus, Andreas Michael, Antonius, & Jo. Baptiſta Gullielmi filii colere tanti patrui memoriæ ſtudioſe. Optim. mer. F. C. ann. MDLXXXX.

LXIV 65 Fr. FRANCISCUS Panigarola, *a* nobilis Mediolanenſis, ex Ord. Minor. de Obſervantia, ſub Sixto V. Pont. Max. ob eximiam eloquentiam in concionibus habendis, Epiſcop. primum Chryſopolitanus, atque Epiſcopi Ferrarien. Suffraganeus, ab eodem demum Pontifice ad hanc Eccleſiam translatus eſt 1587. 8. *b* Septemb. Hic Mediolani natus Gabrielem, Eleonoramque Caſatam eximiæ nobilitatis fœminam habuit parentes anno 1548. nomenque Hieronymi puero indidere. Juris prudentiæ Papiæ, Bononiæque ſub clariſſimis præceptoribus operam dedit; inde ex inſtinctu divino ad Franciſcanorum clauſtrum confugit, ubi cum in divinis literis imbibendis intendiſſet ingenium, adeo feliciter progreſſus eſt, ut doctus Theologus, eruditusque philoſophus, facunduſque concionator opinione celerius evaſerit. Erat Franciſco liberalis facies, ſonora vox, verſatile ingenium, lingua velox, adeoque decenter articulata, ut cum in ſuggeſtu pleno dignitatis corporis habitu, ad populum concionaturus prominerer, audientium animos uſque ad ſtuporem rapere videretur. Galliam per id tempus Henrici Borbonii arma vexabant, cum ſibi ſcilicet ex infelici Henrici III. deceſſu, Borbonius florentiſſimum illud regnum avito jure ſponderet. Contra Pariſini cives coierant in fœdus, juverantque Pontifici ſacramentum nunquam ſe recepturos Borbonium, niſi prius ipſe, qua à primis annis fuerat infectus, hæreſim ejuraret. Ita tamen Henricianum interim obſidium tolerabant, ut victi quandoque malis victori viderentur ceſſuri. Quos ut confirmaret Sixtus Pontifex inque ſpem melioris eventus erigeret, Henricum Cajetanum ampliſſ. Card. ad obſeſſos legavit: cui præter fortium virorum ornatiſſimum comitatum, Robertum Bellarminum ex Societate Jeſu Theologum, facundumque concionatorem, ex Ord. Minor. Epiſcopum Panigarolam adjunxit. Igitur Panigarola, ut obſeſſis ſpem faceret, conſcenſo ſuggeſtu, illud Evangelii explicans: *Ecce motus magnus factus eſt in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus*, tanta Parmenſium admiratione, hoſtiumque terrore peroravit, ut plus Panigarolæ articulos, nervoſque vereretur Borbonius, quam ad propugnandam lectiſſimam urbem intentatos mucrones. Hic itaque poſt rem præclare, ac feliciter geſtam, ad ſuam Aſtenſem Eccleſiam ſe contulit: ſeptem annos illam con ſultiſſime adminiſtravit: ita ut quod ex trepido illo negotio ſupererat temporis, in otio ſcriberet ſapientiam, pluraque ingenii monumenta poſteritati re-

a De hoc legendi Piccinellus in Athen. Liter. Mediol. p. 214. Erythræus Pinacoth. 1. imag. 46. Ghilinus in Theatro vol. 1. p. 69. Vvaddingus de ſcript. Ord. Min. Mondef.
b Ive 18. Decemb.

A linquenda conficeret, horum pleraque contulit Hieron. Ghilinus in ſuo Theatro vir. illuſtr. pulchroque elogio vitam pene omnem, laudeſque digeſſit Panigarolæ. Scripſit

Homilias in Evangelia à Dominica die poſt Pentecoſtem uſque ad adventum.
Theſes ex univerſa Theologia.
Diſceptationes Calviniſticas.
Vitam D. Pauli Apoſtoli.
Orationem habitam feria 4. Cinerum.
8. Carmina.

Vernacula lingua hæc ſcripſit.

Specchio di guerra.
Sermoni ſopra la prima parola in Croce.
Diciotto lettioni contro Calvino.
Due orationi in lode di S. Carlo Borromeo.
La paſtorale ſcritta di Parigi il giorno della liberatione dell'aſſedio.
Tre prediche fatte in Parigi.
Sinodi fatti in Aſti.
B *Eſpoſitione litterale, e miſtica della Cantica di Salomone.*
Modo di comporre una predica.
Prima parte di cento ragionamenti ſopra la paſſione.
Dichiarationi de' Salmi di David.
Dichiaratione litterale delle lamentationi di Geremia.
Compendio della prima parte de gl'annali Eccleſiaſtici del Baronio con l'annotationi.
Un volume di prediche fatte in varie occaſioni.
Il Predicatore, a Parafraſi ſopra Demetrio Falereo.
Le lettere.
Nuovo volume di prediche quadrageſimali.
Diverſe poeſie.

Opera nondum excuſa apud hæredes hæc ſunt:

In Ariſtot. phyſica paraphraſis.
In Scotum lectiones volum. 5. de ſenſibus ſcripturarum tractatus.
Apparatus ad Luteſianas Concluſiones.
Compendium manualis Navarri.
C *Cenſuræ in Molineum.*
Cenſura in Bibliotheca veterum Patrum.
Viſitatio prima ſuæ diœceſis.
Inſtructio ad viſitationes.
Compendium ſecundæ partis Annal. Baronii.
Apologia Gebennen.
Lectiones in Catechiſmum Romanum.
Grammatica Gallica, Italica.
Epiſtolarum vol. 6. in caput primum Hieremiæ.
Adnotationes in Cornelium Tacitum.
Sex quadrageſimales, & alia opera imperfecta relicta.

Cæterum Franciſcus magis admirationi fuit mortalibus auditus, quam lectus deinceps in monumentis. Siquidem ſuggeſtum decorus corporis habitus, pulchra facies, ſonora vox, lingua verſatilis, magnum lenocinium ſunt ad ea auditoribus commendanda, quæ vel citra omnem elegantiam ad fallendum tardum auditum velox lingua protulerit. Itaque ſi qui ſtudebant Panigarolæ, quæ pro concione
D populo explicaverat, conſulto involuiſſent ſilentio, auctor ipſe diutius, cumque majori laude apud mortales vixiſſet, quæ modo lucem aſpicere juſſa, illud comprobare viſa ſunt moroſiora eſſe judicia legentium, quam audientium, ſæpiuſque accidere, ut contemnamus legentes, quæ audientes ſuſpiciebamus. Fato functus eſt Panigarola poſtrema die abeuntis Maji anno 1594. 22. hora diei, anno ſuæ ætatis 46. ac quarto menſe: ſepultuſque eſt apud Cathedralem, cum hoc ſimplici epitaphio, quod ſibi vivens condiderat, apponendumque juſſerat ex teſtamento.

Hic jacet frater Franciſcus de Panigarola
Epiſcopus Aſtenſis
cujus anima in benedictione ſit.

CÆ-



LXV. 66 CÆSAR Bentius Cherienſis, Philiberti ex dominis Santenæ filius, Panigarolæ ſucceſſit anno 1595. die 18. Decembris. [„ *Bentius ſucceſſit an.* „ *1594. die 25. Octobris. Deceſſit vero an. 1595. die 18.* „ *Decembris.*)



LXVI 67 JOANNES Stephanus Agathia *a*, nobilis Archidiaconus Vercellen. ad eandem dignitatem promotus eſt 1596. 13. Maji. Hic S. Secundi martyris corpus è confeſſione in principem Aram tranſtulit. Plures ſalutares Synodos habuit, compilavitque Catalogum ſuorum anteceſſorum. Deceſſit 1618. Jacet in Cathedrali in ſepulchro quod ſibi, ſucceſſoribuſque ſuis paraverat cum hac inſcriptione.

a Laudatur à Bacello in Menaurtio PP. Barnabit. tom. 3. *Mandos.*

Sepulcbrum Epiſcoporum Aſtenſium, quod Joannes Stephanus Agatia ſibi, & ſucceſſoribus vivens paravit. Anno Jubilæi MDC.

LX VII. 68 ISIDORUS Piactorius *b*, Mediolanenſis, clericus Barnabita, ingenio florentiſſimus, ob morum probitatem, agendarumque rerum prudentiam magnus Prior Equitum SS. Mauritii, & Lazari ex ſpeciali gratia Caroli Emanuelis Sabaudiæ Ducis id permittente Paulo V. Pontifice delectus, eodemque inſtante Duce Aſtenſi Eccleſiæ præficitur ann. 1618. *c* 18. Februarii. Eo ſedente, ac Joan. Franciſco Ponte præcipue opem ferente, Monachi Ciſtercienſes Congregat. S. Bernardi ab Aſtenſibus in civitate ſunt admiſſi, ut S. Benedicti regulæ obſervantia, quæ in tot Abbatiis, ac Prioratibus, vel in commendam conceſſis, vel temporum injuria deſtructis olim vigebat, per eos velut poſtliminio eidem urbi reſtitueretur. Poſtremam obiit diem 13. Octob. 1621.

b Pentorius, de quo citatus Brel... tom. ...

c Anno 1619 ex Actis.



LX VIII. 69 OCTAVIUM deinde Brolium Urbanus VIII. ejuſdem ſedis creavit Antiſtitem anno 1624. die 11. Martii. Hic Caroli Archiep. Taurinen. ex Gaſparo fratre nepos, Præpoſitus Eccleſiæ Metrop. Taurini, & Abbas SS. Conſtantii, & Victoris Villari in Marchionatu Salutiarum. Majorum ſuorum virtutes æmulatus, ad inſulam omnibus gratulantibus aſcendit. Obiit anno 1648.

70 * VINCENTIUS Roverius præficitur Eccleſiæ Aſtenſi ab Alexandro VII. Pont. Max. die 25. Octobris 1655. LXIX *

* Ex Append. p.

A D D I T I O.

(„ *Paulus Vincentius Rotarius, (non verò Roverius, ut eum perperam vocat Ughellus) nobilis* „ *Aſtenſis, & ſacræ Theologiæ Doctor, poſtquam* „ *decennio huic præfuiſſet Eccleſiæ, obiit menſe O-* „ *ctobri 1665. cujus cum laude meminit Roſſetus in* „ *Syllabo ſcriptorum Pedemontii pag. 461.*

„ MARCUS ANTONIUS *Thomatus, nobilis* „ *Albintimilienſis, Utriuſque Signaturæ Referen-* „ *darius, & Abbreviator de Parco Majori in Can-* „ *cellaria Apoſtolica, electus eſt Aſtenſis Epiſcopus 11.* „ *Januarii 1666. Deceſſit 1693. de quo idem Roſſetus* „ *apud Ciampinum in Enarratione ſynoptica Ab-* „ *brev. p. 45.* LXX

„ INNOCENTIUS *Migliavacca, Mediolani* „ *natus, Ordinis Ciſtercienſis Abbas, Sancti* „ *Officii, & Sereniſſimi Sabaudiæ Ducis Conſul-* „ *tor, hujus Eccleſiæ regimini admotus eſt 8. Junii* „ *1693.*] LXXI

BERGOMENSES
EPISCOPI.



BERGOMATES aliquos, qui aliquando de Patriæ ſuæ origine inſtituerunt narrationem, adeo erga patriam tranſverſos egit amor, ut Annii Viterbienſis ſecuti ſententiam in neſcio quos Noe nepotes illius civitatis retulerint exordium, anno ſcilicet DL. poſt diluvium, ante vero Chriſtianam conditam ſalutem MDCCCIV. voluntque ex quadam Hebraicæ, Græcæque linguæ mixtura illius nomen fuiſſe conflatum, quod vel regiam, vel clypeatam civitatem ſonet peritis linguarum. Hujus rei memoriam præterea in novo Urbis Prætoris Palatio in marmore extare voluerunt hac inſcriptione.

Bergomi urbs vetuſtiſſima anno ante Servatorem M. D. CCC. IIII. à Cyudo Liguris Hetruſcorum Regis filio extructa aliquando in libertate, aliquando ſub Romanorum Cæſarum, ac Ducum Imperio, vario eventu jactata, ſub ſanctiſſima Divi Marci alarum umbra tandem diuturnæ pacis otio fruitur, & feliciter requieſcit.

Trojanis vero alii ejus originem aſcribunt, qui poſt Trojæ ruinas Antenore Duce junctis ſibi Henetis, ſeditione è Paphlagonia pulſis ad intimum Maris Adriatici ſinum appulerant, Euganeiſque ejectis, loca, quæ Mare, Alpeſque interjacent, tenuere, & in poſterum Veneti ſunt appellati. Alii Tyrrheno Lydorum Regi Bergomatia exordia tribuere, quod vel illam à fundamentis extulerit civitatem, vel jam ædificatæ protulerit fines. Nec deſunt, qui à Pergami Græcis incolis contendant fuiſſe ædificatam, ab iiſdemque Pergamum fuiſſe appellatam, illudque nomen vulgo cor-

rumpente, tranſiiſſe in Bergomum. Leander autem Albertus arbitratur ſuam traxiſſe originem ab antiquis Etruſcis, illamque, Etruſcis exactis, Cœnomanos Gallos vel reſtauraſſe, vel ampliaſſe, ita ut videri poſſent Bergomum à fundamentis erexiſſe, ac ita vocaviſſe, quod in jugo montium ſitum ſit. Scribunt præterea cum Livio nonnulli, temporibus Tarquinii Priſci, Brennum Senonum Gallorum clariſſimum Ducem Etruſcos ſedibus expuliſſe, pleriſque nobilioribus Inſubriæ civitatibus jeciſſe fundamenta, quod idem Juſtinus Trogi Pompeii Epitomator his verbis affirmat lib. 20. *Cum in Italiam veniſſent, ſedibus Thuſcos expulerant, & Mediolanum, Comum, Brixiam, Veronam, Bergomum, Tridentam, Vicentiam condiderunt.* Plinius ex Catone Bergomum vocat Orobiorum civitatem, cumque eodem Catone fatetur ingenue ſe illius originem ignorare. Verum cæteris opinionibus tamquam fabellis propioribus ablegatis veriori Leandri ſententiæ libenter accedo. Extat Jo. Chryſoſtomi Zanchi de origine Orobiorum eruditum commentarium, Franciſci Bellafini de Origine urbis Bergomi liber, tum Cœleſtini vel hiſtoria, vel farrago rerum Bergomatium, qui tametſi libentius alicui videatur inſervire fabellis, ab iis tamen mutuabimur, ubi opus fuerit, quæ vero ſimilia erunt, ut inde æque, ac ab aliis intelligat lector, quibus poſt Romanos, quorum municipium aliquando fuit, inſervierit. Bergomum igitur antiquiſſima Tranſpadanæ Galliæ civitas, quam hodie Longobardiam vocamus, primum Etruſcis, mox Gallis, inde Romanis ſubjecta fuit, poſtea aliquandiu in libertatem aſſerta, conſulibus adminiſtrationem ſui attribuit; factioſorum deinde Bergomatium civium ſenſit tyrannidem, quorum aliquando tumultuantia arma paſſa eſt uſque ad excidium. Præterea Duci Lupo ſervivit, mox Longobardis, Gallis, Alemannis, denique ſui præſulis civile expectavit arbitrium, donec Mediolanenſium ducum excuſſo jugo, leniſſimum, æquiſſimumque Venetorum ſubiret imperium. Et hæc quidem ſunt, quæ de Bergomatium politico ſtatu ſtrictim, & parce videntur poſſe adſerri. Quod vero ad religionem attinet, nil certius dici poſſe videtur, quam S. Barnabam Apoſtolum poſt fundatam Mediolanenſem Eccleſiam, Bergomates etiam cum Agathone, Cajoque collegis ad fidem inſtituiſſe anno Domini LV. eiſdemque Narnum, illorum omnium, quos converterat ad Chriſtum, aptiſſimum primum Præſulem attribuiſſe, qui deinde Viatorem olim Brixienſem Epiſcopum, atque à Bergomatibus ad eam dignitatem aſſumptum, excepit, poſt quem Romulus præfuit, qui ex Etruria, Feſulanoque agro Bergomum veniens conſternatos ibi Chriſtianos, deſtitutoſque Paſtore conſolatus eſt, pluribuſque Gentilibus converſis ad Chriſtum, rem Chriſtianam mirifice adauxit, ſtabilivitque. Inde ex Angelico monitu reverſus Feſulas, ibi nobilem palmam tulit martyrii, ut opportuniori loco ſupra narravimus. Romulum itaque ex iis, quæ ſupra retulimus, tertium Bergomatium Præſulem faciunt, quem rectius potuiſſent illius Eccleſiæ reſtauratorem vocare. Cæterum poſt Romuli profectionem Bergomenſis Eccleſia per ducentos ipſos, & amplius annos, tyrannorum inſectatione vexata, viduata manſit Paſtore, donec illam ſuſtentavit in fide per martyrium effuſo ſanguine, Alexander Thebanæ Tribunus fortiſſimus, qui Maximianam perſecutionem declinans Mediolanum, indeque Bergomum veniens, haud minori fortitudine ſacri Antiſtitis, concionatoriſque in ſumma rerum perturbatione partes complevit, quam antea ſtrenui militis, duciſque bello impleſſet. Igitur cum in eo conatu profudiſſet vitam, & ſanguinem, haud procul à muris Grata, Haſteriaque ſanctæ mulieres illum, ut occaſio, tempuſque tulere, honorifice ſepelierant. Ibi poſtea fidelium pietas templum illuſtrius excitavit, quod multis ſeculis pro Cathedrali ſede Bergomatibus Præſulibus fuit, ipſumque martyrem Alexandrum, ut Principem Tutelarem Divum ſunt venerari. Duo alia templa in honorem ejuſdem martyris excitaſſe Gratam pro certo habetur, unum in loco ſupplicii, ubi columna tum fuerat Platonis ſimulacro ſacra, alterum ubi truncum, dum ad ſepulchrum ferretur à bajulis per vices oneri ſuccedentibus, depoſitum fuerat, à quadrivio ibi crucem formante, de Cruce vocatum. Poſt Alexandri exceſſum Chriſtianam fidem plantatam iteratis conatibus Bergomi excoluerunt inviċtiſſimi martyris Alumni, in quibus eluxit cum Alerda, Grataque filia, ſanctiſque Firmo, Ruſtico ſub Maximiano, & Diocletiano paſſi, Domno, Domnenone, Euſebio, ac Projectitio Archidiacono, Lupus Croatii ducis Bergomi filius, Lupus, inquam, ſed in ea non lupus, ſed fidus cuſtos, qui quam ſemel acceperat, & Chriſtianam fidem retinuit mordicus, & in cæteris ſartam tectam ſervavit. Projectitius autem poſtquam quadraginta clericos in unum corpus coire juſſiſſet, illorumque vitam, atque convictum inſtituiſſet ea Apoſtolica norma, ſubque Archidiaconi munere Bergomenſem per plures annos rexiſſet Eccleſiam, coronatus & ipſe martyrio exceſſit è vivis, ſepultuſque eſt in Eccleſia, ubi S. Alexandrum martyrem ejus magiſtrum condiderant anno 308. 13. Kalend. Septembris. Ex eo 52. annos ſine Duce Chriſtiana res Bergomi fluctuavit, cumque jam deſævientibus Arrianis ad fœdum exitium videretur ſpectare, repente ex divino inſtinctu Jacobus quidam ex perſecutore factus defenſor, atque Bergomatis Eccleſiæ Archidiaconus illam ſervavit, ſubiitque ipſe laborum ſuorum ampliſſimum fructum, cum ab Arrianis ſæviſſime trucidatus evolaſſet ad Cœlum anno 384. (1) atque apud S. Alexandrum martyrem tumulum accepiſſet. Nec defuere deinceps fidei Chriſtianæ cultores eximii; ſiquidem iiſdem temporibus Roma Bergomum venit Beata Maxentia nobilis Romana, cum Vigilio, Claudiano, ac Majorano lectiſſimis filiis, qui ſingularis probitatis exemplo Chriſtianam pietatem ſuſtentarunt, adauxeruntque: adeo in utramque partem plus ſemper valuere facta, quam verba. Ab eo tempore Bergomenſis Eccleſia per 264. annos per plures Epiſcopos adminiſtrata fuit, quorum res geſtas, ac nomina invidioſa vetuſtas voravit, octo tamen illorum nudis relictis nominibus. Joannes deinde vir ſanctiſſimus illam adminiſtrandam ſuſcepit, à quo Præſulum ſeries haud interrupta decurrit, quam nos ex fide eruimus ex Bartholomæo Pellegrino, Cœleſtino, aliiſque auctoribus, atque antiquiſſimis monumentis. Hæc autem Bergomenſis Eccleſia à multo tempore duas habuit Cathedrales clericorum collegiis numeroſas, quam præcipuam S. Alexandro martyri dedicaverant. Hanc ſolam Cathedralem fuiſſe ad B. Adalberti Epiſcopi uſque tempora ſatis conſtat, quam Grimoaldus Longobardorum Rex, Carolus Magnus, aliique plures Cæſares, & Reges privilegiis condecorarunt; alteram Levitæ S. Vincentio in medio civitatis exſtructam olim S. Agneti martyri ſacram, pro civium commodo ab Adelberto anno 896. Canonicorum collegio nobilitatam, pro Cathedrali habitam; ab ipſo namque tempore Bergomum binas habuit Cathedrales. Sed poſt multa ſecula S. Alexandri Cathedralis cum in eminentiori loco domicilii muros ſuperbius extuliſſet, & videretur Venetis Dominis nova, firmioraque Bergomo munimenta quærentibus obicem objectura, ab

iiſdem

(1) B. Jacobus trucidatus dicitur ab Ughello an. 354. Equidem neſcio, quibus fundamentis ejuſmodi Chronologia nitatur, qua poſt Juliani Apoſtatæ necem, tantum audaciæ fuiſſe Arrianis in Italia creditur, & ſub piiſſimis Impp. Valentiniano, Gratiano, Theodoſio ejuſmodi facinus credantur in Eccleſia perpetraſſe. Si tale quid ſub Conſtantio diceretur actum circa tempus Mediolanenſis Conciliabuli, & an. 356 multo vero ſimilius id appareret. Potuit tamen, cum impius Conſtantius Eccleſiis paſſim omnibus Arrianos Epiſcopos curarit præficiendos, Arrianorum factio, dum aliquot illi, adhuc valida fuiſſe, etiam multis poſt ejus exceſſum annis; & quem Bergomatibus ipſe impoſuerat, ad an. 380. aut etiam 385. vitam protogaſſe. Sic anno 374. mortuo Mediolani Auxentio, tumultuatum fuiſſe ſcimus circa electionem ſucceſſoris, ſatagentibus Arrianis, ut aliquis ſuæ partis eligeretur. *Collectores Actorum SS. Maii, tom. 1. pag. 473.*

iiſdem demolita eſt anno 1561. juſſuſque Clerus eſt cum S. martyris Alexandri reliquiis in S. Vincentii Baſilicam demigrare, unumque corpus efficere clericale, utriuſque tamen cleri impermixto cenſu manente. Clericale corpus 44. Canonicis coaluit, ex quibus ſunt, qui hujuſmodi dignitatibus fulgent, ac nobilitantur, Archidiaconatu ſcilicet, Præpoſitura, Archipresbyteratu gemino, Primiceratu, duplici præbenda, Pœnitentiali, ac Theologali. Diſtinguuntur tamen inter ſe S. Alexandri, ac D. Vincentii Canonici, tametſi unum efficiant Capitulum. Archidiaconus ſecundus ab Antiſtite, & Archipresbyter Collegio S. Vincentii adſcripti ſunt, Præpoſitus vero Collegio S. Alexandri; præbendæ tripartito in præsbyterales, diaconales, & ſubdiaconales dividuntur. Quibus aggregari poſſunt duo choriſtæ cenſores, duodecim Capellani, cuſtodes ſex, duoque ſacriſtæ cum cætero promiſcuo clero, & clerici triginta ſeminarii Alumni, à quibus Divina res cum decore agitur in Cathedrali. Templum ex antiqua architectura ſqualet potius, quam hujus ſeculi ſapiat venuſtatem; dives tamen eſt nobili ſupellectili, inſtrumentoque Eccleſiaſtico ad divinum cultum promovendum, imprimiſque his ſanctorum nobilitatur reliquiis, ſcilicet S. Alexandri principis protectoris, SS. Narnii, Viatoris, atque Joannis Epiſcoporum; Inſuper Projectitii, Jacobi, ac S. Heſteriæ martyris, cum lipſanis, ut ferunt, SS. Firmi, ac Ruſtici Bergomatium civium, Proculique Epiſcopi, & confeſſoris Veronenſis, qui ſub majori Altari requieſcunt. In hac civitate etiam ſpectantur tres aliæ Eccleſiæ, tametſi non collegiatæ, inſignes tamen, quarum altera Deiparæ Virgini dedicata eſt, ac quatuordecim Parochiales cum Collegiis clericorum, Seminario, Academiaque, ut vocant, Miſericordiæ; numeranturque duodecim monaſteria Religioſorum, novemque Monialium, præter Cœnobium Converſarum mulierum, duoque altera collegia fœminarum mendicantium, locuſque ad alendos orphanos, cui de ſuccurſu fecere cognomen, ut interim omittamus alia quamplura pia loca, Xenodochia, Montem pietatis, pluresque Confraternitates laicorum. Noxorum etiam conſortium ibi eſt, alterumque, quod vocant, Pietatis; illud ad carcere detentos refovendos inſtitutum eſt, ut perplexis diſſolutis nominibus vinculis eximantur; in hoc vero ſuſcipiuntur indotatæ puellæ, ut ex piorum liberalitate dote accepta per honeſtum connubium è cæno libidinis retrahantur. Nobili, amplaque diœceſi Epiſcopus Bergomenſis potitur; protenditur enim in longitudinem 60. millia paſſuum, in latitudinem vero 30. Caſtellis, populiſque frequens, fertilis autem adeo in planitie, ut omne, quod victui humano conducit, affatim ibi natura protuliſſe videatur. A Meridie, & Occidente Mediolanenſem attingit, ab Oriente agro Brixienſi finitima eſt, qua in Septentrionem vergit ad Vallem Tellinam pertinet, in qua Catholici, ac hæretici promiſcue vivunt, ſed ſic quod hæretici in ea ſummam auctoritatem tenent, catholici ab his magnopere premuntur. Illud admirandum, & ſingulari Dei beneficio acceptum referendum eſt, quod cum fœda hæc peſtis tam propinqua ſit, uſuſq; & commercia Rhætis cum Bergomatibus intercedat, numquam tamen civitas ipſa, aut diœceſis illa morbi hujus contagione infecta eſt. Diœceſis ferme totius tres partes montes occupant, quartam planities amplectitur. Qui montes incolunt, pecori ſtudent, majorque pars eorum victus in lacte, caſeo, & caſtaneis conſiſtit; mira tamen ibi hominum frequentia: ferri item excavatione, & lanificio nonnulli ſe, uxores, & liberos alunt. His rebus adducti incolæ plurimi, relictis patriis laribus longinquas regiones petunt, Induſtriaque, labore, ac frugalitate non ſibi ipſis tantum, ſed etiam ſuis omnibus victum, & commoda parant. Finis autem juriſdictionis ſpiritualis per Vicarios Foraneos viginti duos præſcribitur. Numerantur ibi ducentæ, ſexaginta Baptiſmales Eccleſiæ cum ſuis animarum curis. Alit tum civitas, tum diœceſis adducenta millia mortalium. Hunc Epiſcopatum tum Pontifices, tum Imperatores pluribus gratiis, privilegiiſque ornaverunt, ut ſuis locis ex Archivio excerptis narrabimus, ſemperque ſuffraganeus fuit Mediolanenſi Archiepiſcopo. Ab Apoſtolica Camera 700. florenorum taxam tulit, cum ejuſdem cenſus novem millia ſcutatorum exæquet. Gaudet ſaluberrimo cœlo, cum civitas dorſum montis occupet, cujus radices æque diſtantia alluunt flumina. Tum publica, tum privata ædificia elegantiſſimæ formæ ſunt, ut incolæ etiam eximii, ac perſpicacis ingenii, niſi una tarditas linguæ obſtaret. Semper protulit viros egregie literatos, armiſque præclaros, ut Bartholomæus Coleonus Dux inclytus, Ambroſiuſque Calepinus variè litteratorum facile princeps, qui cæteris involutis ſilentio poſſunt eſſe inſtar multorum. De Bergomenſi civitate ſcripſere Moyſes Mutius juſſu Juſtiniani Imperatoris, cujus erat à ſecretis anno ſalutis 707. ſi iis, qui librum emiſerunt in lucem, fides præſtanda eſt, Joannes Chryſoſtomus Zanchus, Joannes Antonius Bonalius de Antiquitatibus, & geſtis Divorum Bergomatium, Pellegrinus in Vinea Bergomenſi, Fr. Cœleſtinus Capuccinus. Marcus vero Antonius Michaelius patritius Venetus erudite ſcripſit de civitate, ac territorio Bergomenſi; quod manuſcriptum monumentum perlegi: illud mihi perhumaniter oſtendit amicus meus, eximius litterarum cultor, Marcus Antonius Foppa nobilis Bergomenſis, civiſque Romanus, germanus frater Joannis Baptiſtæ Archiepiſcopi Beneventani, qui alia Bergomenſi Eccleſiæ monumenta ſuppeditavit, unde uberem materiam præbuit in noſtro conficiendo Catalogo. De Bergomatium moribus, ac indole Julii Scaligeri extat eruditiſſimum carmen. Ex iis igitur, quos ſupra memoravimus, auctoribus, hanc, quæ ſequitur, Bergomatium Præſulum ſeriem compilavimus,

A D D I T I O.

[,, Conſtat quidem Cœleſtinum, & Zanchum
,, Auctores Patrios, nec non qui ſæculo XV. inſcri-
,, ptiones in palatio Prætorio proſtare voluerunt,
,, deceptos fuiſſe Annii Viterbienſis conficto Beroſo,
,, cujus inani conjectura æram chronologicam urbis
,, certam figere putarunt. Sed cum dies diei eructet
,, verbum, & poſteriora tempora impoſturam An-
,, niani Beroſi detexerint, hinc eſt reliquos hiſtoriæ
,, Bergomenſis Auctores, eliminatis fabulis, in
,, ſententia Franciſci Bellafini ex Plinio l. 3. c. 17.
,, inheſiſſe, & antiquiſſimam urbis fundationem
,, agnoviſſe, licet de Auctore Græcone, an Hetru-
,, ſco non conſtet, ni bene Cluverius antiquæ Italiæ
,, l. 1. c. 26. Unde noſtrum ſit elogium neſcire principia,
,, & omnem ætatem noſtræ urbis mediam eſſe, æter-
,, nitatis æmulam, dum neſcit ortum ſuum, & igno-
,, rat occaſum. Paruit autem Bergomum poſt Græ-
,, cam, & Tuſcam gentem Gallis intra fines Ciſal-
,, pinæ Galliæ, habita uſque ad Cornelium Lentu-
,, lum, & Fulvium Flaccum Coſſ. ante Chriſti Domi-
,, ni ortum 274. quibus primus de Inſubribus trium-
,, phus fuit; inde ſub Romanis ad municipii digni-
,, tatem evecta permiſſa eſt ſuis legibus vivere, &
,, propriis Decurionibus regi. Ruente Romana liber-
,, tate in Cæſarum ditionem venit, & Probi Impe-
,, ratoris reſcripto æræ Chriſtianæ anno 280. Cro-
,, tacio Bergomenſi viro illuſtri ſub ducali dignitate
,, conceſſa Venetæ Provinciæ, & uſque ad Pan-
,, nonios fines metropolis fuit. Succeſſit Crotacio in
,, Urbis regimine Lupus ob Chriſtianam religionem
,, Divus habitus, eique Sanctiſſima filia Grata, &
,, poſt eam ſocia Heſteria, ſive Aſteria virgo, & mar-
,, tyr. Vices Romani Imperii paſſa uſque ad ſenio-
,, rem Theodoſium in regnorum divortio Honorio
,, ceſſit, & in Occidentalium Cæſarum regimine uſ-
,, que ad Auguſtulum fuit. Inde Attilæ & Hunnorum
,, direptionibus, Vvandalorum, & Alanorum rapi-
,, nis agitata Theodoricum Oſtrogotorum Regem ha-
,, buit, donec expirante Gotorum regno Juſtiniani

legiſ-

A
,, legiſlatoris armis, Narſetis dolo turbata pace Al-
,, boini, & Longobardorum in jus venit. Proprios
,, aliquot Duces Longobardæ gentis habuit, quouſ-
,, que extincto per Carolum Magnum Deſiderio, ite-
,, rum in Occidentali Galloromano Imperio fuit, &
,, ſubinde Berengariis, Othonibus, Henricis, re-
,, liquiſque Theutonicis Imperatoribus paruit admi-
,, niſtrantibus plerumque Vicario Imperii nomine ti-
,, tulo comitatus, & jure cudendæ monetæ Bergo-
,, menſibus Epiſcopis urbis regimen. Sæculo XIII.
,, reparatæ ſalutis ſub Pontificatu Innocentii IV. in
,, ditione Pontificia numerabatur, donec jure feu-
,, dali Turrianis Mediolanenſibus conceſſa, inde
,, Vicecomitibus, tandem uti portum tranquilli-
,, tatis ſuæ an. 1328. Sereniſ. Venetæ Reipu-
,, blicæ pacatiſſimum ſubiit, perpetuumque de-
,, ſiderat dominatum. Nunc Cathedralis Capi-
,, tulum ex utroque collegio in unicum coaluit ſub
,, ſola antiqua nuncupatione S. Alexandri, id cu-
,, rante, compoſitis jamdiù diſſidentibus Capitula-
,, rium animis, Daniele Juſtiniano Epiſcopo, qui
B
,, Eccleſiam item S. Vincentii ſub ſolo originario ti-
,, tulo S. Alexandri conſecravit, ejuſque navem, &
,, inſignem fabricam poſito 23. Junii 1689. primo
,, lapide, ope, conſilio, pecunia promovit, obten-
,, ta ſuper hac omnium diſcordiarum extinctione,
,, unione, & intitulatione Apoſtolica confirmatione
,, Innocentii XI. dat. 2. Junii 1688. Capitulum ita-
,, que tres habet dignitates, Archidiaconatum, Præ-
,, poſituratum, & Archipresbyteratum, cui cura
,, animarum juriſdictionalis civitatis, & diœceſis
,, cum univerſo jure incumbit, tum ex ſtatuto capi-
,, tulari antiquiſſimo, tum ex obſervantia, & ſyno-
,, dali declaratione 1564. 18. Februarii in prima
,, evulgatione ſacri Concilii Tridentini. Poſt digni-
,, tates præeſt functionibus choralibus Primicerius
,, ad tale officium ad libitum Capituli deputatus cum
,, alio Canonico coadjutore, qui ambo de mandato
,, Archidiaconi invigilant diſciplinæ, eumq; tanquã
,, patrem ſuſpicere ex ſtatuto tenentur. Adeſt etiã Cu-
C
,, ſtos, & Cimiliarcha, quo vocabulo antiqua Capituli
,, inſtrumenta ſæpius utuntur ad ſignificandos Cano-
,, nicos Archivo præfectos. Interſunt Choro Cano-
,, nici cum uſu Cappæ Violaceæ, quibus adduntur
,, duo Choriſtæ, ſacellarii undecim capellarum titu-
,, lati, & alii octo amovibiles præter quamplures
,, ſacerdotes ad onera miſſarum inſtitutos ſine reſi-
,, dentia, & ſeminarium 90. & amplius Clericorum.
,, Parochiæ in urbe 13. ſunt; in diœceſi verò 276.
,, quas inter multæ olim Collegiis Canonicorum inſi-
,, gnes, nempe in Monte Miſma, in oppido Cluſo-
,, ni, Nimbri, Leminis, Terni, Telgati, Caleppii,
,, Ghiſalbæ, quæ temporum injuria amiſſis Cano-
,, nicatibus ad ſtatum ſimplicium beneficiorum ex
,, abuſu, vel redditum tenuitate redactis, vix in
,, Parochis, & Rectoribus retinent nomina Archi-
,, presbyteri, vel Præpoſiti, priſcæ dignitatis um-
,, bram, vel ſonum. Sunt in urbe Hoſpitale S. Mar-
,, ci, & conſortium Miſericordiæ cum regimine Ec-
,, cleſiæ S. Mariæ Majoris, pauperum alimoniis,
D
,, aliiſque pietatis operibus pingui cenſu inſtituto-
,, rum, ipſa Eccleſia S. Mariæ Majoris picturis,
,, ſtructura, & ſacræ ſupellectilis amplitudine con-
,, ſpicua. Cœnobia Caſinenſium in Diœceſi duo, Val-
,, lumbroſanorum prope civitatem unum, Latera-
,, nenſium pariter unum, Franciſcanorum Conven-
,, tualium in Civitate unum, obſervantium duo, in
,, ſuburbiis, in Diœceſi octo, Carmelitarum in Civi-
,, tate unum, in Diœceſi tria, Servitarum in ſubur-
,, biis unum, in Diœceſi unum, Theatinorum unum
,, in Civitate, Minimorum unum in ſuburbiis, Capuc-
,, cinorum in ſuburbiis unum, in Diœceſi ſex, Augu-
,, ſtinianorum in Civitate unum, in Diœceſi tria,
,, Somaſchorum unum in ſuburbiis, & Franciſcano-
,, rum tertii Ordinis prope civitatem unum. Colle-
,, gia Fœminarum voluntaria collegialitate viven-
,, tium in Civitate, & ſuburbiis ſex, Aſceteria Mo-
,, nialium in urbe, & ſuburbiis decem, in Diœceſi ve-
,, ro ſex, ex quibus tria ſubduntur Regularibus, ce-

A
,, liqua omnia Epiſcopalis juris ſunt. Sunt præte-
,, rea Montes Frumentarius, & Pietatis, ſive Pi-
,, gnorum, aliuſque locus Pietas appellatus à ſtre-
,, nuo exercituum duce Bartholomæo Colleono inſti-
,, tutus ad puellas inopes dotandas, necnon Domus
,, Mendicantium, & puellarum periclitantium, &
,, pro Orphanis duæ pro maribus, & pro fœminis,
,, pro ſtultis alia, & pro mulieribus pœnitentibus
,, propria, quam dicunt Convertitarum. Diœceſis
,, tota dividitur in 33. Vicarias, quibus ſubduntur
,, omnes Parochiæ; & numerus incolarum Civitatis,
,, & ſuburbiorum aſcendit ad 25000. Diœceſis verò
,, ad 150000.
,, Inſignia, ſive ſtemma, & ſigillus Bergomenſis
,, Capituli eſt imago Equeſtris divi Tutelaris Ale-
,, xandri cum Vexillo liliato. Curia Epiſcopalis pro-
,, prium non habet ſtemma, ſed utitur gentilitiis E-
,, piſcoporum. Hi comitatus titulo gaudent, & una
,, cum familia Jovanella Patritia Veneta Prætorem
,, eligit pro Oppido Morengho, & Carpineto ad jus
B
,, dicendum tam in cauſis ſanguinis, quam civilibus.
,, Guerrinus.]

1 S. NARNUS, Bergomas, hujus Eccleſiæ primus Epiſcopus, cum jam eſſet provectæ ætatis à S. Barnaba Apoſtolo ordinatus fuit. Adeo autem in ſenectute gliſcente virilis animi fuit, ut indefeſſa prædicatione plures ad Chriſti fidem converterit, primuſque fuit, qui in honorem S. Petri Apoſtoli Templum in Colle ſubſtruxerit, ſibique creditam Eccleſiam ſtabilierit. Compoſtellam uſque peregrinatus eſt, ut S. Jacobi Apoſtoli ſacras reliquias veneraretur; reverſuſque Bergomum, poſt multos exantlatos labores vigeſimo anno ſuæ adminiſtrationis evolavit ad ſuperos die 27. menſis Auguſti anno ſalutis 75. juxta veriorem temporis calculum, ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Petri ab eo conſtructa, deinde translatus ad Cathedralem S. Alexandri, qua demolita, in Cathedralem S. Vincentii ſolemni pompa translatus fuit. Illiuſque meminit Martyrol. Rom. hac ipſa die, Petrus Galeſinus, ejuſdemque vitam ſcripſerunt Guarnerius, Cœleſtinus, & alii. I.
C
[,, Hic eſſet inter Epiſcopos noſtros primus locus
,, Divo Barnabæ Apoſtolo; verum quia omnes ferè
,, Metropolitici Mediolanenſis throni Eccleſiæ ab eo-
,, dem Antiſtitem recepiſſe prædicant, & conſtantiſ-
,, ſima traditione Auctores noſtri, & Mediolanenſes,
,, Brixienſes, Mantuani, Cremonenſes, Lauden-
,, ſes, Novarienſes, Vercellenſes, Taurinenſes,
,, Placentini, Januenſes, Conſtantienſes, Albenſes,
,, Abintimilienſes, Albingaunenſes, Auguſtæ Præ-
,, toriæ, Parmenſes, & alii fatentur, peragrata
,, omni Inſubria, ſemen Evangelii ibi effudiſſe, &
,, epiſcopos creaſſe, æquum non videtur, communem
,, Parentem ſingulari jure uſurpare, ſed potius Me-
,, tropolitanæ noſtræ Mediolanenſis, in qua prin-
,, cipaliter ſedit, primum Patrem ſuſpicere, ex qua
,, Bergomenſem, aliaſque Diœceſes Mediolani ſuf-
,, fraganeas inviſit, & Epiſcopales fecit. De ad-
,, ventu in Italiam S. Barnabæ moverunt invere-
D
,, cundam litem Acatholici Alixius in Hiſtoria
,, Pedemontis Eccleſiarum, Guilielmus Cave de
,, Scriptoribus, verbo S. Barnabas, nec defuit in-
,, ter Catholicos Spelta Hiſtoriæ Papienſis folio 29.
,, nixi argumento negativo, nimium inani, ex eo
,, quod in Actis Apoſtolorum, & primi Sæculi Chro-
,, niſtis, non habeatur de hoc acceſſu diſtincta men-
,, tio. Nubeculam hanc diſſipat Sacræ Hiſtoriæ fax
,, prima Baronius anno Domini 51. his verbis: S.
,, Barnabam in Italiam veniſſe, in Liguria præ-
,, dicaſſe, nobiliſſimam Mediolanenſem Eccle-
,, ſiam erexiſſe, longè, lateque Chriſti fidem propa-
,, gaſſe, firmæ traditionis, ejuſdemque Eccleſiæ
,, monumenta, complurium ſcriptorum teſtimoniis
,, confirmata, fidem certam, atque indubitatam fa-
,, ciunt. Accedunt innumeri ſcriptores omnium præ-
,, dictarum, & aliarum Civitatum, cum Ughello no-
,, ſtro ſuprà de Archiepiſcopis Mediolanenſibus nu.
,, 10. quibus ſi opponatur, eos natos poſt mille an-

„ nos à S. Apoſtoli morte, nemo inficias ire poteſt, ſaltem fuiſſe, & eſſe teſtes inconcuſſos perpetuæ traditionis, ut doctiſſimo, & egregio labore, eruderatis Tabulariis Eccleſiarum, evincit P. Euſtachius à S. Ubaldo Auguſtinianus Excalceatus in Cedro digniſſimo opere, cui titulus: De Metropoli Mediolanenſi Diſſertatio, ſectione prima. Addatur exegeſis accurata P. Menardi Monachi S. Mauri ad Epiſtolam Catholicam Barnabæ tomo Bibliothecæ Patrum noviſſimæ folio 16. ubi ex lucubrationibus P. P. Turriani, & Sirmundi ſententiam ſuam profert de ipſa Epiſtola non Canonica, ſed in Concilio Romano S. Gelaſii non rejecta, & à pluribus ex antiquis Patribus allegata, firmatque fundationem Eccleſiæ Mediolanenſis, cum multis aliis Epiſcopatibus. Suum afferat pondus vetuſtiſſimum opuſculum S. Hippolyti Martyris de 72. Diſcipulis, ubi de adventu Barnabæ Mediolanum, allegatum à Cardinali Baronio in Notis ad Martyrologium die 11. Junii, dum conſtat S. Hippolytum martyrio coronatum ſub Alexandro Severo anno Chriſtianæ Epochæ 229. ex Ricciolio in Chronologia reformata, & ex Labbeo. Adſtipulantur vetuſtiſſima monumenta, & orienti Chriſtianitati fere ſynchrona S. Clementis Papæ, & Martyris cap. 1. lib. 1. recognitionum folio 387. tomo 2. Bibliothecæ noviſſimæ Patrum, & alia ejuſdem Clementis Epiſtola, & S. Dorothei in Synopſi, ibidem folio 427. tomo 3. & licet admittamus ea venerandæ vetuſtatis volumina ab Hæreticis aliquando depravata, ſumma diligentia Eminentiſſimi Bellarmini, & Magiſtri ſacri Palatii factum eſt, ut lacunæ, & loca corrupta appareant, quibus Novatores erroribus ſuis favebant, nec ulla ſuſpicio remanſit traditis à Clemente, vel Dorotheo de adventu Barnabæ in Italiam, ut videre eſt apud citatum P. Euſtachium à S. Ubaldo n. 29. & in noviſſima Bibliotheca Patrum tomo 2. & 3. His perpenſis, eruditiſſimus Actorum Sanctorum continuator P. Daniel Papebrochius, licet rem in medio relinquat, utpotè non teſtatam à ſcriptoribus ſynchronis omni exceptione majoribus, & die 11. Junii ſuſpendat judicium remiſſivè ad diem 23. Novembris, & 27. Auguſti, & 14. Septembris, vim tamen agnoſcit incluctabilis perpetuæ traditionis, cui refragari non audet, ut ibi die 11. Iunii fol. 32. tomi 2. Iunii. Mihi tandem pro minimo eſt, ut ab Auctoribus privato calculo ſcribentibus judicemur, aut ab humano die, dum S. Romanæ Eccleſiæ omnium matris, & magiſtræ ſtat oraculum in Romano Martyrologio die 25. Septembris, & 27. Auguſti de Divo Narno Epiſcopo noſtro, & Decretum habemus approbationis Officii, & lectionum propriarum S. Narni Epiſcopi primi, de ejuſdem ordinatione facta Bergomi per Divum Barnabam à ſanctæ memoriæ Sixto Papa V. 14. Kalend. Iulii 1587. reviſi, & renovati à S. Congregatione Rituum 23. Auguſti 1614. referente, & ſubſcribente claræ memoriæ Cardinali Roberto Bellarmino. Guerrinus.)

II. 2 S. VIATOREM ſecundum Epiſcopum, ac civem Brixienſem, ſanctique Narni alumnum poſt magiſtri obitum, Bergomenſes fideles hujus Eccleſiæ elegerunt Epiſcopum. Utramque Eccleſiam generoſe rexit, atque in fide Chriſti confirmavit paucos illos fideles, quos tyrannorum rabies reliquos fecerat. Deceſſit anno ſalutis 88. die 14. Decemb. Anno vero 908. ab Adalberto translatus fuit in Cathedralem S. Alexandri, indeque ad Eccleſiam S. Vincentii deportatus fuit. De eo Martyrol. Rom. Galeſinus, & alii. Guarnerius ejuſdem vitam enarravit, itemque Cœleſtinus, qui inopia fortaſſe laborans, illam piis potius refert commentationibus, quam iis rebus, quæ illius res præclare geſtas prodere poſſe videntur.

III. 3 Poſt S. Viatorem, ut ſupra diximus, S. ROMULUS Epiſcopus Feſulanus, Bergomenſem Eccleſiam aliquandiu regendam ſuſcepit, quamobrem à multis in Præſulibus Bergomatibus tertio loco numeratur. Cæterum tertium Bergomenſem Epiſcopum alium fuiſſe à S. Romulo diverſum habetur ex ſermone Ramperti Epiſcopi Brixienſis apud Surium, quem habuit anno 838. in translatione S. Philaſtrii Epiſcopi Brixienſis; affirmat enim ex Epitaphio, quod temporibus ſuis extabat, exſcripto à quarto Bergomenſi Epiſcopo ſuo prædeceſſore, illum ordinatum fuiſſe Diaconum à S. Philaſtrio, Epiſcopum vero à S. Ambroſio Mediolanenſi: hæc ſunt verba: *Quartus Bergomenſis Epiſcopus, in epitaphio tertii Epiſcopi hoc eſt prædeceſſoris, ut fallor, meminiſſe ſtuduit, quod Ambroſius ipſum Epiſcopum, Philaſtrius conſecraverit Diaconum*. Epitaphium hocce non invenitur, nec ad poſteros ejus pervenit memoria. Sat erit Anonymos Epiſcopos iſtos Bergomenſes recenſuiſſe, qui eam adminiſtrarunt Eccleſiam poſt annum 375. hoc eſt poſt Arrianam ab hac urbe profligatam luem, pro qua jugulanda Jacobus Bergomenſis Diaconus, aliique ſanctiſſimi viri palmam ſumpſerunt martyrii; & quidem de Jacobo hæc ad ejus tumulum olim in D. Alexandri æde proloquebatur epitaphium.

Hic requieſcit B. M. Jacobus Clericus, & Diaconus Bergomen. qui Chriſtum prædicans pro dura impiæ hæreſis caſtigatione ab Ariana turba fuſtibus percuſſus, e pulpito ejectus martyr efficitur 4. Non. Maji anno ſalutis humanæ CCC. L. XXX. & Diaconatus ſui anno XX. & impii Valentis Catholicorum perſecutoris XIII. (1) & in ſacra Cathedrali D. Alexandri æde conditus eſt.

IV. [„ *N. . . . quem Rampertus ſupra laudatus* „ *Epitaphium ſui prædeceſſoris poſuiſſe teſtatur.*]

V. 4 DOMINATOR poſt tot ſecula adlectus Epiſcopus eſt, quod ex veteri temporis conjectura contigiſſe oportuit circa annum 400.

VI. 5 STEPHANI, qui inter Bergomenſes Præſules memoratur, nulla alia memoria extat, quam quod in antiqua Cathedrali S. Alexandri poſt Dominatorem reperitur depictus.

VII. 6 PROJECTITIUS (2) Epiſcopus Bergomenſis, interfuit ſynodo Mediolanenſi celebratæ ab Euſebio Archiepiſcopo cum ſuis ſuffraganeis anno 451. contra Eutychetem.

VIII. 7 CLAUDIANUS, cujus nuda ad poſteros pervenit memoria.

IX. 8 LAURENTIUS ejuſdem ſedis Antiſtes, ſynodo interfuit ſub Symmacho Papa Romæ agitatæ anno 503. anno 504. *a* Fortaſſe ſuperſtite Laurentio anno 515. ad cœlum evolavit S. Amandus Giſalbæ Comes, de quo hæc in marmore leguntur in ſacrario Giſalbæ Eccleſiæ hujus diœceſis.

a Error. Vide Hard. in Concil.

Anno à Nativitate Domini currente DXV. VI. Aprilis S. Amandus Martyr debitum ſolvit humanæ vitæ. Hic Comes Giſalbæ fuit, ædificari fecit Eccl. S. Laurentii, quam ampliſſimis poſſeſſionibus ditavit: & jacet in Eccleſia S. Mariæ in medio duorum altarium. In antiquis regeſtis SS. Romanorum Pontificum reperitur, quod in dicta Eccleſia S. Laurentii ſunt octo millia anni, & totidem quadragenæ, omni die Dominico de indulgentia, per totum anni curriculum. In eadem Eccl. jacent corpora SS. Levitarum, & Martyrum Lucii, & Leontii, atque

(1) Annus hic Valentis Imperatoris in Epitaphio poſitus melius in Lectionibus hujus Sancti omittitur, quod is biennio ante fuerit in pugna contra Gothos interemptus. Collectores Actorum SS. Maji tom. 1. p. 472. n. 3.

(2) Erratum hic ab Ughello in nomine Projectitii, cum alter fuerit S. Projectitius Archidiaconus, & Martyr noſter, & Capituli noſtri fundator initio ſeculi tertii ſub crudeli carnificina Chriſtianorum Herculei Maximiani, de quo lectiones approbatæ à S. Congregatione leguntur in officio proprio 26. Auguſti. Ponendus itaque venit hoc ſeptimo loco Præſtantius memoriæ præſtantiſſimæ Antiſtes noſter, quippe cujus nomine refulgeat in Actis Conciliaribus vetuſtas Sedis Bergomenſis. Hujus Provincialis Concilii ab Euſebio Archipræſule Mediolanenſi convocati, mandante SS. Leone I. Pontifice, habetur hiſtoria penes Labbeum tomo 3. Concil. fol. 1486. ſub anno Domini 451. & apud Baronium eodem anno à n. 37. & Epiſtola Synodica inter Epiſtolas ejuſdem ſanctiſſimi Pontificis legitur eodem tomo Labbei fol. 1114 quam tanquam Epiſcopus inter Provinciales junior Præſtantius, & juxta aliam editionem Præſtius Eccleſiæ Bergomenſis Epiſcopus ſubſcripſit, ibi f. 1136. Guerrinus.

que Luciani Epiſcopi: & omni die per totum anni curriculum ſunt centum anni, & totidem quadragenæ de indulgentia. In Eccleſia vero B. Vincentii ſunt omni die Veneris per totum anni curriculum octingenti anni, & totidem quadragenæ de indulgentia. Item in eadem Eccleſia jacet corpus S. Viridariæ Virginis, & omni die per totum annum ſunt octo anni, & totidem quadragenæ de indulgentia.

A Amandi feſtum celebratur 6. Februarii die; ejus translationis officium habetur de Martyre, de quo Achilles Mutius.

Giſalbæ fuerat Præfectus Amandius olim
Illuſtri caſtri, vir pietate gravis.
Sæpius hectoreis tutatum viribus urbem
In ſuperos cives quem retulere pii.

Præpoſitus Eccleſiæ S. Laurentii Giſalbæ Comes eſt, & temporalem, ſpiritualemque juriſdictionem eo in Oppido exercet, habetque uſum mitræ pro dignitate, à ſummis Pontificibus ſpeciali B privilegio conceſſum. (1)

X. 9 JOANNEM Epiſcopum Bergomenſem hujus nominis primum, à cæteris ſcriptoribus ignoratum, reperit Cœleſtinus ex antiquo quodam epitaphio, quod olim in antiqua cathedrali S. Alexandri legebatur. Indeque eruit obiiſſe illum martyrio coronatum anno 556. diè 20. menſis Novembris; eundemque haud inſulſis rationibus diverſum facit à ſecundo Joanne item martyrio nobilitato, qui vixit anno 640. Cæterum fallitur Cœleſtinus, cum B. & M. poſitas in epitaphio interpretandas cenſuit, Beatus Martyr, cum apud peritos antiquarum inſcriptionum illæ duæ literæ, B. & M. aliud non ſonent, quam vel bonæ, vel beatæ memoriæ. Ex cæteris autem epitaphii verbis, ut Requieſcit in pace, ut Depoſitus, nihil aliud poſſumus intelligere, quam in ſenectute bona illum requieviſſe. Non caret autem ſua laude Cœleſtinus, qui ab aliis præteritum, novum repererit Bergomenſem Epiſcopum. Vixit autem hic Joannes, ut ex illa littera I. C erui poſſe videtur 1. ann. ac menſ. 12.

HIC REQUIESCIT IN PACE
B. M. JOANNES EPISC.
QUI VIXIT ANN. I. M. XII.
XII. KAL. DECEMB. IND. IV.
IMPER. JUSTINIANO.

XI. 10 SIMPLICIANUS.

XII. 11 BABIANUS.

XIII. 12 QUINCTIANUS S. Joannis martyris anteceſſor.

XIV. 13 S. JOANNES, civis, atque Epiſcopus Bergomenſis hujus nominis II. Quinctiano ſucceſſit circa annum Domini 640. juxta veriorem temporis calculum. Interfuit ſub Agathone Pontifice Romano Concilio anno 680. Hic nolens, reluctanſque pervenit ad Cathedram, utpote qui unam animi moderationem ſemper ex animo coluiſſet. Cæterum ſemel à populo, Cleroque declaratus Epiſcopus Canonicorum, qui tunc omnes pari utebantur D veſtitu, unaque in Canonica convivebant, numerum auxit, proventuſque Eccleſiæ non modicum ampliavit. Contra Arrianam peſtem ſtrenue decertavit, in ipſoque conatu nobilem tulit palmam martyrii. Siquidem cum Cuniperto Regi Longobardorum, Ducique Grimaldo, quem ab Arriana ſecta traduxit ad Chriſtum, unice charus eſſet, ab iiſdemque in favorem ſuæ Eccleſiæ quamplura privilegia retuliſſet, demum cum Cuniperto contra Alachium Ducem Tridentinum Arrianæ ſectæ ſequacem profectus ad bellum, ab improſpero fortunæ eventu irreparabili cum Rege detrimento accepto, haud longe à Bergomo poſt exquiſita tormenta, carceriſque ſqualorem ob Catholicam fidem à ſuperbo, impioque victore cæſus eſt in ipſo

A divi Alexandri templo, ibique tumulatus. De eo ſcribit Paulus Diaconus de geſtis Longobardorum lib. 6. c. 3. Martyrolog. Rom. Platina, Sabellicus, Sigonius, Galeſinus, Pellegrinus, Guarnerius, Cœleſtinus, & alii. Quibus omnibus haud una ſententia eſt de tempore cædis hujus ſancti, quam alii volunt incidiſſe in annum 683. alii 691. alii in annum 692. mihi ſanè Cœleſtini conjectura arridet.

[„ *Multum lucis afferunt faſtis S. Johannis Epiſcopi & Martyris clariſſimi nominis, quæ ſcripſit Baronius ex Paulo Diacono, & Sigonio de Regno Italiæ, & Platina in Iohanne Papa Quinto, ſub anno 663. n. 8. & 659. n. 6. & latiùs ſub anno 680. n. 3. & acta Sanctorum Bollandi tomo 1. die 10. Januarii folio 622. ubi de S. Johanne Camillo Bono Mediolanenſi Antiſtite, ex hiſtoria Joſephi Ripamontii, & aliis, quibus addendæ lectiones Breviarii Mediolanenſis pro Clero Romano, ſtatutæ in die S. Iohannis Camilli Boni prædicti, ubi de S. Martyre noſtro præclarum elogium. Sancti ejuſ-* B *dem humilitatem prædicant Acta ſolemnia Concilii Romani ſub Divo Agathone Pontifice, impreſſa penes Labbeum tomo 6. Conciliorum folio 700. contrà Monothelitas, imperante Conſtantino Pagonato, ubi D. Iohannes primo loco poſt Præſulem Mediolanenſem Manſuetum ſubſcripſit hac formula relata cum Epiſtola Agathonis in Actis Concilii Conſtantinopolitani Tertii actione 4.* Johannes indignus Epiſcopus S. Eccleſiæ Bergomatis in hanc ſuggeſtionem, quam pro Apoſtolica noſtra fide unanimiter conſtruximus, ſimiliter ſubſcripſi. *Dignum de tanto Antiſtite teſtimonium legitur in novis Annalibus Illuſtriſſimi Marci Battaglini in notis præfati Concilii, & de ejuſdem miranda apparitione pro cultu ſuarum reliquiarum promovendo infra dicetur ſub anno 1292. regente Eccleſiam Bergomatem Roberto Longo, ut etiam ex Actis Sanctorum P. Danielis Papebrochii tomo 7. Menſis Maji in appendice ad diem 4. dicti Menſis folio 578. & in antiquo Lectionario Cathedralis Bergomen-* C *ſis in ejuſdem Archivio, ex quo exſcripſit Marius Mutius in Sanctorum Bergomenſium hiſtoria. De miraculis ejuſdem Divi Guarnerius Canonicus, nec non ex prædicto Mutio Papebrochius, & de translatione poſt exciſam antiquam Cathedralem S. Alexandri anno 1561 ad aliam Concathedralem S. Vincentii, & nova collocatione 1617. quibus addenda noviſſima translatio ad Aram maximam renovatæ Cathedralis S. Alexandri peracta inſtante Capitulo per Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum Ruzzinum Epiſcopum die 5. Maji 1704. cujus memoriam anniverſario officio colendam conceſſit S. Congregatio Rituum decreto 4. Aprilis 1705.* Guerrinus:)

14 B. ANTONINUS, civis Bergomenſis, ac S. Joannis alumnus, ab eodem presbyter ordinatus, defuncto magiſtro ſucceſſit anno 691. Hunc Cunipertus Rex ob ſingularem ſanctimoniam vitæ adeo magnifecit, ut cum proſpere cum Alachio Tridentino Duce conflixiſſet, in ejus gratiam, Faram D nobile Territorium, ejuſdemq; Jura, quæ Alachius ejus anteceſſori eripuerat, condito ad id ampliſſimo privilegio, reſtituendam curavit. Interfuit autem Antoninus cum pluribus aliis Epiſcopis translationi S. Auguſtini, cum, Rege Luitprando jubente, inferretur Papiam anno 718. ut arbitratur Ado, ſive 721. ut Sigibertus affirmat. Cæterum Antoninus anno 727. Templum in monte ſubſtruxit in honorem S. Vigilii Tridentini Epiſcopi, & martyris, quem olim cum matre & fratribus incoluerat. Bergomenſem Eccleſiam adminiſtravit 67. annos, requievitque in Domino anno 758. ſepultuſque eſt in Cathedrali. XV.

15 AGINUS electus fuit anno 758. perque ſpatium *52. annorum ſibi creditam conſultiſſime rexit XVI.

* Ex Append. 1 4.

S 2 Ec-

(1) De Ghiſalbæ Comitatu, Mitra, & Abbatia nihil certi. Feſtum celebratur die 6. Aprilis S. Amandi, & optimè conveniunt, quæ de illo prudentiſſima conjectura notavit P. Godefridus Henſchenius in Actis SS. dicta die 6 Aprilis tomo 1. Februarii fol. 547. & ſeqq. Præpoſitus Eccleſiæ Ghiſalbæ ſine temporali juriſdictione eſt Plebanus numeroſæ Plebis, & longi temporis ſpatio conſideratus, ut dignitas verè titularis, cui aliquando datus fuit Coadjutor cum futura ſucceſſione ab Apoſtolica Sede, & extant Canonicales Præbendæ Collegiatæ ſaltem habitu ſuperſtites. *Guerrinus.*

Eccleſiam, fatoque functus eſt anno 810. ioque Cathedrali ſepulchrum accepit. Narrant ſupracitati Auctores, hujus Agini temporibus Bergomum Carolum Magnum veniſse, pluraque Templa ſtatuiſse, non pauca demolita iterum excitaſse. (1)



XVII. 16 TACHIPALDUS Caſtiloneus, Mediolanenſis *a*, ad eandem ſedem promotus 811. fato ceſſit anno 837. Hujus temporibus corpora SS. martyrum Firmi, & Ruſtici, cum Proculo Veronenſi Epiſcopo Bergomum delata ſunt, ac ſecus mœnia condita prope flumen Gradellam, ubi conquieverunt uſque ad annum 1156. Quo ipſo tempore fuere reperta. Hujus meminit Antonius Beſſa, Negrinuſque in elogiis familiæ Caſtiloneæ. Sub Tachipaldo vixit S. Albertus fundator Abbatiæ S. Jacobi de Pontita Ordinis S. Benedicti Cluniacenſium, cujus vitam nuper edidit Cœleſtinus in quadripartita hiſtoria Bergomenſi lib. 10. p. 2. In hac Abbatia jacet Tethberta Lotharii Regis Francorum uxor, ſpiritualis filia S. Alberti, de qua legendus Baronius (2)

a Bergomenſis ex Oppido Caſtiglione Vallis Seriane ex Cœleſtino.

17 GRASMUNDUS circa hæc ipſa tempora floruit. (3)

XVIII. 18 HAGANONUS autem, (4) vel Hagano, anno 837. auctor contumelioſæ cujuſdam in Pontificem Nicolaum I. epiſtolæ, ut in ejuſdem Pontificis vita narrat Bibliothecarius, de quo Baronius ad annum 863. Idemque peſſimus ſuaſor Lotharii Lotharingiæ Regis, fratriſque Ludovici II. Imperatoris exiſtimatur, ut Theutpergam legitimam conjugem dimitteret Reginam. Sibi creditam Eccleſiam annos 30. adminiſtravit, deceſſitque circa annum 867. Quem tumularunt in antiqua S. Alexandri Cathedrali cum hoc epitaphio.

✠

Hic jacet corpus Aganonis Epiſcopi Bergomenſis. Qui egit Epiſcopatum annis xxx.
DEO GRATIAS.

XIX. 19 GARIBALDUS Calepius (5) Haganoni defuncto ſucceſſit, cum Bergomas civis eſſet circa annum 867. Multa ille pia legata io remedium animæ ſuæ instituit anno Imperii Ludovici Imp. XX.

A mense Martio Indictione 2. hic fuit annus Chriſti 869. Monomentum extat in Archivio monaſterii S. Ambroſii Mediolani, cui plora donavit, qood in hanc uſque diem multa poſſidet prædia, domoſque per Garimbaldum donata in villa Luzago agri Mediolaoenſis. Hic Carolum III. Imperatorem ſpleodido excepit hoſpitio, cum ipſe voti damnatus, Bergomum proficiſceretur S. Alexandro martyri gratias relaturus. Cujus cathedrali plura donaria dilargitus eſt, Epiſcopoque Garibaldo ampliſſimo gratioſoque diplomate Eccleſiam affirmavit anno 883. Illud hic exſcribendum curavimus, tametſi jam à Cœleſtino relatum, quod in eo plures Garibaldi anteceſſores nominentur.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis;
Karulus divina favente clementia
Imperator Auguſtus.

Omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque fidelium præſentium videlicet & futurorum ſagacitas noverit Garimbaldum ſanctæ Pergamenſis Eccleſiæ B *venerabilem Epiſcopum noſtræ obtuliſſe clementiæ præcepta, atque auctoritates piiſſimorum Auguſtorum, vel Regum, ſeu prædictorum noſtrorum omnium quotquot à tempore divæ memoriæ magni Karoli regnaverunt uſque ad præſens tempus noſtrum. Qui omnes immunitatis ſuæ, ac liberalitatis munimine præfatam Eccleſiam exaltarunt, & corroborarunt. Sed pravitate quorumdam malorum hominum ſuis propriis rebus ſpoliata eſt, ſcilicet de Eccleſia in honorem S. Alexandri dedicata in loco, nuncupato Fara, quæ ut in eiſdem præceptis perſpeximus, juris præfati Epiſcopi fuit à tempore Grimoaldi, Regis Longobardorum, qui eamdem Eccleſiam cum omnibus poſſeſſionibus ſuis ditioni prædicti Epiſcopatus beati Alexandri ſtabilivit. Et merito eo quod quidam ipſius loci Epiſcopus nomine Ioannes à ſchiſmate Ariano eamdem Eccleſiam ad fidem Catbolicam quondam converterit, ideoque Eccleſiæ ſuæ Eccleſiaſticis ſanctionibus jure deberetur. Aliud quoque id ipſum continens præceptum declarabat quomodo Alachis Rex tempore tyrannidis ſuæ* C *eamdem Eccleſiam inde ſubtraxerat, & Cunipertus Rex Antonino Epiſcopo inde jure proprietario, prout ratio dictabat, reſtituerit. Nec non atavi noſtri reliquaque anteceſſorum præcepta hæc eadem maniſeſtiſſime confirmantia continent, quod nos quoque noſtris diebus factum cernentes doluimus, & eidem matri Eccleſiæ reſtituentes ſtabilivimus in perpetuum. Inſuper etiam pro expoliatione & injuria ſæpe dictæ matris Eccleſiæ illata, quæque in ipſa reſtaurare cupientes hactenus contulimus, & ſubjecimus eidem Eccleſiæ epiſcopio jure proprietario habendum, monaſteriolum illud dedicatum in honorem S. Michaelis ſitum Coretho juxta fluvium Ollium cum omnibus ſuis cellulis, & poſſeſſionibus, ut quia nunc à monaſterii habitu alienum eſſe cognoſcitur per Epiſcopum Pergamenſem monachis inibi conſtitutis, & Abbate ordinato in Cœnobii revertatur regulam. Cujus quoque curam in anteriori præcepto à nobis conceſſo*

(1) Diplomata Caroli Magni, quibus & Capitulum, & Epiſcopum Bergomenſis Eccleſiæ inſignivit, injuria temporum perierunt, licet ipſorum veſtigia ſatis conſtent in Privilegiis, quæ extant Originalibus in Tabulario Capituli, & intra ſeſe[illegible] Caroli III. Ludovici, S. Henrici, Conradi, & Federici, & Ænobarbi Cæſarum, in quibuscunque habetur memoria reſcriptorum à pluribus Longobardis regibus, & Ducibus pro ejuſdem Eccleſiæ ante[illegible] la, & tavo e. *Gavrinus*.

(2) Theutperga Franciæ Regina ædificavit Monaſterium S. Ægidii de Fontanella, cujus rudera adhuc viſuntur in Diœceſi Bergomenſi cum adjacenti Pelatio incolatus ipſius Reginæ in Monte [illegible] Monaſterio præfato S. Jacobi de Pontita ad [illegible] plagam, ubi adhuc videre eſt lapideum tumulum, cum ſtatua pendiſſe Reginæ [illegible] extra Portam lateralem ipſius Eccleſiæ S. Ægidii. Quæ vero hic notantur de Familia Caſtilionea Tachipaldi Epiſcopi non conſonant traditis ab Auctoribus Patriis, quibus teſtibus ſuadetur Tachipaldum dictum fuiſſe Caſtilioneum eb Oppido Caſtiliona, vulgo Caſtione Vallis Seriana Bergomenſis, cum maxime cognomina familiarum, & ut Armonum, Scotorum, & ſtemmatum vix ortum primum habuerint ineunte ſæculo undecimo, tempore Belli Sacri, & expeditionis Hyeroſolymitanæ, ita ut agnomina antiquiora, & ſtemmata habeantur pro adulterinis inventis recentiorum ætatum, ut eruditionem probat in Actis SS. Henſchenius die 15. Maji tomo 5. folio 61. & Papebrochius tomo 1. Aprilis in Prolegomenis Propylei antiquarii parte 2. cap. 2. n. 25. & 17. [illegible] & ſequentibus, & iterum Papebrochius in Exegeſi de Mediolanenſibus Epiſcopis folio 69. n. 61. ante tomum 7. Maji; ſi quæ autem antiqua agnomina ante ſæculum duodecimum reperiantur, ea ſunt admittenda, quæ derivantur à loco nativitatis, vel habitationis, vel dominii, vel poſſeſſionis, ut bene Papebrochius ibidem. *Gavrinus*.

(3) [illegible] de quodam Graſmundo aſſerto ſucceſſore aliquis ex patriis Hiſtoricis attamen, & ex illo exſcripſit Ughellus, nullo fulciuntur fundamento, & allatum à patriis Hiſtoricis documentum probat tantum Æraſmundum Epiſcopum titularem obtinuiſſe beneficium S. Andreæ Parochialis Bergomenſis. *Gavrinus*.

(4) Accuſatur Aganan, ſeu Aganonus de ſchiſmate contra Reginam Theutpergam ex Anaſtaſio, etiam à Severino Binio in notis ad Conciliabulum Metenſe apud Labbeum tomo 8. f. 7[illegible]6. col. 2. & à Maymburgo in hiſtoria Conciliorum de Schiſmate Græco traducta per Florianum Campi t. 1. l. 1. fol. 62. Sed non deſunt defenſores, ut Peregrinus in Vinea Bergomenſi p. 2. cap. 85. & 10. Acta Conciliabulorum Aquiſgranenſis, & Metenſis, quæ leguntur ſub anno Domini 860. & 862. tomo 8. Labbei non legitur nomen Agannonis, quin imo patet ex facto in hac Bergomenſi Diœceſi, Theutpergam Reginam multo tempore vixiſſe, ædificia ſacra plura, & publica conſtruxiſſe, & plenam dierum obiiſſe, quo tempore ipſe Aganno per viginti, & ampliùs annos ſedit, unde liquet vel ipſum pœnitentia ductum male cœptam cauſam emendaſſe, vel nunquam incœptam contra illam Reginam. *Gavrinus*.

(5) Familia Calepia inter Bergomenſes vetuſtiſſima nomen habet à Caſtro, & vico Calepio in Cœnomanis, ditionis, & diœceſis Bergomenſis, à bonitate vini ſic dicto, ut patet ex Calepina Paſſerarii. Titulum Comitatus novum habuit, & à Sereniſſima Republica feudum nobile plurium oppidorum intus Vallis Calepinæ [illegible] ſæculo decimoquinto. Garibaldus Epiſcopus ibidem ortus, quo Patre genitus fuerit, ignoratur in tanta antiquitatis caligine. Interfuit celebri Synodo Ravennatenſi ſub Joanne VIII. Pontifice Menſe Auguſti anni 877. & loco quadrageſimo ſeptimo ſub ſignatura Pontificia prædicti affirmavit his verbis; *Garibaldus Bergomen. Epiſcopus ſubſcripſi*. Penes Labbeum tomo 9. Conciliorum fol. 303. *Gavrinus*.

ceſſo diebus vitæ Antprandi fidelis noſtri ſuæ delegationi conceſſimus ſub ſolutione ad prædictam matrem Eccleſiam centarum librarum olei. Poſt cujus obitum, ut in toto eidem matri Eccleſiæ ſit ſubditum, & in perpetuum jure proprietario poſſideatur in præſenti ſtabilimus ad honorem beatiſſimi martyris Chriſti Alexandri, ad cujus limina confugimus: cujuſque interceſſionibus à gravi infirmitate corporis Dominus reſtituit ſanitati. Petiitque præfatus Epiſcopus, ut eorundem auctoritatibus noſtram ſuperadderemus auctoritatem. Cujus devotis precibus libentiſſime aſſenſum præbentes hos apices inſcribi juſſimus: per quos decernimus ut quicquid antiqui Imperatores, & Reges, Imperatrices quoque, & Reginæ Romanorum quoque, & Longobardorum, ſeu Francorum: necnon & reliqui Deum timentes memoratæ ſanctæ Eccleſiæ ſuis præceptis, ac teſtamentis contulerunt, ſtabile, atque inconcuſſum noſtris futuriſque temporibus in ipſius jure, & poteſtate perpetualiter maneat. Et nullus Comes, vel publicæ partis Iudex, & Gaſtaldio, vel alia quælibet perſona in monaſteriis, Xenodochiis, vel Eccleſiis baptiſmalibus, aut Cardinalibus, ſeu oraculis, vel cunctis poſſeſſionibus, quas à tempore ut prædiximus magni Caroli uſque in præſens undecumque infra Regnum Italicum ſæpedicta Pergamenſis Eccleſia habere dignoſcitur, vel quas deinceps inibi divina pietas augmentare voluerit Nemo ſuperioris, aut inferioris reip. Procurator ad cauſas judiciario modo audiendas conventum facere, vel freda exigere, aut manſionaticum, vel paratas exquirere, Palafredos, aut fidejuſſores violenter tollere, Clericos ejuſdem Eccleſiæ in perſonis, vel domibus ſuis lædere, vel homines tam ingenuos libellarios, quamque ſervos in poſſeſſionibus, vel manſionibus ipſius Eccleſiæ commorantes, poteſtative diſtringere. Nec ullas publicas functiones, aut redhibitiones vel illicitas occaſiones, vel cogitaticum, ſeu ſparavarios, vel operas ſicut circa lacum Cornacinum à ſervis ipſius Eccleſiæ hactenus exigebatur, ſive angarias ſuperimponere audeat, vel inferre præſumat. Et quia ipſe Præſul Garibaldus fideliſſimus noſter noſtræ innotuit manſuetudini quod quædam venationes publicæ ex injuſta, & contra omnes leges inventa conſuetudine in quibuſdam comitatibus, vel miniſteriis publicis à noſtris exactoribus annuatim exquirantur. Idcirco modis omnibus præcipimus, & ſub interminatione jubemus, ut nullus ſub regno noſtro conſtitutus, de rebus ſupra taxatæ Eccleſiæ in quibuſcumque comitatibus, vel miniſteriis publicis ullas hujuſcemodi exactiones, aut alias quaslibet annuales donationes exigere, aut modo, & deinceps conſuetudinario more tollere audeat, ſed repulſa, & extincta omni injuſta conſuetudine liceat eidem venerando Præſuli, ſuiſque miniſtris, ac ſucceſſoribus res jam dictæ Eccleſiæ cum univerſis ſibi ſubjectis ſub immunitatis noſtræ, quam ſæpe dictæ Eccleſiæ in 20. libris auri optimi perſolutione habendam ſtabilimus ordine quieto manere, & noſtris fideliter parere obſequiis, atque pro noſtra incolumitate, ſtatuque altiſſimum noſtrum exorare. Omnimodis præcipimus, atque jubemus, ut undecumque à tempore præfati Magni Karoli legalem inveſtituram habere dignoſcitur jam dicta Eccleſia in ullam diminorationem, ſeu diveſtitam quiſlibet facere tentaverit, non ſit neceſſe jam dicto Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus, ſive ejuſdem Eccleſiæ cauſam peragentibus, ullam facere probationem, ſed diligenter per bonæ fidei pagenſes per agentes circumquaque manentes, ſi opus fuerit cum jurejurando ſtudioſiſſime fiat inquiſitio, quatenus rei veritas lucide clareſcat. Quicumque autem hujus noſtri præcepti prævaricator inventus fuerit, & comprobatus immunitatis pœnam, quam eidem Eccleſiæ in 20. libr. auri futuram concedimus, perſolvere ſibimet cogatur. Et ut hæc noſtræ confirmationis, ſeu conceſſionis, atque immunitatis pagina futuris temporibus illibatum obtineat robur, manu propria firmantes, & anulo noſtro ſigillari juſſimus.

Signum domini ſereniſſimi Imperatoris  *Karoli ſereniſſimi Auguſti.*

Vualdo Notarius ad vicem Liutuardi Archicancellarii recognovit.

Dat. 3. Kal. Auguſti anno Incarn. Domini 883. Ind. I. anno vero Imperii domni Karoli in Italia 3. in Francia 2. Actum apud Murgulam curtem Regiam in Dei nomine feliciter. Amen.

Alterum ejuſdem Caroli privilegium eodem die, eidemque Garibaldo conceſſum eſt hujuſmodi.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.
Karolus divina favente clementia
Imperator Auguſtus.

Cum apud internum Judicem calix aquæ frigidæ ipſius amore indigenti collatus à mercede non ſit vacuus, Evangelica tuba teſte, multo majorem de amplioribus hi qui famulantibus in ſancta Eccleſia Deo, neceſſaria miniſtrant, remunerationem proculdubio expectant. Proinde omnibus fidelibus noſtris tam & præſentibus, quam & futuris notum eſſe volumus, quia Garibaldus ſanctæ Pergamenſis Eccleſiæ venerabilis Epiſcopus interventu Luituardi S. Vercellenſis Eccleſiæ Epiſcopi, & dilecti Archicancellarii noſtri, oſtendit clementiæ noſtræ obtutibus quoddam præceptum, in quo continebatur qualiter Grimoaldus Rex quondam Longobardorum Eccleſię ſuę contulerat Baſilicam, quæ dicitur Fara, & nominatur Eccleſia Autareni ab Autari Rege, eo quod quidam ipſius loci Epiſcopus nomine Joannes à ſchiſmate Arriano eamdem Eccleſiam ad fidem Catholicam converterit, ideoque ipſi Eccleſiæ ſuæ eccleſiaſticis ſanctionibus jure deberetur. Aliud quoque id ipſum continens præceptum declarabat, quomodo Alahis Rex tempore tyrannidis ſuæ eandem Eccleſiam inde ſubtraxerit, & Cunipertus Rex Antonino inde Epiſcopo jure proprietario, prout ratio dictabat, reſtituerit. Nec non atavi noſtri, reliquique anteceſſorum noſtrorum, præcepta hæc, & eadem manifeſtiſſime confirmantia continent. Quibus diligentiſſime perſpectis æternum Deum præ oculis habentes remuneratorem, pro votis autelatorum fidelium eamdem Eccleſiam, quæ appellatur Fara, cum omnibus adjacentiis, & pertinentiis ſuis, atque utriuſque ſexus familiis, ipſi ſanctæ Pergamenſi Eccleſiæ reſtituimus, ac perenniter confirmamus, ut amodo jure proprietario ſub immunitatis vinculo ſæpe nominatam Eccleſiam Faram habeat, teneat, atque ut prælibatum eſt, poſſideat, nemine contradicente, & ſi quis, quod non expedit, contradicere, vel etiam ei, quod abſit, in alteram partem jam dictam Eccleſiam transferre tentaverit, Catholicæ fidei auctorem ſentiat ſibi adverſatorem. Inſuper & ad partem Pergamen. Eccleſiæ triginta millia mancoſorum aureorum cogatur perſolvere ad ſuam geminam contritionem. Et ut hæc noſtræ largitatis traditio pleniorem in Dei nomine obtineat firmitatem, hoc idem præceptum propria manu ſubter firmavimus, & anulo noſtro juſſimus ſigillari.

Signum domini Karoli ſereniſſ. Imperatoris Auguſti.

Inquirinus Not. ad vicem Luituardi Archicancellarii recognovit.


Data 3. Kal. Auguſti anno Incarn. Domini 883. Indict. 1. anno Imperii domni Karoli in Italia 3. in Francia 2. Actum apud Murgulam Curtem Regiam in Dei nomine feliciter. Amen.

Tertium dedit diploma idem Carolus Imperator eodem anno, eodemque loco, & die ad favorem Cathedralis Eccleſiæ S. Alexandri, expoſcente Autprando, in cujus gratiam Monaſterium Cerreti juxta flumen Ollei in confiniis agri Cremonen-

ſis poſitum perpetuo eidem Eccleſiæ donatum eſt. Porro documentum hiſce verbis eſt conſcriptum.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Karolus divina favente clementia Imperator Auguſtus. Omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtriſque præſentibus ſive futuris notum ſit Autprandum dilectum noſtrum humiliter noſtræ innotuiſſe imperiali magnificentiæ, quod monaſteriolum in honorem ſancti Michaelis Archangeli conſtructum in loco, qui dicitur Cerretum, propter oppreſſiones malorum hominum adeo eſſet annullatum & à primo ordine deſtitutum, ſicut rei veritas declarabat, ut quanto magis divinis, ut olim cultoribus, nec etiam humanis videretur commodum, & conveniens uſibus; quod clementi ſuſcipientes affectu ejuſdemque Autprandi ſuper hoc devotam proſpicientes fidelitatem, prænotatum Monaſteriolum cum univerſis pertinentibus & adjacentibus ſuis rebus ſcilicet atque familiis, tam mobilibus, quam & immobilibus proprietario jure illi conceſſimus. Eo videlicet ordine ut ad monaſticum illud reducens ſtatum, quouſque vixerit, abſque ullius contradictione, noſtra largiſſima munificentia poſſideat, & pro animæ noſtræ remedio ad Eccleſiam S. Alexandri martyris ſitam Pergamo centum libras olei annis ſingulis perſolvat. Poſt illius vero obitum volumus atque ſtatuimus, ut ſub defenſione, & regimine deveniat memoratæ Eccleſiæ Pergamenſis, pro noſtra propinquorumque noſtrorum æterna mercede. Ita ut per Pontif. ejuſdem ſedis cura, & ſollicitudo atque ordinatio ejuſdem cœnobii, juxta quod inferius inſerendum judicavimus, fiat. Id etiam ut omni tempore duodecim monachi regulariter ibi viventes conſiſtant, qui quotidie pro nobis noſtriſque progenitoribus, ac propinquis, & pro jam memorato Autprando fideli noſtro, cujus induſtria ad priſtinum idem locus revocatur ſtatum, vel pro ſuis affinibus omnipotentis Dei miſericordiam in divinis officiis, & miſſarum celebrationibus, implorare non ceſſent. Ipſis vero duodecim Monachis ſecundum regulam Beati Benedicti electo ſuper ſe à Pontifice antelati Epiſcopi Pergamenſis Abbate tantum de rebus, & familiis, quæ convicinipres eidem cœnobio videtur eſſe ad ſuos uſus de ſe .... à proviſione ipſius Autprandi concedi jubemus, unde ſecundum regulam S. Benedicti victum, & veſtitum cum familiis ſibi ſervientibus abſque difficultate poſſint habere; idemque Monaſteriolum, & officinas ejus optime gubernare. Si autem ex donationibus fidelium locus ipſe Chriſti gratia excreverit, ampliorem Monachorum numerum ibi degere monaſtice viventium non contradicimus, ſed potius fore optamus. Ita ſane, ut pars Pergamenſis Eccleſiæ de rebus, vel facultatibus illis quæ ſemel ad ſtipendia ſervorum Dei inibi degentium induſtria, ordinatione præſcripti Autprandi fidelis noſtri ſecundum hanc noſtram juſſionem fuerint delegatæ, atque collatæ, & quæ devotio timentium Deum amodo illis contulerit nullam poteſtatem habeat Epiſcopus Pergamenſis Eccleſiæ aut miniſtri ejus, aut ulla cætera perſona, aliquid ex his invadere, ſive detrpere, ſed omnia in poteſtate, & devotione conſiſtant ejus loci Abbatis, ad ipſam Pergamenſem Eccleſiam caput, & reſpectum habentis. Quod ſi Epiſcopus, qui pro tempore in ipſa fuerit Eccleſia id ... .Cœnobium toto ad ſuos redigere voluerit uſus, & probatum fuerit, volumus atque jubemus ut convertatur per totum in poteſtatem, & dominationem ejus, qui de propinquioribus ſæpe jam dicti Autprandi ... ..vel ſacerdos fuerit, & perſolvat cenſum ſalvo ſemper ſuperius ordine præfixo. Si vero ipſe defecerit, à Pontifice ſanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ ſummam ordinationem atque defenſionem habeat. Manente ſemper olei ſolutione ad partem Bergomatis Eccleſiæ veluti ſuperius continetur. Si autem quilibet huic noſtræ Deo placitæ ordinationi contrarius, & infidelis corruptor extiterit, aut ipſi fideli noſtro Autprando dum advixerit, vel poſt ſuum deceſſum, monachis ibi ut prænotatum eſt regulariter degentibus, aliquam de rebus Cœnobii ipſis monachis collatis, vel in aliis rebus ejuſdem Cœnobii ad prædictam matrem Eccleſiam pertinentibus violentiam fecerit xxx. libras auri optimi prædictæ Eccleſiæ ejuſque Pontifici cogatur perſolvere. Et ut hæc auctoritas largitionis noſtræ, noſtris futuriſque temporibus inviolabilis habeatur, & ab omnibus verius credatur, & diligenter obſervetur, manu propria ſubtus firmavimus, & bullæ noſtræ impreſſione ſigillari juſſimus.

Signum Domini  *Karoli ſereniſſimi Imperatoris Auguſti.*

Inquilinus Not. ad vicem Lutuardi Archicancellarii recognovit.

Dat. III. Kal. Aug. anno Incarn. Domini D. CCC. LXXXIII. Indict. I. Anno vero Domini Karoli in Italia III.

Actum apud Murgulam Curtem Regiam in Dei nomine feliciter. Amen.

20 AMBROSIUS hujus nominis primus Garibaldo ſucceſſit anno 883. Sedit duos annos, deceſſitque die 20. menſ. Septembris. XX.

[,, RECHO *primus hujus nominis, de quo Peregrinus in vinea Bergomen. p. 1. c. 18 cujus breviſſimus Præſulatus inſignitur promotione B. Adelberti Canonici, & deinde Archidiaconi, & in Epiſcopatu ſucceſſoris an. 885. ex veriori calculo.* Guerrinus.] XXI.

21 S. ADELBERTUM de Caromalis, filium Alberti nobilis Bergomatis, Archidiaconum cathedralis, Ambroſius excepit anno 885. Hic adeo egregie in eo Pontificatu ſe geſſit, ut Bergomatis Eccleſiæ vel reſtaurator, vel etiam fundator viſus dici poſſe videatur. Siquidem non modo prædabundos barbaros, qui per id tempus totam Italiam devaſtaverant, à Bergomate populo avertiſſe, ſed ipſam civitatem etiam propemodum exciſam inſtauraſſe, noviſque munimentis, ædificiiſque ampliaſſe narratur. Conſtat illum in media civitate cathedralem S. Alexandri, Sanctique Vincentii iterum excitaſſe à fundamentis, illucque majorem, melioremque Canonicorum partem commigrare juſſiſſe cum Archidiacono, ampliſſimiſque privilegiis ſtabiliiſſe, ſplendidiſque vel ad invidiam locupletaſſe fortunis, relicto ſui ſingulari exemplo per 50. annorum ſpatium, quibus Bergomenſem adminiſtravit Eccleſiam. Ejus ſanctimoniæ fama Reges compulit, atque Imperatores, ut ampliſſimis privilegiis Bergomenſem ditarent Eccleſiam, quæ tametſi à Cœleſtino adferuntur, hic tamen à nobis haud prætereunda eſſe cenſuimus. Armatus in Italiam venerat anno 894. Arnulphus Rex, ut Berengarii partes augeret: cumque ex eo fœdere plures Italiæ civitates debellaſſet, Bergomum etiam obſidione adeo cinxit, ut brevi ejus cives, vel reluctantes compelleret ad deditionem. Cæterum dedititiis ſuperbus victor iratus, Ambroſio Bergomi Comite propudioſe in furca ſuſpenſo, toti etiam civitati minitabatur exitium, niſi Adelbertus precibus obſtitiſſet, quibus delinitus, & cathedralem S. Vincentii ornavit privilegiis, & ipſam civitatem, ejuſdemque territorium ad comitis titulum dono dedit Epiſcopo, inſecutoque anno omnes immunitates, privilegia, juraque Bergomati aliquando conceſſa Eccleſiæ, Adelbertique anteceſſoribus rata habuit, confirmavitque, ut ſubjectum tranſumptum præcipue prodit. XXII

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Arnulfus divina favente clementia Rex. Dum apud internum Judicem calix aquæ frigidæ ipſius amore indigenti collatus à mercede non ſit vacuus, evangelica tuba teſte, multo majorem de amplioribus hi, qui famulantibus in ſancta Eccleſia Dei neceſſaria miniſtrant, remunerationem procul dubio expe-

ctant.

ſtant. Proinde omnibus fidelibus noſtris tam præſentibus quam & futuris notum eſſe volumus, quia Adalbertus S. Pergamenſis Eccleſiæ venerabilis Epiſcopus oſtendit clementiæ noſtræ obtutibus quoddam præceptum divæ memoriæ anteceſſoris noſtri Karoli Imperatoris confirmatorium ſcilicet reliquorum præceptorum, quæ Reges Longobardorum, Grimoaldus, & Chunipertus eidem Matri Eccleſ. contulerant, de Eccleſ. ſcilicet, quæ dicitur Fara Autbarenti in honorem S. Alexandri conſtructa, & merito eo quod quidam ipſius loci Epiſcopus nomine Joannes à ſchiſmate Arriano eandem Eccleſiam ad fidem Catholicam converterit. Ideoque ipſi Eccleſiæ ſuæ Eccleſiaſticis ſanctionibus jure deberetur. Id quoque præceptum Hludovici Imperatoris, & aliorum anteceſſorum noſtrorum confirmationes dictabat, quod nos quoque quondam ipſi Eccleſiæ confirmavimus, ſed in excidio ipſius civitatis Pergami tam illud à nobis factum, quamque & alia præcepta, ſeu firmitates ipſius Eccleſiæ, & munimina liberorum hominum circumquaque manentium diſperdita eſſe noſcuntur. Oſtendit quoque & exemplar præcepti quondam Karoli Imperatoris, necnon & privilegii Sanctæ Romanæ Sedis, per quæ Monaſteriolum S. Michaelis ſitum Ceretho juxta fluvium Ollium ipſi Eccleſiæ confirmatum eſt, de quo ſancta Romana Eccleſia ſubtractorem ab ipſa Pergamenſi ſede ſub anathematis vinculo conſtrinxerat. Quam cauſam nos diligentiſſime revolventes, & ad perfectionem quoque redintegrare cupientes æternum præ oculis habentes remuneratorem pro votis antelatorum fidelium confirmavimus tam prænominatam Eccleſiam in Fara, & Monaſteriolum in Ceretho, quamque & alia præcepta, ſeu firmitates, quæ à nobis, vel anteceſſoribus noſtris Imperatoribus, & Regibus, vel aliis Deum timentibus regnantibus hominibus, ſæpedictæ Eccleſiæ collata ſunt, ſicut & nos quoque præfatæ Eccleſiæ contulimus Monaſterium Domini Salvatoris ſitum in eadem civitate juxta capellam S. Antonii, ſed & quod pietatem omnem Ambroſii Pergamen. & Goſfredi Clerici Veronenſis S. Giſlarii, quæ omnia ex aſſe perenniter permanſura cum omnibus adjacentiis, ac pertinentiis ſuis, atque utriuſque ſexus familiis in integrum ſæpedictæ Eccleſiæ ſtabilimus, & omnium optimatum judicio denuo confirmamus. Ut amodo jure proprietario ſub immunitatis vinculo supranominata omnia prædictæ Eccleſiæ Epiſcopus, vel ſucceſſores ſui habeant, teneant, & ut prælibatum eſt, pacifico jure poſſideant nemine contradicente, vel moleſtiam inferente. Et quicquid prædicta Eccleſia tempore ipſius excidii jure, & legitime tenebat, vel poſſederat, ſeu quicquid aliis per libellos, ſive precarias præſtitum habeat, vel ab aliis receperat, ſive per commutationem, ſive per quamcumque legitimam traditionem unde inveſtitura ipſius Eccleſiæ clareſcere potuerit, ſive per inquiſitionem bonorum hominum circumquaque manentium, ſive per judicum recordationem, omnia ipſi Eccleſiæ confirmamus, atque perpetuo manſura ſancimus. De liberis quoque hominibus, qui in ipſo urbis excidio ſuæ proprietatis firmitates perdiderunt, & ſicut relatu prænominati Adalberti venerab. Epiſcopi comperimus, juxta ſuam legem calumniam per hoc patiantur, eorum neceſſitatibus miſericorditer ſubvenire dignum duximus. Atque ut erga noſtram celſitudinem fideliores, & devotiores exiſtant, decernimus utquicumque ſuæ proprietatis firmitates in excidio ipſius urbis amiſerunt, & clareſcere, vel comprobare potuerunt, vel per teſtes, vel per judicum recordationem, ut eo tempore legitime, & jure quieto poſſediſſent ad ipſorum proprietatis inviolabilem confirmationem pro animæ noſtræ remedio ejus rogatu concedimus, ut recordatione, vel comprobatione facta non liceat alicui eos de ſuis rebus diſveſtire, ſed liceat eos ſuam proprietatem pacifico ordine habere, & noſtro fideliter parere imperio: & ſi quis contra hanc noſtram auctoritatem tam in rebus Eccleſ. à nobis collatis, ſeu ante poſſeſſis tam in plebibus monaſteriis, titulis, curtibus, manſis, mancipiis, ſeu reliquis

A *poſſeſſionibus aliquam moleſtiam inferre tentaverit, & eadem inde ſubtrahere præſumpſerit, vel ſi quis prætaxatis liberis hominibus contra noſtram auctoritatem diſveſtire injuriam fecerit in proprietatibus ab ipſis ante poſſeſſis Catholicæ fidei auctorem ſibi ſentiat adverſatorem. Inſuper & ad partem Sanctæ Pergamenſis Eccleſiæ pro illata rebus Eccleſiaſticis injuria 12. libras auri perſolvat, liberis vero hominibus ſi rerum diſveſtituram fecerit, eaſdem res ſub æſtimatione in duplum reſtituat. Et ut hæc auctoritas noſtra à nullo unquam calumniatore in aliquo violetur, ſed ſemper ſtabilis & intemerata perpetuo conſiſtat, & à fidelibus noſtris verius credatur, ac diligentius omni tempore conſervetur, manu propria ſubtus eam roborantes, annuli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.*

B *Signum D. victiſſimi*  *Arnulfi invicti Regis.*

Engilpero Not. ad vicem Dietmari ſummi capellani recognovi.

Dat. Kal. Januarii anno Incarnationis Domini 895. Indict. 13. anno 8. Regni Domini Arnolfi ſereniſſimi Regis.

Actum in Geneſbur in Dei nomine feliciter. Amen.

Eandem Adelbertus collegit gratiam apud Ludovicum Imperatorem, qui Papiæ, ac poſtea Vercellis, ad ipſius inſtantiam, precesque Garibaldi Epiſcopi, Sigifredique comitis ſuorum conſiliariorum, Bergomatem Eccleſiam ſequentibus privilegiis exornavit.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

C *Hludovicus Divina favente clementia Imperator Auguſtus. Omnibus Sanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus noſtriſque, tam præſentibus, quam & futuris, notum fieri volumus, quia Adelbertus Sanctæ Bergomenſis Eccleſiæ venerabilis Epiſcopus, noſterque fidelis, noſtram adiit celſitudinem per Garibaldum venerabilem Epiſcopum & Sigifredum Sacri Palatii comitem, nec non & Adellemum comitem dilectos conſiliarios noſtros, poſtulans, ut Sanctam Bergomenſem Eccleſiam ſuam ob omnipotentis Dei amorem, animæque noſtræ remedium, noſtra Imperiali auctoritate roboraremus: ſcilicet confirmando eidem Sanctæ Dei Eccleſiæ præcepta, vel auctoritates piiſſimorum Auguſtorum, vel Regum, ſeu prædeceſſorum noſtrorum omnium, quotquot à tempore divæ memoriæ Magni Karoli regnaverunt, uſque ad præſens tempus noſtrum, juſte, & legaliter collata, ſpeciali tenore de curte, quæ Morgula clamatur, quam olim ex pertinentiis juris noſtri beato martyri Alexandro, cujus corpus humatum quieſcit juxta urbis Bergomi muros, per noſtræ auctoritatis præceptum conceſſimus & Eccleſiam ſancti Alexandri ſitam in Fara, quam quondam Joan-*

D *nes ejuſdem Eccleſiæ venerabilis Epiſcopus ab Arriana hæreſi ad fidem Catholicam convertit: & de Monaſteriolo S. Michaelis, ſito Cereto juxta Ollium fluvium, quæ juris, & proprietatis ipſius Eccleſiæ eſſe noſcuntur. Quorum devotis precibus libentiſſime aſſenſum præbentes hos apices inſcribi juſſimus, per quos decernimus, ut quidquid antiqui Imperatores, & Reges, Imperatrices quoque, & Reginæ, Romanorum, & Longobardorum ſeu Francorum, necnon & reliqui Deum timentes memoratæ Sanctæ Bergomæ Eccleſiæ ſuis præceptis, & teſtamentis contulerunt, & poſtmodum præexcellentiſſimi Reges, atque Auguſti ſua auctoritate confirmaverunt, ſtabile, atque inconvulſum noſtris, futuriſque temporibus, in ipſius jure, & poteſtate perpetualiter maneat. Et nullus comes, vel publicæ partis judex, & Gaſtaldio, vel alia qualibet perſona in monaſteriis, Xenodochiis, vel Eccleſiis baptiſmalibus, aut cardinalibus, ſeu Oraculis vel cunctis poſſeſſionibus, quas*

ſæpe-

A æpedictæ Eccleſia habere dignoſcitur, vel quas deinceps Divina pietas augmentare voluerit: nemo ſuperioris, aut inferioris P. Procurator ad cauſas judiciario more audiendas conventum facere, vel Freda exigere, aut manſionaticum, vel paratas exquirere, Parafredos, aut fidejuſſores violenter tollere, clericos cujuſcumque conditionis ejuſdem prælibatæ Eccleſiæ, diœceſis ſuffraganeos in perſonis, vel domibus ſuis lædere, vel homines, tam ingenuos libellarios, quamque ſervos in poſſeſſionibus, vel manſionibus præfatæ Eccleſiæ commanentes poteſtative diſtringere, nec ullas publicas arbuſtaritias, aut redhibitiones, vel illicitas occaſiones, ſive angarias ſemper imponere audeat, vel inferre præſumat. E quia ipſi noſtri dilecti fideles noſtræ innotuerunt manſuetudini, quod ab ipſius Eccleſiæ pertinentibus, quædam venationes arbuſtaritiæque injuſte, & contra omnes leges inventa conſuetudine in quibuſdam comitatibus, vel miniſteriis publicis à noſtris exactoribus annuatim exquiratur. Idcirco modis omnibus præcipimus, B & ſub interminatione jubemus, ut nullus ſub Regno noſtro conſtitutus de rebus ſupratax atæ Eccleſiæ in quibuſcumque comitatibus, vel miniſteriis publicis ullas hujuſcemodi exactiones, aut alias quaslibet annuales donationes exigere, aut amodo, & deinceps conſuetudinario more audeat, ſed repulſa, & extincta omni injuſta conſuetudine liceat eidem venerab. Præſuli, ſuiſque ſucceſſoribus, ac miniſtris, res jam dictæ Eccleſiæ, cum univerſis ſibi ſubjectis ſub immunitatis noſtræ defenſione ordine quieto manere, ac feliciter parere obſequiis, atque pro noſtra incolumitate, Regnique noſtri altiſſimum Dominum jugiter exorare. Omnimodis quoque præcipimus, atque jubemus, ut undecumque à tempore præfati magni Caroli legalem inveſtituram habere jam dicta Eccleſia uſque in ævum dignoſcatur, ſi ullam diminorationem quislibet facere tentaverit, non ſit neceſſe jamdicto Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus, ſive ejuſdem Eccleſię cauſam peragentibus ullam facere probationem, ſed diligenter per bonę fidei pagenſes pe- C ragentes circumquaque manentes, ſi opus fuerit cum jurejurando ſtudioſiſſime fiat inquiſitio, quatenus rei veritas lucide clareſcat. Deprecati ſunt noſtri etiam prędicti fideles Imperialem celſitudinem noſtram, ut eidem venerabili martyri Alexandro quoddam Monaſterium juris Regni noſtri conſtitutum infra eandem Bergomatem civitatem, ac dedicatum in honorem Domini Salvatoris, cum omnibus rebus, ſubſtantiis, ac poſſeſſionibus ſuis in integrum concedere dignaremur. Quorum ſalubrem æſtimantes petitionem, tam pro omnipotentis Dei, quamque pro ejuſdem Beatiſſimi Alexandri cultu, nec non & pro ipſius venerabilis præſulis fidelitate quam erga Imperialem decentiam noſtram impenſus eſt, jamdictum Monaſterium juris Regni noſtri, cum omnibus adjacentiis, & pertinentiis ſuis, mobilibus, & immobilibus, caſis, terris, vineis, campis, pratis, ſylvis, ſalectis, ſationibus, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, diviſis, & indiviſis, ad idem Monaſterium reſpicientibus, jam dicto B. Martyri Alexandro per hujus noſtræ au- D ctoritatis paginam perpetualiter habenda, tenenda, ac poſſidenda concedimus, ac perdonamus, & de noſtro, & Regni jure, atque dominio, ſicut nunc pertinere videtur, in ejus jus & dominium modis omnibus transfundimus, atque largimur, abſque contradictione, minoratione, vel moleſtia cujuſcumque. Si quis autem temerarius (quod non credimus) contra hoc noſtræ confirmationis, & conceſſionis, atque largitionis preceptum in aliquo violare, aut irrumpere tentaverit, ne quod tentat perficere poſſit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum, medietatem palatio noſtro, & medietatem Rectoribus S. Bergom Eccleſię: & ut verius credatur, ac diligentius ab omnibus obſervetur, manu propria ſubter roborantes, anuli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.

Signum domi-  *ni Hludovici ſereniſſimi Imperatoris Auguſti.*

Arnulfus Not. ad vicem Liutardi Epiſcopi, & Archicancellarii recognovi.

Dat. 10. Kal. Junii, anno Incarnationis Dominicę 901. indictione 4. anno primo, Imperante domno Hludovico ſereniſſimo imperatore in Italia. Actum Vercellenſi civitate.

Cæterum cum Adelbertus erga ſibi creditam Eccleſiam, patriamque ſumma pietate flagraret, cum Pannonica rabies Bergomum excidiſſet, à Berengario, qui per id tempus morabatur Modoetiæ, poteſtatem ſibi fieri anno 903. poſtulavit exciſam civitatem reſtaurandi; qui Adelberti votis benigne annuit, hoc ampliſſimo ſubjecto privilegio, in quo civitatem ipſam Cathedrali S. Alexandri, ejuſdemque Epiſcopis, ſucceſſoribus dilargitur, iterum illi affirmans Bergomenſe territorium cum gratiis, privilegiiſque, quæ aliquando Reges, ac Cæſares illi conceſſiſſent.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.
Berengarius divina favente
clementia Rex.

Quæ pro ſanctorum amore Regius animus ipſorum Eccleſiæ ſanctæ cœleſti deſiderio ſuccenſus prompta ſtudet voluntate conferre, ad ſuæ ſalutis augmentum ea pertinere, atque proficere nulli prorſus conſtat ambiguum. Quapropter omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque præſentium ſcilicet, & futurorum induſtria comperiat, Hildegarium venerabilem Epiſcopum, & Sigefredum glorioſum ſacri Palatii Comitem noſtrum dilectos conſiliarios noſtros noſtram adiiſſe manſuetudinem vice Adelberti reverendi ſanctæ Pergam. Eccleſiæ Epiſcopi innoteſcentes eandem urbem Pergamum, hoſtili quadam impugnatione devictam, unde nunc maxima ſævorum Ungarorum incurſione, & ingenti comitum, ſuorumque miniſtrorum oppreſſione turbatur, poſtulantes ut turres, & muri ipſius civitatis reædificentur, & ſtudio, & labore præfati Epiſcopi, ſuorumque concivium, & ibi confugientium ſub defenſione Eccleſiæ beati Alexandri martyris in priſtinum reædificentur, & deducantur in ſtatum, ut ob omnipotentis Dei amorem, animæque noſtræ remedium, noſtra regali auctoritate roboraremus, ſcilicet confirmando, eidem ſanctæ Dei Eccleſiæ, præcepta, vel auctoritates piiſſimorum Regum, & Auguſtorum, ſeu prędeceſſorum noſtrorum quotquot à tempore divę memorię Magni Karoli regnaverunt, uſque ad prę ſens tempus noſtrum, juſte, & legaliter collata; quorum devotis precibus libentiſſime aſſenſum prębentes, hos apices inſcribi juſſimus, per quos inſtam prefati Epiſcopi per prędictos fideles noſtros petitionem compenſantes ſtatuimus, ut pro imminenti comitum neceſſitate, & paganorum incurſu, civitas ipſa Pergamenſis reędificetur, ubicumque prędictus Epiſcopus, & concives neceſſarium duxerint. Turres quoque, & muri, ſeu portę urbis labore, & ſtudio ipſius Epiſcopi, & concivium ibidem confugientium, ſub poteſtate, & defenſione ſupradictæ Eccleſiæ, & prænominati Epiſcopi, ſuorumque ſucceſſorum perpetuis conſiſtant temporibus, domos quoque in turribus, & ſuper muros ubi neceſſe fuerit poteſtatem habeat ædificandi, & vigiliæ, & propugnacula non minuantur, & ſint ſub poteſtate ejuſdem Eccleſ. S. Alexandri martyris, diſtricta vero omnia ipſius civitatis quę ad Regis pertinent poteſtatem ſub eiuſdem Eccleſię tuitione, defenſione, & poteſtate prędeſtinamus permanere. Eo videlicet ordine ut Pontifex jamdictę Eccleſię, qui pro tempore ipſi prę fuerit, ſupradicta omnia ad jus, & dominium ipſius Eccleſię habeat, teneat, poſſideat, di-

ſponat,

ſponat, vindicet, atque judicet, prout omnes alias res, quę à Pontificibus ejuſdem Eccleſię priſcis temporibus fuerunt poſſeſſę, ac vindicatę. Per ipſorumque etiam ſalubrem petitionem decernimus, ut quicquid antiqoi Imperatores, & Reges, Imperatrices quoque, & Reginæ Romanorum, & Longobardorum ſeu Francorum, nec non & reliqui Deum timentes memoratæ ſanctæ Eccleſiæ ſuis præceptis contulerunt, ac teſtamentis poſtmodum præcellentiſſimi Reges, atque Auguſti ſua auctoritate confirmaverunt ſtabile, & inconvulſum noſtris, futuriſque temporibus in ipſius jure, & poteſtate perpetualiter maneat. Et nullos comes, ſive vicecomes vel poblicæ partis Judex, & Gaſtaldio, vel alia quælibet perſona infra ſæpe nominatam urbem, ſive in Monaſteriis, Xenodochiis, vel Eccleſiis Baptiſmalibus, ſeu oraculis, vel cunctis poſſeſſionibus, quas ſæpe dicta Eccleſia habere dignoſcitur, aut quas deinceps divina pietas augmentare voluerit, nemo ſuperioris, aut inferioris reip. procurator perſcrutator ad cauſas judiciario more audiendas conventom facere, vel freda exigerę, aut manſionaticum, vel paratas exquirere, palafredos, aut fidejuſſores violenter tollere, clericos quoque nobiliores, aut cujuſcumque conditionis ejuſdem prælibatæ Eccleſiæ diœceſis, ſive infra ipſam commanentes urbem ſeu ſuffraganeos in perſonis, vel ſervis, ancillis, libertis in domibus, vel cunctis ædificiis ſuis lædere, ſeu homines tam ingenuos libellarios, quamque ſervos in poſſeſſionibus, vel manſionibus, aut aliis ædificiis præfatæ Eccleſiæ commanentes, poteſtative diſtinguere, nec ullas poblicas arbuſtarias, aut redhibitiones, vel illicitas occaſiones, ſive angarias ſuperimponere audeat, aot inferre præſumat. Si quis igitur temerarius præceptum in aliquo violare, aut irrompere tentaverit, ne quod tentat perficere poſſit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum, medietatem palatio noſtro, & medietatem prælibatæ Eccleſiæ. Quod ut verius credatur, ac diligentius ab omnibus obſerveinr, manu propria roboratum, noſtri anuli impreſſione ſignari præcepimus.

Signum Domini ſereniſſimi Re-



Berengarii ſegis.

Ambroſius Cancellarius ad vicem Ardingi Archicancellarii recognovi.

Data nono Kal. Junii anno Dominicæ Incarnationis 903. domni vero Berengarii Regis 17. Indictione 6. Actum Modoetiæ in Dei nomine feliciter. Amen.

Conſtat igitur ex iis, Adelbertum nihil fere poſtuiaſſe à Berengario, quod non impetravit, ut videre eſt anno 908. Quo ipſo tempore cum Berengarius plura fuiſſet dilargitus Bergomatibus beneficia, quod Lamberti Imperatoris partibus acceſſiſſent, etiam S. Alexandri Cathedralem, quam prædabundi milites concremaverant, munificentiſſime refecit, dotavit pluribus bonis, ut ex ipſius Adelberti privilegio clare perſpicitur.

Cæleſtis munere majeſtatis, ac ſupernæ gratia Dei diſpenſationis, Ego Adelbertus humilis Epiſcopus, omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus præſentibus ſcilicet, & futoris, notum fieri volo Berengarium ſereniſſimum Regem noſtrum videlicet ſeniorem pro Dei amore, ſuæque remedio animæ, quamdam en proprio Regni jure, & dominio Curtem juxta urbem Pergamum ſitam, Morgulam quidem, amnis ſecus eam decurrentis vocabulo noncupatam, ſanctæ & reverendæ Pergamenſi Eccleſiæ, cujus gregis utrumque Divinæ pietatis adminiculo Paſtor indignus vocor, cum omnibus ſuis pertinentiis quodammodo ad ſe juſte, & legaliter tempore illo vergentibus conceſſiſſe. Hic tandem memorandum exceptis, quæ rerum, & familiarum idem excellentiſſimus Princeps ante horum aliquandiu conceſſionem mercedem pie recolens pro crebris in Chriſto meæ devotionis obſequiis à ſe miſericorditer memoratis, ex ipſius Curtis pertinentia in aſſignatis alibi locis per præcepti paginam mihi ad poſſidendom proprietario jure donavit. Ex quibus mercatum mihi inter cætera dignitatis regiæ dono collatis, quod beati Alexandri dicitur, & quod annuali ſolemnitate ipſius almi martyris in præfatæ curtis rure prope eam poſito perpetratur, prænominatæ ſanctæ Pergamenſis Eccleſiæ Cardinalibus, Canonicis, Presbyteris, Diaconibus, Subdiaconibus quoque, atque Cuſtodibus, qoos nunc Dominus in ſede ipſius ordinis gubernat miſericors in præſentia, & providæ prædeſtinationis eſſentia pro noſtræ, noſtrique donatoris prętaxati ſcilicet Berengarii piiſſimi Regis animarum remedio Divinę charitatis igne ſuccenſus offero; atque ab ipſis en eodem mercato Tholoneum ſuſcipiendum inſtituo: quatenus temporalis vitę ſubſidium, quod exinde adquiri poteſt, accipiant, eoque mercantes ęternum, ut in cæteris dignum eſt in his etiam ſibimet devote largitis Deo bonorum omnium largitori debitas gratias, ac laodes referant. Nos quoque pro quorum remedio eadem offertur oblatio ſuarum addendum ſacrarum orationum aſſiduitas pręferat, quos delictorum multitudo diſſociat. Regis etiam hoc idem clementi decreto prębentis, ac poſtmodum cujuslibet clementius permittentis ſupplicum in Chriſto pręcum inſtantia perpetuum augeatur in cæleſtibus meritum, & terrenum rite firmetur Imperium. Si autem inopia ordinis cujuſcumque perſona conatus aliquando fuerit, hęc eleemoſynarum deſtruere dona, cum Juda nequiſſimo traditore ſortiatur merito portionem.

Ego Adelbertus gratia Dei humilis Epiſcopus in hac oblatione, & donatione à me facta ſobſcripſi.

† Data 16. Kal. Maii anno Dominicę Incarnationis 908. Domini vero Berexgarii piiſſimi Regis 21. Indict. 11. Actum Pergami in Secretario S. Vincentii, in Chriſti nomine feliciter Amen.

† Ego Lupus presbyter per juſſionem domini Adelberti Epiſcopi ſcripſi, & complevi.

Sanxit hic optimus Pontifex eodem anno 908. ut S. Vincentii Canonici, quos optimis legibus inſtituerat, ex communi convictu vitam traducerent; quod ut commodius poſſent præſtare, in noviter à ſe conſtructam canonicam illos compulit demigrare, ut patet ex ſequenti diplomate.

Dum domnus Adalbertus venerabilis ſanctæ Bergomenſis Eccleſiæ Epiſcopus reſideret in Synodo, in domo ipſius ſedis cum ſacerdotibus, & cuncto Clero ipſius Eccleſiæ, ſeu reliquis nobilibus hominibus, qui eidem Synodo intererant, tractans cum eis de ſtatu, & ſoliditate ipſius Eccleſiæ. Tunc ipſi ſacerdotes, & clerici una voce petierunt ab ipſo domno Pontifice, ut propter amorem Dei, & ſanctorum Vincentii, & Alexandri martyrum Chriſti inſtitueret eis canonicam ad refectionem ſacerdotum, & clericorum in ipſa ſancta Dei Eccleſia deſervientium. Qui eorum petitionem conſiderans, juſtumque diſcernens, ut qui Altari deſerviunt, de Altari participent: exquiſivit ab eis ubi proximus Eccleſiæ locus eſſet, in quo ſub tutela ipſius Sedis, & Eccleſiæ congrue eorum receptaculum, & canonica fieri poſſet. Qui in commune elegerunt, & petierunt clauſtrum illud juxta Eccleſiam ſancti Vincentii, ut cum officium compleverint, opportune, & ad reficiendum, cibum, & potum accipiant: & in nocturnis horis ibidem dormiendo nocturnis officiis facilius occurrant. Igitur utilitati eorum conſulens conceſſit eis præfatum clauſtrum cum Sala, & aliis ædificiis inibi conſtitutis, cum Curte & horto, cum ſuperioribus, & inferioribus ſuis in integrum, in quo habet confines à mane viam, à meridiæ prædictam Eccleſiam ſancti Vincentii, à ſero clauſuram ipſius ſedis, à monte terram S. Michaelis & Joannis præsbyteri, & eſt per menſuram tabulæ

legi-

egitimas 76. Deniq; ſtudioſe cum eiſdem pertractans de refectione eorum, quid poſteriſque eorum conferre poſſet; unde in perpetuum canonica ipſa ſubſiſteret in numero tantorum, quorum numerus communi omnium olectione inventus eſt: contulit in eorum ſubſidium, & refectionem Baſilicam beati Caſſiani martyris Chriſti, ſitam ibi prope infra eandem civitatem, cum omnibus caſis, & rebus, curtibus, & manſis, ſeu utriuſque ſexus familiis, cum adjacentiis, & pertinentiis ſuis per cuncta locu, & vocabula in integrum: exceptis caſis, & rebus illis cum familiis inibi habitantibus in loco, & fundo Surile, ubi etiam nominatur Juſſionica, quas ad partem ipſius ſedis ſibi reſervavit. Pro quibus prædictis rebus offerre viſus eſt maſſaricia duo poſita in Vico, & Fundo Goroliis, & caſas, & res illas poſitas in Potiolo cum omnibus pertinentibus, & familiis in integrum, ut à præſenti die in perpetuum, in ipſius canonicæ permaneat, atque perſiſtat poteſtate. Ea vero ratione, ut ſingulis diebus refectio fiat presbytero, & diacono, & ſubdiacono, & Oſtiario, qui hebdomadam in ipſa cuſtodierint Eccleſia. Primicerio quoque ſemper, vel qui ejus vice fungitur, ut ibidem cibum, & potum accipiant ſecundum rationem, & temporis poſſibilitatem. Statutum etiam ab ipſo Pontifice, & omnium ſacerdotum conſenſa eſt, ut ex ſe ipſis perſonam aptam eligant, qui canonicam ipſam, & omnia ejus pertinentia prævideat intrinſecus, & extrinſecus, & ſolicitus curam habeat, atque pro labore, & fatigio ſuo beneficiario nomine accipiat, quicquid omnium ſacerdotum, & diaconorum ordinatio decreverit. Quod ſi annuente divina miſericordia ex fidelium oblationibus cenſus ipſius canonicæ excreverit, ſecundum poſſibilitatem conventus fiat ordinariorum, & refectio pauperum, ut ab omnibus collaudetur Deus, qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

Actum eſt hoc tempore Domni Berengarii piſſimi Regis anno nono, menſe Maii, Indict. 11. anno Incarnationis Domini 908.

† *Ego Adelbertus Gratia Dei humil. Epiſcopus in hanc ordinationem à me factam ſſ.*
† *Garibaldus archid. conſenſi, & ſubſc.*
† *Aribertus archipr. conſenſi, & ſubſc.*
† *Rotebaldus presb. conſenſi & ſubſc.*
† *Petrus presb. conſenſi, & ſubſc.*
† *Antoninus presb. conſenſi, & ſubſc.*
† *Agovertus presb. conſenſi, & ſubſc.*
† *Graſevertus presb. conſenſi, & ſubſc.*
† *Benedictus presb. conſenſi, & ſubſcr.*
† *Dagivertus presb. conſenſi, & ſubſc.*
† *Adelbertus presb. conſenſi, & ſubſc.*
† *Lupus presb. conſenſi, & ſubſc.*
† *Joannes presb. conſenſi, & ſubſc.*
† *Lupus presb. conſenſi, & ſubſc.*
Ariſpertus diac. conſenſi, & ſubſc.
† *Theoderolfus diac. conſenſi, & ſubſc.*
† *Leo diac. conſenſi, & ſubſc.*
† *Benedictus diac. conſenſi, & ſubſc.*
† *Adelbertus diac. & Primicerius conſenſi, & ſſ.*
† *Adelgiſius ſubdiac. conſenſi, & ſubſc.*
† *Garibald. ſubd. conſenſi, & ſubſc.*
† *Adelbertus ſubd. conſenſi, & ſubſc.*
† *Salo ſubdiac. conſenſi, & ſubſc.*
† *Andreas ſubd. conſenſi, & ſubſc.*
† *Giſelbertus ſubdiac. conſenſi, & ſubſc.*
† *Todo ſubdiac. conſenſi, & ſubſcr.*

Anno itidem 908 intulit ſub confeſſionem Cathedralis S. Alexandri corpus ejuſdem ſancti, ſanctorumque Narni, ac Viatoris, cum à Berengario Nundinas obtinuiſſet in feſto ejuſdem ſancti celebrari ſolitas utilitates, quæ ab iiſdem proficiſcebatur, canonicis S. Vincentii ſub certis conditionibus attribuit, cujus rei hoc ſequens procudit diploma.

Adalbertus S. Pergamenſis Eccleſiæ humilis Epiſcopus, univerſis ejuſdem Eccleſiæ fratribus Catholicis, tam præſentibus, quam futuris in perpetuum.

Sanctis, ac venerabilibus locis præſertim in quibus ſanctorum martyrum corpora condita adeſſe noſcuntur, communis devotio Chriſtianorum, præcipue tamen his quibus regimina ſanctarum Eccleſiarum, Domino propitio, commiſſa ſunt, divinus cultus, ac rationabile obſequium cum inſtanti reverentia debet omnimodis exhiberi. Certum, & manifeſtum eſt, quomodo noſtris temporibus ex excidio Pergamæ urbis, quando à Domno Berengario Imperatore, eadem urbs obſeſſa fuit, Eccleſia Beati Alexandri martyris, in qua precioſiſſimum ejus corpus humatum adeſſe dignoſcitur, dirupta, & combuſta remanſit: cujus compaſſione perculſi, ingenti ſtudio, & diligentia ad reformandum eam laboravimus. Ac demum ejus ſacratiſſimum corpus in cryptam, quam noviter in eadem Eccleſia conſtruximus, Deo cooperante, eximia celebratione tranſmutavimus. Ut igitur eidem Chriſti martyri, à fidelibus Chriſtianis dignus cultus perpetua veneratione exhiberetur ſupradictum memoratum Domnum Imperatorem adivimus, & pro emendatione combuſtionis Eccleſiæ at mercatum, quod in ejus feſto annualiter publica coadunatione hominum longinquis etiam partibus advenientium ſit, eidem candidato Chriſti martyri jure proprietario concedere dignaretur, fuſis precibus impetravimus, & ipſam mercatam ad honorem Eccleſiæ ſupradicti martyris, in beneplacito Domni Imperatoris fratribus, & canonicis noſtris Eccleſiæ S. Vincentii, perpetuo habendum conceſſimus: eo vero ordine ut ipſi canonici cum univerſis ſuæ Eccleſiæ fratribus aſcendant cum proceſſione ad præfatam Eccleſiam S. Alexandri ad miſſas celebrandas omni dominico die à ſeptuageſima uſque ad Dominicam Palmarum, omnique feria ſexta ab octava Pentecoſtes, uſque ad feſtum ejuſdem venerandi martyris. Statuimus autem, ut Epiſcopus ſæpe memoratæ Eccleſiæ Beatorum Chriſti martyrum Alexandri, atque Vincentii, pro tempore fuerit, ſuper hujuſmodi noſtræ conſtitutionis invigilet quatenus ſupradicta obſequia annatim exhibitione, cum devotione, & reverentia perpetuo compleantur, & fiant. Si quis igitur (quod non credimus) hanc noſtræ inſtitutionis paginam ſciens temeritate arreptus, infringere tentaverit, ſecundo tertiove commonitus, ſi non ſatisfactione congrua, reum ſe de perpetrata iniquitate cognoſcat, à ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Domini noſtri Jeſu Chriſti alienus ſit. Cunctis autem bene obſervantibus ſit pax, & benedictio Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus apud diſcretum judicem præmia æternæ pacis percipiat. Factum eſt autem tempore Domini Berengarii Regis, eo regnante in Italia, anno Regni ſui nono, Indict. 15. menſe Julii.

Ego Adelbertus humilis Epiſcopus ſubſc.
Ego Rotobaldus Archidiac. ſubſc.
Ego Rambaldus Archipresb. ſubſc.
Ego Arnaldus presb. ſubſc.
Ego Amizo presb. ſubſc.
Ego Presb. Petrus ſubſc.
Ego Gualla presb. ſubſc.
Ego Presb. Hugo ſubſc.
Ego Ariprandus presb. ſubſc.
Ego Stephanus presb. ſubſc.
Ego Garibaldus diac. ſubſc.
Ego Gambertus diac. ſubſc.
Ego Araumbaldus diac. ſubſc.
Ego Guido diac. ſubſc.
Ego Benedictus diac. ſubſc.
Ego Atto diac. ſubſc.
Ego Aribertus diac. ſubſc.
Ego Joannes ſubdiac ſubſc.
Ego Rainerius ſubdiac. ſubſc.
Ego Opraadus ſubd. ſubſc.
Ego Giſalbertus ſubd ſubſc.
Ego Albertus ſubdiac. ſubſc.
Ego Gulielmus ſubdiac ſubſc.
Ego Andreas Notarius ſcripſi, poſt traditum complevi, & dedi.

Anno 915. menſe Auguſti cum canonicis S. Vincentii aliquot bonorum permutationem tranſegit hoc modo.

In nomiae Domini.

Regnante Domino noſtro Berengario Rege in Italia anno decimoſexto, menſe Aug. indict. 3. Commutatio bonæ fidei noſcitur eſſe contractus, ut ad vicem emptionis obtineat firmitatem. Idcirco placuit, ſeu bonæ voluntati convenit inter Dominum Adelbertum Epiſcopum ſanctæ Bergomenſis Eccleſiæ, nec noa & ex altera parte inter Aribertum Archipresbyterum, & Leonem Presbyterum, Benedictum, Dagibertum, Lupum, Adelgiſium, Garibaldum, & item Lupum, Salonem, Giſilbertum, Lampertum presbyteros. Anſpertum Archidiaconum, Theoderulphum, Benedictum, Adalbertum, Leonem, Todonem, Aldonem diaconos, Adalbertum, Andream, Andcratum, Amelfredum, Ardemanum, Agimonem, Gumpertum ſubdiaconos ordinarios infra eandem civitatem Bergomum, cuſtodes, & rectores Xenodochii ſiti infra civitatem, in locoubi nominatur Arenn, qui vocatur Caſa nova, ut in Dei nomine inter ſe commutationem facerent, ſicut & de præſenti fecerunt. Dedit in primis Dominus Adelbertus Epiſcopus de ſuis propriis rebus ipſis jam nominatis ordinariis cuſtodibus, & rectoribus ad . . . . prædicti Xenodochii habendum ipſis vel ſuis ſucceſſoribus . . . caſas, & res juris ſui in vico, & fundo Albinies, qui nominatur forte porcaroni, ſeu caſas, & res maſſaritias, juris ſui in fundo Trevillio, cum famulis, & ſervis, & ancillis inibi reſideatibus numero duodecim nomina, quorum Aldroaldus cum muliere ſua Gariverga, cum filio ſuo Aldroaldo, Daivertus cum muliere ſua Maria, & filiis ſuis Aldeverto, & Ariverto, & Petrus, ſeu Aldevertus cum filiis ſuis Petro Lunaldo, Maria. Sunt ipſæ res in prædictis Vicis Albinies, & in Trevillio caſæ cum aliis ædificiis, curtis, hortis, areis, clauſuris, campis, pratis, vineis, ſilvis, arboribus fructiferis, & infructiferis, paſcuis, uſibus aquarum omnia in integrum ad ipſas maſſaritias pertinentes, ſicut per Andream, & Lupualdum presbyterum, ſeu per jam dictos Aldroaldum, Oliverium, & Aldevertum . . . . . res ipſæ in fundo Albinies, per meaſuram juges decem, & octo, & ipſæ res in fundo Trevilio juges decem. Adinvicem dedere memorati ordinarii eidem domino Adelberto Epiſcopo ad ſuam proprietatem cum ſuis hæredibus habendum in commutationis nomine . . . . prædictum Xeaodochium hoc eſt jam dictam caſam, quæ eſt ædificata infra eandem civitatem, ut dictum eſt in loco Brena, & dicitur caſa nova, cum curte, & area in qua ſtat cum brolio, uno tenente cum muro circumdata ſeu arboribus, & partis infra . . quæ habet fines ex omni parte vias, & à meridie aliquantulum terra Sancti Alexandri, & eſt per menſuram legitime menſuratam tabulæ ducentæ ſexaginta, & octo. Et exiſtimatæ fuerunt ipſæ caſæ, & res ab utraque parte ſimul cum prædicta familia per viros idoneos æſtimatores, quorum nomina adſunt Petrus filius q. Alferii de Teges, & item Petrus Schavino fil. q. Trepaldi de Petringo, Aroaldus filius q. Pauloni, & Sibardo fil. q. Curiverti de Curno. Ambulaverunt ipſi æſtimatores præviderunt, & menſuraverunt ipſas terras parere eorum recte exiſtimarunt, quod nunc preſente tempore memoratas res ſimul cum ipſa familia reciperent, ipſi jam dicti Ordinarii, quas idem domnus Adelbertus Epiſc. daret, & commutatio iſta legibus fieri poſſet, has autem prædict. & res cum ſuperioribus, & inferioribus, confinibus, terminis cum ingreſſionibus, & acceſſionibus ſuis ſimul, & prædict. familiam qualiter inter ſe, ut ſupra commutaverunt unus alteri, pars parti in commutat. nomino tradiderunt. Unde utræque partes pœnas inter ſe obligaverunt domnus Adelbertus Epiſc. pro ſe, & heredibus, & prædicti præsb. diac. & ſubdiac. pro ſe ipſis, & ſucceſſoribus ſuis, ut qui ſe de iſta commutatione removere, aut diſtollere quæſierit, aut infringere tentaverit: aut unus alteri non adimpleverit, aut non defenſaverit qualiter dederunt: tunc componat pars illa, quæ ita non permanſerit ad partem fideliter ſervantem iſtam commutationem in duplo in eiſdem locis ſub exiſtimatione quali in tempore apud eos meliorata inventæ fuerint. Unde duæ commutationes ſcriptæ ſunt. Actum in civitate Borgomi.

† *Ego Adelbertus gratia Dei humilis Epiſcopus in huc commutatione à me facta ſubſc.*

† *Petrus qui exiſtimavi ut ſupra me ſubſc.*

† *Aroaldus qui exiſtimavi, ut ſupra me ſubſc.*

† *Petrus Scavino, qui exiſtimavi, ut ſupra me ſubſcripſi.*

† *Sibardo qui exiſtimavi, ut ſupra me ſubſc.*

Datone filio q. Adelberti de Bugenaco Hodeverto de caſtrualo rogatis teſtibus.

. . . . Judex Domini Regis . . . ſubſc.

Petrus Scavinus rogatus ſubſ.

Ardroverte filio boni Garimundi de Alſe teſte.

Ego Guripertus Notarius ſcripſi poſt traditam complevi, & dedi.

Eodem quoque anno à Berengario obtinuit poteſtatem novam domum Papiæ ædificandi, ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus domicilium futuram, ut eſſet pro ea, quam Papienſes, ut commodius civitatem ſuam munirent, jam olim exciderant, in cujus rei gratiam hujuſmodi prodiit decretum.

In nomiae Domini Dei æterni.

Berengarius Rex omnibus Sanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus notum fieri volumus, Adalbertum ven. Sanctæ Pergamenſis ſedis Antiſtitem noſtræ proclamaſſe manſuetudini ſuam Eccleſiam habuiſſe manſiones, & Solarium in Ticinenſi civitate in loco, qui dicitur Faramania, & imminente perſecutione Hungarorum propter munitionem ipſius civitatis à civibus, & domus deſtructæ fuerint, & murus civitatis ædificatus ſit ſuper terram ſuæ Eccleſiæ, & ſuam ſicut nunc conſtructus eſſe videtur. Ideoque ſe abſque Epiſcopali domo in prædicta civitate eſſe dicebat, & quia ita fuiſſe comperimus omnes oppreſſos conſolari cupientes, maximeque Eccleſias, & Chriſti ſacerdotes dignum duximus, ut in eodem loco qui dicitur Faramania ſuper murum ipſius civitatis licentiam habeat ex noſtra parte, & poteſtatem quodcumque voluerit ædificium conſtruendi, tam ipſe quamque ejus poſteri. Et via quæ ibi ab occidente ad Orientem dirigitur quia ſatis muro prædicto proxima eſt, non juxta murum uſque ad poſterulam, ſed à Meridiana parte ſuæ terræ interſe, & S. Petri Sanctæque Theclæ terram dirigatur, quia ad hanc prævidendam Joannem Ticinenſem direximus Epiſcopum. Extenditur autem murus ipſe cujus proprietatis, ſuæq; Eccleſiæ liceatiam conceſſimus ædificandorum ædificiorum uſq; ad perticas legitimas duodecim. Si quis igitur hoc noſtræ auctoritatis, & conceſſionis præceptum infringere, vel violare tentaverit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras quinquaginta, medietatem cameræ noſtræ & medietatem prædicto Adelberto Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus. Quod ut verius credatur, & diligentius obſervetur, manu propria roborantes de annulo noſtro ſubter juſſimus inſigniri. Signum . . . Domini Berengarii Sereniſſimi Regis.

Joannes Cancellarius ad vicem Ardingi Epiſcopi, & Archicancellarii recognovi.

Data Kal. Septemb. anno Dominicæ Incarnationis 915. Domni vero Berengarii Sereniſſimi Regis 16. Indict. 4. Actum curte Cruciano in Chriſto feliciter. Amen.

Cæterum Adelbertus ſemel, & iterum Bergomum inſtaurandi habuit occaſionem, cum ſæpius in civitatem illam Barbari hoſtiliter incurriſſent: ſiquidem anno 922. cum apud Rodulphum egiſſet, ut ſibi liceret Bergomates muros, ipſamque civitatem inſtaurare, ad preces Lamberti Archiepiſcopi Mediolanenſis, Vidonis Placentini, ac Benedicti Epiſcopi Terdonenſis hoc ipſum per hujuſmodi decretum obtinuit.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Rodulfus Divina favente clementia Rex. Si ſanctis ac venerabilibus locis, & Eccleſiæ martyrum Chriſti noſtræ liberalitatis manus impertimur in præſenti ſæculo proſperum ſucceſſum, & in futuro æternæ Beatitudinis mercedem nos credimus recepturos. Idcirco omnium Sanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque

præ-

præſentium ſcilicet, ac futurorum fidelium noverit induſtria Dominum Lambertum ſanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopum, Guidonem quoque Placentinum, & Benedictum Terdonenſem venerabiles Epiſcopos & Gilbertum illuſtrem comitem dilectos conſiliarios noſtres noſtram adiiſſe manſuetudinem vice Adelberti Reveren. Sanctæ Pergamenſis Eccleſiæ Epiſcopi innoteſcentes nobis eandem urbem Pergamum hoſtili quadam impugnatione deſtructam: unde nunc maxime etiam Suevorum Ungarorum incurſione turbatur poſtulantes, ut turres & muri ipſius civitatis reædificentur, & labore, & ſtudio præfati Epiſcopi ſuorumque concivium ibi confugientium ſub defenſione ejuſdem matricis Eccleſiæ Beati Vincentii in priſtinum reædificentur, & deducantur in ſtatum. Nos autem juſtam præfati Epiſcopi per prædictos fideles noſtros petitionem compenſantes ſtatuimus, ut pro imminenti neceſſitate, & paganorum incurſu civitas ipſa Bergomenſis reædificetur ubicumque præfatus Epiſcopus, & concives neceſſarium duxerint, turres quoque, & muri, ſeu portæ urbis labore, & ſtudio ipſius Epiſcopi, & concivium, ibidemque confugientium ſub poteſtate, & defenſione præfatæ matricis Eccleſiæ, & ipſius Epiſcopi ſuorumque ſucceſſorum perpetuis conſiſtant temporibus, domus quoque in turribus, & ſuper muros ubi neceſſe fuerit poteſtatem habeat ædificandi, ut vigiliæ, & propugnacula non minuantur, & ut ſint ſub poteſtate ejuſdem Eccleſiæ. Confirmamus etiam ipſi Eccleſiæ præcepta, & cuncta inſtrumenta Chartarum, quæ ab anteceſſoribus noſtris, & reliquis hominibus Deum timentibus, eidem Eccleſiæ collata ſunt. Inquiſitionem etiam ſecundum conſuetudinem ipſius Eccleſię immunitatem quoque, & quæ juſte, & legaliter acquiſivit ſub noſtra tuitione teneat, poſſideat, atque defendat. Si quis igitur hoc noſtræ authoritatis pragmaticum, quandoque violare tentaverit, centum libras auri optimi componere cogatur, medietatem palatio noſtro, & reliquam medietatem prætaxato Pontifici, & prælibatæ matrici Eccleſiæ, ſuiſque ſucceſſoribus. Quod ut firmitatem, & ſtabilitatem per futura tempora obtineat, manu noſtra roboratum, & anulo noſtro ſubter præcepimus aſſignari.

Signum † domni Rodulfi ſereniſſimi Regis.

Manno Cancellarius ſubſc.

Gilbertus Archicancellarius ſubſcr.

Data 3. Non Decemb. anno Incarnationis Dominicæ 922. domni vero Rodulfi piiſſimi Regis in Italia 1. in Burgundia 11. indict. 11. Actum Papiæ in Dei nomine feliciter.

Tametſi autem Adelbertum ſanctiſſimum virum iniquitas temporum mirum in modum divexarit, nunquam tamen erga ſibi creditam Eccleſiam ipſi viſa eſt egregia voluntas defuiſſe. Quia cum ſe communi fato cerneret propiorem, in ejus favorem condere teſtamentum concupivit, ne morte occupatus, inteſtatus decederet. Illud, quia pium eſt, hic ex eodem Cœleſtino depromptum exſcribendum curavimus, quamquam elegantia dictionis, qua tunc ſeculum illud deſtituebatur, illud idem ſuſpectum apud cordatos reddiderit.

In nomine Domini, regnante domino noſtro Hugone Rege in Italia anno tertio menſe Novembris, indictione ſecunda.

Ego in Dei nomine Adalbertus ſanctæ Pergamenſis Eccleſiæ Epiſcopus, filius Q. Attonis de Carimalo, qui vixit lege Longubardorum . . . . . dixi Dominus omnipotens, ac Redemptor noſter, animam quam condidit, ad ſtudium ſalutis ſemper invitat: Et ideo ego qui ſupra Adalbertus humilis Epiſcopus, prævidi pro anima mea ordinare, & diſponere, ut ſic permaneat, ſicut hic ſubtus legitur, quod volo, ut quandocumque ego ab hac luce migravere, corpus meum requieſcat intus Eccleſiam illam beati Chriſti Martyris Vincentii, quæ eſt ſita intra civitatem Pergamum, & eſt mater Eccleſiarum ipſius Epiſcopatus, ante altarium illud, quod ego ibi intus ipſam Eccleſiam conſecravi in honore ſanctæ, & individuæ Trinitatis. Item volo, & judico, ſeu per iſtam meam

A ordinationem confirmo, ut ibi ante ipſum altarium ſit uſque in perpetuum Cecendele unum, & inibi die, noctuque illuminatum fiat pro me peccatore: & habeat ibi ad ipſa luminaria, unde fieri poſſint medietatem de caſis, & rebus, ſeu familiis illis juris mei in vicis, & fundis Surgo, & in Caveato, & medietatem de Maſſaritio illo juris mei ibi in jam dicto vico, & fundo Surgo, cum medietate de familiis ibi habitantibus, & qui ſunt per lacum Cumenſem, & Cimiliarcha jam dictæ Eccleſiæ ſancti Vincentii, qui pro tempore fuerit, cenſum, & oleum, quæ ex ipſis caſis, & rebus, ſeu familiis annue exierint, tollat, & pro Chriſti amore exinde olium emat; & in ipſum Cecendele mittere, & illuminare faciat cuſtodes illos, qui alia Cecendelia in eadem matre Eccleſia ſancti Vincentii illuminant, & habeant ipſi cuſtodes, qui jam dictum Cecendele illuminant, quod ego hic ſtatui eſſe illuminatum pro eorum ſuffragio caſas, & res illas juris mei, quæ ſunt poſitæ in vicis & fundis Bereſiti in valle, quæ clamatur Cavallina, & in vico, B & fundo illo, qui dicitur Vicus longus: & faciant ipſi cuſtodes de frugibus, & cenſu, quos annue Dominus inde dederit, æqualiter inter ſe, quod prævideriint pro animæ meæ mercede. Caſas denique, & res, ſeu familias, illas, quas habere videor in Vico, & fundo Aulinæ, & vineam illam cum Area, ubi extat juris mei, quam habere viſus ſum infra civitatem Pergamum, locum ubi dicitur Monticellus juxta turrem illam, quæ dicitur ſanctæ Mariæ habeat Cimiliarcha, qui pro tempore uſque in perpetuum in jam dicta Eccleſia fuerit, & faciat de frugibus, & cenſu earum caſarum, & rerum, ſeu de ſervitio ipſarum familiarum, quod prævideriit, tam pro anima mea, meorumque parentum, quamque pro officio, quod mihi inibi in ipſo altario obſecro ut faciat, ita ut mihi peccatori omni tempore . . . . in ipſo altario ſanctæ, & individuæ Trinitatis Miſſas, Veſperum, & Matutinum, & reliquum officium faciat, ut Dominus ſit mihi propitius: & qualiter ipſe Cimiliarcha de eo quod ei ſuperius commiſi, fecerit; Deum omni- C potentem habeat retributorem. Reliquam medietatem de jam dictis caſis, & rebus, ſeu familiis juris mei, quæ ſunt poſitæ in jam dictis vicis, & fundis Burano, & Surco, ſeu medietatem de ſupradictis Olivetis, quæ rejacent in vico, & fundo Surco, & in Caveato, deveniat præſenti, poſt meum deceſſum in poteſtatem Præpoſiti illius, qui pro tempore ordinatus ad Præpoſitatum fuerit in Eccleſia beati Chriſti martyris Alexandri ubi ejus ſanctum humatum quieſcit corpus, & eſt non longe à muro ipſius civitatis Pergami: & tollat exinde dictum cenſum, & fruges, quas Dominus ex jam dictis caſis, & rebus, ſeu familiis dederit, & pro omnipotentis Dei amore obſecro, ut inde oleum emat, & pro anima mea, in ipſa Eccleſia S. Alexandri ante ejus ſanctum corpus, unum Cecendile diu, noctuque illuminent ipſe, & ſeptimanarius, qui ibi ſecundum ſuorum ordinem ſeptimanam tenuerit: & habeant ipſe Præpoſitus, & cæteri officiales, qui ibi in ipſa Baſilica beati Chriſti martyris Alexandri officiales & ordinarii fuerint pro eorum ſuffra- D gio, & pro officio, quod mihi aſſidue obſecro, ut faciant, caſas, & res, ſeu familias illas juris mei, quas habere videor in vicis, & fundis, præſidio, & Calautio: & faciant ipſi Ordinarii, qui pro tempore fuerint inibi in ipſa Baſilica, de cunctarum ſervitio ipſarum familiarum, & de cenſu, ſeu redditu, quos Dominus inde dederit, pro anima mea, meorumque parentum, quod prævideriint, ita ut pro mea, & parentum meorum animabus, miſſas, & reliquum officium faciant, ut mihi peccatori ante Deum omnipotentem proficiat, & ipſe Præpoſit. proviſor ſit, & qualiter inde fecerit Deum omnipotent. habeat retributorem. Caſas, & res illas, & familias ibi habitantes, qua ſunt poſita in vicis, & fundis Parræ, & Colgiatæ, & vineam illam, quę dicitur Muchazone cum area, ubi extat, quæ eſt foris non longe prope civitatem Pergamum, & Pratum unum prope Montem ipſius civitatis, qui nominatur ſuper Murgulam, juris mei ad ipſam vineam à mane, & meridie percurrunt viæ, à ſero, & monte ſancti An-

drea

dreæ ad ipſum jam dictum Pratum, de meridie percurrit flumen Murgulæ, à meridie via, vel aliæ quæ affines ſunt, à ſera, via, à monte pratum, quod nominatur Duariſcum, ſupraſcriptas caſae, & res, ſeu familias in jam dictis vicis, & fundis Parræ, & Colgiatæ una cum ipſa vinea, & area, ubi extat, & jam dictum Pratum meo juri pertinentes . . . ſtatuo, & judico ut preſenti poſt meum deceſſum uſque in perpetuum habeant ſex presb decimam de infra civitatem Pergamide eadem matre Eccl. quales Primicerius, qui pro tempore eidem Eccleſiæ S. Vincentii fuerit, ordinaverit, ut ipſi presbyteri faciant ex frugibus, & cenſu ſupraſcriptarum caſarum, & rerum, ſeu de ſervitio jam dictæ familiæ, pro animæ meæ mercede uſque in ſempiternum, quicquid prævide rint, & ipſi ad altarium illud quod eſt in honore ſanctæ, & individuæ Trinitatis conſecratum, ante cujus conſpectum, corpus meum requieſcere deſidero, per unamquamque ſeptimanam teneant, & miſſas, & reliquum officium ibi pro me peccatore celebrent, & qualiter inde fecerint, cum Deo omnipotente ſit eorum commiſſum, etiam volo, & judico, ut præſenti poſt meum deceſſum habeant Canonici illi, qui in canonica illa, quæ eſt ordinata in eadem matre Eccleſia S. Vincentii, qui pro tempore ordinati Canonici fuerint, caſas, & res ſeu familias illas juris mei, quæ habere videor in vicis, & fundis Gavarro, in In. . . . & illas caſas, & res, ſeu familias, quæ ſunt poſita in vico, & fundo Soare nominatim, quæ mihi inibi ex comitatu advenerunt de Adecbario Epiſcopo, & à parte Eccleſiæ ſanctæ Laudenſis, ſeu & illas caſas, & res, atque familias illas juris mei, quæ habere videor in caſtro Calopio; & ibi circum ipſum caſtrum, ſeu in vico, & fundo Arraria; atque mercatum illum, juris mei, quod per omnia Sabbata in eadem civitate Pergamo ſit; & faciant ipſi ordinarii, & Canonici, qui pro tempore in ipſa canonica ordinati fuerint, de ipſis caſis, & rebus, ſeu frugibus, & cenſu, quæ Dominus annue dederit, ſeu de ſervitio ipſarum familiarum pro animæ meæ mercede, uſque in perpetuum, quod prævidtrint, ... cantent quoque & ipſi mihi pro anima mea, meorumque parentum, miſſas, veſpecum, & matutinum, & reliquum officium faciant pro Dei amore. Caſas denique & res ſeu familias illas juris mei, quæ habere viſus ſum in vico, & fundo, qui dicitur Albinæ, ſtatuo, & judico, ut preſenti poſt meum deceſſum uſque in perpetuum habeat presbyter, & cuſtos ille, qui pro tempore cuſtos, & officialis fuerit in capella, & baſilica illa, quæ eſt conſtructa in Curte illa, quæ dicitur Albinæ, quam ego in honore ſancti Danielis conſecravi, & faciat presbyter, & cuſtos, qui ibi pro tempore cuſtos, & officialis fuerit, en frugibus, & cenſu, quæ Dominus annue ex ipſis caſis, & rebus dederit, ſeu de ſervitio ipſarum familiarum, pro animæ meæ remedio quod voluerit, itaut mihi miſſas, & reliquum officium, atque luminaria in ipſa capella pro animæ meæ remedio faciat. Caſas itaque, & res illas juris mei, quæ habere viſus ſum in vicis caſtri, Sernici & Goeate, & pratum illud, quod rejacet in fundo Catuino, quod nominatur Vvilibato, ſtatuo, & judico, ut præſenti poſt meum deceſſum uſque in perpetuum habeat presbyter, & cuſtos ille, qui pro tempore cuſtos, & officialis fuerit in capella, & Baſilica illa, quam ego conſtruxi in Curte illa quæ dicitur Clodunum, quam ego in honori ſancti Viti conſeceavi: & faciat presbyter, & cuſtos, qui ibi pro tempore in ipſe Capella cuſtos, & officialis fuerit, en frugibus, vel cenſu, quæ Dominus annue ex ipſis caſis, & rebus dederit, ſeu de ſervitio ipſarum familiarum, pro animæ meæ remedio quod voluerit, itaut mihi miſſas, & reliquum officium, atque luminaria in ipſa capella faciat, & (quod non credo, nec Deus permittat fieri) ſi Epiſcopus hujus Epiſcopatus Pergami, caſas, & ees ipſas, ſeu fruges vel cenſum, atque familias, quæ ego, ut ſupra ordinavi, de eorum poteſtate, quibus ego habere dixi, ſubtraxerit, aut ipſis ut ſupra habere non permiſerit, vel ſupradictum altarium, quod in honore Sanctæ, & individuæ Trinitatis conſecratum eſt intra Eccleſiam ſancti Vincentii, exinde tulerit, & hanc meam irrumpere quæſierit ordinationem, tunc poſt hoc clarum fuerit, & vere probatum fuerit, tunc ſtatuo, & judico, ut jam dictæ caſæ, & res, ſeu familiæ, quæ ſuperius ordinavi, ad parentum meorum, quales in illo die tunc mihi propinquiores fuerint, remaneant cum poteſtate faciendi quod voluerint. Hæc omnia ſuperius comprehenſa pro anima mea ſtatui, & ordinavi: nam dum ego qui ſupra Adalbertus Epiſcopus in hoc ſæculo advixero, omnia ſupraſcripta in meam reſervo poteſtatem faciendi, quod voluero. Nam quod exinde alitee non renuntiavero, & ſic permitto permanere, tunc poſt meum deceſſum, ſic permaneat ſicut ſupra legitur. Quia in omnibus ſic eſt mea voluntas, & habet ſuperjectam unam, ubi geritur gerrate. Actum civitate Pergamo.

Adalbertus gratia Dei Epiſcopus ſubſc.
Joannes de Cadenne rogatus ſubſc.
Iſo de Salvenſe rogatus ſubſc.
Arnaldus Cauſidicus ad confirmandum ſubſc.
Adalbertus de Rege rogatus ſubſc.
Lazarus Judex domini Regis rogatus ſubſc.
Teutaldus Judex domini Regis rogatus ſubſc.
Ariſpertus rogatus ſubſc.
Rotecherius rogatus ſubſc.
Teuderulfus Judex domini Regis rogatus ſubſc.
Andreas notarius domini Regis ſcripſi poſt traditam complevi, & dedi.

Regnante vero Hugone eodem Rege, poſt ſuam ultimam voluntatem, hæc alia donaſſe Eccleſiæ, & Præpoſito S. Alexandri refert aliud monumentum ejuſdem Epiſcopi.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ſanctæ & individuæ Trinitatis. Regnante Hugone pio Impeeatore in Italia.

Ego Adelbertus filius Attonis de Carimalo, Dei gratia diſponente, ſanctæ Dei Eccleſiæ Pergomenſis, licet indignus, Epiſcopus, en conſtitutione, & approbatione Joannis venerabilis hujus ſupradictæ Eccleſiæ Præſulis, & Agini, nec non Garibaldi, & aliorum, cam iſtorum quam meorum anteceſſorum judicio, & corroboratione, prænominato domino noſtro Hugone invictiſſimo, & rectiſſimo Rege conſentiente, ſimiliter identidem laudo approbo, confirmo, & ſtatuo ipſis, & civibus mihi ſuggerentibus hoc ſæpe ut ab antiquis cryptis, quæ ſunt à parte meridiana ſub muro prædictæ civitatis prope locum ubi corpus beati Alexandri glorioſi martyris, Deo præordinante, & me cooperante, jacet humatum, à recta via uſque ad locum qui vocatur Longulæ, & per omnem locum, qui vocatur Cultellus & Cancle, & per montes, & per valles, per culta, & inculta, & per illa excoluntur, & quæ excultura ſunt, uſque ad locum, qui vocatur Brenne, ubi eſt caſtrum Beati illius Alexandri, omnes decimæ grani cujuſcumq; fuerit, & vini & liguorum, & animalium, boum, agnorum, pecorum, caprarum ſint ſine aliqua moleſtatione Præpoſito ipſius matris Eccleſiæ beati Alexandri qui pro tempore viſus fuerit, ſive ſint de meis propriæ domi, cultibus præſentibus, ſive colendis futuris, ſive de meis ſucceſſoribus coepiſcopis, vel & de meis, ſeu & omnium ipſorum ſucceſſorum meorum laborariis. Præterea, & laudo & affirmo, ut ex alia parte civitatis à Laticis autro, quod vulgo Lantrum, recta via uſque ad Soriſole, & per omnem illum locum, qui vocatur Caſtellum & per montes, & per valles, uſque ad Lemene, & deinceps per omnia loca intra, vel extra territorium civitatis, ubi aliquis de mea familia laborare viſus fuerit, omnes decimas Præpoſitus ſupradictæ Eccleſiæ qui pro tempore viſus fuerit, in in. . . . concedat. Hæc omnia Præpoſitus ſupradictæ Eccleſiæ ex decreto ſtatuimus ut bono, & fideli animo ſuper ſervandam Eccleſiam eum inveniamus. Imo ſibi & aliud conceſſimus, quod jam in illius notitia teſtamenti confirmavimus: quod in altari ſanctæ & individuæ Trinitatis, ante quod altare corpus meum requieſcere, deſidero, decrevimus. Præterea ſcilicet illud alterius beneficii,

quod in ſupradicto teſtamento memoratum eſt ſibi tribuimus; ut propter Dominum, & pro remedio animæ meæ, meorumque parentum, Cecendele unum ibi ante ſanctum corpus beati Alexandri glorioſi Martyris nocte, ac die illuminare faciat, & ſicut ipſe feceris, ita ſibi Dominum retributorem ſciat; quod ſcilicet corpus athletæ inviciſſimi Alenandri ego Adelbertus qui indignus ad honorem Domini noſtri Jeſu Chriſti & ad ipſius venerandi Martyris in confeſſionem . , quod . . dare juſſi in qua nunc requieſcit, venerabiliter, ut oportuit, collocavi, & cum omni diligentia, ac induſtria tam mihi quam poſteris cuſtodiendum tradidi ſperans, & confidens me cæteroſque eum venerantes, ejus ſuffragiis adjuvari & in tribulationibus ſublevari à tartareis faucibus liberari. Poſtremum ſi quælibet perſona, cujuſcumque ſit ordinis ſeu laicalis, ſeu clericulis hanc notitiam noſtræ largitionis deſtruere, vel inquietare, vel conturbare, vel infringere alioque modo, alioque ingenio, aliaque ſuggeſtione, aliquo conſenſu (quod abſit) conatus fuerit, ex parte Dei omnipotentis, & beati Alexandri, & omnium ſanctorum, ille ſit excommunicatus, & anathematizatus, ſicut Judas damnatus, ſicut Dathan, & Abiron in profundo tartari devoratus, inſuper ducentas libras de optimo auro perſolvat, medietatem Cameræ Regis, & medietatem Eccleſiæ B. Alexandri, ad reſtaurationem & augmentationem ipſius Eccleſiæ. Et deinceps noſtræ largitionis dona permaneant firma, & inviolabili ſtipulatione ſubnixa permaneant.

Ego Adalbertus gratia Dei Epiſcopus ſubſcripſi.

Hanc donationem deinceps confirmarunt Paſchalis II. anu. 1109. & Cœleſtinus II. an. 1143. ut videbimus.

Hinc æque ac ex aliis egregiis ejus operibus colligere poterit pius lector, merito promeruiſſe illum immortalem Patriæ amorem, auxiſſeque numerum ſanctorum, cum deceſſiſſet anno 935. die 12. menſis Novembris, ut arbitrantur nonnulli, aut, ut volunt alii, inſecuta die. Ejus ſacrum corpus alii tradunt fuiſſe tumulatum in templo S. Alexandri; alii apud S. Vincentium accepiſſe ſepulchrum. Guarnerius, poſt alios antiquiores, ejus vitam enarrat; adeoque apud Bergomates S. Adelberti eſt immortalis memoria, ut ſi nullos præterea ſanctos civitas illa protuliſſet, unius Adelberti ſanctimonia, rebus præclare geſtis illuſtrari poſſe videretur. De eo olim in publico civitatis Palatio hoc extabat monumentum.

Adelbertus Caromalus Bergomi civis & Præſul, tam miræ fuit ſanctitatis, & in reſtauranda diruta civitate, & ſacris ædibus impiorum manu combuſtis tam ſolers, ut Berengarius Imperator ingentes ejus virtutes admiratus eum viſitare, & in ejus gratiam divi Alexandri noſtri tutelaris numinis templum ampliſſimis muneribus honeſtare voluerit, anno Domini DCCCCIII.

De eo item Mutius p. p. Theatri.

Et tua Adelbertum jactant vineta Vigili,
Caromalum, patriæ, Pontificumque decus.
Diruta Marte truci rurſum mihi templa reponit,
Hæreſis & prudens ſemina jacta necat.

Supra fores Eccleſiæ S. Alexandri hæc Adelberti proſtabat memoria.

Quiſquis Alexandri propeeas ad limina ſancti,
Semper Adelberti Præſulis eſto memor.

XXIII 22 RECHO, ſive Rechonus Bergomenſis civis, Adelberto ſuffectus eſt anno 935. Deceſſit anno 942. Narrat Pellegrinus extitiſſe duos Rechones Bergomenſes Epiſcopos, alterum Adelberti ſucceſſorem, alterum proxime ſucceſſorem: (1) ego autem ex veriori annorum ſupputatione unum fuiſſe arbitror cum Cœleſtino.

23 OLDERICUS, a ſive Oderius adlectus anno 942. (2) Hic reperitur ſubſcriptus Ravennati Concilio celebrato à Joanne XII. ſummo Pontifice coram Imperatore Othone, cum Magdeburgenſem Metropolim erigeret, anno Domini 968. Ind. 12. Othoniani Imperii anno 7. Quo ipſo tempore in gratiam Imperatricis Adelaidæ omnia illa bona, quæ in Bergomati territorio Berengarius olim, ejuſdemque Vvilla uxor late poſſederant, ab eodem Othone obtinuit, ut proxime ſubjectum diploma declarat. XXIV

a Sed Odelricus.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis,
Otho divina favente clementia
Imperator Auguſtus.

Imperialis mos eſt celſitudinis procerum ſuorum precibus aures libenter accommodare quatenus in ſuæ felicitatis obſequiis devotiores eos undique reddat. Quapropter cunctorum fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque præſentium ſcilicet, & futurorum induſtria noverit, quod Odelricus Reverendiſſimus ſanctæ Bergomenſis Eccleſiæ præſul, noſterque fideliſſimus per Adelaidam noſtram fideliſſimam conjugem, nec non Imperatricem ſuppliciter noſtram deprecatus eſt clementiam, quatenus pro regni noſtri ſtabilitate æternæque retributionis intuitu eidem venerabili Epiſcopo illos manſos qui fuerunt de jure Berengarii, & Vvilæ in comitatu Bergomenſi in locis, qui dicuntur Bonate ſuperiore, Brembate ſancti Victoris, Bulterio Caprino, Gurgulaco, Muringo, Albano per noſtri præcepti paginam cum omni eorum integritate jure proprietario concedere dignaremur. Cujus petitionibus inclinati, & debitam præfati Epiſcopi fidelitatem attendentes hoc noſtræ donationis præceptum ſcribi juſſimus, per quod prætaxato Odelrico Rever. Pontifici prænominatos manſos, & quicquid inibi pertinere videtur jure proprietario concedimus, & perdonamus, & de noſtro jure in ejus jus, & poteſtatem transfundimus, ut habeat poteſtatem prænominatos manſos cum omnibus appenditiis tenendi, donandi, vendendi, commutandi, vel quocumque voluerit ſcriptionis titulo alienandi noſtra, & hæredum, & prohæredum, ac ſucceſſorum, ſeu publica moleſtatione remota. Si quis autem hoc noſtræ donationis, & confirmationis præceptum quandoque violare tentaverit, centum libras auri optimi componere cogatur, medietatem Pallatio noſtro, & medietatem præfato Pontifici, ſuiſque hæredibus, vel cui ipſe, vel ipſi dederint. Et ut hoc verius credatur, diligentiuſque obſervetur, manu propria ſubter roborantes, annuli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.

Signum Domini  *Othonis inviciſſimi Imperatoris.*

Ambroſius Cancellarius ad vicem Vvidonis Epiſcopi, & Archicancellarii recognovi, & ſubſc.
Data prid. non. Anno Dominicæ Incarn. 968. Imperii vero D. Othonis piiſſimi Cæſaris 7. Ind. 12.
Actum in civitate Ravenna in Dei nomine feliciter. Amen.

Iſte Oldericus Monaſteriolum, ſive Abbatiam S. Michaelis Cereti olim à Paganis devaſtatam, ac deſtructam reſtauravit, portum non longe ab ea ædificavit, quod benigna gratia, & privilegio Otho-

(1) Duos fuiſſe Rechones in Cathedra Epiſcopali Bergomen. ſatis probat antiqua Tabula in Epiſcopatu Bergomi, ex qua Cœleſtinus multo vetuſtior Peregrinus Chronologiam ſuam ordinavit. *Guerrinus.*

(2) Epiſcopum hunc varie, & diverſimode nuncupatum legimus in Actis extenſis Concilii Ravennatenſis apud Labbeum tomo 9. fol. 672. uſque ad 678. cui Conciliari ſeſſioni interfuit & ſubſcripſit, his verbis: *Oldericus Bergomen. Epiſcopus interfui, & ſubſcripſi*, cum antea in 1. parte Concilii fol. 676 ſubſcripſerit ſub nomine Udalrici. Hic idem anno 961. cum Archiepiſcopo Mediolanenſi Valperto, & univerſo Comprovincialium decem ſeptem Epiſcoporum cœtu in æde D. Ambroſii Mediolani Othonem primum Italiæ Regem elegerat, & Aldebertum invaſorem excommunicatum depoſuerat, ut ex Chronico majori Flammæ cap. 221. & Sigonio ad annum 961. Euſtachio à S. Ubaldo de Metropoli Mediolanenſi ſectione 4. cap. 3. n. 415. *Guerrinus.*

thonum Imperatorum meruit cohoneſtari anno eodem 968. eodemque die .

In nomine ſanctæ , & individuæ Trinitatis .

Otho , & Otho divina favente clementia Imperatores Auguſti . Si ſanctis , & venerabilibus locis , &c. Quapropter omnium , &c. noverit ſolertia , Ubertum Epiſcopum fidelem noſtrum Archicancellarium adiiſſe noſtram Auguſtalem clementiam , qualiter pro Dei , & Beati Alexandri martyris amore noſtræque animæ remedio . necnon fidelitate Olderici ſanctæ Pergamenſis Eccleſiæ Epiſcopi , ubi B. Alexandri corpus juxta muros civitatis humatum quieſcit , ædificare mercatum annualem in Inſula Pergamenſi , in loco qui dicitur ſanctum Siſinium in feſtivitate videlicet ipſius Beatiſſimi martyris cum omni theloneo , & redhibitione ipſius mercati & conſtituere portum in loco , & Abbatia quæ dicitur Monaſteriolum , quæ Abbatia à Paganis olim deſtructa , & nunc ab ipſo Epiſcopo reſtauratur ſtabilire portum , & ſtationem navium ſcilicet venientium ex Venetiis , & Clumaclis , & Ferrarienſis partibus ſive undicumque venientibus cum omni ripatico præfatæ Eccleſiæ donare , atque concedere dignaremur , cujus precibus aſſenſum præbentes , & interventum apud Deum beatiſſimi martyris optantes , necnon & fidelitatem prædicti Epiſcopi conſiderantes donamus , largimur , atque concedimus reſtituere prætaxatum mercatum , & ædificare portum in prænominatis locis cum omni theloneo , ac ripatico ipſius videlicet mercati , & portus , ut ſupra ſanctæ Dei Eccleſia habeat , teneat , & fruatur , firmiterque poſſideat jure proprietario , & omne noſtrum regnique noſtri jus à noſtro jure , & dominio ſequeſtrantes in ejuſdem Eccleſiæ jure , & dominio transfundimus , atque delegamus omni noſtra , noſtrorumque contradictione , & inquietudine remota . Statuentes itaque præcipimus , ut nullus Dux , marchio , comes , vicecomes , ſculdarius , gaſtaldius , aut aliqua regni noſtri magna parvaque perſona prædictos mercatos vel theloneos , atque porta , & ripatico in flumine Ollii ſtatutos aliquam violentiam præfatæ ſanctæ Dei Eccleſiæ Pergamenſi inferre , aut diminorationem facere , ſive aliquam publicam functionem exigere audeat . Si quis igitur , &c. uſque inſigniri juſſimus .

Datum ut ſupra .

XXV. 24 GISELBERTUS , de quo mentio in definitiva ſententia Othonis Imperatoris anno 981. ad ſavorem monaſterii S. Vincentii de Vulturno , ut in lib. 4. Chronic. ejuſdem monaſterii habetur , quod extat M.S. in Bibliotheca Barberina .

XXVI 25 AZZO Vicovagliatenſis poſt Giſelbertum electus Epiſcopus , vixit uſque ad annum 995. quo ipſo anno fato conceſſit die 13. menſis Junii , cum prius plura bona cathedrali S. Vincentii munificenter legaſset , matricem omnium Bergomenſium Eccleſiarum vocaviſset , quam prædilectam habebat , apud quam & ſepeliri voluit . („ *Hujus Azzonis tempore conceſſit Otho II. Imperator prædium in Civitate Ticinenſi pro acceſſu ad eam tunc Regiam Urbem Epiſcoporum Bergomenſum , diplomate 12. Februarii 980. ſupplicante Theophania Auguſta , aliudque , quo jura omnia Vallis Sericanæ uſque ad Communiam Bergomenſi Epiſcopo conceſſit , quæ tam in Tabulario Capituli , quam in Cenſuali Epiſcopi Burotii Archivii Epiſcopalis aſſervantur .* Guerrinus .)

XXVII. 26 REGINFREDUS Azzoni ſucceſſit anno 995. qui anno quinto ſui Pontificatus canonicis S. Vincentii aliquas decimas dilargitus eſt , ut apud Deum ſui vellent eſse memores . Quoniam vero conditum ad id diploma continet tempus hujus donationis , inde eruitur quando ſuerit adlectus , deceſseritque , illud hic exſcribendum curavimus .

In nomine ſanctæ , & Individuæ Trinitatis .

Dum ſolita piorum conſuetudine in S. Vincentii Matris Eccleſiæ choro D. Reginfredus Reverendiſſimus Epiſcopus reſideret , de rectitudine , & ſtatu Eccleſiæ diſputaret , juſtum ſibi , rectumque fore comperuit , ut ipſius Eccleſiæ videlicet ſancti Vincentii canonicorum neceſſitatibus ſubveniret , quatenus pro ſuis delictis , ſuorumque prædeceſſorum , ac ſubſequentium Epiſcoporum deliberantiſſime orare poſſent . Unde charitatis cingulo præcinctus , ac totius bonitatis ſtudio præoccupatus , de totius ſui domnicolcilis labore tam de ſancti Alexandri vinea , quam de ſub muri , ac piri , vel raſule , & Sancti Andreæ , ſeu Palatii vineis , & curtis murgulæ braidis , omniumque in civitate , vel juxta habitantium , quicquid decimum eaiude annue Dominus dederit , exceptis illis , quæ in canale ad præpoſitatum , & ad alias capellas pertinent , dignum præfatis canonicis in uſum , & ſumptum tribuere duxit . Quapropter presbyteris , ac diaconibus , & cuncto clero ſtantibus , ac reſidentibus cum certa parte laicorumque nobilium , idem domnus Præſul accerſitis Archipresbytero , & Archidiacono per Paſtoralem virgam ad memoriam , & firmitatem futuram retinendam vice omnium canonicorum inveſtituram illis tribuens , cunctis certificare curavit . Hac autem traditionis inſtitutione , & confirmationis expleta domnus Epiſcopus eximius ob ſecuritatis firmitatem , & memoriæ longanimitatem . Abel ejuſdem Eccleſiæ carnis presbytero hanc paginam componendam , & enarandam tradidit . Quam paginam ipſe præſul proclivis manu propria exarante roborans , ſui certificatione nominis inſignivit . Deinde vero omnes presbyteri , & diacones , ſeu ſubdiacones , qui videntes auditores fuerunt propriis manibus roborantes ſingillatim confirmaverunt .

Datum hoc eſt anno Dominicæ Incarnationis milleſimo , Pontificatus autem Domini Reverendiſſimi Reginfredi Epiſcopi 5. 16. Kal. Octob. Indict. 14.

P. Reginfredus gratia Dei humilis Epiſcopus in hoc decreto omnia ſupraſcripta corroborans ſubſcripſi .
† Ardemannus archid.ac. inveſtituram recepi & ſubſc.
† Joannes archipresb. inveſtituram recepi & interfui .
† Paulus presb. & cimiliarcha interfui .
† Garibaldus presb. interfui , & ſubſc.
† Leo presb. & primicerius interfui , & ſubſc.
P. Andreas presb. interfui , & ſubſc.
† Amelfredus presb. interfui .
† Adelbertus presb. interfui .
† Leo presb. interfui .
† Lampertus presb. interfui .
† Theoderulfus diac. interfui .
† Adelardus diac. ſubſc.
† Meraldus diac. interfui .
† Redaldus diac. interfui .
P. Rochebarius diac. interfui .
† Ardemannus ſubdiac. interfui .
P. Daibertus ſubdiac. ſubſc.
† Lambertus ſubdiac. interfui .
† Vvalpertus ſubdiac. interfui .
Audaldus ſubdiac. interfui .
† Vvalpertus ſubdiac. interfui .
† Atto ſubdiac. interfui .
P. Abel Dei gratia presb. per datam licentiam domni Reginfredi Reverendiſſimi Epiſcopi , & conſenſum fratrum , ut ſupra rogatus . . . & ſubſc.

Actum in eadem Eccleſia feliciter .

Cæterum Reginfredus , ut Peilegrinus narrat , cum aliquando ſpecie pietatis libidinem compreſſiſſet , tandem , ut omnis ſimulatio non admodum diuturna eſt , ſolvit mores , conatuſque eſt cathedrales SS. Vincentii , & Alexandri exuere fortunis , quas aliquando Azzo , Adelbertuſque Epiſcopi illis donarant . Sed non tulere injuriam Canonici , ac Theoderulphus Archidiaconus ; ſiquidem cum apud Henricum Regem Epiſcopi rapacitatem graviſſime fuiſsent conqueſti , ab eo ſequens diploma confirmationis obtinuerunt , omniumque immunitatem fortunarum , quæ ex largitate piorum illis cathedralibus obveniſsent anno 1013.

In nomine ſanctæ , & individuæ Trinitatis .

Henricus divina favente clementia Rex . Congruit

excellentiæ noſtræ venerabilia ſanctorum loca intuitu pietatis reſpicere, atque ne ivibi Deo ſervientes aliquam injuriam patiantur, ſolicita conſideratione providere. Quocirca omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque fidelium præſentium ſcilicet, ac futurorum volumus pateat induſtriæ, qualiter Theoderulfus Archidiaconus ſe, & pro cæteris omnibus eidem Eccleſię ſervientibus preſentiam noſtram triſtiſſimi adierunt, & nunciantes nobis adverſa, quę de territoriis rebus canonicę ſuę à Reginfredo Epiſcopo, aliiſque malis hominibus paſſi fuerant, miſericordiam noſtram ſupplices craverunt, ut propter remedium, & ſalutem animę noſtrę univerſa prędia, & res canonicę facultatis Beatorum martyrum Alexandri, atque Vincentii, duo ſcilicet mercata ab Adelberto Reverendiſſimo; Paſtore collata, & quęcunque alia ſunt ab ipſo donata: necnon & omnia, quę ab Azone venerando Pontifice, ſeu cęteris viris Deum timentibus ſunt conceſſa ſecundum voluntatem donatorum per auctoritatem noſtræ defenſionis, & præcepti noſtri paginam eis liceat obtinere. Quorum petitionibus, ut juſtum eſt, miſericorditer annuentes, per hanc noſtri præcepti paginam confirmamus, & corroboramus eis ſalvo honore Epiſcopi, omnes res, & facultates prædictæ canonicæ, ſicut ſuperius comprehenſæ ſunt, eo videlicet ordine, ut amodo in antea ad uſum, & utilitatem ſanctæ Eccleſiæ ſervientium tam ipſi, quam & ſucceſſores eorum habeant, teneant firmiterque poſſideant, omnium hominum contradictione, & repetitione remota. Præcipientes itaque ſancimus, ut nullus Dux, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Marchio, Comes, vicecomes, gaſtaldio, nec ullus reipublicæ exactor, ſeu aliqua regni noſtri magna, parvaque perſona prædictos canonicos, vel ſucceſſores eorum, qui pro tempore ad præfata venerabilium ſanctorum loca Deo ſervituri ſunt, de ſupraſcriptis rebus diſveſtire, moleſtare, vel inquietare præſumat. Si quis vero, quod futurum non credimus, hujus noſtræ præceptionis violator extiterit, ſciat ſe compoſiturum libras centum auri optimi, medietatem ſcilicet Cameræ noſtræ, & memoratis canonicis, vel eorum ſucceſſoribus alteram. Quod ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur, hoc præceptum inde conſcriptum, manu propria confirmantes, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum D. Henrici Regis invictiſſimi.



Henricus vice Everardi Epiſcopi, & Archicapellani recognovit.

Actum anno Incarnationis Dominicæ 1013. Indictione undecima, anno vero Domini Henrici Regis Secundi, regnantis 11.

Actum Magedeburch feliciter. Amen.

Deceſsit autem Reginfredus anno 1015. die 28 menſis Decembris, quo ipſo anno idem Henricus reſtituit Eccleſiæ S Alexandri comitatum Alamenni, cujus Atto comes Eccleſiam illam inſtituerat hæredem, inque ejus rei gratiam hoc ſequens extat diploma, quod forte dum ex deceſsu Reginfredi Eccleſia illa vacua eſset, dimanavit.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Henricus divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Si Eccleſiarum Dei aliquid ſupplementum tribuimus, inde nobis meritum fore non dubitamus. Quocirca ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorumque fidelium præſentium ſcilicet, ac futurorum volumus univerſitati pateat, quatenus amore Dei, & Beati Alexandri martyris accenſi, cujus adminiculo credimus bene valere perpetuo, auctoritatis noſtræ pręceptum Imperiale, prout juſte, & legaliter poſſumus, illi competenter conceſſimus; & corroboramus, ſicut olim credidimus per regalem inveſtituram videlicet curtem Lemen, cum omnibus caſtellis ſibi pertinentibus, videlicet Brivio & Lavello, ſicut Atto Comes, & Ferlinda, ſua conjux Epiſcopatui preſati Alexandri martyris per paginam Teſtamenti tradidit, ſcilicet cum terris ſibi pertinentibus, cum vineis, pratis, paſcuis, ſilvis, molendinis, piſcationibus, aquis, aquarumque decurſibus, nec non cum ſervis, & ancillis, aldiis, & aldianis; ſtatuimus ergo per hoc noſtræ confirmationis præceptum, ſicut ſtatuit præfatus comes, & ejus conjux, ut abhinc, & in futurum Epiſcopatum beati Alexandri martyris, qui Pergamum vocatur, habeat, teneat, firmiterque poſſideat abſque omnium hominum contradictione remota. Quapropter præcipimus, ut nullus Dux, Marchio, Comes, Archiepiſcopus, Epiſcopus, vicecomes, gaſtaldio, decano, aut aliqua noſtri Imperii magna, parvaque perſona prænominatum Epiſcopatum Beati Alexandri martyris, ſeu Epiſcopum, qui nunc eſt, aut alios, qui ibidem pro tempore fuerint, audeat moleſtare, aut inquietare præſumat ſine legali judicio. Si quis vero hujus noſtri præcepti quandoque quod non credimus, violator extiterit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras mille, medietatem cameræ noſtræ, & medietatem prædicto Epiſcopatui. Quod ut verius credatur, & diligentius ab omnibus obſervetur, manu propria roborantes, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum. . D. Henrici Sereniſſimi, & invictiſſimi Imp. Auguſti.

Dat. an. Dom. Incarnat. 1015. An. D. Henrici Imp. Aug. regnantis 12. Imperii ejus primo. Actum in comitatu Piſano, in Villa, quæ dicitur Faſiona feliciter. Amen.

*(„ Reginfredo ſedente vidit Bergomenſis Civitas
„ præſentem Divum Cęſarem Henricum non adulatoria Romani populi voce Divum, ſed in ſanctorum albam ab Eccleſia relatum. Cum enim anno
„ 1005. Regni Italici coronam adiret, ut teſtatur
„ Ditmarus, & ex eo Euſtachius à S. Ubaldo de Metropoli Mediolanenſi ſectione 3. cap. 8. numero 275
„ & Additionator Theſauri de Regno Italiæ poſt Vitam Ardoini folio 721. & 725. n. 554. & ſequenti,
„ Bergomi moram traxit, ibique Archipræſulis Mediolanenſis Sacramentum homagii recepit, & inde
„ diſcedens, Ticini à Synodo Comprovincialium, &
„ à Nobilium cœtu Regio throno ſublimatus imperavit. Guerrinus.)*



27 AMBROSIUM *a* hujus nominis II. è Martinenga gente (1) nobilem Bergomatem Reginfredus excepit. Hic longiorem geſsit pontificatum, ejus conſultiſsimæ adminiſtrationi applaudentibus cun-

XXVIII.

a Laudatus à Donato Calvi in Scena liter. Scrip. Bergomen. par. 1. p. 19. *Marchi.*

(1) Cœleſtinus, auctor Bergomenſis, Ambroſium hunc conterraneum ſuum ex oppido Martinengi ortum voluit, quod magis ſtabilire poterat, ſi legiſſet in Archivio Cathedralis Originale inſtrumentum in membranis, quo anno 1040. Epiſcopus Ambroſius filius q. Lanfranci ex loco de Martinengo die 1. Julii emit pretio ducentum librarum argenti Curtes, Caſas, Aquas, Agros, paſcua, ædificia in loco de Levate ab Aldalberto, filio Rotepaldi de Lemte Levita, ſive Diacono Eccleſiæ Bergomen. *quæ ſunt juglas legitima* ſo. extra paſculum, & Communalia. Interfuit autem Ambroſius anno 1049. Concilio Romano, & paulo poſt Ticinenſi, & iterum Romano anno 1052. & Mantuano 1053. *Guerrinus.*

cunctis. Super Davidicos Pſalmos inſigne volumen edidit, coactaque omnia Privilegia, quæ ad immunitatem ſibi creditæ Eccleſiæ ſpectare videbantur, Henrico Imperatori obtulit confirmanda, ut ex ſubjecto diplomate abunde intelliges lector.

Iu nomine ſanctæ, & Individuæ Trinitatis.

Henricus divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Omnium Sanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque fidelium, præſentium videlicet, ac futurorum ſagacitas noverit Ambroſium Sanctæ Pergamenſis Eccleſiæ venerabilem Epiſcopum noſtræ obtuliſſe clementiæ præcepta, atque auctoritates piiſſimorum Auguſtorum, vel Regum, ſeu prædeceſſorum noſtrorum omnium quotquot à tempore Divæ memoriæ Magni Caroli regnaverunt uſque ad præſens tempus noſtrum, qui omnes immunitatis ſuæ, ac liberalitatis munimine præfatam Eccleſiam exaltarunt & corroborarunt, petiitque, ut eorundem auctoritatibus noſtram ſuperadderemus auctoritatem. Cujus devotionis precibus libentiſſime aſſenſum præbentes hos apices inſcribi juſſimus, per quos decernimus, ut quicquid antiqui Imperatores, & Reges, Imperatrices quoque, & Reginę Romanorum, Longobardorum, ſeu Francorum, nec non & reliqui Deum timentes, memoratę ſanctæ Pergamenſis Eccleſiæ ſuis præceptis, & teſtamentis contulerunt, & poſtmodum præcellentiſſimi Reges, atque Auguſti ſua auctoritate confirmaverunt, ſtabile, atque inconvulſum noſtris, futuriſque temporibus in ipſius jure, & poteſtate perpetualiter maneat. Et nullus comes, vel publicæ partis judex & Gaſtaldio, vel alia quælibet perſona in monaſteriis, Xenodochiis, vel Eccleſiis baptiſmalibus, aut cardinalibus, ſeu oraculis, vel cunctis poſſeſſionibus, quas ut prædiximus, à tempore Magni Caroli uſque in præſens undecumque infra Regnum Italicum ſæpedicta Pergamenſis Eccleſia habere dignoſcitur, vel quas deinceps inibi Divina pietas augmentare voluerit, nemo ſuperioris, aut inferioris reipublicæ procurator ad cauſas judiciario more audiendas conventum facere, vel freda exigere, aut manſionaticum, vel paratas requirere, parafredos, aut fidejuſſores violenter tollere, clericos ejuſdem Eccleſiæ in perſonis, vel domibus ſuis lædere, vel homines tam ingenuos, libellarios, quamque ſervos in poſſeſſionibus, vel manſionibus ipſius Eccleſiæ commanentes, poteſtative diſtringere, nec ullas publicas redhibitiones, vel illicitas occaſiones, ſive angarias ſuperimponere audeat, vel inferre præſumat, quatenus pro noſtra incolumitate ſtatuque Regni noſtri, altiſſimum Dominum jugiter quiete valeant exorare. Inſuper præcipimus, atque ſtatuimus, ut undecumque à tempore præfati Magni Caroli legalem inveſtituram habere dignoſcitur jam dicta Eccleſia nullam deminorationem quislibet facere præſumat, niſi prius ante noſtri præſentiam judiciario more diffiniatur. Jubemus præterea, atque ſancimus, ut univerſas commutationes, quas cum parte Palatii noſtri, ſeu cum reliquis Epiſcopiis, Abbatiis, comitatibus, xenodochiis publicis, Pergamenſis Eccleſia à tempore prælibati Magni Imperatoris Caroli uſque in præſens legaliter factas habeat inconvulſa retineat, perpetualiterque poſſideat abſque ulla impoſterum contradictione, ſeu publica repetitione ſalvo, inviolatoque jure ipſius Eccleſiæ. Quicumque autem hujus noſtri præcepti prævaricator inventus fuerit, ac comprobatus, immunitatis pœnam eidem Eccleſiæ in triginta libris auri futuram concedimus perſolvere ſibimet cogatur. Et ut hæc noſtræ confirmationis, ſeu conceſſionis, atque immunitatis futuris temporibus illibatum obtineat robur, manu propria firmantes, ſigillo noſtro ſigillari juſſimus.

Anno vero 1026. ad preces Gilæ Reginæ Conradi Imperatoris uxoris, qui jam Henrico defuncto parenti ſucceſſerat, confirmationem obtinuit Comitatus Almenni.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Conradus Dei gratia Rex. Si Eccleſiarum Dei aliquod ſupplementum tribuimus, inde nobis A *meritum fore non dubitamus. Quocirca Sanctæ Dei Eccleſiæ fidelium, noſtrorumque præſentium ſcilicet, ac futurorum volumus univerſitati pateat, quatenus amore Dei, & Beati Alexandri martyris accenſi, cujus adminiculo credimus bene valere perpetuo, interventuque noſtræ dilectæ Contectalis Giſlæ, ac petitione venerabilium Archipræſulum Aribonis videlicet Magontini, & Colonienſis Piligrini per auctoritatis noſtræ præceptum quamdam curtem Leminem Pergamenſi Epiſcopatui concedimus, quam etiam ab anteceſſore noſtro ſereniſſimo Imperatore Henrico ab inimicorum faucibus liberatam præfato Epiſcopatui per regalem inveſtituram, & Imperiale præceptum conceſſam, novimus cum omnibus ſibi pertinentibus caſtellis, Brivio ſcilicet, & Lavello, ſicut Atto Comes, & Ferlinda ſua conjux Epiſcopatui præfati Alexandri martyris per paginam teſtamenti tradidit, cum terris ſibi pertinentibus cum vineis, pratis, paſcuis, ſilvis, molendinis, piſcationibus, aquis, aquarumque decurſibus, nec* B *non cum ſervis, & ancillis, aldiis, & aldianis. Statuimus ergo, ac per hoc noſtræ confirmationis præceptum, ſicut ſtatuit præfatus comes, & ejus conjux, ut abhinc, & in futurum Epiſcopatus Beati Alexandri martyris, qui Pergamum vocatur habeat, teneat. firmiterque poſſideat omnium hominum contradictione remota. Quapropter præcipimus ut nullus Dux, Marchio, Comes, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Vicecomes, Gaſtaldio ſculdatio decano, aut aliqua noſtræ Regalis potentiæ magna, parvaque perſona prænominatum Epiſcopatum Beati Alexandri martyris, ſeu Epiſcopum, qui nunc eſt, aut alios qui ibidem pro tempore fuerint audeat moleſtare, aut inquietare præſumat ſine legali judicio, aut noſtro præcepto. Si quis vero hujus noſtri præcepti quandoque, quod non credimus, violator extiterit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras mille, medietatem cameræ noſtræ, & medietatem prædicto Epiſcopatui. Quod ut verius credatur, & diligentius ab omnibus obſervetur, manu propria roborantes ſigilli noſtri* C *impreſſione juſſimus inſigniri.*

Signum Domini Conradi ſereniſſimi Regis.



Hugo Cancellarius vice domini Aribonis Archicancellarii recognovi.

Data anno Dominicæ Incarn. 1026. Indict. 9. Regni vero D. Conradi II. regnantis 2.

Actum Piſcariæ feliciter.

Eodemque anno idem Conradus Imperator in favorem Canonicorum S. Vincentii, deprecante Ambroſio, rata habuit omnia, quæ aliquando Azzo, aliique anteceſſores illis dono dediſſent, præcipue D autem donationem Terræ Calcinatis, cum ejuſdem Eccleſia, ac pertinentiis ad ipſam ſpectantibus. Quod diploma in eodem Epiſcopatu datum legitur Indictione 5. eo ſcilicet tempore, cum Conradus Imperii inſignia accepturus illac prateriens, Romam proficiſceretur.

In nomine domini Dei æterni.

Conradus gratia Dei Rex. Omnibus fidelibus noſtris præſentibus, & abſentibus notum eſſe volumus, quia dum quodam tempore Pergamum civitatem, & Beati Vincentii martyris Eccleſiam fuiſſemus ingreſſi venerabilis Pontifex Ambroſius, qui illis diebus ejuſdem præſulatus cathedram obtinebat, ſupplex noſtram adiit majeſtatem obnixe videlicet obſecrans, & expoſcens ut de omnibus territoriis, rebus, & fundis ad ipſius Eccleſiæ canonicam attinentibus, nominative de oppido Calcinate cum capella infra caſtrum fundata, & cum omni pertinentia ſua intrinſecus, & forinſecus, ſicut olim divę memorię Azzo

ejuſdem ſanctæ Pergamenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſancti Vincentii per teſtamentum contulerat, & diſtrictione Arimannorum ibidem adjacentium ſcilicet in Balbiaco, & Saxace habitantium, quatenus ad partem publicam nulla conditione reſponderent, nec ad partem comitatus placitum cuſtodirent, neque thelonеum, neque precariam darent, neque ullam facerent angariam ad partem publicam. Inſuper & de aliis omnibus prædiis, & rebus quaſcumque vel idem præfatus bonæ memoriæ Pontifex vel cæteri ipſius loci præſules, & rectores, ſeu etiam cæteri ſæculares ibidem pro animarum ſuarum remediis contulerunt, ut ſicut hæc omnia noſtri prædeceſſores Reges, & Imperatores ad uſum, & ſtipendium ibi ſervientium ſub ſuę protectionis munimine defenderunt, ita & nos ſub noſtræ pietatis umbraculo tueremur. Cujus petitioni, ut juſtum eſt, miſericorditer annuentes per hanc noſtri præcepti paginam confirmamus, & corroboramus omnes res, & facultates prædictę canonicę & pręd. Arimannos ſicut ſuperius comprehenſę ſunt, videlicet ordine ut amodo in antea ad uſum & utilitatem S. Eccl. ſervientium tam ipſi, quam & ſucceſſores eorum habeant, teneant, firmiterque poſſideant, omnium hominum contradictione, & repetitione remota. Præcipientes itaque ſancimus ut nullus dux, &c. uſque inſigniri.

Signum . . Domini Conradi Regis invictiſſimi.

Datum anno Dominicæ Incar. 1026. Ind. 9. Regni vero Domini Conradi Secundi regnantis 2.

Actum in . . . . in Epiſcopatu.

Inſecuto anno, hoc eſt 1027. Kalend. Maji idem Conradus Imp. omnia privilegia eidem Ambroſio affirmavit, quæ aliquando in favorem Pergamenſis Eccleſiæ à Regibus, Cæſaribuſque dimanaſſent, in hunc modum.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Conradus divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorumque fidelium præſentium videlicet, ac futurorum ſagacitas noverit Ambroſium Sanctæ Pergamenſis Eccleſiæ venerabilem Epiſcopum noſtræ obtinuiſſe clementiæ præcepta atquę auctoritates piiſſimorum Auguſtorum, vel Regum, ſeu prædeceſſorum noſtrorum omnium quoquot à tempore divæ memoriæ Magni Caroli regnaverunt uſquę ad præſens tempus noſtrum, qui omnes immunitatis ſuæ, ac libertatis munimine præfatam Eccleſiam exaltarunt & roborarunt, petiitque ut eorundem auctoritatibus noſtram inſuper adderemus auctoritatem. Cujus devotis precibus libentiſſime aſſenſum prębentes hos apices inſcribi juſſimus, per quos decernimus, ut quidquid antiqui Imperatores, & Reges, Imperatrices quoque, & Reginæ Romanorum, Longobardorum, ſeu Francorum, nec non & reliqui Deum timentes memoratæ Sanctę Pergamenſi Eccleſiæ ſuis præceptis, & teſtamentis contulerunt, & poſtmodum præcellentiſſimi Reges, atque Auguſti ſua auctoritate confirmaverunt ſtabile atque inconvulſum noſtris futuriſque temporibus in ipſius jure, & poteſtate perpetualiter maneat, & nullus comes, vel publicæ partis judex, & gaſtaldio, vel alia quælibet perſona in Monaſteriis, Xenodochiis vel Eccleſiis Baptiſmalibus, aut Cardinalibus, ſeu oraculis, vel cunctis poſſeſſionibus, quas ut prædiximus à tempore Magni Caroli, uſque in præſens undecumque infra Regnum Italicum ſæpe dicta Pergamenſis Eccleſia habere dignoſcitur, vel quas deinceps inibi divina pietas augmentare voluerit, nemo ſuperioris, aut inferioris reipub. procurator ad cauſas judiciario more audiendas conventum facere, vel freda exigere, aut manſionaticum, vel paratas requirere, parafredos, aut fidejuſſores violenter tollere, clericos ejuſdem Eccleſiæ in perſonis vel domibus ſuis lædere, vel homines tam ingenuos libellarios quamque ſervos in poſſeſſionibus, vel manſionibus ipſius Eccleſiæ commorantes poteſtative diſtringere, nec ullas publicas redhibitiones vel illicitas occaſiones ſive angarias ſuperimponere audeat vel inferre præſumat, quatenus pro noſtra incolumitate ſtatuque regni noſtri altiſſimum Dominum jugiter quiete valeant exorare. Inſuper præcipimus atque mandamus, ut undecunque à tempore præfati Magni Caroli legalem inveſtituram habere dignoſcitur jam dicta Eccleſia nullam denominationem quislibet facere præſumat, niſi prius ante noſtri pręſentiam judiciario more definiatur. Jubemus pręterea atque ſancimus ut univerſas commutationes quas cum parte palatii noſtri, ſeu cum reliquis Epiſcopiis, Abbatiis, Comitatibus, Xenodochiis publicis pręnominata Pergamenſis Eccleſia à tempore pręlibati Magni Imperatoris Caroli uſque in pręſens legaliter factas habet inconvulſa retineat perpetualiterque poſſideat abſquę ulla in poſterum contradictione ſeu publica repetitione ſalvo inviolatoque jurę ipſius Eccleſię. Quicumque autem hujus noſtri præcepti prævaricator inventus fuerit, ac comprobatus immunitatis pœnam, quam eidem Eccleſiis in triginta libris auri futuram concedimus, perſolvere ſibimet cogatur. Et ut hæc noſtræ confirmationis ſeu conceſſionis atque immunitatis futuris temporibus illibatum obtineat roborem, manu propria firmantęs ſigillo noſtro ſigillari juſſimus.

Signum Domini Conradi invictiſſimi Imperatoris Auguſti.

Dat. anno Dom. Incarn. 1027. regni vero D. Conradi regnantis 3. Imperii ejus 1. Ind. 10. Kal. Maji feliciter Amen.

Ravennæ. Actum.

Cæterum Ambroſius, utque qui tam apud ipſum Conradum, quam apud filium Henricum Cæſarem, magnam gratiam collegiſſet, ab Henrico cum territorio ipſam civitatem munificentiſſime pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus Pergamenſis Eccleſiæ dono recepit, ſub hoc ſubjecto diplomate.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis. Henricus Dei gratia Rex ſervus ſervorum Dei.

Divino nutu, & gratia Spiritus Sancti repletus infra ſuum Palatium ſanctæ Maguntinenſis Eccleſiæ dixit: Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi: ſignum ſalutis Chriſti accipiam, & nomen Domini in adjutorium invocabo. Quoniam oportet Domino unumquemque ſolicite, & ſtudioſe ſervire, & inſuper curam gerere, & ſolicitudinem habere de his, quæ lectio ſanctarum Scripturarum nos admonet, dicens: Dum tempus habemus operemur bonum, maxime in ſanctis, ac venerabilibus locis, ut in die ultionis cum reprobis non damnemur. Quapropter omnibus notum volumus eſſe noſtris fidelibus, præſentibus ſcilicet, & futuris, quod Epiſcopus Vvido ſanctæ Taurinenſis Eccleſiæ, noſterque fidelis noſtrum petiit ſuffragium, ut pro amore Dei, & animæ noſtræ remedio anteceſſorum, & ſucceſſorum noſtrorum Regum, ſive Imperatorum ſanctę Pergamenſis Eccleſię in honore ſancti, & pretioſiſſimi Alexandri Martyris Chriſti, ubi ſatratiſſ. ejuſdem corpus humatum quieſcit, in qua gratia, & auctoritate Dei Ambroſius venerabilis Epiſcopus Paſtor eſſe videtur, noſtra regalia, & magnitudines dignaremur concedere, & confirmare Comitatum ejuſdem civitatis cum omnibus ad ſe pertinentibus, tam intra civitatem, quamque & foris, donec compleatur terminus ſuus. Finis vero hujus Comitatus, ſicuti ad aures noſtras declaratum eſt, eſt ita. Prima in valle, quæ dicitur Tellina, ſecunda autem uſque in Ripa fluminis, quod vocatur Adda: Tertia ſcilicet ad Ollium flumen illius loci decurrentis: Quarta quoque uſque ad Certem, quam dicunt homines Caſalebontano cum omnibus appenditiis, Aldiones quoque, & Aldianas, ſervos, & ancillas, terraſque, & æquora, piſcationes, foreſta, paſcua, cum planitiebus, montibus, & vallibus, rupis, rupinis, & molendinis, ac Herimannos, & Herimannas. Omnia igitur hæc ad prædictam ſanctam Dei Sedem donamus, concedimus, & ſancimus, & ſic regale preceptum idem conſcribi juſſimus, ut jam dicta Eccleſia teneat & ſupradictus Ambroſius Epiſcopus, ſuique ſucceſſores teneant, poſſideant, & quicquid facere voluerint ad augmentum, & honorem ſupradictę Eccleſiæ faciant. Placitum vero omnibus interdicimus,

niſi

niſi ante præſentiam Ambroſii, ſeu ſuorum ſucceſſorum, vel ſuorum miſſorum, & quicquid ante eorum præſentiam finitum, vel judicatum fuerit, perpetua ſtabilitate permaneat. Præcipientes itaque jubemus, ut deinceps, nullus Dux, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Comes, Marchio, Gaſtaldio, aut ullus Reipublicæ procurator, ſeu alia quælibet magna, parvaque perſona noſtrarum poteſtatum, jam dictam ſanctam Eccleſiam diveſtire, moleſtare, conturbare audeat. Si quis igitur hanc noſtrum corroborationem rumpere, aut ieritare voluerit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras ducentas, & omnia bona ejus in bannum eveniant, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem Eccleſiæ, ſive Ambroſio, aut ſuis ſucceſſoribus. Et ut verius credatur, firmiterque obſervetur manu propria roborantes, ſigillo noſtro inſigi ibi juſſimus.

Signum domini  *Henrici Regis invictiſſimi.*

D... Umfredus Cancellar. vice domni Herimanni Archican. recognovit.

Dat. Non. Aprilis ann. Domini 1041. indict. 9. anno autem domni Henrici regnantis II. ordinationis vero ejus 13. Actum Maguntiæ feliciter.

Anno 1027. prima die Maji tranſtulit corpus S. Gratæ ex antiquo Xenodochii templo ab ipſa fundato in Eccleſiam monaſterii S. Mariæ veteris ordinis S. Benedicti, quam deinceps de nomine S. Gratæ de Columnellis dixerunt, utpote quam haud ita pridem eidem ſanctæ dedicaverant. Nobile ſepulchrum, ubi honorifice condita jacet, iis epitaphiis exornarunt.

Præſul Ambroſius meritis, & nomine dignus
Corpus Matronæ juſto ſepelivit honore:
Digna fuit cælis Domino matrona fidelis
Semper Apoſtolico fungitur & ſolio.

Aliud Epitaphium.

Hic jacet Ambroſius Pater quam tranſtulit olim,
Quæ patris patriæ condidit oſſa pii.
Pergama quæ vanis docuit non fidere divis,
Atteſtans Chriſtum Regna tenere Poli,
Dux Lupus hanc genuit: vinxit Germania & Rex
Quo functo cepetit, Patre vocante, ſolum.
Succurrit miſeris thedas exoſa jugales:
Aere potens condit plurima templa Deo.
Fida ſatis comitem junxit ſe Heſperia Virgo
Inſerviee Deo cautius unde queat.
Cæleſti nunc juncta choro pia vota precantum
Exauditu refert Grata beatu Deo.

In hujus translationis memoriam in die Palmarum ſolebat Bergomenſis Epiſcopus poſt ſolemnem precationem ſuper ramos olivarum à S. Alexandri, ad S. Vincentii Cathedralem, atque inde ad S. Gratæ templum ſolemniter progredi, ibique genuflexis Monialibus, ſingulis ramum olivæ præbere, illiſque bene precatus, ſolemnem ſupplicationem illam explere. Eodem anno 7. die menſis Decembris, Eccleſiam S. Vincentii, ejuſdemque maximam Aram in honorem ejuſdem ſancti, ac S. Agnetis iterum conſecravit: Arcamque, quæ S. Alexandri corpori eminet, exornavit, illiuſque anteriorem partem ferrea crate protexit, in cujus lateribus hæc carmina legebantur.

Arca fuit pannis hæc obſita pluribus annis,
Nunc patet ornatu, ut decet egregio,
Irradiare novo ſtudio, ſtabilique decoro
Hanc Pater, & Dominus fecerat Ambroſius.

Anno 1049. Leo IX. Pontifex Maximus in Concilio Romæ celebrato contra Simoniacos, in gratiam Ambroſii, ampliſſimum Privilegium S. Gratæ Monaſterio indulſit, quo uni Bergomenſi Epiſcopo faciebat poteſtatem Monialium Abbatiſſam conſecrandi. Cujus quidem privilegii mihi fides ſuſpecta eſt *a*, quod in eo Conradi Imperatoris, jam defuncti, mentio fiat. Quamobrem videtur dicendum ab imperito ſcriptore fuiſſe corruptum, ut ferè accidit iis, qui incurioſe ſcribunt, meæque ſuſpicioni illud etiam videtur argumento eſſe, quod ibi Benedictus, ac Georgius ambo Tiburtini Epiſcopi nominentur, quorum ſortaſſe alter Tudertinus, alter Tiburtinus ſcribendus erat. Privilegii exemplar hujuſmodi eſt à Cœleſtino allatum libro 22.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Ego Leo ſervus ſervorum Dei, una cum Reverendis Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, aliiſque ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ fidelibus in ſacra Synodo reſidentibus, nec non & judicibus, legiſque doctoribus, ſpirituali filio domino Conrado Imperatore, intervenientibus precibus Ambroſii Pergamen Epiſcopi, nec non Older. Brixienſis Epiſcopi, poſtulantibus inſuper prædictis Imperatore, & ſimiliter prædictis Rever. Epiſcopis nos, ſanctamque Synodum deprecantibus, noſtra, & totius Sacræ Synodi largitione conceſſimus Monaſterio S. Gratæ, Curtem, & Caſtrum, attinentia, & cuncta, quæ Adleida mater S. Gratæ, quæ hoc Monaſterium de propriis rebus ædificavit, & Imperialibus conſtitutionibus, ſeu præceptis omnia ad eundem Monaſterium pertinentia multo jure confirmato conſtituit, ut electione Abbatiſſæ in ſororum ordinatione permaneant, & omnia in poteſtate Abbatiſſæ ſine aliqua diminutione conſiſtant, & Regibus, ſive Pontificibus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Metropolitanis, Epiſcopis, Abbatiſſæ ſeu à quolibet veſtrorum, & domino Clero intemerata permanere perpetualiter conſtituimus ſanctæ Pergamenſi Matri Eccleſiæ, ubi domnus Ambroſius Epiſcopus preordinatus eſſe videtur, noſtra Synodali concordia largitione concedimus, ac omnia quę ſpiritualiter agere debet, hoc eſt circa conſecrationem Abbatiſſæ, vel Monacharum, & de nulla ſe intromittant, neque de caſtro, & Curte de Saranica, neque de aliis caſtris, & villis, campis, vineis, caſis, molendinis, tam in civitate Pergamenſi, quam de foris per totum Comitatum cum omnia, & omnibus ad eumdem Monaſterium S. Gratæ de prædicto Epiſcopo attinentia cum religioſo jure concedimus. Unde ſi quis contra hanc Apoſtolicam, & Synodalem auctoritatem, & largitionem quiſquam Epiſcopus invaſor aliquid molietur, ſive contra hoc, quod prædiximus repugnaverit, cujuſcumque gradus, vel ordinis, aut officii, vel dignitatis, aut generis, ſciat ſe in iram Beati Petri Apoſtolorum Principis, & omnium ſanctorum, & noſtram, noſtrorumque prædeceſſorum curſurum, & æternaliter anathematis vinculo damnatum, ac in excommunicatione victurum univerſalis Eccleſię & cuncti populi Chriſtiani. Inſuper niſi à malo reſipuerit, irrevocabili exilio puniatur, vel ultimis ſuppliciis feriatur, & bona ejus publicentur. Qui vero pio intuitu cuſtos, & obſervator in omnibus extiterit, benedictionis gratiam, & vitam ęternam cum omnibus ſanctis habere mereatur in ſęcula ſęculorum. Amen. Fiat ſiat. In his autem interfuerunt Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Judices Romani ſeu de vicinis, & longinquis civitatibus: interfuit D. Conradus Imperator, & Ambroſius, & Oldericus Epiſcopi &c. quorum impulſu N. Preneſtinus, Georgius Portuenſis, Deodatus Hoſtienſis, Martianus Naenienſis, Benedictus Tiburtinus, Bernardus Caſtrienſis, Joannes Petroſinus, Gregorius Oetenſis, Georgius Tiburtin. Valentinus Manoteaſis, Theodorus Milleto, Savinus Abbas Planetę, D. Abbas Altinenſ. omnes Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, & reliqui plures Cardinales, ſic actis interfuere. Gregorius Cardinal. ad Vincula, Benedictus S. Cęcilię, Andreas presbyter Patriarcha Lateran. Julianus presb. Lateranen. Fauſtinus presb. S. Petri, Marcus presbyter S. Petri Apoſtoli. Hi omnes Cardinales his actis interfuere. Fauſtinus caput Senatus, & Conſul, & Judex de Palatio, Julianus de Fer-

na-

na Muana Romanus, Paulus de Templo Palatii, & plures alii.

Data, & corroborata 6. Idus Junii in Patriarchio Lateranenſi Domini Salvatoris feliciter Amen. Amen. Subſcriptio notarii omiſſo ſigno.

Ego Stephanus notarius interfui, & juſſu D. Leonis ſummi Pontificis omnia ſupradicta ſcripſi, & tradidi.

Ex iis privilegiis poteris intelligere lector, quam apud Reges, ac Cæſares Ambroſius gratioſus extiterit, quamque charus Deo Bergomenſem adminiſtrarit Eccleſiam, qui plenus meritis e vivis exemptus eſt anno Domini 1057 die 21. menſis Octobris. Achilles Mutius in Theatro Bergomen. hiſce laudibus Ambroſium extulit lib. 6.

Qui Martinenghi ſanctiſſima Præſulis acta
Ambroſii neſcit, neſcit & aſtra ſimul.
Auguſtis notus: charus quoque Regibus illis
Traxit & injuſtos in ſua vota duces.
Profuit, ò quantum, populo templiſque dicatis
Pauperibuſque locis, utilis ore, manu.

XXIX 28 ALCHERIUS ad eandem ſedem promotus eſt anno 1057. Deceſſitque 1061. [„ *Interfuit Concilio Sutriano ſub Nicolao II. Papa 1059. in quo* „ *Benedictus Antipapa, cognomento Mintius, veniam petiit, & depoſitus ab Epiſcopali, & Sacerdotali officio ſchiſma ejuravit.* Guerrinus.]

XXX. 29 ATTO Mediolanenſis e Vicomercato, Bergomenſis Epiſcopus electus eſt anno 1061. Hic anno 1072. die 19. Menſis Auguſti duas partes paternarum fortunarum Cathedrali S. Vincentii munificentes legavit, reliquam tertiam partem Cathedrali S. Alexandri attribuit, ea conditione, legeque, ut utriuſque Eccleſiæ Canonici, tam teſtatoris, quam animarum degentium in Purgatorio ſolemnes perſolverent inferias, ac ſacerdotibus omnibus, qui ea die ſacrum feciſſent ſolemne convivium exhiberent. Decretum, quia pulchrum eſt, plenumque pietatis, hic ad poſteritatis exemplum apponendum curavimus.

*Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti 1072. XIV. Kalend. Septembris, Indict. 10. baſilicæ Si Vincentii & Alexandri Chriſti martyris, ipſa baſilica S. Vincentii eſt conſtituta infra civitatem Pergamum, & Baſilica S. Alexandri eſt conſtituta foris muros, & prope jam dictam civitatem Pergamum, ubi S. Alexandri requieſcit corpus, quæ Baſilicæ ipſæ cum omni ſua pertinentia ſunt ſub regimine, & poteſtate S. Pergamenſis Eccleſiæ, Ego domnus Atto Epiſcopus de prædicto Epiſcopatu, & filius q. Obbiani de Vicomercato, qui profeſſus ſum ex natione mea lege vivere Longobardorum, offertor & donator prædictæ Baſilicæ præſentibus præſens dixi. Quiſquis in ſanctis, ac venerabilibus locis ex ſuis aliquid contulerit rebus, juxta Salvatoris vocem in hoc ſæculo centuplum accipiet, & inſuper quod melius eſt, vitam poſſidebit æternam. Ideoque ego qui ſupra domnus Atto Epiſcopus dono, & offero à præſenti die ſupradictæ Baſilicæ nominative cunctas caſas, & omnes res territorias, ſeu caſtra, & Capellas, illas juris mei, quæ habere, & poſſidere viſus ſum in locis, & fundis ſcilicet Martinengo, & Rumano, ſeu in Brembate ſuperiore, & in eorum territoriis, vel vocabulis locis, & ſunt ſupradictæ res territoriæ, quæ ſunt in prædicto loco Martinengo, & in antedicto loco, & fundo Rumano, & in eorum territoriis, totæ inſimul extra paſculum, & communalia, per juſtam menſuram Jugias legitimas centum, ſupradictæ res territoriæ rejacentes in ſupradicto loco, & fundo Brembate, entra caſtrum, & paſculum, & communalia, ſunt totæ inſimul per juſtam menſuram, jugias legitimas ſexdecim; & inſuper dono, & offero aliquantas res territorias rejacentes in loco, & fundo Vertricha, quæ pertinent ad Eccleſiam, vel Capellam S. Mariæ, ſitam in loco jam dicto Brembate, ſicut detinent capellani ad partem ejuſdem Eccleſiæ in beneficium, & ſi amplius fuerit de meo jure in prænominatis locis, ſcilicet in Martinengo, & in Rumano, ſeu in prædicto Vico Brembate, & in eorum territoriis, quam ut ſupra menſura legitur in præſenti maneat prædictæ Eccleſiæ per hanc chartam offertionis, quæ autem ſupradictæ caſæ, & caſtra, & capellę, ſeu omnia territoria qualiter ſupra legitur cum ſuperioribus, & inferioribus, ſeu cum finibus, & acceſſionibus ſuis &c. Eo tamen ordine, ut ab hac die jam prędictę Baſilicę ſanctorum Alexandri, & Vincentii Martyris, ut jam dictis caſis, & omnibus rebus territoriis, ſeu caſtris, & capellis ad Eccleſiam pertinentibus dare, & offerre videor, ita ut faciant officiales ſanctorum Alexandri, & Vincentii, qui ordinati ſunt, atque deinceps eſſe debent in ſupradictis Baſilicis die, noctuque Deo ſervierint, & divinum officium fecerint de fructibus, & cenſu, quos exinde de ſupradictis rebus territoriis, ſicut ſupra legitur, annue Dominus dederit ad eorum uſum, & ſumptum quidquid communiter voluerint, pro optimo animæ meæ remedio, & mercede, ſine omni mea, qui ſupra Attonis Epiſcopi, & heredum, vel ſucceſſorum meorum contradictione. Ita tamen ut de ſupradictis rebus territoriis, ſicut ſupra legitur habeat jamdicta Baſilica ſancti Vincentii duas partes, & prędicta Baſilica S. Alexandri habeat partem tertiam. Poſt autem meum diſceſſum volo, & ſtatuo & per iſtam chartam ordinationis, & offertionis meæ confirmo, ut per ſingulos annos in die anniverſarii mei celebretur ab ipſis officialibus, qui pro tempore ordinati eſſe debent, & plenum officium defunctorum pro me, & pro omnibus fidelibus defunctis ſatisfaciant. Scilicet Matutinum & Veſperum, & requiem, ſacerdotibus, ut celebrent miſſarum officia, ut per eorum interceſſiones, & devotas orationes anima mea ab omnibus fæcibus peccatorum expietur, & ad Paradiſi gaudia perducatur, & inſuper volo, & ſtatuo, ut in die anniverſarii mei officiales de Baſilicæ S. Vincentii inſimul cum presbyteris de ...... quando divinum officium completum habuerint, veniant ad convivium, & paſcere debent in illo die pauperes ſexaginta, & ſex, & offitiales de Baſilica ſupradicti ſancti Alexandri ſimiliter jam dictum officium faciant, & ad convivium veniant cum presbyteris de ſancto Petro, & paſcere debent in prædicto die pauperes triginta & tres. Ita volo, & ſtatuo, & ab hac hora in antea, ut nullus Pontifex de prædicta civitate, nec Archidiaconus de prædicta Eccleſia S. Vincentii, nec Præpoſitus de ſupradicta Baſilica S. Alexandri habeat poteſtatem de prædictis caſis, & omnibus rebus territoriis, ſeu prædictis caſtris, & capellis, ſicut ſupra legitur in alia parte ullo modo dandi, ordinandi, commutandi, vel decretum, aut aliud ſcriptum faciendi, & ſi ullum ſcriptum, vel ordinationem in aliam partem fecerint, ſit vacua, & inanis perſiſtat. Et qui hanc meam ordinationem irrumpere quæſierit, ſive Pontifex, aut Archidiaconus, aut Præpoſitus, vel alia Poteſtas, & prædictis officialibus de jam dictis Baſilicis, ſicut ſupra dixi, ſupradictas caſas, & omnes res territorias ad eaſdem Eccleſias pertinentes quiete, & illibate habere non permiſerit, Dei maledictio, & omnium ſanctorum ſuper eum veniat, & cum Juda traditore in æternum damnetur, & inſuper veniat hoc quod in centeſimo octavo Pſalmo legitur, & faciant exinde prædicti officiales de ſupradictis Baſilicis, de frugibus redditúum, & cenſuum, qui exinde exierint de ſupradictis caſis, & omnibus rebus territoriis, ſicut ſupra legitur, quicquid voluerint, ſine omni mea qui ſupra domni Attonis epiſcopi, & hæredum, vel ſucceſſorum meorum contradictione pro optimo animæ meæ remedio, & pro omnibus fidelibus defunctis, quia per omnia ſic eſt mea bona voluntas, & ...... qui ſupra domini Attonis Epiſcopi pro optimo honore ſacerdotii, vel Epiſcopatus mei, de lege Romana aliquid impedit, nec mihi liceat amodo ullo tempore nolle quod volui, ſed quod à me hic ſemel factum, vel conſcriptum eſt inviolabiliter conſervare promitto cum ſtipulatione, ſubnixe unde chartæ offertionis in uno tenore ſcriptæ ſunt. Actum eſt in ſupradicta civitate Pergamo feliciter.

Ego

✝ *Ego Epiſcopus Atto à me facta ſubſc.*

Signum . . . . manuum Alberti, & Petri atque Adami lege Longobardorum viventium teſtium.

Signum . . . . manuum Oddoni, & Alenandri Batris, & filii, lege Romana viventium teſtium.

Ego Ardericus Notarius, & Juden ſcripſi poſt traditam complevi, & dedi.

Deceſſit autem Atto anno 1077. die 22. menſis Maji.

XXXI 30 ARNULPHUS, quem nonnulli Archinzolum vocant, Attoni ſucceſſit, repetiturque nominatus electus anno 1077. Hic malis artibus Epiſcopatum adeptus, exitu infeliciori concluſit. Henrici quippe impii Imperatoris, hoſtiſque Eccleſiæ aſſecla, in provinciali Mediolanenſi concilio anathemate ictus, exutuſque Epiſcopatus honore 1098. die 8. menſis Aprilis, diuque pertinax, miſerabiliter deperiiſſe narratur; (1) interim viduatam Eccleſiam adminiſtrante Alberto Archipresbytero S. Vincentii. Hoc tamen uno laudem promeruiſſe Arnulphus poteſt videri, quod inter canonicos S. Alexandri, Vincentiique ſuſtulerit diſſidium ex donatione Reginfredi inter utramque partem ſubortum, ſtabilieritque concordiam, hoc ſubjecto decreto.

Dum Pergameæ ſedis venerabilis Antiſtes, domno videlicet Arnulfus in choro ſanctæ Dei Genitricis Virginis Mariæ Matris Eccleſiæ reſideret, inter cætera ſuæ pietatis officia juſtum duxit, cauſas ſuarum Eccleſiarum, ſcilicet ſanctorum Vincentii & Alexandri diligenter inquirere volens earum utilitatibus, ſatis viribus deſervire. Unde plurima de his conferendo, perventum eſt ad ordinationem Pergamenſis, & ſui Dom. cult. decimæ, quam bonæ memoriæ Reginfredus Epiſcopus ſancti Vincentii condonavit canonicæ. Quod ſancti Alenandri Præpoſitus audiens conquerebatur quandam partem de his dom. cult. decimis ad ſuum Præpoſitatum pertinere. Præfatus igitur Arnulphus Antiſtes nolens hæc ulterius indiſcuſſa, vel dubia remanere, omnia, quæ de his erant decreta, vel ſtatuta diligenter inquirens, & ſapienter intuens, ſecundum ſibi divinitus datam ſapientiam, & prudentiam, & ſecundum conſilium multorum clericorum civium, extraque urbem manentium, ſapientum, & nobilium, communique demum conſenſu utrarumque partium, hoc deliberatiſſimum determinavit edictum. Quod pars canonicæ S. Vincentii refutavit parti præpoſitatus per paſtoralem virgam, omnem decimam de Gavazolo, & quicquid pertinet in Canale ad prædictum præpoſitatum de decima. Et ſi quid eſt de decima antiquæ veſtuariæ in Longolaſca Beltaxaria jam inveſtitę in præfati Reginfredi Pręſulis tempore, & ad communem uſum totius Cleri S. Alexandri omnem decimam de Rovareto, & tertiam partem de Polariſco; pars vero S. Alenandri præpoſitus ſcilicet cum Clero refutavit per eandem paſtoralem virgam parti S. Vincentii reliquam decimam de omnibus territoriis, quæ temporibus prædicti Reginfredi ad op. ejuſdem Epiſcopi habebat Pergami, ideſt & de his, quæ illius temporibus laborabantur, vel quæ abhinc uſque nunc laborantur, ſea quodam modo pro tempore laborabitur, omni remota occaſione, omniumque hominum ſemota contradictione. Pœnam vero inter eos hujuſmodi poſuit, ut pars, quæ hoc infringere tentaverit, tacita permaneat. Inſuper componat centum libras cocti argenti, medietatem prædicto Præſuli, & medietatem parti fidem ſervanti. Ut autem idem Epiſcopus inviolabiliter ſui ſententiam confirmaret prædeceſſoris, ſuæque auctoritatem judicationis per hoc decretum, & ſui Epiſcopii paſtoralem baculum tali tenore ſicut ſupra legitur, Altari S. Vincentii inveſtituram tradidit, nec non & cunctis ejuſdem Eccleſiæ clericis; videntes itaque prædicti officiales Eccleſiæ tanti patris pium affectum, promiſerunt ſe omni annua, & feſtiva ſanctæ Trinitatis die, pro ſua, ſuique patris, ac matris ſalute duodecim pauperes paſcere, & quotidianam orationem ad miſſas facere, poſt mortem vero ejus pauperes triplicare, & annua die matutinas, miſſam, & veſperas communiter celebrare. Hanc igitur inſuper decreti paginam, ad perpetuam firmitatem, & memoriam obſervandam mihi Odelrico ſublevitæ prædictus Pontifex componendam tradidit, ipſamque ſuæ inſcriptione dexteræ inſignivit. Actum eſt hoc anno Dom. Incarn. 1081. Domno vero Arnulfo 4. XIV. Kal. Novemb. Ind. 4.

Arnulfus Epiſcopus in hoc decreto omnia ſuprascripta confirmans, à me facta ſubſcripſi.
Regiafredus Archidiaconus ſubſc.
Celſus presbyter ſubſc.
Joannes presbyter ſubſc.
Joannes Diaconus, & Primicerius ſubſc.
Petrus Diaconus interfui, & ſubſc.
Daibertus Subdiaconus interfui, & ſubſc.
Ambroſius Subdiaconus ſubſc.
Joannes Subdiaconus ſubſc.
Vvala, Ariprandus, Adelbertus, Otto Lanfrancus, Joannes, Matthæus, Joannes de Foro, Petrus, Alenander, Arlembaldus, Giſelbertus, Adam, Odelricus, & reliqui plures interfuerunt. Lanfrancus acolythus interfui.
Tozo Ceroferarius interfui ac ſubſc.



31 AMBROSIUS, hujus nominis III. è Mutia gente nobilis Bergomas, S. Vincentii Canonicus, ad eandem dignitatem reperitur promotus an. 1112. Hic Eccleſiam Abbatiæ S. Sepulchri de Aſtino Ordinis Vallumbroſani, jam olim anno 1107. à Bertario Bergomate ejuſdem ordinis Monacho fundatam, conſecravit. Quo Præſule Canonici S. Vincentii, ſive quod libertatem ambierint ampliari, ſive quod gravari ab ipſo Epiſcopo timuerint, aliqua à Sede Apoſtolica privilegia impetrarunt, e quibus unum hic referam Honorii II. Datum 11. Kal. Martii 1125. quod in Canonicorum tabulario aſſervatur ſequentis tenoris. XXXII.

Honorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Alberto Archipresbytero & fratribus in matrice Bergomenſi Eccleſia S. Vincentii canonice viventibus eorumque ſucceſſoribus in eadem religione manentibus in perpetuum. Ad hoc univerſalis Eccleſia cura &c. Quapropter veſtris in Domino filii poſtulationibus clementi pietate annuimus, & B. Vincentii Eccleſiam una cum veſtræ congregationis Collegio, ac omnibus ad ipſum pertinentibus ſub tutela Apoſtolicæ ſedis recipimus. Per præſentis igitur privilegii paginam Apoſtolica auctoritate ſtatuimus ut quæcumque bona, ſeu poſſeſſiones à Catholicis Epiſcopis, ſive religioſis Regibus Eccleſiæ veſtræ tradita, quæque in præſentiarum jure poſſidet, & quæcumque in futurum largiente Domino juſte, & canonice poterit adipiſci in Eccleſiis, oppidis, villis & decimis in pundinarum peditibus, ſive aliis rebus tam vobis quam veſtris ſucceſſoribus regulariter viventibus firma ſemper, & integra conſerventur. Decernimus ergo, ut quandiu in canonicæ diſciplinæ obſervantia permanſeritis, nulli omnino hominum liceat eandem Eccleſiam, temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones aufer-

(1) Culpas Arnulpho imputatas producit Epiſtola S. Gregorii VII. delegantis cognitionem cauſæ Reynaldo Epiſcopo Comano, crediderim ex vicinia Novocomenſi, & eſt apud Labbeum in Regeſto dicti S. Pontificis lib. 6. Epiſtola 36. tomo 10. f. 204. Per eam liquet Arnulphum fuiſſe electum, non vero confirmatum, nec conſecratum Epiſcopum. Guerrinus.

auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis venationibus fatigare, ſed omnia conſerventur eorum, pro quorum ſuſtentatione, & gubernatione conceſſa ſunt, præſentibus omnimodis profutura. Interdicimus etiam, ut nec Epiſcopo, nec alicui perſonæ facultas ſit communitatis veſtræ bona in proprios uſus deſtrectere, ſive in beneficium aliis dare, vel modis aliis ad præbenda fratrum, vel communi utilitate alienare; locationes vero, commutationes, vel inveſtitiones prædiorum communi fratrum conſilio pertractentur, nec hujuſmodi jus ab Epiſcopo vel perſonis quibuslibet invadatur, ſalva tamen canonica Catholici Epiſcoporum Bergomenſ. reverentia. Si quis autem in futurum &c. Amen.

Dat. Lateenni per manum Aimerici S. R. E. Diac. Card. & Cancellarii 11. Kal. Martii Ind. 3. Incar. Dominicæ 1125. Pontificatus autem domni Honorii ſecundi Papæ anno primo.

Graves item lites exercuit Ambroſius contra Canonicos S. Alexandri, quos etiam interdicti pœna mulctavit; ſed cum haud æquo animo tuliſſent injuriam, ad Apoſtolicam ſedem provocarunt. Quamobrem idem Honorius II. iis gravibus litibus componendis, duos ſapientiſſimos Cardinales illuc legavit, qui perſpectis omnibus juribus, ponderatiſque teſtibus, in hunc modum tulere ſententiam anno 1129.

Fratres Joannos, & Petrus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyteri Cardinales, & Apoſtolicæ ſedis Legati. Dilectis fratribus Canonicis S. Alexandri ſalutem. Propter humanæ infirmitatem naturæ, & rerum tranſeuntium neceſſitatem controverſias, & quæſtiones, quæ inter vos, & Ambroſium venerabilem Epiſcopum veſtrum agitabantur, quo ordine, & judicio terminavimus, præſentis libelli paginæ ſubnecimus. Quæ quidem præſenti anno coram domno Papa ſimili modo diſcuſſæ, & terminatæ ſunt. Siquidem duas Eccleſias, unam in Liſma, & alteram in Lemene, quæ in jus, & proprietatem Beati Alexandri ordine licet minus canonico devenerant, domni Papæ imitantes veſtigia, perpetua vobis, & ſucceſſoribus veſtris auctoritate firmavimus, iſto videlicet modo. Veſtra namque intererit ſacerdotem, aut clericum idoneum invenire, inventum vero in eis collocare, quem ſi non poterit Epiſcopus canonica ratione repellere, & canendi licentiam, & curam commendabit animarum, & vos ei, & Eccleſiam, & res aſſignabitis temporales; ordinatum autem in Eccleſia ſacerdotem veſtræ ſolicitudinis erit pro modo ſuæ converſationis, cum in Eccleſia tenere, vel amovere. Præterea cum opportunum fuerit, & Epiſcopum ad Eccleſiæ conſecrationem invitabitis, & Epiſcopo Clericos ad promovendum aſſignabitis. Chriſma ſimiliter, & Oleum ſanctum ab Epiſcopo ſuſcipient, ſi tamen Epiſcopus Pergamenſis Catholicus fuerit, & hæc omnia gratis, & abſque ulla pravitate voluerit exhibere hæc omnia quæ prædicta ſunt, Apoſtolica auctoritate, & noſtra inter Epiſcopum, & Canonicos certa ratione diſcrevimus, ita ut præter iſta in præfatis Eccleſiis, & in earum Clericis nihil ſit requirendum ab Epiſcopo. Poſtremo præfati B. Alexandri Canonici inter cæteras conſuetudines, quas ab Epiſcopo requirebant, etiam panem, & vinum in ſacrificium totius anni, & honeſtum procurationem ſacerdotis, unius Diaconi, ac Subdiaconi, & Acoliti, atque duorum cuſtodum, & unius miniſtri à feſtivitate beati Bartholomæi, quouſque Eccleſia more ſolito parata maneret, & reſtaurationem tecti Eccleſiæ ejuſdem antiqua retro conſuetudine exigebant. Cæterum pars Epiſcopi modis omnibus denegabat, producti ſunt ex parte Canonicorum tres idonei teſtes, Petrus Bertane, Vvillelmus de Gaſtaldio, Oddo de Crotta. Quorum primus de tempore Ambroſii, Attonis, & Arnulfi. Secundus de Attonis, & Arnulfi tempore, tertius de tempore tantum Arnulfi teſtimonium pertulerunt ſe vidiſſe in vinea Donica, quæ eſt de jure Epiſcopatus Beati Alexandri duos congios vini ad menſuram Pergamenſem à Canonicis pro ſacrificio exigi, & duos ſextarios frumenti à Miniſtris Epiſcoporum cum præfata menſura vini quotannis perſolvi. Similiter de cibo, & potu illarum ſeptem perſonarum ubi, & qui dabant, & qui recipiebant aliqui nominati ſunt. Inſuper dicebant homines de Gorle qui Gottesoli vocabantur, mandato, & expenſa Epiſcoporum tecta Eccleſiæ reſtaurari ſolere, ad quorum teſtimonium poſtquam tactis ſacroſanctis Evangeliis firmatum eſt, adjudicamus hæc, quæ dicta ſunt in poſterum Eccleſiæ beati Alexandri ab Epiſcopo ſingulis annis perſolvi debere, & per baculum, quod manu geſtabamus, Canonicos præfati glorioſiſſimi Martyris Alexandri de conſuetudinibus illis perpetuo poſſidendis inveſtivimus.

Actum eſt hoc Pergami in Palatio Epiſcopi menſe Octobris 3. Idus ejuſdem Menſis Indictione 7. anno Dominicæ Incarnationis 1129. Pontif. autem domni Honorii II Papæ 5.

Huic judicio, & diffinitioni interfuerunt hi teſtes.

† Ego Joannes tit. S. Chryſogoni presb. Card. & Legatus ſſ.

† Ego Petrus Tit. S. Anaſtaſiæ Presb. Card. & Legatus ſſ.

Ego Martinus ſacri Palatii Notarius autenticum hujus exempli vidi, & legi, & confirmandum ſubſcripſi.

Vitam cum morte commutavit Ambroſius poſt annum 1129. cum hoc eodem anno, menſe Octobri adhuc ſuperſtes eſſet. Narrant alii ejuſdem obitum incidiſſe in annum 1128. die 12. menſis Octob. Meminit ejuſdem Achilles Mutius in Theatro Bergomenſi lib. 6.

[„ *Ambroſium è familia Mutia, vel ab Oppido*
„ *Mutii ſuburbano ortum multæ lites agitarunt, qua-*
„ *rum antiquiſſimos Proceſſus Tabularium Capituli*
„ *Cathedralis ſervat in authenticis Membranis. Vi-*
„ *xit primo Canonicus, deinde Monachus Vallum-*
„ *broſanus in Monaſterio S. Sepulchri Vallis Aſtinæ*
„ *propè Civitatem, ſic dictæ ex Michaelio de Urbe*
„ *Bergomi à primis incolis ex urbe Aſtenſi profectis.*
„ *Electus ex Clauſtro Epiſcopus à Capitulo, conſe-*
„ *cravit Ecc. ſiam prædicti Aſceterii præſidente Al-*
„ *derico Epiſcopo L adenſi, & Abbate primo Ber-*
„ *tario non Bergomenſi, ſed Brixienſi, ut conſtat*
„ *ex Archivio ant quo Monaſterii, unde plures pro-*
„ *dierunt Epiſcopi Bergomenſes. Ambroſii meminit*
„ *Simius in Catalogo virorum illuſtrium Valliſum-*
„ *broſæ, illumque circa an. 1098. creatum Epiſcopum*
„ *affirmat.* Guerrinus.]

32 AGINI memoria extat in quodam Privilegio, quod illi Lotharius II. Imperator indulſit, ut de iis, quæ ad Eccleſiam ſibi creditam viderentur ſpectare, poſſet inquirere. XXXIII.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Amen.

Hlotarius divina ordinante providentia Imperator ſemper Auguſtus. Omnibus fidelibus noſtris notum ſit, quia vir venerabilis Ageno Pergamenſis Urbis Epiſcopus deprecatus eſt Celſitudinem noſtram ut de rebus Eccleſiæ Sanctorum Alexandri, & Vincentii martyrum, cui ipſe Epiſcopali jure præeſſe dignoſcitur, inquiſitionem concederemus in quibuſdam comitatibus, & locis propter pravorum hominum invaſionem, ne præfata Eccleſia de facultate rerum ſuarum diſpendium pateretur, cujus precibus propter mercedis noſtræ augmentum acquieſcentes has noſtræ auctoritatis litteras fieri juſſimus, quibus concedimus, atque præcipimus, ut cum neceſſitas exegerit, de rebus præfatæ ſedis inquiſitio fiat per circummanentes, & idoneos homines, qui degunt in illis locis ubi ipſæ res adjacent, nec non de rebus Baptiſmalium Eccleſiarum, vel Xenodochiorum, ne per malorum hominum invaſionem, aut injuſtam ſefragationem amittant quod eis juſte, & legaliter habere competit. Et ut hæc ab omnibus fidelibus noſtris diligentius obſerventur, de anulo noſtro ſubtus juſſimus ſigillari.

Chriſte adjuva me Hlotarium Imperatorem Auguſtum.

Idem Lotharius Imper. ſequens indulſit privilegium Eccleſiæ S. Vincentii, ratum habens quicquid anteceſſores ſui Imp. eidem contulere.

In nomine ſanctæ, & individuæ Teinitatis.
Lotharius, &c.

Confirmamus ea quæ ab anteceſſoribus noſtris regibus, & Imperatoribus collata ſunt Eccleſiæ S. Vincentii, quæ eſt Mater omnium Eccleſiarum in Pergamenſi Epiſcopatu, ſuggerentibus ſacerdote Gerarde, & Otbone ejuſdem Eccleſiæ canonicis in vice aliorum confratrum ſuorum. Cum autem de omnibus ejuſdem Eccleſiæ pertinentiis, generalis noſtræ confirmationis auctoritas neceſſaria ſit, ſpecialius tamen illa cum aliis notamus, quæ religioſi præfatę Eccleſię Preſules Adalbertus videlicet, Azo, & Ambroſius, Reginfredus, & Algerices, ſive alii quamplures, pia devotione prefatę matrici contulerunt Eccleſię. Theloneum videlicet quod cueita vulgariter dicitur, de omni mercato quod infra civitatem fit, & ſic tam de illis quę ſunt in foro circa fornm, tum etiam de illo quod extra, in feſto Sancti Alexandri ſingulis agitur annis. Non quod illius ſit Eccleſię, ſed quia in ejuſdem mart. ſolemnitate celebratur. Pręterea ſub ejuſdem confirmat. ſententia Calcinate caſtrum cum omnibus pertinentiis ſuis, & ejuſdem loci Aremannis, & diſtricto. Item famulos, et famulas de Suare, et de Gavorro, et de Bundo, et Sumaſca, cum omni jnre, et diſtricto comprehendimus. Adhęc et volumus, et confirmamus regia auctoritate noſtra, ut prefata Matce Eccleſia in prædicto Epiſcopatu, omnino dignitatis primatum tum in ſede, tum in capellis pee totam civitatem, tum in accipienda ſacerdotum fidelitate, tum & in injungenda majorum ceiminum pœnitentia ſola poſſideat, ea videlicet conditione, ut nullus ſibi uſurpare præſumat præfati prioratus prærogativam. Suſcipientes itaque præfatam Eccleſiam, cum omnibus pertinentiis ſuis, ſub noſtræ tuitionis munimine præcipiendo ſancimus, ut nullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Gaſtaldio, nec ullus eeipublicæ exactoe, nulla denique ſpiritualis ſecularisve perſona, prædictæ Matricis Eccleſiæ canonicos, vel rectorem moleſtare, vel inquietare præſumat. Si quis vero, quod abſit, hujus deceeti noſtri violator extiteeit, centum libras auri, dimidium Cameræ noſtræ, & dimidium prædictis componat canonicis. Quod &c.

Signum.. Domini Lotharii Tertii Roman. Regis invictiſſimi.

Ego Enebardus Subcancellarius vice Brunonis Archicancellarii eecognovi.

Datum anno Incarnationis Dominicæ 1133. 4. Kal. Octob. Indict. 10. anno vero eegni, & ordinationis Regis Lotharii 8.

Actum in Gardiſa feliciter. Amen.

Hunc Aginum una cum Valentino, Aeauſienſi, Verdunenſi, Lucanenſi, Bobienſi, Aretinoque Epiſcopis ſimoniaca labe infectis Innocentius II. in Piſano concilio exuit Epiſcopatus honore (1) ut in ejus Pontificis manuſcripta vita legitur in Vaticano.

XX XIV.

33 GREGORIUS a Bergomas, Abbatiæ Aſtini Monachus ex oedine Vallumbroſano, poſt Aginum devolutum de ſede ab Innocentio II. hanc eandem obtinuit dignitatem in Piſano Concilio. Ad ipſum plures ejuſdem Pontificis epiſtolæ repeeiuntue de litibus, quæ intee S. Alexandri, Sanctique Vincentii Canonicos per id tempus vertebant, quas demum idem Pontifex, ut in hac ſpectatur bulla, compoſuit, Pontificium arbitrium aliquot Epiſcopis ſubſcribentibus.

a Sive Rogerius ex antiqua inſcript. Templi D. Mariæ Majoris. Guerrinus. Laudatur à Calvo de. ſcript. Bergom. par. 1 pag. 125. & à Simio in Catal. vir. illuſt. Vallumb. p. 122. Blandiſ.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei,

Dilecto filio Peteo Præpoſito, & fratribus Eccleſiæ S. Alexandri Pergami tam præſentibus, quam futuris in PP. M. juſtitiæ ac rationis ordo ſuadet, ut quemadmodum patres vocamue in nomine, ita etiam comprobemur in operatione. Et ſicut ea, quæ ad pacem ſunt Jeruſalem ſummopere ſtabilire debemus: ita nihilominus ſi quando inter ſacroſanctas Eccleſias querela emerſerit, ne forte in infinitum extendatur, ſed potius conquieſcat neceſſe eſt, ut eam ordine judiciario celeriter terminamus. Hac profecto intuitu pro ſedanda diſcordia, quæ intee vos, & canonicos S. Vincentii noſcitur agitata, dum olim in Longobardiæ partibus eſſemus, cum fratribus noſtris ſæpius laboravimus. Inter cætera ſiquidem, quæ sim de capellanis Eccleſiarum S. Salvatoris, S. Agathæ, S. Joannis, S. Gratæ, S. Vigilii, atque de pœnitentiis crimincſorum, quam etiam de fidelitatibus, & quibuſdam aliis veſtræ Eccleſiæ pertinere fatebamini, aſſerebatis, hanc inter vos ex antiquo tempore conſuetudinem viguiſſe, ut quoties clerici S. Alexandri ad Eccleſiam S. Vincentii, vel ad alias Eccleſias pro exequiis mortuorum, vel in ſolemnitatibus inſimul convenirent, Præpoſitus videtur primam ſedem in ſiniſtea parte Chori obtinere conſueverit. Atque hoc vobis vendicare tanto inſtantius conabamini, quanto manifeſtius veſtram Eccleſiam Epiſcopalem ſedem priſcis temporibus extitiſſe, & tam hanc, quam alias diverſas prærogativas obtinuiſſe, multis auctoritatibus monſtrabatis. E contra vero canonici S. Vincentii reſpondebant, Eccleſiam ſuam antiquitus matricem eſſe, nec vobis, aut veſtro Præpoſito hujuſcemodi debitum exhibere debere, libere proclamabant. Et ſi quando Præpoſitus videtur eamdem ſedem obtinuiſſe, id ex charitate, & gratia potius, quam ex debito proceſſiſſe. Nee debere tribui neceſſitati, quod exhibere charitas conſueverat. His, & hujuſmodi contentionibus nobis, & fratribus noſtris diutius fatigatis eidem controverſiæ finem imponere ſæpe voluimus. Adeo quod ex utraque parte ab antiquioribus, & maturioribus perſonis juramenta ſuſcepimus, pee quas eei veritatem poſſemus addiſcere, & eandem cauſam ordine debito terminare. Cum igitur tam per allegationes partium, quam etiam per juramenta ſuſcepta cauſam pleniter audiſſemus, ipſam tunc temporis diffinire diſtulimus, arbitrantes quod in ejuſdem temporis ſpatio hujuſcemodi querela per concordiam finiretur, & intee vos, & ipſos commodius poſſet eadem cauſa decidi. Denique dum neque per datos à nobis judices, neque per alios cauſa poſſet per concordiam terminari, & utramque Eccleſia tum pro factis ſæpe ſumptibus, tum pro gneeris, & diſſenſionibus, quæ ex hac occaſione provenerunt, valde fuiſſet attrita: nos quorum præcipue intereſt, Eccleſiarum quieti ſalubriter providere, tam vos, quam Epiſcopum, & canonicos Sancti Vincentii certo termino ad noſtram præſentiam invitavimus. Et quoniam eadem cauſa, nobis ſicut diximus plenius nota erat, hanc inter vos, & ipſos ſententiam promulgavimus. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen. Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus. Fratrum meorum Epiſcoporum, & Caedinalium conſilio, præcipio, ut quoties canonici S. Alexandri in ſolemnitatibus, & exequiis mortuorum cum canonicis S. Vincentii, ſive in Eccleſia S. Vincentii, ſive in aliis convenerint, Præpoſitus S. Alexandri teneat primum locum in ſiniſtea parte chori, capellani Eccleſiarum S. Salvatoris, S. Agathæ, S. Joannis, S. Gratæ, S. Vigilii, in Dominicis diebus, & præcipuis feſtivitatibus veniant ad Eccleſiam S. Alexandri ad majores Miſſas. Crimiſoſi de Parochia S. Alexandri præſente Præpoſito, vel uno de Presb. ejuſdem Eccleſiæ pœnitentiam ſuſcipiant. Item ſtatuimus, ut presbyteri qui jurant fidelitatem B. Vincentio, jurent & B. Alexandro. Præcipimus etiam, ut unus de Sacerdotibus S. Alexandri portet capſam cum reliquiis. In mutatione vero Eccleſiæ, duo de presbyteris S. Alexandri portent Arcam cum duobus

de

(1) Quæ hic Auctor ex manuſcripto colligit de depoſitione Agini ſecundi & electione ſucceſſoris facta in Concilio Piſano, non juſtificantur ex Actis Piſani ipſius Concilii, quæ recitantur per Abbatem Bonæ-Vallis lib. 9. cap. 9. & per Robertum Continuatorem Sigeberti, & per Petrum Cluniacenſem, & per Johannem Cappevillam, quæ cumulat Labbeus diligentiſſime tomo 10. fol. 989. & ſequenti, & legimus tantum depoſitionem in dicto Concilio Petri Antipapæ, Anacleti, & Alexandri Laudienſis Epiſcopi de Simonia accuſati, & poſt trinam vocationem contumacis. Addantur recentiores diligentiæ ejuſdem Labbei exactiſſimi Collectoris in appendice dicti tomi 10. folio 1316. ubi ex monumentis Ambroſianæ Baſilicæ eruit, eodem Piſano Concilio ſede pulſum fuiſſe ab Innocentio II. Anſelmum de Puſterla Archiepiſcopum Mediolanenſem nulla facta mentione aliorum, de quibus manuſcriptum Vaticanum Ughelli. Hujus Agini tempore Innocentius II. anno 1133. Privilegia Capituli Bergomenſis amplificavit, ſubdendo eidem Eccleſiam Ss. Trinitatis, S. Salvatoris, S. Michaelis in Virgis, & S. Euſebii de Caluſco, & Diplomata extant in Tabulario in Bullis originalibus ſub plumbo. Guerrinus.

de presbyteris S. Vincentii. Adſcratiula, in Cœna Domini, ad Baptiſmum, & in aliis ſolemnitatibus more ſolito conveniant. Cum canonici S. Vincentii ad Eccleſiam S. Alexandri venerint, & in campanis pulſandis, & in aliis, ſicut conſuetudo eſt, honorifice ſuſcipiantur, & totum chorum ſicut conſueverunt obtineant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat ſuper hac noſtra conſtitutione B. Alexandri Pergamenſis Eccleſiam de cætero perturbare, aut qualibet occaſione eam infringere, vel mutare, ſed omnia vobis in perpetuum integra conſerventur, quemadmodum præſentis ſcripti ſanctione inſtituta eſſe noſcantur. Si quis autem huic noſtræ conſtitutioni, ſeu diffinitioni temerario auſu contraire tentaverit, ſecundo, tertiove commonitus, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui periculum patiatur, atque excommunicationi ſubjaceat. Amen. Amen. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

† *Ego Gulielmus Præneſtinus Epiſcopus ſubſc.*

† *Ego Hubertus Piſanæ Eccleſiæ Archiepiſcopus ſubſc.*

† *Ego Transmundus Signinus Epiſcopus ſubſc.*

† *Ego Theoduvinus S. Ruffinæ Epiſcopus ſubſc.*

† *Ego Guido Tiburtinus Epiſcopus ſubſc.*

† *Ego Rodulfus Ortanus Epiſcopus ſubſc.*

† *Ego Gerardus presb. Card. tit. S. Crucis in Hieruſalem ſubſc.*

† *Ego Anſelmus Presbyter Cardinalis ſubſc.*

† *Ego Iniifredus presb. card. tit. Veſtinæ ſubſc.*

† *Ego Lucas presb. card. tit. SS. Joannis, & Pauli ſubſc.*

† *Ego Martinus presb. card. tit. S. Stephani ſubſc.*

† *Ego Guido indignus presb. ſubſc.*

† *Ego Azo presb. card. tit. S. Anaſtaſiæ ſubſc.*

† *Ego Gregorius presb. card. tit. S. Priſcæ ſubſc.*

† *Ego Gregorius diac. card. SS. Sergii, & Bacchi ſubſc.*

† *Ego Oddo diac. card. S. Georgii ad velum aureum ſubſc.*

† *Ego Guido card. diac. S. Adriani ſubſc.*

† *Ego Bottbius diac. card. S. Viti ſubſc.*

† *Ego Vaſſallus diac. card. S. Euſtachii ſubſc.*

† *Ego Ubaldus diac. card. S. Mariæ in Via lata ſubſc.*

† *Ego Griſogonus diac. card. S. Mariæ in Portica ſubſc.*

Datum Piſis per manum Aimerici S. Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis, & Cancellarii 13. Kal. Julii Indictione 13. Incarnationis Dominicæ anno 1135. Pontif. vero D. Innocentii Papæ II anno 6.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Venerabili fratri Gregorio Epiſcopo, & dilectis filiis, clero, & populo Bergomenſi ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Dilectioni veſtræ notum facimus quoniam poſt multos labores atque difficultates, quas pro ſedanda querela, quæ inter canonicos S. Vincentii, & S. Alexandri eſt diutius agitata, ſæpe pertulimus, tandem ipſam controverſiam Deo propitio terminavimus. Eapropter mandamus vobis atque præcipimus, quatenus finem gueris, & ſimultatibus imponatis, & quod à nobis ſuper eadem re ſtatutum eſt irrefragabiliter obſervetis. Præterea univerſitati veſtræ ſub obteſtatione anathematis imperamus, ut Bettefredum quod in campanili ſancti Vincentii occaſione ejuſdem diſcordiæ prout accepimus erexiſtis, acceptis his literis, exinde auferatis, & de cætero pacem, & concordiam teneatis.

Dat. Piſis 14. Kal. Julii.

Eidem Epiſcopo Gregorio ſcripſit deinde in hunc modum.

Innocentius, &c.

Venerabili fratri Gregorio Bergomenſi Epiſcopo ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Lites & controverſiæ extenduntur in infinitum, ſi quod judicatum eſt, non fuerit effectui mancipatum. Ideoque per Apoſtolica ſcripta fraternitati tuæ mandamus atque præcipimus, quatenus ſicut gratiam B. Petri, & noſtram habere deſideras, omni tepiditate ſuppoſita, ſententiam quam de cauſa S. Vincentii, & S. Alexandri protulimus, irrefragabiliter facias obſervari. Quod ſi canonici S. Vincentii parere contempſerint, vigor juſtitiæ non elangueat, inobedientes ab Eccleſiarum ingreſſu ſubmoveas, & in eorum Eccleſiis divina prohibeas officia celebrari.

A

Data Piſis 9. Kal. Aug.

Habemus aliam ejuſdem Innocentii Epiſtolam eidem Gregorio Epiſcopo ſcriptam, ut omnem difficultatem amoveat, faciatque ab eo ſtatuta inviolabiliter obſervari à canonicis S. Vincentii, ſententiæ verba invertentibus.

Innocentius, &c.

Venerabili fratri Gregorio Bergomenſi Epiſcopo, &c. Non dubium eſt, quod controverſiam quæ inter canonicos Sanctorum martyrum Vincentii, & Alexandri eſt hactenus agitata, in noſtra præſentia terminavimus. Cæterum canonici ſancti Vincentii pluſquam oportet ſapere cupientes, ſicut accepimus, ſententiæ noſtræ verba cavillantur, & ad ſuum intellectum atque voluntatem invertunt. Nec his contenti ſedes in choro antiquitus inſtitutas tranſpoſuerant. Sed hæc mutatio dexteri excelſi non fuiſſe cognoſcitur. Ideoque fraternitati tuæ mandamus, atque præcipimus, ut tam de ſedibus in choro ſeu & in menſa, omni traſportatione ſubmota, quam de pace, incenſo, aut aliis quemadmodum à nobis ſtatutum eſt, inviolabiliter facias obſervari. Atque hujuſmodi ſcrupuloſitates ſeu cavillationes, ſuperinduci noſtræ ſententiæ ulterius non permittas. De fidelitatibus etiam faciendis, de pœnitentiis, vel de capellanis, ſeu ſedibus in choro, ſynodo, vel menſa Epiſcopi, &c. ſeu de aliis capitulis, quæ in noſtro privilegio continentur, ita æquus arbiter inter eos reſideas, ut canonici ſancti Alexandri non habeant unde adverſus te juſte conqueri debeant.

B

Data Piſis 11. Kal. Martii.

Potuit quidem ſanctus Pontifex pacem & unionem inter eos canonicos perpetuo ſervandam, ſua auctoritate, ſcriptove ſancire, ſed non valuit exaſperatos eorum animos ita compeſcere, ut indies non pullularent inter eos de juriſdictione diſſidia, quæ cum animadvertiſſet Robaldus, Mediolanenſis Archiepiſcopus, ſuas & ipſe appoſuit manus, protulitque in hunc modum ſuam ſententiam; ſed & ipſe incaſſum laboraſſe, ex iis quæ ſequentur, videbit lector, cum ad noſtra uſque tempora laborarunt in vanitatibus ſuis. Verum Robaldi ſententia ita ſe habet.

C

Robaldus Dei gratia S. Mediolan. Eccleſiæ Archiepiſcopus.

Dilectis in Chriſto fratribus Alberto Archipresb. & ejus fratribus Eccleſiæ B. Vincentii Bergomenſis canonicis tam præſentibus, quam futuris in perpetuum. Quoniam ex officio nobis injuncto intereſt inter diſſidentes pacem componere, & lites in noſtra pullulantes diœceſi falce reſecare juſtitiæ, ideo controverſiæ inter canonicos beatorum martyrum Vincentii, & Alexandri diutius agitatæ, ut pro juſti executione judicii noſtros portantes manipulos præmium capiamur æternum, debitum ſtuduimus imponere finem. Hujuſmodi autem controverſia ſex continebatur capitulis. Quorum quidem primum capitulum de prima ſede in choro, & in menſa à parte ſiniſtra Epiſcopi à canonicis beati Alexandri fuit propoſitum, cujus capit. quæſtionem Apoſtolica auctoritate taliter ſolutam invenimus; domnus namque Apoſtolicus in privilegio quod nos vidimus ſententiam promulgando præcepit, ut præpoſitus Eccleſiæ B. Alexandri ſedem in choro à ſiniſtra parte obtineat. In aliis itemque literis, quas nihilominus prædictus domnus Papa de prima ſede in menſa illud idem fieri ab eadem parte ſiniſtra præcepit. Cujus præceptis refragari, vel aliquo modo obviare, nec poſſumus, nec volumus, ideoque nihil in eis prorſus mutare, ſed eis obedire reverenter, & obſecundare debemus. Sequitur caput ſecundum de portanda, & reportanda reliquiarum capſa. Canonici namque Beati Vincentii plures

D

pro-

producendo teſtes, qui nobis videbantur idonei, affirmabant quod in illis proceſſionibus, in quibus reliquiarum capſa ſolemniter portari ſolet, fratres Eccleſiæ B. Alexandri, ſecundum modernam, & antiquam conſuetudinem, prędictam reliquiarum capſam in eundo portaverant, atque in redeundo pacifice, & quiete reduxerant. Pars vero B. Alexandri in capſa portanda nequaquam contradicebat, ſed eam ſe reducere debere prorſus negabat. Inde etiam plures teſtes producebat. Utriuſque igitur partis probationibus diligenter inſpectis, argumenta canonicorum B. Vincentii validiora comperimus. Proinde quod prædicti Frat. Beati Alexandri in eundo atque in redeundo capſam portare debeant judicantes, jure perpetuo ſtabilivimus. Nunc ad tertium capitulum veniamus, quod erat de pęnitentibus in Eccleſia introducendis. Unde Canonici B. Vincentii pluribus allegationibus aſſerebant, quod in die cęnæ Domini pęnitentiales per aliquem diaconum ſuum Archidiacono, per Archidiaconum vero Epiſcopo, vel ejus Vicario ſemper fore repræſentandos, iterumque per Epiſcopum in Eccleſiam introducendos. E contra vero Canonici B. Alexandri diverſis rationibus aſſeverabant, jam dictos pęnitentiales per manum Epiſcopi præpoſito Beati Alexandri tradendos, & ſic demum per eundem Præpoſitum in Eccleſiam introducendos. Quorum rurſus rationibus utrimque perſpicue cognitis memoratos pęnitentiales per diaconum Eccleſiæ B. Vincentii Archidiacono eſſe trudendos, per Archidiaconum vero Epiſcopo, vel ejus Vicario repræſentandos eſſe firmavimus. At vero per quem in Eccleſiam introducendi ſint, quia ad prædictos Canonicos B. Vincentii hoc pertinere non credimus, ſed ad venerabilem fratrem noſtrum Epiſcopum præcipue ſpectare videtur, nolentes ei inferre præjudicium vel gravamen, indeterminatum relinquimus. Deinde ſequitur quartum de oblationibus capitulum. Fratres etenim Eccleſiæ B. Vincentii in vigilia, & feſtivitate B. Alexandri oblationes à principio pſalterii uſque ad finem majoris miſſæ in craſtinum, vendicare ſibi pluribus aſſertionibus nitebantur, his tamen exceptis quæ ad Epiſcopum pertinebant. Fratres vero B. Alexandri illud verum eſſe aperta ratione negabant. Quia igitur probationes ex parte Beati Vincentii minus ſufficientes demum eſſe comperimus, canonicorum B. Alexandri juramento fidem ſuper his exhibendam fore judicavimus, quod tamen juramentum ab altera parte concorditer eſt remiſſum, & ſic per concordiam utriuſque partis firmiter ſtatuimus, quod canonici B. Vincentii de prædictis oblationibus nihil prorſus de cætero exigant ex debito niſi illud ſolum quod in manibus ſacerdotum eorum datum eſſe conſtiterit. Nihilominus quinti capitis controverſia, quæ ſcilicet erat de incenſo, & aqua benedicta in exequiis mortuorum præparanda per tranſactionem concorditer eſt terminata hoc modo, ut fratres B. Alexandri bacile tantummodo vacuum in exequiis mortuorum canonicis ſancti Vincentii præparare, & commodare ſtudeant. Decurſis quinque capitulis ſextum capitulum de receptione cum incenſo, & aqua benedicta ſequitur terminandum. Canonici ſiquidem Eccleſiæ B. Vincentii in vigilia, & in ſolemnitate ſancti Viatoris, & in litaniis Gregorianis quando proceſſiones faciunt, à fratribus B. Alexandri cum pulſatis campanis, cum incenſo, & aqua benedicta ſe fore recipiendos multis affirmationibus aſſerebant, & exinde teſtes plurimos producebant. Pars vero B. Alexandri modis omnibus reſiſtebat, & præter campanas ſonare nullam prorſus reverentiam in hujuſmodi receptione ſeſe ullounquam tempore illis exhibuiſſe dicebant, atque ad hoc comprobandum allegationes multimodas proferre ſatagebant. Quorum omnium ex utraque parte aſſertiones, & argumentationes fratrum noſtrorum, & aliorum ſapientium laicorum, nec non etiam multorum legis peritorum communi conſilio diligenti inquiſitione, & æquo libramine diſcutientes teſtes, & probationes ex parte B. Vincentii prævaluere, ac prępondera vere, & magis veritate niti tandem invenimus. Quatuor itaque teſtes ex parte B. Vincentii præſtitis juramentis accepimus. Inſuper pro diſcordia magis ſedanda, & pro tanta lite commodius ſopienda ſæpe dicti fratres B. Vincentii per ſuum advocatum juramento firmarunt, ſecundum conſuetudinem illius Eccleſiæ cum pulſatis campanis, cum incenſo, & aqua benedicta ab ipſius canonicis B. Alexandri in memoratis proceſſionibus ſe ſe eſſe recipiendos, & quod ipſi canonicis B. Alexandri non ſteterunt per annos xxx. ſine placito quod ipſis Canonicis Sancti Vincentii hoc receptum non feciſſent. Et propterea prædictorum ſapientum nobis aſſiſtentium ſicuti jam diximus, communi conſilio, tum propter prædictos teſtes tum propter commune juramentum à fratribus B. Vincentii in commune præſtitum, tum propter generalem conſuetudinem aliarum Eccleſiarum, quæ talis eſſe dignoſcitur, quod in recipiendis proceſſionibus quando campanæ pulſantur, incenſum quoque cum aqua benedicta exhibetur, promulgando ſententiam decrevimus, quod ipſimet canonici B. Alexandri in prædictis proceſſionibus fratres B. Vincentii quiete, & ſine contradictione cum incenſo, & aqua benedicta de cætero recipiant. Quicumque hanc noſtri privilegii paginam infringere tentaverit proprii officii, & Eccleſiaſtici Beneficii periculum, ac detrimentum incurrat. Actum eſt hoc à Domino Robaldo Mediol. Archiepiſcopo in palatio Mediolan 1141. pridie nonas Auguſti.

† Ego Robaldus Dei gratia Mediolan. Archiepiſcopus ſubſcripſi & affirmavi.
† Ego Landulfus presb. ſubſc.
† Ego Guifredus presb. ſubſc.
† Ego Theobaldus archipresb. ſubſc.
† Ego Amizo archidiac. ſubſc.
† Ego Anſelmus diac. ſubſc.
† Ego Ubertus diac. ſubſc.
† Ego Addelardus diac. ſubſc.
† Ego Berendorius diac. ſubſc.
† Ego Vuillelmus diac. ſubſc.
† Ego Jordanus diac. ſubſc.
† Ego Ardericus Vicedominus, & cimiliarcha ſubſc.
† Ego Obitius ſubdiac. ſubſc.
† Ego Enricus ſubdiac. ſubſc.
† Ego Galdinus Cancellarius à me dictato ſubſc.

Robaldus Dei gratia Sanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ ſervus.

Dilecto, & Venerabili fratri Gregorio eadem gratia Pergamen. Epiſcopo ſalutem, & omne bonum. Dilectos filios noſtros Gerardum Archidiaconum veſtrum, & Obertum B. Alexandri Præpoſitum, quos ad nos veſtra direxit fraternitas, benigne ſuſcepimus, atque eorum quærimonias ſolerti adhibita indagatione una cum fratribus noſtris diligenter examinavimus. Auditis itaque hinc inde rationibus, ac inſpecto domini Papæ privilegio, eiſdem hoc ſtatuendo præcepimus. Decrevimus ſiquidem uti canonicus ille B. Vincentii, qui in vigiliis Beati Alexandri nummum de altario auferre præſumpſerit, ſeu aliquis de ejus confratribus in aliquo die feſto ante octavas feſtivitatis Beati Joannis Baptiſtæ aſtante populo, ſuper prædictum S. Alexandri altare nummum publice ponens, ſententiam noſtram una cum fratribus ſuis, ſe de cætero obſervaturum manifeſte promittat. Canonici vero B. Alexandri canonicos Eccleſiæ S. Vincentii in prædictis S. Joannis octavis in veſperis, & in Miſſa prout in noſtra continetur ſententia, in Eccleſia ſua honorifice ſuſcipiant. Veſtram itaque exoramus fraternitatem, quatenus pro debito officii veſtri inter præfatos filios noſtros, pacem atque concordiam eorum providendo quieti, componere ſtudeatis, & ut mandatum noſtrum inviolabiliter obſervetur, auctoritate noſtra, & veſtra eiſdem firmiter præcipiatis, & has litteras uſque ad ſeptuageſimam, ſi placet, apud vos privatim habeatis.]

Eodem anno paucisque menſibus dum hæc agitarentur, idem Innocentius II. omnia privilegia ſummorum Pontificum anteceſſorum Eccleſiæ Bergomenſi conceſſa, ſuo diplomate firmavit.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Venerabili fratri Gregorio Bergomenſi Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum. In eminenti ſedis Apoſtolicæ ſpecula diſponente Domino conſtituti ex injuncto nobis officio fratres noſtros Epiſcopos debemus diligere, & Eccleſiis ſibi à Deo commiſſis ſuam juſtitiam conſervare. Proinde dilecte in Domino Fr. G. Epiſcope Bergomen. Eccleſiæ cujus à Deo tibi cura commiſſa eſt paterna ſolicitudine providentes, ſtatuimus ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumq; bona in preſentiarum juſte, & canonice poſſides aut in futurum largiente domino rationabilibus modis poteris adipiſci, firma tibi tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. Canonici quoque S. Vincentii tam preſentes quam futuri canonicam, & debitam obedientiam tibi tuiſque ſucceſſoribus exhibeant: nec occaſione privilegii ab Apoſtolica ſede percepti eam ſubtrahant. Si qua igitur Eccleſiaſtica ſecularisve perſona, &c. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſſ.
† *Ego Conradus Sabinenſis Epiſcopus ſubſc.*
† *Ego Stephanus Prænestinus Epiſcopus ſubſc.*
† *Ego Gerardus presb. card. tit. S. Crucis in Hieruſalem ſubſc.*
† *Ego Guido S.R.E. indignus ſacerdos ſubſc.*
† *Ego Suaſiuus presb. card. tit. s. Stephani ſubſc.*
† *Ego Boethius presb. card. tit. s. Clementis ſſ.*
† *Ego Iuo presb. card. s. Laurentii in Damaſo ſubſc.*
† *Ego Gregorius tit. Caliſti presb. card. ſubſc.*
† *Ego Gratianus presb. card. tit. s. Sabinæ ſubſc.*
† *Ego Gregorius diac. card. ss. Sergii & Bacchi ſubſc.*
† *Ego Otto diac. card. s. Georgii ad velum aureum ſubſc.*
† *Ego Guido diac. card. ss. Coſmæ, & Damiani ſubſc.*
† *Ego Hubaldus diac. card. s. Mariæ in via lata ſubſc.*
† *Ego Gerardus diac. card. s. Mariæ in Domnica ſubſc.*
† *Ego Petrus diac. s. Mariæ in Aquiro ſubſc.*

Dat. Later. per manum Baronis Capellani & Scriptoris id. Decemb. Indict. 5. Incarnationis Dominicæ anno 1141. Pontif. vero D. Innoc. PP. 2. anno 12.

Cæterum diuturnioribus litibus exaſperati animi haud ſtetere Pontificio arbitrio, adeoque deinceps Innocentio è vivis exempto, ſub Cœleſtino II. Lucio II. ac Eugenio III. exæſtuarunt animi, ut tumultus culpa in Epiſcopum Gregorium, alioquin devios ſedare conantem, à Pontifice reiiceretur: quamobrem ad eundem has literas dedit.

Eugenius, &c.

Gregorio Bergomenſi Epiſcopo, &c.

Cum ad tuum ſpectet officium pacem diligere, & prædicare, eamque inter diſcordes, & præcipue ſubditos reformare, dolemus quod illius diſcordiæ, quæ in Sancti Vincentii, & S. Alexandri clericos diutius agitata eſt, te auctorem, & fomitem eſſe oſtendis, quod ex hoc perpendimus uſque ad Octavas Pentecoſtes, ſicut accepimus, oſtendere diſtuliſti. Quod quamvis gravi foret animadverſione plectendum, nos tamen id ad præſens ex manſuetudine ſedis Apoſtolicæ ſupportantes, per Apoſtolica tibi ſcripta præcipiendo mandamus, quatinus acceptis his litteris, presbyteros qui de fidelitate juxta prædeceſſorum noſtrorum, & noſtrum mandatum, Clericis S. Alexandri facienda rebelles exiſtunt, ſicut jam officio privavimus, ita coram clero, & populo, omni beneficio Eccleſiaſtico à nobis privatos denunties, & ipſam privationis ſententiam firmiter facias obſervari, donec eiſdem clericis ſancti Alexandri dicta fidelitate ſatisfaciant. Alioquin quantum hoc mandatum noſtrum adimplere diſtuleris, tantum ab omni officio Epiſcopali abſtineas. Ita quoque ſuper hoc te volumus providere, ut tuam negligentiam, & eorum contumaciam graviori ſententia minime ferire cogamur.

Datum Viterbii 6. id. Jul.

A Ut autem Epiſcopus Gregorius multum conatus ſit, haud tamen inter canonicos lites illæ detonuerunt; quamobrem ad multos annos tribunalia diverunt. Inter D. Bernardum primum Clarevallenſem Abbatem, & hunc Gregorium Epiſcopum Bergomatem magna familiaritas interceſſit, quam in Concilio Piſano invicem contexere. Cumque per id tempus Ordo Ciſtercienſis ſanctimonia vitæ, rigoreque Monaſticæ diſciplinæ floreret, optime factum cenſuit Gregorius, ſi à Divo Bernardo Ciſtercienſium Monachorum, Bergomum introducendam, miſſionem impetraret. Cum impetraſſet commodiſſimum locum nactus in valle alta, à Bergomo decem milliariis diſtantem, ideoque omnis tumultus expertem, primum templo, deinde Monachorum domicilio ipſe exorſus eſt jacere fundamenta; cum jam Ciſtercienſem cœtum ſelectiſſimis monachis abſolutum, Anpino Monaſticis inſtitutis nobiliter erudito, primoque loci deſignato Abbate Bergomum adduxiſſet anno 1131. Hinc inB ſecuto anno Gregorius ex ſui Cleri conſenſu, omnem Vallem attribuit, ea conditione, ut Monachi pro tempore illic degentes ſe, ſuoſque deinde ſucceſſores incenſis ad Deum precibus perpetuo adiuvarent, utque quotannis in Sabbato Sancto, cenſus nomine, decem ceræ libras perſolverent. Iiſdem item ex conſenſu Alberti Archipresbyteri, Canonicorumque Cathedralis ſacellum S. Salvatoris de Bergomo cum omnibus poſſeſſionibus, ac pertinentiis dedit, quam donationem Innocentii II. conſenſu firmavit anno 1138. Abſolutum jam templum cum Cœnobio 1142. menſe Majo, ipſe Gregorius ſolemni ritu ſacravit, adſiſtentibus Manfredo Brixienſi, Joanneque Laudenſi Epiſcopis. Iterum ex conſenſu Gerardi Archidiaconi, ac Theotaldi Primicerii Cathedralis S. Vincentii, Obertique Præpoſiti S. Alexandri Canonicorumque ejuſdem Cathedralis invidioſas fortunas iiſdem Ciſtercienſibus Monachis dono dedit. Anno vero 1144. menſe Januario, Abbatis, ac Monachorum C Ciſtercienſium juris fecit montem cognomento Armentariam menſuræ decem millium perticarum, ut ſibi ſuiſque ſucceſſoribus pro expiatione eſſet apud Deum, pluraque alia bona Abbatiæ Pontitæ ex ordine S. Benedicti dilargitus eſt, utpote qui ex ordine monaſtico ad Epiſcopatum aſſumptus, erga monaſticum ſtatum ſingulari urgeretur affectu. Eccleſiæ vero S. Vincentii, præter dominium decimæ Calcinatenſis, alia præterea bona, decimaſque donavit, ut illius Canonici anniverſariis inſeriis defuncti ſui animæ ſubvenirent. Scripſit, cum nobilioribus diſciplinis eſſet excultus, de veritate Corporis Chriſti, haud pœnitendum tractatum. Diſceſſit è vita anno 1146. die 19. menſis Junii, tametſi ſcribat Cœleſtinus, Gregorium haud communi fato, ſed violento fuiſſe extinctum.

34 GERARDUM Archidiaconum Cathedralis S. Alexandri utriuſque Cathedralis Canonicorum unanimis ſuffragatio Bergomenſem evexit ad XXXV.
ſedem anno 1146. circa divo Petro Apoſtolo ſacraD tam diem. Hic anno primo ſui Pontificatus, omnes oblationes ſolemnitatum, conſecrationum Eccleſiarum, officiorum pro defunctis, etiam cum ipſe ſacrum faceret (auro, ſericiſque exceptis) cenſuit attribuendas Canonicis S. Vincentii, ut illorum precibus tam ipſe, quam prædeceſſores, ſucceſſoreſque adjuti expeditius iter invenirent in cœlum. Donatio hujuſmodi eſt, ut ſubjicitur.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Dum ſolita priorum conſuetudine in ſancti Vincentii Martyris Eccleſiæ choro, domnus Gerardus Reverendiſſimus Epiſcopus reſideret, de rectitudine, & ſtatu Eccleſiæ diſputaret, juſtum ſibi rectumque fore comparuit, ut ipſius Eccleſiæ videlicet ſancti Vincentii Canonicorum neceſſitatibus ſubveniret, quatenus pro ſuis delictis, ſuorumque prædeceſſorum, ac ſubſequentium Epiſcoporum deliberatiſſime orare potuiſſent, unde charitatis cingulo præcinctus, ac totius bonitatis ſtudio præoccupa-

cupa-

cupatus, omnes oblationes, quas Dominus ſibi, vel ſuo ſucceſſori dederit, in omnibus ſolemnitatibus, ſive in Eccleſiarum conſecrationibus, ſeu & in mortuorum obſequiis, & quotieſcumque miſſas celebraverit per totum Epiſcopatum præſentibus præfatæ Eccleſiæ Canonicis donavit, conceſſit, & integrum tradidit, excepto auro, vel ſerico. Quapropter presb. ac diaconibus & cuncto Clero ſtantibus, ac reſidentibus, cum certa parte laicorumque nobilium idem domnus Præſul accerſitis Archipresbytero, & Primicerio Paſtorali virga ad memoriam & firmitatem futuram retinendam, vice omnium Canonicorum inveſtituram illis tribuens, cunctis certificare curavit. Hac autem traditionis, & confirmationis inſtitutione expleta domnus Epiſcopus eximius ob ſecuritatis firmitatem, & memoriæ longanimitatem, Alberto ejuſdem Eccleſiæ Canonico hanc paginam componendam, & enarandam tradidit, quam paginam ipſe Præſul manu propria enarante roborans, ſui certificatione nominis inſignivit.

Datum eſt hoc anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo quadrageſimo ſeptimo, ann. 1. Pont. ejuſdem Reverendiſſ. Epiſcopi Girardi menſe Aprili.

† *Ego Gerardus Epiſcopus ad confirmandum ſubſcr.*

† *Ego Joannes presb. de Scala ſubſc.*
† *Ego Thentaldus presb. & Primicerius ſubſc.*
† *Ego Gerardus presb. ſubſc.*
† *Ego Giſmundus presb. ſcripſi.*
† *Ego Albertus Diaconus ſubſc.*
† *Ego Odelricus Diaconus ſubſc.*
† *Ego Giutritius Subdiaconus ſubſc.*
† *Ego Otto Subdiaconus ſubſc.*
† *Ego Joannes Subdiaconus ſubſc.*
† *Ego Teutaldus Acolitus ſubſc.*
† *Ego Adelardus Acolitus ſubſc.*
† *Ego Rogerius Acolitus ſubſc.*
† *Ego quoque Albertus Subdiaconus qui ſupra rogatu domni præfati epiſcopi hoc opus compoſui, ac propria manu exaravi, & ſubſc.*

Gerardus diuturniorem litem habuit cum Oberto Epiſcopo Cremonenſi, ſuper terram de Rumano, cognomento Vetere, & ſuper decimam quandam, quam quiſque in ſe trahere conabatur; quamobrem Eugenius III. Pontifex, Vidonem Preſbyterum Cardinalem S. Laurentii in Damaſo ejus litis Judicem declaravit, qui die 4. menſis Octobris anni 1148. hujuſmodi ſententiam tulit: S. Mariæ Eccleſia ejuſdem loci, Epiſcopi Bergomenſis, S. Georgii vero Templum Cremonenſis Præſulis eſto. Item largitus eſt S. Alexandri Canonicis omnes oblationes, ſive quas in vigilia, ſive quas in die feſto ejuſdem Sancti ſoliti eſſent offerre mortales, ut ea donatione tam ipſe, quam ſui ſucceſſores poſſent expiari peccatis. Quam in rem ſequens dimanavit decretum.

In Chriſti nomine Amen.

Anno Dom. Inc. 1150 menſe Aprilis, Indict. tertia decima. Dum in ſtatu ſanitatis, & in bona valetudine curſus humanæ vitæ peragitur, ac pleno animo mentis ratio vehitur, debet unuſquiſque homo cogitare quid ad honorem Dei, ſuorumque fidelium, & ad utilitatem animæ ſuæ facturus ſit, ut cum Dominus eum de hoc ſæculo migrare juſſerit, non de negligentia judicetur ut impius, ſed de bono opere gratuletur ut pius. Eapropter ego in Dei nomine Girardus ſanctæ Pergamenſis Eccleſiæ humilis Epiſcopus, cupiens bona Eccleſiarum augere, volo, & offero, atque per iſtam meam ordinationem, ſeu donationem confirmo, quatenus à præſenti die, & hora deveniant in jura, & poteſtatem Pergamenſis Eccleſiæ ſancti Alexandri Martyris, ubi ejus ſanctum requieſcit corpus, videlicet omnes oblationes, quæ mihi prædicto Epiſcopo ex ipſius Epiſcopatus parte pertinent, ſcilicet in vigilia, & in feſtivitate ſupradicti Martyris, tam in Altaribus ſuperioribus, quam inferioribus, & circa ipſa Altaria, ſicut mihi pertineat .... pro remedio & mercede animæ meæ, ſeu anteceſſorum, & ſucceſſorum meorum, & faciant officiales, & miniſtri prænominatæ Eccleſiæ ſancti Alexandri, qui nunc ſunt, vel pro tempore fuerint, de prædictis oblationibus, ſicut ſuperius comprehenſum eſt, quicquid voluerint ſine mea, prædicti Epiſcopi, meorumque ſucceſſorum contradictione. Si quis vero (quod abſit) contra hujus noſtræ conſtitutionis, & oblationis paginam temere venire tentaverit, eamque donationem, & ordinationem, ſeu inveſtituram cum ligno, & chartula ſuper Altare ejuſdem Beati Alexandri factam aliquo modo infringere præſumpſerit, anathematis vinculo deinceps ſubjacere præcipimus. Actum in prænominata Eccleſia ſancti Alexandri ſubtus in confeſſione.

Signum ſubſcriptionis manus ſupradicti domni Girardi Epiſcopi, qui hanc donationis & oblationis chartulam fieri rogavit.

† *Ego Girardus Dei gratia Pergamenſis Epiſcopus ad confirmandum ſubſc.*

Signum ſubſcriptionis manuum Martini Regulati, Alberti, item Alberti Scotti, Oltricchini, & Tentaldi.

Albertus Notarius, & cauſidicus interfui, & rogatus ſcripſi.

Ejuſdem Epiſcopi temporibus, corpora SS. martyrum Firmi, & Ruſtici, ſanctique Proculi Epiſcopi Veronenſis reperta ſunt; in quorum honorem templum cum ſatis amplo Cœnobio à fundamentis erexit, illudque Monialibus S. Benedicti attribuit, ut illic divinum opus urgerent. Nec ſedente Gerardo, vel tantiſper remiſerant lites, quæ inter Canonicos S. Alexandri, ſanctique Vincentii jam pridem efferbuerant, nequicquam Eugenio III. conante, ut litium horror ille reperet; ſed cum poſtea Hugonem Cardinalem, atque Epiſcopum Oſtienſem, ad id negotii graviſſimum virum legaſſet, res eo reducta eſt, ut utrique parti videretur jam commode cadere. In cujus ſententiæ exemplari à Cœleſtino allato, animadvertat lector, pro Hugone male poſitum eſſe Vidonem: cum conſtet anno 1150. Oſtienſem Epiſcopum fuiſſe Hugonem paucis ante annis ab eodem Eugenio creatum, eundemque ſupra Eugenianum Pontificatum protuliſſe ætatem, quippe qui in Bullis, ac diplomatibus Anaſtaſii IV. & Adriani IV. ſubſcriptus reperiatur, ſub quo è vivis exemptus eſt, ut in 1. tomo narravimus. Hoc admonitum volui lectorem meum, ne oſcitanter legentium error, ficto illo Vidone numerum Oſtienſium Præſulum augeret. Gerardus non modo Anaſtaſium IV. exoravit, ut Privilegia, quæ ſuperiores Romani Pontifices Bergomenſi Eccleſiæ aliquando conceſſiſſent, vellet rata habere, ſed etiam effecit, ut latæ ab Eugenio ſententiæ de iis, quas utriuſque Cathedralis Canonici in litem vertebant, novum adderet monumentum Pontificium, anno 1154. Quod quia dignum memoria eſt, proditque nos de Hugone vera dixiſſe, hic exſcribendum curavimus.

Anaſtaſius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Lanfranco Præpoſito, cæteriſque Canonicis Eccleſiæ S. Alexandri Pergam. in perpetuum &c. Sicut æquum eſt, & officio religioſo conveniens, natas inter viros Eccleſiaſticos controverſias rationabili fine decidere, ita quidem vigor æquitatis expoſtulat, quæ rationabiliter deciſa fuerint, fidei committere litterarum; ac ne in poſterum aliquorum refragatione turbentur auctoritate Apoſtolica roborare. Eapropter paci, & quieti veſtræ providere volentes; ſententiam, quam inter vos, & Canonicos ſancti Vincentii ſuper quibuſdam, unde inter vos, & eos cauſa fuerat diutius agitata, felicis recordationis Papa Eugenius prædeceſſor noſter poſt ſufficientem in præſentia ſua, & fratrum ſuorum ejuſdem cauſæ diſcuſſionem, communicato cum fratribus ſuis conſilio promulgavit; nos etiam aſſertionis noſtræ pagina confirmavimus, & ratam, & inconcuſſam perpetuis temporibus decernimus permanere: conſtituit ſiquidem, ut presbyteri Perga-

menſis Epiſcopatus, qui poſt datam à fel. mem. PP. Innoc. prædeceſſore noſtro ſententiam, ordinati ſunt, ſive qui deinceps ordinabuntur, utrique Eccleſiæ fidelitatem exhibeant, & ſi Canonici S. Vincentii recipere forte noluerint, nihilominus eam Eccleſiæ veſtræ debeant exhibere. De pœnitentiis autem hoc inter vos obſervari præcepit, ut presbyteri totius Pergamenſis Epiſcopatus, quotiens pro publicis criminibus ad pœnitentiam parochianos ſuos adduxerint, utramque partem ſtudeant convocare, ac nullatenus abſque Præpoſita veſtri, vel unius presbyterorum Eccleſiæ veſtræ præſentia, criminoſis illis pœnitentia injungatur. Adjecit etiam, ut in menſa Epiſcopi in ſiniſtra parte Præpoſitus Eccleſiæ veſtræ primum locum obtineat, & ſuos penes ſe Clericos habeat. Statuit præterea, ut quotiens in conſuetis proceſſionibus ad Miſſarum ſolemnia celebranda Canonici ſancti Vincentii ad veſtram Eccleſiam venerint, quatuor parietes chori pacifice in Eccleſia ipſa obtineant, & in vigiliis B. Viatoris, & in feſto ejuſdem, nec non in Litaniis Gregorianis cum incenſo, & aqua benedicta, campanis pulſatis per perſonas veſtras eoſdem canonicos honorifice ſuſcipiatis. Cum autem ad defunctorum exequias, vel aliis diebus vobiſcum in Eccleſia ipſa convenerint, totum chorum Eccleſiæ veſtræ cum eis pariter teneatis. Quoties vero vos cum eis in ſolemnitatibus, vel exequiis mortuorum, ſive in Eccleſia S. Vincentii, ſive in aliis conveneritis; præpoſitus Eccleſiæ veſtræ primum locum in ſiniſtra parte chori obtineat; Reliqui autem fratres cum eiſdem Clericis communiter ſedeant. Decrevit itidem, ut capellani Eccleſiarum, ſancti Salvatoris, S. Agathæ, S. Ioannis, ſanctæ Gratæ, ac S. Vigilii in Dominicis diebus, præcipuiſque feſtivitatibus, ad majores miſſas in Eccleſia veſtra conveniant. In Cœna vero Domini, & ad Baptiſmum, & in aliis ſolemnitatibus, ſicut divina conſueviſtis officia celebrare, ita omni tempore pacifice obſervetis. Ad hæc quoniam quidam Sacerdotum ad exhibendas vobis ſupradictas fidelitates moras innectunt, & quibuſdam ſubterfugiis eas retardare præſumunt, auctoritate Apoſtolica conſtituimus, ut juxta veterem conſuetudinem Eccleſię veſtrę in continenti poſt ſuſceptos ordines eas vobis exhibeant, & ſi ſtatim exhibere contempſerint donec exhibeant, à ſuſceptis ordinibus arceantur. Præſenti etiam decreto ſancimus, ut Bergomenſis Epiſcopus nullum vobis indebitum gravamen, & inuſitatum imponat, ſed vos, & Eccleſiam veſtram in antiqua libertate dimittat. Ne igitur ſuper his, quæ inter vos judicio ſedis Apoſtolicæ deciſa ſunt, recidivo denuo litigio fatigemini, & inde alterutra partium alteram in expenſas, & labores adducat, unde judiciario ordine perpetuum ſilentium utrique parti conſtat impoſitum, auctoritate Apoſtolica interdicimus, ut nullus omnino hominum contra præfati anteceſſoris noſtri ſententiam venire præſumat, aut huic noſtræ confirmationis, & conſtitutionis paginæ auſu temerario. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus incurrat. Amen. Amen. Amen.

Locus ſigilli. Cuſtodi me Domine ut pupillam oculi.

† *Ego Anaſtaſius catholicę Eccleſię Epiſcopus ſubſcripſi.*
† *Ego Imarus Tuſcul. Epiſcopus ſubſc.*
† *Ego Hugo Hoſtienſis Epiſcopus ſubſc.*
† *Ego Cintius Portuenſis Epiſcopus, & ſanctę Sylvæ candidæ ſubſc.*
† *Ego Gregorius presb. Card. tit. S. Caliſti ſubſc.*
† *Ego Hubaldus Presbyt. Card. tit. S. Praxedis ſubſc.*
† *Ego Manfredus presb. Card. tit. S. Sabinę ſubſc.*
† *Ego Aribertus presb. Card. tit. S. Anaſtaſiæ ſſ.*
† *Ego Iulius presb. Card. tit. S. Marcelli ſubſc.*
† *Ego Guido presb. Card. tit. Paſtoris ſubſcripſi.*
† *Ego Bernard. presb. Card. tit. S. Clementis ſſ.*
† *Ego Iordanus presb. Card. ſanctarum Suſannę, & Fel. ſubſc.*
† *Ego Aſtaldus Presb. Card. tit. S. Priſcæ ſubſc.*
Ego Gerardus presb. Card. tit. S. Stephani in Cęlio monte ſubſc.
† *Ego Ioannes presb. Card. ss. Io. & Pauli tit. Pammachii ſubſc.*
† *Ego Henricus presb. Card. tit. ss. Nerei & Achillei ſubſc.*
† *Ego Joannes presb. Card. tit. ss. Silv. & Martini ſubſc.*
† *Ego Odo diac. card. s. Georgii ad velum aureum ſubſc.*
† *Ego Rodulfus diacon. card. s. Luciæ in ſeptaſol. ſubſc.*
† *Ego Guido diacon. cardin. s. Mariæ in Porticu ſubſc.*
† *Ego Joannes diac. card. ss. Sergii, & Bacchi ſubſc.*
† *Ego Oddo diac. card. s. Nicolai in carcere Tull. ſubſc.*

Datum Laterani per manum Rolandi S. R. E. presb. Card. & Cancellarii 11. Kal. Maji Ind. 2. Incarn. Dominicæ anno 1154. Pont. vero Domni Anaſt. IV. PP. anno 1.

Uſus eſt autem Gerardus Friderico Æneobarbo perquam familiariter; qui in ejus gratiam, omnia Privilegia, immunitates, & gratias, quas ante ſuperiores Cæſares Bergomati Eccleſiæ conceſſiſſent, novis diplomatibus confirmavit, ita ut etiam illi poteſtatem faceret producendi argentum, ut ſpecialiter videre eſt in hoc edito anno 1156. hoc eſt anno 5. adepti Imperii.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Imperialem celſitudinem condecet Prædeceſſorum ſuorum pia facta non ſolum inviolabiliter conſervare, ſed etiam cenſuræ ſuæ auctoritate alacriter confirmare, ut quos Imperatoriæ dignitatis imitamur officio, piæ liberalitatis etiam proſequamur exemplo. Omnium igitur tam futurorum, quam preſentium noverit induſtria, qualiter nos ob interventum dilecti Cancellarii noſtri Regenoldi, cæterorumque fidelium noſtrorum juſtas petitiones dilecti noſtri Gerardi venerabilis Pergamenſis Eccleſiæ Epiſcopi clementer admiſimus, & Eccleſiam Pergamenſem cum omnibus poſſeſſionibus ſuis juſte, & rationabiliter acquiſitis, vel in poſterum acquirendis, in poteſtatem noſtram ſuſcipimus, confirmantes ei ſuiſque legitimis ſucceſſoribus ac prædictæ Eccleſiæ Pergamenſi, omnia quæ à progenitoribus, & anteceſſoribus noſtris Regibus, & Imperatoribus prædictæ Eccleſiæ firma donatione, ac legitima traditione ſunt donata, ac privilegiorum atteſtatione confirmata, ſpecialiter autem, & nominatim omnes diſtrictiones, & publicas functiones Pergamenſis civitatis, & villarum, & caſtellorum, quę ſunt in circuitu ipſius civitatis, ad eundem comitatum pertinentes, uſque ad ſpatium, & extenſionem per omnes partes Pergamenſis civitatis trium milliarium, & ſicut eſt confinium illius caſtelli, quod vocatur Acianum, & alterius, quod vocatur Sariate, ſeu etiam omnes herimannos, qui in caſtellis Pergamenſis Eccleſiæ habitant, atque omnem totius Sacianæ vallis, ac Brembanæ diſtrictum, & poteſtatem per longitudinem, & latitudinem ab ipſa civitate uſque ad terminum ejus, quo à valle Canonica dividitur, in qua valle continetur plebs de Cliſone, & domus Admiratæ, & villa de Parre, quemadmodum per Carolum Magnum Imperatorem, atque Berengarium, necnon & Domnum Othonem Secundum Imperatorem Epiſcopatus Beati Alexandri martyris datum eſt, & in perpetuum ſuis privilegiis confirmatum. Præterea omnia regalia, & magnitudines de comitatu Pergamenſi, in omnibus ad eum pertinentibus tam infra civitatem, quamque & foris, donec impleatur terminus ſuus. Finis vero hujus comitatus eſt ita. Prima in valle quæ dicitur Valtellina. Secunda uſque ad ripam fluminis, quod vocatur Adda. Tertia vero uſque ab Ollium hamne. Quarta quoque uſque ad curtem quam dicunt homines Caſalebu-

ſa-

tanum, cum omnibus appenditiis ſuis, diſtrictis: Aldiones quoque, & Aldianas, ſervos, & ancillas, cerraſquo, & æquora, piſcationes, foreſta, paſcua cum planitiebus, montibus & vallibus, rupibus, & molendinis, Herimannos, & Herimannas quemadmodum per Carolum Magnum Imperat. atque Berengarum, nec non & Heinricum Regem, atque Conradum Imperatorem Epiſcopatui B. Alexandri martyris datum eſt, multiſque privilegiis confirmatum, & corroboratum, placita quoque omnia illius comitatus prædicti Imperatores, & Reges omnibus, viventibus penitus interdixerunt, niſi ante præſentiam Pergamenſis Epiſcopi, vel ſui miſſi, & quod ante eorum præſentiam finitum, vel judicatum fuerit perpetua ſtabilitate permaneat. Præterea curtem de Lemine in integrum cum uſibus conditionibus, fodro, diſtricto, atque Teloneo, quod vulgo Cueritura dicitur, ubicumque mercatum factum fuerit in prædicto loco de Lemino concedimus, atque largimur, quemadmodum per domnum Conradum Regem, alioſque plures Reges & Imperatores Pergamenſi Epiſcopatui datum eſt, & privilegiis confirmatum. Præterea curtem de Fara, & de Moneſterolo, quemadmodum per Domnum Carolum Imperatorem, atque Berengarium Epiſcopatui Pergamenſi datum eſt concedimus. Statuimus vero, & Imperiali auctoritate præcipimus, ne aliqua Imperii noſtri magna, vel parva perſona, comitatum, vel Epiſcopatum Pergamenſem violenter invadere præſumat, nec ab hominibus ejuſdem comitatus aliquas angarias, fodrum, foſſatum, aut quaslibet exactiones, contra voluntatem Pergamenſis Epiſcopi extorquere audeat. Cæterum præfato dilecto noſtro Pergamenſi Epiſcopo ob devotum, atque fidele ſervitium, quod nobis exhibuit, poteſtatem ei concedimus, ut liceat ei in civitate ſua monetam publicam cudere, quam per omnem comitatum, & Epiſcopatum ejus dativam, & acceptam eſſe præcipimus. Poſtremo ut ſupradicta omnia omni prorſus contradictione, & ambiguitate careant, verum lege in perpetuum valitura, rata, & inconcuſſa Pergamenſi Epiſcopo, & Eccleſiæ ſemper permaneant, nos ea præſentis privilegii auctoritate, & Imperatoriæ Majeſtatis noſtræ firmiſſimo robore confirmamus, ſalva per omnia noſtræ Imperialis auctoritatis juſtitiæ. Teſtes quoque, in quorum præſentia hæc facta ſunt, ſubtus notari juſſimus, quorum nomina hæc ſunt, Hillinus Trevirorum Archiepiſcopus, Vvicmannus Magdeburgenſis Archiepiſcopus, Humbertus Biſuntinus Archiepiſcopus, Gebehardus Vvirceburgenſis Epiſcopus, Eberhardus Babbergenſis Epiſcopus, Conradus Heiſteſenſis Epiſcopus, Burchardus Argentinenſis Epiſcopus, Ordicbus Baſilienſis Epiſcopus, Conradus Vvormacienſis, Henricus Leodienſis, Ardicio Cumanus Epiſcopus, Henricus Dux Saxoniæ, & Bavariæ, Fridericus Dux Sueviæ, Conradus Dux frater Imperatoris, Vvelfo Dux Spoleti, Matthæus Dux Luibaringiæ, Hermannus Palatinus comes Rheni, Otho Palatinus Comes de Vvictelinesbach, frater ejus Fridericus, Vvillochelinus Marchio de Mente ferroto, Vvido comes de Blandrado.

Signum D. Friderici Imperatoris invictiſſimi.



Ego Regenaldus Cancellarius vice Arnoldi Maguntini Archiepiſcopi, & Archicancellarii recognovi.

Dat. Vvirceburg. 15. Kal. Julii, Indict. 4. Anno Dominicæ Incarnationis 1156. regnante Domino Friderico glorioſiſſimo Imperatore Romanorum Auguſto. Regni ejus 5. Imperii vero 2.

Actum in Chriſto feliciter. Amen.

Gerardus verò Roncaliano Conventui interfuit, Papiæque Conciliabulo ab Ænobarbo agitato, ut contra Alexandrum legitimum Pontificem pſeudo Pontificem Victorem IV. foveret. Quamobrem cum Gerardus ita Ænobarbo ſtuderet, ut ſanctiora Eccleſiæ conſilia everteret, attolleretque deteriora, anathemate ictus, devolutuſque de Sede anno 1170. etiam de civitate exire coactus eſt, Gualdino Archiepiſcopo Mediolanenſi, Cardinalique Legato Alexandri Pontificis factioſiſſimum hominem perſequente. Exul vitam finivit, incertum an pertinax adhuc, an pœnitens facti.

(„ Noviſſima hominis iſtius Gherardi pejora prio-
„ ribus ambitione Imperialis favoris eò adduxe-
„ runt inanis gloriæ cupidum, ut receperit in va-
„ num animam ſuam, & ejurato legitimo Pontifice
„ Alexandro III. Idolum exaltavit in adulterino
„ Pontifice ſuſcipiendo, ſub Victoris nomine in Con-
„ ciliabulo Ticinenſi. Extat ejus nomen ad perpe-
„ tuum ſchiſmatis opprobrium poſt Peregrinum A-
„ quilejenſem, Arnaldum Moguntinum, & Gui-
„ dum Ravennatenſem in actorum ſubſcriptione 15
„ Kalendas Martii 1660. tomo 10. penes Labbeum
„ folio 1393. ſub hac pœnitenda formula Bergomen-
„ ſis conſenſit. Adorato Octaviano ſub nomine Vi-
„ ctoris IV. ab eodem reportavit Privilegium 29.
„ Novembris 1160. Cathedrali ſuæ, quod tamen
„ repudiatum, & executioni non traditum, tan-
„ quam teſſeram intemeratæ Romanę Fidei Tabula-
„ rium Capituli oſtentat. Quo mortis genere Gherar-
„ dus ſublatus fuerit, non liquet, poſtquam anno
„ 1170. præſente Bergomi S. Galdino Archiepiſcopo
„ Mediolanenſi S. R. E. Cardinali, Apoſtolico Ale-
„ xandri III. Legato Gherardus ipſe ſuffragante
„ Capitulo, & plaudente Clero depoſitus fuit, & in
„ exilium pulſus, dato ſucceſſore Guala Eccleſiæ
„ Reparatore. Convenerant Bergomenſes, Medio-
„ lanenſes, & finitimæ Civitates pro refutando
„ Imperatore, ejuſque Schiſmaticis PſeudoPapis
„ in Monaſterio Pontidæ Bergomenſis Diœceſis, ibi-
„ que ex condicto cautum de reparanda priſtina ma-
„ jeſtate, & cultu Provinciæ Mediolanenſis ſub le-
„ gitimi Pontificis obſequio, ut legere eſt tomo 2. li-
„ bro 2. hiſtoriarum Eccleſiæ Mediolanenſis Ripa-
„ montii. Et ut maneret perpetuum Capituli Ber-
„ gomenſis teſtimonium filialis obedientiæ Alexan-
„ dro III. Pontifici inter dura, & aſpera tempora
„ perpetuò conſervatæ, ejuſdem per Adelardum
„ Archidiaconum implorarunt diploma, quo ſub
„ protectione Apoſtolica reciperentur, quod impetra-
„ tum, & inter Cimelia Cathedralis repoſitum in
„ Archetypo plumbato ſervatur, & eſt tenoris ſequ.

ALEXANDER EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

„ Dilectis filiis Adelardo Archidiac. ejuſque fratribus
„ tam præſentibus, quàm futuris in matrici Per-
„ gamenſi Eccleſia Sancti Vincentii canonice viven-
„ tibus S. & A. B. Quotiens illud à nobis peti-
„ tur, quod religioni, & honeſtati convenire dino-
„ ſcitur, animo nos decet libenti concedere, & pe-
„ tentium deſideriis congruum ſuffragium impertiri.
„ Ea propter dilecti in Domino filii veſtris rationa-
„ bilibus poſtulationibus clementer annuimus, &
„ B. Vincentii martyris Eccleſia, in qua divino eſtis
„ obſequio mancipati, ad exemplar prædeceſſorum
„ noſtrorum felicis mem. Innocentii, Lucii, & A-
„ driani Romanorum Pontificum, una cum veſtræ
„ Congregationis collegio, & cum omnibus ad ean-
„ dem Eccleſiam pertinentibus ſub apoſtolicæ ſedis
„ tutelam, protectionemque ſuſcipimus, & præſen-
„ tis ſcripti pagina communimus. Statuimus enim,
„ ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona in
„ Eccleſiis, Villis, Oppidis, Decimis, oblationi-
„ bus, & Nundinarum redditibus, ſeu aliis rebus
„ eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè, & ratio-
„ nabiliter poſſidet; aut in futurum conceſſione Pon-
„ tificum, liberalitate Regum, vel Principum, obla-
„ tione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, rationabi-
„ liter auxiliante Domino poterit adipiſci, firma
„ Vobis, veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum, &

A illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Eccleſiam S. Mariæ, quæ eſt in Caſtello de Calcinate, Eccleſiam S. Martini quæ eſt in ejuſdem loci Villa, Eccleſiam S. Michaelis de Carpeneto, Eccleſiam S. Mariæ de Gorlo, Eccleſiam S. Georgii de Spalanico, Eccleſiam S. Chriſtinæ de Albegno, Eccleſiam S. Caſſiani, quæ eſt in Civitate Pergami. Decernimus ergo ut quamdiu in Canonicæ diſciplinæ obſervantia permanſeritis, nulli omnino hominum liceat eandem Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel importunis angariis, ſeu temerariis vexationibus fatigare. Sed omnia integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Interdicimus etiam, ut nec Epiſcopo, nec Archiepiſcopo liceat, nec etiam alicui perſonæ facultas ſit veſtræ communitatis bona in proprios uſus defflectere, ſive in beneficiis aliis dare, vel quibuſcumque aliis

B modis à præbenda Fratrum, vel communi utilitate alienare. Locationes verò, ſeu commutationes, aut inveſtitiones prædiorum, abſque cõmuni Fratrum, vel ſanioris partis conſilio nullatenus perpetrentur, nec hujuſmodi jus ab Epiſcopo, vel perſonis quibuslibet invadatur. Salva tamen ſedis Apoſtolicæ auctoritate, & Pergamen. catholicorum Epiſcoporum Canonica juſtitia. Si quis igitur in poſterum Archiepiſcopus, Epiſcopus, Imperator, Rex, Princeps, Dux, Marchio, Comes, aut Vicecomes, ſeu quælibet Eccleſiaſtica ſæcularisve perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire tentaverit, ſecundo tertiove commonita niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat: reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubja-

C ceat. Cunctis autem eidem Eccleſiæ ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Alexander catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Hubaldus Oſtienſis Epiſc. ſubſc.
Ego Hubaldus presb. Card tt. S. Crucis in Jeruſalem ſubſc.
Ego Albertus presb. Card. tt. s. Laurentii in Lucina ſubſcr.
Ego Vvillelmus presb. Card. tt. S. Petri ad Vincula ſubſc.
Ego Boſo presb. Card. S. Pudentianæ tt. Paſtoris ſubſcr.
Ego Petrus presb. Card tt. S. Laurentii in Damaſo ſubſc.
Ego Jacintus Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedin ſubſcr.
Ego Arditio Diac. Card. S. Theodori ſubſc.
Ego Cinthius Diac. Card. S. Adriani ſubſc.
Ego Manfredus Diac. Card. S. Georgii ad velum aureum ſubſc.
Ego Hugo Diac. Card. S. Euſtachii juxtà templum Agrippæ ſubſc.
Ego Petrus Diac. Card. S. Mariæ in Aquiro ſubſc.

Datum Beneventi per manum Gerardi S. Romanæ Eccleſiæ notarii. III. id. Novemb. Indict. III. Incar. Dom. anno M.C.L.X.VIIII. Pontificatus verò Domini Alexandri PP. III. Anno XI.

Guerrinus.]

XX XVI 35 GUALAM a deinde S. Alexandri Canonicum, præſente legato Gualdino, utriuſque Cathedralis Clerici Bergomenſem evexerunt ad ſedem anno 1170. die 27. menſis Januarii. Hujus electionem Legatus ratam habuit, tulitque apud omnes optimi viri proſperam famam, præſtitque egregiam

a De quo Simius in Catalogo Vir. illuſt. Vallis-umb. qui illum

A operam laboranti Eccleſiæ, ac Alexandro Pontifici plerumque profugo. Plurima bona dilargitus eſt Eccleſiæ ſancti Vincentii.

creatum Epiſc. dicit anno 1172. defunctumque 1187. Mandſf.

Guala Dei gratia S. Pergomenſis Eccleſiæ Epiſcopus.

Venerabili in Chriſto fratri Adelardo ejuſdem Eccleſiæ Archid. ejuſque fratribus, tam futuris, quam præſ. canonice ſubſtituendis in perpetuum Eccleſiaſticis utilitatibus inſudantibus. Eccleſiaſtica dignum eſt in remuneratione gaudere, ut qui ſe voluntariis obſequio neceſſitatibus ſponte ſubiiciunt, digne noſtris proviſionibus conſolentur. Veſtra fraternitatis dilectio devotis, & honeſtis precibus ſæpe à nobis poſtulavit, ut Eccleſiam B. Mariæ in villa de Gerole ſitam, & Eccleſiam B. Alexandri in caſtro ejuſdem villæ poſitam, vobis tenendas, & diſponendas largitatis noſtræ devotione concederemus, juſtam

B ſatis, ac rationabilem ad hoc impetrandum cauſam prætendens, eo quod ipſas Eccleſias valde commodas, & utiles Eccleſiæ S. Vincentii, ſuiſque poſſeſſionibus præfatam villam circumjacentibus, ſi conceſſa fuerit, demonſtraret. Quoniam igitur fraternis precibus tanta devotionis ſinceritate porrectis ejuſdem ſi quoque rationis, ac juſtitiæ veritate ſubnixis, indignum ducimus, & inhoneſtum reſiſtere. Conſilio dilecti fratris noſtri Bonifacii Præpoſiti S. Alexandri, ejuſque fratrum prædictas Eccleſias de Gorole cum omni jure ſuo, & omnibus poſſeſſionibus, & bonis, quæ nunc habent, & in futurum conceſſione Pontificum, oblatione fidelium, aut aliis juſtis modis ad illas pervenerint, vobis veſtriſq; ſucceſſoribus pro remedio animæ noſtræ, ac noſtrorum prædeceſſorum, diſponendas, & regendas, ac perpetuo poſſidendas, ad honorem, & utilitatem Matricis Eccleſiæ S. Vincentii tradimus, offerimus atque donamus. Teque Reverende frater Adelarde illius Matricis Eccleſiæ Archidiacone annulo aureo porrecto

C inveſtimus, ut officiales ſæpedictæ Matricis Eccleſiæ, qui nunc ſunt vel pro tempore fuerint, ſupradictas Eccleſias de Gorole ſicut ſuperius prætaxatum eſt, habeant, teneant, ac ſine ulla noſtra, noſtrorumque ſucceſſorum contradictione firmiter poſſideant. Inſuper etiam hanc noſtram donationem ſcripturæ præſentis auctoritate roboramus, atque munimus. Hanc autem noſtræ devotionis, & conſtitutionis paginam omni tempore inviolabiliter obſervandam, atque perpetuo cuſtodiendam ſtatuimus, atque ſancimus. Si qua igitur Eccleſiaſtica, ſeculariſque perſona hanc noſtræ donationis conſtitutionem infringere tentaverit, vel contra ipſam agere quæſierit, & primo, ſecundo, tertiove commonita non reſipuerit, Omnipotentis Dei maledictionibus feriatur, & à gremio Sanctæ Matris Eccleſiæ nec non ab omnium fidelium communione ſeparata, in æterna ſupplicia ſuperni judicis dextera retrudatur. Servanti vero pax, & æternæ vitæ gaudium divinitus conferatur, & perpetuo conſervetur. Ut autem hæc

D donatio majorem habeat firmitatem, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſigilli noſtri impreſſione ſubtus ſignari juſſimus.

† Ego Gaula Pergamenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
† Ego Adelardus Pergamenſis Eccleſiæ archidiac. ſubſc.
† Ego Odelricus Matricis Eccleſiæ presb. & Primicerius ſubſc.
† Ego Vvillelmus ſacerdos ſubſc.
† Ego Pontius Matricis Eccleſiæ diac. ſubſc.
† Ego Joannes Pergamenſis Eccleſiæ ſubdiac. ſubſc.
† Ego Joannes Fornoven. Domini PP. & Eccleſiæ Pergamen. ſubdiaconus ſubſc.

Ego Joannes hanc donationem præcepto Domini Gualæ Pergamenſis Epiſcopi in ſcriptis redegi. Factum eſt hoc ſub portui in broido Domini Epiſcopi una die menſis Martii an. Domini MCLXXIV. Indict. 7.

Fines deinceps diſtinxit Guala Eccleſiæ Parochialis S. Gratæ, ejuſdemque bona firmavit hoc edito documento.

Gaula Dei gratia Pergomen. Epiſcopus.

Dilectis fratribus Petro Sanctæ Gratæ presbytero, item Petro clerico in perpetuum. Eccleſiarum utilitatibus providere juſtis, & honeſtis fratrum poſtulationibus aſſenſum præbere non ſolum cœleſtis præmii retributio nos invitat, verum etiam commiſſi nobis officii nos cura ſollicitat. Eapropter dilecti fratres ſanctæ Gratæ officiales nos ſacrorum canonum ſtatutis obſecundare volentes, ne videlicet Eccleſiæ antiquitus conſtitutæ propter novas ulla prorſus poſſeſſione priventur, ſimulque veſtris petitionibus annuentes univerſam parochiam, quæ ad Eccleſiam veſtram pertinere videtur, ſicut veſtri prędeceſſores hactenus tenuerunt, totam videlicet entra portam Sancti Alenandri, & extra Puſterlam auctoritate Dei, & noſtra ſimulque venerabilium fratrum noſtrorum conſilio vobis veſtriſque ſucceſſoribus regendam, & poſſidendam perpetuo tradimus, & ſtatuimus, & præſentis paginæ ſcripto corroboramus. Non liceat alicui Eccleſiæ, aut Hoſpitali, aut Cœnobii miniſtris aliiſque perſonis, jus veſtrum in aliquo lædere, quod illæſum ſemper, & inviolatum ſtatuimus permanere. Si qua igitur Eccleſiaſtica ſæcularisve perſona hanc noſtræ conceſſionis, inſtitutioniſque paginam immutare, lædere, vel aliquatenus infringere tentaverit, ac ſemel, ac ſecundo, tertiove commonita non reſipuerit, anathematis vinculo ſubjaceat innodata, inſuper & omnipotentis Dei maledictione in extremo judicio condemnetur. Servanti vero cœleſte præmium divinitus tribuatur. Amen.

Factum eſt hoc anno Dominicæ incarn. 1176. menſe Maji Indict. 9.

† *Ego Gaula Pergamen. Epiſcopus ſubſcr.*
† *Ego Adelardus Archidiac. interfui.*
† *Ego Odelricus Primicerius ſubſcr. feci.*
† *Ego Pontius Matricis Eccleſiæ diac. ſubſc. feci.*
† *Ego Joannes bonus ſubdiaconus ſubſc.*
† *Ego Joannes Pergam. Eccleſ. ſubdiac. ſubſc.*
† *Ego Obertus Pergam Eccleſiæ canonicus ſubſc.*
† *Ego Joannes indignus presb. præſentis juſſionis hoc ſtatutum in ſcriptis redegi, & aſſenſum præbui.*

Monachis Fontanellæ, & Vallis Altæ, nonnullas decimas, & bona elargitus eſt bonus Epiſcopus Guala, qui Venetiis icto fœderi inter Alexandrum Pontificem, ac Fridericum Æneobarbum interfuit anno 1177. dieque prima Auguſti inter honorarios arbitros rerum componendarum Inſubriæ numeratus eſt. Anno vero 1179. Lateranenſi Concilio interfuit, a obtinuitque ab ipſo Friderico, ut quæ ſuperiores Imperatores Bergomati Eccleſiæ indulſiſſent privilegia, iterata auctoritate Cæſaris rata eſſent, anno 1183. ejuſdem regni 32. Imperii vero 24. ſub datum Conſtantiæ 7. Kal. Junii. Guala igitur cum ſibi creditam Eccleſiam conſultiſſime adminiſtraſſet, fato perfunctus eſt anno 1185. die 3. menſis Octobris. Alii die 30. ejuſdem menſis. Vacavit autem per aliquot menſes Bergomenſis ſedes novi Præſulis electione, diſcordante clero: Siquidem cum Adelardus Archidiaconus S. Vincentii, duos S. Alexandri Canonicos electores nominaſſet, Obertus S. Alexandri Præpoſitus retulit, id ſui juris eſſe, ſuæ Eccleſiæ electores aſciſcere, proteſtarique ſe de nullitate, ſi ad ſedem Apoſtolicam facta provocatione, adverſa pars ad electionem progrederetur, idque cauſæ fuiſſe reperiebamus, cur electionis ceſſatio aliquot menſes tenuerit.

a Ubi dicitur *Galo*, apud Hard. Concil. t. 6. par. 2. col. 1038.

„ *Egregiam operam Alexandro III. Pontifici præ-*
„ *ſtitiſſe Gualam Epiſcopum una cum aliis Compro-*
„ *vincialibus Ferrariæ, & in Veneto Concilio pro-*
„ *bant Acta utriuſque Civitatis impreſſa penes Lab-*
„ *bæum tomo 10. à folio 1482. uſque ad 1500. ubi*
„ *etiam leguntur concordata pro pace Italiæ, & ju-*
„ *rata per electos Civitatum Lombardiæ miſſos Ve-*
„ *netias ſub die 16. Kalendas Septembris in Eccle-*
„ *ſia S. Marci & pro Civitate Bergomi, ſubſcripſit*
„ *Alberatus folio 1590. anno 1177.* Guerrinus.]

36 LANFRANCHUS Pontitæ Monachus ex Ordine S. Benedicti defuncto Gualæ ſuffectus eſt anno 1186. Hujus auctoritas diuturniorem, graviſſimamque litium contentionem inter canonicos S. Alexandri, ac Vincentii lis conditionibus compreſſit 1190. XXXVII.

In Chriſti nomine.

Anno Domini M.C.XC. quadam die menſis Decembris, quæ fuit 10 Kal. Januarii Indict. 8. D. Adelardus Eccleſiæ S. Vincentii Archidiaconus in præſentia, & cum auctoritate Domini Lanfranchi Pergomen. Epiſcopi, & in præſentia, & conſenſu Domini Algiſii ejuſdem Eccleſiæ Archipresbyteri, & Dominorum Magiſtri Galli primicerii presbyterorum, Guillelmi, & Blaſii, & Petri de Burno, magiſtri Joannis Aſini, magiſtri Lanfranchi de Caravaza, Lanfranchi Mazori, Bertrami de foro, Oberti Mapelio, Engelerii Præpoſiti de Gratiaco ejuſdem Eccleſiæ canonicorum, & nomine etiam aliorum fratrum ejuſdem Eccleſiæ abſentium, elegit Dominum Obertum Eccleſiæ S. Alexandri Præpoſitum in Fratrem Canonicum, & Præpoſitum, & donnos presbyterum Joannem de Bulgare, Brunacum magiſtrum, Giraldum Guaſcum, Magiſtrum Joannem de Carvico, Magiſtrum Rogerium de Burdulo, Guillelmum de Zoppo, Giraldum de Rivola, Joannem Blancum, Guillelmum de Geroa, Albericum Guillel. Martini ejuſdem Eccleſiæ S. Alexandri canonicos ibi præſentes, & cæteros canonicos S. Alexandri, qui erant abſentes, in fratres, & canonicos Eccleſiæ S. Vincentii, ibique verſa vice ipſe Dominus Obertus Præpoſitus in præſentia, & cum auctoritate ſupradicti D. Lanfranchi Pergomenſis Epiſcopi, & in præſentia, & conſenſu prædictorum fratrum ſuorum ibi præſentium, & nomine aliorum fratrum ſuorum abſentium elegit præfatum D. Adelardum Archidiaconum in fratrem canonicum, & Archipresbyterum, & D. Aldigium in fratrem canonicum, & Archiprebyterum, & præfatos eorum fratres tam ibi præſentes, quam abſentes in fratres & canonicos S. Alexandri Eccleſiæ. Quas omnes electiones in præſentia prænominati Domni Epiſcopi, & ejus auctoritate factas idem Dominus Epiſcopus ibidem confirmavit, ibiq; etiam, & ipſi D. Archidiaconus, & D. Obertus Præpoſitus, & reliqui utriuſque Eccleſiæ ibi præſentes fratres ſuo nomine, & abſentium in oſculis viciſſim ſe ibi in fratres, ut ſupra legitur, eeceperunt. Statuentes inter ſe viciſſim præfatus Domnus Archidiaconus, & reliqui ejus fratres ibi præſentes ſuo nomine, & nomine aliorum fratrum ejuſdem Eccleſiæ abſentium nomine ipſius Eccleſiæ S. Vincentii, & Domnus Obertus Præpoſitus, cæterique ejus fratres ibi præſentes ſuo nomine, & nomine aliorum fratrum jam dictæ Eccleſiæ abſentium nomine ipſius Eccleſiæ, ut unum ſit de cætero utriuſque Eccleſiæ capitulum, unus chorus, unum collegium, & unum patrimonium, & ut quicumque erit de cætero canonicus in una, ſit canonicus in utraque, ut omnes ſint canonici ejuſdem capituli, & chori, & collegii, & ambæ præfatæ Eccleſiæ dicantur una Pergomenſis Eccleſia, & major pars capituli ſecundum quod ſuum eſt maneat apud Eccleſiam S. Vincentii. Ita tamen, ut ſecundum voluntatem capituli, vel majoris partis, de his qui ſunt, vel erunt pro tempore apud S. Vincentium debeant ire, & manere apud S. Alexandrum, & de his qui ſunt vel erunt apud S. Alexandrum debeant venire, & manere apud S. Vincentium, ſalvo honore, & reverentia, quem, vel quam Domnus Epiſcopus, & canonici S. Vincentii, & canonici S. Alexandri, & alii clerici ſunt ſoliti exhibere Eccleſiæ S. Vincentii, & ſalvo honore, & reverentia, quem vel quam Domnus Epiſcopus, & canonici S. Alexandri, & canonici S. Vincentii, & alii clerici ſunt ſoliti exhibere Eccleſiæ S. Alenandri. Præterea canonici S. Vincentii ibidem poſuerunt ſupradictum domnum Præpoſitum in ſedem Præpoſiti, in choro Eccleſiæ S. Vincentii ut amodo ſit Præpoſitus totius ſupradicti conſtituti

capituli, & jam dictæ Pergomenſis Eccleſiæ. Conſtituerunt inſuper ibidem Domnus Archidiaconus, & reliqui prænominatæ Eccleſiæ fratres S. Vincentii ibi præſentes, ſe de cætero poſſidere bona, & res ipſius Eccleſiæ S. Vincentii tam nomine Eccleſiæ S. Alexandri, & nomine canonicorum ejuſdem Eccleſiæ, quam nomine Eccleſiæ S. Vincentii, & ſuo; & è converſo præfatus Domnus Præpoſitus, & cæteri ſupranominati ejuſdem Eccleſiæ canonici ibi præſentes conſtituerunt de cætero poſſidere bona, & res ejuſdem Eccleſiæ S. Alexandri tam nomine Eccleſiæ S. Vincentii, & nomine canonicorum ejuſdem Eccleſiæ, quam nomine Eccleſiæ Sancti Alexandri, & ſuo. Supervenit etiam ibi comes Laudulf. dictæ Eccleſiæ S. Vincentii canonicus in principio abſens, qui ab eodem domno Præpoſito, & nomine aliorum fratrum Eccleſiæ S. Alexandri in fratrem, & canonicum in Eccleſia S. Alexandri fuit in oſculo receptus, & ipſe comes Laudulfus eundem Domnum Præpoſitum ſuo nomine, & nomine aliorum fratrum Eccleſiæ S. Alexandri in præpoſitum & fratrem Eccleſiæ S. Vincentii, ut fecerunt alii ejuſdem Eccleſiæ canonici in oſculo recepit. Ibidem ſtatutum eſt inſuper inter eos præfati dom. Lanfranchi Epiſcopi conſenſu, & auctoritate: Si quis ex fratribus apud Eccleſiam S. Alexandri pro tempore morantibus vita exceſſerit, & præfatum capitulum ad eum ſepeliendum apud S. Alexandrum convenerit poſt ejus ſepulturam ibidem in alio ejus loco ſubrogando, & eligendo tunc capitulum concors fuerit incontinenti ibi eum eligat ſi velit, alioquin ſi capitulum in alio ſubrogando, & eligendo concordare non poterit, pro eodem negotio idem capitulum apud Eccleſiam S. Vincentii conveniat, quod generaliter debet fieri, ſcilicet capitulum debet convenire apud S. Vincentium, & pro his negotiis quæ omnium fratrum conſenſum, ſive auctoritatem tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus deſiderant conſtitutum eſt inter eos, & ut ſupradictus domnus Obertus, qui modo eſt Præpoſitus apud S. Vincentium, vel apud Sanctum Alexandrum, ubicumque voluerit moraretur; ſucceſſores vero ejus qui Præpoſitalem poſt deceſſum ipſius ſedem obtinebunt, unuſquiſque tempore ſuæ præpoſituræ apud Eccleſ. S. Alexandri moretur niſi fuerit de conſenſu illius, & fratrum ibidem degentium, ut apud Eccleſiam S. Vincentii debeat morari. Addentes ſupradictis ſtatutis domnus Archidiaconus cum jam dictis ſuis fratribus, & domnus Præpoſitus cum ſuis, & quicunque ex fratribus ſupradicti Capituli ullo tempore convictus fuerit amodo ad jam dictæ unionis diviſionem laborare, debeat beneficio ſive præbenda in eadem Eccleſia ſibi conceſſa vel aſſignata in perpetuum carere, de quo ſinguli, qui erant præſentes, à præfato domno Lanfranco Epiſcopo interrogati affirmare ſibi placere ſi quæ eidem domno Epiſcopo convenere. Renuntiantibus Archidiacono cum ſupradictis ſuis fratribus, & prepoſito cum ſuis omni alii ſpeciali juri privilegium uſanziæ, vel alterius quod ullo tempore competit vel competere poſſit alterutri ſupradictarum Eccleſiarum contra alteram. Actum in Choro Eccleſiæ S. Vincentii in præſentia jam dicti Epiſcopi, qui omnia ſupradicta ibidem confirmavit, & ejus auctoritatem præſtitit. Sfrondus de S. Alexandro, Lanfrancus de Monacha, Joannes de Deſenzano, Ottobonus de Amberzaco, Albertus Guaſconis, Theutaldus de Tertio, Joannes de Petringo, Rogertus de Muzo, Albertus de Lalio, Scotus Lazaronus, Greppus Suardi, Albertonus de Zoffo, Oddulinus Squarzavacce, Maginfredus de Lalio. Lanfrancus Guaſconis, Giraldus filius Alberti Guaſconis, Federicus Colleonis, Gualbertus Braganiole, Sanzaminus de Zoffo, & Valtaſcutus ibi teſtes fuerunt. Poſtea vero de menſe Januarii proximo ſequente, ſcilicet quadam die Jovis, qui fuit xv. Kal. Febr. in Lobia Canonicorum Eccleſiæ S. Alexandri domnus Bucho prędictæ Eccl. S. Vincen. canon. & dom. Pincis, & Albericus Advocatus jam dictæ Eccleſiæ S. Alexandri ſupradicta omnia firmaverunt, & firma & rata habuerunt, præſentibus ibi teſtibus Ardiliono de Lorano, Zanello Ottefuſę, & Alberto Scarpa.

Hunc unionem primo ſuo diplomate firmavit Milo Mediolanenſis Archiep. quod ſupra in Archiep. ejus Eccleſ. retulimus, ad tempus Præſulatus ejuſdem Milonis indagandum, eamque deinceps confirmavit Clemens III. Papa iis conceptis verbis.

Clemens Epiſcopus.

Dilectis filiis Alderado Archidiacono, Oberto Prępoſito, & univerſis Clericis Bergomen. Eccleſiæ ſalutem, etc. Ea quæ poſt diſcordiam, & controverſiam habitam inter partes meliori conſilio ſubſecuto fuerint amicabili concordia terminata, ut inviolabile obtineant firmitatem, & futuris temporibus nemo temeritate qualibet obviare preſumat juxta poſtulantium voluntatem conſentaneam rationi convenerint apoſtolicæ auctoritatis robore communiri. Ea propter veſtris juſtis poſtulationibus annuentes pacem, & concordiam, & veſtri collegii unionem inter vos prudenter conceptam, & unanimi voluntate receptam, atque redactam in ſcriptum ſicut rationabiliter facta eſt recepta pariter, & ſervata de fratrum noſtrorum aſſenſu auctoritate apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Ad majorem vero firmitatem tenorem ipſius ſcripti de verbo ad verbum duximus inſerendum. In Chriſti nomine anno Domini MCXC. quadam die &c. uti ſupra. Decernimus ergo ut nulli hominum &c. Amen.

† *Ego Clemens catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.*

† *Ego Albinus Albanenſis Epiſcopus ſſ.*

† *Ego Octavianus Oſtien. & Velliteru. Epiſcop. ſubſc.*

† *Ego Joannes presb. card. tit. S. Marci ſubſc.*

† *Ego Pandulphus Baſilicæ XII. Apoſtol. presb. card. ſubſc.*

† *Ego Petrus presb. card. tit. S. Cæciliæ ſubſc.*

† *Ego Petrus presb. card. tit. S. Laurentii in Damaſo ſubſc.*

† *Ego Petrus presbyt. card. S. Petri ad Vincula tit. Eudoxiæ ſubſc.*

† *Ego Jordanus S. Pudentianæ tit. Paſtoris presb. card. ſubſc.*

† *Ego Joannes tit. S. Clementis card. Tuſculan. Epiſc. ſubſc.*

† *Ego Joannes Felix presb. card. tit. S. Suſannæ ſubſc.*

† *Ego Jacobus S. Mariæ in Coſmedin diac. card. ſubſc.*

† *Ego Gratianus SS. Coſmæ & Damiani diacon. card. ſubſc.*

† *Ego Soffredus S. Mariæ in Via lata diac. card. ſubſc.*

† *Ego Gregorius S. Mariæ in Porticu diac. card. ſubſc.*

† *Ego Bernardus S. Mariæ novæ diacon. cardin. ſubſc.*

† *Ego Gregorius S. Mariæ in Aquiro diacon. card. ſubſc.*

Datum Lateran. per manum Moyſi S. R. E. ſubdiaconi vicem agentis Cancellarii ix. Kal. Iulii indict. octava Incarnationis Dominicæ MCXC. Pontificatus vero domini Clementis Papæ III. an. tertio.

Conceſſerat idem Clemens anno altero, & ſui Pontificatus 2. Oberto Præpoſito, & Canonicis S. Alexandri facultatem Eccleſiaſtica cenſura coarctandi Presbyteros, qui ordinantur, ad fidelitatem ipſi Eccleſiæ faciendam; quæ cum ſit ſpecialis juriſdictio, diploma ipſum exſcriptum damus.

Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Oberto Pergam. Eccleſ. Præpoſito & Capitulo S. Alexandri ſalutem & Apoſtolic. ben. Cum ab Apoſtolica Sede &c. Ea propter veſtris juſtis poſtulationibus annuentes, ut vobis liceat Eccleſiaſtica cenſura compellere Presb. qui ordinantur, ad fidelitatem ipſi Eccleſiæ faciendam, ſicuti per conſuetudinem hactenus eſt obtentum, quod eam fidelitatem facere debent. Et ab Anaſtaſio, & Adriano prædeceſſoribus noſtris fuit apoſtolico munimine

con-

confirmatum, & ſtatutum ut ä ſuſceptis ordinibus arceantur, & poſt ſuſceptos ordines eam ſtatim noluerint exhibere, & alios ſimiliter qui ad eandem Eccleſiam venire debent ad Miſſam majorem in dominicis diebus, & aliis ſolemnitatibus, ut accedant, ſicut in ſummorum Pontificum Innoc. & Eugenii ſententia continetur, & abſque controverſia hactenus obſervatum, devotioni veſtræ liberam tribuimus auctor. Apoſtol. facultatem.

Dat. Lateran. n. Kal. Jan. Pontific. noſtri an. 2.

Conſecravit Lanfrancus aram maximam Abbatiæ S. Sepulchri de Aſtino 1194. anno vero 1198. Eccleſiam S. Pauli de Argono ſui ordinis ſolemniter dedicavit. In Monachos Vallis Altæ munificus fuit 1199. vir vere pius, ac probatiſſimis moribus. Cujus 25. annorum adminiſtratio viſa eſt omnem invidiam ſuperaſſe. Fato functus eſt anno 1210. die 30. men. Octobris.

XXXVIII. *a De hoc idem Simius de viris illuſ. Valliſumb. p. 371. Manuſc.*

37 JOANNES Torniellus *a* Novarienſis, Monachus S. Sepulchri de Aſtino Ordinis Vallimbroſani, proxime Lanfranco ſubrogatus fuit anno 1210. Hic primum ut Bergomenſem Cathedram conſcendit, ex ſui clericalis Senatus conſenſu, ampliſſimum Privilegium edidit in favorem Monaſterii S. Gratæ, quo Cœnobium illud ab omni Epiſcopali juriſdictione eximebat, cavebatque, ne qua datiorum, gabellarumque exactione divexaretur, hoc tantum uno ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus reſervato, quod etiam Leo IX. Pontifex ſanxerat, ut Abbatiſſam electam conſecraret, electamque ſuo aſſenſu confirmaret.

In nomine Domini Amen.

Prope civitatem Pergami in choro Eccleſiæ S. Martyris Alexandri ad honorem Dei & Beatæ Gratæ pietatis intuitu & pro remedio animarum ſuarum, de conſilio, & aſſenſu Capituli Pergamenſis, ſtatuit & ordinavit dominus Joannes Dei gratia Pergamenſis Epiſcopus, ut Monaſterium beatæ Gratæ liberum ſit, & ſimiliter venerabilis Juſtina Abbatiſſa, ut cæteræ ſorores ejuſdem loci, quę nunc ſunt vel pro tempore fuerint, ſint liberæ, & exemptę à juriſdictione Pergamen. Epiſcopi & ſucceſſorum ejus, & Eccleſię Pergami in perpetuum immunes ſint, quantum ad eum pertinet, ut Eccleſiam Pergamenſem ab omni fodro, exactione, & preſtatione, & cujuslibet alterius exactionis, & quę etiam ejuſdem per S. Leonem Papam dignoſcuntur fuiſſe conceſſa, reſervatis ſibi, & ſucceſſoribus ſuis, conſecratione, & confirmatione Abbatiſſarum, ita tamen quod ſervitia & obſequia, quę Pergamenſi Epiſcopo facere conſueverunt, & Canonicis Pergamen. ſcilicet quando Canonici vadunt illuc in proceſſionibus preſtent, & exhibeant humiliter & devote. Hoc etiam voluit & mandavit, ut generalia interdicta quę ipſe, vel ſucceſſores ejus, vel Capitulum Pergamen. in civitate iſta poſuerint, obſerveat penitus & in ſua faciant Eccleſia obſervari, nec excommunicatos ſuos, vel interdictos ad officia recipiant, vel ſepulturas. Et hęc ipſe dominus Epiſcopus, & Capitulum ſupradictum ſtatuerant, & ordinaverunt, quantum cum honeſtate, & ſine pravitate qualibet fieri potuerunt, & ſalvis omnibus Apoſtolicæ ſedis auctoritate & mandato, & legatorum ejus. Statuit etiam, ut ſi quis ſuæ juriſdictionis contra hanc paginam conſtitutionis, vel confirmationis venire præſumpſerit, & admonitus non reſipuerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus & glorioſiſſimorum Martyrum Alexandri, & Vincentii, & ipſius Epiſcopi incurrat. In quo autem capitulo præſens erant, dominus Joannes Albus præpoſitus Pergamenſis Eccleſiæ, dominus Ottobonus Archipresbyter ejuſdem Eccleſiæ, dominus presbyter Brunus Primicerius, dominus presbyter Guilielmus prępoſitus de Treno, D. presbyter Beltramus de Aaxaro, D. Comes Landulphus Diaconus, D. Martinus de Roniate Diaconus, D. Theudaldus præpoſitus de Giſalba Diaconus, D. Albricus advocatus Subdiaconus, D. Girardus de Caravadio Subdiaconus, D. Albertus de Tertio Subdiaconus, D. Rogerius Suardus Acolythus, D. Petrus Albertonum Acolythus, D. Rogerius de Scbnno Acolythus, omnes Canonici, & Confratres Eccleſię Pergamenſis. Factum eſt hoc anno Domini 1210. die Martis 6. menſis Novembris prima indictione. Ibi teſtes D. Ottobonus, Clericus S. Alexandri in Columna, D. Prævicinus Capellanus ſupradicti domini Epiſcopi, & Michael de Molonio clericus ejuſdem domini Epiſcopi, & Zanexus da Caluſco cuſtos Eccleſiæ ſancti Alexandri.

Ego Anſelmus de Rivola ſubſc.

Ego Albertus, præpoſitus de Lemene ſubſc.

Ego Albertus Comes Acolythus, & canonicus Eccleſiæ ejuſdem ſubſc.

Ego Lanfrancus Soſena Sacri palatii Not. interfui, & rogatus ſcripſi.

Subſtruxit etiam Joannes extra muros Bergomi Humiliatorum Cœnobium, Eccleſiamque S. Salvatori, ac Beatiſſimæ Deiparæ Virgini, divisque omnibus dedicavit, ſanxitque ut ejuſdem Præpoſitus foret ſubjectus Bergomenſi epiſcopo anno 1212. Inque ſua Cathedrali ſalutarem Synodum celebravit anno 1214. ſub Innocentio III. Lateranenſi Concilio interfuit anno 1215. Iterum etiam ipſe Eccleſiam S. Alexandri conſecravit, ejuſdemque aram maximam, in honorem S. Stephani dedicavit, pluribus in ea reconditis ſanctorum Reliquiis. Hoc eodem anno ſanctiſſimos Patriarchas Dominicum, ac Franciſcum Bergomi humaniſſime excepit, illiſque commodiſſima loca attribuit, ubi ſui ordinis Monaſteria excitarent, (1) & Franciſcanum quidem ſancto Vigilio dedicatum eſt, Dominicanum vero divæ Mariæ Magdalenæ. Anno vero 1222. aſſentiente Joanne, ſanctorum Apoſtolorum Simonis, & Judæ templum, cum adjuncto Cœnobio, fratres Humiliati Bergomi excitarunt, quod alterum fuit ab eo, quod olim extra muros conſtruxerant. Viginti annos Joannes Vallimbroſanus Bergomenſem rexit eccleſiam, deceſſitque anno 1230.

38 ATTO *b* hujus nominis II. ejuſdem ordinis Vallimbroſani monachus, Bergomas, Joanni ſucceſſit anno 1230. decem annos præfuit, deceſſitque anno 1240. die 13. men. Julii. Ejus ſedis deinde novem menſium interregnum extitiſſe narratur. XXXIX.

b De hoc pariter Simius de viris illuſ. Vallisum. p. 1..

39 HENRICUS Seisa, Bergomas, Patriæ ſede potitus eſt anno 1241. Unius anni Pontifex fuit, menſium 4. ac decem & octo dierum, fato conceſſit anno 1242. treſque menſes ſedes vacavit. XL.

(„ *Ante promotionem erat Archidiaconus Cathedralis, ejuſque varia remanent in Actis Capitularibus monumenta, cujus tempore B. Gualla de Romnonibus Civis Bergomen. & Epiſcopus Brixienſis multam contulit ſpirituali regimini, cum eſſet ex primis diſcipulis S. Dominici, &, dimiſſa Brixienſi Eccleſia in bona ſenectute Monaſterium Vallumbroſanum Aſtini, quæ ſe recepit, illuſtravit.* „ Guerrinus.)



40 ALBERTUS è Tertia familia, nobilis Bergo- XLI.

(1) Quidquid à locis diſſitus ſcripſerit Ughellus, primum Cœnobium Dominicano inſtituto datum à Bergomenſibus extructum fuit ſub titulo S. Stephani Prothomartyris, quod an. 1561. excisum fuit, una cum Cathedrali S. Alexandri; Conventus vero Franciſcanis deſignatus fuit Eccleſia S. Jo. Baptiſtæ cum latiſſima area, ubi & nunc extat amplum Conventualium Aſceterium. Guerrinus.

gomas, à Capitulo Patriæ ſublectus Epiſcopus eſt anno 1242. Octo fermè annos electus hanc ſedem adminiſtravit, quam anno 1250. libens, volenſque necdum conſecratus libere in manus Innocentii IV. dimiſit. Id habetur in Reg. Vatic. ep. 370. Tranſlationis Aloyſii ſucceſſoris. Alberti nulla alia memoria occurrit, quam cum Abbatia Vallis-altæ aliquot bona commutaſſet. Obiit anno 1251. die X. menſis Octobris.

XLII. a Algiſius.

41 Fr. ALOYSIUS a de Roxiate, Bergomas, ex Ordine Prædicatorum, olim Ariminenſis Epiſcopus, ab Innocentio IV. dum Lugdunenſi concilio intererat, ad hanc ſedem translatus eſt anno 1250. 3. Id. Februarii ex Reg. Vaticano ep. 670. fol. 50. ann. 8. Innoc. IV. in qua dicitur, *honeſta familia Bergomi natus*,

Capitulo Bergomen.

Credita nobis in Eccleſia Chriſti miniſterium, Dei diſpenſatio &c. Sane cum poſt petitam à nobis dilecto filio Abbati de Tertio quondam Pergomen. electo cum inſtantia ceſſionem, ac denique impetratam, quam ipſius ſalus, & Eccleſiæ utilitas ſuggeſſit admitti, ſoluta eſſet à lege viri Eccleſia Pergomen. pectus noſtrum de ipſius Eccleſiæ ordinatione ſalubri urgens curæ replevit. Cum talis eidem eſſet præficienda perſona, in cujus fide, fida recumberet ſecuritas ſubditorum, ac per hoc promptius eidem intenderent in iis, quæ ad animarum lucrum, & augumentum catholicæ fidei pertinerent, hujuſmodi autem fructus proventum de venerabili fratre noſtro A. olim Ariminen. nunc veſtro Epiſcopo nobis ſpes non dubia repromiſit. Cum civitas Pergomen. eum de honeſta genitorum ſtirpe protulerit, ac nos per converſationem diutinam, qua familiariter nobis ipſius merita claruerunt, cum ſimus experti fide ſincerum, vita præclarum, ſcientia præditum, & tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus circumſpectum. Ideoque utilitate non ſolum privata, ſed etiam publica ſuggerente de fratrum noſtrorum conſilio eundem Epiſcopum à vinculo, quo Ariminen. tenebatur Eccleſiæ, abſolutum ad Pergomen. Eccleſiam transferentes eundem ipſum conceſſimus in Epiſcopum, & Paſtorem, liberam ſibi dantes licentiam ad ipſius Pergomen. Eccleſiæ regimen tranſeundi, procerto quippe tenemus, quod per ipſius ſollicitudinem in proprio civitatis Pergomen. libertas Eccleſiæ, fides Catholica, & Chriſtiana devotio ſalubria ſuſcipient incrementa, & præfata Eccleſia tam ſpiritualibus, quam temporalibus proficiet inſtitutis, mandamus, quatenus eundem Epiſcopum tanquam Patrem, & Paſtorem animarum veſtrarum recipientes in honorem Domini Jeſu Chriſti debitam eidem obedientiam, & reverentiam impendatis, ejus ſalubria mandata & monita ſuſcipiendo devote ac humiliter obſervando. Alioquin ſententiam, quam propter hoc rite &c. uſque obſervari.

Datum Lugduni 3. Id. Febr. anno 8.

Sedit Aloyſius annos octo, rerumque deinde humanarum pertæſus ei oneri ſe ſubduxit anno 1259. reliquamque vitam ad mortem uſque peregit in monaſterio S. Sepulchri de Aſtino. 1267. die 26. menſis Januarii obiit, ſepultuſque eſt ante Altare S. Martini.

[„ *Hunc male Aloyſium nuncuparunt aliqui, cum ſit*
„ *dicendus Frater Algiſius de Roxiate, primùm E-*
„ *piſcopus Ariminenſis, & deinde Bergomenſis, de*
„ *quo monumenta Abbatiæ S. Sepulchri, & Aucto-*
„ *res patrii, & præcipuè Peregrinus in Vinea par-*
„ *te prima cap. 37. Primus fuit immediata S. Sedis*
„ *electione datus Epiſcopus Bergomenſibus, cum in*
„ *juvenili ætate fuiſſet ejuſdem Cathedralis Cano-*
„ *nicus, ut conſtat ex donatione facta Fratribus*
„ *Minoribus per Capitulum 12. Septembris 1230. in*
„ *Archivio. Subſcripſit Oecumenico Lugdunenſi Con-*
„ *cilio primo, & edicto vetuit habitari, & ædifica-*
„ *ri oppidum de Curtenova in finibus Agri Bergo-*
„ *menſis ob hæreſim Catarorum, & Patarenorum*
„ *exciſum. Parochialem S. Martini de Aqualunga*
„ *Plebis Paterni in agro Cremonenſi, ſed diœceſis*
A „ *Bergomenſis univit Monaſterio S. Petri de Pado*
„ *Cremonenſis, conditione hoſpitio excipiendi uno*
„ *die, ac nocte ſingulis annis Epiſcopum Bergomen-*
„ *ſem, cum equitibus quatuordecim, ut conſtat In-*
„ *ſtrumento 29. Octobris 1256. Plurimas decimas, &*
„ *terras Monaſterio Vallis Altæ largitus eſt, auxit-*
„ *que Monaſterium S. Pauli de Argon Cluniacenſium,*
„ *& S. Sepulchri Vallumbroſanorum, ad quod etiam*
„ *receſſit, valedicens Cathedræ anno 1259. & poſt*
„ *octo annos die 26. Januarii 1267. egregiæ vitæ lau-*
„ *de ibidem deceſſit.* Guerrinus.)

42 Fr. HERBORDUS b Pannonus ex Ordine S. Dominici, Monaſterii S. Stephani Bergomatis alumnus, doctrina, probitateque morum ſingularis, ex ceſſione fratris Aloyſii, Bergomenſis Epiſcopus adlectus eſt anno 1261. Hic Eccleſiam S. Jacobi de Porta Eccleſiæ S. Stephani adjunxit. Miſericordiæ Societatem ad pauperum inopiam ſublevandum erigendam curavit, ac Canonicorum Bergomen. aſſenſu anno quartò ſui Epiſcopatus, opus B ſane digniſſimum ad optatum perduxit finem, eamque regulam, ſeu vivendi normam, quam Fr. Pinnamon S. Dominici diſcipulus, Cœnobii S. Stephani fundator, conſcripſerat. Undecim ſedit annos, deceſſitque ſenio, & bonis operibus plenus anno 1272. Sepultus in Cathedrali S. Alexandri. Meminit ejuſdem Sigiſmundus Ferrarius Viglevanenſis lib. 1. par. 3. de rebus Hungaricis Ord. Præd. XLIII. b Al. Ribaldus.

(„ *Regula inſignis Conſortii Miſericordiæ majo-*
„ *ris Bergomi edita fuit per B. Pinamontem Pere-*
„ *grinum de Brembate primum contra Hæreticam*
„ *pravitatem Bergomi Inquiſitorem, & Divi Domi-*
„ *nici diſcipulum, ſub cenſura, & directione Epiſ-*
„ *copi Herbordi, & Capituli Bergomenſis, ut Pere-*
„ *grinus in Vinea cap. 38. Emit Herbordus magna*
„ *prædia Epiſcopalis menſæ, dicta de Gavarno.*
„ *Litem habuit non parvi negocii cum Capitulo pre-*
„ *tendente teneri Epiſcopum ad ceram pro miſſis ſo-*
„ *lemnibus, ad fabricam Eccleſiæ, ad frequentes co-*
„ *meſtiones dandas Canonicis, & ad largiendam*
C „ *ſingulis annis Cappam novam Primicerio, quæ*
„ *poſt Tribunalium ſtrepitum, tandem die ultima*
„ *Octobris 1267. ut in Tabulario Capituli, ſolemni*
„ *Arbitramento Guidotti Præpoſiti de Galgario com-*
„ *poſita fuit.* Guerrinus.)

43 GUISCARDUM, ſive Viſcardum Suardium Bergomatem Archidiaconum, Herbordus excepit anno 1272. Per annos octo cum laude prudentiæ Bergomatem adminiſtravit Eccleſiam, deceſſitque anno 1280. die 27. menſis Februarii. Suardæ nobiliſſimæ gentis laudes non tacuit Mutius, tum & primordia. XLIV.

Auſtrali hanc Cæſar duxit Federicus ab ora,
Æneobarbus opes cui tituloſque dedit.
Sceptra urbis tenuit longum moderamine libra
Illius auſpiciis & ſtetit alta quies.

Ex qua gente Joannes Rogerius vir clariſſimus imperium in hac urbe geſſit, Franciſcus militia, & conſilio potens, Jacobus item militum præfectus egregius, Albertus, & Gaſpar Romæ Prætor, aliique D viri clariſſimi, ut ille:

Eſt magnis fœcunda viris domus ipſa Suarda.

Guiſcardum vero ex hac nobiliſſima gente anno primo ſui Epiſcopatus Eccleſiam S. Mariæ Matris Domini dedicaſſe, ac eam ſingulis annis 25. Maji viſitantibus indulgentiam quadraginta dierum donaviſſe ſcribit Peregrinus.

Poſt Guiſcardum, Vinea refert, Vidonem Carariam Bergomenſem civem, Monachum Vallimbroſanum Abbatiæ S. Sepulchri de Aſtino, Epiſcopum ejuſdem Sedis ſublectum fuiſſe, anno 1280. In ea dignitate vix integrum annum expleſſe, fatoque functum anno 1281. die 22. menſ. Febr. à cujus exceſſu, ao. 2. ſedem vacaſſe. Jo: de Advocatis Bergom. ſuffectum eſſe an. 1283. obiiſſeque an. 1291. At io Reg. Vatic. ut dicemus, Guiſcardo immediate ſucceſſiſſe Robertum habetur, unde Vidonem & Joannem ab hoc noſtro Catalogo exulatos mittimus.

(„ *Guidonem Carrariam, & deinde Johannem*

„ *de Advocatis Tabulæ Bergomenſes, & Monaſterii s. Sepulchri de Aſtino monumenta Epiſcopos electos produnt, quos tamen ob diſcordias electorum confirmationem Romanam non obtinuiſſe oſtendunt regiſtra Vaticana, dum habent Eccleſiam Bergomenſem pro vacante uſque ad Octobris menſem 1289. Accedit inditium evidens vacantis Epiſcopalis Sedis ex traditis à Ripamontio tomo 2. lib. 6. f. 393. & à P. Euſtachio à s. Ubaldo de Metropoli Mediolanenſi ſectione 3. cap. 7. n. 270. ubi legimus celebratum Provinciale Concilium indictum ab Archiepiſcopo Mediolanenſi Othone Vicecomite anno 1287. cui Procuratores pro Cathedralis Bergomenſis Capitulo interfuere Lantellinus Adelaſius, & Rubba Caſtellus Canonici Bergomenſes, nulla facta mentione Præſulis, vel Epiſcopi Cathedralis ejuſdem, & tamen Concilii Acta leguntur celebria ex Bzovio penes Labbeum tomo 11. parte 2. folio 133. circà diſciplinæ Eccleſiaſticæ reparationem.* Guerrinus.)



XLV 44 ROBERTUS Longus, *a* Bergomas, ad eandem Patriæ dignitatem pervenit ex Archidiacono à capitulo electus, confirmatus à Nicolao IV. in demortui locum Guiſcardi anno 1289. 4. Non. Octob. ita in Regeſt. Vatic. epiſt. 541. fol. 232. anno 2. ejuſdem Pontific. Datum Reate. Hic Franciſcanum Templum conſecravit an. 1292. die 27. menſ. Auguſti, eodemque anno è vivis eximitur; ex cujus exceſſu, tres annos tenuit interregnum. Cum alii ex electoribus Romæ Caſſellum de Mutio canonicum S. Alexandri, alii fratrem Henricum Ord. Minorum, qui electioni ceſſit, alii Opizonem Præpoſitum Eccleſiæ de Vico Mercato Mediolanenſis Diœceſis, poſtulaſſent, qui omnes à Romana Sede tamquam vitio creati, in ordinem ſuum fuerunt redacti, Robertoque à Pontifice ſuffectus eſt, qui ſequitur, Joannes.

a Bongus.


(„ *Non Robertus Longus, ſed Bongus hic fuit ex Nobili Familia Bergomenſi Bonga, de quo Lectiones à s. Congregatione Rituum approbatæ die 12. Auguſti in Officio s. Heſteriæ Virginis, & Martyris, ubi nimia brevitate innuitur miraculoſa inventio, & translatio revelante Domino, facta Ss. Corporum Projectitii, & Jacobi Martyrum, & s. Johannis Epiſcopi, & Martyris, & s. Heſteriæ prædictæ, quorum ſacra Lipſana Fidelium venerationi in Cathedrali s. Alexandri repoſuit idem Robertus. Hujus mirandæ inventionis acta habet antiquum Lectionarium Cathedralis, ex quo Mutius hiſtoricas, & ex eo P. Daniel Papebrochius tomo 7. actorum Ss. menſis Maii in appendice ad diem 4. ejuſdem fol. 578.* Guerrinus.]

XLVI 45 JOANNES hujus nominis IV. ex Scantia gente Bergomas, patriæ Epiſcopus adlectus eſt ex Canonico Cathedralis à Bonifacio VIII. ann. 1296. 2. Kal. Auguſti ex Regeſt. Vatic. epiſt. 398. fol. 29. vir ſingulariſſimi exempli, virtutiſque incomparabilis, qui cum in ea tempora incidiſſet, quibus civilia arma omnia populabantur, adeo vigore animi conſilioque valuit, ut cives ſuos à multo tempore jam conſternatos ad arma, diuturniori coegerit ſitare concordiæ. Clerum item ſuum, in S. Alexandri Cathedrali ſynodo celebrata, ad puriores mores inſtituit, ac per duodecim fere annos, quibus præfuit, eundem diſciplinæ rigorem viſus eſt continenter excoluiſſe. Fato functus eſt anno 1308. ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Alexandri, vir pietate, & doctrina inſignis, de quo ſic cecinit Achilles Mutius par. 4. ſui Theatri.

Hoc lituo inſignem ſtatuam, mitraque bicorni
Præſul Joannes Scantius æde tenet.
Præſulis, & hujus notiſſima fama, meraci
Scantia ſic Tellus claret alumna mero.
Principia, & cauſas rerum noratque meatus
Signorum obliquos, ſydera fixa ſuper.
Et divinarum legum ſecreta tenebat,
Pauperibus larga dona dabatque manu.

Poſt exceſſum Joannis plures menſes in novo creando Præſule ceſſarunt ſuffragia.

(„ *Exceſſit è vivis Johannes Scantius recolendæ memoriæ Antiſtes anno 1309. cum menſe Februarii die 21. decreto ſuo firmaſſet partem ſecundam ſtatuti Capitularis ſub titulo* Collationes antiquæ. *Extant Decreta ſynodi habitæ in Ædibus Epiſcopalibus & de conſenſu Capituli indictæ in Actis anni 1306. Bartholomæi de Oſſa Cancellarii Cathedralis in Archivii membranis. Eo mortuo tentarunt Canonici more majorum eligere Epiſcopum, & concordi Schedularum Suffragio nominarunt Guilielmum de Longis Canonicum Romanam Curiam in Avenionenſi Urbe ſequentem, & ablegatis duobus Capitularibus una cum Bartholomæo de Oſſa Cancellario, in hoſpitio S. Agathæ aſſenſum ſuum electus denegavit, cauſatus ætatem ſuam recentem, & ſubeſſe, non præeſſe indigentem; unde Gulielmi de Longis, id eſt de Alexandriis, Cardinalis ibi præſentis voto factum eſt, ut alius ejuſdem familiæ Canonicus ſenior Cyprianus auctoritate Clementis V. crearetur.* Guerrinus.)



46 CYPRIANUS Longus, (1) Bergomas, Guillelmi Cardinalis Longi nepos, eadem ſede potitus eſt anno 1309. Hic Modoetiæ præſens fuit, dum Henricus VII. Imperator in Cæſarum numerum corona ferrea redimeretur anno 1311. Eodem anno idem Cæſar Ludovico Vicecomiti Bergomum adminiſtrandum attribuit. In ſua diœceſi plures Sanctorum Eccleſias dedicavit, præcipue autem Eccleſiam Abbatiæ S. Mariæ de Scantio ex Ordine Ciſtercienſi anno 1318. Privilegia omnia, ac indulgentias Eccleſiæ S. Alexandri aliquando conceſſas confirmavit. Templum S. Luciæ Virgini, & martyri ſacrum una cum Cœnobio ſanctimonialium Ordinis Prædicatorum in ſuburbio ædificavit, & ampliſſimis privilegiis decoravit, quæ poſtea ab altero XLVII.


(1) Conſtat Cyprianum ex Familia de Alexandria, ſeu de Longis binomine agnatum fuiſſe Gulielmi Cardinalis, non tamen nepotem, cum ex Actis Bartholomæi de Oſſa inſtrumenta extendentis Jacobi de Longis ex Fratre Cardinalis nati pateat nullos alios habuiſſe Nepotes, & curam, tutelam, & providentiam domus ſuæ diviſiſſe inter conſanguineos ſuos partim nuncupatos de Alexandria, partim de Longis, quorum erant plures Lineæ, & Familiæ, ut ex Codice Autographo dicti Bartholomæi de Oſſa in Archivio Cathedralis Acta publica ſcribentis uſque ad annum 2320. Creditur Cyprianum interfuiſſe Concilio Oecumenico Viennenſi, ad quem conceſſum expreſsè vocatus fuit Bulla Pontificia Clementis Quinti, quam refert Labbeus tomo 24. parte 2. f. 547. anno 1311. *Guerrinus.*

tero Cypriano Longo Epiſcopo confirmata ſuere. Cæleſtinorum Monachorum Ordinem Bergomum accerſivit, quibus Guillelmus Longus Cardinalis monaſterium ac Templum S. Nicolai à Pluviano propriis ſumptibus erexit, ac dedit, ut antiqua inſcriptio ibidem teſtatur. Pie, ſanctèque gregem ſibi commiſſum adminiſtravit plus triginta tribus annis, meritis, & virtutibus eximius exceſſit è vivis anno 1342. de quo, deque Cyprianis Epiſcopis erudite cecinit in Soteria Laurentius Longus Parmenſis Clericus Regularis Somaſchus amicus noſter, vir eximie doctus, lepiduſque poeta.

Hæc Guillelme tui ſuaſerunt Longe nepotes,
Pontifices populis quos pia Roma dedit.
Quos divi natos Cypriani nomen amavit,
Non minus eloquio, quam pietate pares.

Ipſe vero Guillelmus Cardinalis Longus jacet in Patria in Eccleſia S. Franciſci in Sacello S. Nicolai à ſe constructo in nobili marmoreo tumulo à Cypriano nepote non ſine lachrymis recluſus cum hoc epitaphio.

Hic quieſcit corpus piæ memorię Guillelmi de Longis de Adraria s. Nicolai in Carcere Tulliano Diaconi card. Viri utique in Theologicis docti, in utroque jure provido, in moralibus, & chronicis peritiſſimi, in conſiliis maturi, in moribus gravis, in agibilibus circumſpecti. In cujus vitæ nitorem, aliaque dona virtutum attendens B. Petrus Confeſſor, tunc Cœleſtinus Papa Quintus, ipſum ad Cardinalatus honorem aſſumpſit; in quo vigintiquinque annis Deo, & Eccleſiæ commendabiliter militavit: fabricavitque enim miri operis Eccleſiam s. Jacobi de Pontita, ejuſdemque Apoſtoli brachio decoravit: hanc capellam, & aliam ſub vocabulo dicti confeſſoris in Eccleſia nova Prædicatorum fundavit: Monaſterium s. Nicolai de Rezano, & Hoſpitale s. Spiritus erexit, atque dotavit, & demum præſentis ſæculi agone percurſo cum bravio properans ad triumphum, dum Avenione degeret, feliciter migravit ad Chriſtum in craſtina Nativitatis B. Mariæ glorioſæ ſub anno Domini M. CCC. XIX.



XLVIII. 47 NICOLAUS Canalius, Venetus, ad Bergomatem ſedem pervenit anno 1342. 15. Kal. Auguſti, ex Plebano S. Bartholomæi de Venetiis, ut in Reg. Vat. epiſt. 21. fol. 130. lib. 6. liter. communium anno 1. Cumque breviſſime præfuiſſet, ab Clemente VI. ad Ravennatem Eccleſiam translatus eſt eodem anno 1342. 7. Kal. Octobris, atque ad Regem majoris Britanniæ miſſus Legatus. Illius honorifice meminit Hieronymus Rubeus in Hiſtoria Ravennate.

XLIX. 48 BERNARDUS Trigardi Gallus, Monachus Monaſterii Vallis magnæ Ord. Ciſtercienſis, Agathenſis diœceſis, S. Theologiæ magiſter, Nicolao ſuffectus eſt non. Octob. anno 5342 ut patet ex Bulla Clementis VI. anno I. Pontificatus, data Aven. &c. *Apoſtolatus officium*, &c. ex Regeſt. Vat. lib. 6. litterarum communium anno 8. epiſt. 80. fol. 166. Poſt ſeptennem hujus Eccleſiæ adminiſtrationem ad Epiſcopatum Brixienſem translatus eſt anno 1349. („ *In reparatione Eccleſiaſticæ „ diſciplinæ fuit acerrimus: extantque hac de re „ ejus decreta intimata Canonicis in Archivo Capitulari, cum proceſſu litis inceptæ, prætendentibus tunc Dignitatibus, & Canonicis ſubjectionem immediatam S. Sedi ad vitandam paſtoralem „ correctionem. Inſimulatur in prædictis actis malæ adminiſtrationis, collationis beneficiorum Parochialium perſonis conjunctis, & non conſtitutis „ in ſacris ordinibus, nec non etiam Simoniæ; verum cum hæc omnia procedant ex ore Canonicorum correctionem, & viſitationem fugientium, & „ recuſantium, fidem non merentur, accedente maxime translatione ad Epiſcopatum Brixienſem „ decreto religioſiſſimi Pontificis Clementis VI. qua „ moribus Bernardi nulla aptior apologia.* Guerrinus.)

L. 49 Fr. LANFRANCUS Salvettus, Bergomenſis, Epiſcopus antea Anconitanus, ex ordine Minorum ad Bergomatem Eccleſiam translatus eſt an. 5349. 10. Kal. Nov. ex Reg. Vat. epiſt. 135. f. 30. ann. 8. Clem. VI. lib. 5. Hic quædam ſtatuta, quæ optiones præbendarum, & optandi modum reſpiciebant, & inter SS. Alexandri, & Vincentii Canonicos fuerant firmata, approbavit an. 1357. Narrat Pellegrinus poſtremam diem obiiſſe illum anno 1381. die 4. menſis Aprilis. [„ *Hic ſerio proſecutus eſt „ Clericorum reformationem, eamque exorſus eſt à „ Canonicis, ut probant acta Tabularii Capituli „ formata tunc à Venturino, & Franciſco Zanaliis „ Epiſcopalibus Cancellariis, in quibus notata diguaſunt quædam præcepta certis Canonicis ſpecialiter indicta, cum hac Epigraphe:* Lanfrancus Epiſcopus vobis Canonicis S. Alexandri ſalutem, ſi capaces eſtis ſalutis. *Neceſſavit ab opere, donec Canonicos ipſos reformaverit, eorumque ſtatuta à Bertoldo Canali tunc Archidiacono „ collecta, & à Guidone della Cratta Archipresbytero ad id electo præſcutato decreto ſuo firmaverit, „ ut conſtat ex parte 1. ipſius ſtatuti Capitularis, & „ decreto ejuſdem diei penultimæ Octobris 1357. „ Promovit ſacra ædificia, & præcipue Eccleſiam, „ & hoſpitale S. Mariæ Magdalenæ. Fundavit conſortium S. Alexandri à Cruce. Reliquias antiquorum Monaſteriorum Monialium ex locis Urgnani, „ Martinenghi, & Faræ coadunavit, & univit conventui Dominicani inſtituti Matris Domini nuncupato. Corpus B. Alberti ex Abbatia S. Jacobi de „ Puntita ad Eccleſiam S. Mariæ Majoris Bergomi „ tranſtulit. Dedicavit Eccleſiam S. Martæ Monialium Ord. Prædic. & S. Mariæ de Baſella Fratrum „ ejuſdem inſtituti, & anno 1374. Eccleſiam S. Gotardi Fr. Servitarum, tum dictam de Columbina.* Guerrinus.]



LI. 50 CYPRIANUS, hujus nominis II. Longus de Adraria civis Bergomenſis, ad Patriæ dignitatem aſſumptus eſt 1381. præfuitque tres annos, ut refert Vinea. Hunc ſuſpicor ſectatorem fuiſſe Clementis VII. Antipapæ. Fuiſſe vero virum religione, pietate, animique magnitudine eximium referunt tabulæ Bergomen. apud Vineam, eumque

ex-

A

exceſſiſſe anno 1383. quo tempore, ut ſtatim dicemus hujus Eccleſiæ Præſul erat Branchinus ab Urbano VI. ad eam dignitatem evectus. (1) Cæterum Cyprianus templa reſtauravit, & privilegia omnia Divæ Luciæ Templo ab alio Cypriano Longo gentili ſuo conceſſa confirmavit.


LII. 51 BRANCHINUM Beſuntium *a* Bergomatem ad hanc eandem dignitatem extulere an. 1381. Quo ab Urbano VI. in Germania ſpoliorum collector 8. Idus Aprilis declaratus eſt ex lib. 1. par. 2. de diverſis formis Urbani VI. Deceſſitque Mediolani 1399. die 22. menſis *b* Julii. Crediderim hallucinatum fuiſse Morigiam de nobilitate Mediolanenſi, cum hunc Branchinum facit Mediolanenſem, cum conſtet, civem nobilem fuiſse Bergomenſem, etſi ex eadem Mediolanenſi vetuſta familia avos duxiſſet Branchinus, de quo Motius parte I.

a Mediolanenſem ex Beſonzia familia Branchinum dicit Barellus in memoriis PP. Barnabit. tom. 2. p. 212. *b* Mondeſ. 8 Junii.

Ex hac ſtirpe, hujus Branchinus Epiſcopus urbis
Emeritumque Patris nomen adeptus erat.

Ejuſdem gentis originem idem eo in loco meminit perbelle. („ *Confirmavit Branchinus privilegia Eccleſiæ S. Mariæ Magdalenæ, & Societatis „ diſciplinatorum SS. Barnabæ, & Laurentii. Dedicavit Eccleſiam Parochialem S. Gratæ inter vi- „ tes*. Guerrinus.)

B



LIII. 52 LUDOVICUM (2) deinde Bonetum *c* Sienlum, Patria Agrigentinum, Theſſalonicenſem antea Archiepiſcopum, Bonifacius IX. ex deceſſu Branchini ad hanc ſedem evexit anno 1399. Non. Septembris. Qui ſibi creditam Eccleſiam adminiſtravit uſque ad annum 1041. Deinde Piſano Archiepiſcopatu nobilitatus eſt: tum & Tarentino; denique ſub Gregorio XII. Senatoriam Purpuram aſſecutus eſt, de quo vide noſtrum 3. Tom. in Archiepiſcopis Piſanis, ubi plura. De quo etiam hodie in Metropolitana Amalphitana Eccleſia hæc proſtat legentibus inſcriptio.

c De eo Ciaconius in Ciacon. tom. 2. p. 767.

Ludovico Bonetto S. R. E. Cardinali inclyta progenie conſpicuo, Panormitanæ, Antibarenſis, Theſſalonicenſis, Bergomenſis, Piſanæ, ac Tarent. Eccleſ. Antiſtiti. Ab Innocentio VII. Neapolim Legato ad Ladislaum Regem miſſo. A Gregorio XII. legatione obita in Purpuratorum Patrum Collegium cooptato. Arimini vita functo A. MCCCC.XIII. *Idibus Septembris. A Cardinali Ragaſino funebri oratione laudato marmoreo tumulo ibidem in Eccleſia S. Franciſci quieſcenti Gentiles ejus P. P.*



LIV. 53 (3) Fr. FRANCISCUS ex nobili familia de Lante Piſanus, Ordinis Minorum, Epiſcopus primum Lunenſis, tum & Brixienſis, poſtea Cremonenſis, demum ad hanc Eccleſiam translatus eſt anno 1401. die 4. menſis Auguſti, ac poſt duos fere annos 1403. 18. Kal. Januarii, Bonifacius IX. ad Cremonenſem, quam prius obtinuerat, ſedem illum reduxit: de quo poſtea fortaſse plura.

LV. 54 Fr. FRANCISCUS de Agregaclis, *d* Cremonenſis, ex Ordine Minorum inſignis Theologus, cuſtoſque Provinciæ Bononienſis, atque Parmenſis, Bergomas Epiſcopus adlectus eſt an. 1403. die 18. Kal. Januarii. Hunc Conſtantienſis Concilii Patres, ob reconditam doctrinam maximo in honore habuerunt. Univit Monaſterio ſui Ordinis Eccleſiam Parochialem S. Euphemiæ anno 1417. dedicavit Ædiculam in Monte auro in honorem B. Mariæ Virginis, quæ eodem anno die 4. Januarii mirabiliter apparuit vernantibus roſis circumdata, ubi etiam ſacrarum Virginum erectum eſt Monaſterium, anno 1425. Poſtulante S. Bernardino Senenſi, Eccleſiam Minorum de Obſervantia titulo nuncupavit S. Mariæ Gratiarum, & anno 1427. ritu ſolemni conſecravit. Cæterum Bergomenſem Eccleſiam 34. annos conſultiſſime adminiſtravit. Deceſſit è vita 1437. Id. Auguſti, ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Franciſci. Illius meminit Antonius Campius in Hiſtoria Cremonenſi; Ludovicus Cavitellus, qui contendit, ad id muneris fuiſſe adſcitum 1415. Quod plane falſum eſt, cum ex Actibus Conſiſtorialibus oſtendatur fuiſſe adlectum 1403. eundem etiam honorifice commemorat Jacobus Philippus in ſupplemento, noſterque Vvaddingus Tom. 5. Annal. Minor.

d Agregaclis. Vel Regetius, ut vult Ariſius in Cremona literat. t. 2. p. 308. ubi de eo.

C



D

LVI. 55 POLYDORUM Fuſcarum, nobilem Venetum, Eugenius IV. Bergomatibus juſſit præeſſe an-

(1) Ughellus Cyprianum ſectatorem fuiſſe Clementis VII. Antipapæ putat hac motus ratione, quod an. 1381. Epiſcopus eſſet Bergomenſis Branchinus. Cæterum ſi dixerimus cum Calvo in Ephemeride die 23. Octob. Cyprianum ii ſediſſe vix duobus menſibus, & abiiſſe, optime fieri potuit, quod anno eodem 1381. Epiſcopus eſſet Branchinus; neque inde inferri licent Cyprianum fuiſſe ſchiſmaticum. Guerrinus.

(2) Peregrinus in Vinea cap. 40. parte prima nullum cognovit Epiſcopum ante Fratrem Franciſcum, & poſt Branchinum, quia nullum vidit Bergomi reſidentem. Sed vero locus erit, ſi dixerimus, poſt captam poſſeſſionem in abſentia, duobus annis abfuiſſe, donec Piſanus Archiepiſcopus crearetur. Legitur enim procuratorium Mandatum Domini Ludovici de Boneto de Sicilia Epiſcopi Bergomenſis, & Comitis in Actis Thomaſini de Baracchis Notarii Papienſis, 4. Maji 1400. in D. Chriſtophorum de S. Dionyſio Propoſitum & Salvatorem de Lemine ad exigendos redditus Epiſcopales. Hujus inſtrumenti authenticum regiſtrum habet Archivium Capitulare, cum executione exactionum in Hoſpitio Epiſcopali ſub die 7. Julii 1400. in actis Jacobi de Ambivere Notarii, & ſub die 24. Septembris 1401. Ibidem Mondinus de Bottanuco Canonicus Bergomenſis electus Vicarius Capitularis concedit Blaſio de Clauziano Epiſcopo Beruten ſi Pontificalium exercitium. Guerrinus.


(3) Quendam Patrem Fr. Ludovicum de Bergomo patriam ſedem Epiſcopalem conſcendiſſe circa an. 1400. affirmat Fernandez inter Epiſcopos Italos, & Luſitanos in Decade 1400. at cum eo tempore adnotentur ab Ughello hujus Eccleſiæ alii Præſules ex Archivio Vaticano, dicendum eſt vel Ludovicum alio tempore aſſumptum, vel ſchiſmate vigente à Pſeudopontifice inſtitutum eſſe. *Fontana in Theatro Domin. p. 139.*

anno 1437. die 21. menſ. Octobris, cum jam Veneti Bergamo potiti eſſent 1428. in illorum gratiam, cumque tyrannice magis, quam ex pii Paſtoris norma per 12. annos Bergomenſem Eccleſiam adminiſtraſſet, ideoque civium iram timeret, adjuvantibus tenebris noctu elanculum fugit; reverſuſque Venetias, ibi deceſſit, ad omnem poſteritatem crudelitatis ſuæ peſſimo relicto exemplo. Hoc unum tamen Polydoro laudis vertendum cenſuit Pellegrinus, quod corruptiſſimo illo ſæculo cohabitationem mulierum ſacerdotibus ſeveriſſimis legibus interdixit.

(„ *Diſtulit Polydorus ingreſſum ad Epiſcopatum* „ *uſque ad 29. Octob. 1441. qua die ſolemniter exceptus in Eccleſia Cathedrali S. Alexandri, invitis* „ *Canonicis, abſtulit petram inſignem albi marmoris, qua uſus eſt pro Conca Fontis in ædibus ſuis,* „ *& reclamantes Canonicos, die 28. Martii 1446.* „ *ſuſpendit à divinis, Joanne Oſio, & Arigutio de* „ *Muſiis excommunicatis. Eccleſiam S. Alexandri* „ *in columna dedicavit, aliamque ampliorem Eccleſiam fundavit Monialium de Roſate. Plenus* „ *ære alieno, & civium odio, die 20. Maji 1448. noctu cum tota familia clam aufugit reverſus Venetias, vocatus ad Archiepiſcopatum Jadrenſem.* „ *Bergomates partim creditis pluribus excitati, partim cognita librorum, & ornamentorum Capellæ* „ *Epiſcopalis exportatione libellos porrexere Sereniſ. Principi, à quo pro damnorum reſtauratione* „ *multa leguntur ordinata in Regiſtro B. Ducalium* „ *Cancellariæ Prætoriæ. Obiit Polydorus 23. Julii* „ 1450. Guerrinus.)



LVII. 56 (1) Huic JOANNEM Barozium, nobilem Venetum, Eugenii IV. Subdiaconum, doctrina, ac probitate morum virum præſtantiſſimum ſuffecerunt, Nicolao V. Pontifice ita cenſente, qui Prædeceſſoris exiſtimationis jacturam hujus probitatis raro exemplo poſse reſarciri arbitrabatur, anno 1449. die 28. menſis Decembris. Joannes igitur ad id munus aſſumptus, novæ ædificandæ Eccleſiæ S Mariæ de Carmelo primum lapidem, quod bene verteret, jecit 1450. die 25. menſ. Junii, annoque inſecuto eandem Eccl. conſecravit, ipſa eadem die, qua in cathedrali S. Alexandri ſaluberrimam ſynodum celebravit, quam trecenti ſexaginta octo ſacerdotes implebant. Ex Bergomatis Reipublicæ conſenſu plura parva Xenodochia in unum, cui deinde Magni fecere cognomen, juſſit coire. Secundo ſynodum celebravit, ut in dies labantibus moribus faceret medicinam anno 1453. die 4. menſis Maji apud S. Vincentii Cathedralem. Tertiam vero coegit in Eccleſia S. Alexandri, primumque lapidem poſuit Templo ædificando in honorem SS. Vincentii, & Alexandri 1455. die 24. menſis Auguſti. Mauringi, & Carpenetti loca, quod Eccleſiæ juris antea fuiſsent, de laicis manibus pro dimidia Abbatiæ S. Jacobi Pontitæ, cujus ipſe perpetuus erat Commendatarius Abbas, & pro reliqua, epiſcopatui redemit, atque reſtituit. Denique cum pie, ſancteque Bergomatem rexiſset Eccleſiam ad Venetiarum Patriarchatum evectus eſt anno 1465. ex ejus abſceſſu lachrymantibus Bergomatibus, qui illum in luce clare factorum ubique, & ſemper verſatum, ad multa millia paſſuum honoris, & gratitudinis ergo ſunt proſecuti. („ *Eccleſiam Concathedralem S. Vincentii auguſtiori forma impendio ſuo reſtituere cœpit, dieque 24. Auguſti 1455. ſub utroque nomine Ss. Vincentii, &* „ *Alexandri primum lapidem poſuit fabricatis maxima impenſa lapidibus ſedis ſeu Capellis, quæ* „ *adhuc extant; Campanam majorem ejuſdem Eccleſiæ ejus ære fuſam, & ſuſpenſam nomine ſuo* „ *inſignivit. Ædem Parochialem S. Bartholomæi de* „ *Lemine eodem anno dedicavit. Epiſcopalis menſæ jura auxit, & ad futurorum memoriam grandi* „ *volumine cenſuali Barotti nuncupato compilavit,* „ *additis exemplaribus privilegiorum ab antiquis* „ *Cæſaribus conceſſorum.* Guerrinus.)



57 LUDOVICUS Donatus, nobilis Venetus, virtute ſuppar, nobilium litterarum cultura etiam major Joanni ſucceſſit 1465. ſiquidem pietate, religione, clementia, doctrina, lenium litterarum eruditione nulli ſui ſæculi ſecundus fuit, vir Catholicæ veritatis defenſor acerrimus, ut monimenta ingenii, quæ luculenter ſcripſit, plane oſtendunt. Etenim præter plura docta opuſcula, etiam ſuper Magiſtrum ſententiarum aliquot commentaria Paulo II. Pontifici inſcripſit. Plures ejuſdem cultiſſimæ orationes in nobiliſſimis habitæ congreſſibus, præcipue vero in ſacro Cardinalium Senatu, indefeſſam legentium rapiunt aviditatem. Eo Præſule anno 1467. die ultima Maji inventa ſunt corpora SS. martyrum Cantii, Cantiani, & Cantianillæ fratrum in Seriate Pago Æde S. Chryſogoni, ab ipſoque Epiſcopo præſentibus clero, populoque Bergomen. in altari eorum nomini dicato repoſita fuere. Martyres illi cives Romani fuere ex familia Anicia, ut legitur in eorum Hiſt. à S. Ambroſio conſcripta, paſſi in perſecutione Diocletiani apud Aquileiam, quorum corpora proceſſu temporis à quibuſdam mercatoribus Bergomen ſunt aſportata. Anno 1474. Ludovicus novam Eccleſiam S. Alexandri in columna conſecravit: quo etiam permittente, Carolus de Boſellis Epiſcopus Arienſis, Bergomenſis civis, olimque Canonicus altare maximum S. Mariæ Majoris dedicavit 8. Martii 1479. viginti fermeannos Bergomenſem Eccleſiam adminiſtravit, deceſſitque anno 1484. ſepultuſque eſt in Cathedrali S. Vincentii. Illius meminit Trithemius in lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis: Jacobus Philippus in ſupplemento hiſtoriarum, Peregrinus, LVIII

(1) Legitur in Vitis Juriſconſultorum Guidi Panciroli Nicolaum Tudeſcum Abbatem Panormitanum nuncupatum, Canoniſtarum principem, ſchiſmati Baſileenſi adhærentem, quendam Iſidorum à Roſsa hominem indoctum, ignobilem, ac vitiis præditum ob receptam pecuniam ad Bergomenſem Epiſcopatum promoviſſe. De hoc tamen Iſidoro nulla legitur mentio in hiſtoriis patriis, eo quod ſedem obtinente Polydoro à legitimo Pontifice electo, nunquam ſchiſmatici Conciliabuli decreta vim habuerint, accedente maxime religione Venetæ Reip. quæ ſemper legitimi Pontificis partes ſecuta eſt. Guerrinus.

mus, & alii. („ *Maximam portam areæ Epiſcopalis Palatii urbani, & in eodem Palatio Eccleſiam S. Blaſii Epiſ. & mar. ex parva ædicula antiqua, & ſedes Canonicales Chori S. Vincentii conſtruxit, & Donatæ familiæ ſtemma inſeruit. Epiſcopatus poſſeſſionem iniit per procuratorem die ultima Februarii 1465. Obiit die 20. Julii 1484.* Guerrinus.) A



LIX. 58 (1) Ob Ludovici exceſſum Innocentius VIII. Pontifex LAURENTIUM Gabrielium Venetum evexit ad ſedem 1484. Id. Octobris, haud minori uſui futurum Bergomatibus, quam antea Ludovicus Donatus fuiſſet. Cæterum in ea turbulentiſſima tempora incidit, quæ & Venetum nomen afflixerunt, & inſtitutum iter ad gloriam Gabrielio præciderunt, cum enim victores Galli Venetis Bergomum ademiſſent, Laurentius invidiam, ſuſpicionemque declinaturus, conceſſit Venetias, ibidemque mortalitate exutus, migravit è vivis, ſepultuſque eſt apud SS. Joannem & Paulum cum ſequenti epitaphio.

Heus Bergomas tuum Laurentium Gabriellem repoſcis! Excubans hic ſum, ſat Chriſmum, annis ſibi triginta reddidi Pontificatum, huic Virgini famulari pacifice cupio, te rogo, ne venes, MDXII.

C

(„ *Die 8. Maji 1485. poſſeſſionem adiit Epiſcopatus Laurentius per Antonium Berguntium Cremenſem Archidiaconum procuratorem electum, & die 13. Julii ejuſdem anni more Majorum ingreſſus obvias habuit in porta D. Antonii binas cruces Canonicorum S. Alexandri, & S. Vincentii de priore loco adhuc litigantes, quas tamen providè compoſuit, declarando Crucem S. Alexandri eſſe Crucem totius Capituli Bergomenſis. Exquiſita diligentia viſitavit onera Capellarum, & legata antiqua Miſſarum Eccleſiæ Concathedralis S. Vincentii, & adhuc in tabulario Capituli extat volumen dictum Capellaniarum ejuſdem cura ordinatum. Fabricam à Jo: Barotio cœptam Eccleſiæ S. Vincentii laudabiliter promovit, impetrata à Julio II. Indulgentia, quam impreſſam per totam Diœceſim vulgavit pro porrigentibus eidem fabricæ manus adjutrices, ut ex Bulla in Archivo ſub dat. Non. Maji 1504. in qua Bulla Laurentius nuncupatur Pontificius Secretarius, & Eccleſia S. Vincentii dicitur Cathedralis inſignis. Invadentibus autem urbem Gallis an. 1509. coactus fuit abſcedere, & 17 Julii 1510. per edictum ad Valvas Cathedralis S. Vincentii citavit coram ſanctiſſimo Simonem Brixianum Præpoſitum S. Alexandri, aſſertum Vicarium Epiſcopalem, necnon Franciſcum Oſſa Archidiaconum, & Nicolaum Aſpertum Canonicum, & Notarios Epiſcopalis Curiæ, eoquod auſi eſſent tum juriſdictionem, tum bona Epiſcopalis menſæ ipſo exule adminiſtrare. Abiit è vivis Patavii anno 1512. die 6. Julii.* Guerrinus.) D



LX. 59 NICOLAUS Lippomanus, nobilis Venetus, Gabrielio defuncto ſucceſſit anno 1512. die 17. menſis Julii; eodemque anno ſub Julio II. ac deinceps ſub Leone X. Lateranenſi Concilio interfuit. B Bergomenſem Eccleſiam quinque annos adminiſtravit. Neque enim ei facilis ad gregem patebat aditus, cum Gallorum modò, modò Hiſpanorum, ut tulerat fortuna belli, ea civitas duriſſimum jugum tuliſſet. Poſtquam vero Veneti Bergomenſem civitatem ipſam ſuæ juriſdictionis feciſſent, Nicolaus admodum provectæ ætatis & ægritudine corporis feſſus Epiſcopatu ſe abdicavit anno 1516. prima die ineuntis Julii, pauloque poſt Romæ diſceſſit, cum prius Chriſtophorus Maniaminus Polinianenſis Epiſcopus, eo concedente, Servitorum S. Mariæ Eccleſiam in valle Caleppia ſolemni ritu conſecraſſet anno 1514. die 16. Julii.

LXI. 60 PETRUS Lippomanus, ſupramemorati Nicolai nepos, Patavinæ Eccleſiæ Archipresbyter, & Bergomenſis Canonicus, præclaræ indolis, necdum vigeſimum quartum annum attingens, in gratiam patrui, eandem, quam ille dimiſerat, Bergomenſem Sedem adeptus eſt indulgente X. Leone, anno 1516. prima Julii. Solemni ritu obtenti Epiſcopatus iniit poſſeſſionem anno 1520. die 6. Januarii, a qua ſolemnitate peracta, nonnulli ex nobilibus civitatis juxta antiquatam conſuetudinem à novo Epiſcopo, vel equum, vel pallium, vel pontificalia calcaria aſſecuti ſunt: ex iis obvenit Nicolao nobili viro de Archidiaconis, vulgo de Arzaghis, epiſcopale pallium. Hic altera die ad excitandam ſuorum poſterorum memoriam, ac vetuſtum familiæ ſuæ privilegium conſervandum, ab Epiſcopo petiit, recepitque hujuſce rei publico documento firmatam, certiſſimamque declarationem in hunc modum, ex magno Regeſto Bergomenſis Epiſcopatus.

a Cum antea an. 1518. 12. Apr. cepiſſet privatam poſſeſſionem per Zachariam fratrem.

Fuit antiquus mos, & conſuetudo in civitate Bergomo, ex indultis, & prærogativa aliquorum ipſius civitatis nobilium, ut in primo in urbem novi Epiſcopi ingreſſu in adeptione poſſeſſionis Epiſcopatus Bergomi, aliqui equum, nonnulli pallium Pontificium, alii vero cothurnos, lingua materna, ſtivalia nuncupatos, & calcaria aſſequantur. Eapropter cum heſterna die poſt adeptum poſſeſſum Epiſcopatus dictæ urbis per Reverendiſſimum D. Petrum Lippomanum, Dei & Sedis Apoſtolicæ gratia Epiſcopum electum, Nicolaus q. Chriſtoni dicti Rigini de Archidiaconis, vulgo appellatus de Arzagolis, privilegii proſapiæ ſuæ, & conſuetudinis prædictæ virtute, pallium Epiſcopale aſſecutus fuerit penesque eum extet, cupiatque ad familiæ, & poſterorum ſuorum æternam memoriam de ipſius pallii adeptione ſcriptis tradi: ideo præfatus Reverendiſſimus D. D. Epiſcopus, & Nicolao ſic requirente ex certa ſcientia proteſtatus eſt expreſſe, ipſum Nicolaum fuiſſe illum, qui heſterno die in primo ejus ingreſſu ad Epiſcopatum, habuit ejus veſtem Epiſcopalem, qua in ipſo ingreſſu erat indutus, tanquam de familia, & de proſapia de Archidiaconis, ad quam ex indultis ſuis ſpectat, & eum agnoſcere tanquam de ipſa familia,

X 2 & pa-

(1) Morigia l. 2. de Nobilit. Mediol. c. 14. & ex eo Piccinellus in Athen. p. 425. meminere cujuſdam Michaelis Curuſlati Franciſcani, doctrina, & ſanctitate illuſtris, qui Bergomenſem Cathedram conſcenderit, florueritque an. 1490. Cum tamen per hunc tempora Bergomenſis ſedes à Laurentio Gabrielio dubio procul occuparetur.

& parentela; quia aliter niſi ita certioratus fuiſſet, tum ex ipſius privilegiis, tum etiam ex veridica confirmatione, & fama publica, illum ipſum pallium aſſequi non permiſiſſet, rogans me Notarium publicum, ut de prædictis conficiam inſtrumentum. Actum Bergomi anno à Nativitate Domini 1530. Ind. 8. ſeptimo Idus Januarii in adjutorio cubiculo Palatii Epiſcopalis Bergomen præſentibus R. D. Laurentio de Maffeis Eccleſiæ majoris S. Alexandri Canonico, ac in præſentiarum Reverendiſſ. D. D. Epiſcopi præfati Vicario V. D. Sebaſtiano Panizolo D. presbytero Gabriele quondam D. Franciſci Capiate, Coleonum, magnifico D. Zaccharia Lippomano clariſſ. D. Hieronymi ipſius D. Epiſcopi fratre, & D. Faurio q. D. Chriſtophori de Riola, teſtibus notis idoneis & ad ſupraſcripta vocatis. Ego Dorins Mapellus notarius publicus &c.]

Bergomenſem Petrus rexit Eccleſiam adminiſtratoris titulo ad ſuæ ætatis annum ſeptimum ſupra vigeſimum, deinceps Præſulis aſſecutus honorem in Æde S. Mariæ majoris die 29 Junii anni 1530. munus conſecrationis recepit à tribus Epiſcopis, Gabriele Caſtellio Bononienſi Archiepiſcopo Darienſi, ipſius Petri Suffraganeo, Matthia Ugonio Brixienſi, Epiſcopo Famauguſtano, & Defendente de Vavaſſoribus Bergomenſe Epiſcopo Juſtinopolitano anno 1532. Bergomum venit, teſte Peregrino, Hieronymus Mianus nobilis Venetus, cujus ſollicitudine, pietate, raroque Chriſtianæ ſanctimoniæ exemplo, ad meliorem frugem, ſolutas mulieres ab carnis ſpurcitia reduxit, ut juſte, & caſte viverent: vagantium puerorum, orphanorumque multitudinem Hoſpitali S. Mariæ Magdalenæ alendos tradidit; opus ſané dignum perpetua ſua auctoritate firmavit Petrus Epiſcopus, felix Præſul, qui in ſuæ Diœceſis Villæ Somaſchæ loco, Religioſiſſimæ Clericorum Regularium Congregationis primordia, eodem Hieronymo auctore, propriis uſurpavit oculis. Hanc Paulus III. bono Reipublicæ Chriſtianæ omine confirmavit anno 1540. à qua tanquam ex luciditſimo omnium virtutum fonte, clariſſimi pietate, & doctrina viri emanarunt. (,, *Porro nobiliſſimi naſcentis cœtus, & tum*
,, *primum coaleſcentis fervorem ſequenti ampliſſima*
,, *Petrus fovit conceſſione, quam ex Originali deſum-*
,, *ptam Petri Catharini Zeni ejuſdem congregationis*
,, *eruditiſſimi Socii, meique aliquando in humanio-*
,, *ribus litteris præceptoris munere hic exhibere le-*
,, *ctoribus non incongruum duxi. Ea verò eſt hu-*
,, *juſmodi.*

,, *Nos Petrus Lippomanus Dei & Apoſtolicæ ſedis*
,, *gratia Epiſcopus Bergomen. & Comes &c Dilectis*
,, *in Chriſto Alexandro de Evarexio, Federico de*
,, *Panigarolis, Auguſtino de Barillis, Angelo, Mar-*
,, *co, ac Vincentio de Gambarariis, Joanni de Bel-*
,, *lonis, Jo. Mariæ de Aquano, Andreæ de Sartira-*
,, *na, Marco de Strata, Petro Pedemontano Pres-*
,, *byteris, necnon Mario de Lancis, Antonio de Mon-*
,, *teferrato, Jo. Mariæ de Caſali, Jo. Petro de Ol-*
,, *dradis. Jo. Petro de Borellis, Jo. Franciſco, &*
,, *Danieli, ac Hieronymo fratribus de Bergomo, Jo.*
,, *de Mediolano, Jo. Petro de Gorgonzola, civibus,*
,, *& laicis Bergomen Brixien. Mediolanen. Papien.*
,, *Comen & Januen. reſpective civitatum, & Diœce-*
,, *ſum, ſalutem in Domino, & perpetuæ dilectionis*
,, *affectum. Exponi nobis nuper feciſtis, quod vos,*
,, *& veſtrum quilibet animarum veſtrarum ſalutem*
,, *ſummopere affectantes, & Deo Opt. Max. ſinceris*
,, *mentibus famulari cupientes, paternis laribus,*
,, *& temporalibus omnibus poſthabitis communi con-*
,, *cordia inſimul in aliquem idoneum locum conveni-*
,, *re, ibique ex Domini fidelium piis eleemoſynis in*
,, *communi, ut olim SS. Apoſtolorum tempore fieri con-*
,, *ſueverant, viventes, orationibus continuis inſta-*
,, *re decreviſtis, ubi etiam nullo alicujus approba-*
,, *tæ religionis aſſumpto habitu, ſed quilibet in ſua,*
,, *qua vocatus eſt, permanens vocatione, & Superio-*
,, *rem vobis perpetuum, vel ad tempus eligere, qui*
,, *veſtri hujuſmodi cœtus ſive ſocietatis ſit caput, &*
,, *dux, cujus etiam conſilio, & auſpiciis omnia per*
,, *vos, & veſtrum quemlibet agenda regantur, &*
,, *diſponantur; & qui in vobis reperti fuerint ido-*
,, *nei, qui verbum Dei ſeminare valeant, vel paſſim*
,, *vagantium puellorum, & puellarum, Orphano-*
,, *rum tamen, & deſtitutorum, ſive peccatricum, &*
,, *ad Deum converſarum mulierum, aut in aliquibus*
,, *hoſpitalibus, & præſertim infirmorum Incurabi-*
,, *lium Chriſti, aut alias miſerabilium perſonarum*
,, *curam gerere, ſeu qui huc & illuc pro conſolatione*
,, *Chriſti fidelium, & confortatione Eccleſiarum per*
,, *civitates, & loca, more SS. Apoſtolorum Pauli,*
,, *Barnabæ, & Syllæ, tranſcurrere, ut ad hujuſmodi*
,, *explenda opera de ipſius veſtri cœtus, ſeu ſocieta-*
,, *tis, & Superioris aſſenſu mitti poſſint, & alia om-*
,, *nia, & ſingula facere, & exequi poſſe, quæ in Dei*
,, *honorem, & gloriam, ac animarum veſtrarum, &*
,, *proximorum ſalutem cedant, deſideratis. Sed quia*
,, *hæc omnia non ſine Ordinariorum licentia, in quo-*
,, *rum diœceſibus vos degere contigerit, ſub quorum*
,, *tamen vos futuros obedientia, & in omnibus velle*
,, *eſſe ſubjectos, palam profitemini, vos ſalvo con-*
,, *ſcientiæ veſtræ ſcrupulo facere poſſe dubitatis;*
,, *& propterea per nos ad hæc omnia facienda, &*
,, *exequenda licentiam, & facultatem vobis concedi*
,, *de ſpeciali gratia humiliter ſupplicari feciſtis. Nos*
,, *autem veſtræ devotionis zelo ſuccenſi, & pium ve-*
,, *ſtrum deſiderium, quantum cum Domino poſſu-*
,, *mus, coadjuvare volentes, non ignari quantum pii*
,, *operis per vos in civitate, & Diœceſi noſtra Bergo-*
,, *men. in loco Somaſchæ, & aliis etiam locis hacte-*
,, *nus actum, & in dies magis dante Domino exerceri*
,, *debere confidatur, vobis, & veſtrum cuilibet, nec*
,, *non in veſtram ſocietatem in poſterum aſſumendis,*
,, *ut in civitatem, & diœceſim hanc noſtram quando-*
,, *cumque volueritis venire, & locum, ſeu loca, quæ*
,, *vobis pie, & devoté oblata fuerint ad tempus ſeu*
,, *perpetuo recipere, ſeu etiam forſan jam recepta re-*
,, *tinere, illaque ad veſtri libitum dimittere, inſimul*
,, *convenire, cœtum, & ſocietatem erigere, in com-*
,, *muni vivere, orationes publicas, & ſecretas, tam*
,, *nocturnas, quam diurnas ſimul & ſeorſum facere,*
,, *Superiorem, cujus conſilio & aſſenſu per vos agen-*
,, *da omnia dirigantur, nobis tamen præſentan-*
,, *dum, & per nos admittendum, perpetuo, vel ad*
,, *tempus eligere, ſtatuta, & Ordinationes, quæ vo-*
,, *bis juſta, & honeſta viſa fuerint, condere, & qui*
,, *ex vobis Sacerdotes fuerint, miſſas celebrare, ac*
,, *Verbum Dei per civitatem, & diœceſim prædicare,*
,, *ſi tamen ad id per Superiorem veſtrum reperti*
,, *fuerint idonei, nobiſque ſpecialiter præſentati, &*
,, *admiſſi fuerint, prout etiam ſtatuta ipſa, & ordi-*
,, *nationes fieri nobis præſentari, & per nos proba-*
,, *ri volumus. Et qui ex vobis ad id, veſtro tamen*
,, *arbitrio, apti fuerint, paſſim vagantium puerorum,*
,, *& puellarum, orphanorum tamen & deſtitutorum,*
,, *ſive peccatricum, & ad Deum converſarum mulie-*
,, *rum, ac in hoſpitalibus, & præſertim incurabilium*
,, *infirmorum pauperum Chriſti, aut alias miſerabi-*
,, *lium perſonarum curam gerere, & huc & illuc pro*
,, *Chriſti fidelium, & devotarum perſonarum conſo-*
,, *latione, Eccleſiarum confortatione tranſcurrere;*
,, *necnon vobis, & veſtrum cuilibet eligendi confeſ-*
,, *ſorem idoneum presbyterum ſecularem, ſeu cujuſ-*
,, *libet Ordinis regularem, qui veſtras, quotiens vo-*
,, *lueritis, audiat confeſſiones, & ab omnibus pecca-*
,, *tis, de quibus contriti corde, & ore confeſſi fue-*
,, *ritis, etiamſi nobis eorum obſervatio reſervata fo-*
,, *ret, vos abſolvat, & pro eis pœnitentias injungat*
,, *ſalutares; & ut in loco, ſeu locis, quæ, ut præ-*
,, *mittitur, vobis conceſſa fuerint, Oratorium cum*
,, *altari portatili erigere valeatis, in quo per vos*
,, *ipſos, qui presbyteri fueritis, aut per alios miſſas*
,, *celebrare totiens quotiens volueritis: ac demum*
,, *omnia alia, & ſingula facere, & exequi, quæ Dei*
,, *honori, ac animarum veſtrarum, & proximorum ſa-*
,, *luti vobis convenientia viſa fuerint, ſeu quomodo-*
,, *libet opportuna, plenam, & liberam in Domino te-*
,, *nore præſentium facultatem elargimur, & poteſta-*

,, tem,

,, *tem, ita tamen quod nobis, & domino Vicario no-*
,, *ſtro, & ſucceſſoribus ſemper ſubjecti ſitis, & ſub no-*
,, *ſtra, & ejus obedientia vivatis. Mandantes qui-*
,, *buſcumque Eccleſiarum rectoribus, ſui locatenen-*
,, *tibus eorumdem civitatis & diœceſis Bergomen. in*
,, *virtute S. Obedientiæ, & ſub pena excommunica-*
,, *tionis trina tamen Canonica admonitione præ-*
,, *miſſa ipſo facto, ſi contra fecerint, incurrenda, ne*
,, *vos, aut veſtrum quemlibet aliquo modo directe, vel*
,, *indirecte, publicè, vel occulte per ſe, vel per alium*
,, *quovis quæſito colore perturbent, impediant, vel*
,, *à piorum hujuſmodi operum aſſumendorum exerci-*
,, *tio aliquatenus divertant, vel faciant quominus*
,, *conceſſa per nos vobis licentia hujuſmodi quiete &*
,, *pacifice uti, potiri, & gaudere libere valeatis; imo*
,, *in omnibus faveant, & ubicumque per vos requiſi-*
,, *ti fuerint, defendant, & aſſiſtant. Vos autem ſic*
,, *enitimini in domino, ut vita veſtra, optimi mo-*
,, *res, & pia in pauperes Chriſti exercitia ſic elu-*
,, *ceant coram hominibus, & per vos glorificent*
,, *Deum patrem omnipotentem; & veſtro exemplo*
,, *accenſi Chriſti fideles ad melioris vitæ frugem con-*
,, *vertantur. Concedimus inſuper omnibus Chriſti*
,, *fidelibus, qui vobis in præmiſſis piis operibus con-*
,, *ſilium & favorem præbuerint, nec non & illis,*
,, *qui manus porrexerint adjutrices vobis, qui in*
,, *ſincera Chriſti paupertate vivere decreviſtis, dies*
,, *40. auctoritate ordinaria, qua fungimur, de ve-*
,, *ra indulgentia toties quoties in forma Eccleſiæ*
,, *conſueta; Imponentes vobis nihilominus, ut pro*
,, *ſtatu felici SS. D. N. PP. Pauli III. & Sereniſſimi*
,, *Domini Venetorum, ac noſtro orare non deſiſtatis.*
,, *Datum Bergomi Kal. Auguſti 1538. Ind. xi. ex E-*
,, *piſcopali palatio noſtro. In quorum fidem &c.*
,, *Alexander Allegrus Cancellarius Mant.)*

Pari felicitate noſter Lippomanus anno 1535. die 2. Maji Bergomi fratres Capuccinos ſuſcepit, deditque S. Alexandri trans Mungu iam ædiculam ad Cœnobium conſtruendum, alterumque iiſdem contulit locum Brixiæ ad alterum Monaſterium exædificandum in fundo Abbatiæ SS. Gervaſii, & Protaſii, cujus Commendatarius erat. Religioſiſsimos divi Franciſci vere cultores, hiſce carminibus laudavit Achilles Mutius p. 4. ſui Bergomenſis Theatri.

Pyramidis formam referentes cerne cucullos,
Duraque pannoſi corpora tecta toga.
His morum candor, doctrinæ lumen, ineſtque
Eloquium, eſtque lues ambitioſa procul.

Summa, quam ſemper coluit, pietate, ſummaque cura interiori Petrus ſibi creditam adminiſtravit Eccleſiam, accitoque ſibi Aloyſio patrueli Metonenſi Epiſcopo coadiutore 1538. die 13. Septembris uſque ad Pauli III. Pontificatum, à quo cum Apoſtolicæ Cameræ Clericus eſſet, ad Veronenſem epiſcopatum una cum coadiutore Aloyſio translatus eſt, ſummo de ſe apud Bergomenſes deſiderio relicto. Legatuſque deinde ad Scotorum Regem, ibique deceſsit an. 1548. ut poſtea in Veronenſibus Epiſcopis narrabimus. Nec judicavimus hoc in loco Aloyſii exordia decentiſsima, ea in coadjutoria Patrui prætereunda, cum & pietate, & exemplo ſint plena, & tanto Præſide digna. Statim namque Epiſcopus ordinatus ad eam provinciam amplectendam advolavit, indeſeſſoque labore, tum concionando, tum Chriſtianis exemplis ita vitam traduxit, ut ac gregem ſibi commiſſum eximie inſtituit, conceptæ de ſe expectationi abunde ſatisfecerit, nec Clerum Bergomenſem feſellit judicium, quem primo ab eis receptis litteris, hiſce notis propria manu exaratis ſalutaſſe legimus.

Reverendis dominis Prælatis, Canonicis, & Capitulo Eccleſiæ Bergomenſis majoribus.

Quod ſingularis ob meam ad iſtius Eccleſiæ veſtræ Epiſcopatum promotionem ad vos univerſos, ac ſeorſum unumquemque veſtrum lætitia perventura eſſet, Patres Reverendi, etiam abſque eo quod veſtræ perreverendæ redditæ mihi fuiſſent literæ, pro certo habueram, cum ſeu chariſſimum filium (quæ veſtra fuit benignitas) pluribus & quidem certiſſimis indiciis, me vobis ſemper extitiſſe compererim. Qua de re cum ipſe me tantopere dilexeritis, & id quidem gratis, nulloque uſquam à me, quod adhuc ſciverim, vel minimo provocati beneficio, quas unquam potero meritas vobis agere gratias? verum quas ego nequeo Deus ipſe optimus maximus cumulatas quandoque vobis referat. Quæ autem de meis virtutibus, conceptaque per vos de me expectatione literis veſtris inſeruiſtis, grata admodum extitere, non quod vel illis me decoratum noverim, vel iſti aliqua ex parte reſpondere poſſe mihi perſuadeam. Sed vel ex eo tantum, quod cum per vos ex grata menti meæ aſcripſero, aſſidueque ante oculos verſatus fuero duobus veluti ex utroque latere impulſus ſtimulis, & fortior quo pergo curram, & fidentior quo curro perveniam. Quod vero de meo ad vos adventu in calce literarum earundem ſubjunxiſtis, & ſi is quidem in tempus aliud non incommode forſan deferri poſſe videbatur, tum ex eo quod adeſt ipſius Reverendiſſ. domini mei Epiſcopi præſentia, qui vel ſolo intuitu omnia vobis tuta reddat, & tranquilla, tum ex eo quod rudem me, inexpertumque in vinea Domini agricolam, tandiu abſentem ſatius eſſe duxeram quamdiu per patentes ſacræ literarum campos aliquantulum concurriſſe, & quę recta eſſet regendarum Chriſti ovium ratio, ſi non ex toto at certe parte ex aliqua didiciſſe me conſpexiſſe. Quæ namque ea ſit, ingenue fateor me neſcire, nec enim illam à pueritia, nec ab adoleſcētia mea unquam didici, & eo fortaſſe tempore, quo diſcere cœperam Romanæ me curiæ implicitiſſima intercepere negotia merito peccatorum meorum, cum tamen id unum vel maxime non ignorem, quod ſecundus gubernaculorum locus mihi nunc in navi tradatur, qui remum adhuc tenere non novi. Verum cum & vos, qui me plurimum amaſtis, cito me vobis reddi exoptetis, idque etiam Reverendiſſimus dominus meus Epiſcopus, cui vel in omnibus non obtemperare nefas eſſet, duxi, ſummopere efflagitet, dabo operam, ut quam citiſſime ad vos veniam. Quod dum facio, vos omnes & ſingulos, qui una mecum Dei adiutores, Deique cooperatores eſtis, etiam atque etiam rogo ut veſtris in orationibus apud Deum omnipotentem jugiter mei memoriam faciatis, ut qui me ſola bonitate ſua in ordinem miniſterii hujus vocare dignatus eſt, ſic mentem, verba, & actus meos dirigat, ut ipſi honori, & gloriæ, Domino meo Epiſcopo jucunditati, vobis ornamento, populo exemplo, mihi ipſi ſaluti eſſe valeam. Valete optimi Patres.

Datum Romæ VII. id. Novemb. 1538.

E. R. D. V.

Frater minimus Aloyſius Lippomanus.

Extant Aloyſii ſermones lectu digniſſimi publici juris facti, dum Bergomenſis Eccleſiæ coadjutor eſſet, quibus colliget lector quænam fuerit Aloyſii eximia pietas, & eruditio, quibuſve lachrymis è Bergomenſium ſinu ademptus ſit, Veronamque translatus, de quo infra redibit ſermo, cum poſt obitum Victoris Superantii, iterum Bergomenſibus reſtitutus in ea dignitate ad ſuperos evolavit.

61 (1) PETRUS Bembus, a Bernardi tum veteri nobilitate, tum doctrina clariſſimi Senatoris filius, natus anno 1470. Hic ille Bembus eſt, quem ad æterni nominis famam amœniores Muſæ, eloquentia ſingularis, eruditio eximia, egregiaque monumenta ſuſtulerunt ad gloriam, eidemque ſacri Senatus purpuram conciliarunt ann. 1539. Hieroſolymitani ordinis, & Canonicus Patavinus erat Bembus, cum Paulus III. Pontifex maximus illum in numerum Cardinalium adſcripſit, detulitque Epiſcopatum Eugubinum, inde ad hanc Bergomenſem Eccleſiam tranſtulit anno 1544. die 18. Feb. b Sed cum Romæ graviſſimis reip. Chriſtianæ negotiis, ſtudiorumque receſſibus plerumque verſaretur


LXII.

a De eo Ciaconius Oldoini t. 3. p. 1516.

b Poſſeſſionem iniit die 15. Maji

(1) Cum de Gaſpare Contareno Card. & Epiſcopo Bellunen. egit tom. 5. Ughellus dicit eum etiam fuiſſe Epiſcopum Bergomenſem. Verum huic Eccleſiæ nunquam præfuiſſe ex ipſo Ughello hic conſtat, quod etiam obſervat Ciaconius Oldoini tom. 3. col. 583.

Digitized by Google



retur diſtentus, ne ea ceſſatio gregi ſibi commiſſo detrimento foret, Victorem Superantium nobilem Venetum ſanguine propinquum, ſuffraganeum & coadjutorem cum ſpe futuræ ſucceſſionis, ſibi attribuendum curavit, qui Nicænus Præſul eidem defuncto ſucceſſit. Plura nobilis ingenii reliquit poſt ſe monnmeota, quorum quædam in noſtris Ciaconianis notis commemoravimus: cætera Jacobus Gaddus Patritius Floreotinus, patriæ decus, noſtrique ævi eruditiſſimorum hominum phœnix, & ornamentum receoſuit in Critico Hiſtorico opere p. p. addiditque in eis more ſuo, ſolidum, modeſtumque judicium. Romæ purpuratorum delitiæ, ac reip. literariæ decus, hominibus gratus, vitam cum immortalitate commutavit anno 1547. jacet in Odeo S. Mariæ ſuper Minervam cum hoc epitaphio.

per Flaminium Tonſurronum Papæ Cubicularium, electo Vicario Generali Nicolao Alfonſeca Præpoſito S. Alexandri.

Petro Bembo Patritio Veneto ob ejus ſingulares virtutes à Paulo III. Pontif. Max. in ſacrum Collegium cooptato. Torquatus Bembus P. Obiit xv. Kal. Feb. CIↃD. XLVII. Vixit ann. LXXVI. menſ. vii. die XXVIII.

Bembi vitam ſcripſit Joannes Caſa Archiepiſcopus Beheventanus, Garimbertus lib. 2. c. 3. lib. 3. c. 5. Sanſovinus. Joannes Mathæus Toſcanus tum carmine, tum ſoluta oratione ejuſdem Card. elogium evulgavit, Hippolytus & Camillus Capilupi præſtantis viri laudes verſibus indicarunt. Auguſtinus Beatianus, & Gaddus noſter eruditiſſimus nuper eundem oratorio exornavit elogio, extulitque ad ſydera, tot denique Bembus (ut alienis verbis utar) meruit præconia, quot obtinuit à literatis vivus pariter, ac extinctus; tot obtiouit, quot nemo æqualis. Hieronymos vero Burgus Epiſcopus quibus laudibus non extulerit Bembum, adjecta M. S. Epigrammata indicant apud clariſſimum amicum noſtrum eruditiſsimum Leonem Allatium.

Romani proceres, quibus abſtulit invida vatem
Mors dignum in terris nectare ſemper ali.
Quid fletu, & lachrymis decoratis ſplendida Bembi
Funera? lamentis parcite fœmineis.
Additus ille Deis comes, & novus hoſpes Olympo
Ex hominum laudes hauriat ore ſuas.
Plorentur manes, tractique in tartara ſontes,
Turpe quibus vitium ſub Styga feliciter
At quos nitendo ſua virtus intulit aſtris
Laudentur lætis per fora plena modis.

Aliud.

Delitiæ Bembus Muſarum ad ſydera cantus
Vexit Apollineos, Auſoniamque lyram,
Carmine ſat gemino mortales lenit aures
Nunc immortales conciliare juvat.

Aliud.

Aruit extincto Laurus Parnaſſia Bembo,
Caſtalia & ſubito mœſta negavit aquas.
Ex Helicone ſimul vox heu audita: ſorores
Uno heu Bembo conticuere novem.

Item aliud non pigebit referre.


Adriaci Regina maris decus addita Ponto,
Cujus majeſtas Itala regnat aquis,
Ne raptum doleas Bembum, ſed in aſtra receptum
Ac ſimilem gaude te genuiſſe Deis.
Threicium ad ſuperos Vatem rediiſſe putarunt
Rex illum Eridanus, Tybris & amnis hians.
Et curſus tenuere ſuos, dum mira canentem
Inſpiciunt, & amant, & monumenta legunt.
Addidit inde ſacro columen pia Roma Senatu,
Tabula quæ tantis plauſibus aucta fuit.

En Bembus, exclamat Reſtaurus Antinoreus apud Gaddum.

Venerabili Oſtro purpura clarus & infula:
En doctiſſimus omnium
Quot Thetis Veneto protulerit ſinu;
Fronti quandoquidem illius
Certabant meritam nectere lauream
Græca, Etruſca, Latinaque
Muſa, ac diſſidium tam grave protinus
Phœbus ſummovet arbiter.
Nam ſerta è manibus ſingula præripit
Muſarum, hujus & inclytam
Illis cæſariem frondibus implicat,
Clamans, non decet unica
Lauro, promeritis cingere, quem triplex
Virtus inſita pectori
Certat tergeminis tollere honoribus.

Ita excelluit omnium virtutum ornamentis Bembus, ut jure merito in illa proripuerit verba criticus ille, veruſque eruditus amicus noſter.

Par utinam haberet, par viventium Purpuratorum.



62 VICTOR Superantius, Aloyſii filius, nobilis Veoetus, olim Clementis VII. intimus cubicularius, anno 1544. die 8. Julii attributus coadjutor, & ſuffraganeus cum futura ſucceſſione Card. Bembo, & Epiſcopatu Nicæno exornatus, eidem defuncto ſuffectus eſt in Bergomenſi Eccleſia, ſolemniqoe pompa 9. Aug. 1547. inauguratus. Plures ejuſdem Card. Bembi, tum ad eum ſuæ Eccleſiæ ſuffraganeum, tum ad alios extant litteræ, quibus plane prodit, quam honorifice una cum Paulo III. Pontifice de Superantio ſentiret, felix certe futurus, ſi tanti ſapientiſſimi Cardinalis hortamenta in totum ad animom tranſmiſiſſet. Sed ea eſt indoles aliquando depravatæ naturæ, ut hærens pejoribus ſalutaria anre prætereat. Hic enim ex perſpicacitate ingenii, curioſaque indole cum revolveret damnatos hæreticorum libros, indeque æmulis ſuis occaſionem dedit, ut apud fidei Quæſitores io ſuſpicionem veniret, ne corruptæ fidei errores hauſiſſet, apud Julium III. Pontiſ. Max. accuſatus, cenſuræque obnoxius ab eodem Pontifice à regimine Epiſcopatus, & à Pootificali officio ad Apoſtolicæ Sedis beneplacitum ſuſpenſus eſt anoo 1552. Bergomeoſem tunc Eccleſiam adminiſtrandam tradidit Julius Nicolao Duranti Camerinenſi Clerico, ſequenti, qood adhuc in Bergomenſis Archivii Regeſto magno aſſervatur, diplomate. LXIII

Dilecto filio Nicolao Durantes Clerico Camerinenſis diœceſis.

Julius PP. III.

Dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

nem. Cum nos nuper ex certis rationabilibus cauſis Venerab. fratrem Victorem Epiſcopum Bergomenſem à regimine, & adminiſtratione Eccleſiæ Bergom. cui præeſſe dignoſcitur, ac exercitio Pontificalis officii ad beneplacitum noſtrum Apoſtolica auctoritate ſuſpenderimus, & propterea dicta Eccleſia adminiſtratore noſcitur indigere: nos ne ipſa Eccleſia in ſpiritualibus aliqua detrimenta ſuſtineat, pro noſtra paſtoralis officii cura opportune providere volentes, ad te de cujus litterarum ſcientia, fide, probitate, & diligentia plurimum in Domino confidimus, direximus oculos noſtræ mentis. Te igitur à quibuſvis excommunicationis, &c. motu proprio, & ex certa ſcientia, ac ipſius Eccleſiæ in eiſdem ſpiritualibus adminiſtratorem cum annua proviſione, ab omni onere quantumcumque gravi, & neceſſario immuni, ducentorum ſcutorum auri de Italia pro dimidia in S. Joannis Baptiſtę proxime fut. & pro reliqua partibus in Nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti feſtivitatibus tibi pro tua ſuſtentatione, & manutentione ſuper fructibus, redditibus, & proventibus menſæ Epiſcopalis Bergom. annis ſingulis, quamdiu hujuſmodi tua adminiſtratio duraverit, ſolvendorum: ac plena, libera, & omnimoda poteſtate, facultate, & auctoritate viſitandi, corrigendi, & puniendi, ac beneficia Eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura ſæcularia, & quorumvis ordinum regularia qualitercumque qualificata, ad collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, nominationem, & quamcumque aliam diſpoſitionem Epiſcopi Bergomenſis pro tempore exiſtentis etiam communiter cum dilectis filiis capitulo dictæ Eccleſiæ, & aliis quibuſvis ſpectantia pro tempore vacantia, quæ ad Epiſcopi diviſim per ſe ſolum, quę vero ad Epiſcopi prædicti cum capitulo, aut aliis prædictis collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, nominationem, & quamcumque aliam diſpoſitionem pertinent cum capitulo, & aliis prędictis, perſonis idoneis libere conferendi, ac de eis providendi, ad illa præſentandi, ſeu eligendi, vel nominandi, & ad alios de illis diſponendi. Nec non omnia, & ſingula alia quæ juriſdictionis Epiſcopalis ſunt, & ad hujuſmodi adminiſtrationis officium ac curam, & regimen dictæ Eccleſiæ in eiſdem ſpiritualibus de jure, privilegio, ſtatuto, & conſuetudine, ac alias quomodolibet pertinent, etiamſi talia ſint, quę ſpecialem mentionem de neceſſitate exigant, faciendi, gerendi, & exercendi dicta auctoritate tenore præſentium ad noſtrum beneplacitum, conſtituimus, & deputamus. Mandantes capitulo prędictis, & dilectis filiis clero, & populo civitatis, & diœceſis Bergomenſis, quatenus te tamquam ipſius Eccleſiæ in ſpiritualibus adminiſtratorem benigne recipiant, & efficaciter adimpleant. Alioquin ſententiam, ſeu pœnam quam rite tuleris ſeu ſtatueris in rebelles ratam habebimus, & faciemus auctore Domino uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac prædictæ Eccleſiæ juramento, confirmatione Apoſtolica vel quavis firmitate alias roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Marcum ſub annulo Piſcatoris die 22. Julii 1552. Pontif. noſtri anno 3.

Duobus fere annis Victor à ſua exul Eccleſia, ſuſpenſuſque à Pontificali officio in Adriana mole permanſit, nec defuit turbatæ menti æmulorum ſibi malignantium, acerbiſſima afflictio. Verum cum longa dies nolens, volenſque aperuiſſet invidiam, idem tandem Pontifex Julius illum ſuæ reſtituit Eccleſiæ, ſolvitque à ſuſpenſione die 24. Maji ann. 1554. & ad obruenda ora æmulorum contra eum malignari anhelantium, in ſpiritualium adminiſtratione Vicarium, & quodammodo coadjutorem eidem dedit Julium Auguſtum Bergomenſem I.V.D. Camertium canonicum Reſtitutæ dignitatis diploma in Magno Reg. Bergomenſis Archivii inſcriptum legitur.

Venerabili fratri Victori Epiſcopo Bergomenſi.

Julius Papa III.

Venerab. frater, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum nos hodie volentes tecum miſericorditer agere, te ad regimen, & adminiſtrationem Eccleſiæ tuæ Bergomen. tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, per alias noſtras litteras reſtituerimus, ſuſpenſionem de te ab illis factam penitus tollendo, tibique quod pro libito tuo ad eandem Eccleſiam accedere & apud illam reſidere, eamque in ſpiritualibus, & temporalibus hujuſmodi regere, & gubernare valeas indulgendo, prout in iiſdem litteris plenius continetur. Nos volentes ſaluti animę tuę, ac famę, & honori tuis proſpicere, tibique ut perſonam habeas providam, & circumſpectam quæ ad obſtruendum ora æmulorum tibi inſidiari, & contra te malignari anhelantium, actionum tuarum circa adminiſtrationem ſpiritualium hujuſmodi teſtimonium proferre poſſit, opportune providere tibi Apoſtolica auctoritate per præſentes injungimus, & diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus in adminiſtratione ſpiritualium hujuſmodi aſſiſtentia, conſilio, & opera dilecti filii Julii Auguſti Canonici Camerin. I.V.D. quem nobis fide, ac morum integritate, ac in eiſdem ſpiritualibus providentia probatum habemus in tuum quo ad adminiſtrationem ſpiritualium hujuſmodi, aſſiſtentem, & conſultorem, & quodammodo coadjutorem, necnon Vicarium etiam in iis, quæ forum contentioſum concernunt, cum annua proviſione ſcutorum ducentorum auri in auro ſibi per te quotannis ſolvenda, ac emolumentis, quæ ex exercitio juriſdictionis contentioſæ pro tempore provenient, ad noſtrum, & Sedis Apoſtolicæ beneplacitum, per alias noſtras eidem Julio directas litteras deputavimus, omnino utaris, nec ſine conſilio, & aſſiſtentia hujuſmodi quicquam quoad adminiſtrationẽ eorundem ſpiritualium facias, aut exequaris, in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 24. Maji 1554. Pont. noſtri anno 5.

Ad Julium vero Auguſtum eodem anno & die has dedit epiſtolas idem Pontifex Julius in eodem Magno Regeſto exſcriptas,

Dilecto filio Julio Auguſto Canonico Camerinenſi.

Dilecte fili ſalutem, & Apoſtolic. benedictionem. Cum nos hodie ex certis tunc expreſſis cauſis Venerab. fratrem Victorem Epiſcopum Bergomen. ad regimen, & adminiſtrationem Eccleſiæ ſuæ Bergomen. tam in ſpiritualibus quam in temporalibus per alias noſtras litteras reſtituerimus, ſuſpenſionem de eo ab illis prius factam tollendo, ſibique quod pro libito ſuo ad ipſam Eccleſiam accedere, & apud eam reſidere, illamque in eiſdem ſpiritualibus, & temporalibus regere, & gubernare valeat indulgendo, prout in eiſdem litteris plenius continetur. Nos volentes famæ, & honori ipſius Victoris Epiſcopi in præmiſſis proſpicere, ac ſibi ut perſonam habeat providam, & circumſpectam quę ad obſtruendum ora æmulorum ei inſidiari, & contra eum malignari anhelantium actionum prædicti Victoris Epiſc. circa adminiſtrationem ſpiritualium hujuſmodi teſtimonium proferre poſſit, opportune providere, te, de cujus fide, & morum integritate, ac in ſpiritualibus providentia plurimum in Domino confidimus, in ipſius Victoris Epiſcopi quoad adminiſtrationem ſpiritualium hujuſmodi aſſiſtentem, & conſultorem, & quodammodo coadjutorem, necnon vicarium etiam in his, quæ forum contentioſum concernunt, cum annua proviſione ſcutorum ducentorum auri in auro tibi per dictum Victorem Epiſcopum, ſeu pro eo in dicta Eccleſia agentis quotannis ſolven. & emolumentis, quæ ex exercitio juriſdictionis contentioſæ pro tempore pervenerint, ad noſtrum, & Apoſtolicæ ſedis beneplacitum. Apoſtolica auctoritate per præſentes conſtituimus, & deputamus, tibi in virtute ſanctæ obedientiæ mandantes, ut quanto citius co-



XLIV

a Hujus elogium legitur apud Ghilinum in Theat. vol. 2 p. 176. Mendes.

63 ALOYSIUS itaque Lippomanus a, Petri anteceſſoris ſui patruelis, die 20. Julii ann. 1558. à Veronenſi ad Bergomatem Eccleſiam translatus à Paulo, eximia lætitia teplevit Bergomenſium expectationem, adeoque eorum extulit gaudium, ut per nuncios ſalutatus expectatiſſimum ſuum ad eos adventum per epiſtolam hiſce conceptis verbis ſignificaverit.

B

O diem nobis pulcherrimum, & lætiſſimum xv. Kal. Auguſti. O ſanctiſſimum ſummi Pontificis judicium. Veterem ergo Dominum & Paſtorem optimum recuperavimus? Nihil unquam cupidis æque votis omnium huic contigit civitati, nulla res unquam tanta lætitia excepta eſt, neque enim aut plures aliquando cauſæ, aut graviores extiterunt, quæ nos majori gaudio cumularent, quod nos antea non ſolum, cum nobis præeſſes, verum etiam poſtea noſtris omnibus temporibus, cum te uſi patrono ſumus egregiam tuam in nos voluntatem cognovimus, quod tu noſtram obſervantiam perpetuam habeas hac mutua utriuſque noſtrorum animorum cognitio, maximam jam habet ad noſtram augendam voluptatem cum intelligamus noſtri curam ei viro conceditam eſſe, à quo nos in primis diligamur, qui à nobis in primis colatur. Verum & hac, & aliis multis non levibus cauſis, quas nunc commemorare nihil attinet, illa multo gravior apud nos eſt quod in ſumma paucitate eorum hominum, qui civitatibus ta ſancta religione retinendis præeſſe poſſint & nobis divinum ſupremi Pontificis conſilium præfecerit, cujus animi magnitudinem, periculoſæ pro divina ſuſcepta legationes oſtenderunt, inſignem prudentiam exteræ nationes admiratæ ſunt, cujus ſcientia, & ſingularis doctrina maximo Chriſtianæ reipublicæ uſui fuit, præclara ingenii monumenta doctorum ſemper, & piorum hominum manibus continereatur, cujus judicii, & excellentia virtutis cum multa cœpiſſet documenta, Pontifex ſapientiſſimus iatimum conſiliis te ſuis delegit, quibus Chriſti Vicarium divinitus gerens, orbis habenas moderatur; ut cum te talem, ac tantum virum vinculo Veronenſis Epiſcopatur abſolutum, ſibique chariſſimum ad noſtri curam gerendam tranſmittere in animum induxit, maximum nobis omnium beneficium tributum eſſe ſentiamus. Quid enim hæc pia civitas, & religioſa voveat majus atque expectat, quam eo frui Epiſcopo, qui non ad proprios quæſtus, & libidines poteſtate, quam habet, abutatur, ſed ad ſalutem eorum, quos fidei ſuæ commiſſos habet, cogitationem omnem convertat, qui veram religionem, quæ nobis ipſa vita charior eſſe debet, doctrinæ præſtantia ſimul, & morum ſanctitate tueatur, eum vero te eſſe, & nos experti ſumus & nobis in primis Veronæ civitas teſtis eſt, quæ quidem haud æquo certe animo te carere poſſet, niſi egregium illis juvenem tui ſimillimum nepotem ex fratre reliquiſſes, qui te ductore maris, ſyderum, & ventorum peritus, navem in fluctibus & ſcopulis tenere rectam poſſit. Quare nos jam tui deſiderio conflagravimus, nec quicquam magis expectamus, quam præſentiam tuam, in qua perfruenda jucundæ, beatæque vitæ rationes noſtras omnes ſitas arbitramur. Sic brevi te Deus optimus maximus ſalvum & ſoſpitem ad nos reducat.

C

D

Datum Bergomi die 28. Julii 1558.

Amplitudinis tuæ ſubditi atque addicti

Prælati & Canonici Eccleſiæ Bergomen.

Receptis iis literis Aloyſius amore filiorum bene perpenſo, à Paulo miſſione impetrata patriam primum, mox Veronam, inde Bergomum ſumma omnium exhilaratione pervenit exceptus, ſolemnique pompa Urbem ingreſſus. In primis geſtientem præ gaudio perfuſamque lætitia, Inclytam adeoque arcubus, ſtatuis, eximiiſque ornamentis fulgentem vidit civitatem, ut ex ea non minus ſplendoris ſua illa optatiſſima præſentia ipſe idem acceperit, quam illa tandem priſtino ſuo reſtituto Paſtori dederit ad æternitatem. Vidit amorem erga ſe ſuum, propriiſque uſurpavit oculis innumera propemodum in nominis ſui gloriam honeſtiſſimas inſcriptiones, depictam proſpexit ſuam ad Joannem Luſitaniæ Regem pro Julio III. Pontifice obitam Legationem, Regiſque mentem non parum à Pontifice alienam ſua dexteritate conciliatam, alteramque ad Sarmatas, quos in fidei Catholicæ officio retinuit, partamque ſibi gloriam circumſpexit. immortalem editis voluminibus poſt Tridentinos exantlatos labores, juſtitiamque in perfidos miniſtratam ſub Pauli IV. Pont. Max. gentilitia inſignia, quod eum, Verona Auguſtino nepoti concredita, proprio gregi reſtituerit, hoc monumentum, legebatur.

B

Paulo IIII. Pont. Max.
ob Epiſcopum ſibi, & ſe Epiſcopo reſtitutam
quod fauſtum felixque ſit
Civitatis Bergomenſis grati animi
monumentum.

Cætera longum eſſet referre, unum tantum hic addam ad portam civitatis appoſitum.

Ingredere opt. Lippomane, & tertius
Inter tutelaria numina numerator
Hanc urbem tuo nomini ædditiſſ.
Clementia, æquitate juvee, foveas, modereris.

C

Hac pompa, & eximio decore in Sede Epiſcopali toto comitante populo in Eccleſiis SS. Vincentii, & Alexandri Cathedralibus de more inthronizatus, Nicolaus Colonius eruditus Canonic. totius civitatis nomine erudita oratione eum ſalutavit. Peractis deinde, quæ ad bonum Eccleſiæ regimen ſpectabant, dum Aloyſius totus in paſcendo ſibi commiſſo grege inſiſteret, ſanctiſque moribus, doctrina, & exemplo in adminiſtrando incumberet, ſtatim poſt menſem à Paulo Pontifice divulſus à propria iterum Romam evocatur, Eccleſiæ, eidemque in conſiliis perneceſſarius, Auguſtino nepoti Veronenſi Epiſcopo commendatam Eccleſiam reliquit. Paruit quidem, nec ſine lachrymis toto proſequente populo iter arripuit; Romam pervenit, feſſus jam ſenio, ac laboribus poſt paucos menſes ex hac mortali vita diſceſſit 15. Auguſti an. 1559. biduo ante Pauli Pontificis obitum, ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Catharinæ Funariorum, ut vocant, ad lateralem portam, ubi ſequens pene pedibus exeſum epitaphium adhuc legitur.

D

Aloyſius Lippomanus Epiſcopus Bergomas
hic diem ultimam expectat. Vixit annos
LXIII. obiit die Aſſumptionis glorioſiſſimæ
Virginis MARIÆ MDLIX.

Aloyſii, ac Petri anteceſſoris memoria in marmore inciſa, Bergomi ſupra fores Pontificalis Eccleſiæ de Grolle ita proſtat legentibus.

Petro Lippomano Epiſcopo qui XII. Kal.
Martii MDXLIV. à Bergomenſi ad Vero-
nenſem Eccleſiam translatus, tribus poſt
annis Apoſtolicæ Sedis Legatus in Scotiæ
Regno deceſſit: & Aloyſio Lippomano ejus
Patrueli, ac in Epiſcopatu ſocio, & ſucceſ-
ſori; à Paulo IV. Pont. Max. Auguſtino ne-
poti ex fratre Verona concredita XIII.
Kal. Auguſti M. D. LVIII. Bergomo reſtitu-
to: Patronis optimis, & incomparabilibus
Joannis Petri Alegri hujus Eccleſiæ Recto-
ris grati animi monumentum.

Cæte-

Cæterum Aloyſium tum doctrinæ tum pietatis fuiſſe ſiogularis ejuſdem monumenta plane oſtendunt, præcipue autem ea, quibus vitas ſanctorum elegantiſſime complexus eſt, quæ lucem aſpicere juſſa, lucem, ſacemque prætulere iis, qui ſanctimoniam vitæ ex corde ſequuntur. Aloyſii non ſemel cum laude ioter cæteros meminit Card. Baron. in Notis ad Mart. Rom. de quo nuper, ſed perperam, loquitur Ludovicus Jacobus Carmelita lib. 2. Pontificiæ Bibliothecæ, dum ait, Aloyſium patria Veronenſem, religione Carthuſianum, Veronæ defunctum, ibidem in cathedrali humatum fuiſſe. In libris Actorum Conſiſtorialium ſub die 28. Septembris 1538. hæc habentur: *Sanctiſſimus Dominus noſter deputavit coadjutorem cum futura ſucceſſione in Eccleſia Bergomenſi Aloyſium Lippomanum Clericum Venetiarum, ob ægritudinem Petri illius Epiſcopi, & die 7. Febr. 1539. Sanctiſſimus Dominus noſter providit Eccleſiæ Methonenſi de perſona Aloyſii Lippomani Clerici Venetiarum, & coadjutoris Eccleſiæ Bergomenſis, &c. Die 28. Febr. 1544. Sanctiſſimus Dominus noſter caſſavit, & annullavit coadjutoriam R. P. D. Lippomani Epiſcopi Methonenſis ad Eccleſiam Bergomenſem, & Petrum Lippomanum Epiſcopum Bergomenſem abſolvit à vinculo, & eum tranſtulit ad Eccleſiam Veronenſem per obitum Jo. Matthæi Giberti vacantem, præterea deputavit eundem Aloyſium coadjutorem ipſi Petro in Eccleſia Veronenſi. Et 20. Julii 1558. Sanctiſſimus abſolvit Aloyſium Lippomanum Epiſcopum Veronenſem, & ad Eccleſiam Bergomenſem tranſtulit, &c. Item die 13. Maji 1560. Sanctiſſ. D. N. deputavit adminiſtratorem Eccleſiæ Bergomen. per obitum Aloyſii Lippomani olim Epiſcopi Bergomen. apud ſedem Apoſt. defuncti Rev. D. Aloyſium Cardinalem Cornelium.* Ex iis præter ea, quæ ſupra diximus, clare habetur Aloyſium ex clerico Venetiarum coadjutorem Bergomenſis, mox Veronenſis Eccleſiæ eodem munere functum, & Epiſcopum inde ad eandem Bergomenſem tranſlatum, & apud Sedem Apoſtolicam defunctum fuiſſe, quæ hic enucleare voluimus ad hiſtoriæ veritatem agnoſcendam.



LXV.

a De eo Oldoinus ad Ciaconium tom. 3. p. 582.

64. ALOYSIUM deinde Cornelium *a*, Venetum, Presbyterum Cardinalem tituli S. Marci, IV. Bergomenſis Epiſcopatus adlegit adminiſtratorem 13. Martii 1560. Quam ille Eccleſiam cum breviori mora adminiſtraſſet, in Federicum nepotem illam contulit. Hic filius fuit Joannis quondam graviſſimi Senatoris, Regnique Cypri Commendatoria, quem Julius III. Cardinalem creavit, Epiſcopum Tragurienſem, ac S. R. E. Camerarium. Romæ deceſſit anno 1584. ſepultuſque io Eccleſia Cruciferorum cum hoc epitaphio.

Aloyſio Cornelio tit. S. Marci Presbytero
Cardinali S. R. E. Camerario vixit annos
LXXXIX. menſes II. dies xxvii. Obiit vi.
Idus Maji. M. D. LXXXIV.

LXVI.

b De eo idem Oldoinus t. 3. p. 153. c 25. Janu. d Podeſ-

65 FEDERICUS Cornelius *b*, cognomine Senior, filius Joannis Senatoris, Aloyſii Card. Frater germanus, nec minori virtute præditus ex Epiſcopo Traguricenſi, Bergomatium Epiſcopus effectus eſt die 21. menſis Julii *c* 1561. *d* Statim atque ille ſolemniter in ea Eccleſia inauguratus fuit, hoc ei accidit iojucundum, quod templum Cathedrale primarium D. Alexandro mart. urbis tutelari dicatum vetuſtate, ac religione inſigne in ſuburbiis poſitum, ad civitatem propugnaculis, & aggeribus muniendam, funditus dirui cœptum, ſolo aquatum eſt, miſerabilibus Bergomenſium lachrymis, ſacra ſanctorum lipſana, canonicos, clericoſque cæteraque vetuſtatis, & ſanctitatis monumenta io alteram D. Vincentii Cathedralem ſumma pietate, ac diligentia à Friderico Præſule tranſlata: quam quidem Hiſtoriam io monumentis ejuſdem Eccleſiæ, perpetuo aſſervandam ipſe deſcripſit Epiſcopus, quæ eum ad Eccleſiaſticam hujuſce Eccleſiæ memoriam plurimi faciat, hic eam exſcribendam non piguit ex originali io hunc, quem vides ordinem, hiſce conceptam verbis.

Eonem adiit die 3. Julii, & die 5. ſolemniter exceptus eleganti oratione laudatus à Jo: Andrea Viſcardo Juriſconſulto.

Federicus Cornelius Dei, & Apoſtolicæ ſedis
gratia Epiſcopus Bergomenſis, & comes
ad perpetuam rei memoriam.

Noverint præſentes noſtras, ſeu præſens publicum documentum inſpecturi, quod cum anno à partu Virginis 1561. m. Jul. exeunte de munienda civitate Bergomi decretum à Republica emanaviſſet, properante, & curante Illuſtriſſimo D. Sfortia Pallavicino Venetæ militiæ Generali miniſtro, atque inter magnam ædium ſacrarum, & domorum privatarum ruinam, templum quoque primarium tutelaris Divi Alexandri Chriſti martyris in Suburbio Canali vocato poſitum, alterum quidem ex cathedralibus, quæ huic uni civitati bona exiſtunt, funditus demoliendum eſſet, operæpretium nos facturos exiſtimavimus, ſi cum RR. fratribus noſtris Prælatis, & canonicis Eccleſiæ Bergomen. pie provideremus, ut ſanctorum venerandæ reliquiæ, quæ in eo per tot ſecula ſervatæ fuerunt, hac repentina rerum immutatione perderentur, & una horum ſanctorum antiquæ pietatis memoria deleretur, divinique cultus detrimentum maximum pateretur. Templum igitur fuit vetuſtate inſigne, & reverentia, & devotione percelebre, recens ex ea, quam per ſe ferebat antiquitate coacta reſidentium pecunia liberali, nova ſartium contignatione, picturaque expolitum. Erat in ea Eccleſia Bergomen. dignitas Præpoſitalis, reſidebant duodeviginti canonici numerarii ultra cuſtodes, & capellanos. Præpoſitus, & Canonici circa quotidianas diſtributiones particulare capitulum facientes, in cæteris pro tempore cum Rev. Prælatis, & canonicis Divi Vincentii conveniunt, & concurrunt. Templi navis à Cauro in Eurum verſa. Ante ipſam Arcam antiquis ſepulchris circumdata, ex area aditus patebat in porticum quatuor innixam columnis binis ex marmore vetuſtate corroſis, alteris ex quadrato lapide. Deſuper D. Vincentii ſtatua equeſtris marmorea. Tribus Janius à porticu ibatur in templum harum ampliores, & media latera exornabant ſtatuæ primorum parentum marmoris cærulei. Ab ingreſſu ad chorum 50. cubitorum longitudo. Hinc chori muri diviſi, in quem quatuor aſcenderetur gradibus, dimidio minor continuata protenſio. Ibi altare majus ad hibernum Orientem verſum, ante altare ſedilia reſidentium, prope illud Epiſcopi ſedes, in templi latitudo per totum cubitorum xxx. in medio xii. æque ſecto ſub diſtinctis columnis ex marmore, inter quas totius latitudinis medietas, lateribus conformi ſpatio contendentibus columna quæ à dextris erat; choro propior, hærebat organum, ex adverſo ara. In ea Divorum Martyrum Projectitii, & Jacobi, ac Heſteriæ etiam martyris, & virginis, nec non Joannis Epiſcopi reliquias anno Virginei partus 299. ſupra milleſimum à monumento, quod in medio templi foſſum erat fuiſſe religioſe tranſlatus autenticis docetur ſcripturis, ſub choro per totum locus fornicatus, marmoreis columnis ſuffultus. In eum binis portis juxta utrumque templi paritatem xv. deſcendebatur gradibus longa conſuetudine corpora ſanctorum vocatum. Tria ibi ſacella tranſennis ferreis obſerrata ſingulum altare continentia. Sub altare ejus quod medium erat Divi Alexandri, in dextero Divi

Narni Epiſcopi Bergomenſis, in ſiniſtro Divi Viatoris Narni ſucceſſoris in Epiſcopatu, Chriſti Salvatoris confeſſorum corpora tumulata irrefragabilibus memoriis comprobatur. Hic Divorum ipſorum feſtis diebus ſua cuique veneratio. Hic populi in adverſis expiationi ſacrarium, hactenus intactum inviolatumque crimine belli bello poſtea propugnaculum futurum: extra templum, qua in civitatem dextrorſum ibatur, magnæ molis turris, cujus quæ ab imo frequenti ſcalptura feſtinabatur evulſo templo lapſu inevitabili imminebat. A ſiniſtris areæ fuerat ſacellum Apoſtolorum Principi dicatum, olim ob non omnino diſſimilem occaſionem dirutum. Illic ad meridiem ſecus civitatis mœnia clauſtra antiqui canonicorum diverſorii hæc conſequebatur domus à templi præpoſito habitata cum ejuſdem hortulis. Itaque operariis tum primum accerſitis bis 1500. & pro loci tutela peditum 1800. & equitum levis armaturæ 50. dato Kal. Auguſti munitioni principio, nudius tertius præpoſiti domus dirui cœpta, & in templo ſtatio militum deſignata, in quo tamen, cum dies eſſet Dominica, & de more ad poſtremum celebraretur ſolemniter arma inter & milites frequens populus aſſuit divinis audiendis; ubi lectio, quæ tunc currebat evangelica dicens: Et ut appropinquavit Jeſus videns civitatem flevit ſuper illam, & quæ ſequuntur, terrore plena, quaſi tempori, & actorum ordini ea quoque divini ſermonis ſeries aſtipularetur, magnum aſtantium civium animis metum incuſſit & lacrymas ab oculis hauſit. Poſt hæc vero templo inevitabili impendente ruina æs campanum, organum, vaſa, calices, veſtes, indumenta ſacra, & omne mobile phani ornamento, & divino cultui deſtinatum curantibus Præpoſito, & Canonicis, confectoque de ſingulis per infraſcriptum noſtrum, & dicti capituli Cancellarium publico inventarii documento, & veſtiaria è templo deportata, & ad loca congrua, apudque fide, & facultatibus perſonas idoneas depoſita, & conſignata fuere. Deinde vero viſis per nos cum dictis RR fratribus Præpoſito, & Canonicis reliquiarum locis, & quibus per earum detectione modis, quove pro translatione & repoſitione ordine, & loco utendum eſſet, matura conſultatione, & deliberatione præhabita de ipſorum conſenſu loci cuſtodia, donec translationis perficeretur officium, duobus ex eis, Ludovico Tertio, & Gulielmo Beroa demandandum curavimus, qui continuo adeſſent, devote detegi reliquias facerent, omnia & tuto & caute ſervarentur, ne quid ibi admitteretur profanum vel indecens providerent. Iis munere ſibi demandato fungentibus, quæ infra dicentur, ſubſecuta ſunt.

Poſt Aram, quæ in medio poſita erat D. Alexandro dicata, ſtabat pro pavimento lapis, qui quatuor parvis columnis marmoreis arculæ ligneæ ferreis laminibus præcinctæ ſuppoſitis erat baſis. Ara, atque his omnibus penitus ſublatis, ſoloque aliquantiſper ſuffoſſo marmoris fruſtum inventum, in quo literis majuſculis, Miles Thebanus, ſcriptum legitur: rurſum per medium cubiti materiei terræ, quæ ſequebatur, prædictæ: continuata foſſione alius lapis omnino major, & latior eſt inventus; & magna cum difficultate levato, erat enim ſarcophagi proprium tegumentum, vas trium cubitorum longitudinis ex albo marmore detectum apparuit elaboratum exterius ſculptura miram vetuſtatem referente, ex quo nulli dubium vas illud, ante humano generi elargitam ſalutem tumulandis gentilium cadaveribus comparatum, mox piæ Chriſti martyris Alexandri ſepulturæ uſum præbuiſſe, præſertim cum in medio ſculptum extet epitaphium nominibus, & characteribus antiquam illam gentilitatem redolentibus, quod cum multæ litteræ in totum tempore ſint corroſæ intelligi omnino non poteſt. In illo D. Alexandri oſſa ſparſim jacentia ſatis comminuta. Altera vero à dextris Divo Narno dicata, & Arcula pene adhærente in ſarcophagi ſpeciem ex lapidibus, & cæmento ſimili modo ſublatis poſt perfoſſum pavimentum, & lapidem, qui ſubter jacebat revulſum ſolo aliquanto altius excavato alius lapis detectus, qui dum levaretur per longum ſciſſus apparuit. Is contegebat monumentum albo ex marmore longitudinis cubitorum trium aut eo amplius. In eo erant aquæ limpidæ unciarum trium & oſſa humani corporis disjuncta quidem inter ſe, & perfracta calvaria, cæterum quaſi per articulorum ordinem adjacentia aqua circumfuſa, hæc Divi Narni reliquiæ antiquis traditionibus perhibentur. Itum ſubinde eſt in alterum quod eſt à ſiniſtris ſacellum Divo Viatori dicatum, ibi quoque ſub loco altaris, & lapide, qui ſubter jacebat ſepulchrum detegitur, & in eo calvaria, & acervus oſſium, quæ Divi Viatoris corporis vetuſtiſſimis teſtantibus monumentis inconcuſſe ſunt habitæ. Hic inter effodiendum duo item ex marmore fruſta reperta ſunt rudibus characteribus epitaphia continentia pia ſane verba, & Latini ſermonis puritate carentia, quorum propterea quod marmor eſt in parte perfractum integer ſenſus haberi non poteſt, alterius tamen quod majus eſt, & melius legitur verba ſunt, videlicet B. martyris Alexandri precioſiſſimus Theſaurus, intus quoque Epiſcopus III. Narnus Chriſti Confeſſor, cujus ſucceſſor extitit ſanctiſſimus Viator ipſi habent in æternum vitam, requiem, & ſuas animas, quæ de morte pro ſua fide ex IV. ut de iniquis ſe abſtinetis, & IV. Hic Confeſſor Domino ſerviveris V. in humilitatem, & manſuetudinem V. & requiem ſempiternam.

Sanctis hoc modo repertis reliquiis, rurſus propriis fuere tegumentis ſepulchra contecta, ita tamen ut quodlibet ab uno latere introſpici poſſet ardentibus juxta eorum ſingulum binis cereis. Hæc omnia ſunt acta pridie Nonas Auguſti & poſtridie publico documento per cancellarium eundem de ſupra confecto. Nonis ipſis Auguſtis eorum omnium, ſicuti acta, & inventa fuerant à canonicis, quibus curam demandaveramus certiores facti eo adivimus, cum pluribus Eccleſiaſticis, & aliis nobilibus laicis conſtipantibus, & ſanctas reliquias venerati ſingula diligenter perſpeximus, quo etiam die eiſdem nonnulliſque ex familiaribus noſtris, & pluribus etiam aliis perſonis præſentibus, ab altare, quod in templo Divæ Virgini, & martyri Heſteriæ dicatum fuerat tabulam levari marmoream fecimus, quæ ſuper impoſita Aram efficiebat, in qua antiquis characteribus inſculptum legitur illud epitaphium quod Franciſcus Belaſinis in commentariis, quæ de temporibus civitatis Bergomi edidit, eſt primo loco relatum, ſub marmore erat Arcula lignea clavis obſerrata, & ferreis bracteis circundata. Arculæ infixa exterius bina in membranis documenta de reliquiis, deque earum translatione mentionem facientia, & ejus ſingulis quatuor lateribus nomine Divorum inſcripta, quorum reliquiæ ibi ſeparatim ſunt poſitæ. Arcula ſicut erat obſerrata, quo tutius donec translatio fieret haberetur in locum reliquiarum, quæ ſupra diximus ſanctorum corporum deferri, & ibi accenſis pariter ad ea cereis una obſervari curavimus. Inſequenti vero die rurſus eo loci reverſi cum Rev. D. Hieronymo Montio Brixien. Vicario noſtro ac Præpoſito, & canonicis in ipſa Eccleſia reſidentibus, Venerab. D. fratre Jo: Ambroſio Barbavario Ord. Præd. Theologo Paſavino, multiſque aliis Presb. & Clericis arcula reſerata reliquias ipſas ſanctas videre voluimus, plura itaque ibi viſa ſunt oſſa ſeparatim poſita affixis ubique chirographis membranæ inſcriptis juxta ſingulorum ipſorum divorum reliquias eorum tum nominatum aliqua en meritis continentibus his devote diligenterque viſis, documentiſque & chirographis antedictis per tabellionem exſcriptis, arcam iterum claudi juſſimus & de ſingulis publicum tradi, & confici documentum, & poſtera die, quæ dies fuit ſeptima Auguſti cum antedicto R. Vicario noſtro comitantibus ſp. DD. Lactantio Marcheſio, Paulo Baniato, & Paulo de Suardis ad id civitatis decreto electis, eodemque Ven. D. fratri Jo. Ambroſio Theologo, pluribuſque aliis Eccleſiaſticis, & nobilibus laicis ſacrarium rurſus adivimus. Ibi prece ſuppliciter Deo porrecta ſepulchra ſublatis tegumentis rurſus aperiri curavimus, & ex eis adjuvantibus eiſdem Ludovico Tertio, & Gulielmo Beroa Canonicis ſancta ipſorum

trium

rium divorum oſſa cum eorum fragmentis diligentiſſime levata, in alia arcula lignea tenuis ferreis permunita, jam pridem ea de cauſa comparata, diſtincte in tribus dipartitis locis, ſuccinente choro, ipſorum divorum orationes, qua decuit veneratione & reverentia depoſuimus & chirographis interius ſuo loco affixis, qui ſingulas cujus ſint divi reliquiæ inditarent. Arculam claudi fecimus ſcriba eorum quæ acta ſunt, omnium publicum documentum tradere & conficere juſſo. Eodem in loco ſanctorum reliquiarum Arculæ ardentibus continuo cereis uſque ad translationis diem fideli ſub cuſtodia remanſerunt. Interea evertente à culmine templo, templique miniſtris tegulas, lignea laquearia, tranſennas, columnas, cultos, lapides, omni vehiculorum genere abduci ex ruina, & ad honeſtum aliquem locum comportari curantibus. Data eſt facultas univerſo populo viſendi reliquiarum locum, diſpoſitis ad utrumque oſtium ſcandalis evitandis cuſtodibus, proviſoque ut ab ortu Solis uſque ad horam nonam viris dumtaxat, ab hora nona uſque ad veſperas Solis mulieribus pateret acceſſus. Dumque etiam interea per dictos dominos Præpoſitum & canonicos apud nos ageretur, & conſultatio fieret de ſanctorum corporum translationis loco, idque in non modicum diſcrimen verſaretur, monitu, & hortatu noſtro concluſum, ut in altero Cathedrali divi Vincentii templo, in quo reliqui Prælati & Canonici Eccleſiæ Bergomen. reſident, reponantur, ibique debita veneratione, & cuſtodia obſerventur, & pactione inter utrumque Capitulum ultro citroque ſolemniter inita, ut ſi aliquando de Sedis Apoſtolicæ licentia templum aliud ſub invocatione divi Alexandri martyris ædificari contingat, in quo Præpoſitus, & Canonici uti hactenus reſidentiam faciant, tunc ipſa ſancta corpora, ſanctæque reliquiæ eo integre transferantur, omni impedimento, & contradictione penitus, & omnino ceſſantibus. His tertio Idus Auguſti tranſactis, Idibus ejuſdem, mane ejus diei longo religioſorum, & univerſi Cleri ordine præeunte, Canoniciſque de more reveſtitis per vices oneri ſuccedentibus vi multa cereorum accenſa, & Præſidibus civitatis nobiſcum magna ſtipante equitum & nobilium caterva, feretra comitantibus mira præcriſtis (ut ferebat tempus) & lacrymabundi populi devotione inter ſupplicationes reliquiarum translatio ſubſecuta, & ſucceſſive XIII. Kal Septembris perfecta jam ad turris ruinam ſufficiens ſcalptura veſperi ejus diei ſublicitis ignis admotus, illa poſtridie flammis exeſa lapſui conceſſerunt. Eo lapſu campanile, & quicquid templi parietum adhuc ruinæ ſupererat, ſolo exæquatum. Turris enim erat magnitudine & ſtructura inſignis, ſingula quaterna facie exterius lata cubitis xx. & quatuor totidem ſupra terram ad cælum porrecta, quæ cadens antequam ſolum percuſſerit, multas in partes disjecta eſt. Kal. vero Sept. quo die novis civitatis mœnibus dandum erat principium eodem fere ordine, quo ſanctorum corpora ſunt translata, eo loci itum, ubi inter civitatem, & arcem Capellam vocatam majus cæteris propugnaculum deſignatum fuerat. Ibi per nos re ſacra pro benedictione tranſacta qua Collis vineta caſtaxete deſpectat, Sfortiæ auſpiciis primarius lapis ſolemniter fundamento jactus. In quorum omnium, & ſingulorum fidem &c.

Datum & actum Bergomi in Palatio noſtro Epiſcopali Kal. Sept. anni 1561. Ind. 4. Pont. Sanctiſs. D. N. D. Pii divina providentia PP. IV. anno 2. præſentibus ibidem ſp. viris DD. Hieronymo, & Chriſtophoro ambobus de Vavaſſoribus civibus, & notariis Bergomen. teſtibus ad præmiſſa ſpecialiter, vocatis, & rogatis &c.

Templi hujus honorificentiſſimi antiquitas, religio, frequentia, munera, ac lachrymabunda demolitio iis carminibus celebratur ab Achille Mutio parte 5. ſui Bergomenſis Theatri.

Hic quoque Alexandri templum fulgebat adhuc, dum
Bergomon ambirent mœnia prima vetus.
Templum illud venerandum, ingens, ſublime vetuſta
Majeſtate nitens, marmore dives erat.
Marmora fulgebant quondam, quibus atria Regum
Et deſertorum templa ſuperba Deum.
Phrixeis exuſa cavis & caute Laconum,
Ad nos audenti per mare vecta rate.
Inſonti toties luſtratum ſanguine cæſis
Martyribus tumulis, reliquiiſque ſacrum.
Sacrificiis, populoque frequens, cui munera Reges
Maxima devota, ſæpe dedere manu.
Cæſareis notum titulis, & divite cultu
(Mirandis clarum caſibus, atque viris.
Dum vexant turbæ pacatam mœnibus urbem
Aggeribuſque novis machina tanta perit.
Cum turri hærebat lateri quæ maxima dextro
Æquata eſt proprio, procubuitque ſolo.
Reliquias Divum cunctis lacrymantibus illinc
Vincentii ablatas nunc tenet ora ſacri.
Multa ſibi vaſti pateant in finibus orbis
Templa licet, verum ſanctius illud erat.
Carolus hoc viſit Magni cognomine Cæſar
Athletis cinctus, Principibuſque piis.
Privatas leges, & tanto munera Rege
Digna dedit, muris turrique ſepſit opus.
Eſt Deſiderio poſtquam purgata rebelli
Gallia prælongæ nomine dicta togæ.
Saxones domuit longo certamine, cautos
Hiſpanos patriis continuitque locis.
Tertius Imperium rexit qui Carolus æger
Membra ſalutarem vovit adire locum.
Vix bene cont gerat, proh quanta potentia Divum,
Limina cum morbi vis violenta fugit.
Muneribus magnis grates, ſcriptiſque ſalutis
Retulit auctori, quod monimenta docent.

Hactenus diruti Templi piæ memoriæ. Cæterum Federicus ordinatis utriuſque Capituli rebus, quævis Eccleſiaſtica miniſteria pia ſollicitudine ſtuduit ſublimare ſanctioribus inde legibus poſt ſuum regreſſum è Concilio Tridentino, quo inter Patres aſſedit in frequenti Clericorum cœtu, perbelle firmatis, ſex *a* omnino annos Bergomenſem Eccleſiam adminiſtravit, translatuſque poſt ad Patavinum ſacerdotium anno 1577. *b* Apoſtolicæ Cameræ clericus fuit, & ſub Sixto V. Pont. Max. Cardinalis evaſit, induitque purpuram, quam frater, & anteceſſor morte præventus exuerat. De quo infra in Epiſcopis Patavinis fortaſſe plura.

a Sedecim.
b die 19 Julii.

(„ *Diruta Concathedrali antiqua S. Alexandri*
„ *cohabitationem Cleri utriuſque Eccleſiæ in Conca-*
„ *thedrali S. Vincentii compoſuit impreſſo Inſtru-*
„ *mento concordiæ 17. Decembris 1561. in Actis Ale-*
„ *xandri de Alegris Notarii. Celebrant nomen Fe-*
„ *derici Acta Concilii Tridentini, cujus ſeſſionibus*
„ *ſub Pio IV. ſubſcripſit, apud Labbeum tomo 14.*
„ *f. 930. Tres ſynodos habuit 4. Septembris 1564.*
„ *aliam die decimo Maii 1568. & tertiam decimo-*
„ *quinto Septembris anni 1574. Canonicos ad tres*
„ *Claſſes ſacrorum Ordinum reduxit juxtà ſancita*
„ *Tridentini, cum ante decem tantum haberentur*
„ *Presbiterales Præbendæ, & ex reliquis plures*
„ *ſine ſacris ordinibus Acolythi, ut in decreto diei*
„ *primæ Auguſti 1573. in Actis Cancellarii Capitu-*
„ *laris Ottolini Rotæ. Seminarium in antiqua Ca-*
„ *nonica S. Matthæi fundavit, & dotavit. Scholas*
„ *Doctrinæ Chriſtianæ erexit. Palatium Epiſcopa-*
„ *le amplificavit. Interfuit primo, ſecundo, tertio,*
„ *& 4. Conciliis Provincialibus à D. Carolo indictis*
„ *in collectione Labbei tomo 15. folio 555. Viſita-*
„ *tionem Apoſtolicam à Divo Carolo ſuſcepit 1575.*
„ *maxima ſuæ vigilantiæ commendatione, & poſt*
„ *ſexdecim annos regiminis ad ſacerdotium Patavi-*
„ *num translatus, ſacro Cardinalium Collegio ad-*
„ *numeratus à Sixto V. ætatis quinquageſimo nono*
„ *Romæ obiit, ſepultus temporario tumulo in Ec-*
„ *cleſia S. Silveſtri montis Quirinalis, & demum*
„ *translatus ad Cathedralem Patavinam in Sacello*
„ *S. Danielis nobili ſarcophago operitur.* Guerrinus.]

HIE-



LX. VII.

a Laudatur à Calvo in Scena litteraria par.1.p.397 & à Barelo in memoriis PP. Barnab. t.1.p.448.l Mondoſ.

66 HIERONYMUS Ragazonus, a Venetus, Benedicti, & Eliſabeth Ricciæ filius, Patavinæ Academiæ Alumnus, vivaci, & ad virtutem vergenti animo præditus, Romanam coluit aulam Pauli IV. ac Pii IV. Cubicularius, necdum 28. ætatis ſuæ annum attingens Epiſcopus Nazianzenus renunciatus, & coadjutor Franciſchini Epiſcopi Famauguſtani in Cypro datus aſt cum ſpe futuræ conceſſionis, juſſuſque eſt Tridentinum adire Concilium, meruitque ob ejus eximiam eruditionem, ut in Synodi dimiſſione ultima ei demandaretur oratio, quam luculenter habuit ad Patres. Poſt hæc in Cyprum transfretavit, pervenitque ad propria defuncto Franciſchino, dumque Clerum ad normam Concilii inſtituere cœpiſſet, ſenſit Turcarum tyrannidem jam per Regnum debacchantem, ac paulo poſt Famauguſtam ab eorum exercitu vallatam vidit. Qua vero virtute, quo adhortamento obſeſſis populis adjumento fuerit, teſtes ſunt ii, qui de bello Cypri Regni ſcripſere. Ad extremum cum nemo reperiretur, qui ad Remp. Venetam celeri curſu properare auderet ut ſuppetias peteret; ille ut erat ingentis animi vir, nec terrore percuſſus, per mediam Turcarum claſſem tranſiens Venetias incolumem ſe recepit, ſummaque commendatione receptus, auditaque ſubditorum neceſſitate, piique Præſulis hortamento, celeriter auxilium deſtinarunt. Sed dum hæc Venetiis parantur, Famauguſta expugnatur, totumque Regnum in Selimi Turcarum Imper. poteſtatem devenit. A propria ſua deturbatus Eccleſia apud Venetos aliquandiu permanſit; Romam deinde ſe contulit, & à Gregor. XIII. ad Chimaſenſem in Creta Eccleſiam tranſlatus eſt, tum & Apoſtolici Viſitatoris Ravennatenſium, Urbinatenſium, ac Mediolanenſium Archiepiſcopatuum munus demandatum ſuſcepit, perfecitque perbelle ſumma S. Caroli Card. Archiepiſcopi commendatione, adeo ut ad Novarienſem ſuæ Provinciæ vacuam Eccleſiam illum transferendum curaverit. Sed cum obtenti Epiſcopatus, obſtantibus Hiſpanis, adire poſſeſſionem non potuiſſet, Gregorius ad Bergomenſem ea Cornelii dimiſſione eum iterum tranſtulit die 19. Julii 1577. Bergomum pervenit ſummo honore exceptus in Cathedrali ab Antonio Guarnerio canonico, & Marcello Viſcardo eximiis oratoribus tum Latina, tum Etruſca laudatus oratione. Conceptam de ſe expectationem opere & ſermone complevit; Eccleſiaſticam namque diſciplinam à prædeceſſoribus auctam intente ſtuduit conſervare, diœceſim viſitando, Synodos celebrando. Leges, & decreta Tridentini Concilii monuit obſervanda, Epiſcopalia munia cætera indefeſſe explevit; maxime in illo funeſto anno 1580. impuræ luis, pauperibus ſua diſpergendo ejus enituit pietas, cujus hortamento ex voto à Bergomenſibus in Eccleſia S. Mariæ Majoris D. Roccho Confeſſori ſacellum dicatum, & Lazarettum, ut vocant, jamdiu inchoatum abſolutum fuit. Sextæ Synodo Mediolanenſi à S. Carolo celebratæ, tum & transferendis S. Simpliciani, aliorumque ſanctorum lipſanis interfuit. Typis evulgari fecit caſuum conſcientiæ volumen pro Eccleſ. rectoribus ſemel in menſe inter eos diſcutiens Litem inter Abbatiæ Aſtinæ Monachos, populumque Bergomenſem ſedavit. In Sacile nobili ſuæ familiæ Palatio hoſpitio ſuſcepit Mariam Auguſtam Caroli V. filiam, Maximiliani II. uxorem, Rodulphi II. Imp. matrem Luſitaniam petentem. Palatium in Gorno ad honeſtum Epiſcopalis oneris levamen conſtruxit, Epiſcopales ædes, & Cathedralem S. Vincentii exornavit, Canonicoſque SS. Alexandri, & Vincentii diſſidentes compoſuit. Seminarium auxit, inſtituitque ad normam Concilii. Clericos Regulares in urbem recepit, tradita eis Parochiali Eccleſia S. Agathæ, domoque contigua ad Cœnobium ædificandum. Novum Cremenſis Eccleſiæ Epiſcopatum juſſu Gregorii viſit, & non longe ab ea urbe fratrum Capuccinorum Eccleſiam conſecravit. Hæc docet ibidem appoſita inſcriptio.

Eccleſiam hanc in Dei Opt. Max. Seraphicique Patris noſtri S. Franciſci honorem, Hieronymus Ragazonius Bergomi Epiſcopus & Com. Cremæ Viſitator Apoſtolicae permiſſa hortatuque Reverendiſ. ordinarii conſecravit. Nec non eodem ipſo conſecrat. anniverſario die viſitantibus XL. dierum indulgentiam condonavit die 5. Decemb.

MDLXXXII.

Eodem deinceps jubente Gregor. Apoſtolicus Nuncius in Galliam properavit, quo in munere ita ſe geſſit, ut Pontificis, Regiſque Henrici III. gratiam promeruerit. A Rege lilia duo in gentilitio ſtemmate perpetuo ferenda recepit, & Jacobus ejus germanus frater eques auratus creatus, nobili exornatus privilegio, eodemque quippe argumento, quo Philippus, & Maria Anglorum Reges jam pridem eidem Jacobo, & deſcendentibus, promerente Hieronymo, liberaliter contulerant. In Lotharingia Apoſtolici Viſitatoris munus explevit, Pariſiis Capuccinorum, aliorumque ſacravit Eccleſias; ac in illa turbatiſſimi Regni procella innumeros pene adivit labores, ut Regi, Regno, proceribuſque poſtliminatis ſectatoribus pax inde laureata rediret. Cæterum defuncto Gregorio, Sixtus V. illum revocavit ad curiam, ac Pontificii ſacelli aſſiſtentem declaravit, eundemque remiſit ad propria, totoque Sixti Pontificatu ibidem ſumma animi ſui tranquillitate permanſit charus Deo, charus hominibus. Dum vero egregie ſuam adminiſtraret Eccleſiam, iterumque ab Innocentio IX. Gregorii XIV. ſucceſſore ad laborem revocatur urbis Romanæ Cœnobiorum Reformator, & Viſitator declaratus, eodemque in munere à Clemente VIII. confirmatus, cumque in eo aliquot menſes expleſſet ea diſciplina, qua præditus erat, febre correptus, fato functus eſt anno 1592. & in Eccleſia S. Marci in medio pavimenti ſepultus, hoc in marmore legentibus proſtat cœnotaphium.


D. O. M.

Hieronymo Ragazonio Veneto, Epiſcopo Bergomenſi, qui in Concilio Tridentino, plurimis viſitandis Eccleſiis, in Gallia Nuntius à Greg. XIII. miſſus pietatis, doctrinæ, & prudentiæ exempla dedit, dum ſanctimoniales juſſu Clementis VIII. diligenter & ſua cum laude viſitabat, magno cum Pontif. & piorum hominum dolore ex hac vita migravit. Auguſtini Valerii cit. e. Marci amici veteris juſſu hoc monumentum ponitur Vix. ann. LV. M. VIII. D. XIV. Obiit an. MDVIIIC. Non. Mart.

Hieronymi vitam nuper ſcripſit Paulus Bonettus, quam Speculum Prælatorum attitulavit, inſcripſitque Aloyſio Grimano Bergomi Epiſcopo, ut in ea tanquam in luc idiſſimo ſpeculo anteceſſoris virtutes reſpiceret; & qua pietate, quave diſciplina commiſſus grex ſit paſcendus ſucceſſoribus reliquerit Ragazonius, cujus memoria apud poſteros perennabit illuſtris.

(„ *Originarius Bergomenſis habetur, cum frequentiſſimæ habeantur in Civitate, & Diœceſi Ra-*

,, gazoniæ Agnationis Familiæ. Oratio cultiſſima
,, per eum habita in dimiſſione Sacri Concilii Triden-
,, tini, quæ incipit: Audite hæc omnes Gentes,
,, continuata duobus ſucceſſivis diebus, cum epilogo
,, omnium in Concilio decretorum 3 & 4. luce Decem-
,, bris 1563. legitur apud Labbeum tomo 14. folio
,, 1659. Subſcripſit eidem Concilio, tanquam Coad-
,, jutor Famaguſtanus, & Titularis Nazianzenus
,, apud Labbeum f. 631. Quinque Synodos habuit
,, Bergomi, quibus leges novas non edidit, conten-
,, tus obſervantia Tridentini, & Provincialium ſan-
,, ctionum, repetens illud Platonicum: in corru-
,, ptiſſima Republica plurimæ leges, juxta doctri-
,, nam Angelici Doctoris parte 2. quæſt. 107. artic. 4.
,, vocantis tolerabiliorem Judæorum conditionem,
,, quam illius Eccleſiæ, in qua legum parcitas, &
,, moderatio non adſit. In pauperes longimanus ipſa
,, privata Palatii ornamenta diſtraxit. Tabernacu-
,, lum inſigne pretioſo lapide, æreque inaurato in
,, Cathedrali conſtruxit, numerata de ſuo ingenti
,, pecunia. Sacrarium Cathedrale veſtibus auro con-
,, textis pro integro Pontificali ſolemni ornatu &
,, Miniſtrorum concelebrantium ditavit. Organum
,, ampliſſimum, & portam Templi majorem ædifica-
,, vit. Interfuit, & ſubſcripſit quintæ Synodo Pro-
,, vinciali Divi Caroli, & etiam ſextæ annis 1579 &
,, 1582. apud Labbeum tomo 15. f. 705. & 749. Cleri-
,, cos regulares Theatinos in Parochiali Æde S. A-
,, gathæ ad animarum cultum promovendum invita-
,, vit, & fovit, licet operis complementum pertineat
,, ad ſucceſſorem. Obiit Romæ 1592. funus ejuſdem
,, procurante Auguſtino Valerio claræ memoriæ Car-
,, dinali. Guerrinus.)



LX VIII.

67 JOANNES Baptiſta Milanus, a Venetus, Clericorum Regularium Generalis 1. Præpoſitus, defuncto Ragazonio invitus à Clemente VIII. die 8. menſis Aprilis an. 1592. trahitur b ad Bergomenſem Epiſcopatum. Conſumpſerat hic inter ſæculi turbas 47. annos, ac divina inſpiratione ad tranquillum religionis portum evocatus, Clericorum Regularium inſtitutum amplexus, in eo vivendi genere ita præcelluit, ut quartodecimo vix elapſo anno poſt ſuſceptam regularem diſciplinam, in generalibus Comitiis dignus ſit habitus inter cæteros viros prudentia, ac pietate inſignes, ut etiam primus ejus Ordinis Præpoſitus Generalis annuente Sixto V. Pontif. Max. ſumma omnium gratia renunciaretur poſt 64. annum ab Ordinis inſtitutione. Quo in munere ejus ſingularis prudentia, pietas, ac manſuetudo celebris non ſolum apud ſuos, verum etiam apud exteros fuit, adeoque enituit, ut vix quarto ſui regiminis tranſacto anno, dum privatæ vitæ bonum ſedulo meditaretur, poſtulante Rep. Veneta à Pontifice maximo in eximii Epiſcopi prædefuncti loco, dignus dignæ Eccleſiæ conſecratur Epiſcopus. Statim atque ad clavum Eccleſiæ ſedere cœpit, Ragazoni prædeceſſoris ſui veſtigiis inhærens, totis viribus deſudavit, ut Clerus eccleſiaſtica diſciplina, populus Chriſtianis moribus jamdiu eximie imbuti animarentur ad virtutes. Plura pietati, ac religioni proficua conſtituit, nulliuſque rei æque ſtudioſus, quam pauperibus ſublevandæ inopiæ. Recepit, fovitque ſuos Regulares Clericos ad urbis decorem & ſolamen, cæteraſque religioſorum familias benigne fovit. Præfuit laudabiliter annis 19. ſenio feſſus Epiſcopatum libere dimiſit anno 1611, ſibi deinceps vivens, deceſſit optimus Præſul pene capularis ſenex 18. Kal. Quintilis anno 1617. Bergomi, ubi & honorifice terræ parenti in ejus urbis Cathedrali Baſilica redditus cum omnium publico luctu, funebri oratione laudatus à Laurentio Biffo Bergomenſi Clerico regulari viro docto, qui Cœnotaphium hocce eidem inſcripſit ad honorarium tumulum.

a Plura de eo Silos hiſt. Cler. Regul.
Man daſ
b Electus die 28. April. poſſeſſionem inuit per Guillelmum Benonum Bergomenſem Canon. & die 25. Junii circa primam noctis horam ipſe adfuit ſine ulla pompa.

Quiſquis ades Hoſpes, Viator, Civis ac funeream hanc molem contueris atratam, ſplendentem dum vides mærentes animos, beatum animum intellige, hunc laboribus, muneribus egregie perfunctum, haud defunctum æſtimato: Quem e ſenectæ, ac fati cineribus in æviternam vitam Phœnicis in morem vindicatum virtutis Phœnicem Pietas, Juſtitia, Innocentia, Virtus omnis Cœlo evexit: eos Parente, Paſtore, Duce Dulciſſimo, Pientiſſimo, Fortiſſimo orbatos, commiſeratus collachryma, ſic mutata teſſera quæ circum accenſæ ſuſpiciuntur viventibus ſepulchrales mortuo immortales faces collucent. Tu ne propera, ſed gradus ſiſte pius, ac juſta ſolve, bene apprecare, tum felix abito, quiſquis ades. Hoſpes, Viator, Civis D.L.B.B.C.R.M. M.P.D.N.M.Q.E.

In Cathedrali vero ipſa ad lævam hæc ex marmore legitur inſcriptio.

Jo. Baptiſtæ Milano Bergomi Epiſcopo, Qui omnes Paſtoris partes eximia liberalitate cumulavit, ingenti vi auri erogata pro miſſæ ſacr. faciend. Concionibus habendis, piis locis ditandis, Eccleſiis extruendis, igne ſempiterno Deo alendo puellis dotandis. Hoc animi grati monumentum Decur. Decreto P. eſt Anno MDCXV.

Hæc alia item marmorea inſcriptio legentibus proſtat in Eccleſia majoris Xenodochii.

Jo. Baptiſtæ Milano Bergom. Epiſcopo cujus inſignis religio, pietas in pauperes, Eccleſias, piaque loca civitatis, præcipue vero erga Xenodochium hoc pro curandis ægrotis, pro alendis expoſitis, pro dotandis Virginibus ita ſplendeſcunt, ut nulli retro ſecundus, ſucceſſoribus boni Paſtoris exemplar ſe ipſum præbuerit, Præſides hoc grati animi monumentum poſuere Anno ſalut. MDCXVI.

(,, Doctrinæ Chriſtianæ admirabilis Promotor ju-
,, xta Catechiſmum ab Eminentiſſimo Cardinali
,, Roberto Bellarmino formatum, Scholas in omni
,, Parochiali, aliiſque Eccleſiis aggregatas Cathe-
,, drali erexit, impetratis ab Archiconfraternitate
,, Urbis indulgentiarum communicationibus. Plures
,, Synodos convocavit, licèt extent ſolius tertiæ de-
,, creta 4. Septembris 1603. Argenteam ſupellecti-
,, lem Cathedralis tam vivus quam moriens libera-
,, liſſimè amplificavit. Concilio Provinciali Septimo
,, Federici Cardinalis Borromæi, Archiepiſcopi
,, Mediolanenſis ſubſcripſit ad procurandam B. Ca-
,, roli Borromæi Apotheoſim. Clericos Regulares
,, Theatinos in Eccleſia S. Agathæ auctoritate Apoſto-
,, lica ſtabilivit, reſervata penſione librarum octo-
,, centum ad favorem Parochi de Maffeis tunc ejuſ-
,, dem Eccleſiæ titulati anno 1608. per Bullas Pauli
,, Papæ V. Opes Epiſcopi Milani nullum habuerunt
,, hæredem, cum eas in cœleſtes theſauros manus
,, Pauperum deportaſſent; diſperſis Legatis pro con-
,, cionibus habendis, pro Puellis dotandis, pro Fa-
,, brica erigenda novæ Cathedralis, & ætatis ſuæ
,, nonageſimo cum ſanctitatis opinione expiravit,
,, ſepultus deinde Pauperum ejulatu, & totius Urbis
,, mærore in Arca plumbea in Epiſcopali ſepulchro

ante

A

„ *ante Chorum Cathedralis.* Guerrinus.)

LXIX 68 JOANNES Emus, Venetus, præcipua nobilitate familiæ clarus, Bergomenſis Antiſtes declaratur à Paulo V. an. 1611. die 8. *a* menſis Aprilis. Venetiis defunctus eſt anno 1622. *b* („ *Viſitatio-* „ *ni diœceſis incumbens, plures Eccleſias dedicavit.* „ *Studuit unioni, & concordiæ Capitulo Cathedra-* „ *lis neceſſariæ pro litium extinctione, & fabrica* „ *novæ Cathedralis. Bona Epiſcopalis menſæ œco-* „ *nomica cura, & ædificiorum augmento amplifica-* „ *vit. Eccleſiam Cathedralem argenteis pluribus* „ *candelabris ſtemmate ſuo inſignitis, & adhuc ex-* „ *tantibus ornavit. Synodum Diœceſanam utilibus* „ *decretis an. 1613. celebravit. Academiam ex gen-* „ *tilitio titulo Emam in Seminario inſtituit, & libe-* „ *raliter perpetuo cenſu dotavit. Monaſterii Monia-* „ *lium Ord. S. Benedicti cura ſua fundati in Oppido* „ *Gandini Eccleſiam D. Carolo Borromæo dedicavit.* „ Guerrinus.)

a Die 18.

b Die 16. Octob.

B



LXX 69 FEDERICUS Cornelius, *e* Venetus, Apoſtol. Cameræ Clericus, ad hunc thronum evaſit anno 1622. die 20. menſis Martii, quem deinde Urbanus VIII. Pont. Max. meritorum gloria clarum, S. R. E. Presbyt. Cardinalem creavit, tranſtulitque ad Vicentinam Eccleſiam, tum & ad Patavinam, donec Venetiarum dictus eſt Patriarcha, de quo ibi.

(„ *Electus die 20. Martii 1623. adiit Bergomen-* „ *ſem poſſeſſionem 21. Decembris, & die 29. Janua-* „ *rii 1626. Cardinalis creatus Clerum, & Urbem* „ *ſuam decoravit, & deinde Cathedralis ſacrarium* „ *collata multa ſacra ſupellectile; & poſt quadrien-* „ *nalem Epiſcopatum 8. Februarii 1627. translatus* „ *ad Vicentinam Eccleſiam, & deinde Venetum Pa-* „ *triarchatum, Paſtorale onus dimiſit, & in Roma-* „ *na Aula egregiè verſatus ætatis ſeptuageſimo* „ *quarto anno 1653. viam carnis explevit, depoſi-* „ *tus in præclara Capella Divæ Thereſiæ Carmeli-* „ *tarum S. Mariæ de Victoria.* Guerrinus.)

e De quo Oldoinus in Ciaconium to. 4. p. 546.

C



D

LXXI 70 AUGUSTINUS Priolus, Patritius Venetus, Duce Venetiarum patre natus, Matthæi Cardinalis Pauli V. frater, Abbas ſecularis Vangaditiæ, ad hanc ſedem promotus eſt anno 1627. die 8. Februarii. Deceſſit in ſua Vangaditia Abbatia ex contagioſa lue anno 1632. ibidem ſepultus. („ *Die* „ *24. Februarii 1627. poſſeſſionem ſuæ Eccleſiæ cepit* „ *per Procuratorem M. Antonium Capram Vicarium* „ *ſuum deſignatum, & 28. Octobris ejuſdem anni* „ *præſens adfuit curæ Paſtorali ſubeundæ. Die 4.* „ *Maji 1628. & duobus inſequentibus diebus Syno-* „ *dum habuit omnium Bergomenſium ampliſſimam.* „ *Obiit die 4. Octob. 1631.* Guerrinus.)




71 ALOYSIUS Grimanus, Venetus Patritius ſucceſſit Auguſtino, ad eam dignitatem ab Urbano VIII. vocatus anno 1633. *d* die 10. Januarii, cui dicat vitam Hieronymi Ragazonii anteceſſoris ſui Paulus Bonertus. Adhuc vivit. („ *Palatium Epiſ-* „ *copale ornavit, Pulpitum ligneum in Cathedra-* „ *li conſtruxit, duas Synodos habuit, primam 4. Ju-* „ *nii 1636. ſecundam 17. ejuſdem anni 1648. Poda-* „ *gra impeditus multum vacavit ab Epiſcopalibus* „ *functionibus; & anno 1656. cum à pluribus annis* „ *Venetiis moraretur, die 4. Decemb. poſt 23. imple-* „ *tum regiminis annum exceſſit, relicta plurima ſe-* „ *rica ſupellectili ad uſum ſacrarii Cathedralis* „ *Eccleſiæ, & Monaſterii S. Gratæ, ætatis ſuæ ſupra* „ *ſeptuageſimum.* Guerrinus.) LXXII.

d Die 10. Novemb. ... Adis.

72 * GREGORIUS Barbarigus, nobilis Venetus, ſucceſſit Aloyſio die 9. Julii 1657. cujus eximiæ animi dotes maximam apud omnes excitarunt expectationem. LXXIII.

** Ex Append. t. 9.*

A D D I T I O.



(„ *Gregorius II. ex Patritia Veneta Familia Bar-* „ *badica, natus patre Joanne Franciſco Senatore* „ *ampliſſimo anno 1625. adoleſcens apud Aloyſium* „ *Contarenum Oratorem Reipublicæ in tractatu Oſ-* „ *nabrugenſi, & Monaſterienſi rerum publicarum* „ *tyrocinia fecit. Iniit cum Fabio Chiſio Nuncium* „ *Apoſtolicum ibidem agente familiaritatem, à quo* „ *cognitus tanquam natus ad magna pro religione* „ *ſubeunda in ejus animo ſedit. Peragratis an. 1648.* „ *Belgio, & Galliis Canonicus Patavinus factus* „ *Sacræ Militiæ nomen dedit, & ab eodem Chiſio ele-* „ *cto in ſummum Pontificem ſub nomine Alexandri* „ *VII. creatus utriuſque ſignaturæ Referendarius,* „ *& Prælatus Domeſticus, die 9. Julii 1657. ad Ber-* „ *gomenſes Infulas aſſumptus, præſens adfuit die* „ *27. Martii. Erexit in Confeſſione Cathedralis O-* „ *ratorium pro ferventi oratione, & voluntaria fla-*

gellatione Pœnitentium, quo ſingulis diebus Dominicis præmiſſa annorum æternorum ſeria meditatione, corda ad opera pœnitentiæ excitarentur, cui compunctionis exercitio ipſe præſens, & aſſiduus in ætate florenti, mirum eſt, quantam collegerit piorum fructuum ſegetem. Incœpta Urbana viſitatione, eaque per plures menſes promota die 5. Aprilis 1660. S. R. E. Presbyter Cardinalis renunciatus omnium Ordinum feſtivas gratulationes excepit. Nihil tamen Eminentiſſima dignitate elatus Paſtorales labores auxit, adeout in Archivio Epiſcopali numerentur ſex volumina magnæ molis Actorum in viſitatione, & montanæ, & planæ Plebis enucleatiſſima. Die prima Septembris 1660. celebravit Synodum præſentibus, & vocatis nedum Titulatis, prout juris eſt, verum etiam Sacerdotibus omnibus, uno relicto in qualibet Parochia ad miniſteria infirmorum; & non multiplicatis ad animorum gravamen legibus, Sancita prædeceſſorum Antiſtitum unico volumine collecta ſub titulo Actorum Eccleſiæ Bergomenſis impreſſa voluit. Clericalem, & Eccleſiaſticam diſciplinam in veſtibus, tonſura, inceſſu, & moribus adeo excoluit, ut vicinus Clerus Mediolanenſis in Bergomenſi Diœceſi reviviſcentia Divi Caroli tempora ſuſpiceret, & invideret. Seminarii redditus unitis beneficiis auxit. Menſtruis Congregationibus tam urbanis, tum Diœceſanis, ſpiritualibus Divi Ignatii exercitationibus, ac præcipue exemplo ſuo, ſuorumque Aulicorum, quos præcipuo ad normam Conciliorum Provincialium ritu indutos, tonſos, incedentes, & delectos habere ſemper ſtuduit, ad veram pietatem inſtruxit. Eximia liberalitate in pauperes, Paſtoralium concionum frequentia, magna in omnes dignatione factus omnibus omnia, et Clerum, & Populum, & Cives, & Villicos reformavit. Translatus initio Aprilis anno 1664. ad Patavinam Sedem, reliquit Cathedrali Bergomenſi ſerica omnium colorum indumenta pro throno Epiſcopali, & thenſis in Choro erigendis. Sic in Patavino ſolio vixit triginta tribus annis, ut numerum, & exemplum divinæ in carne diſpenſationis imitaretur. Vacante Apoſtolica Sede per obitum Alexandri VIII. Cardinales 30. conſtantiſſimè per quinq; Menſes eum in Cath. Petri exaltandum ſenſere, reclamantibus aliis ob egregiam Barbadici auſteritatem in ſe, & cuſtodiam Canonum ſeveram in aliis, quam dicebant corrupti ſæculi moribus adeo repugnantem, ut turbas excitaturam crederent in Clero, & Aulis Principum, & præcipuè in Regno Galliarum multum Pontificiæ tunc auctoritati detrahente. Mirandum tunc fuit in diuturno Conclavi Barbadici exaltationem in omnium ore verſantem nunquam vel unum verbulum ab ejus humilitate expreſſiſſe, quo ſibi faveret, & ad ſupremam Tiaram viam pararet. De his latiſſime Illuſtriſs. Bataglinus tomo 4. Annalium Sacerdotii anno 1691. n. 4. & anno 1697. n. 8. Defunctus longi Conclavis periculo, reſtitutus ingenti animi ſui exultatione ſedi Patavinæ, quod reliquum vitæ fuit, inauditis eleemoſynarum largitionibus Cleri diſciplinæ propagationi, orationi ſine intermiſſione, corporis ſui ſenilis per opera pœnalia jejunia, & labores viſitationum nunquam emiſſos afflictationi, ſacrorum ſtudiorum in pluribus Seminariis incrementis etiam cum erectione Scholarum Arabicæ, Græcæ, & Hebraicæ linguæ ſic impendere perrexit, & magnis litium verticibus avertendis pro tutela Eccleſiaſticorum jurium ſic inſudavit, ut perpetua paremia profiteri poſſet foris pugnæ intus timores; & ita laudabilem vitam confecit decima octava Julii 1697. tranſiturus ad illam requiem, quam in hæreditate Domini quæſierat; Omnium ordinum ingenti luctu elatus, ſtatim ab obitu omnium vocibus Venerabilis appellatus. De ejus vita, ſanctitate, & heroicis virtutibus in acta publica referendis actum eſt, & primas inſtantias ex juris formula promovit Capitulum Cathedralis Bergomeæ, electis ad deſideratiſſimum opus Johanne Paulo Iuppono Theologo, & Martino Antonio Guerrino Canonicis, accedentibus poſtmodum univerſi Cleri, & Civitatis ſupplicibus poſtulationibus, unde celeri manu in Epiſcopali Curia Bergomenſi conſtructum fuit ingens volumen proceſſuum, & ſubinde in Civitate Paduæ, & aliis locis in quibus aliquando vixit Venerandus Cardinalis; hiſque omnibus ad Curiam Romanam tranſmiſſis, ſpes omnium & votum eſt Sanctæ Sedis decreto decernendum illi tandem eſſe divorum cultum, & futurum ſepulchrum ejus glorioſum.



LXXIV. Tranſlato ad Patavinum Pedum Cardinali Barbadico Alexander VII. Pontifex litteratorum amantiſſimus, ſponſum Eccleſiæ Bergomati deſtinavit DANIELEM Juſtinianum, ex Primicerio Divi Marci, filium Petri, & Familiæ ex atavis Cæſaribus editæ, omni eruditione cultiſſimum, qui poſt Senatoriam dignitatem anno 1664. ſuæ ætatis 48. in Domo Reipublicæ gradibus, & affluentibus opibus undique cumulata, regale Sacerdotium Sæculari pompæ antetulit. Menſam Epiſcopalem ferendis plurium penſionum oneribus imparem, adeo ſua cura, & privato patrimonio erexit, ut nihil deſiderandum reliquerit gregibus pauperum Urbis, & Diœceſis, quos effuſa liberalitate ſemper aluit, parcior nulli, quam ſibi. Perpetuam in Diœceſi ſua reſidentiam adeo rigidè coluit, ut nunquam trimeſtrem abſentiam à Tridentino permiſſam ſibi toleraverit. Seminarii augmentum adeo cordi habuit, ut totus in ejus cura viſus ſit, auditis bis in anno indefeſſa patientia ſingulis cujuſq; claſſis, etiam infimæ Grammaticæ Diſcipulis. Ejuſdem ſeminarii aggregatis beneficiis auxit cenſum, & Fabricam amplificavit, ut numerus quinquaginta Alumnorum ſolitus nutriri, ad centum, & ultra excreverit. Latinæ eloquentiæ ſtudiis Scholam Græcam adjunxit, & quos in ſpem excellentis Litteraturæ adoleſcere agnovit, collatis etiam Eccleſiaſticis titulis ſæpè animavit. Multam pecuniam ærario Veneto contulit in cauſa Belli Sacri in Peloponneſo, & Albania, dum eidem Sereniſſimo Regimini præeſſet Marcus Antonius frater Ducali, & Regia auctus dignitate. Tres Synodos habuit 15. Maii 1668. & 5. Junii 1679. & 3. Aprilis 1687. Opulentiorem Vicentinam ſedem, virtutibus ſuis ab Innocentio XI. oblatam deprecatus eſt. Monaſteria duo S. Petri de Tertio 1676. & Sanctiſſimæ Trinitatis de Serina 1677. pro ſacris Virginibus in Diœceſi erexit. Hujus tempore Capitulum Cathedralis, ſublatis plurium ſæculorum diſſidiis, benedicente Domino, convenit in ſalutari conſilio amplectendæ unionis propoſitæ ſub Præſulatu Joannis Emi, aliquibus immutatis, quam ſolemnibus tabulis die 4. Novembris 1689. juxta conceſſionem Sanctiſſimi Innocentii XI. 2. Junii 1688. cum Epiſcopali Decreto ſancivit, ut in Actis ejuſdem unionis impreſſis eodem anno 1689. Porro Innocentii conceſſionem his verbis conceptam hic referre non pigeat.

Venerabili Fratri Epiſcopo Bergomen. Innocentius Papa XI.

Venerabilis Frater ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Expoſui nobis nuper fecerunt dilecti Filii Capitulum, & Canonici Sanctorum Vincentii, & Alexandri iſtius Eccleſiæ Bergomenſis, quod dudum, videlicet anno ab Incarnatione Dominica tercenteſimo Sancta Mulier Grata in ſummitate montis, vulgo Borgo Canale nuncupato, ejuſdem Civitatis ampliſſimam Eccleſiam conſtruxit, eamque Sancto Alexandro Martyri dedicavit, ac in illa ejuſdem Sancti Alexandri Corpus apud dictam Civitatem in ſumma veneratione habitum reconditum fuit, dictaque Eccleſia ſubinde pro unica Cathedrali reputata, & ſucceſſivè trium dignitatum, & unius ſupra quadraginta Canonicorum Collegio decorata fuit. Poſtmodum anno CMVIII. Adalbertus de Carimalis memoratæ Civitatis Epiſcopus, ad preces Berengarii ſenioris, dum vivit, Italiæ Regis aliam Eccleſiam, quæ tunc Sanctæ Agneti Martyri dicata reperiebatur, in honorem Sancti Vincentii Martyris, quem idem Berengarius præcipuo cultu proſequebatur, conſecravit, illamque utpotè in medio Civitatis extructam, adeoque functionibus Epiſcopalibus peragendis opportuniorem primo dictæ antiquæ Eccleſiæ Sancti Alexandri, e qua ad dictam novam Cathedralem Archidiaconum, Archipresbyterum, & vigintiquatuor Canonicos tranſtulerat, Concathedralem declaravit, atque ex diviſione hujuſmodi innumera diſſidia, & plures lites ortum habuere, in quibus tamen procerto ſemper, & incontroverſo habitum fuit, Eccleſiam Cathedralem Bergomen. duabus quidem materialibus Eccleſiis, ſed unico tamen Capitulo conſtare. Subinde vero anno MDLXI. cum Venetæ Reipublicæ juſſu Civitas prædicta novis, firmioribuſque munimentis cingeretur, prædicta antiqua Sancti Alexandri Cathedralis Eccleſia demolita fuit, eaque de cauſa dictæ Eccleſiæ Canonici inde memorati Sancti Alexandri, aliorumque Sanctorum Corpora ad quamdam Capellam alterius Concathedralis Eccleſiæ Sancti Vincentii tranſtulerunt, inita cum ſecundo dictæ Eccleſiæ Canonicis conventione, ut una cum eis in eodem choro reſiderent, ea tamen lege, ut inde diſcedere, & ſacra ipſorum ſupellectilia, dictaque Sanctorum Corpora, quoties ipſis viſum fuiſſet, vel novam Eccleſiam in honorem Sancti Alexandri Martyris prædicti conſtruxiſſent, ſive elegiſſent, ſecum aſportare poſſent, ac cum pactis, & conditionibus hujuſmodi, utriuſque Cleri impermixto cenſu manente ex tunc uſque in præſens, non tamen abſque continuis diſcordiis, & innumeris litibus, continuarunt. Porrò ad illas omninò ſedandas, & ad pacem firmiter tandem inter eos ſtabiliendam quatenus ad id noſter, & Sedis Apoſtolicæ aſſenſus accederet, ad quandam tranſactionem, ſeu concordiam devenire decreverunt cum diverſis pactis, & conditionibus contentis, & inſertis in actu Capitulari deſuper confecto tenoris, qui ſequitur, vid. In Chriſti Nomine Amen. Die 18. Auguſti 1687. Indict. X. Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri D. Innocentii Divina Providentia Papæ XI. anno XI. In Capitulo Generali Cathedralis Eccl. Bergomen. intimato legitimè, & congregato, loco, & hora ſolitis, & conſuetis à Reverendiſſimo D. Com. Joanne Baptiſta Vertua I.V.D. Præpoſito Cathedralis, ad quem de jure, & conſuetudine præſens convocatio pertinet, vacante Archidiaconatu, ut conſtat ex mandato, & relationibus Cuſtodum, ut in actis, in quo aderant infraſcripti Reverendiſſimi Domini, qui ſunt, & repræſentant integrum Generale Capitulum D.D. Prælatorum, & Canonicorum hujus Cathedralis, videlicet.

Jo: Baptiſta Vertua I.V.D. Com. Præpoſitus.
Jacobus Mutius I.V.D.
Antonius Maria Morus S.T. & I.V.D.
Angelicus Mapellus Coad. D. Antonii Minoli.
Petrus Morandus I.V.D.
Gotifredus Beſius.
Hieronymus Medolacus.
Ludovicus Alexandrius S.T.D. Procur. etiam D. Julii Cæſaris Furietti pro ut de mandato ego Cancell. rogatus fui.
Franciſcus Scottus.
Thomas Vacius.
Camillus Fuginellus.
Guardinus Colleo Com.
Com. Vincentius Barzizia.
Petrus Banniatus I.V.D.
Franciſcus Vecchius.
Defendus Vecchius I.V.D.
Camillus Alexandrius.
Ezechiel Soltia Marchio.
Julius Alexandrius I.V.D. Procurator etiam D.D. Antonii Griſmundi, & Petri Negroni I.V.D.
Antonius Maria Albanus Com. Primicerius.
Andreas Præzatus I.V.D.
Leonardus Medolacus.
Petrus Pranchettus I.V.D. Coad. D. Jacobi Franchetti.
Alexander Gallicìolus.
Bernardinus Rota Coad. D. Co. Jo: Bapt. Gromuli.
Jo: Jacobus Pezzolus.
Torquatus Albanus.
Hieronym. Mutius S.T.D. Pœnitentiarius.
Martinus Vertua Com. S.T.D.
Pompilius Abbas Co. Pellicìolus S.T. & I.V.D.
Sigiſmundus Tominus S.T. & I.V.D.
Franciſcus Michael Cararia.
Io: Baptiſta Taſſus.
Io: Paulus Cabrinus I.V.D.
Martinus Ant. Guerrinus. S.T., & I.V.D.
Io: Paulus Lupponus Theol.
Franciſcus Vaſſellinus de Mutiis I.V.D. Procur. etiam D. Io: Pauli Sant'Andreæ, & D. Io: Baptiſtæ Mojoli I.V.D. Archipresb.

Conſideratum fuit, quod maxima ſicut ſanctitatis, & beneficentiæ erga Civitatem iſtam Bergomen. Divi Alexandri Thebei merita extiterunt, ita ſemper præ mentis oculis habita, & grati animi meditatione perpenſa fuere; Hic enim Chriſtianam fidem à Divo Barnaba Apoſtolo in hac Urbe primum ſatam, verum temporum, hominumque injuria areſcentem, ac penè intermortuam prædicatione, & exemplo iterum excitavit, & Martyrii palma decoratus proprio ſanguine irrigavit, ſuiſque mortalitatis ſpoliis relictis nunquam deſiit dilectiſſimam ſibi, ac commendatiſſimam Civitatem novis favoribus, ac beneficiis in dies cumulare, inter quæ illud, & præcipuè cunctis recolendum temporibus, quod Patriam hanc dura obſidione preſſam ab extremi excidii periculo hoſtium duci apparens liberavit. Pro quibus tot tantiſque beneficiis, ut gratæ pietatis teſtimonia Patrono glorioſiſſimo pro viribus rependantur, prout & civium univerſorum vota jam diu expoſcunt, optimum viſum fuit auguſtiori, & ſplendidiori ſpecie Cathed. Templum erigere, idque uni S. Alexandro Patrono optimè merito dicare, & inaugurare. Quod quidem laudabile deſiderium impediri perpenſum fuit variis de cauſis tum antiquis, tum recentibus, & præſertim ſtantibus duabus Congregationibus Canonicorum, quæ diviſo Eccleſiaſtico Patrimonio, & ejuſdem regimine, & titulo in partes Capitulum Generale ſejungunt. Hac de cauſa habita oratione de more, matura deliberatione præmiſſa, ad Dei gloriam, & honorem, ad Civitatis ornamentum, ad omnium bonorum vota, ad Canonicorum quietem poſita fuit pars ſupprimendi duas antiquas Congregationes, uniendi Patrimonium, mobilia omnia, jura Capellarum, ac Titulorum inſtitutiones, jurapatronatus, privilegia, redditus Altarium, & omnium fabricarum, juriſdictiones, & prærogativas, & omnes

,, *Domos Canonicales juxta inſtrumenti tenorem editi cum Decreto Illuſtriſſimi D. Ordinarii an. 1614. die 26. Martii, cum additionibus, & mutationibus juxta formam, & modum ſequentem, ita ut præſenti deliberatione, obtento Sanctæ Sedis beneplacito, nec non verificatis conditionibus, de quibus infrà, & in ſequenti inſtrumento, intelligatur ſuppreſſus titulus Sancti Vincentii, & denominetur tum Capitulum, tum Eccleſia Cathedralis ſive antiqua hæc, ſive nova conſtruenda, verificatis conditionibus infraſcriptis ſub titulo unico ſolius S. Alexandri Majoris, & non aliter, nec alio modo, cum promiſſione, & obligatione Reverendiſſimorum Dominorum Prælatorum, & Canonicorum ſtipulandi ſolemniter in Capitulo Generali dictum præſens inſtrumentum juxta minutæ tenorem, & formulam ſequentem, obtento tamen prius, & præſentato actualiter in Generali Capitulo beneplacito Apoſtolico in autentica forma ſuper capitibus minutæ infraſcripti Inſtrumenti de ſuppreſſione Cathedralitatis tituli Sancti Vincentii, & intitulatione ſolius S. Alexandri in unicam Cathedralem Civitatis Bergomi. Item exhibito prius conſenſu in ſcriptis Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Domini Epiſcopi, & Nobilium Deputatorum ad fabricam, nec non facta prius conſtructione totius Chori novi per brachium ſupra ſolum æqualiter elevata pecuniis Montis fabricæ hujus Civitatis, quibus præmiſſis, & exequutis, & non aliter, immediatè procedatur ad minutæ ſequentis inſtrumenti ſtipulationem, expreſſa conditione, quod eadem ipſa die, qua fiet ſtipulatio, fiat etiam intitulatio, & conſecratio hujus Cathedralis ſub invocatione ſolius S. Alexandri, ita ut ſi hæc tria, videlicet ſtipulatio, intitulatio, & conſecratio non ſequantur eadem die, ipſa ſtipulatio ſit, & intelligatur nullius effectus, roboris, vel momenti, & dictis tribus eadem die ſequutis intelligatur facta, & conſummata Unio integra maſſarum, & menſarum juxta tenorem ſequentis minutæ, & ſuppreſſæ intelligantur unico contextu particulares Congregationes tam S. Vincentii, quam S. Alexandri, ita ut in omnibus, & per omnia Prælati, & Canonici utriuſque dictarum Congregationum ſint unicum Capitulum cum unica Eccleſia, & unico Patrimonio ſub titulo ſolius Sancti Alexandri, prout fuit ante Epiſc. Adalbertum Carimalum. Verum, quia pendente conditione fabricæ fundamentorum novi Chori ante conſummationem unionis maſſarum, & menſarum erunt diruendæ aonnullæ Domus Canonicales, ideo ne alicujus præjudicium ſequatur, ſtatuitur, quod annis ſingulis affictus domorum diruendarum contribuatur illis Canonicis Sancti Vincentii, in quorum detrimentum fiet ipſa dirutio ex redditibus fabricæ Sancti Vincentii, donec, & quouſque fuerit ſtipulatum ſequens inſtrumentum, & eadem die ſequetur unio, & confuſio maſſarum, & menſarum, quibus ſequutis omnes affictus prædicti finiti, & extincti intelligantur. Cæteræ autem Domus Canonicales, nulla excepta conferantur die ſupradicta ſequuta intitulatione, & conſecratione in unicam maſſam, & menſam communem omnibus Prælatis, & Canonicis; quod ſi domus illa, quam tenebat Dominus Archidiaconus, & modo titulo optionis tenet D. Archipresbiter prætenſa fuerit inoptabilis, & inſeparabilis ab Archidiaconatu, teneatur Congregatio Sancti Vincentii propriis expenſis ante ſequutam unionem in judicio, & extra ſe opponere Archidiacono, & in caſu, quo declaretur, & judicetur ipſam eſſe inoptabilem, tunc ſubſequente poſtea unione Archidiaconus participare non poſſit ex maſſa reliquarum domorum, quæ communes remanebunt D.D. Præpoſito, Archipresbytero, & aliis omnibus Canonicis, ſolo excepto Archidiacono, modo, & forma, prout continetur in Cap. ii. ſequentis Inſtrumenti. Quæ quidem omnia, & ſingula ſic ut ſuprapoſitis conditionibus contenta omnes D. D. Prælati, & Canonici Eccleſiæ Bergomen. nomi-*

A ,, *ne ſuo, & ſucceſſorum promittant, & promiſiſſe intelligantur per partis præſentis acceptationem modo occultis ſuffragiis faciendam ſub ſtrictioribus vinculis executivis perpetuis futuris temporibus grata, rata, firma, & ſtabilia habituros, eaque inviolabiliter ſibi viciſſim obſervaturos, & executuros, neque ullo unquam tempore contraventuros, tam conjunctim, quam diviſim directè vel indirectè per ſe, vel alium, ſeu alios in judicio, vel extra omni, & quacunque facti, & juris exceptione, oppoſitione, & cautela penitus remotis, & excluſis, renuntiantes, &c. ſub pœna omnis damni, expenſarum, & intereſſe, etiam in ampliori forma Cameræ Apoſtolicæ extendenda omni meliori modo, &c. & pro omnium prædictorum conſecutione, & executione eligantur quatuor Deputati, duo videlicet pro qualibet Congregatione, ad hoc ut impetrent beneplacitum Apoſtolicum ſuper omnibus capitibus ſequentis minutæ ſtipulandæ tempore quo ſupra, & ſucceſſivè executioni mandandæ per Capitulum. Item cum facultate prædictis D.D. Deputatis attributa petendi, & impetrandi conſenſum Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Domini Epiſcopi noſtri in ſcriptis, & Nob. D. D. Deputatorum ad Montem fabricæ Illuſtriſſimæ Civitatis, taleſque conſenſus, unacum Beneplacito Apoſtolico præſentandi in Capitulo Generali, ad hoc ut ſervatis ſervandis procedatur ad actualem inchoationem, & proſequutionem fabricæ ſupradictæ, cum opportunis facultatibus agendi, & expendendi ex redditibus utriuſque Congregationis æqualiter, nec non conſtituendi idoneum Procuratorem, etiam cum facultate ſubſtituendi ad porrigendam ſupplicationem Sanctiſſimo. & ubicunque opus fuerit ſuper prædictis eo modo quo fuerit neceſſarium, & opportunum. Tenor minutæ inſtrumenti eſt ut ſequitur. In Nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti, & ejuſdem intemeratæ Genitricis. Amen. Catholica fides ab ipſo naſcentis Eccleſiæ primordio in hac Bergomenſi Civitate, &c.*

C ,, Sequitur per extenſum tenor minutæ Inſtrumenti Unionis ſtipulandi per Capitulum pro ut ſtipulatum fuit, modo, & forma, & verbis in ipſo Brevi regiſtratis, & inſertis pro ut ſolio 30. & ſequentibus legitur. Qua minuta, & formula finita, Breve Apoſtolicum ſic proſequitur.

,, *Hic cadunt ſolemnia publicationis faciendæ in actis Notariorum poſt obtentam licentiam, ſive Beneplacitum Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, ſic contrahendi, uniendi, & concordandi, & poſt verificatas conditiones, de quibus in parte Reverendiſſimi Capituli præſenti, Quæ pars præſens cum toto præmiſſi inſtrumenti minutæ tenore bene audito, & perpenſo, datis ſuffragiis habuit vota favorabilia omnia. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat præmiſſa in majus Dei ſervitium, ac exponentium tranquillitatem, Domino benedicente ceſſura ſint, nobis propterea exponentes prædicti humiliter ſupplicari fecerunt, ut ſibi in eiſdem præmiſſis opportunè providere de benignitate Apo-*

D *ſtolica dignaremur; Nos igitur ipſos exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium tantum conſequendum harũ ſerie abſolventes, & abſolutas fore conſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati de Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum conſilio Fraternitati tuæ per præſentes committimus, & mandamus, ut veris exiſtentibus narratis, & poſtquam compereris, tranſactionem hujuſmodi in evidentem Eccleſiæ utilitatem fore ceſſuram, eiſdem exponentibus petitam facultatem tranſigendi cum pactis, & conditionibus ſupra expreſſis auctoritate noſtra Apoſtolica, pro tuo arbitrio, & conſcientia gratis im-*


per-

perciaris, itatamen, ut in quinto ex ſupraſcriptis ineundæ concordiæ Capitulis addatur clauſula, ſine præjudicio tertii, & præcipuè Patronorum, in ſeptimo autem, ubi agitur de Officio Sancti Vincentii celebrando addatur clauſula, ſi & quatenus à S. Sede legitimam de ſuper habeant facultatem, & demum in nono addatur clauſula, dummodo Statuta, & ſervitium Chori Sacris Canonibus, & Concilii Tridentini Decretis non adverſentur, ac ſalva ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium, non obſtantibus, quatenus opus ſit, felicis recordationis Pauli II., & aliorum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum de rebus Eccleſiæ non alienandis, aliiſque conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non prædictarũ Eccleſiarum etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus. privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis, quibus Ordinibus, & Statutis, illorum tenores præſentibus proplenè, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Dat. Romæ apud S. M. Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die II. Julii M. DC. LXXXVIII. Pontificatus Noſtri Anno XII.

Locus ſigilli Anuli piſcatoris in Cera rubea.

I. F. Albanus.

Hinc emerſit ampliſſima renovatio Cathedralis ſub unico titulo S. Alexandri Martyris dicatæ, cui multa millia nummorum contulit ipſe Iuſtinianus Epiſcopus, & perpetuum impoſitum fuit ſilentium Auctori noſtro Ughello, qui ſuprà ſub Epiſcopo Gregorio primo n. 33. de unionis deſperatione ſcripſerat. Canonici Bergomenſes laborabunt ad noſtra uſque tempora in vanitatibus ſuis. *Vidit ævo ſuo laudatiſſimus Præſul florentem pacem, & novæ Cathedralis maximum incrementum, donec die 11. Ianuarii 1697. hora 13. octuageſimo anno ſuperato placidiſſimè obiit, tumulatus in Cathedrali, præſidente Officio funebri Marco Antonio Zollio Bergomenſi, Cremenſis Urbis Epiſcopo, quem vicinior in Veneta ditione Comprovincialis Brixienſis Antiſtes Bartholomæus Gradonicus tunc ægritudine detentus delegarat.*



LXXV. *Longa ſucceſſit vacatio uſque ad diem 2. Novembris 1697. quâ Innocentius XII. Epiſcopum dedit* Aloyſium *Ruzinum ex Primicerio Ducalis Eccleſiæ S. Marci, conſecratum die 2. Februarii 1698. & poſſeſſionem cepit per Procuratorem die 8. Martii, dieque 5. Junii 1698. Civitatem ingreſſus eſt, ſecum deferens impetratum à S. Sede privilegium quotidianum, & perpetuum pro defunctis in Capella Cathedralis Eccleſiæ. Is natus Marco Divi Marci Procuratore, in ætate vix quadragenaria cœpit magno niſu grandia deſiderare, & agere. Laborioſam montanæ diœceſis viſitationem, rei Seminarienſis curam, Congregationum Menſualium pro quæſtionum diſputatione diligentiſſimum uſum, Confeſſariorum ſæcularium, & regularium examen, pauperum, & mendicantiũ irregularium alimoniam, puellarum periclitantium ſubſidium, exercitiorum ſpiritualium frequentiam indefeſſo ſtudio promovit. Seminarii ædes adjuncta vicina ampla Domo adeò dilatavit, ut pro additis ab eo Theologiæ, & Philoſophiæ, & Juris Cathedris, & Lectoribus ſufficerent. Aram maximam Cathedralis conſecravit translatis ad eam ſolemni celebritate Arca titularis S. Alexandri, aliorumque Sanctorum Bergomenſium corporibus, & ſtatuto anniverſario Officio translationis, decreto S. Congregationis Rituum 4. Aprilis 1705. Ad Chriſtianam perfectionem in dies magis anhelans, conſummatus in brevi implevit tempora multa, & poſt decimum regiminis annum die 18. Martii 1703. in pervigilio S. Joſeph hora 23. clauſit dies ſuos, die Dominica incidente 4. Quadrageſimæ, quam ſperamus verè inveniſſe Dominicam LÆTARE. Adſtitit animam agenti Eminentiſſimus Cardinalis Brixienſis Epiſcopus Johannes Baduarius, qui etiam ſolemni ſacro die 21. Martii juſta perſolvit; & peractis omnium Ordinum mœrore ſupremi funeris Officiis, in Epiſcopali Cathedralis ſepulchro conditus eſt, ſupremis Tabulis eidem Eccleſiæ legatis magni pretii Pontificalibus pluribus indumentis, & Sanctiſſimæ Crucis fruſto in Theca argentea, & unius Martyris corpore in Arca chryſtallina argenteis bracteis ornata. De ejus Vita, & morte cum egregiæ pietatis opinione, luculenter, & piè ſcripſit Auctor nobilis ex Societate Jeſu, & impreſſit Mediolani anno 1712. eamque nuncupavit Eminentiſſimo Cardinali Baduario P. Iohannes Ambroſius Gallaratus celeberrimus ejuſdem ſemper inſignis Societatis Eccleſiaſtes, & animorum perpetuus Venator.*



Non eſt paſſus Pontifex Summus Clemens XI. Bergomenſem Eccleſiam diù Paſtore viduatam, ſed Aprilis proximè ſequenti 1708. ex ſacro Collegio Sponſum ſelegit Eminentiſs. PETRUM *Priolum Diaconum Cardinalem S. Adriani, natum 14. Martii 1669. ex præclara, & vetuſta familia Venetæ Reipublicæ, ex qua tres ad ſupremam Ducalem Regiam dignitatem aſcendere, & totidem ad Romanæ purpuræ honorem, complures vero Procuratorio murice, ſenatorio gradu, aliiſque præcipuis Reipublicæ muneribus inſigniti fuerunt. Patrem habuit Aloyſium, matrem verò Victoriam, Sanctiſſimi Alexandri VIII. Neptem, matronam ſelectiſſimam die 17. Maii 1706. cum præclara laudis præfatione ab eodem ſummo Pontifice ampliſſimo Cardinalium Ordini florente ætate adſcriptus fuerat, quem deindè vel reluctantem, humiliter tamen parentem, inſuetâ, & ſingulari dignatione, in Baſilica Liberiana, die prima Julii 1708. Epiſcopum conſecravit. Poſſeſſione per Procuratorem capta, ipſe præſens ſtatim bono Epiſcopatus operi, quod tamen non deſideraverat, ſedulò ſtrenuam manum admovit. Urbis, & Diœceſis aſſumpta viſitatione exactiſſima, Chriſtianam Catecheſim in Parœciis ſingulis exegit, & promo-* LXXVI.

vit.

„ vit. Eccleſiarum, earumque ſupellectilis nitorem, & Eccleſiaſticam diſciplinam enixè commendavit. Examinibus Parochorum, Ordinandorum, Confeſſariorum perpetuus Præſidens, moleſtiſſimam curam nunquam dimiſit. Menſæ bona, additis magno impendio ædificiis, amplificavit. Vaſa argentea pretii plurium millium Ducatorum Sacro bello contra Turcas contulit, ſpoliata ſuæ Capellæ, & Menſæ ſupellectile, imitatus antiquos Patres, qui pro redimendis captivis vaſa etiam ſacra conflare docuerunt. Penſionum licet plurium onera ſuſtineret, pauperibus ſubvenire ſolemne habuit, numerata etiam de proprio pecunia pro expediendis in Dataria diſpenſationibus inter conjunctos pauperes, luxurioſe peſſimo exemplo viventes. In ipſos ſibi Adverſarios, & offenſores comis, & beneficus, charitatem aquis multis non extingui ſæpè docuit. In concionibus habendis eloquens, & efficax, ex Theologico argumentata depromit Armamentario, clarè, & ad populi captum dilucidè propoſita, tam in Scholaſtica facultate, quam in Juris utriuſque controverſiis ſtudioſe verſatus. Acceſſum facilem tam Nobilibus, quam Plebi, ſingulari humanitate præbet. Servent diu Superi incolumem Eminentiſſimum Paſtorem, ad majus in dies Eccleſiæ ſuæ incrementum, ac decus. Guerrinus.)

BRIXIENSES

EPISCOPI.



APUD noſtros Italos antiquitas Brixiana vulgo jactatur, tanquam illius nobiliſſimæ Inſubriæ Civitatis primordia omnem hominum memoriam videantur ſuperare. Narrat Livius lib. 5. Cœnomanos Gallos illam ædificaſſe, cumque aliis, qui Livianæ accedunt ſententiæ, Baptiſta nobilis Poeta Mantuanus, ſe conſentire iis carminibus faſſus eſt.

Brixia magnorum genitrix animoſa virorum,
Gallia ſeu genuit, ſeu te Germania mater.
Nam genus abſcondit tenebris adepta vetuſtas.
Tu Cœnomanorum quondam Regia fuiſti.
Vive diu Veneti ſub majeſtate Senatus,
Atque age ſub divo placidiſſima tempora Marco.

D Nonnulli in Brixiana ſcribenda hiſtoria ita fabuloſe ſe geſſerunt, ut inde vel certiſſimis rebus videantur detrahere fidem, quorum cum ego nænias cum cordatiſſimis auctoribus devoviſſem, Livianæ, Mantuanæque libenter ſubſcribo ſententiæ, Brixiam ſcilicet vel Cœnomanos Gallos, vel antiquos Germanos ædificaſſe, quorum aliquando caput fuiſſe narratur. Illud conſtat, antiquiſſimam eſſe, quiſquis tandem fuerit, qui tantæ molis condiderit Urbem. Illius meminit præter Livium, Ptolomæus, Plinius, Strabo, Catullus, Trogus, Antiquæ inſcriptiones. Recentiorum autem propemodum innumerabiles. Sita eſt ad radices Montis, qui fluvio Melæ prominet (1), ut cecinit Catullus.

Flavus, quam molli percurrit Flumine Melæ
Brixia, Veronæ mater amata meæ.

A *O dulci jucunda viro, jucunda parenti*
Salve, teque bona Iuppiter auctet ope.

Brixia merito in ſpectabilibus, viſendiſque Inſubriæ Civitatibus numeratur, quam tum publica, tum privata ſuperbiſſima ædificia exornant, atque ad triginta millia mortalium complent. In quibus quamplures ex opulenta antiquitate generoſæ familiæ ſplendent, immortalis nominis virorum feraces. Sicut haud ex vano Reipublicæ Venetæ ſponſa diu videatur, ſub cujus poteſtate, armiſque antiquam ſuam dignitatem tuetur, ac promovet. Romanis ſemper fideliſſime paruit, præcipue vero, cum Annibal illos fregit ad Trebiam, illamque Pompejus Strabo coloniam Romanorum fecit an. 665. cum aliis Tranſpadanis civitatibus, atque à Cæſare Dictatore Romana civilitate donata fuit: ſub iiſdem deinde floruit, qua armis, qua opibus uſque ad declinationem Romani Imperii. Sub Radagiſio Gothorum, ac deinceps ſub Attila Hunnorum Regibus miſerabile excidium paſſa fuit. Martiano

B Imperatore jubente, quaſi urbs nova ſtetit anno 452. Longobardorum deinde jugum accepit, donec Carolus Magnus, Deſiderio poſtremo Rege Longobardorum capto Gallicæ illam juriſdictionis fecit. Otho Saxonus Imperator, ſub tutela Romani Imperii Brixiam in libertatem aſſeruit; tametſi poſtea Henricus VI. ſuperiorum Cæſarum contemptis privilegiis, illam exuendam muris cenſuit. Nec leviores calamitates perpeſſa eſt ſub Ghibellinorum Guelphorumque internecino bello decertantibus factionibus. Quæ cum detonuiſſent, plures tamen Brixianæ libertati inſidiarunt Tyranni. Siquidem Scaligeri Veronenſes primum, mox & Mediolanenſes Vicecomites illius imperium arripuerunt, quorum poſtremi adeo tyrannica ſævitia Brixiæ cuncta turbarunt, ut ad Veneti Senatus tranquilliſſimum portum confugere ſit conata. Sub eo floruit, floretque adhuc aucta monumentis, ac opibus, artibuſque tum belli, tum pacis nobilioribus. Tam Brixiæ, quam per ejuſdem late agrum antiquæ ſta-

C tuæ, inſcriptiones, jucundaque præteritorum ſæculorum monumenta ſpectantur. Incolæ perſpicaci ingenio ſunt, præditique nobili indole, quorum in omni memoria extitere præclariſſima facta, quorum emerita elogia pergrandi volumine doctiſſimus Octavius Rubeus amplexus eſt ſubſecuturis ſeculis profutura. Territorium feraciſſimum habet, oppidis frequens, rerumque ubertate, & copia ad vitæ uſum inſtructiſſimum. Ut autem Brixia antiquiſſima eſt, ſic & antiquitus hauſit Chriſtiana Sacra à Chriſti Domini diſcipulis; tametſi haud ſatis inter ſcriptores conſtet, an Apollinaris primus, an S. Anathalonus, S. Barnabæ Apoſtoli alumnus illis Evangelium ſparſerit. Qui Anathalonum exiſtimant fuiſſe primum, haud inſulſa conjectura utuntur. Primum enim Epiſcopus Mediolanenſis poſt Barnabam Apoſtolum deſignatus fuit, ſed tulit deinde occaſio per Inſubriam latius ſpargendi Evangelium, ut Brixiæ à S. Barnaba primus inſtitueretur Antiſtes. Quo prædicante, cum Chriſtiana

fides illic altas radices egiſſet, plures deinde martyres, ſanguine profuſo illam ſtabilierunt, Idololatria deleta ad æternitatem. Poteſique vel ex eo ſuper omnes alias Eccleſias Brixia felix videri, quod poſt S. Anathalonum, per plura ſæcula à ſanctis Epiſcopis meruerit adminiſtrari. Hæc autem nobiliſſima Eccleſia jam inde à ſuo ortu Mediolanenſis ſuffraganea fuit, eidemque innumera propemodum Reges, ac Cæſares Privilegia contulerunt. Titulis ducis vallis Camonicæ, Marchionis Riperiæ Benacenſis, comitiſque Balneoli decoratur Epiſcopus, quæ loca priſcis ſæculis Brixienſis Eccleſiæ temporali dominio ſubjecta erant. Quibus in locis hoc tempore nullam temporalem retinet poteſtatem, dignitatis tamen inſignia adhuc tuetur, titulos ſcilicet prædictos, vexillumque ſericum purpureum, quod in publicis ſupplicationibus ipſi præfertur:

(1) Plura errata uno in loco, tum quoad montem urbi propinquum, qui nec Melæ, nec Meloni prominet, tum quoad fluvii nomen, qui non *Mela*, ſed *Melo*, hic enim urbem alluit, non alter. Vide Capreol. l. 1. hiſt. Brix. Illud, *O dulci jucunda Viro &c.* nullo modo ad urbem ſpectat, ſed ad impudicæ januam, de qua Catullus: *Galeardus*.

tur: habet nunc feuda multa, pro quibus ei laudemia ſolvuntur. Ex quibus, atque adeo ex bonis allodialibus colliguntur annui redditus menſæ Epiſcopalis ad ſummam aureorum ſex millium. Divos tutelares colit SS. Fauſtinum, & Jovitam, quibus dicatum eſt inſigne templum, & Cœnobium Ord. S. Benedicti invidioſis divitiis dotatum. Horum ſacra lipſana celebri in arca marmorea, ſuper altari majori ejuſdem templi, ære civitatis extructa, figuriſque ornata aſſervantur. Cathedralis Deiparæ Virgini in Cœlum Aſſumptæ ſacrata, antiquæ architecturæ eſt, ſed elegantiæ, venuſtatiſque eximiæ. Sex dignitatibus nobilitatur, Archidiaconatu, quæ primam ſedem poſt Pontificalem habet, Archipresbyteratu, Præpoſitura, Vicedominatu, Cantoratu, & Decanatu cum decem & ſeptem Canonicis. Pœnitentiali, ac Theologali gandet præbendis, cum ſex Manſionariis, undecim Capellanis, centumque quinquaginta aliis promiſcue clericis, qui ibi die noctuque promovent divinum obſequium. Munere ibi curati perſungitur Archipresbyter, Capitulum ſoli canonici conſtituunt. Vacantes autem canonicatus per capituli electionem accedente Epiſcopi confirmatione conferuntur præter Theologalem, & Pœnitentialem præbendam, quarum collatio ad Epiſcopum ſpectat. Habet etiam capitulum aliorum quorumdam beneficiorum collationem, & canonicatus diſtributi ſunt in novem ſacerdotales, quatuor diaconales, reliquoſque ſubdiaconales. Ex Manſionariis duo dumtaxat honorabiles nuncupantur, omnes tamen almutiarum uſu condecorati ſunt. Ex Capellanis undecim tantum participes ſunt diſtributionum quotidianarum, quatuor vero ſunt amovibiles ad Capituli nutum, omnes tamen tenentur reſidere, & divinis officiis intereſſe, miſſaſque ſtatis diebus celebrare. Cathedralis ſacrarium vaſis ſacris, & argenteis ſatis abunda refertum eſt. Hic honorifice aſſervantur corpora SS. Anathalonis primi hujus Sedis Epiſcopi, Philaſtrii, & aliorum ſanctorum Brixienſium Præſulum: ſed inter plures inſigneſque reliquias, quæ in hac conduntur Eccleſia, colitur in primis Crux aurea, Flamma nuncupata, ex ſanctiſſimo Crucis ligno compacta, ut antiquiſſimis publicis documentis traditur, quæ à Magno Conſtantino Imperatore ad ſimilitudinem ſigni, in quo victor futurus erat, de cœlo oſtenſi, poſt victoriam conſtructa, à Magno deinde Carolo civitati Brixienſi dono data perhibetur.

In ipſa vero civitate præter Cathedralem, Parochiales Eccleſiæ duodecim *a* ſunt, quarum ſex à presbyteris ſæcularibus, reliquæ à regularibus reguntur. Harum vero longe nobiliſſima eſt Eccleſia SS. Nazarii, & Celſi, quæ numeroſo clero prædita, uſque Pontificalium ſolemnioribus diebus decorata, plurimum tamen in divinorum celebratione officiorum detrimenti percipit, quod nondum exploratum eſt, *b* an collegiata ſit. Virorum Cœnobia diverſorum Ordinum ſexdecim, ſanctimonialium quatuordecim, quorum longe celeberrimum eſt, quod B. Juliæ Chriſti martyri à Fl. Deſiderio Longobardorum Rege pro Anſilperga filia Abbatiſſa conditum regiis opibus ſuffultum, ac privilegiis ampliſſimis decoratum fuit, in quo ſub regula S. Benedicti, & monachorum Caſinenſium regimine hoc etiam tempore Virgines moniales fere ducentæ *c* Domino famulantur. Porro ex urbanis hiſce virginum Cœnobiis octo Epiſcopo, reliqua ſuorum Ordinum Prælatis parent. Eſt item collegium, & perplures ſunt piæ domus adinſtar monaſteriorum inſtitutæ pro mulieribus, in quibus tamen clauſura non obſervatur, quæ à ſæcularibus viris, & matronis nobilibus, aliiſque piis perſonis ætate, moribus, & pietate inſignibus, ſub Epiſcopi patrocinio, & auctoritate gubernantur. In primis eſt locus Converſarum nuncupatus, quo mulieres peccatrices ad pœnitentiam converſæ recipiuntur, & ſalubribus inſtitutis in viam Domini diriguntur.

a XI.

b Non ſolum exploratum eſt collegiatam eſſe, ſed etiam collegiatam inſignem.

c Centum.

Eſt etiam locus Succurſus, in quo puellæ in peccatum prolapſæ, vel lapſui vicinæ cuſtodiuntur, donec, vel in Converſarum domum recipiantur, vel nuptui tradantur, aut aliter iis ſubveniatur, ne honeſtatis periculo ſubjaceant. Item & locus albus puellarum, ubi pauperrimæ, & orphanæ puellæ educantur. Hoſpitalia duo ſunt in hac civitate, alterum incurabilium, alterum magnum appellatum, & annuo cenſu ducatorum viginti millium dotatum, à laicis gubernari ſolitum, in quo pauperes, ægroti, & infantes expoſiti civitatis, & Diœceſis recipiuntur, curantur, aluntur. Pauperes peregrini hoſpitio recipiuntur. Duo præterea ſuſtentantur lectores, alter ſacræ paginæ, Grammatices alter. Quin & ex hujus hoſpitalis redditibus incurabilium Xenodochio alimenta neceſſaria ſubminiſtrantur. Alia etiam domus Dei nuncupata, ubi pauperes mendici, ne per Urbem, aut Eccleſias vagentur, gratis ſuſtentantur. Mons Pietatis duplex eſt in civitate, vetus ſcilicet, & novus, quorum ille gratis modicam ſummam pauperibus mutuo dat, alter vero majorem etiam divitibus tribuit, aliquid tamen pro labore miniſtrorum ultra ſortem recipit: uterque autem à Præſidibus in publico civitatis conſilio electis regitur. Diſciplinæ in urbe quatuordecim ſunt, quæ propria habent oratoria. Laicorum ſodalitia plurima ſunt variis pietatis operibus inſudantium, ſed tria præ cæteris digniſſima recenſentur, nempe ſodalitas motum nuncupata ſub Epiſcopi regimine conſtituta, cujus confratres publica crimina, aliaque flagitia, aut noxia opera, quæ ſcandalum gignunt, diligenter inveſtigant, eaque in congregatione, quæ ſingulis menſibus coram Epiſcopo habetur, referunt, ut opportunis adhibitis remediis, peccata, & ſcandala tollantur. Altera eſt nobilium virorum, qui pauperum, & egentium verecundorum civitatis curam habent, eiſque per regiones urbis diſtributis, neceſſaria ex publicis, privatiſque eleemoſynis ſubminiſtrant, cujus ſodalitii caput eſt Epiſcopus, & præcipuam curam gerit. Tertia eſt S. Urſulæ, in qua honeſtæ, nobileſque virgines perpetuæ virginitatis voto in Præſulis manibus emiſſo ſub ipſius obedientia, ac ſtatutis ab Apoſtolica Sede confirmatis intra proprios lares omnipotenti Deo inſerviunt. Extat etiam in hac civitate Congregatio quædam ſacerdotum ſecularium, qui Patres Collegii Pacis vulgo appellantur, qui nulli peculiari voto aſtricti ſub eodem tecto degunt, & communi menſa utuntur, umbram quandam regularis diſciplinæ retinentes, propriæ Eccleſiæ inſerviunt.

Diœceſis Brixienſis ampliſſima eſt totius Italiæ Diœceſum poſt Mediolanenſem: patet in longitudinem à Motha Mantuani agri termino, quinto à Mantua milliario, uſque ad Dalegnum extremum vallis Camonicæ terminum milliaria centum, in longitudinem à Limone, Benaci lacus oppido, uſq; ad locum dictum Orzinovi in finibus Cremonenſiũ poſitum milliaria quinquaginta, quo in tractu lacus inſignes ſunt præcipue duo Iſæi, & Idri. Regio omnis amœna in colles, valleſque diſtincta, ferax frumenti, milii, aliarumque frugum, vini item, olei, pomorumque omnis generis; nec deſunt ferri æriſque fodinæ, quæ magno ſunt indigenis, & locorum dominis emolumento. In temporalibus majori ex parte Venetorum imperio paret, pars tamen nonnulla Duci Mantuæ, & aliis Gonzagæ domus proceribus ſubjecta eſt. Tota Diœceſis in ſexaginta regiones diviſa eſt, quibus totidem Vicarii foranei præſunt. Continentur in ea oppida, & Pagi trecenti ſexaginta, in quibus ſunt, Eccleſia collegiata una in oppido Aſulæ cum ſeptem Canonicis. Parochiales Eccleſiæ trecentæ ſexaginta quatuor, quibus omnibus Rectores titulares præfecti ſunt, nonnullis exceptis, quæ à curatis amovibilibus reguntur. Virorum Cœnobia 48. unum Monachorum Olivetanorum, Abbatiæ, Prioratus, & Præpoſituræ in commendam ſæcularibus clericis conferri ſolitæ octo, nempe Abbatiæ

ſunt

ſunt; SS. Gervaſii, & Protaſii prope, & extra muros Brixiæ, S. Petri Aquænigræ Ordinis Cluniacenſis, S. Benedicti de Leno Ord. S. Benedicti, unicus Prioratus S. Michaelis de Cogniolo Ord. Ciſtercienſis, & Præpoſituræ quatuor Ordinis Humiliatorum, nempe S. Mariæ Magdalenæ, SS. Philippi, & Jacobi, S. Bartholomæi de Gemo, & S. Bartholomæi de Contiguiaca. Sanctimonialium monaſteria ſex ſunt in oppidis muro ſeptis, & ex his tria Ordinario parent, reliqua ſubſunt Regularium regimini. Hoſpitale unum eſt in oppido Civedati, quod à piis viris in publico totius Vallis Camonicæ conſilio, & bono electis gubernatur. Diſciplinæ per totam hanc Diœceſim quatuordecim numerantur, propria habentes Oratoria. Sodalitates laicorum plurimæ ſunt, nam ſingulæ Parochiales Eccleſiæ ſingulas habent ſcholas ſanctiſſimi corporis Chriſti. Fidelium animæ totam Brixianam Diœceſim incolentium cenſentur fere ad quadringenta millia.

a 20. circiter.

Brixiæ præter ſanctos vigintitres *a* Epiſcopos, multorum etiam aliorum ſanctorum illuxere natales. Hic 15. Februarii natalis SS. martyrum Fauſtini, & Jovitæ, qui poſt multa præclara pro Chriſti fide ſuſcepta certamina victricem martyrii coronam receperunt Adriano Imperatore jubente, & inſpectante. Hic 18. Aprilis natalis S. Calocerі martyris, qui à Ss. Fauſtino, & Jovita converſus ad Chriſtum, ſub eodem Adriano glorioſum confeſſionis certamen complevit: & ſub eodem Imper. 24. Maji natalis S. Afræ martyris, cujus certamen pro Chriſto deſcripſit *b* S. Philaſtrius Brixienſium Epiſcopus. Hæc una cum multis millibus civium Brixienſium pro confeſſione Chriſti Jeſu necatorum in ſacra ſuo nomini dicata æde conquieſcit. Alii etiam viri ſanctimonia inſignes ex hac civitate prodierunt, quorum acta ab aliis recenſentur. In Valle quoque Ananiæ hujus Diœceſis (1) 29. Maji paſſio SS. martyrum Syſinii, Martyrii, & Alexandri, qui tempore Honorii Imperat. anno ſalutis 400. in perſecutione Gentilium perempti ſunt; de his S. Auguſt. ep. 154. ad Marcellinum. Fuere ii S. Vigilii Epiſcopi Tridentini adjutores, quorum acta deſcripſit idem Vigilius ad S. Simplicianum Mediolanenſem. Corpora eorum tranſtulit ante annos 70. S. Carolus Borromæus Archiepiſcopus Mediolanenſis. Cæterum in Apoſtolicæ Cameræ libris hujus Eccleſiæ taxa eſt Florenorum 700. cum Epiſcopalis annuus cenſus ſex millibus ſcutatorum contineatur. De hujus Brixiæ Eccleſiæ ſanctis ſcripſit Rampertus Epiſcopus ejuſdem ſedis; ejuſdemque Præſules digeſſit in ſeriem Franciſcus de Florentinis, & Elias Capreolus Hiſtoriam urbis, ſimulque dignitatem proſequitur; inde nos, atque hunc ſequentem Catalogum ex diverſis monumentis protulimus.

b Si quam Apulus ... sub Philastrii nomine ... [illegible]

1. S. ANATHALONUS (2) S. Barnabæ Apoſtoli alumnus, quem ſibi in Mediolanenſi Eccleſia ſucceſſorem deſtinaverat, primum Brixiæ deinde declaravit Antiſtitem circa annum Domini 53. ubi cum fidem Chriſti diſſeminando multos exantlaſſet labores, ad Eccleſiam Mediolanenſem traductus, tandem præclarus meritis evolavit ad Superos 8. Kal. Octob. parvoque in Sacello à Chriſtianis conditus aliquandiu jacuit, donec inde in Eccleſiam S. Floriani transferretur, (3) ac poſtea in Cathedralem ad S. Martini Altare, ubi pia fidelium celebritate percolitur. Ibi hujuſmodi legitur inſcriptio.

D. Anathalonis primi Brixiæ Epiſcopi corpus huc ex alto hujus Templi loco anno ejus inſtaurationis translatum ſedente Dominico Bollano ejuſdem civitatis Epiſcopo M. D. LXXII.

De quo Martyrolog. Rom. plureſque alii auctores.

2. S. CLATHÆUS *c* Anathaloni ſucceſſit circa annum Domini 65. (4) Catalogus Florentini vult illum Brixianum fuiſſe electum Antiſtitem anno 63. quod erroris arguitur, ſi tamen vera ſunt, quæ de obitu Anathalonis tradunt ſcriptores Mediolanenſes. Hanc Clathæus per aliquot annos adminiſtravit Eccleſiam, nobilemque tulit palmam martyrii die 5. *d* Junii, quo ipſo die ejus feſta dies celebratur. De eo Martyrol. Rom. I.

c De eo Acta 20. Junii tom. 1. p. 896.

d 4. Junii ex Fayno.

3. S. VIATOR (5) tertius Epiſcopus Brixienſis, ad Bergomatem ſedem poſt obitum Narni Epiſcopi translatus eſt, ubi requievit in Domino anno 88. pridie Idus Decembris, *e* ſepultuſque eſt prope corpus S. Narni ſui anteceſſoris, in Eccleſia S. Petri. De eo Martyrol. Rom. eaque, quæ ſupra ſcripſimus in Epiſc. Bergom. II.

e XIX. Kal. Januarii.

4. S. FLAVIUS Latinus *f* quartus Epiſcopus Brixienſis fuit ann. 88. qui ſub Domitiano Imperatore pro Religione Chriſtiana multa tulit; dedicavitque martyrum Cœmeterium, ubi modo Templum S. Afræ extulit muros. Ibi è vita diſcedens, ipſe ſepultus fuit die 24. *g* menſis Julii. Ejus ſacra oſſa reperta ſunt ann. 1464. conditaque in arca marmorea, annoque 1574. iterum illa ad majorem Eccleſiam tranſtulerunt. Catalogus Florentini, ſupra unum triginta annos Pontificatus Latino attribuit, tametſi è Notis Baronianis ad Martyrol. Roman. eruatur tres tantum annos præfuiſſe, ex eo, quod in antiquiſſima tabula marmorea continetur, ab eodem allata, ubi quotquot annis aliquando munera Eccleſiaſtica Latinus exercuit, ſpectantur. (6) III.

f De eo Acta 24. Martii t. 3. p. 473.

g Die 24. Martii ex Fayno.

Fl. Latino Epiſcopo Ann. III. M. VII. Presbyt. Ann. XV. Exorc. Ann. XII. & Lutinillæ, & Flavio Macrino lectori Fl. Paulina Neptis B. M. P.

5. S. APOLLONIUS Epiſcopus, ac Brixiæ Patronus ann. 116. Multos annos optimi Paſtoris onus ſuſtinuit, totamque Brixiam ad fidem Chriſti convertit, in quibus nobiles illos ſanctos Fauſtinum, atque Jovitam ſacro Baptiſmate lavit, eoſdemque ſacris ordinibus initiavit, eoque vivente martyrii palmam aſſecuti ſunt. Diutiſſime vixit, evolavitque ad ſuperos, cujus feſtum Non. Julii celebratur. De eo Martyrol. Rom. Hujus ſancti corpus cum Landulphus reperiſſet, intulit *h* in Cathedralem: caput vero cum altero brachio à Gothifredo Brixienſi Epiſcopo Athoni marchioni dono datum anno 970. IV.

h Nempe an. 1105. ... Codicem ipſum ... ſcriptum ... ut ait Capreolus l. 3. hiſt. ... Galeardus. [illegible]

(1) De Ananiæ valle, vulgo val d'Anagna, Tridentinæ diœceſis, nihil omnino ad Brixianam diœceſim pertinet. Licet autem de Siſinnio, Martyrio, & Alexandro meminerit Gaudentius in ſerm. de Dedicat. Baſil. modo nulla eſt in Eccleſia Brixiana, nec apud recentiores ubi hujus ſcriptores, eorum extat mentio. Epiſtola D. Auguſtini, quam Ughellus notat, non 154. eſt, ſed 158. edit. Froben. De his Martyribus, ac Vigilii Tridentini Epiſtola ad Simplicianum, eorumdemque Tranſlatione Mediolanum ſuſe Baronius ad an. 400. n. 4. & ſeqq. *Galeardus.*

(2) Si jam anno à Chriſti Nativitate 51. Mediolanenſem Cathedram conſcendit D. Anathalonus, ut vult in Mediolanenſibus Ughellus, ſive potius anno 47 ut ibi diximus ex Papebrochii calculo, quomodo conſtitutus eſt à S. Barnaba Brixienſis Antiſtes an. 53. ut hic aſſerit Auctor? In eam equidem propendo ſententiam, quæ S. Anathalonem, e Brixienſium Epiſcoporum numero expungit, Ramperti innixus auctoritate, qui Philaſtrium ſeptimum Brixienſem Epiſcopum vocat in ſermone, quem in ejus tranſlatione habuit. [illegible] Anathalonus: neque enim alter ex ejus Anteceſſoribus dubius eſſe poteſt. Eam vero Ramperti, qui adoleſcente ſeculo IX. claruit, auctoritatem eſſe hac in loco cenſeo, ut ſine temeritatis nota eludi ulla tenus queat. Anathalonus porro præfuerit huic Eccleſiæ non ut Urbanus Epiſcopus, ſed ut Metropolitanus. *Galeardus.*

(3) Anathalonis corpus in Cathedralem delatum, primum in Altare Sanctiſs. Crucis Aquileienſium, deinde an. 1572. in ara S. Martini tunc temporis erecta collocatum eſt, ejuſdem brachio in priori loco relicto. *Galeardus.*

(4) Putat vero Octavius Rubeus hunc fuiſſe natione Græcum, & Brixiæ habuiſſe cognatos ex ſtirpe libertina, id ex duabus vetuſtiſſimis inſcriptionibus conjiciens. Una in vetere ſacrario Cathedralis ſic legenti dictatur: *Sylvano Deo M. Nonius Clathaeus M. Nonii, & Euphemus M. Clathaei F.* Altera vero prope Parochialem S. Clementis, cum his literis. *Dis Manibus. Vivus ſibi Hilarius Clathaeus M. Nonii Libert.* Verum cum in utroque marmore vox, *Clathaeus*, ſonet non nomen perſonæ (ut ſonat Nonius, & Hilarius) ſed cognomen familiæ, hic ideo non arguitur, hunc noſtrum Epiſcopum nomine Clathæum, cujus cognomen neſcimus, fuiſſe ſervum illius gentis Libertinæ. Dignitas enim Epiſcopalis, quæ primis illis Eccleſiæ temporibus erat neceſſario adittenda, nimis vulgaris habita eſſet, dum cui ex genere ſervorum orto collata fuiſſet. Clathæus itaque Epiſcopus potius cenſendus eſt ex nobili, & primaria gente natus, ut cum dignitate Paſtoris, etiam auctoritas ipſa in populo majori profectu clareſceret. Aliqui ſcriptores hunc vocant Clatherum. *Faynus in Martyrol. Brix.*

(5) Argumentum nobilitatis, & cognominis hujus Antiſtitis Brixiani ſumpſit Octavius Rubeus ab illo vetuſtiſſimo lapide in Villa [illegible] Brixian. Diœceſis, ſic exculpto: *M. Viator Saturnus Decurio Brixiæ ſibi, & Claudiæ Marcellæ Vxori.* Hinc etiam ipſe conjicit Saturam familiam nomen dediſſe vico illo in ſuburbanis Brixiæ ſitu, & *Burgo Saturo* nuncupato. Necnon & præcipuam Antiſtitis hujus Viatoris Sanctitatem arguit ex Aurelia Firmina Marci Iuventii Maggii uxore, quam ipſe a morte revocavit. *Faynus in Martyrol.*

(6) Sed cum plurimi Brixiani ſcriptores Latino Epiſc. annos ſupra 30. in Epiſcopatu tribuant, hinc Abbas Martinengus occaſionem ſumpſit eruditè in ejus vita explicandi, monumentum iſtud viventi ipſo Latino fuiſſe à Paulina expoſitum grati animi officio, anno tertio menſe ſeptimo ſui Epiſcopatus, Presbyteratus vero anno 15. & Exorciſtatus anno XII. quæ poteſtas tunc ſcilicet à ſacerdotio dabatur, ut ex vita S. Martini colligitur. *Faynus in Martyr.*

970. in Abbatia ab ipſo conſtructa honorifice aſſervatur. Poſt Apollonii mortem, Brixienſem Eccleſiam vacuam Paſtore fuiſſe per annos 141. (1) narrat Jo. Franciſcus Florentinus in Catalogo, interim Mediolanen. Archiepiſcopis pupillum gregem fidelium qui Brixiæ morabatur, gubernantibus: verum ex Eccleſiæ Brixienſis Martyrol. eam Eccleſiam ſanctos Epiſcopos, Antigium, & Evaſium, iis temporibus gubernaſſe habetur, de quibus in eodem Catalogo nulla extat mentio.

6. S. ANTIGIUS (2) ann. 160 Brixienſis Epiſcopus fuit, de quo Martyrol. Brixienſe 18. Kal. Decemb. & SS. ejuſdem Eccleſiæ indiculus.

7 S. EVASIUS (3) Epiſcopus Brixienſis anno 206. de quo in eodem Martyrologio 4 Non. Decemb. *Brixiæ S. Evaſii ejuſdem civitatis Epiſcopi, & martyris*, ut in cedula vetuſtiſſima reperta in arca, ubi etiam requieſcit corpus ipſius ſancti martyris apud Eccleſiam S. Petri in Oliveto, in qua ejus dies feſtus ſolemniter celebratur, ex indiculo SS. Brixien.

V.

8. S. URSICINUS hujus Eccleſiæ Paſtor attributus eſt anno 347. qui multa Idolorum templa purgavit, Deoque vivo & vero conſecravit. Rexit autem hanc Eccleſiam Urſicinus annos 3. interfuitque Concilio Sardicenſi (4) ubi pro Urſicino, Urſacius legitur. Ejus reliquiæ ex Eccleſia S. Apollinaris *a* ad Eccleſiam S. Joſephi tranſlatæ fuerunt anno 1519. Colitur Kal. Decemb. ex indiculo, & Martyrologio Brixienſi.

a S. Apollonii.

VI.

9. S. FAUSTINUS *b* ſanctimonia vitæ Urſicino ſuppar eidem in Epiſcopatum ſucceſſit an. 350. Acta S. Apollinaris *c* ſui anteceſſoris, ſanctorumque Fauſtini, & Jovitæ literis conſignavit. Illius meminit Martyrolog. Roman. 14. Kalend. Martii. Ejus ſacra oſſa reperta ſunt in Baſilica SS. Fauſtini, & Jovitæ *d* anno 1107. quæ poſtea Albertus Epiſcopus cum hac inſcriptione ejus Sancti eſſe comprobavit.

Hic jacet Corpus B. Fauſtini Confeſſoris & Epiſcopi Brixienſis.

Hieronymus vero Uſelenus *e* Guardienſis Epiſcopus, Suffraganeus Brixiæ, ex veteri Altari in novum tranſtulit eadem ſacra oſſa, mirifico pietatis ſtudio anno 1538.

b De eo Acta SS. Februarii tom. 2. pag. 896. & Corrandus in Bibl. Brix. par. 1. pag. 107. *Mansius.*
c Apollonii. Sed hæc acta minime S. Fauſtini ſunt. Galeardus.
d Ad ſanguinem.
e Veſcherius.

VII.

10. S. PHILASTRIUS *f* Hiſpanus (5) hanc rexit Eccleſiam anno 381. vir nobiliſſimus tum doctrina, tum ſanctimonia vitæ. Quippe cum Mediolani adhuc titulo Epiſcopatus Auxentius inſigniretur, Arrianos ſuis diſputationibus perurſit, ac vicit, ita ut inter illius ſæculi clariſſima lumina jam videatur poſſe connumerari. Cum D. Ambroſio Aquilejenſi Concilio interfuit, ſeditque inter illius Concilii Patres octavus, ut refert Baronius ex actibus illius Concilii. Illius meminit Auguſtinus in lib. de Hæreſibus ad Quod vult Deum (6) affirmatque Romæ in illius familiaritatem ſe inſinuaſſe, atque ex illius tum publicis, tum privatis de rebus ſacris diſſertationibus novos pietatis Chriſtianæ ſenſus induiſſe, ut ſcribit Gaudentius ejus ſucceſſor, cum ejuſdem vitam enarrat. Præfuit annos octo, deceſſitque (7) Kal. Auguſti S. Ambroſio adhuc vivente, ut narrat idem Gaudentius in ſermone de ſua ordinatione. Apud S. Andream tumulum accepit; ubi illum Rampertus Epiſcopus liniis involutum reperiiſſe narratur an. 838. 5. Id. Aprilis, cum hac brevi inſcriptione.

f Scripſit de hæreſibus. Vide Tillemont. de ſcript. Eccl. tom. 2. p. 212. & Corrandum in Bibl. Brix. par. 1. pag. 112. *Mansius.*

Philaſtrius Beatiſſimæ memoriæ,
hic requieſcit in pace.

Ejus deinde ſacrum corpus idem Rampertus Epiſcopus tranſtulit in Eccleſiam majorem, ipſumque Brixiani tamquam unum è Divis tutelaribus venerantur, & colunt.

(„ *In B. Philaſtrii honorem extat ſequens rhythmus non ſpernendæ antiquitatis, quod ſciam, adhuc ineditus in pervetuſto Codice Mſ. Archivi Cathedralis Brixiæ, in quo ſeptimus Brixiæ Epiſcopus dicitur juxta ſententiam Ramperti, quam in hac reſtituenda ſerie & nos ſequimur.*

„ *Fertilem cantum habitator omnis*
„ *Quo finit * Cleoſa, fluit atque Mella,*
„ *Circuit currens Ollium recurvum,*
„ *Concine mecum.*
„ *Iſtius cantus modulator adſit*
„ *Noſtra Benaci habitans & ora;*
„ *Liber & ſervus, recinantque altis*
„ *Vocibus odas.*
„ *Læta plebs cuncta populi reſultet,*
„ *Brixiæ quiſquis genitus, & hoſpes,*
„ *Clerus & laici populi phalanges,*
„ *Sexus & ætas.*
„ *Ad melos tanti Patris excitemur,*
„ *Oſſibus cujus fruimur perenne,*
„ *Præſul & quiſquis fuit in hac urbe*
„ *Tempore priſco.*
„ Septimus *ſedis ſolio reſedit*
„ *Brixienſis hic bonus, & beatus,*
„ *Nobilis, prudenſque Philaſtrius qui*
„ *Nomine dictus.*
„ *Turribus quorum genitus hic fuit*
„ *Nullus ex nobis meminit, ſapit nec*
„ *Scimus hoc nos ſed Abraham beatum*
„ *Eſſe ſecutum.*
„ *Rebus ac notis patria relictis*
„ *Ac fide ſe ſe comitante ſemper*
„ *Dogma quæſivit jugiter ſupernum*
„ *Senſibus imis.*
„ *Is vigil ſacros relegendo libros*
„ *Continens, ſolus veluti fuiſſet,*
„ *Inſtruit ſe ſe ſapiens amore*
„ *Valde ſuperno.*
„ *Vir bonus, ſimplex, bonitate fartus,*
„ *Portionem qui propriam, ſuamque*
„ *Eſſe credebat Dominum, Deumque*
„ *Sorte perenni.*
„ *Sorte divina ſacer eſt Sacerdos*
„ *Conſecratus, tum ſtuduit deinceps*
„ *Orbis ad metas populos docere*
„ *Dogmate ſancto.*
„ *Barbaras gentes idolis recurvas*
„ *Atque Judæos homines iniquos*
„ *Perfidos contra monitis ſupernis*
„ *Reſtitit ipſe.*
„ *Regis æterni amabilis miniſter*
„ *Perfidæ ſectæ monita, magis ſed*
„ *Arrianorum fore falſa dixit*
„ *Semper ubique.*

* Fort. Cluſa.

Inti-

(1) Chronologicam hanc notam à Florentino propoſitam, cum nullo certo fundamento nitatur, otioſis hominibus diſcutiendam relinquimus. Nulla enim in ſerie Brixianorum Epiſcoporum certa temporis nota habetur ante Urſicinum, ſeu Urſatium, qui ſedit in Concilio Sardicenſi, de quo infra. *Galeardus.*

(2) Antigium hunc non fuiſſe Brixienſem Epiſcopum edocemur ab Adone Mſ. Eccleſiæ Teloneníis, poſtea Reginæ Sveciæ, in quo codice de S. Antigio ad 18. Kalendas Decembris hæc legi teſtantur Collectores Actorum ſanctorum Februarii tom. 2. pag. 808. n. 15. *Lingonis civitate Galliæ in territorio Magontienſe tranſitus S. Antigii Confeſſoris, & Epiſcopi, qui primò ibidem ſepultus, poſtea verò inde tranſlatus, & in Calciaco villa in Eccleſiam S. Mariæ & S. Martini à Domno Haymone venerabili Sacerdote honorifice recondItus eſt. Deinde poſt non plurimos annos, ob metum Nortmannorum, qui tunc maximam partem Franciæ ac Burgundiæ vaſtaverunt, ab ipſo ſancto Sacerdote prolatus, & in Italiam adductus, atque in civitate Brixia, in monaſterio SS. Martyrum Fauſtini, & Jovitæ, quod ipſe jam dictus Venerabilis Abbas poſtea per annos octo, menſes 4. dies 23. honorificè rexit, venerabiliter collocatus quieſcit.* Galeardus.

(3) Hunc S. Evaſium martyrem tantum, & non Epiſcopum fuiſſe ſatis abunde docet inſcriptio in ſchedula vetuſtiſſima ejus arcæ incluſa, reperta anno 1453. hujus tenoris, ut ex publicis monumentis patet: *Evaſius ſanctus Martyr.* quæ utique de ejus Præſulatu, ſi revera Epiſcopus fuiſſet, pro more nequaquam tacuiſſet. Præterquamquod ſi ſeptimus ex Ramperto locus S. *Philaſtrio* aſſignandus eſt, nullus hic Evaſio hic poteſt obvenire. Martyrologii vero Brixiani nupera inſcriptio, quam Ughellus prætexit, & in qua Epiſcopus, & martyr dicitur, nullo antiquo teſte fulcitur. *Galeardus*

(4) Sic *Vrſacius ab Italia de Brixia.* Concilium Sardicenſe celebratum eſt an. 347. *Vrſacius* vetera ſubſcribitur pro *Vrſicino*; ſicut in Epiſtola ſynodica Concilii Mediolanenſis ad Leonem I. pro *Optatiano* Brixiæ Epiſcopo legitur Octavianus. *Galeardus.*

(5) Nonnulli: homo, ut ajunt, Hiſpanus. Recte: non enim mihi diu quærenti aliquid invenire licuit, quo Philaſtrium natione Hiſpanum aſſererem. *Galeardus.*

(6) Teſtimonium Auguſtini de Philaſtrio jampridem omnibus patet. Quod autem ſubditur Auguſtinum Romæ Philaſtrio familiarem fuiſſe, *atque ex illius tum publicis tum privatis de rebus ſacris diſſertationibus novos pietatis Chriſtianæ ſenſus induiſſe*, novum eſt, atque inauditum. Diligenter inſpexi locos tum Auguſtini, tum Gaudentii: altum utrobique tanta de re ſilentium. *Galeardus.*

(7) XV. Kal. Auguſti. Gaudentius in ſermone de Philaſtrio XV. *Kalendarum Auguſtarum exiit hominem*; eoque die eum ſub ritu duplici Brixiana Eccleſia colit. *Galeardus.*

„ *Intimo ſenſu voluti repugnans,*
„ *Sedulis flagris ſua membra fandunt*
„ *Cæſa currentem roſei coloris*
„ *Sæpe craorem.*
„ *Curioſus dum jugiter moneret,*
„ *Impiis tantum licuit in ipſum,*
„ *Ut ſuis membris nimium referret*
„ *Stigmata Chriſti.*
„ *Sed tibi Auxenti ipſe imperito*
„ *Reſtitit fortis fidei vigore,*
„ *Morſibus veſtris populum refellens*
„ *Uſque cruentis.*
„ *Multas in fide populi cohortes*
„ *Urbis orbem per ſtabilivit ipſe,*
„ *Brixiam donec adiit volente*
„ *Rege polorum.*
„ *Et rudem ſed tunc cupidam moneri*
„ *Inſcientia quanquam, tamen ad docendum*
„ *Firmiter promptam ſtudio ſagaci,*
„ *Ingenioque.*
„ *Nam rudem plebem maculas habentem*
„ *Exuit multas veteres, noviſque*
„ *Indaeus ipſam recreando Chriſto*
„ *Moribus almis.*
„ *Sanctus hic vates fuit hujus ævi*
„ *Neſcius pompæ, Domini honoris*
„ *Arduus cultor, ſua non requirens*
„ *Euge fidelis.*
„ *Iſtius ſæcli vacuos honores*
„ *Credidit vilis pretii fuiſſe,*
„ *Lege ſub Chriſti meditatus eſt qui*
„ *Nocte dieque.*
„ *Sæculi magna & pretioſa quæque*
„ *Sprevit at parvum, nihilumque duxit*
„ *Venditores, ſed pretii minoris*
„ *Auxerat emptor.*
„ *Patris affectu patiens ad iram,*
„ *Et brevis, nec non facile remittens:*
„ *Dulcis, humanus, ſobrius, benignus,*
„ *Omnia cunctis.*
„ *Rectus & judex, medicuſque prudens,*
„ *Qui ſpiritalem ſapuit medelam:*
„ *Miſcuit Baccho latices olivi*
„ *Vulnera curans.*
„ *Ac pater quamvis minimis fuiſſet*
„ *Nexior ſemper, tamen ipſe nexus*
„ *Sexus, ætatis, famulatus atque*
„ *Nobilitatis.*
„ *Eage mirandus, imitandus atque,*
„ *Vilis, & grati habitas faitque,*
„ *Vilitas ſpurco caruitque geſtu,*
„ *Gratia faſtu.*
„ *Sexies terna rapuit dies quem*
„ *Iulii menſis lachrymante clero,*
„ *Flence ſed multum populi caterva*
„ *Vocibus altis.*
„ *Unde nos ſemper meritis beati*
„ *Credimus noſtri relevari ſemper*
„ *Faſce peccati, veniæ locumque*
„ *Poſſe tenere.*
„ *Luminis patris, genitique filii*
„ *Spiritus Sancti, miſerendo noſtrum*
„ *Gratia perpes jugibus medelis*
„ *Omnibus annis. Amen.*
„ Galeardus.)

11. (1) Satagente deinde Ambroſio, Mediolanenſium Sanctiſſimo Præſule, ad hanc ſedem provexere S. GAUDENTIUM *a* adhuc florentis ætatis anno 385. in Oriente ad ſacra loca peregrinantem (2) doctrina, ac ſanctitate virum inſignem. In Symbolum Magni Athanaſii edidit commentationes, (3) ut in veterum Patrum Bibliotheca habetur, pluresque alios ſermones poſteritati reliquit (4) Deceſſit die 15. menſis Octobris, ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Joannis. De eo Mar. Rom. VIII.

a De quo citatus Coſsandus pat. 2. pag. 119.

12. S. PAULUS *b* eaodem dignitatem adeptus eſt anno 427. deceſſitque 3. Kal. Maii. De eo Mart. Rom. hac ipſa die, tametſi illum Paulinum appellet. Ejus ſacras reliquias ſimul cum SS. Cypriani, Deuſdedit, & Evaſii Confeſſorum, atque Epiſcoporum corporibus in Sacello D. Petri in Oliveto repertas ibidem in altare majus ſolemni ritu tranſtulerunt. IX.

b De eo Acta Ss. Aprilis t. 3. p. 618.

13. S. THEOPHILUS *c* Paulo ſucceſſit circa an. 439. numeraturque tertius à S. PHILASTRIO. Meminit illius Roman. Martyrolog. 5. Idus *d* Maii atque Rampertus in ſermone, quem habuit in tranſlatione S. Philaſtrii: adhuc quieſcit in Baſilica S. Ioannis. X.

c De eo Acta Ss. Aprilis t. 3. p. 454. d 5. Kal. Maii.

14 S. SILVINUS. De eo Martyrolog. Roman. die 28. menſ. Septemb. Ejus ſacræ reliquiæ aſſervantur in Eccleſia S. Petri in Oliveto. XI.

15 S. GAUDENTIUS *e* (5) hujus nominis II. Silvino eſt ſubrogatus, Brixienſemque Eccleſiam adminiſtravit annos 13. Ejus feſta dies concelebratur Non. Martii, cujus ſacrum corpus in Eccleſia S. Alexandri conditum jacet; ibique legitur hæc Inſcriptio. XII.

e De quo Acta Ss. Martii t. 1. pag. 648.

Divo Gaudioſo Brixiano Antiſtiti
Galaſſius Fenarolus Eques Auratus
Iuris Pontificii, civiliſque celeberrimus
Doctor, monumentum dicavit.
M.CCCC. LXXXVIII.

16 S. OPTATIANUS Mediolanenſis vixit temporibus Valentiniani III. Imp. ac S. Leonis PP. ann. 450. Synodo Mediolanenſi, ab Euſebio Mediolan. Archiep. celebrato interfuit, *f* epiſtolamque ſynodicam ad eundem Leonem Pontif. directam ſubſcripſit, (6) ubi pro Optatiano, Octavianus mendoſe legitur. Hujus meminit Rampertus ſucceſſor in ſermone de tranſlatione S. Philaſtrii, quem ab eodem ſancto ſeptimum Brixienſem Epiſcopum numerat. Ejus ſacræ reliquiæ cum S. Vigilii corpore in Eccleſia S. Laurentii honorifice aſſervantur. XIII.

f an 451.

17 S. VIGILIUS *g* doctrina, ac ſanctitate floruit anno 504. Cardinalis Baronius in ſuis ad Martyrol. Roman. notis, probabili conjectura ductus, hunc illum eſſe arbitratur Vigilium, qui Arelatenſi *h* Concilio reperitur ſubſcriptus, titulo Epiſcopatus ſuppreſſo, ejuſdemque eſſe illos libros contra Eutychium hæreticum, (7) qui in Bibliotheca Patrum, XIV

g De hoc citatus Coſsandus p. 122. Mandiſ. h Agathenſi.

(1) S. Zeno Epiſcopus Brixiæ die 15. Decembris. Ita nominatur in quodam edicto Jo. Delphini Epiſcopi Brixiani Regulationis Feſtorum ad mentem Eccleſiaſticæ reordinationem Gregorii XIII. reſpondente Brixiæ impreſſo, & dato ſub die 12. Septemb. 1581. Miror quidem quonam jure reſonare fecerit hunc Sanctum inter alios eo edicto, cum nulli ſcripturæ, nullæ tabulæ, nulla monumenta de eo ſint apud nos. Item S. Lucanus in quibuſdam monumentis Epiſcopus Brixiæ dicitur, ſedente Papa Cæleſtino, qui ſedit ab an. 424. uſque ad 432. Verum hujus quoque nulla apud noſtrates mentio eſt. Dicerem civitatis Brixinæ Præſulem, quæ à multis Brixia ſcribitur, niſi in illa quoque Præſulum ſerie non itteretur. Ferrarius in ſuo novi Martyrol. de eo ſic meminit. *Belluni in Venetia 2. Lucani Epiſcopi, mihi ejuſdem Protectoris.* Sed neque inter Bellunenſes Antiſtites ab Ughello notum recenſetur. *Faynus.*

(2) Hunc in Cappadociam peregrinantem, ut veneraretur Ss. quadraginta martyrum memoriam, atque ex eorum reliquiis ſuos Brixienſes ditaret, mittitur Baronius ad an. 116. n. 40.

(3) Eundem errorem errat Capreolus lib. 3. hiſt. Brixiæ, & Ferrarius in Catalogo Ss. Italiæ. De his Gaudentii Commentariis nihil omnino est in Bibliotheca Patrum, ut ait Ughellus, aut alibi veſtigium extat. Qui autem hos Commentarios conſcribere potuit Gaudentius circa exitum quarti ſeculi, cum ſymbolum illud circa finem quinti ſeculi à Vigilio Tapſenſi, aut alio quopiam Vigilio Athanaſii nomine editum fuiſſe jam conſtet inter eruditos? *Galeardus.*

(4) Hos ad fidem MSſ. Codicum recognitos, & emendatos quam primum proferre in lucem paramus. *Galeardus.*

(5) In ſermone Ramperti Gaudioſus, atque manifeſte à Ramperto ità conſcriptum eſſe patet, & quod Gaudioſum alterum infra poſt Deuſdedit ſucceſſorem ſe habet: *Gaudioſus Brixianus.* Florentius, aliiſque nonnullis per errorem *Gaudentius.* Galeardus.

(6) Epiſtolam Synodicam ad Leonem Pont. ſubſcripſit) Extat hæc epiſtola tom. 7. Concil. pag. 116. editionis Luparææ 1644. ſubſcriptio verò eſt hujuſmodi: *Ego Octavianus Epiſcopus Eccleſiæ Brixianæ in omnia ſupraſcripta conſenſi & ſubſcripſi, anathema dicens his, qui de Incarnationis Dominicæ ſacramento impia ſenſerunt.* De hac Synodo Mediolanenſi Baron. ad A. 451. n. 57. ubi notat etiam *Abundantium* mendoſe pro *Armodio* ſubſcriptum legi, quemadmodum ſupra pro *Vrſicino Vrſacium* notavimus ſubſcriptum in Concilio Sardicenſi. Subdit autem Baron. ibi n. 16. in ſerie ſubſcribentium Epiſcoporum, non ſedium prærogativæ, ſed temporis, quo quiſque Epiſcoporum ſedere cœpit, ſolere haberi rationem, idque vel uno hoc exemplo probat, quod in Concilio Aquileienſi ante Diogenem Epiſcopum Genuenſem ponitur Philaſtrius Epiſcopus Brixianus, in hac vero Synodo primo ponitur Paſchaſius Genuenſis Antiſtes, & poſt alios ſubſcriptus legitur Octavianus Epiſcopus Brixianus. Illud porro quod ſtatim ſubjicit Baronius, cum præclaram Brixianæ Eccleſiæ laudem contineat, dabit veniam lector, ſi hic paucis tranſcribam: *Fuerunt ſane iidem Florentiſſimarum Eccleſiarum Antiſtites quarum Brixiana nobilitata ſanguine Martyrum, ſanctis quoque Epiſcopis Philaſtrio, Gaudentio, & aliis pluribus illuſtratur.* Hæc Baronius. *Galeardus.*

(7) Male Ughellus Florentinium ſecutus conjecturam hanc Baronio affigit, cum nihil omnino is in loco, nempe die 26 Junii, de authore librorum contra Eutychem pro certo ſtatuat, ſed omnia in ambiguo relinquat. Porro libros contra Eutychem Vigilio Tapſenſi jampridem tribuerunt Chiffletius, aliique viri docti, de quo vid. Oudin. ſupplem. pag. 203. Bollandiani PP. ad diem 26. Junii profitentur velle ſe opportune Brixianorum ſcriptorum opinionem,

trum, Vigilio Epiſcopo Tridentino adſcribuntur.

XV. 18 S. TITIANUS, *a* natione Germanus, anno 526. hanc adminiſtrabat Eccleſiam. Illum commemorant Martyrolog. Romanum 5. Non. Martii, Rampertus Epiſcopus, Capreolus, & alii. Ejus ſacra oſſa (1) ex Eccleſia S. Coſmæ Berardus Epiſcopus tranſtulit in novam Cathedralem ann. 1302. Paulusque deinde Zane in majori altari concluſit 1505.

a De eo Acta SS. Martii t. 1. p. 281.

XVI. 19 S. PAULINUS, *b* quem Rampertus Paulum (2) vocat, ejuſdem Sedis antiſtes fuit ann. 540. cujus feſtum celebratur 4. Non. Maii. *c* Ejus ſacrum corpus aſſervatur in Eccleſia S. Petri in Oliveto illuc translatum ex antiquiſſima Eccleſia S. Euſebii.

b De eo item Acta 11. Martii t. 1. p. 381. c 4. Nonas Martii.

XVII. 20 S. CYPRIANUS *d* Paulino ſuffectus eſt an. 546. cujus feſtum celebratur 11. Kal. Maii.

d De eo Acta 21. Aprilis t. 2. p. 849.

XVIII. 21 S. HERCULANUS ann. 552. jacet in Eccleſia S. Materni ex antiqua arca illuc translatus, apud ſacrarium Eccleſiæ parochialis à S. Carolo Borromęo ann. 1580. quem deinde Joannes Franciſcus Maurocenus Epiſcopus anno 1586. ſolemni celebritate Arca marmorea concluſit. Hujus mentio extat apud Martyrolog. Roman. prid. Id. Aug.

B

XIX. 22 S. HONORIUM *e* Herculanus excepit an. 576. Ejuſdem meminerunt Malvetius, & Capreolus Brixienſium rerum ſcriptores; tametſi interdum præpoſteri. Hujus ſancti oſſa translata fuerunt, ex confeſſione SS. Fauſtini, & Jovitæ ad dexteram majoris altaris anno 1604. cujus feſtum celebratur 8. Kal. Maii.

e De eo Acta 11. Aprilis t. 1. p. 276.

XX. 23 S. RUSTICIANUS *f* ad eandem ſedem ſubvectus eſt anno 585. cujus feſtus dies recurrit Non. Januarii; ejuſdemque ſacræ reliquiæ requieſcunt in parochiali Eccleſia S. Zenonis ad forum Nonii Arrii in ſanctiſſimi Sacramenti altari, Paulo Zane Epiſcopo transferente ann. 1508.

f De quo Acta 11. Januarii t. 1. pag. 252.

XXI. 24 S. DOMINATOR Brixienſibus jus divinum dixit, cujus ſolemnem memoriam agitant fideles Non. Novemb. S. Carolus Borromæus hujus ſancti reliquias ſimul cum corporibus SS. Pauli, Anaſtaſii, atque Dominici, & S. Stephani (3) in Eccleſiam S. Andreæ tranſtulit an. 1581. Kal. Novembris.

C

XXII. 25 BERTICANUS, (4) ſive Bertacenus, Brixienſium fuit Epiſcopus. Hic ille Epiſcopus eſt, de quo loquitur Magnus Gregorius Papa in dialogo, refertque repentina morte diſperiiſſe illum, quod pecunia corruptus nequiſſimi hominis ſepultura, SS. Fauſtini, & Julittæ Eccleſiam violaſſet.

Italia Sacra Tom. IV.

A

XXIII. 26 S. PAULUS *g* hujus nominis II. floruit ann. 597. cujus celebritas habetur 7. Id. Februarii.

g De eo Acta 11. Februarii t. 2. p. 52.

XXIV. 27 S. ANTHERIUS, *h* ſeu Paterius (5) Antiochenus hanc ſedem tenuit ann. 604. de quo Mart. Rom. 9 Kal. Martii. Ejus oſſa diuturniori mora conquieverunt in Eccleſia S. Floriani in Calledigno, indeque translata fuerunt in Eccleſiam S. Euphemiæ Monachorum Caſinenſium juriſdictionis ann. 1478. Meminit illius Arnol. Wion. lib. 2. lig. vit. cap. 38. ubi aſſerit fuiſſe illum alumnum S. Gregorii Papæ cognomine Magni, atque aliquot ſcripſiſſe opuſcula, ejuſdemque obitum incidiſſe in annum 600. à Chriſtiana condita ſalute, cum tamen conſtet vixiſſe anno 604.

h De quo præter Acta 21. Februarii t. 3. p. 149. & Cerratandus in Bibl. Brix. pag. 118. Mandoſ.

XXV. 28 S. ANASTASIUS *i* ann. 607. poſtquam per aliquot annos hanc rexiſſet Eccleſiam, ſtudio Chriſtianæ fidei latius propagandæ conceſſit in Africam, ibique Evangelium Chriſti late diſſeminavit. Cujus feſtum Brixię celebratur 13. Kal. Junii, qua ipſa die etiam Mart. Rom. illius commemorat ſanctimoniam vitæ.

i De eo Acta 21. Maii tom. 5. pag. 22.

B

XXVI. 29 S. DOMINICUS in hac ſede floruit ann. 609. Hic Theodelindæ Reginæ unice charus fuit, cujus opibus plures propemodum lapſas, ruituraſque Eccleſias inſtauravit, reſtitutoque divino cultu Eccleſiaſticam diſciplinam mirifice promovit. Ejus feſtum concelebrant 13. Kal. Januarii. De eo Martyr. Rom. hac ipſa die. E vivis eximitur 612.

XXVII. 30 S. FELIX *k* ad hanc ſedem adlectus aſt ann. 612. Hic quadraginta omnino annos ſibi creditam Eccleſiam adminiſtravit, æque Theodelindæ Reginæ charus ac S. Dominicus fuerat. Plura ab illa privilegia impetravit, quibus ſuffultus ſubſtruxit plures Eccleſias, populumque Brixianum, frequentiſſimis habitis concionibus adhortatus eſt, ut contra Mahumetanam ſectam in Orientem ferret ſuppetias. Cæterum Felix non uſque adeo felix fuit, quin ſub Rotario Rege Arriano ſenſerit incommoda inſultantis fortunæ, Arrianum enim Epiſcopum *l* in Brixiana ſede ſibi præferri indoluit. Verum ſua patientia, ac ſanctimonia non modo indignæ infectationis impetum fregit, ſed etiam compulit Regem, ut Arriano ejecto, Paſtorem Catholicum ad ſedem reduceret. Felicis mentio extat in Mar. Rom. 7. Kal. Martii. Ejus cineres ex humili loco capſa alabaſtrina decenter excipit ann. 1508.

k De eo Acta 11. Februarii tom. 3. p. 2[illegible].

C

l Coitronum nomine, Pannonicum, [illegible] Faynus.

XXVIII. 31 S. DEUSDEDIT ad hunc thronum Felicem eſt ſecutus ann. 653. Hic Romano Concilio ſub Agathone Papa interfuit ann. 679. (6) ubi librum ſub-

Z

unionem, qua antehac libros contra Eutychem Vigilio Brixiæ Epiſcopo aſſerebant, à fundamentis excutere; verum labori ſupervacuo, ut libitum fuerit, parcere poterunt, quandoquidem hujuſmodi libros noſtra ſponte Brixiano Vigilio libenter abjudicamus. *Galeardus.*

(1) Scatet erratis hoc loci Ughellus. Nam Titiani reliquias Berardus Madius Epiſcopus ab antiquo templo s. Coſmæ, quod propè Cathedralem adſtructum erat, non in novam Cathedralem, ſed in novum ejuſdem nominis templum anno 1302. tranſtulit, arcaque majori incluſit, eas deinde anno 1505. Paulus Zane Epiſcopus in cellam, quæ ad lævam eſt nobiliſſimæ aræ indidit, ut tradit Jo. Franciſcus Florentinus in Indiculo Epiſc. Brix. *Galeardus.*

(2) In Romperti ſermone deſcribendo non tantum facile fuit errorem obrepere unius ſyllabæ omiſſione, & hunc deinde in Catalogos, & Kalendaria, ſeculis aliquot recentiora, tranſire, ſed ſeipſum ſic errantem eſſe perſuadet ipſe Ramperti contextus. Nam cum idem nomen Rampertus ſecunda vice repetit, utitur particulis nominis repetitionem ſignificantibus. Sic Gaudioſum, Silvini ſucceſſorem, ſimpliciter nominat, veniens autem ad eum, qui ſucceſſit Epiſcopo Deuſdedit, item, inquit, Gaudioſus iterum: hoc autem non facit in ſucceſſore s. Titiani, ſed tantum in ſucceſſore s. Dominatoris, dicens, *iterumque Paulus*, ergo hic ſolus ipſi eſt, in quo ſignificatum voluit Pauli nomen repeti, ac per conſequens alteruter ex duobus prioribus, qui nunc ſub Pauli nomine leguntur, Paulinus ipſi ſcriptus eſt, non Paulus. Uter vero? Faynus exiſtimat s. Gaudentii ſucceſſorem Paulinum vocatum fuiſſe, & hunc eſſe, qui colitur in Martio. Idque ex fide cujuſdam membranacei, citati ab Octavio Rubeo, in quo ſic legebatur: *Salvatoris noſtri aſpirante gratia, ſancta Eccleſia Brixiana, ſubſtitutus fuit s. Gaudentio B. Paulinus: qui diu in Africa commoratus permultum laboravit in vinea Domini*: ex quo fundamento idem Octavius deduxit ipſum eſſe, qui in Eccleſia Mediolanenſi fungebatur officio amanuenſis, & vitam s. Ambroſii ſcripſit, male attributam s. Paulino Nolano Epiſcopo. Sed cum nullo argumento probetur illius vitæ auctor ad Epiſcopalem gradum poſtea aſcendiſſe, & Catalogus, cujus fragmentum citatur, non ſit antiquior inventione corporis facta ſub Canonicis Regularibus more ſuo pronis, ut quoſcumque ſanctos ſuo Auguſtino conjungant, & ut credibile faciant illius regulam longe ante Congregationem [illegible] Canonicalium initia, fuiſſe inter Clericos Europæos uſurpatam; hæc inquam, cum ita ſe habeant, nihil video rationis, cur S. Gaudentii ſucceſſor videri debeat, non *Paulus*, ſed *Paulinus* vocatus. E contra vero, ſi, quod ſcribit Faynus, cum Paulini nomine inventus ſit die 11. Martii, quo etiam à Brixienſibus colitur s. Titianus, veroſimile ſit, eodem utrumque die ambo, quia pariter levati de terra, & collocati fuere ſub altaribus, hic quidem in veteri æde SS. Coſmæ, & Damiani, ille in s. Euſebii Eccleſia. Cauſa autem eodem pariter elevandi nulla congruentior cogitari poteſt, quam quod contiguas ſibi ſepulturas habuerint; hinc autem haud inveroſimilis præſumptio oritur, contiguo etiam tempore, utrumque floruiſſe. Verum cum ejuſmodi præſumptiones nihil ſolidè probent, ſatis ſit eas ſimpliciter expoſuiſſe ad judicandum, quod in Martio, majorem ſcriptorum Brixianorum partem, & Galeſinium tabulas [illegible] eas laudantem ſecuti, Paulinum ſeceramus s. Titiani ſucceſſorem. Idem ſuadere poſſet ſpatium annorum [illegible] in veteri S. Euſebii [illegible] diu Canonici, ſi probaretur, quod Eccleſia illa tam ſit antiqua, quodque haud diu poſt obitum ſuum ſub altare delatum fuerit S. Paulini corpus, puta ſub finem ſeculi VI. cum omnes circa ejuſdem loculi [illegible] dium. *Papebrochius in Actis SS. Aprilis tom. 3. pag. [illegible] n. 6.*

(3) Et hic quoque Ughellus plura admiſit errata. Nullus enim s. Stephano hic locus eſt, nec tranſlatio ad Eccleſiam s. Andreæ fieri potuit, quæ jampridem vetuſtate conſumpta fuerat, ſed horum quatuor SS. corpora ex æde s. Stephani in arce, quo illata fuerant à vetuſto s. Andreæ templo, ſolemni ſupplicatione deportata ſunt anno 1581. Kal. Novembris in eam templi majoris partem, quæ s. Petro dicata erat, id quod ante centum & amplius annos publico conſilio decretum fuerat, ita ut hoc munus nonniſi divinitus ſancto Præſuli Borromæo reſervatum fuiſſe videatur. Quæ eadem alia deinde ex eodem templo, cum diruendum eſſet, in altare s. Julii Cathedralis rotundæ translata ſunt. *Ex Florent. in Indic. Epiſc. Brix.* Galeardus.

(4) Non habetur in Catalogo Ramperti, ſed hunc fortaſſe omiſit Rampertus, quia ſanctos, *& venerabilis memoriæ* Epiſcopos recenſens, noluit eorum ſeriem ſimoniaci, atque irreligioſi hominis nomine fœdare. Potuit etiam fieri, ut Berticanum ſiluerit Rampertus, quia jam tunc à Brixianæ Eccleſiæ dypticis excluſus eſſet. Præſtat autem integrum S. Gregorii locum lib. 4. Dial. c. 51. hic apponere. *Joannes quoque vir magnificus, in hac urbe locum præfectorum ſervans, cujus gravitatis, atque veritatis ſit, novimus: qui mihi teſtatus eſt Valerianum patricium in civitate, quæ Brixia dicitur, fuiſſe defunctum. Cui ejuſdem civitatis Epiſcopus accepto pretio, locum in Eccleſia præbuit, in quo ſepeliri debuiſſet. Qui videlicet Valerianus uſque ad ætatem decrepitam levis, ac lubricus extitit, modumque ſuæ gravitatibus ponere contempſit. Eadem vero nocte, qua ſepultus eſt, beatus Fauſtinus martyr, in cujus Eccleſia corpus illius fuerat humatum, cuſtodi ſuo apparuit dicens: Vade, & dic Epiſcopo, ut projiciat hoc fœtentes carnes, quas hic poſuit: quod ſi non fecerit, die trigeſimo ipſe morietur. Quam viſionem cuſtos Epiſcopo timuit confiteri, & rurſus admonitus declinavit. Die autem trigeſimo ejuſdem civitatis Epiſcopus cum veſpertina hora ſanus, atque incolumis ad lectum rediiſſet, ſubito, & inopinata morte defunctus eſt.* Hunc Berticanum Florentinus inter Anaſtaſium, & Dominicum locat. *Galeardus.*

(5) Extat inſigne de Paterio teſtimonium apud Bedam in Præf. lib. 7. in Cantica, ejuſque meminit etiam Trithemius in lib. de Script. Eccleſ. ubi eum Romanæ Eccleſiæ *Notarium, & Secundicerium* vocat. De eo Mabill. Annal. Bened. to. 1. ſub ann. 590. *Galeardus.*

(6) Concilium hoc Romanum ſub Agathone celebratum fuit anno 680. non anno 679. ut aſſerunt Faynus, & Ughellus. Adfuerunt huic Synodo 125. Epiſcopi, qui Monothelitarum hæreſim condemnarunt, atque legationem Conſtantinopolim ad ſynodum Oecumenicam [illegible] decreverunt. Labantur autem Fay-

ſubſcripſit à ſancta illa Synodo ad Conſtantinopolitanum Imperatorem contra Monothelitas directum. Meminit illius Mar. Rom. 4. Id. Decemb.

32 S. ANSIGINUS vixit ann. 682. Deodedit Epiſcopo ſuffectus eſt, (1) cujus feſtum Brixiæ celebratur 18. Kal. Decemb. Non deſuere, qui huic ſancto adſcripſerunt ſolemnem translationem ſanctorum Fauſtini, & Jovitæ, quorum corpora revera tranſtulit Amphridius anno 806. ut notat Octavius Rubeus in prædictorum ſanctorum hiſtoria.

XXIX 33 GAUDIOSUS hujus nominis II. („ *in Epiſcopum Brixianum receptus eſt anno 693. E vivis* „ *receſſit an. 712. Faynus.*)

XXX. 34 RUSTICIANUS floruit iiſdem temporibus; jacetque prope Eccleſiam S. Andreæ („ *ſedit* „ *ab anno 712. ad 728. quo obiit. Faynus.*)

XXXI 35 APOLLINARIS Mediolani ſepultus („ *Sedit ab an. 729. ad 756. quo ab hac luce tranſivit. Fa-* „ *ynus.*)

XX XII. 36 ANDREAS. Hujus tantum nudum nomen apponimus, quod nullus tam inſtructus calamus reperiatur, qui invidioſæ vetuſtati viros omnes præclaros eripere poſſit. („ *ex Fayno ſedit ab ann. 756.* „ *ad 759.*)

XX XIII. 37 THEODALDUS ad hanc ſedem pervenit ann. 753. *a* Hujus Epiſcopi temporibus famoſum S. Juliæ Cœnobium narrant fuiſſe ædificatum ab uxore Deſiderii Regis, atque ab Aneilperga ejuſdem filia, locique Abbatiſſa fuiſſe munificentiſſime dotatum, cum prius illuc S. Juliæ (a) corpus ex inſulis Gorgonibus transferendum curaſſet. In cujus rei memoriam Moniales in Eccleſia ſequentem inſcriptionem in marmore exaratam apponi fecerunt.

a 760. numera calculum Fayni.

M C C C C C C

D. O. M.

Flaviæ Anſæ Reginæ, Flavii Deſiderii ultimi Longobardorum in Italia Regis uxoris, vetuſtiſſimi hujus Mon. fundat. Ancilpergæ P. Giſlæ Hlotarii P. VIII. Giſlæ ſanctimonialis Hladovici II. Imperatoris F. F. Angilpergæ Hludovici Germaniæ ac Bavariæ Regis F. ſereniſſimæ Bertæ Berengarii P. Imperatoris F. Sereniſſimæ Abbatiſſæ aliarumque multarum Deo & P. Benedicto ſacratarum illuſtrium hic quieſcentium cineribus. R. P. D. Ambroſio Scaramutio Brixien. S. Euphemiæ Abb. ſub cujus regimine hæc Eccleſia fundata atque peracta eſt. R. D. Monica Buarna Abbatiſſa, omniſque S. Juliæ devot. Virgin. chorus Benefact. memores tantæque nobilitatis hæredes æternum Chriſtianæ pietatis monument. hoc lapid. CC. & DD. Anno a Mon. coad. DCCCXLV.

In hac eadem Eccleſia præter plura ſanctorum lipſana jacent corpora SS. Virginum Piſtis, Helpis, & Agapes, ac Sophiæ eorum matris, à Deſiderio Rege Monialibus dono data, quæ anno 1600. ex veteri tumba ſolemniter, in nobiliori, ac venuſtiori loco translata ſunt, hac ibidem proloquente inſcriptione.

D. O. M.

Huc ex veteri Eccleſia SS. Virginum & Martyrum Juliæ, Piſtis, Helpis, & Agapes, ac Sophiæ earum matris, nec non duorum Innocentium ſanctorumque Epimenei Juſtiſs. & Hippolyti ac Concordiæ ejus nutricis Martyrum, Beatique Obicii Confeſſoris corpora cum innumeris ſanctis reliq. Clement. VIII. in cura paſtorali, & in Sereniſs. Venet. dominio Marino Grimano Duce reſidentibus, Brixiæ vero D. D. Marino Georgio Cath. Eccl. Epiſcopo, R. P. D. Flaminio Fabbio Bononienſi S. Euphemiæ Abbate, Cœnobiique hujus ampliſſimi, in quo Moniales CLXX. DEO laudabiliter ſerviunt R. D. Suſanna de Montiis Abbatiſſa exiſtentibus, translata fuere anno Jubilei MDC. die xvi. Kalend. Januarii.

Bene, ac laudabiliter ad multos annos Theodaldus Eccleſiam rexit Brixienſem, requievitque in pace, cujus corpus jacet apud Eccleſiam (3) S. Joannis Baptiſtæ.

38 VITALIS hujus nominis I. ac poſtremus hanc Eccleſiam gubernavit poſt Theodaldum. Temporibus vero Urbani II. reperitur in Gratiani decretis ſcriptus alius Vitalis Brixiæ Epiſcopus, quem cum Gregorius XIII. caſtigaſſet, dempto à C. quod autem 30. q. 4. Epiſcopi nomine, presbyteri nomen repoſuit incorruptum textum ſecutus C. ſuper quibus 30. q. 3. XX XIV.

39 BENEDICTUS ſepultus ante regiam S. Mariæ. XXX V.

40 ANTOALDUS *b* ad hanc ſedem ſubvectus eſt *c*, vir doctrina, ac ſanctitate celebris, cujus cum laude meminit Rampertus Epiſcopus in translationis ſermone S. Philaſtrii. Hunc aliquot opuſcula ſcripſiſſe narrant, fuiſſeque ſepultum apud S. Petrum in Oliveto. XX XVI.

b Ramperto, aliis, *Anſoaldus.* *c* Circa an. 774. *Faynus.*

41 CUNIPERTUS ſepultus in æde SS. Fauſtini, & Jovitæ ad ſanguinem („ *Hujus memoria habetur in ſententia quadam Lotharii Imperatoris,* „ *de qua in Veronenſibus ubi de Rataldo agitur.*) XXX VII.

42 AMPHRIDIUS, ſive Amphrigius Brixienſem tenuit ſedem, *d* optima fama Paſtoris, annoque 806. die 13. menſ. Maji ſolemni pompa tranſtulit corpora SS. Fauſtini, & Jovitæ, ut in vita eorumdem ſanctorum legitur. Sancte, pieque deceſſit Amphridius, dum precum inſtantia cœlum pulſaret, ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Fauſtini, ubi ſequens memoria legitur, Longobardorum literis exarata, ut Octavius Rubeus obſervavit. XXX VIII.

d Electus an. 787 ex Fayno.

Hic jacet Beatus Amphridius Epiſcopus,
qui in orando coram ſanctiſſimis Fauſtino,
& Iovita animam DEO reddidit.

43 PETRUS deinde præfuit Brixianis anno 807. quo ipſo anno die 13. menſis Aprilis ſacellum conſecravit in Eccleſia S. Fauſtini. Hunc Rampertus ſucceſſor beatæ memoriæ Præſulem appellat, artiſque medicæ peritiſſimum. E vivis exceſſit ann. 814. ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Fauſtini majoris. („ *De hoc pariter memoria habetur in ſupradicta ſententia Lotharii, quam refert Ughellus* „ *tomo ſequenti in Veronenſibus.*) XXX IX.

44 RAMPERTUS *e* ad hanc ſedem ſubvectus eſt an. 814. Hic beatiſſimæ memoriæ virum Philaſtrium Brixienſem Epiſcopum, atque patronum, in Eccleſiam Majorem tranſtulit, *f* unde jacebat, libroque inſcripto miracula, quæ in ea translatione patrata ſunt, diligenter comprehendit, ubi aliquot Epiſcoporum, qui in ea dignitate præceſſerant, cum laude meminit. Leuthgarum Abbatem, ac Hildemarum Monachum, ſanctimoniæ laude, doctrinaque præſtantes evocavit è Gallia, conſtructo- XL.

e De hoc Cozzandus in Bibl. Brix. pag. 109. [illegible] *f* Anno 815.

Florentinos, & Faynos, dum aſſerunt eum ſubſcripſiſſe libello Romanæ Synodi Conſtantinopolim miſſo, ſed abſque nomine ſuæ Eccleſiæ; contrarium quippe aperte prodit præſtantiſſima Collectio Conciliorum Edit. Lupareæ 1644. tom. 16. pag. 148. ubi ejus ſubſcriptio poſt Joannem Epiſcopum Eccleſiæ Genuenſis, & ante Audacem Epiſcopum Eccleſiæ Dertbonenſis, ſic legitur: *Deusdedit Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Brixianenſis in hanc ſuggeſtionem, quam pro Apoſtolica noſtra fide unanimiter conſtruximus, ſimiliter ſubſcripſi.* Quamvis autem Ferrarius in Catal. SS. Ital. aſſerat eum interfuiſſe textæ Synodo Conſtantinopolitanæ, una cum aliis Epiſcopis 280. *quemadmodum ex Epiſcoporum ſubſcriptionibus apparet*, cum tamen hæc ſubſcriptio neutiquam inveniatur, veriſimile eſt Ferrarium cum his ſcriptoribus confudiſſe, qui textæ ſynodo Conſtantinopolitanæ etiam Romanam, tanquam ejus appendicem aſcribunt, in qua Deusdedit ſubſcriptus legitur. *Galeardus.*

(1) Decimo octavo Kalendas Decembris Brixiæ colitur *S. Antigius*, nullus *Anſiginus*, de quo etiam tacet B. Rampertus in ſæpe citato ſermone. Antigium vero non Brixienſem, ſed Gallum Epiſcopum fuiſſe ſupra docuimus.

(2) Immanis error. Recte autem Faynus in Martyr. Brix. *ex inſula Gorgonia*, quæ inſula eſt Tyrrheni litoris, vulgo *Gorgona*. Miror Ughellum, & Florentinium tam ſæde lapſos eſſe, ut pro inſula *Gorgonia*, *Gorgones inſulas* repoſuerint, *ex inſulis Gorgonibus* quas in mare Atlantico ſitas commemorant Plin. lib. 6. c. 31. & Acta SS. Maji tom. 5. pag. 105. ad diem 22. Maji. *Galeardus.*

(3) Eccleſia hæc, quæ Brixiæ in platea majori ſita erat, paulo ante annum 1810. ſolo æquata eſt. In ea conſtructum erat Baptiſterium juxta antiquum Eccleſiæ morem, quo fons Baptiſmalis extra Cathedralem conſtitui ſolebat, de quo Mabill. Iter Ital. pag. 9. & 19. quod quidem Baptiſterium à Reginæ Theodolindæ conſtructum fuiſſe docebant inſcriptiones duæ ibidem inſculptæ, & à Thaddæo Solatio Brixianarum inſcriptionum collectore deſcriptæ. Prima: Domina Noſtra Flavia Theudelinda ædificari fecit hoc Baptiſterium Vivente Domino Noſtro Flavio Agilulpho. Altera vero: Domina Noſtra Flavia Theudelinda conſecrare fecit hoc Baptiſterium Vivente Domino Noſtro Flavio Andeloaldo tertio ſalutis ſæculo CCCCCCXVII. *Galeardus.*

ctoque Cœnobio, illis attribuit Eccleſiam, ubi SS. A
Fauſtini, & Jovitæ corpora requieſcunt. (,, *In-*
,, *ſtrumentum fundationis hujus cœnobii, & dona-*
,, *tionis à Ramperto Epiſcopo factæ anno 841. jam-*
,, *pridem à Margarino editum in Bullario Caſinen-*
,, *ſi, & Octavio Rubeo in Vita SS. Fauſtini & Jovi-*
,, *tæ, ſed valde mendoſum, ac mutilum, hic integrum*
,, *ex chartulario Monaſterii SS. Fauſtini & Jovitæ ci-*
,, *vitatis Brixiæ, & emendatum damus.*
,, *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*
,, *Amen. Rampertus indignus beatæ Brixienſis Ec-*
,, *cleſiæ Antiſtes. Notum per hanc inſtitutionem eſſe*
,, *volumus cunctis piæ matris Eccleſiæ filiis, quod cum*
,, *noſtra parvitas ſtatum plebium, ac xenodochiorum*
,, *canonicè diſponere vellet, repererit loca, quæ*
,, *quondam monaſteria, & xenodochia fuerant ordi-*
,, *nata, miſerabiliter deſtituta, qua de re ſolicitus me-*
,, *cum volvere cœperim, qua ordinatione non ſolum*
,, *diſtricti judicis animadverſionem aliquo modo eva-*
,, *dere, ſed etiam pia ædificantium ſancta intentio-*
,, *ne ſervata, pro multarum ſalvatione animarum,* B
,, *nobis aliorum daretur remiſſio peccatorum. Hoc*
,, *& forte ſuffragantibus Sanctorum precibus exitum*
,, *perſpexerit, ut in loco, ubi Sanctorum Fauſtini, &*
,, *Jovitæ martyrum corpora quieſcunt, monachorum*
,, *ædificaretur cœnobium. Et cum ſuper hujus nego-*
,, *tii deliberatione admodum hæſitarem clara San-*
,, *ctiſſimi noſtri Archiepiſcopi, aliorumque Epiſcopo-*
,, *rum, & cunctorum potiſſimum Deum timentium aſ-*
,, *ſertione, hæc pro multis deliberatio confirmata*
,, *Deo revelante fuerit rebus. Primum ut intentio*
,, *Deo res ſuas dicantium cum augmentatione mane-*
,, *ret, quam pervertere malum eſt. Deinde ut in*
,, *venerabilium domo martyrum jugiter, ac ſapien-*
,, *ter divinum celebraretur Officium, quod non tam*
,, *noſtra quam anteceſſorum noſtrorum deſideria, adeo*
,, *tunc ſolvebatur indoctè, ut hoc uno nobis inſtaret*
,, *periculum. Poſtmodum ut proprios haberemus in-*
,, *terceſſores, vel etiam quorum vita & exemplo, non*
,, *ſolum Laicorum, verum etiam Clericorum vita ac*
,, *devotio inſtrui poſſet. Noviſſimè verò ut nulla no-* C
,, *ſtris eſſet difficultas ſeculo abrenuntiare volenti-*
,, *bus, quoniam hæc ratio tepidis adhuc mentibus*
,, *tarditatem nonnumquam ad Deum generat conver-*
,, *tendi. Denique cum noſtrorum fidelium & maxime*
,, *Sacerdotum ad hoc multorum ſaluti profuturum*
,, *provocaremur opus petere à Sanctiſſimo viro Domino*
,, *Angelberto Archiepiſcopo fratres curavimus quibus*
,, *hujus officii curam noſtra committere poſſet ſagaci-*
,, *tas. Ipſe vero ut vir doctiſſimus multorum affatim*
,, *illuſtrationem deſiderans, & non ſua, ſed quæ*
,, *ſunt Jeſu Chriſti per omnia quærens conceſſit no-*
,, *bis fratres ex Franciæ partibus advenientes, quoſ-*
,, *que ob illuminationem ſuæ Eccleſiæ inſolubili ſibi*
,, *ſociaverat vinculo, Leutgarium videlicet Abbatem,*
,, *& Hildemarum monachum, quatenus ita nobis præ-*
,, *ſtarent adjutorium quemadmodum illi nunc præ-*
,, *ſtant, & ſemper præſtabunt, quorum vita atque*
,, *doctrina plurimi hoc in regno illuſtrati eſſe noſcun-*
,, *tur. Prædictis itaque viris hujus operis curam cum*
,, *noſtrorum Sacerdotum etiam ſenſu commiſimus, ea* D
,, *utique ratione, ut pro ſui defenſione ipſa congrega-*
,, *tio quo quiete, atque tranquille ſuum Deo perſol-*
,, *vere valeant votum, libram argenti Epiſcopo*
,, *iſtius perſolvant Eccleſiæ in beatiſſimorum Fauſti-*
,, *ni, atque Jovitæ martyrum feſtivitate, habeant-*
,, *que nihilominus ex ſe ipſis ſecundum ſuæ normam*
,, *profeſſionis licentiam Abbatem ſemper creandi. De-*
,, *crevimus etiam, ut ſi aliquis ſucceſſorum noſtrorum,*
,, *quod minime credimus, aliquid ab ipſa congregatio-*
,, *ne ſupra quam definitum eſt exigere quolibet modo*
,, *voluerit, vel quamlibet inquietudinem facere ipſe*
,, *tentaverit, quicquid ab hac die ipſi loco, ſanctæ-*
,, *que congregationi datum fuerit, vel quæque adqui-*
,, *rere quolibet modo vel arte potuerint, in eorum per-*
,, *petuo maneant jure, quatenus his liberè utendo,*
,, *& quem voluerint defenſorem habendo, quiete,*
,, *atque tranquille votum Deo ſuſceptum perſolvant.*
,, *Nam ſicut propter inquietudinem hinc eos exire*

,, *cum ſuis omnibus permittimus, ita ſi abſque inquie-*
,, *tudine, & oppreſſione fuerint, niſi propter obedi-*
,, *entiam uſpiam ipſos ire non ſinimus. Obteſtor qua-*
,, *propter unumquemque ſucceſſorum noſtrorum co-*
,, *ram Deo, & Chriſto Jeſu, ut nullam ipſis inquie-*
,, *tudinem fratribus ingerat. Quod ſi aliquid de his*
,, *quæ ipſi congregationi per hoc præceptum data*
,, *ſunt, quis diabolica fraude deceptus, vel avari-*
,, *tiæ peſte corruptus ſubtraxerit, vel aliquam per-*
,, *turbationem intulerit, maxime cum de his, unde*
,, *Epiſcopus vivere conſuevit, nihil datũ ſit ipſis pre-*
,, *ter duas vineas, quæ ipſorum prato adjacent, pro-*
,, *pter quas alias plantare præcepimus, ſciat ſe pro*
,, *certo cum his ſanctis Martyribus, & cum his qui*
,, *res ſuas Deo dicarunt, in diſtricto Dei judicio cau-*
,, *ſas habiturum, pœnaſque perpetuas luiturum, &*
,, *merito, quia ſanctam ſanctorum devotionem, di-*
,, *ctæque Eccleſiæ pervertere minime timuit. Hæc*
,, *igitur ſunt quæ ipſorum fratrum utilitati conceſſi-*
,, *mus, id eſt curam ipſius Eccleſiæ, & ædificia, &*
,, *hortum, & pratum, & omnia quæ circundata ſunt*
,, *muro, & duas ſupradictas vineas, id eſt campum*
,, *Meleſi, & tabernula cum torcularia, & ſabbiona-*
,, *ria cum maſſariis & familia, & omnia ſicut vaſſal-*
,, *lus noſter Luithfredus uſque nunc in beneficio ha-*
,, *buit, & monaſteriolum Sancti Martini, quod eſt*
,, *in vico qui dicit. Turbulas, cum omnibus quæ ad ip-*
,, *ſum pertinent, & caſam ſancti Viti cum omnibus*
,, *quæ ad eum pertinent, & monaſteriolum S. Michae-*
,, *lis, quod ſitum eſt in loco qui vocatur Calſirius,*
,, *cum xenodochio Sancti Nazarii, & omnibus quæ*
,, *ad eum pertinet, xenodochium etiam, quod eſt in*
,, *loco qui dicitur Campedellus cum omnibus quæ ad*
,, *ipſum pertinent, & caſam Sancti Euſebii, quæ eſt*
,, *in monte Boenne cum omnibus quæ ad ipſam per-*
,, *tinent. Propter oleum vero ad luminaria Eccleſiæ,*
,, *& fratrum neceſſitatem dedimus quidquid de Vual-*
,, *perto venit de Cuniculo, & quicquid de Ioanne ve-*
,, *nit de Auſemo. Dedimus illis ſilvam, quæ dicitur*
,, *ad montem, cum illis hominibus qui ibi habitant.*
,, *Conceſſimus etiam illis ſortem in monte piano unam*
,, *locus qui nuncupatur Villaſca, & alteram in monte*
,, *digno ad vineas faciendas, & lignaria componen-*
,, *da, & ſecundum ſuam neceſſitatem, & ut accipiatur*
,, *de ipſo monte abſque contradictione. Et conceſſi-*
,, *mus eis in ſuburbano vico Epiſcoporum unum quod*
,, *deerat Maſſarium Giſulfum nomine, & omnia quæ*
,, *per ipſum reguntur, quod Luithfredus antea non*
,, *habuit. Volumus etiam ut in tegularia Sancti Fau-*
,, *ſtini, quæ eſt in loco qui dicitur Freones, habeant*
,, *licentiam terram cavandi, tegulaſque coquendi, ad*
,, *Eccleſiam ſanctorum martyrum cooperiendam &*
,, *monaſterium continendum. Concedimus eis Caſam*
,, *altam cum omnibus quæ ad eam pertinent, quæ*
,, *Vvichelenda, & Lea filiæ Vviconis habent nunc,*
,, *poſt mortem ipſarum. Hæc vero ſunt nomina famu-*
,, *lorum, quos illis conceſſimus de miniſterio, Vitalis,*
,, *Audebertus, Urſebertus, Bonipertus, Lunember-*
,, *tus, Leopertus, Giſulfus, de miniſterio Sicheradi*
,, *Vicedomini, Leopertus, Benedictus, Racbiper-*
,, *tus Iviculus, Theodepertus Nigrius, de Medulas,*
,, *Lupus, Martinus, item Lupus, item Martinus de*
,, *Jaſiano, Leopardus, Mactiolus, Urſebertus, Al-*
,, *butius, Maſcharellus. Item de Regiade, Amatus,*
,, *Giſulfus, Dominicus, Leo, Urſus, Ropertus. De Lu-*
,, *ciago, Leopertus, Cagocius, Giſimpertus, Amfo,*
,, *Andelpertus, Vvalpertus. Clerici vero Graſelper-*
,, *tus, & Urſebertus, & Fredebertus, & Audeber-*
,, *tus. Ut igitur hæc inſtitutio firmior haberetur Ar-*
,, *chiepiſcopo noſtro hanc optuli quatinus ſuo ipſam*
,, *confirmaret præcepto cum Epiſcoporum ac ſuorum*
,, *ſacerdotum ſubſcriptione, quamque Odelbertum*
,, *Eccleſiæ noſtræ notarium ſcribere juſſimus, & pro-*
,, *pria manu ſubſcripſimus.* ✠ *Actum anno Domi-*
,, *nicæ Incarnationis DCCCXLI. Anno etiam Impe-*
,, *rii Chriſtianiſſimi Hlotharii Imperatoris vigeſimo*
,, *ſecundo, Indictione quarta die pridie Kalenda-*
,, *rum menſis Junii.*
,, *Ego Rampertus indignus Epiſcopus hanc inſti-*

A

,, *cutionem à me factam propria manu mea ſub-*
Vslongus Diaconus juſſus à Domno Ramperio Epiſcopo manu mea ſubſc.
Perſus Archipresbyter en juſſione Domni Ramperti Epiſcopi manu mea ſubſc.
Audoni Presbyter ex juſſione Domni Ramperti Epiſcopi manu mea ſubſc.
Ego Conſtabilis Presbyter en juſſione Domni Ramperti Epiſcopi manu mea ſubſc.
Giſompertus Diaconus en juſſione Domni Ramperti Epiſcopi manu mea ſubſc.
Lupus Presbyter ex juſſione Domni Ramperti Epiſcopi manu mea ſubſc.
Agimundus Presbyter ex juſſione Domni Ramperti Epiſcopi manu mea ſubſc.
Simpertus Presbyter en juſſione Domni Ramperti Epiſcopi manu mea ſubſc.
Deuſdedit Presbyter ex juſſione Domni Ramperti Epiſcopi manu mea ſubſc.
Ego Theodorus Presbyter ex juſſione Domni Ramperti Epiſcopi manu mea ſubſc.

B

Pelprandus Presbyter ex juſſione Domni Ramperti Epiſcopi manu mea ſubſc.
Lampertus Presbyter ex juſſione Domni Ramperti Epiſcopi manu mea ſubſc.
Ropertus Presbyter ex juſſione Domni Ramperti Epiſc. manu mea ſubſc.
Vitalis peccator, & inutilis Diaconus juſſus à Domno Ramperto Epiſcopo ſubſc.
Ego Gaririprtus Presbyter en juſſione Domni Ramperti Epiſcopi manu mea ſubſc.
Agipertus Diaconus en juſſione Domni Ramperti Epiſcopi manu mea ſubſc.
Lovimpertus ultimus Presbyter ex prædicta juſſione manu mea ſubſc.
Adelraldus Diaconus ex juſſione Domni Ramperti Epiſcopi manu mea ſubſc.
Bonipertus minimus omnium Diaconus ex prædicta juſſione manu mea ſubſc.
Bonipertus Presbyter ex juſſione Domni Ramperti Epiſc. manu mea ſubſc.

C

Ermenpertus Subdiaconus en juſſione Domni Ramperti Epiſcopi manu mea ſubſc.
Adrepertus Subdiaconus ex juſſione Domni Ramperti Epiſcopi manu mea ſubſc.
Lampertus minimus ſubdiaconus ex prædicta juſſione manu mea ſubſc.

Adhuc ſpectatur Brixiæ gallus æneus, quem Rampertus ſudendum, collocandumque curavit in ſacræ Turris faſtigio cum hac inſcriptione ſexto ſui Epiſcopatus anno ibidem inciſa.

† Domnus Rampertus Epiſcop. Brixianus Gallum hunc fieri præcepit an. D N. THV, XPI, R.M. Octogenteſimo vigeſimo. Indictione 13. (1) anno Tranſlat. SS. decimoquarto, ſui Epiſcopatus vero ſexto.

Diu ſuperſtes fuit Rampertus, abiitque ad Superos *a*; cum ſibi creditam Eccleſiam, qua diſciplina Eccleſiaſtica, qua opibus mirifice auctam ſuis ſucceſſoribus reliquiſſet: ſepultuſque jacet in eadem Eccleſia SS. Fauſtini, & Jovitæ, quam auguſtiorem fecerat. (2)

a Anno 844. ex Fayno.

D

XLI. 45 NOTENGUS Brixienſis Epiſc. cujus meminit Baronius an. 853. (3) inde ſuſpicor Brixienſi Eccleſiæ duos Notengos præfuiſſe.

[,, *Notingus iſte à Florentino prætermiſſus fuit, qui poſt Rampertum ſtatim Antonium collocat; ſed manifeſtum eſt ex Anaſtaſio, & Baronio ad Ann 853. n. 43. & ſeqq. ubi Acta Romanæ Synodi ſub Leone IV. Pontifice recenſet, Notingum hunc Epiſcopum Brixiæ, cum tribus aliis legatis ab Imperatoribus Lothario, & Ludovico, eo anno ad Synodum Romanam fuiſſe deſtinatum, cujus etiam ſubſcriptio legitur poſt Petrum Aretinum Epiſcopum, hoc modo:* Notingus Brixienſis. *Extat item liber Rhabani Mauri* de prædeſtinatione *ad hunc eundem Notingum miſſus, quem habes apud Ughellum noſtrum Tom. 3. pag. 592. in Cluſinis Epiſcopis. Malo Notingus iſte, ad quem liber à Rhabano mittitur, à Sirmundo, & Caveo dicitur Veronenſis Epiſcopus, cum nullus inter Veronenſes Præſules hujus nominis extet. De altero autem Notingo poſt Landulphum dubitari jure poteſt, cum non habeatur in pluribus vetuſtis Catalogis Epiſcoporum Brixiæ, nec ſatis conſtet de illa privilegiorum confirmatione, quam à Stephano VIII. obtinuiſſe dicitur.* Galeardus.]

XLII. 46 ANTONIUS florebat an. 876. Ad hunc plures epiſtolas ſcripſit Joannes Papa VIII. in quibus una eſt, qua illum cum Auſperto Archiepiſcopo Mediolanenſi invitabat ad Synodum Ravennatem, ep. 58. [,, *Subſcripſit anno 877. Epiſtolæ Concilii Ravennenſis, qua poſſeſſio Flaviniaci Monaſterii, & Tiliniaci villæ Adalgario Æduenſi Epiſcopo, & ejus Eccleſiæ confirmatur apud Harduinum Concil. tom. 6. p. 190. Memoratur item in Concilio Romano ſub Joanne IX. cujus egregium fragmentum refert in Muſeo Italico tom. 1. par. 2. pag. 86. Mabillo, quod quidem Concilium non ad annum 894. ut volunt Baronius, & Collectores Conciliorum, ſed ad an. 898. referendum eſſe evincit Doctiſſimus Pagius in Baron. Annal. ad dictum annum.*]

XLIII 47 ARDINGUS jacet ſepultus in Eccleſia S. Mariæ in Poſterula. Memoratur in monumentis Lucenſis Eccleſiæ an. 904. ut in I. noſtro tomo retulimus.

XLIV 48 LANDULPHUS, quem nonnulli volunt fuiſſe Aſtenſem Epiſcopum, extra Brixianos muros Monaſterium S. Euphemiæ erexit, jacetque defunctus apud S. Petrum majorem. Hic Monaſterium S. Euphemiæ pro Benedictinis Monachis extra muros extruxit, quod Calliſti II. diplomata *a* teſtantur. Ejus præclaras laudes rude ſæculum pari carmine ſepulchro in Sancti Petri majoris templo conſtituto inſcripſit.

a Extat diploma in Bullario Caſinen. tom. 2. Conſtit. 149.

(,, *Epitaphium Landulphi Epiſcopi Brixiæ ex ſchedis Mſſ. Jo: Franciſci Florentini eſt hujuſmodi.*

,, *Ara tegit corpus clara de ſtirpe creatum*
,, *Præſens Landulphi Præſulis egregii.*
,, *Hanc aram, cujus ſemper pia linea rexit,*
,, *Ordine quam miro ſtruxerat ipſe potens.*
,, *Hic quoque nobilitate lucens, opibuſque refulgens,*
,, *Omnibus ut decuit claruit ipſe probus.*
,, *Alta ſilex ceu quam non turbidus impulit Auſter*
,, *Manſerat immotus turbine flante ſecli.*
,, *Huic inopum miſerendi, cunctarumque merentum*
,, *Inſtar ſanctorum maxima cura fuit.*
,, *Nam cleros populoſque paterno more fovebat,*
,, *Donans mirificè munera digna ſibi.*
,, *Sic ubi commiſſos nutriens migravit ad aſtra,*
,, *Tellus oſſa tegit, ſpiritus alta petit.*
,, *Vitæ quietem cernens ſibi valde propinquam*
,, *Edtnit fieri hoc ſibi Mauſoleum.*
,, *Præſulis Antonii juxta quod pia mēbra quieſcunt,*
,, *Quem morum pietas vexit ad aſtra poli.*
,, *Omnia quæ nunc his potiora videntur in aulis*
,, *Multiplici ſtudio fecerat ipſe prius.*
,, *Pro quibus hoc quodcumq; vides epigrāma viator*
,, *Ambo perpetua, dic, rogo, luce micent.*
,, *Iacebat Brixiæ in Eccleſia Cathedrali S. Petri Majoris anno* 1604. Galeardus.)

XLV 49 NOTENGUS (4) ejuſdem ſedis fuit antiſtes

(1) Male omnino Rubeus in Vita SS. Fauſt. & Jov. *Indictione nona*, nam anno 820. non *Indictio nona* reſpondet, ſed *Indictio decimatertia*, ut videre eſt apud Baronium, & Pagium. Acta M. Febr. tom. 2. pag. 808. recte ex Ughello legunt *Indictione decimatertia*. Galeardus.

(2) Ejus ſepulchrum inſtauratum fuit anno 1530. ex quo corrigenda eſt inſcriptio ab Ughello inferius allata in Adelmanno. De Ramperto plura Mabill. in Ann. Bened. Tom. 2. ad an. 815. 840. & 843. ubi etiam pag. 618. litteras Haganonis Bergomenſis Epiſcopi ad Rampertum refert, quibus Hilduardum ad eum diligit, ut Gubernationem Monaſterii SS. Fauſtini & Jovitæ ſuſcipiat. *Galeardus*.

(3) Martyrologium Gallicanum ſub pridie Idus Octobris Notingi Brixienſis Epiſcopi meminit, qua die tranſlationem celebrat ſacrarum reliquiarum S. Calliſti I. Papæ, & martyris, inquiens eas primum obtinuiſſe Notingum Brixienſem Epiſcopum à Sergio Papa, & in ſua Brixienſi Eccleſia perhonorifice collocaſſe. Quod ſi ita res ſe habet, Notingus jam erat Pontifex circa an. 845. cum Sergius Papa ſedisſet à menſe Februario anni 844. uſque ad menſem Aprilis anno 847.

(4) De hoc Notingo II. non parva mihi dubitatio ſuboritur, tum quod abſit à vetuſtioribus Catalogis, ut dictum eſt, tum quod à Fayno vita functus dicatur anno 917. ac Tinini ſepultus, cum interim Florentinus, ac Ughellus eum ſedidiſſe ferant anno 940. Diploma illud, quo Stephanus VIII. privilegia Monaſterio SS. Fauſtini, & Jovitæ indulta, Notingi hujus precibus confirmaſſe dicitur, nuſquam extat. Quod autem ſenuit Florentinus, conceſſum

ſtes an. 940. ad hujus preces Stephanus VIII. Pontifex Maximus omnia privilegia indulta Monaſterio SS. Fauſtini, & Jovitæ perhumaniter confirmavit. Ticini ſepultus eſt.

XLVI 50 GONFUS, vel Joſephus ætate juvenis, ſed virtute clariſſimus, qui ann. 947. eandem dignitatem obtinuit, honore Epiſcopatus à Berengario fuit exutus, ut retulit Sigonius (1) de Regno Italiæ ex Luitprando lib. 5. cap. 13.

XLVII. 51 ANTONIUS ann. 955. *a* à Berengario in locum amoti Joſephi Epiſcopus conſtitutus eſt. Sed cum Berengarius Gonſum in priſtinum gradum dignitatis reſtituiſſet, ut idem Sigonius narrat, inuſitato, novoque ad eam diem exemplo, Synodo Mediolanenſi, (2) ſub Valperto Archiepiſcopo interſuit, ubi cum Berengario, ejuſdemque filiis Regnum abrogaſſent, Othonem provexerunt ad thronum: decedens autem Antonius apud S. Chryſanthum ſepulchrum accepit. Memoratur in diplomate Othonis Imper. conceſſo Eccleſiæ Aſtenſi (3) ann. 962. ſubſcripſit *b* vero literis Joannis XIII. Papæ in cauſa excæcationis Herolfi Archiepiſcopi Salzburgenſis, (4) qui contra canonicam, & Apoſtolicam auctoritatem, poſt ſuorum oculorum amiſſionem celebrare myſterium ſacrum, palliumque geſtare audebat. Actum Ravennæ in Synodo 7. Kal. Maji, per manum Stephani Scrinarii S. R. E. in menſe Aprili, & Indictione X. in præſentia omnium ſanctorum Epiſcoporum. Celebrata eſt hæc Synodus præſente Imperatore Othone III. ann. 967. Videndus Hund. in Salisburg. hiſtor.

b Huic diplomati ſubſcribitur Antonius Brixienſis Epiſcopus, atque pro Brixienſi. Vide Hard. Concil.

XLVIII. 52 GOTHIFREDUS, Marchionis Athonis filius, & Ildegardis, Brixienſis Antiſtes declaratus eſt ann. 970. Sepultus jacet in Abbatia Canuſina. Hic ille Gothiſredus eſt Athonis ſecundo genitus, proavuſque Comitiſſæ Mathildæ, cujus Domnizzonius his carminibus meminit in vita ejuſdem Mathildæ, cum oſtenderet c. 3. quos filios Ildegarda Athoni progenuiſſet.

Ex iis ſunt orti tres, quos miratur hic orbis,
Rodulphus valde juvenis pulcherrimus, atque
Mortuus ante patrem, poſt quem ſequitur bonus alter
Antiſtes Magnus Gothifredus, & ille Theobaldus,
Qui poſt Athonem totum ſervavit honorem.

Idem Domnizzonius c. 2. cum memoraret ſanctorum reliquias ab Athone Canoſſam illatas, iis carminibus item Gothiſredi meminit, tanquam Athonis filii.

Reliquias alias dedit tibi Brixia magna,
Nam caput, atque humerum dextrum, paritérque lacertum
Offert gratis, & Gothifredus Epiſcopus egit
Hoc; quia de lumbis erat ortus principis hujus.
Hic Præſul ſacram reſeravit corporis arcam,
Ac ſecuit membra; cruor mox exiit extra,
Unde bonus Princeps valde miratus eidem
Continuo terræ propriæ, decimamque monetæ
Vovit & hæc ſecum ſacra duxit pignora lætus.

Hæ reliquiæ ſunt S. Apollonii V. Epiſcopi Brixienſis, quas Gothiſredus Epiſcopus Athoni parenti dono dedit, cujus corpus cum reſerata capſula ſecarent in partes, tamquam ex recenti corpore, illato vulnere, vividus cruor effluxit, Athone Marchione ad miraculum obſtupeſcente. Itaque religione perſuſus, plura donaria, decimaſque Canuſinæ Eccleſiæ liberaliſſime legavit, ab eo in honorem Sancti exædificatæ. Ubi deinde Atho prope veſtibulum ſepulturam ſibi delegit, propeque parentem ſe ſepeliendum Gothiſredus mandavit. Illius meminit Gretſerus in Domnizonem, Vidoque Mellinius in libro de origine familiæ Comitiſſæ Mathildis, Franciſcus Maria Florentinus lib 3. & doctiſs. Felix Contilorus in nondum edita ejus Comitiſſæ vita. Et Joannes Franciſcus Florentinus in ſuo Indice Brixianorum Antiſtitum ex Mellino *c* habet Gothiſredum ex Lunenſi Epiſcopo ad hanc ſedem evectum fuiſſe an. 970. quod quidem eſſe non poteſt. Gothiſredus enim Epiſcopus Lunenſis, qui hoc ſæculo vixit, eidem præfuit Eccleſiæ ab anno 981. ad annum uſque 996 ut in diplomate Othonis II. Imper. pro Monaſterio Brunenſi conceſſo contra Gothiſredum Lunenſem Epiſcopum, ut infra videre licet in Brunacenſium Epiſcoporum narratione.

c Nihil tale habet Mellinus, vir ſolertis ingenii, ut minime vulgaris induſtriæ, ut ejus ſcripta produnt. Galeardus.

53 ATHO Gothifredo ſucceſſit. (*„ ab anno 976.*
„ ad 980 ex Fayno.) XLIX.

54 ADELBERTUS deinde aſcendit ad eundem Cathedram. (*„ Anno 981. atque in ea ſedebat* L.
„ adhuc anno 1001. die 14. Octobris, quo interfuit
„ Papiæ judicio cuidam Ottonis ſacri palatii comi-
„ tis. Refertur documentum à Muratorio in Antiq.
„ Eſten. tom. 1. p. 25. Memoratur etiam in documento
„ anni 996. apud eundem Muratorium loco cit. p. 187.)



55 LANDULPHUS, hujus nominis II. Arnulphi (5) Caſtillionei Mediolanenſis olim Archiepiſcopi LI.

Italia Sacra Tom. IV. Z 3

ceſſum fuiſſe à Stephano VIII. in Synodo Lateranenſi, monſtri ſimile eſt, cum nulla Synodus Lateranenſis ſub Stephano VIII. celebrata fuerit, ac Concilium Lateranenſe I. habitum ſit ſedente Calliſto II. anno duntaxat 1122. nempe centum octuaginta & amplius annos, poſtquam Stephanus inter vivos eſſe deſiit. *Galeardus.*

(1) Locus Sigonii lib. 6. de regn. Ital. ad ann. 947. ſic habet: *Cæterum Berengarius cum Eccleſias diſtribueret, Joſepho Brixiæ Epiſcopo, ſpectatæ probitatis viro ſede ſua remoto, Antonium, nullo Epiſcoporum conſilio adhibito, novo exemplo ſubſtituit.* Ex hoc loco patet ea, quæ de Antonio ab Ughellio elogio ſequenti ſubduntur, emendatione indigere, non enim anno 955 Antonius Joſepho ſuffectus eſt, ut ait Ughellius, ſed eodem anno 947. ut aperte prodit allatus Sigonii locus. Et convincitur etiam ex eo, quod an. 952. interfuerit Synodo Auguſtanæ in cauſa diſciplinæ habitæ, ut videre eſt apud Harduinum Concil. tom. 6 p. 616. Porro utrum Berengarius Joſephum, ſeu Gonſum, in *priſtinum dignitatis gradum* unquam reſtituerit, ut Ughellius perhibet, ex Sigonio non habetur, licet eodem lib. 6 ad annum 953. Berengarium cuncta ſacra, & prophana, pro libito adminiſtraſſe tradat, his verbis: *Agebat enim pontifices, epiſcopos, abbates, comiteſque Italiæ in ordinem cogere, vexare, atque omni denum injuriarum genere incessere inſtituit, itant neque fortunis, atque dignitati ullius parceret, verum apud omnes inſigniæ avaritiæ, atque ſuperbiæ exempla relinqueret.* Galeardus.

(2) Tres hujus rei teſtes ſunt præcipui quidem, ſed nemo eorum expreſſe Antonii Brixiani Antiſtitis meminit: hoc tantum referunt, conventum hunc Mediolanenſem à Valperto Archiepiſcopo una cum *ſuffraganeis Epiſcopis ſuis* habitum, in quo Berengario, filioque ejus Aldeberto regnum eſt abrogatum, & Otho ſuffectus, coronaque ferrea coronatus. Landulphus ſenior ſæculi XI. ſcriptor, qui Mſ. exſtat in Bibliotheca Ambroſiana factum hoc fuiſſe narrat A. D. 961. *adſtantibus beati Ambroſii ſuffraganeis univerſis, comitibuſque Ducibus, atque Marchionibus.* Galvaneus Flamma apud Ughellium in Archiepiſcopis Mediolanenſibus: *Statim Archiepiſcopus Mediolanenſis* (Valpertus nempe) *convocatis ſeptemdecim Epiſcopis ſuffraganeis ſuis, & Baronibus, & Comitibus univerſis, Othonem in Regem Italiæ deſignavit.* Sigonius lib. 6. de regn. Ital. ad an. *Interim Mediolani Archiepiſcopus promiſſi memor, principum, epiſcoporumque de more conſilium vocat, atque eo annuente, qui frequentes convenerant, ſententia, regnum Berengario, atque Adelberto abrogatum ad eum defert, ipſumque in æde D. Ambroſii urbana, magno apparatu, cæremoniaque inungit, conſecratumque ferrea corona condecorat.* Galeardus.

(3) Supra in Epiſcopis Aſtenſibus. Signatum autem diploma illud hoc modo: *Datum 8. Kal. Octob. anno Dominicæ Incarnationis 962. Indict. 6. anno Imperii Sereniſſimi Imperatoris Othonis primo. Actum Papiæ in Civitate in Chriſti nomine feliciter. Amen. Oſtertus* [illegible] *Palatii comes. Vuido Mutinenſis Epiſcopus Ingaſ.* . . . *Giſeprandus Terdonenſis Epiſcopus. Antonius Brixienſis Epiſcopus. Sigilphus Placentinus Epiſcopus. Vbertus Parmenſis Epiſcopus.* Patet ex hujus diplomatis ſubſcriptionibus, Epiſcopos ea tempeſtate ut plurimum relictis ſedibus ſuis in aula apud Principem domicilium tenuiſſe. *Galeardus.*

(4) Hunc Herolfum, ſeu Heroldum, ab Henrico Bavariæ Duce, Othonis fratre, excæcatum meminit Sigon. lib. 6. ad ann. 954. De Ravennatenſi vero Synodo Rhegino hæc habet: *Otto Imperator, ubi Natalem diem Domini Romæ celebraſſet, Ravennam profectus eſt, una cum Joanne Romano Pontifice, ubi celebrato Paſchate, plurimos ex Italia, & Romanis Epiſcopos condunavit, & habita Synodo multa ad utilitatem ſanctæ Eccleſiæ adinvenit.* Eadem apud Sigon. lib. 7. ad ann. 967. Subſcripſit porro Antonius Brixiæ Epiſcopus eodem anno 967. non tantum literis Joannis XIII. in cauſa Heroldi Archiepiſcopi Salisburgenſis, ſed etiam inſtitutioni Archiepiſcopi Magdeburgenſis, uti habetur apud Labbeum tom. 9. pag. 678. *Galeardus.*

(5) Gothifredi fortaſſe ſcribendum fuit, quamvis ætas omnino convenire non videatur, hic enim ex Caſtilionea familia ortus, non ille, qui *Arnulphus cognominatus ab Arciaco* ab eodemmet Ughellio dicitur in Mediolanenſibus Archiepiſcopis. Huic Landulpho tribuitur Tranſlatio corporis S. Apollonii Brixiæ Epiſcopi anno 1025. de qua ſupra in Apollonio. *Galeardus.*

copi frater, Brixienſi ſedi Præſul admotus eſt anno 1002. Hic ann. XXI. ſui pontificatus ſaluberrimas leges tulit in favorem Canonicorum Cathedralis, Clerique SS. Chryſanthi, & Dariæ, qui fuit ann. 1023. E vivis exemptus eſt anno 1027. ſepultuſque eſt apud S. Euphemiam. Nuper ejus elogium ſcripſit Antonius Beſſa Nigrinus, at non citra errorem. Narrat enim fuiſſe illum Epiſcopum Brixienſem ann. 59. contra publicas tabulas, atque hiſtorias illius Eccleſiæ, quæ eidem illum dignitatis gradum attribuunt an. 25.

LII. 56 OLDERICUS, ſive Uldericus creatur Epiſcopus Brixienſis ann. 1027. Conrado II. Imperatori unicecharus fuit, quamobrem tam Brixiæ, quam per diœceſim ſparſa plura caſtella obtinuit, ac juriſdictiones, ipſeque plura donavit Monaſterio S. Petri in monte, ea tamen lege, ut anniverſario quotannis ipſe mortalitate defunctus juvaretur. Interſuit Synodo Papienſi (1) ann. 1046. 8. Kal. Novemb. ſubſcripſerat idem ann. 1031. privilegio Poponis Aquilejenſis Patriarchæ ad favorem Canonicorum ejuſdem Eccleſiæ conceſſo, ubi Woldaricus nominatur. Deceſſit an. 1048. ſepultuſque eſt apud S. Mariam Majorem.

(„ *Extat in Regeſto membran. A. Civitatis Brixiæ fol. 199. t. diploma Conradi II. ſignatum „ ann. 1037. quo Olderico huic præter alia jura curbis inſuper portoria elargitur, & ſcripturus, omnemque publicam functionem ipſius civitatis, & „ tanquam cumulum Olium, & Mellam, & eorum „ utruſque ripas ab ipſis fontibus uſque ad oſtia, ubi „ Pado miſcentur. Porro diplomatis exemplum ſubjicimus.*

„ *In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Conradus II. divina favente clementia Romanorum „ Imperator, & ſemper Auguſtus. Dum juſtis fidelium noſtrorum petitionibus aſſenſum præbuimus, „ devotiores eos in noſtro obſequio procul dubio ſtatuimus. Quapropter omnium Sanctæ Dei Eccleſiæ „ noſtrorumque fidelium præſentium ſcilicet & futurorum noverit induſtria, Sanctæ Brixienſis Eccleſiæ Venerabilem Epiſcopum Veldericum noſtrum imperialem adiiſſe clementiam, quod pro „ Dei amore, noſtræque remedio animæ, imperiali auctoritate, & noſtra præceptali pagina, concederemus Sanctæ Brixienſi Eccleſiæ dedicatæ in „ honorem beatæ ſemper Virginis Mariæ, quæ eſt caput ipſius Epiſcopi, Monaſteria, Abbatias, Cortes, „ plebes, vel ſcriptiones, & præcepta, nominatim „ montem de Caſtenedula cum ſylva, cunctiſque „ inibi pertinentibus, & montem Dignum cum ſuo „ circuitu in integrum, portus civitatis, diſtrictum „ eccleſiaſticum, omnemque publicam functionem ipſius civitatis tam intus quam foris in circuitu per „ quinque milliariorum ſpacium, ambas inſuper ripas fluminum Olei videlicet, & Mellis, quæ ad noſtrum publicam juriſdictionem pertinent, ab eis „ ſcilicet locis, ex quibus ipſa inſurgunt, uſque dum „ eadem flumina in Padum fluvium intrant. Cujus dignis petitionibus aſſenſum præbentes, prout juſte „ & legaliter poſſumus, prænominatæ Eccleſiæ Brixienſi in honorem beatæ Mariæ dedicatæ, quæ eſt „ caput Epiſcopi, hæc omnia ſuperius expreſſa nominatim largimur, utruſque ripas ſupradictar fluminum Olei videlicet, & Mellis concedimus & „ donamus, atque noſtro Imperiali jure, & dominio, inſuper nominatæ ſanctæ Eccleſiæ jus, & dominium transfundimus, eo videlicet ordine quatenus in ſuperius nominatis utriſque fluminum ripis, nulli noſtri regni magnæ parveque perſonę liceat portum habere, nec noviter ædificare ad navale negotium exercendum in grano, vino, & ſale, „ niſi per licentiam, & conſenſum Epiſcopi, qui pro „ tempore in ſede ſuper ſacroſancta Eccleſia nominata à Deo, fuerit ordinatus et conſtitutus; præcipiendo deniq; jubemus, & hac noſtra imperiali, ac „ præceptali pagina ſtatuimus, ut nullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, „ Sculdaſſio, Gaſtaldio, vir aut mulier, nullaque „ noſtri regni magna parvaq; perſona ſuperius nominatam Sanctam Brixianam Eccleſiam de ſupradictis beneficiis, quæ conceſſimus, vel utriuſque fluminum ripis diſveſtire, moleſtare, diminorare, aut „ aliquam violentiam, aut moleſtiam facere, aut inferre præſumat. Si quis igitur hujus noſtri præcepti violator extiterit, quod minime credimus, ſciat „ ſe compoſiturum auri optimi libras centum, medietatem noſtræ Cameræ, & medietatem prænominatę Eccleſiæ, & Epiſcopo pro tempore ibi à Deo „ ordinato. Et ut verius credatur, diligentiuſque & „ ab omnibus obſervetur, hanc paginam manu propria corroborantes Sigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.*

„ *Datum Idibus Julii anno Dominicæ Incarnationis milleſimo trigeſimo ſeptimo, Indictione quinta, „ anno autem Domini Conradi II. Regni XIII. Imp. „ XII. Actum in loco qui dicitur Caldera feliciter.*

LIII. 57 ADELMANNUS, *a* ſive Alamannus Grammaticus, Leodienſis, ſui ſæculi Philoſophia celebris, ad hujus Eccleſiæ Cathedram aſcendit an. 1048. Inter multa opera, quæ poſteritati reliquit, illud enituit, De Corpore & Sanguine Domini noſtri Jeſu Chriſti inſcriptum ad Berengarium Turonenſem, ſuum olim condiſcipulum, cujus nervoſis rationibus, ita non ſolum ſui temporis hæreſim afflixit, ac jugulavit, ſed in poſterum etiam ſectariorum noſtri temporis technis præcluſit iter, ne ſecutores turpiſſime fallerent. Quamobrem hæreſiarcha Calvinus cum illius argumentorum nexibus ſe mordicus teneri ſenſiſſet, honeſtioremque exitum deſperaret, converſus ad injurias, Adelmannum imperitum, barbarum, ſophiſtamque appellat. Deceſſit hic doctiſſimus Præſul, ut tabulæ ſcribunt, anno 1057. ſepultuſque eſt in Baſilica SS. Fauſtini, & Jovitæ. Narrat Rubeus in eorumdem ſanctorum hiſtoria, Adelmannum obiiſſe anno 1046. lapide in capite ictum, in quodam Brixiæ conflictu contra Berengariſtas, ideoque tanquam fidei defenſorem tuliſſe palmam martyrii. Verum in geſtis Nicolai II. Papæ, quæ extant M. S. apud me, clare habetur Adelmannum in vivis fuiſſe anno 1061. & ab eodem Pontifice præceptum habuiſſe expellendi à divinis diaconos, ſacerdoteſque concubinarios. Hinc opus eſt aſſerere, non an. 1057. vel 1046. ut ajunt, illum obiiſſe, ſed poſt annum 1061. Meminit illius Trithemius in lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis, Burdegal. in Chronologia, & alii. Illius corpus in decentiorem locum poſtea tranſtulerunt cum aliis ſanctis quatuor *b* Epiſcopis Monachi Caſinenſes, ut videre eſt in hac adjecta inſcriptione,

a De eo Cozzandus in Bibl. Brix. pag. 1. p. 1. Mandoſi.

b Tribus.

Donec immortalitatem induunt Aphridii,
Petri, Ramperti, & Adelmanni Brixiæ
Epiſcoporum reliquum hic grata Caſinenſis
Congregatio repoſuit. MDXII.

LIV. 58 ODALRICUM ejuſdem ſedis Antiſtitem, Gibertique Antipapæ, atque Henrici Imperatoris fautorem Gregorius VII. anathemate vulneravit; nihilque aliud, quod poſteritati poſset exemplo eſse, effeciſse narratur, quam quod S. Petri Monaſterio in monte, ut vocant, ex Ord. D. Benedicti, pinguiores cenſus attribuit. Cæterum dum Odalricus Brixienſi in ſede fulgeret, Petrus Damiani Apoſtolicus Legatus (a) Brixianum Clerum expoliit ad ſanctiores mores.

LV. 59 CONON Odalrico ſucceſſit.

JOAN-

(1) Hujus Papienſis Synodi meminit Hermannus Contractus apud Baron. ann. 1046. eamque ab Henrico Rege, qui poſtea Imperator fuit, celebratam (ſic ea tempora ferebant) refert, his verbis: *Congregato exercitu Papiæ ſynodum celebravit.* Item Sigon. I. 8. de regn. Ital. ad ann. 1046. *Papiam inde profectus VI Kal. Novembris conventum egit.* Galeardus.

(a) De hac legatione Blond. Foroliv. lib. 3. Dec. 2. Sig. l. 9. de regn. Ital. ad ann. 1059. Capreol. lib. 5. Hiſt. Brix. pag. 29. Hæc autem legatio à Petro Damiani ſuſcepta eſt anno 1059. juſſu Nicolai II. ac proinde nullo modo ad Epiſcopatum Odalrici pertinere poteſt, niſi concedamus eum Brixianam ſedem tenuiſſe ante annum 1059. quod tamen Ughello non placet, volenti Adelmannum Odalrici præceſſorem inter vivos fuiſſe anno 1061. Acta illa MS. Nicolai II. quæ ad confirmandam ſententiam ſuam profert Ughellus, cujus authoritatis ſint, neſcimus, ideoque ullum hac de re judicium ferre in præſenti ſuperſedemus. Galeardus.

LVI. 60 JOANNES ſibi creditam dilapidavit Eccleſiam, toloque Chriſtianæ religionis ictus interiit.

LVII. 61 OBERTUS agnomine Baltricus, ab Henrico Rege hujus Epiſcopatus inveſtituram accepit. Epiſcopatu mulctatus eſt ann. 1090. (1) De quo Landulphus de S. Paulo c. 1. Plura corpora reperit, atque decentiori loco collocavit, ut prodit ejus ſepulturæ affixum Epitaphium à Rubeo relatum.

✠

Hic iacet Ombertus bonus Paſtor Brixianus, qui multa corpora ſanctorum poſt cruentum conflictum (2) (Henrici) *conſecravit anno MXCIII.*

LVIII 62 ARIMANNUS, ſive Hermannus, ſeu Armanus Monachus, favore Comitiſsæ Mathildis electus Epiſcopus ann. 1096. (3) Monaſterium S. Petri auxit Eccleſia S. Euſebii, cum aliis quampluribus bonis, & decimis, quas eidem Monaſterio liberaliſſime indulſit. Epiſcopatu privatus eſt an. 1116. Landulpho de S. Paulo teſte c. 30 Decedens ſepultus eſt apud S. Gervaſium

[,, *Extat hujus Arimanni Diploma datum anno* ,, *1097. quo Eccleſiam S. Viti, ac prædia nonnulla Abbati S. Benedicti inter Padum, & Lironem attribuit, illudque ex Chartulario ejuſdem Monaſterii à doctiſſimo viro Abbate Benedicto Bacchinio vulgatum hoc loco exhibemus.* Galeardus.

,, *Die Sabbati quæ eſt decima Octobris in Civitate Brixia in domo Epiſcopi preſentia bonorum hominum, quorum nomina ſubtus leguntur, conceſſit, Dominus* (4) *Armannus Cardinalis Romanæ Eccleſiæ, & Epiſcopus ſupraſcriptæ Sanctę Brixienſis Eccleſiæ, conſentiente Adegerio, & Ardiciono, ſeu Magifredo, Germani milites Domini prędicti Armanni Epiſcopi, Abbati S. Benedicti inter Padum, & Larionem, & ſuis Monachis Eccleſiam Sancti Viti quæ eſt poſita in loco Medulæ ibi habitare, & Monaſterium facere, & Domino ſervire, & vivere ibi ſecundum regulam S. Benedicti, & duas petias de terra aratorias juris ſupraſcripti Epiſcopi poſitas prope ipſam Eccleſiam, faciendo cambium cum ſupraſcriptis militibus, ſcilicet Adegerio, & Magifredo, ſeu Ardiciono, per parabolam & voluntatem ipſorum, & faciant jam dictus Abbas, & Monachi de hac Eccleſia, & de hac terra quicquid voluerint ſicut ſupra legitur, ſalvo honore ſanctæ predictæ Brixienſis Eccleſiæ, ſine contradictione ſupraſcripti Adegerii, & Magifredi, ſeu Ardicioni, ſuorumque heredum. Factum eſt hoc anno ab Incarnatione Domini Noſtri Jeſu Chriſti milleſimo nonageſimo ſeptimo ſupraſcripto die & menſe, Indictione undecima.*

,, *Ego Armannus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis confirmo.*

,, *Et ego Joannes ſacerdos laudo & confirmo.*

,, *Ego Oddo Advocatus interfui.*

,, *Ego Otto Notarius, & Judex rogatus ſcripſi, & interfui.*

(,, *JOANNES,* a *cujus notitia habetur in diplomate Henrici IV. dicti V. quo eidem Joanni an. 1123. eadem bona ac jura, quæ Olderico Conradus II. iterum conceſſit. Extat hoc diploma in regeſto membranaceo A. civitatis Brixiæ fol. 200. cujus tenor eſt hujuſmodi.*

a Omittitur inſerere, quia inutilia, & non legitimus.

,, *In nomine ſanctæ ac individuæ Trinitatis. Henricus V. divina favente clementia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus. Dum juſtis fidelium noſtrorum petitionibus aſſenſum præbemus, devotiores eos in noſtro obſequio proculdubio ſtatuimus; quapropter omnium ſanctorum Dei eccleſiæ, noſtrorumque fidelium preſentium ſcilicet & futurorum comperiat induſtria, Joannem Brixienſem Epiſcopum per fidelem noſtrum Otthonem Mediolanenſem judicem noſtram imperialem exegiſſe clementiam, quod per Dei amore, noſtræque animæ remedio, imperiali auctoritate noſtra pręceptali pagina concederemus ſanctæ Brixianæ Eccleſiæ dedicatæ in honorem beatæ Mariæ ſemper virginis, quæ eſt caput ipſius Epiſcopi, Monaſteria, Abbatias, Curtes, Plebes, vel ſcriptiones & præcepta, nominatim montem de Caſtenedulo cum ſylva cunctiſque inibi pertinentibus, & montem Dignum cum ſuo circuitu in integrum, plebem quoque Regui cum ſuis pertinentiis, portas civitatis, diſtrictum eccleſiaſticum, omnemque publicam functionem ipſius civitatis, tam intus quam foris in circuitu per quinque milliariorum ſpatia; ambas inſuper ripas fluminum, Olei videlicet, & Mellis quæ ad noſtram publicam juriſdictionem, & dominium pertinent, ab eis ſcilicet locis, ex quibus ipſa flumina ſurgunt, uſque dum eadem flumina in Padum fluvium intrant. Cujus dignis petitionibus aſſenſum præbentes, prout juſte & legaliter poſſumus, prænominatæ Eccleſiæ Brixianæ in honorem beatæ Mariæ dedicatæ, quę eſt caput ipſius Epiſcopi, hæc omnia ſuperius nominatim expreſſa largimur, utearumque partium ripas ſupradictorum fluminum, Olei videlicet, & Mellis, concedimus & donamus, atque à noſtro imperiali jure, & dominio, in ſupranominatæ ſanctæ Eccleſiæ jus, & dominium penitus transfundimus, eo videlicet ordine, quatenus in ſuperius nominatis fluminum utriſque ripis, Olei & Mellis, noſtri regni magnæ parvæque perſonę non liceat portum habere, vel noviter ædificare ad navale negotium exercendum in grano, vino, & ſale, niſi per licentiam Epiſcopi, & conſenſum, qui in ſæpe nominata ſacroſancta Eccleſia à Deo fuerit ordinatus; præcipiendo denique jubemus, & hac noſtra imperiali pagina ſtatuimus, ut nullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Sculdaſſio, Gaſtaldio, vir aut mulier, nullaque noſtri regni magna, parvaque perſona ſæpe dictam Eccleſiam ſanctam Brixianam de ſupradictis beneficiis, quæ ei conceſſimus, vel utriſque fluminum ripis diſveſtire, diminorare, aut aliquam violentiam ullo modo facere audeat, aut inferre præſumat. Si quis igitur hujus noſtri præcepti violator eſſe tentaverit, quod minime fieri credimus, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum, medietatem Cameræ noſtræ, & alteram medietatem præmemoratæ Eccleſiæ, & Epiſcopo pro tempore ibi à Deo ordinato. Quod ut verius credatur diligentiuſque ab omnibus obſervetur, hanc paginam manu propria roborantes ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.*

,, *Teſtes ſunt Conradus Argentinus Epiſcopus, Valtherus Trojanus Epiſcopus, Conradus Dux Suevorum, Ottho Comes Palatinus Burgundiæ, Emo de Milembite, Bruſardus de Caſtenebato, Rogerius Vicecomes, Viſcedus de Armenultis, & alii plures.*

Acta

(1) Omninò legendum videtur 1096. ut conſtet narratio Landulphi, qui anno hoc anno neglectum, & Epiſcopatu privatum, atque profectum Arimannum teſtatur ab Anſelmo electo Mediolanenſi Archiepiſcopo. Habes locum Landulphi integrum ſupra, apud Ughellum in Mediolanenſibus Archiepiſcopis. *Galeardus.*

(2) Ita inſcriptio legit apud Rubeum in Vita ss. Fauſt. & Jov. pag. 63. Ex hac inſcriptione male nonnulli putaverunt annum MXCIII. fuiſſe Oberti emortualem, cum tanquam apud Landulphum anno 1096. inveniatur adhuc inter vivos, ac de Brixianæ Eccleſiæ poſſeſſione cum Arimanno decertans. Vide Ughellum in Mediolanen. Archiep. ubi agit de Anſelmo hujus nominis IV. *Galeardus.*

(3) Chronologicam hanc notam, tanquam male ab Ughello appoſitam, carpſerat Cl. vir Abbas Benedictus Bacchinius Hiſt. Monaſterii Padolironenſis lib. 3. pag. 117. Arimannum aſſerens tenuiſſe Brixianam ſedem ab anno 1087. quod profecto totam Brixianorum Epiſcoporum Arimanni præceſſorum ſeriem, atque ordinem conturbabat. Non enim Obertus anno 1092 ſedem tenere potuiſſet, ut prodit inſcriptio ab Ughello ex Rubeo probata, neque, ut fert Landulphus, Epiſcopatu mulctari anno 1096. cum jam plures ante annos Arimannus præſideret. Quod in eam ſententiam adduxit doctiſſimum virum, fuit quoddam Arimanni Diploma, quod ſtatim ſuperius exhibuimus, quod ille anno 1087 conſignatum putavit, cum tamen expreſſe datum ſit anno 1097. *Factum eſt hoc anno ab Incarnatione Domini Noſtri Jeſu Chriſti milleſimo nonageſimo ſeptimo*. Habes illud in eadem Hiſtor. Monaſt. S. Benedicti Padolironenſis par. 1. pag. 17. ex qua fideliter deſcriptum hic exhibere operæ pretium duximus. Quamvis porro Indictionis numerus diplomati huic appoſitus *Indictione XI* nulla conveniat anno 1097. qui Indictione VI. menſe Octobri conſignatus invenitur, cum tamen cætera Diplomatis ſigna eidem anno aptiſſime conveniant, ac præſertim *dies Sabbati decima Octobris*, ſtatim Diplomatis præfixa, quæ nullo modo anno 1087. aptari poteſt, ideo facile putaverim numerum Indictionis deſcribentis errore fuiſſe permutatum, ac pro nota V. notam X in eum locum fuiſſe inductam. *Galeardus.*

(4) In hoc Diplomate Arimannus dicitur *Cardinalis Romanæ Eccleſiæ*, eademque appellatione vocatur apud Landulphum, ſed in Diplomate Anſelmi hujus nominis IV. Archiepiſcopi Mediolanenſis apud Ughellum, ſignato anno *Dominicæ Incarnationis 1097. IV. Non. Februarii*, ſubſcribit abſque ulla Cardinalatus mentione hoc modo: *Ego Armannus Brixienſis Epiſcopus interfui & ſubſcripſi.* Galeardus.

a primo. „ *Acta ſunt hæc anno* Dominicæ *Incarnationis* „ *MCXXIII. Indictione XI. a anno Regni noſtri* „ *xxrII. Imperii xIII.* Datum *Argentinæ pridie* „ *Kalen. Septembris.*

„ *Hunc Florentinus anno 1107. in Epiſcopum ad-* „ *lectum fuiſſe tradit. Profecto cum ea tempeſtate* „ *magna inter Pontificem & Imperatorem de Epiſco-* „ *porum inſtitutione agitaretur contentio, ac ſæpe* „ *ſæpius in una eademque ſede (1) duo eſſent Epi-* „ *ſcopi(uti ſupra etiam in Eccleſia Brixiana de O-* „ *berto Baltrico, & Arimanno invicem concertanti-* „ *bus, ex Landulpho adnotavimus) credibile eſt* „ *hunc Joannem ab Henrico ita Oberto ſubſtitutum,* „ *quemadmodum pars Pontificia Arimanno Villa-* „ *num poſtea ſuffecit, qui deinde defuncto fortaſſe,* „ *vel amoto Joanne, Epiſcopatum tenuit uſque ad* „ *annum 1133.* Galeardus.]

LIX. 63. (2) VILLANUS, non Julianus, ut nonnulli perperam ſcripſere, ordinatus in Synodo Romæ habita à Paſchali II. ao. 1116. ab Archiepiſcopo Mediolanenſi Jordano, ut refert Landulphus à S. Paulo c. 30. hiſce verbis: *Altera vero die, ipſe Jordanus Archiepiſcopus, monitus à Landulfo Aſtenſi Epiſcopo, & quibuſdam aliis Epiſcopis in quadam Eccleſia Lateranenſi, vivo, & depoſito quondam Epiſcopo Armano Brixienſi, ordinavit Brixienſem electum in Epiſcopum nomine Villanum. In qua ordinatione ſecundum ordinis mei officium, legi lectionem de libro Exodi: atque Mitram de capite illius Villani, caſu ruentem, in ipſius capite firmavi.* Idem Villanus, quod Antipapæ Anacleti partes foviſset (3) ab Innocentio II. ſummo Pontifice excommunicatus eſt, ac Epiſcopatus honore exutus anno 1131. (4) E vivis ſublatus eſt 1144. 7. Kal. Februarii, ſepultuſque eſt apud S. Petrum Majorem.

LX. 64 Idem Innocentius II. Pontifex Villano honore exuto MAIFREDUM *b* ſuffecit. Hunc, populumque Brixianum ſcripta epiſtola divus Bernardus adhortatur (5) ut conſcripto milite, prolataque pecunia, Palæſtinæ à Barbaris devaſtatæ velint ferre ſuppetias. Maifredi autem temporibus, (6) Eugenius III. Brixiam profectus eſt, ubi apud S. Petrum in Oliveto Africanum epiſcopum conſecravit, & Mutinenſem epiſcopum, qui contra Pontificium placitum, vicinis populis fœdera pacis abruperat, in Cathedrali eccleſiaſticis cenſuris involvit anno 1148. (7) Cæterum Maifredus acerrime inſe-

b De Luceghis.

ctatus eſt Arnoldum, Perſicumque Conſules Brixianos hæretica pravitate infectos (8). Contra quos ſcriptis, operibuſque egregie decertavit D. Bernardus, donec deterrimam ſectam deleret. Anno 1152. Id. Auguſti, ſimul cum Oberto Archiepiſcopo Mediolanenſi conſecravit Eccleſiam ſanctorum Fauſtini, & Jovitæ, præſentibus Epiſcopis, Gerardo Bergomate, Theobaldoque Veronenſi. Fato functus eſt anno 1153. Non. Januarii, ſepultuſque eſt apud S. Petrum Majorem prope Altare S. Ambroſii. (9)

65. RAYMUNDUS *c* ad eandem dignitatem aſſumptus eſt anno 1153. Huic, ejuſdemque ſucceſſoribus Alexander III. confirmavit Privilegium ſedendi ad dexteram Archiep. Mediolan. in Synodis. LXI.
(„ *Literas hujus confirmationis ab Alexandro III.* „ *datas ex MS. codice Bibliothecæ Monaſterii S. Pe-* „ *tri in Oliveto retulit Jo. Franciſcus Florentinus in* „ *ſua adverſaria, quæ MSS. exſtant in Bibliothe-* „ *ca PP. Congr. Oratorii Brixiæ. Sunt autem hu-* „ *juſmodi.*

„ *Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Ven.* „ *Fratri Raymundo Brixiæ Epiſcopo ſalutem &* „ *Apoſtolicam benedictionem. Ex tranſmiſſa nobis* „ *relatione tua, & ab ore bonæ mem. Oberti quondam* „ *Mediolanenſis Archiepiſcopi jampridem accepimus,* „ *quod cum Mediolanenſis Eccleſiæ ſuffraganei fue-* „ *rint convocati, tu a dextris Archiepiſcopi ſedem* „ *debeas propinquiorem habere, licet inter ſe &* „ *Vercellenſem ſuper hoc quæſtio mota fuiſſet, unde* „ *tibi jampridem noſtræ confirmationis literas me-* „ *minimus indulſiſſe. Verum quoniam literas illas* „ *poſtea deperiiſſe audivimus, devotioni tuæ, & per* „ *te ſucceſſoribus tuis præſcriptam ſedem autorita-* „ *te Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti pa-* „ *trocinio communimus. Statuentes ut nulli omnino* „ *hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmatio-* „ *nis infringere, vel ei aliquatenus contravenire.* „ *Si quis autem id attentare præſumpſerit, indi-* „ *gnationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, &* „ *Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Da-* „ *tum Romæ apud S. Mariam Novam prid. Kal. Jun.*

„ *At Vercellenſes, cum quibus de loco quæſtio* „ *erat, obiiciebant Privilegium Henrici VII. Impera-* „ *toris, in cujus coronatione anno 1311. Brixiæ E-* „ *piſcopus Vercellenſi poſthabitus eſt, decretumque ut* „ *Vercellenſis Epiſcopus miniſtraret in coronatio-* *ne*

c De Butiganis.

(1) Eodem ferme tempore etiam in Eccleſia Mediolanenſi duo Epiſcopi ſedem occupabant, Jordanus nempe, & Chryſolaus, ſeu Chryſogonus. Sig. lib. 9 de regn. Ital. anno 1101. *Anſelmus Archiepiſcopus Mediolanenſis Conſtantinopoli mortuus eſt, qua nuncio accepto diſſidium in Eccleſia concitatum eſt. Nam Henricus Chryſolaum, pars Pontificia Jordanum Clivium ſubrogavit.* Vide Ughellum in Mediolanenſibus Archiepiſcopis. *Galeardus.*

(2) Clemens quidam in quodam Henrici III. privilegio, [illegible], & [illegible] agri Brixiani oppidis conceſſo, uti Epiſcopus Brixiæ nominatus eſt: quem cum neque ſcriptores, neque tabulæ, neque aliquis Brixianus [illegible] Catalogus recenſeat, pro Clemente Antipapa, ab eodem[illegible] Imperatore contra Gregorium VII. poſito, vel alium forſan Clementem, Harimanno Epiſcopo tunc clavum tenente, ab eodem Imperatore inique oppoſitum, intelligendum cenſeo. *Faynus.*

(3) Adhæſerat forte Villanus Anſelmo Archiepiſcopo Mediolanenſi, qui Anacleti partibus ſummo ſtudio favebat, eumque ſchiſmatis in urbe Mediolanenſi authorem nominat Ernaldus Abbas Bonævallis in Vit. D. Bernardi lib. 2. c. 2. quo depoſito ab Archiepiſcopatu Mediolanenſes ſedi Apoſtolicæ reconciliati ſunt. Vide Ughell. in Archiepiſcopis Mediolan. & Baron. ann. 1134. Certè D. Bernardus epiſt. 26. ad Epiſcopos Aquitaniæ inter fautores Innocentii II. minimè recenſet Brixiæ Epiſcopum, ubi ait: *Dei judicium* (nempe Innocentii II. electionem) *eſſe cognoverunt, & acquieverunt Epiſcopi Equipertus Monaſterienſis, Hildebrandus Piſtorienſis, Bernardus Papienſis, Landulfus Aſtenſis, Hugo Gratianopolitanus, Bernardus Parmenſis.* Tanta autem fuerat Archiepiſcopi Mediolanenſis authoritas in promovendis Anacleti partibus, ut Innocentius, ne reverentia à ſuffraganeis Metropolitano debita eorum ſtudia à juſtiore cauſa tuenda retardaret, eos omnes ab Archiepiſcopi Mediolanenſis [illegible] juriſdictione ſubtraxerit eodem D. Bernardo teſte epiſt. 131. ad Mediolanenſes. *Galeardus.*

(4) Factum hoc fuiſſe Brixiæ, cum eo Innocentius II appuliſſet, narrat Capreol. lib. 5 Hiſt. Brix. pag. 19. *Pontifex ipſe* (nempe Innocentius II.) *Brixiam quum veniſſet, Epiſcopum noſtrum Villanum nomine Epiſcopatu privavit.* Verum Innocentii adventus in hanc urbem incidit non in annum 1131. ſed biennio poſt in annum 1133. ut ejus diplomata [illegible] Brixiæ hoc anno conſignata 10. & 30. Auguſti apud Margarin. in Bullar. Caſinen. tom. 2. pag. 141. 142. Exſtant apud nos nummi argentei parvi moduli cuſi in adventu Innocentii PP. II. exhibentes nomen ipſius Papæ ex una parte nummi, & crucem in quatuor partes illud ſecantem, cum inſcriptione extremo circulo appoſita [illegible] BRIXIA. De his nummis Rubeus in Vit. SS. Fauſt. & Jov. pag. 5. *Galeardus.*

(5) Eadem ferme Capreolus lib. 5 Hiſt. [illegible] quo in loco auctor fuerat hujus epiſtolæ exemplum aſſervari in bibliotheca Monaſterii [illegible] Brixiæ. Baronius ad annum 1146. eam protulit ex MS. codice cum hac inſcriptione: *Maifredo Brixienſi Eccleſiæ Epiſcopo, nec non Conſulibus, militibus, & univerſis populis ſub eo conſtitutis, Frater Bernardus Claravallis vocatus Abbas ſpiritu fortitudinis abundare.* In editis hactenus epiſtolis hujus inſcriptio facta eſt ad *Epiſcopum, Clerum, & populum Spirenſem*, quæ inſcriptio cum [illegible] ſingularis viſa eſſet, quam ſcopus epiſtolæ patiebatur, ampliorem præfixit: *Dominis & Patribus cariſſimis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & univerſo Clero, & Populo Orientalis Franciæ, & Bavariæ.* Ita legimus in editione Mabillonica tom. 1. epiſt. 363. Eam Mabillonius encyclicam vocat, quam in nonnullis codicibus *Populo Anglorum*, in quibuſdam *Maifredo Brixienſis Eccleſiæ Epiſcopo*, teſtatur inſcriptam. *Galeardus.*

(6) Bis Eugenius Brixiam venit: primò proficiſcens in Galliam anno 1146. (Pagius in Crit. itemque Baronius non anno 1146. ſed anno 1147.) iterum cum rediens è Gallia poſt Rhemenſe Concilium anno 1148. Italiam repeteret. De poſteriore Eugenii adventu in urbem Brixiam Baron. ad ann. 1148. de quo exſtat etiam ejuſdem Eugenii [illegible] diploma *Datum Brixiæ per manum Guidonis S. R. E. Diaconi Cardinalis, & Cancellarii VI. Idus Septembris Indictione XI. anno 1148.* apud Margarin. in Bullar. Caſinen. tom. 2. pag. 159. De priore verò diſerte Sigon. lib. 11. de regn. Ital. anno 1146. cujus locum infra [illegible] proferam. Unicum Eugenii adventum memorant incurioſe ſatis, & indiligenter ſcriptores noſtri, nempe Malvetius in Chronico MS. & Capreol. lib. 5. Hiſt. Brix. ſed nec annum, nec geſta conſignant. *Galeardus.*

(7) Videtur potius hoc factum anno 1146. cum in ſede Mutinenſi ſedebat ea tempeſtate Ribaldus, cujus Epiſcopi temporibus Eugenius III. Pontifex anno 1148. Mutinenſem Civitatem Epiſcopali dignitate privavit, quod ejus cives Nonantulanam Abbatiam contra Pontificis auctoritatem [illegible]. Ita Ughell. tom. 2. in Mutinenſibus Epiſc. col. 115. Sigonius quoque anno 1146 Eugenium Brixiam veniſſe, & Mutinenſem ſederatur dignitate Epiſcopali privaſſe refert lib. 11. de regn. Ital. *Piſas inde, ac trajecto Apennino per menſem Auguſtum* (Eugenius) *Brixiam venit, unde decimo Kalendas Septembris literas ad Gerardum Epiſcopum Bononiæ dedit, quibus eum docuit ſe Regienſibus, & Parmenſibus præcepiſſe, ut Mutinenſibus adverſus Abbatem Nonantulanum adeſſent. Eoſ ſe, quia mandata ſua neglexiſſent, ex conſenſu Cardinalium, & patriarchæ Aquilejenſis, & plurimorum, qui convenerant, Epiſcoporum, epiſcopali dignitate privaſſe.* Hujus epiſtolæ ab Eugenio conſcriptæ meminit etiam Ghirardaccius lib. 2. Hiſt. Bonon. pag. 77. ad ann. 1146. eamque dicit datam Brixiæ 11. Septembris (fortaſſe ſcribendum Auguſti) exſtare in Archivo Civitatis Bononiæ. Itaque labitur Ughellus poſteriori Eugenii Brixiam adventui tribuens, quod in priore actum eſt. *Galeardus.*

(8) Ejectos eos ex urbe anno 1146. cum Arnaldi hæreſim ſectarentur, narrat Capreol. lib. 5. Hiſt. Brix. *Nam Arnaldus & Perſicus eorum nominum Brixiæ conſules in hæreſim irretiti à reliquis civibus urbe pelluntur anno humanæ ſal. Dei 1146.* Acta Brixiæ ab Eugenio III. contra Arnaldum ejuſque ſectatores refert Baron. ad ann. 1148. ſimul cum literis ejuſdem Eugenii hac de re *ad univerſum Romanum clerum* Brixiæ datis Idibus Julii. Epiſtolæ autem D. Bernardi adverſus Arnaldi hæreſim duæ, nempe 195. 196. in editione Mabillonica referuntur ad annum 1140. *Galeardus.*

(9) Per hæc tempora Aldaricum, ſeu Odericum quemdam Brixianum Epiſcopum fuiſſe teſtantur nonnulli: quem tamen 6. Epiſcopum eſſe velint, ſuffraganeum Maifredi dicentes, dum abeſſet ab ovibus veſtiliter Pontificalis ad redimendam Terram ſanctam. Neque minus errat Arnoldus Vvion in Ligno Vitæ, & Martyrol. Monaſt. aſſerendo S. Conſtantium Brixienſem Antiſtitem fuiſſe, qui tamen ſimplex Confeſſor fuerit. Harimannus vero, de quo Baronius ad an. 1139. non fuit hujus noſtræ Civitatis Præſul, ſed Brixinenſis. *Faynus.*

„ *ne ipſius Regis, & Epiſcopus Brixienſis in corona-*
„ *tione Reginæ. Habes hoc Privilegium apud Ughel-*
„ *lum infra in Vercellenſibus Epiſcopis.* Galeardus) Anno 1156. ſubortas ſimultates inter Bergomates ac Brixianos ſumma cum laude compoſuit. Anno 1158. Roncaliæ Conventui à Federico Imp. celebrato interfuit, ac deinceps Alexandrum III. verum Pontificem ſemper indefeſſe ſecutus eſt, quare Ænobarbi Imperatoris, atque Antipapæ Victoris inexpiabile odium incurrit, ita ut cum Laudenſe Conciliabulum recuſaſset adire, Antipapa jubente, Epiſcopatus gradu excluſus eſt (1); ſed nequicquam, ſuum Paſtorem Brixienſi Populo contra Antipapæ tyrannidem defendente. Majori Eccleſiæ decimas, quæ ſibi jure obveniebant, liberaliter indulſit, illamque donationem confirmavit anno 1167. qui fuit 14. ſui Pontificatus. Plura inſuper Privilegia indulſit Plebaniæ S. Pancratii de Monte Claro. Fato deinde functus eſt 1173. 2. Non. Auguſti.

LXII. 66 JOANNES Flumicellus, civis Brixianus, Raymundo ſubrogatus eſt anno 1173. *a* Hic S. Calimeri à ſe repertas reliquias honorificentiori loco collocavit. Venetiis icto fœderi inter Alexandrum III. & Ænobardum interfuit cum Alberto Gambara. Ipſe primum lapidem jecit S. Georgii ædificando Caſtello, quod hodie Urcam novam appellant. Omnia privilegia Eccleſiæ S. Petri in Oliveto à ſuis anteceſſoribus olim indulta rata habuit. Concilio Lateranenſi ſub Alexandro III. interfuit anno 1179. Ex hac mortali vita diſceſſit anno 1197. 4. id. Novembris; eodemque ſepulchro cum Raymundo ſuo anteceſſore exceptus eſt apud S. Petrum Majorem. (2)

a Brixienſi Epiſc. Alexander III. ſcribit c. 3. de reſtitut. ſpoliat. c. 13. de decimis c. 7. de Converſ. Conjug. & c. tuæ de ſponſal. & matrim.

LXIII 67 JOANNEM Palatium, patria Brixianum, ſupra memoratus Jo. excepit ann. 1198. Fato functus eſt apud Plebaniam de Palatiolo 1212. ineunte menſe Auguſto *b* Innocentius III. Joanni graviter ſeneſcenti eodem anno miſſionem indulſerat, ut legitur in Regiſtro ejuſdem Pontificis epiſt. 140. anno 15. quæ cum ſit digna ut ab omnibus Chriſtiani Orbis Epiſcopis præ manibus teneatur, hic deſcribendam duximus.

b Brixien. Epiſcop. Innocen. III. ſcribit c. 3. de litis conteſt. & c. 20. de Præbendis, & dignit.

Innocentius, &c. Cremon. & Vercellen. Epiſcopis Apoſtolicæ Sedis Leg. & Regien. (3) electo.

Licet ſecundum Apoſtolum, qui Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat, ſi tamen epiſcopus nominis non exequatur effectum, unde dolere poſſit invenit, quia de primatu, quem in terris obtinet, confuſionem expectat in cœlis: cum enim eſſe debeat ut oliva fructifera in domo Domini, & tanquam lignum plantatum ſecus decurſus aquarum reddere fructum tempore ſuo; ſi non fructificat, non abſurde comparatur ficulneæ, quæ fructus non edit acceptos, & terram ſterilem reddit ſub umbra nociva inutiliter occupatam. Talis Epiſcopus tanto gravius cadit interius apud Deum, quanto altius videtur exterius apud homines aſcendiſſe; periculoſus eſt talibus ad Epiſcopatum aſcenſus, ſed tanto periculoſior eſt Epiſcopatus retentio, cum quis ſolicitudini non ſufficit paſtorali, quanto efficacius per experientiam ſuæ inſufficientiæ didicit onera præſulatus, & retinentem accuſat ambitio, quem recipientem coactio debuerat excuſare; cum in talibus adeſſe debeat coacta voluntas, & voluntaria coactio non deeſſe, ut ſe cogi non renuat, & velle non audeat niſi cogatur. Expedit ergo Prælato, qui nequeat in prælatione proficere, quod efficiatur unus de parvulis, & deſcendat exterius, ut intus aſcendat, & in minori proficiat, qui deficit in majori, quia non in ſublimitate graduum, ſed in amplitudine charitatis acquiritur regnum Dei, apud quem non gradus elegantior, ſed vitæ melioris actio comprobatur. Unde prudenter animæ ſuæ conſulet, & honori....... Brixienſis Epiſcopus, ſi Epiſcopatui corpore cedet, ſui videtur utilitate ceſſiſſe. Cum enim ſicut ex literis veſtris accepimus, linguæ ſit officio deſtitutus, & lingua Prælati eſſe non debeat alligata, exequi non poterit prædicationis officium mutus, & annuntiare populo ſcelera ſua; cujus ſanguinem Deus de manu Prælati requiret. Cum etiam grandævus ætate confectus ſit ſenio, & præ linguæ infirmitatis anguſtia ſit effectus inutilis Eccleſiæ Brixien. nequit aſcendere ut in die belli pro domo Domini ſe murum opponat aſcendentibus ex adverſo. Si ſic eſt, ſponſi caret amplexu, licet habere ſponſum videatur Eccleſia memorata: cum ſponſo carere tolerabilius ſit, quam ſub inutili ſponſi nomine, incommoda viduæ ſuſtinere. Ne igitur ſub umbra matrimonii diu portet onera viduitatis Eccleſia ſuprad. cum ſit providendum non tam de Prælatis in Eccleſiis quam Eccleſiis in Prælatis; diſcretioni veſtræ per Apoſt. ſcripta mandamus, quatenus ſi præmiſſis veritas ſuffragatur, ſupradictum Epiſcopum ad reſignationem Epiſcopatus moneatis prudenter, & efficaciter inducatis: qui ſi prudenti meditatione prævidere voluerit quod expediat, voluntate præveniet ceſſionem, & ceſſio longe monitionis inſtantiam nullatenus expectabit, ut non quæ ſua ſunt, ſed quæ Jeſu Chriſti quærere videatur, & voluntaria ceſſio notam ambitionis excludat. Sed ſi cedere ſponte voluerit, cum frequenter petierit à cura, & ſolicitudine, per nos Eccleſiæ Brixien. abſolvi, & in manu bonæ memoriæ G. (4) Albanen. electi tunc Apoſtolicæ ſedis Legati, ordinationem poſuerit Eccleſiæ ſupradictæ. Nec liberum ſit ſuæ voluntatis arbitrium in ſuperioris judicium jam translatum, quia frequenter nobis illuderetur à ſubditis, ſi deambulatoria eſſet ſubjectorum voluntas ad examen cognitionis delata ab eodem Epiſcopo Eccleſia ſupradicta ſoluta faciatis eidem juxta formam mandati noſtri, de tali perſona per electionem canonicam provideri, per quam auferatur temporis jactura, præteriti, & futuri commoditas conferatur, ipſaque nobis, & Eccleſiæ Romanæ manifeſte fidelis ſit, & devota; providentes nihilominus eidem Epiſcopo in certis redditibus, de quibus competenter valeat ſuſtentari. Quod ſi non omnes, &c. Duo veſtrum, &c.

Datum, ... 2. Non. Auguſti Pont. noſtri anno XV.

Nonnulli gratis ſcripſere hoc eodem tempore Brixianis præfuiſse quendam Jeſum facinoroſum hominem, ideoque eo nomine indignum: cæterum cum conſtet Albertum Palatio Joanni ſucceſſiſse, excepere riſu fabulam cordatorum plerique.

LXIV 68 ALBERTUS *c* Brixianus, ſive ut ſcribunt alii, Inſuber Regienſis, ad eandem dignitatem promotus eſt ann. 1213. Concilio Lateranenſi interſuit ſub Innocentio III. 1215. Henrico Archiepiſcopo Mediolan. in Palæſtinam contra Sarracenos arma expedienti numeroſo ſuccinctus exercitu ſe adiunxit (5). Invicem tumultuantes Brixianos cives compoſuit, à quibus cum eo nomine haud vulgarem gratiam collegiſset, honoris ergo dictus eſt Pater Patriæ, cumque plures annos Brixienſem Eccleſiam adminiſtraſset, Antiochenam ſedem eſt aſsecutus. Adhuc viventem S. Patriarcham Dominicum, ordinemque non ita pridem à ſe fundatum proferentem, Brixiæ excepit, (6) & in honore habuit, eidemque locum idoneum attribuit, qui peramplo exædificando cœnobio poſset ſufficere. Inde

c Regiens. Huic mandat ab officio, & beneficio deponendum Presbyterum, qui ſine lumine, & aqua, & in pane fermentato, & vaſe ligneo ſacrificaverat, Honorius III. c. literas tuas. De celebr. Miſſ.

(1) In eodem Laudenſi Conciliabulo anno 1161. una cum Oberto Archiepiſcopo Mediolanenſi, & Epiſcopo Placentino. Vide Sigon. lib. 13. de regn. Ital. Baron. ann. 1161. Epiſcopus Placentinus erat tunc temporis Hugo Romanus, Anacleti II. Antipapæ nepos, filius Hugutionis filii Petri Leonis, quem poſtea Alexander III. in Senonenſi Concilio Epiſcopum Cardinalem Tuſculanum creavit anno 1164. De eo Ughellius tom. 2. in Placentinis Epiſcopis col. 216. ſed præclaram hanc ultimi Epiſcopi laudem prætermittit. *Galeardus.*

(2) Joannem Pedroccam affirmant aliqui electum fuiſſe Epiſcopum Brixiæ à Papa Innocentio III. an. 1198. quam opinionem refellere non audeo, cum eo tempore ſedes eſſet vidua Paſtore. Verum quia de ejus conſecratione, & ingreſſu ad ſedem hanc, nullum apud civitatem & ejus familiam, neque apud noſtros ſcriptores legi monumentum, propterea in Catalogo non computavi. *Faynus.*

(3) Eundem Regienſem electum, qui fuit Nicolaus Maltraverſius, hortatus eſt Innocentius III. ad reformationem Eccleſiæ Vicentinæ. Vide Ughellum in Regienſibus Epiſcopis. *Galeardus.*

(4) Intelligit Gerardum Seſſium, qui à Novarienſi ſede in Epiſcopum Cardinalem Albanenſem adlectus fuit ab eodem Innocentio III. anno 1210. Hunc idem Innocentius legatum Inſubriæ deſtinaverat. Vide Ughell. in Novarienſibus Epiſcopis, & Sigon. lib. 16. de regn. Ital. *Galeardus.*

(5) De hac expeditione lege Paulum Æmilium de reb. geſt. Francor. lib. 6. ubi auxiliares Italorum copias commemorat his verbis: *Jam una quoque copia ex Italia advenerant, novusque commeatus, Mediolanenſis, Regienſis, Faventini, Brixienſis, Pontificum ductu.* Galeardus.

(6) Vid. Capreol. lib. 6. Hiſt. Brix. Hunc eundem Albertum Bononiæ ſancti Dominici funeri interfuiſſe una cum Henrico Bononiæ Epiſcopo affirmat Octavius Rubeus in Elogiis, quemadmodum translationi interfuit Guala Alberti ſucceſſor anno 1233. ut prodit Sigon. lib. 3. de Epiſcopis Bononienſ. & lib. 17. de regn. Ital. *Galeardus.*

Inde digrediens, Gaulam ſui ordinis inſignem virum loci Præfectum reliquit. Iiſdem temporibus Carmelitæ etiam Brixiæ ſuæ temperationis, annuente Alberto, (1) fundarunt domicilium. Denique ad hunc Albertum, tamquam ad virum pietate egregium III. Honorius ſcribit, ut intenſis ipſum apud Deum precibus dignaretur juvare.

LXV 69 B. GAULA, (2) Bergomas, è Romara gente, S. Dominici Alumnus, *a* primuſque Prior monaſterii Brixienſis, ex Ordine S. Dominici, ſanctimoniæ fama Epiſcopalem evaſit ad ſedem anno 1229. (3) In Inſubria pro IX. Gregorio legatione functus eſt, (4) interque Patavinos, ac Tarviſinos fœdus indixit dexteritate mirabili, Brixiæque Guelphis & Ghibellinis ea pacis fœdera ſcripſit, quibus deliniti, viſi ſunt in poſterum ab excidio patriæ, quod hactenus rediviva pertinacia partium ei fuerat minitata, abſtinuiſſe. Multum conatus eſt, ut Federicus II. in gratiam Pontificis rediret: ea autem ſanctimoniæ laude ſibi creditam Eccleſiam adminiſtravit, ut tum vivus tum ex humanis exemptus, plurima à Deo retulerit ornamenta; denique vitæ ſolitariæ percupidus Epiſcopatus munere ſe abdicavit, clauſtroque S. Sepulchri de Aſtino, ut Divina commentaretur, ſe incluſit, ubi anno 1244. 3. Non. Decembris inter Vallumbroſanos monachos ſpiritum exhalavit. Sacrum intulere cadaver ante S. Martini Altare anno 1545. & magna piorum celebritate in eodem Altari condidere. Ejus Beati vitam poſt alios enarravit Guarnerius. (5)

a De quo Fontana in Theatro. Hunc Vallumbroſanum facit Simius in Catalogo Viror. illuſt. Vallumbr. ... Mandoſ.

LXVI [„ *HELIAS Robertus e Regio Lepido ad hanc Eccleſiam regendam ingreſſus eſt anno* 1239. *Antiocheni Patriarchatus titulo ornatus de carnis ergaſtulo exivit an.* 1247. Faynus.]

LXVII 70 AZZONEM de Turbiano *b*, ſive de Turrianis deinde evexerunt ad ſedem anno 1240. *c* Hic Præſul primum lapidem jecit Humiliatorum exædificando monaſterio dicto de Gambara *d* an. 1251. menſe Martio. Deceſſit 1253. prid. Id. Octob. ſepultuſque eſt apud S. Petrum majorem.

b Turbiano. c 1248. Faynus. d Nunc S. Mariæ Magdalenæ.

LXVIII 71 (6) CAVALCANUS Sala, Brixienſis, ab Innocentio IV. Pontifice, (7) plaudentibus civibus Patriæ ſedem aſſecutus eſt 1253. Cujus Pontificatum haud temnendæ ærumnæ, ut tulere caſus, nobilitarunt. In quibus illa funeſtior numeratur, cum ipſe prope Gambaram ſimul cum Philippo Ravennate Archiepiſcopo ſub ſignis contra Ezelinum expediens arma, (8) ab improbo Tyranno victus, captuſque eſt, ſervilem in modum per civitatis vias raptatus, in exilio tandem miſerabiliter vitam finivit ann. 1263. Intulere ejus cadaver in Eccleſiam S. Georgii de Luerio ſuæ diœceſis. Illius temporibus Fratres Minores domicilium Brixiæ acquiſierunt publica pecunia ſubſtructum. Poſt Cavalcani obitum Ubertus Fontana Placentinus Uberti Marchionis Pallavicini nepos, rerum Brixianarum per ea tempora ſummi Arbitri, in eandem ſedem ſe intruſit anno 1263. Qui octo annos circiter ab Urbano IV. excommunicatus illam occupavit, tandem cum Martino vero, ac legitimo Præſuli, liberam eam reliquiſſet, à Gregorio X. an. 1273. abſolutus ad Eccleſiæ de Viculo Placentinæ diœceſis Præpoſituram, quam prius obtinebat, rediit, pauloque poſt extrema clauſit. Extat hujus rei in Regeſt. Vatic. ejuſdem Gregorii epiſtola ad ipſum data Lugduni 2. Id. Martii Pont. 3. f. 164. ep. 88.

72 MARTINUS *e* anno 1263. à Capitulo contra Ubertum canonice electus ab Urbano IV. confirmationem accepit, ut ex diplomate Gregorii X. liquet, ut diximus. Lugdunenſi Concilio interfuit ſub eodem Pontifice. Hic in Cathedr. ſacellum quoddam conſtruxit, quod pinguiori cenſu dotatum s. Sylveſtro conſecravit; in eoque decedens an. 1275. conquievit Id. Septemb. LXIX

e Armannus.

(„ *Martino defuncto, Clerus Brixianæ Eccleſiæ*
„ *unanimiter convenit ad eligendum Epiſcopum*
„ *per compromiſſum, cujus quidem compromiſſi tabulas ex chartulario PP. Congregat. Oratorii Brixiæ deſcriptas hic apponendas duximus.*

„ *In Chriſti nomine anno à nativitate ejuſdem*
„ *milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo quinto, indictione tertia, die Sabbati* 21. *menſis Septembris.*
„ *In Caminata plana Epiſcopi Brixienſis preſentibus fratre Antonio priore domus S. Jacobi de la Mella, fratre Ottonello de ipſa domo, fratre Bonhomo priore domus Sanctorum Petri, & Marcellini, Domino Lafranco de Gambara prepoſito de Calvinano, fratre Federico de domo Eccleſiæ ſancti Salvatoris, Manuele Clerico filio q. D. Albertani Judicis de ſancta Agatha, & Girardo Gavazia Clerico ſancti Urbani teſtibus rogatis. Cum olim bonæ mem. venerabili patre Domino M Epiſcopo Brixienſi viam univerſæ carnis ingreſſo, & in Majori Eccleſia Brixienſi ejus corpore prout decuit, & conſuevit fieri tradito ſepulturæ, Clerus Brixienſis, ad quem hujuſmodi ſpectat electio, videlicet Dominus Obertus Archidiaconus, Florius Archipresbyter major, Ioannes de Brembio Præpoſitus, Gerardus de Gambara Vicedominus, Albertus de Virola, Oldofredus de Leno, Seneca de Veſpis, Comes Philippus de Caſalialto, Azo Archipresbyter de Urceis, Rogerius de ſancto Vitali, Bartholomæus de Camegnono, Berardus, & Albertus de Madiis, Barufaldus de Griffis, & Bonaventura de Pallazo, omnes Canonici Brixienſes, & Dum Lafrancus Abbas Monaſterii Sanctorum Fauſtini, & Iovitæ, Dum Petrus Abbas Monaſterii ſanctæ Euſemiæ, Dum Joannes Abbas Monaſterii S. Petri in Monte, & Maſfredus præpoſitus S. Petri in Oliveto, frater Granendinus præpoſitus S. Salvatoris, Dum Jacobus præpoſitus Eccleſiæ S. Joannis de foris, p. Bonifacius præpoſitus Eccleſiæ S. Alexandri, p. Albertus præpoſitus Eccleſiæ SS. Fauſtini, & Iovitæ, & p. Benedictus presbyter Eccleſiæ S. Urbani, p. Rolandus presbyter Capellæ S. Coſmæ, p. Iacobus presbyter S. Brigidæ, p. Ventura presbyter s. Agathæ, p. Ioannes presbyter s. Andreæ, p. Ioannes presbyter s. Laurentii, p. Ioannes presbyter s. Mariæ de Calcaria, p. Rogerius presbyter Eccleſiæ s. Clementis, p. Oprandus presbyter Eccleſiæ s. Georgii, p. Stephanus presbyter Eccleſiæ s. Zenonis*

(1) Capreol. lib. 6. Hiſt. Brix. res geſtas ſub Alberto recenſens hoc improbat, Carmelitarum adventum in urbem Brixiam traducens ad annum 1347. *Ordinem quoque Carmelitarum tunc è Syria ad nos devenisse annualli ſcribunt, quod tamen ſub Clemente Papa VI. idest anno Christi* 1347. *falsò, eorum privilegium demonſtrat.* Galeardus.

(2) Apud Sigonium, Capreolum, & Florentinum Gualla, quo etiam nomine appellatur in quadam ſententia Nicolai Regienſis Epiſcopi inter Bononienſes, & Mutinenſes: *Actum ſupra limen ſancti Ægidii ad Mutinam præſentibus fratre Gualla legato Pontificis in Lombardia.* Eam refert Sigon. lib. 17. de regn. Ital. & Ughell. in Regienſibus Epiſcopis. *Galeardus.*

(3) Apud Capreolum lib. 6. *anno* 1230. verum ex Sigon. lib. 17. de regn. Ital. *anno* 1230. in quem annum omnino acta à Gualla in legatione Lombardiæ conferenda ſunt, ut patet ex Sigonio loc. cit. *Galeardus.*

(4) De actis à Gualla in hac legatione Sig. lib. 17. de regn. Ital. anno 1230. ubi non ſolum fœdus Patavinos inter ac Tarviſinos Gualla hortante ſancitum, ſed etiam renovationem fœderis inter Lombardiæ Civitates Mediolani eo præſente decretam refert. *Galeardus.*

(5) Laurus quidam in monumentis conſecrationis quarumdam Eccleſiarum diœceſis Brixianæ, Brixianus Epiſcopus expreſſus, cum à nullis ſcriptoribus, neque in Antiſtitum Brixiæ Catalogis, neque in tabulis, vel libris publicis pateat nominatus, idcirco extra ſeriem ordinatam reponitur. Unde vel ſuffraganeum Brixiæ, vel Brixianum civem alibi Epiſcopum, ſic per errorem ſcriptum, non ſine probabili ratione cenſeo. *Faynus.*


(6) Duo alii in hac Eccleſia Præſules nominantur à ſcriptoribus Dominicanis. Primus ait P. F. Albertus de Brixia, quem præfuiſſe circa an. 1258. aſſeris Plodius p. 2. l. 3. ex Sampajo. Alter eſt P. Fr. Nicolaus de Caſa, relatus à Fernandez in nomenclatura Epp. Italorum, abſtinens à ſignificatione temporis, quo id contigerit. Ceterum nullam majorem certitudinem circa hos duos explicari potuimus quos non recenſet Ughellus inter Brixien. Epiſcopos. *Fontana in Theatro Domin. p.* 146.

(7) Quo tempore idem Pontifex Brixiam venit, cum rediret e Galliis, ibique *civitate annuente* Cavalcanum Epiſcopum deſignavit, referente Capreolo lib. 6. *Hiſt.* Brix. At Innocentii IV. adventus ad urbem Brixiam incidit in annum 1251. ut patet ex Sigon. lib. 19. idemque teſtatur ejuſdem Pontificis diploma *Datum Brixiæ per manum Magiſtri Marini S. R. E. Vicecancellarii XII. Kal. Octobris Indict. IX. anno Dom. Incarn.* 1251. apud Margar. in Bullar. Caſin. tom. 2. pag. 272. Itaque emendandus eſt Ughellus, qui Cavalcani electionem refert in annum 1253. *Galeardus.*

(8) Cladem ab Ezelino exercitui fœderato illatam conſignant in annum 1258. Blond. Fmoliv. Dec. 2. lib. 8. Sigon. lib. 19. de regn. Ital. & Campius l. 3. Hiſt. Cremon. hanc. Male autem omnino Capreolus lib. 9. Hiſt. Brix. Epiſcopum nulli um ab Ezelino captum recenſet ante adventum Innocentii IV. cum totum ſeptennium intercedit ab ejus adventu ad Cavalcani captivitatem. Sedente Cavalcano anno 1252. Octavianus Cardinalis legatus *Innocentii juſſu, procuratores, ac legatos civitatum, principumque fœderatorum Brixiam convocavit, atque ibi III. Idus Martias conventum omnium in Epiſcopio habuit, in quo omnes ſe fœderatis Lombardiæ, Marchiæ, & Romandiolæ, pro opibus affuturos, & amicos pro amicis, hoſtes pro hoſtibus habituros, jurare juſſit.* Sigon. lib. 19. de regn. Ital. *Galeardus.*

„ *nonis de foro , Gujelmus de Caſolta Clericus Ec-* A
„ *cleſiæ s. Fauſtini in Caſtro, in qua non eſt presbyter,*
„ *p. Martinus presbyter Eccleſiæ s. Michaelis , p.*
„ *Bartholomæus presbyter Eccleſiæ s. Caſſiani , p.*
„ *Lafrancus presbyter Eccleſiæ S. Ioannis Evange-*
„ *liſtæ , Philippus futurus Sacerdos Eccleſiæ s. Bar-*
„ *tholomæi omnes presbyteri , ſive Capellani Civita-*
„ *tis Brixiæ. Et Magiſter Ioannes Archipresbyter de*
„ *Corticellis , Albertus de Nazario archipresbyter*
„ *de Milzano , p. Ventura archipresbyter de Her-*
„ *buſco , p. Varnerius archipresbyter de Cemmo,*
„ *p. Guillelmus archipresbyter de Bagnolo , p. Gi-*
„ *rardus archipresbyter de Vizano proſe , & archi-*
„ *presbytero de Caſalimauro , p. Ioannes archipres-*
„ *byter de Navis , p. Martinus archipresbyter de*
„ *Aſula , Bonapax archipresbyter de Tremoſegno,*
„ *p. Bonjohannes archipresbyter de Tuſculana , p.*
„ *Martinus archipresbyter de Pontevicoproſe , &*
„ *pro archipresbytero de Azano , & de Comella, &*
„ *de Plebe de Bornado, Petrus archipresbyter Val-*
„ *lis renovatæ . . . . archipresbyter de Mon-* B
„ *teclaro, p. Milo archipresbyter de Navis , Petrus*
„ *archipresbyter de Nuvolento . . . . ar-*
„ *chipresbyter de Gavardo , p. Bonfatus archipres-*
„ *byter de Pallazolo , p. Ventura archipresbyter de*
„ *. . . . . Albertus archipresbyter de Quin-*
„ *zano , Sperandeus archipresbyter de Guthizolo , p.*
„ *Bon. . . . . de Medulis , p. Lafran-*
„ *cus archipresbyter de Logrado , p. Gerardus ar-*
„ *chipresbyter de Caſtiono . . . .*
„ *archipresbyter de Galido , Aricus archipresbyter*
„ *de Materno , p. Patuſius archipresbyter de Bran-*
„ *dico . . . . archipresbyter de*
„ *Rogno. Ad tractandum de electione , ſive poſtula-*
„ *tione futuri Epiſcopi Brixienſis , atque ad eligen-*
„ *dum , ſive poſtulandum ipſum futurum paſtorem &*
„ *epiſcopum Die . . . . ſtatuta.*
„ *In capitulo congregato in præfata caminata Epiſ-*
„ *copii Brixienſis ad ſonum campanæ more ſolito*
„ *conveniſſet : Et conſentientibus ipſis omnibus , &*
„ *expreſſè conſitentibus , & dicentibus . . . .* C
„ *. . . viam compromiſſi ſalubriorem adeſſe ad*
„ *faciendum & celebrandum electionem , ſive poſtu-*
„ *lationem hujuſmodi , & quod eligentes viam com-*
„ *promiſſi per eam volebant procedere , cum pene in*
„ *paucos ex multitudine ſanioris conſilii ſpiritus ve-*
„ *niat , ſex ex eis videlicet Reverendos viros Do-*
„ *minos Florium Archipresbyterum majorem , p.*
„ *Oldefredum de Leno Canonicos Brixienſes , Dum*
„ *Lafrancum Abbatem Monaſterii Ss. Fauſtini , &*
„ *Jovitæ , Dum Ioannem Abbatem Monaſterii s. Pe-*
„ *tri in Monte , p. Mayfredum Præpoſitum s. Petri*
„ *in Oliveto, & Dum Iacobum Præpoſitum s. Ioannis*
„ *de foris , prænominatos ut puta viros honeſtos , &*
„ *fideliſſimos , reliqui omnes Canonici, Abbates, Præ-*
„ *poſiti, Presbyteri ſive Capellani , & Archipresbyte-*
„ *ri ſupradicti ad eligendum poſtulando, & poſtulan-*
„ *dum eligendo , atque ad eligendum , & poſtulan-*
„ *dum in Brixienſem paſtorem & Epiſcopum illum,*
„ *quem pro exaltatione Sacroſanctæ Romanæ Eccle-*
„ *ſiæ , ac ſpecialiter pro bono ſtatu Eccleſiæ Brixien-* D
„ *ſis & totius Civitatis Brixiæ , in ſpiritualibus, &*
„ *temporalibus meliorem viderint , & decreverint*
„ *ſuo nomine , & nomine & vice totius Capituli , &*
„ *Eccleſiæ Brixienſis unanimiter , & concorditer*
„ *elegerunt , & compromiſerunt in eos , eiſdem viris*
„ *honeſtis electionem , & poſtulationem ipſam , &*
„ *omnes ſuper eis vices ſuas totaliter committentes ,*
„ *& eis exhibentes tanquam haberent , vel diceren-*
„ *tur poſſe habere ſuper electione & poſtulatione præ-*
„ *miſſa licentiam , & auctoritatem , & plenariam po-*
„ *teſtatem . Nec non promittentes ipſum in Epiſco-*
„ *pum & paſtorem recipere & habere , atque tenere ,*
„ *quem ipſi ſex honeſti viri duxerint eligendum , ac*
„ *ipſius electionem & poſtulationem per eos facien-*
„ *dam perpetuo firmam , & ratam habere , & tene-*
„ *re , & non contrafacere , vel venire aliqua ratione*
„ *vel cauſa de jure vel de facto. Inſuper conceſſerunt,*
„ *& licentiam , auctoritatem , & poteſtatem , dede-*

A „ *runt prædictis ſex viris honeſtis , quod pro mora*
„ *contrahenda in faciendo electionem præfatam il-*
„ *lum locum eligere poſſint , ſive in domibus Epiſco-*
„ *patus, ſive in Sagreſtia dictæ Majoris Eccleſiæ Bri-*
„ *xienſis, quem pro convenientiori crediderint expe-*
„ *dire. Quam licentiam , auctoritatem , & poteſta-*
„ *tem modo prædicto conceſſas valere voluerunt , &*
„ *locum habere hinc ad diem lunæ adventurum pro-*
„ *ximè in hora tertia , & non ultra .*
„ *Ego Joſtachus de Capite pontis Notarius prædi-*
„ *ctis omnibus interfui. & rogatus inde hoc publi-*
„ *cum Inſtrumentum ſcripſi , de quibus omnibus*
„ *Antonius de Calepio Notarius præſens rogatus*
„ *fuit etiam ſimile conficere Inſtrumentum . Ga-*
„ leardus .)



B

73 BERARDUS Madius, Emanuelis filius , LXX
in ſuæ primoribus civitatis merito numerandus , Brixienſis Epiſcopus declaratus eſt anno 1275. Hic primus fuit , qui ex nobilitate generis, indoliſque altitudine, politicum ſtatum cum Eccleſiaſtico conjunxit . Patriæ ſiquidem Principatum arripuit Ducis, Marchionis, comitiſque titulis congeſtis, ut C facto ſua honeſtas, dignitaſque non videretur deeſſe, cum prius Guelphos inimicos cum Theobaldo illorum duce compuliſset in exilium. Itaque à Ghibellinis princeps Brixiæ bono omine declaratus anno 1298. haud degeneri animo deinceps principatum geſſiſse narratur . Magno etenim uſui Brixienſi Patriæ fuit , quippe qui ſumptuoſo opere peramplo excavato Canale , circumvicinorum fluminum aquas illuc derivandas curavit adeo ubere copia , ut convehendis mercibus haud modica patereotur navigia : ne tamen operum provehendæ pietatis obliviſceretur , à ſe conſtructum monaſterium , auctumque prægrandi cenſu Eremitanis S. Auguſtini primo Brixiam adventantibus munificenter attribuit , Ss. Coſinæ, & Damiani Monaſterium pari pietate excitavit , illucque tranſtulit corpus s. Titiani , Monialesque , quæ olim in majori Eccleſia *b* conſederant , juſſit demigrare . Triginta tres omnino annos Brixiæ Principatum , *c* Eccleſiamque conſultiſſime adminiſtravit : deceſſitque 1308. prid. D Nonas Octobris , ſepultuſque eſt in Cathedrali hac brevi inſcriptione in marmore .

a Dominicus, cujus tam [illegible] Brixien. Epiſc. meminit [illegible] [illegible] an. 1302. fuit fortaſſe ſuffraganeus Beraldo Maggi, [illegible] tempore [illegible] Fay[illegible].

b Tunc majorem Eccleſiam.

c Eccleſiam 30. Principatum 33. an. adminiſtravit.

D. Berardi Madii Epiſcopi ac Princip. Urb.
Brixien. ſepulchrum . M. CCC. VIII.

Princeps ſane egregie pius , ac fortis , quippe qui & provehendæ pietati , & turbatiſſimis illis temporibus, politico ſtabiliendo ſtatui abunde ſuffecerit . Tradunt poſt trecentos , & eo amplius annos illius cadaver à Dominico Bollano Epiſcopo incorruptum fuiſse repertum , cum Cathedralem ſuſcepiſset inſtaurandam . Quamobrem tamquam humanæ corruptelæ ſupergreſſum faſtigium decentiori , ſanctiorique loco ceoſuerunt excipiendum .

74 FEDERICUS deinde Madius, Canonicus Brixienſis , Berardo propior affinis *d* , ſed virtutibus , atque felicitate impar , in Epiſcopatum Brixienſem ſucceſſit , juveni ſuffragante Clero , anno 1308. Cujus electionem cum Clemens V. ratam habuiſſet anno ſequenti 4. Non. Januarii (id habetur LXXI

d Conſanguineus erat enim [illegible] [illegible].

in

in Epiſtola 13. fol. 3. ann. 4. Reg. Vatic.) inauguratus fuit. Hic Clementis Pontificis juſſu Card. Arnoldum Italiæ Legatum armis juvit, ut Ferrarium poſſet recuperare. Dum VII. Henricus Imperator inſigne Regni reciperet Mediolani, præſens fuit an. 1311. à quo retulit omnium Privilegiorum, quæ aliquando ſuperiores Cæſares Brixienſi Eccleſiæ indulſiſſent, ampliſſimam confirmationem. Cæterum Federicum victores Guelphi cum Ghibellinorum parte mulctarunt exilio, ſed Cæſaris ſuvore reverſum in Patriam iterum illum hoſtiliter expulerunt, ac tamquam fautorem Ludovici Bavari Imperat. Joannes XXII. involutum Eccleſiaſticis cenſuris exuit Epiſcopatus honore; præclarum documentum ad poſteros haud ſemper cum nobilitate gentis prudentiores ſpiritus nobis ingenerari. Sed cum deinceps ſanioribus conſiliis, ad Eccleſiæ gremium rediiſſet, idem Joannes Pontifex illum tranſtulit ad Eccleſiam Placentinam anno 1317. 6. Kal. Aug. Avenione vitam finivit, ibidemque ſepultus fuit anno 1323. ut habet Regeſt. Vatic. corpus inde Mediolanum eelatum in Eccleſia S. Euſtorgii ad marmoreum tumulum hæc inſcriptio proſtat legentibus.

Federicus Madius, Brixiæ Epiſcopus
longe reverendiſſimus, hic jacet,
Obiit 15. a Kal. Aprilis.

Deinde in arca hæc leguntur verba.

Brixia quem duxit, cujus præſidentia fulſit
Hic jacet incluſus Federicus Pontifex altus,
Moribus ornatus, Madiorum ſtipite natus.
MCCCXXIII. Die Dominica XXI. Martii.

Cæterum Federicus Toloſæ exiſtens antequam munus conſecrationis reciperet, Pontificalium, ſeu Epiſcopalium uſum cum benedictione ſolemni Abbati SS. Fauſtini, & Jovitæ Brixiæ Ord. S. Benedicti à Clemente impetravit, quod deinceps ex ſui Capituli ſententia confirmavit ann. 1309. Monumenti exemplar habuimus ex Arch. ejuſdem Cœnobii.

In Chriſti nomine Amen.

Nos Federicus Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Brixienſis electus, & confirmatus Marchio, Dux, & Comes executor ad infraſcripta ſpecialiter deputatus à ſanctiſſimo Patre domino Clemente Papa V. religioſo viro D. Alberto Abbati Monaſterii ſanctorum martyrum Fauſtini, & Jovitæ civitatis Brixiæ ſalutem, ſinceram in domino charitatem. Noveritis nos à ſupraſcripto ſummo Pontifice auctoritatem, & commiſſionem hujuſmodi recepiſſe, cujus commiſſionis, & auctoritatis talis forma eſt. In Chriſti nomine Amen. Cum Religioſus, & Reverendus vir D. D. Albertus Dei gratia Abbas Monaſterii ſanctorum martyrum Fauſtini, & Jovitæ civitatis Brixiæ ſociaſſet, & comitivam feciſſet provido, & diſcreto viro Federico de Madiis Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Brixienſi electo eunti ad Romanam civitatem, & intuitu præfati D. Abbatis pro honore ſui Monaſterii eſſet à ſummo Pontifice de ſpeciali gratia inſignia epiſcopalia impetrare pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus ad honorem, decorem, & reverentiam beatorum Martyrum Fauſtini, Jovitæ; maxime cum idem Abbas, & ſui anteceſſores ex Apoſtolicæ ſedis indultoutantur, & uſi fuerint certis inſignis epiſcopalibus videlicet mitra, & baculo Paſtorali, ac reliquis inſignis epiſcopalibus pro honore dicti Monaſterii idem Abbas, ex Apoſtolicæ ſedis indulto, uti affectuoſe, & deſiderabiliter affectaret, maxime uſu anuli, ac benedictione ſolemni poſſe ſuper populum elargiri in ipſo Monaſterio, ac in Eccleſiis ipſi Monaſterio pleno jure ſubjectis, quando in eis divina officia celebrantur, & in veſpertinis, ac matutinis laudibus. Conſtitutis igitur coram feliciſſimo patre domino Clemente Papa V. memorato domino electo, ac præfato Abbate, & aliis inferius nominatis, & cum ſupradictis honoribus, & inſignis Epiſcopalibus à præfato ſummo Pontifice impetrandis, idem Abbas ſuam petitionem haberet paratam offerendam ſummo Pontifici, nobilis, & magnæ laudis miles, ac ſtrenuus dominus Bertholinus de Madiis pro ipſo D. Abbate & Monaſterio ad inſtantiam ejuſdem præfato ſummo Pontifici humiliter ſupplicavit, ut de ſolitæ, & benignæ paternitatis affectu dignaretur concedere, ut idem Abbas pro honore dicti Monaſterii, & ejus nomine, authoritate Apoſtolica uti poſſet anulo, & benedictione ſolemni, ut ſuperius expreſſum, unde memoratus ſummus Pontifex, præfati militis precibus inclinatus, mandavit, & injunxit præfato domino electo, ut auctoritate apoſtolica cum conſilio ſui Capituli ipſi D. Abbati, nomine Monaſterii memorati, pro honore, & reverentia martyrum prædictorum concedat, ut libere uti poſſit inſignis epiſcopalibus ſupradictis. Acta ſunt prædicta in civitate Tholoſæ die ſabbati quarto Januarii in camera ſummi Pontificis ſita in Epiſcopatu Tholoſæ, præſentibus D. Guidotto de Arcellis de Placentia præpoſito S. Petri in Olivoto, domino Florino de Poncarali, & Alenandro de Tangatinis Militibus, D. Joſeph clerico S. Jo. Baptiſtæ, teſtibus rogatis: & etiam ad præmiſſa præſentes erant infraſcripti Cardinales, videlicet, D. Frater Nicolaus Oſtienſis, & Velletren. Epiſcopus Cardinalis D. Petrus de Capella titularis S. Praxedis presbyter Cardinalis, D. Franciſcus Caitanus S. Mariæ in Coſmedin Diaconus Cardinalis, D. Guillelmus tituli S. Pudentianæ presbyter Cardinalis Referendarius domini Papæ, D. Anſaldus de Pelagrua S. Vitalis presbyter Cardinalis, D. Beringarius de Biderg. tituli SS. Nerei, & Achillei presbyter Cardinalis, D. Petrus de Columna Diaconus Cardinalis, D. Raymundus Delgoti S. Mariæ novæ Diaconus Cardinalis, & D. Landulphus de Neapoli S. Angeli Diaconus Cardinalis anno Domini MCCCIX. Indictione VII. Ego Marcheſinus de Fugatiis clericus Plebis S. Laurentii de Manervio publicus tabellio prædictis omnibus, & ſingulis interfui, & rogatus ſcripſi. Verum quia cum à nobis quod juſtum eſt petitur, tam vigore æquitatis, quam ordo poſtulat rationis noſtrum impertiri aſſenſum, ac perſonam veſtram, & Monaſterium veſtrum pro reverentia beatorum Martyrum prædictorum deſiderantes, & affectantes proſequi favore gratiæ ſpecialis, ac volentes in hac parte commiſſionem, & auctoritatem à præfato ſummo Pontifice nobis in hac parte injunctam, debitum facere ſortiri effectum, Capitulum Majoris Eccleſiæ Brixienſis ad noſtram præſentiam fecimus convocari, in quo quidem Capitulo erant præſentes infraſcripti Archipresbyteri, Præpoſitus Vicedominus, & Canonici dictæ Eccleſiæ Brixienſis, & de ipſorum conſilio, & aſſenſu, auctoritate, qua fungimur in hac parte, & omni modo, & jure quibus melius poſſumus vobis Abbati præfato, pro vobis & veſtris ſucceſſoribus, & veſtro Monaſterio ad honorem, decorem, & reverentiam beatorum martyrum prædictorum concedimus liberam poteſtatem, & auctoritatem utendi anulo, & benedictione ſolemni, poſſe vos, & ſucceſſores veſtros ſuper populum elargiri in ipſo monaſterio, ac in Eccleſiis ipſi monaſterio, pleno jure ſubjectis, quando in ipſis divina officia celebrantur, in veſpertinis, ac matutinis laudibus, de quibus omnibus Epiſcopalibus inſignis vos Abbatem præfatum recipientem in vobis, & monaſterio veſtro, & ſucceſſoribus auctoritate, qua fungimur in hac parte præſentialiter inveſtimus, & pro inveſtito haberi volumus, & mandamus. In præmiſſorum autem teſtimonium præſentis conceſſionis paginam, indulgentiam, & privilegium noſtri ſigilli juſſimus munimine roborari. Et ego Bonhomus Archipresbyter Majoris Eccleſiæ Brixienſis prædictis interfui, & conſenſi, & per Marcheſinum prædictum ſcribi feci, quia ſcribere non potui. Ego Bonacurſius Comes de Caſalalto Canonicus Brixiæ prædictis affui, & conſenſi, & propria manu ſubſcripſi. Ego magiſter Albertus Vicedominus Eccleſiæ Brixienſis prædictis affui, & conſenſi, ac propria manu ſubſcripſi. Ego Mazzinus de Madiis canonicus Brixienſis prædictis affui, & conſenſi, & manu propria ſubſcripſi. Ego Maphæus de Madiis Canonicus Brixienſis prædictis omnibus affui, & conſenſi, ac

manu

manu propria ſubſcripſi. Acta ſunt hæc die Jovis penultimo Februarii in Camera ſita in majori Palatio Epiſcopatus Brixiæ præſentibus D. Bonaventura de Salvaticis canonico Plebis de Herbuſco Juriſperito, Joſeph Clerico S. Joannis Baptiſtæ, Joanaino de Dalegnoclerico Eccleſiæ S. Auguſtini de Brixia, & Franciſco de Civolariis de Bornado notis teſtibus rogatis, & invocatis anno M.CCC.IX. Indictione 7. Et ego Marcheſinus de Fagartis clericus Plebis S. Laurentii de Maacrvio publicus tabellio prædictis omnibus, & ſingulis interfui, & rogatus ſcripſi, & ſignum meum conſuetum ad majorem firmitatem appoſui.] Teſſera Madiæ familiæ tres faſciæ aureæ in campo cœleſti.

LXXII. 75 PRINCEVALLUS de Fliſco, Januenſis, Cannnicus Tullenſis, creatus Epiſcopus anno 1317. 6. Kal. Aug. à Joanne XXII. Præfuit ad annum uſque 1325. & translatus fuit ad Derthonenſem Eccleſiam, ex Reg. Vatic.



LXXIII. 76 TIBERIUS Torrianus Mediolanenſis, antea Derthonæ Epiſcopus, ad hanc Brixienſem Eccleſiam translatus ann. 1325. 8. Kal. Junii, ſedit annos octo. Hic anno 1327. die ultima Maii, Mediolani Ludovicum Bavarum coronavit ſimul cum Aretino Epiſcopo, dum eſſet Joannis ſummi Pontificis rebellis, & excommunicatus, de quo Cortuſiorum Hiſt. lib. 3. cap. 10. deceſſit anno 1334. *a* 4. Kal. Januarii. ſepultuſque eſt in Cathedrali apud Sacellum ſanctiſſimæ Trinitatis. Extat ejuſdem mentio in eodem lib. Provif. Prælat. Quo Præſule floruit B. Albertus Manducaſinus (1) Brixienſis ex Ord. Præd. vir eximie clarus.

a 1333. ex Florent. & vetuſto Catal. Epiſc. Brixiæ circa eo tempore conſcripto Galvardus.

LXXIV. 77 JACOBUS de Aſtis *b* Mutinenſis, Sacræ Romanæ Rotæ Auditor, ſub Joanne XXII. Epiſcop. Brixienſis adlectus fuit anno 1335. 18. Kal. Julii, à Benedicto XII. ut in Epiſt. 14. p. 3. Reg. Vatic. ann. 1. habetur, ad hanc dignitatem vocatus ex Scholaſtico Tullenſi, & Apoſtolico Capellano; diſceſſit verò è vivis anno 1344. 4. Kal. Novembris Avenione. In Tabula habetur hunc Brixiæ extrema clauſiſſe, ibidemque ſepultum fuiſſe in Cathedrali prope Altare S. Jacobi: eoque ſedente Petrum Buduenſem Epiſcopum Altare majus Cathedralis Eccleſiæ dedicaſſe.

b De Aſtis De Feiſis, Lunghino & Berardo Maggio Brixien. Epiſc. ad an. 1317. & ſeqq. tabulis exploditur à Faynus.

LXXV. 78 LAMBERTINUS Baldninus *c* dalla Cecca, alias ex nobili familia de Lambertinis, Bononienſis, Epiſcopus Nimocienſis, defuncto Jacobo apud ſedem Apoſtolicam ad hanc ſedem translatus eſt anno 1344. 3. Non. Novemb. à Clemente VI. ex Reg. Vatic. epiſt. 3. fato functus eſt 1348. ſepultuſque eſt in Cathedrali cum hoc epitaphio.

c Hunc in duos perperam ſecat Ant. Maſinus in Bonon. perluſtr. ad ann. 1390. Faynus.

Sepulchrum Reverend. in Chriſto Patris & D. D. Lambertini de Bononia olim bonæ memoriæ Epiſcopi Brixiæ, qui obiit die iii. Septemb. M. CCC. XXXXVIII. d

d 1349. ex lapide ſepulchrali.

Retulit hoc Epitaphium Paſchalinus in lib. Virorum Illuſtrium Civitatis Bononiæ. Lambertini e-

Italia Sacra Tom. IV.

tiam mentio extat in lib. Proviſ. Prælat. anno 1345. ejuſdem meminit noſter Gaſpar.

79 BERNARDUS Tricardi, Gallus, Monachus Ciſtercien. Ord. Epiſcopus Bergomenſis, ad hanc Eccleſiam fuit translatus 1349. iv. Kal. Novemb. E vivis exemptus eſt 1358. Idib. Martii. LXXVI.

80 RAYMUNDUM deinde Blanchum de Valate Mediolanenſem, Abbatem S. Petri in Monte Urſino ex Ord. S. Benedicti, Brixienſem evexerunt ad ſedem anno 1359. cujus mentio extat in lib. Solut. Sacri Collegii. Obiit 1363. (a) LXXVII.

81 HENRICUS de Seſſa, Epiſcopus Aſculanus, huc translatus eſt ann. 1363. (3) 14. Kal. Januarii; iterum eſt translatus ad Eccleſiam Cumanam ann. 1369. 11. Kalend. Novemb. LXXVIII.



82 AGAPITUS Columna *e*, Romanus, Petri Urbis Senatoris filius, claræ virtutis vir, Brixienſium Epiſcopus fuit 1369. Translatus ab Eccleſia Aſculana 11. Kal. Novembris ex Reg. Vatic. Sub Gregorio XI. in Alemanniam ad Carolum IV. Imp. mox ad Henricum Caſtellæ, & Ferdinandum Luſitaniæ Reges Apoſtolicæ Sedis Nuncius fuit: quem deinde VI. Urbanus Pontifex vocavit ad purpuram ann. 1378. Diem poſtremam Romæ obiit ann. 1380. Narrat Ciacon. hunc Agapitum Columnam Ulyſſipponenſem fuiſſe Epiſcopum, ſed ex corruptela lectionis deceptus; illi enim legendum fuerat, Brixienſem, poſtea Ulyſſipponenſem Archiepiſcopum: cæterum Columna breviori mora hunc adminiſtravit Epiſcopatum, ut produnt ejuſdem Eccleſiæ publicæ Tabulæ. LXXIX.

e De eo Ciaconius, Oldoini t. 2. p. 640.

83 STEPHANUS in eadem ſede floruit anno 1372. menſeque Martio inſecuti anni eo munere ſe exolvit. LXXX.

84 ANDREAS ex Ord. Eremitano S. Auguſtini eximius Theologus, & verbi Dei declamator egregius, ad eandem ſedem fuit aſſumptus ann 1373. quam ille Eccleſiam bene adminiſtravit uſque ad an. 1378. LXXXI.

85 NICOLAUS Zanaſius *f*, Cremonenſis, tum juriſprudentia, tum probitate vitę longe clariſſimus, Epiſcopus Brixienſis ſublectus fuit an. 1378. Præſens fuit juramento, quod præſtitit Carolus Neapolitanus Rex Urbano VI. ann. 1381. Kal. Junii. Quinque annos ſibi creditam adminiſtravit Eccleſiam, indeque Archiepiſcopus Beneventanus effectus eſt, hoc eſt 1382. tum & Neapolitanus: de quo ibi fortaſſe plura. („ *De eo Ariſius in Cremona liter. tom.* „ *1. p. 187.*) LXXXII.

f Forſan hic Nuncius Apoſtolicus cum Marinello Blanco ad Carolum III. Regem Siciliæ, vel ſine ſequens Andreas, de quo Ciaconius Oldoini tom. 2. p. 660.

86 ANDREAS Segazenus, Mediolanenſis, hanc eandem ſedem obtinuit anno 1383. Hunc narrant nonnulli poſt adeptam Epiſcopalem dignitatem, Inſtitutum Fratrum Eremitarum S. Auguſtini fuiſſe complexum, Epiſcopatu retento. Hunc ſuſpicor eundem fuiſſe Andream, quem ſupra narravimus, qui ſe vel abdicaverit Epiſcopatu, vel ſchiſmate fervente, eodem fuerit ſpoliatus, rur- LXXXIII.

Aa ſuſque

(1) De eo Capreol. lib. 8. Hiſt. Brix. Sedente Tiberio Epiſcopo, Maſtinus Scaliger Brixiæ ditionem obtinuit XVIII. Kal. Quintiles anno MCCCXXXII. ut refert Capreol. lib. 8. pag. 40. Confer Panvinium lib. 6. Antiqu. Veron. cap. ult. ubi Maſtinus: *Me Dominum Verona ſuum, me Brixia videt*. Galeardus.

(2) Petrus Philargus, qui fuit Alexander Papa V. Brixienſis Epiſcopus dicitur à Carolo Baſilicapetri in ſua Novaria, atque hic ſediſſe ab an. 1369. ad 1372. Attamen idem hoc non facit, cum in ejus vita apud Platinam, & alios non ut talis ſit memoratus, & cum in ejus ſepulchrali Epitaphio ſint de aliis ſedibus à ſe retentis mentio, & Brixiana taceatur, atque illa tempora à Raymundo Blanco, & Henrico Seſſa veris Brixiæ Epiſcopis poſſiderentur. *Faynus*.

(3) Videtur potius dicendum anno 1364. Vi ſpectentur ea, quæ habet apud Ughellum in Aſculanis Epiſcopis. Vide adnotata à Lucentio in eum locum. *Galeardus*.

ſuſque eidem dignitati reſtitutus. Conſtat illum obiiſſe anno 1386. ut publicæ Brixienſis Eccleſiæ Tabulæ retulere.



LXX XIV. 87 THOMAS Vicecomes Mediolanenſis adlectus fuit anno 1386. ſedit uſque ad ann. 1390. atque ex eo translatus eſt ad Cremonenſem Eccleſiam, indeque ſub Bonifacio IX. ad ſuam priſtinam Brixianam reverſus. Ducis, Marchionis, Comitiſque honorificos titulos tulit. Anno 1396. in favorem Philippi de Milliis civis Brixiani condidit inſtrumentum, quo eidem quædam bona traditæ ſibi Eccleſiæ in feudum attribuerat pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum, Bonifacio IX. Pontifice aſſentiente. Cæterum hunc eundem Vicecomitem Thomam idem ſummus Pontifex tranſtulit ad Eginenſem Eccleſiam ann. 1397. 5. Kal. Apr. ex lib. Proviſ. Prælat.



LXX XV. 88 Fr. FRANCISCUS de Lantis, Piſanus, ex Ordine Minorum, ad hanc eandem dignitatem aſſumptus eſt anno 1390. cum paulo ante fuiſſet Lunenſis Epiſcopus, eodemque anno translatus fuit ad Cremonenſem ſedem, indeque ad Bergomatem anno 1401. de quo plura ibi.



LXX XVI. 89 THOMAM Puſterlam, Mediolanenſem excepit Franciſcus de Lantis ad Cremonenſem Eccleſiam translatus ann. 1397. 5. Kal. Aprilis. Deceſſit 1399. ex lib. Proviſ. Prælator.

A B

90 GUILLELMUM deinde Puſterlam, Mediolanenſem, decem tantum, & novem annorum adoleſcentem, Bonifacius IX. Pontifex evexit ad ſedem, tametſi tanto oneri ex minori ætate impar haberetur, an. 1399. Cæterum inauſpicato Guillelmus Brixienſis Epiſcopus adlectus eſt, licet refragantibus Vicecomitibus Brixiæ Dominis, nunquam obtenti Epiſcopatus potuerit inire poſſeſſionem. Itaque cum repulſæ impatiens, ad Gregorium XII. Pontificem provocaſſet, pro Brixiano Epiſcopatum Novocomenſem illi adjudicarunt cauſidici, cujus item numquam compos fuit, quod clericalis Senatus ad eam dignitatem Fratrem Antonium Turconem Minoritam promoviſſet: qui Gregorii XII. ſecuta abrogatione demandati ſibi Epiſcopatus adminiſtrationem accepit, ita cenſente Alexandro V. Pontifice, vacuuſque Brixienſis titulus rediit ad Guillelmum, cum non magis in hoc, quam in illo inſortunatus fuiſſet. Eo autem titulo potitus eſt uſque ad annum 1416. quo ipſo anno exceſſit è vivis. Præſul ſane inſortunatus, qui utraque viduatus Eccleſia, illudentis fortunæ unquam potuerit eluctari moleſtiam (1). A cujus abſceſſu Brixianam Eccleſiam adminiſtrandam ſuſcepit PANDULPHUS Malateſta Ariminenſis (2), Bononiæ Archidiaconus, Martino V. Columna Eccleſiaſticum ſedente ad clavum. Igitur Malateſta cum per integrum & eo amplius annum Brixienſem adminiſtraſſet Eccleſiam, ultro illam deinceps reſignavit Martino. LXX XVII

C



D

91 FRANCISCUS de Marerio, nobilis Romanus, Canonicus S. Mariæ Tranſtyberim, notariuſque S. Apoſtolicæ Sedis, à Martino V. adlectus eſt Brixienſis Epiſcopus anno 1418. Kal. Februarii, quam ille Eccleſiam adminiſtravit uſque ad annum 1442. ſumma cum laude prudentiæ, quippe qui Brixienſem Epiſcopatum bellorum injuria propemodum deſolatum in priſtinum dignitatis reſtituerit gradum. Illum tamquam Eugenii IV. fautorem Baſileenſis Concilii Patres æquo ſævius inſectarunt, ita ut illorum juſſu conjectus in carcerem, non prius diſcuſſerit vincula, quam tribus millibus ſcutatorum libertate coempta. Inde ad Eccleſiam ſuam rediit, quam paulo poſt Pontifici Eugenio reſignavit, cum pro Brixienſi, Monteſalconenſem ſedem ab eodem Pontifice accepiſſet anno 1442. ubi tranquilliori rerum ſtatu vitam finivit. Cæterum Franciſci temporibus Fratres Servitæ, Regulareſque Canonici Brixiæ diu exoptatum domicilium acceperunt, & duorum S. Felicitatis filiorum martyrum corpora in Abbatia Leonenſi inventa ſunt, quæ olim Deſide- LXX XVIII

(1) Cum Guillelmus Puſterla ſedere non permitteretur, Benedictus Pontifex ſchiſmaticus ad hunc Epiſcopatum delegit Balthaſſarem Meſſerium, [illegible] fautorem: quem deinde generale Concilium Conſtantiæ omni jure Epiſcopali privavit, depoſuitque an. 1414. & ideo uti illegitimum Epiſcopum extra [illegible] legitimum rejicio. Pandulfus autem, qui ſucceſſit, non fuit germanus ille frater Caroli Principis Ariminenſis, & Jo. Mariæ Ducis Mediolani militiæ dux Generalis, ut perperam aſſerit Adimarius in Ariminenſ. hiſt. qui etiam longe aberrat à vero, dum eidem Sigiſmundo Philippum quemdam Brixiæ omnibus ignotum ſucceſſorem ſtatuit. *Fayono.*

(2) Fortaſſe ex nominis ſimilitudine malè ominatus eſt Rafael Adimarius de ſitu Ariminenſ. lib. 1. pag. 40. Pandulphum Malateſtam, qui circa ea tempora Brixiæ dominatum obtinuit, ſuitque germanus frater Caroli Malateſtæ Principis Ariminenſis, Brixiæ Epiſcopum fuiſſe; verum hic nunquam clericali militiæ adſcriptus fuit, nec inter Brixiæ antiſtites accenſendus. Appellatur etiam tempore Guillelmi Brixiæ Epiſcopus Antonius Corarius in diplomate Gregorii XII anno 1409. quod hanc notam prefert: *Datum in Civitate Auſtria Aquilejenſis Diœceſis Idibus Julii Pont. noſtri anno III.* exſtatque in Archivio Epiſcopali Eccleſiæ Cenetenſis. At iſte Antonius nunquam Brixiana ſede potitus videtur, ſicuti nec Bononienſi, quamvis inter Bononienſes Præſules adnumeretur, ſed ab Æmonenſi Eccleſia translatus eſt ad Cenetenſem. De eo Ughellus in Cenetenſibus Epiſcopis. *Galeardus.*

ſidernis Longobardorum Rex Benevento transportarat anno 759. („ *Poſt obitum Mererii à Clero, & „ Capitulo electus fuerat Brixienſis Epiſcopus Ioannes Bavius, de Aſula Brixienſi, Canonicus, atque „ S. Agathæ Præpoſitus, & alias Vicarius Generalis; „ quem tamen ſummus Pontifex renuit confirmare.* Faynus.) A

LXXXIX. 92 PETRUS De Monte, Venetus, plebei quidem ordinis, ſed adeo virtute, nobiliumque diſciplinarum ſcientia clarus, ut in Eugenii IV. Pontificis familiaritatem cum ſe inſinuaſſet, ac Prothonotarius Apoſtolicus evaſiſſet, ab eodem Pontifice Brixienſis Epiſcopus adlectus eſt an. 1442. die 28. menſis Martii. Hunc idem Pontifex legavit in Gallias, qui defuncto Eugenio, cum ad Eccleſiam ſibi creditam revertiſset, Epiſcopale Palatium reparavit; primum lapidem poſuit Xenodochii Majoris, Templique Ss. Nazarii, & Celſi: monaſterium s. Chriſtophori quinquaginta virginibus auxit, quæ ibidem die noctuque Divinum promoverent obſequium: denique monaſterium s. Mariæ de Pace ſubſtruxit, reliquitque aliquot monumenta ingenii. Romæ fato functus eſt anno 1457. ſepultuſque eſt in Baſilica Liberiana, prope ſacellum ad Præſepe Domini, ubi adhuc in pavimento ejus ſpectatur ſepulchrum leviter inſculptum, cum ejuſdem effigie, gentilitiis ſtemmatibus, atque hujuſmodi ſubjecto epitaphio. B

a De eo Cozzandus in Bibl. Brix. par. 1. p. 201. Mandoſ.

Petrus de Monte Venetus, Brixianus Epiſcopus, artium Doctor, ac I. V. ſui ſæculi conſultiſſimus. Qui obiit An. D. M. CCCC. LVII. *xii. Ianuarii.*



XC 93 (1) BARTHOLOMÆUS Maripetrus, nobilis Venetus, Cathedram eandem conſcendit anno 1457. die 14. menſis Februarii, Calliſto III. ſedente. Qui ſolemni pompa obtenti Epiſcopatus poſseſſionem iniit 1. die exordientis Maii ejuſdem anni. Brixiam introduxit Fratres S. Hieronymi Feſulanæ Congregationis eiſdem attributo monaſterio S. Mariæ Gratiarum. Tranſtulit ex Eccleſia S. Floriani in colle Digno Corpus S. Calimeri in decentiorem locum. Ex rabioſi canis morſu deceſſit anno 1464. prid. Id. Novemb. ſepultuſque eſt in Cathedrali S. Petri, ubi legentibus proſtant hæc verba.

Conditorium Bartholomæi Maripetri Epiſcopi Brixien. vixi, & ſecurus mei poſſeſſor fui, quæ dederat mihi Deus in curſu peregi, pietate Chriſti optimi meliores ſedes ſpero. Valete Brixienſes mei, cœlum ſpectate, Deo parete; Nam quam fragilis, & caduca ſit vita mortalium meo exemplo diſcite. M. CCCC. LXIV.

(„ *Poſt Obitum Maripetri an. 1464. fuit à Capitulo „ & Clero Brixianis electus Civitatis Epiſcopus „ Bernardus Marcellus Venetus Abbas S. Fauſtini „ Majoris Brixiæ, ſed nequaquam à Pontifice con- „ firmatus.* Faynus.]

XCI. 94 DOMINICUS de Dominicis, *b* ex Ordine plebejo Venetus, Torcelli antea Epiſcopus, vir ob raram doctrinam apud omnes ordines celebris, ſic ut priſcos patres propemodum videretur æquare, Paulo II. Pontifice ita cenſente, ad Brixienſem hanc ſedem translatus eſt anno 1464. Quo deinceps Paulus uſus eſt in gravioribus Eccleſiaſticis explicandis negotiis, eundemque poteſtate Legati de latere ſuccinctum in Germaniam legavit, ut fœdus inter Matthiam Pannoniæ Regem, ac Fridericum Cæſarem, Ludovicumque Bavariæ Ducem percutiendum curaret. Quo in munere obeundo apud Cæſarem tantam gratiam dicitur collegiſse, ut eundem intimum Imperii Conſiliarium declaraverit; Romæque oratorem, illum exornaverit titulis Ducis Vallis Camonicæ, Marchionis Ripariæ, Comitiſque Bagnoli, quos deinceps titulos in Brixienſes ſucceſſores cenſuit transferendos. Sub Pio II. ac Sixto IV. Pontificibus Vicarius Romæ fuit, Nunciuſque Venetiarum pro ſede Catholica (2). Ad ſibi creditam demum reverſus Eccleſiam, iterum Epiſcopale reſtauravit Palatium: Patres Jeſuatos, Monachos Cœleſtinos Brixiæ excepit. Codicum manuſcriptorum inſignem Bibliothecam ſibi paravit, cujus partem poſt ejus exceſsum, Canonici regulares S. Salvatoris de Bononia coemerunt, quæ adhuc diligentiſſime aſservatur; utpote quæ præter cæteros reconditæ doctrinæ libros, etiam ipſius Dominici aliquot egregia monumenta contineat, alteram partem intulere in Vaticanam, ut ibi citra injuriam vetuſtatis perennaret. Poſtremam diem obiit Brixiæ anno 1478. 13. Kal. Martii ſexageſimo ſuæ ætatis anno, ſepultuſque eſt in Cathedrali cum hoc epitaphio.

b De quo Mazzuchellius in Bibl. Mariana par. 1. p. 147 & Cozzandus in Bibl. Brix. par. 1. p. 76 qui eum Brixienſem dicit. Mandoſ.

Dominico de Dominicis omnium liberalium artium, & Sacræ Theologiæ monarchæ, Præſuli Brixien. viro ob ſingularem in omni genere literaturæ doctrinam, in rebus agendis ſapientiam, Nicolao, Calliſto, Pio, Paulo, Sixto Pontificibus charo, Joann. Juſtus Can. & Viced Brixien. Protbon. & Aloyſius fratres avunculo ſuo pientiſs. bene meritoque. Is vero Nicolao ſedente Eccl. Torcellæ, inde regnante Paulo Brixien. donatus plures in Aſtrologia, Philoſophia, Theologia, Epiſcopali dignitate, Papæ poteſtate libros, orationes, ſermones edidit. Referendarius aſſiſtens multorum Pontificum, Vicariuſque Urbis Romæ à Pontifice Pio ad Imperium alioſque Germaniæ Principes, & populos miſsus pacis & concordiæ ſequeſter Matthiam Pannoniæ Regem reſtituta corona, Ludovicum Bavariæ Ducem, & alios, Auſtriam, Viennenſes ad obedientiam redeuntes cum eodem Imp. Federico fœderavit atque pacavit. Ab eodem ad Sixtum IV. Senatum Venetum Legatus altero LX. ætatis ſuæ An. M. VII. die II. Brix. hora fati ſui prædicta religioſiſs. in Epiſcopatu ſuo moritur M. CCCC. LXXVIII. XIII. Kal. Mart.

Cæterum hic exhibemus diploma Federici Imperat. elargitum Dominico, ejuſque ſucceſsoribus, quem exornavit titulo Ducis, Marchionis, & comitis, quod nobis communicavit non ſemel nec ſatis laudatus Cozza Cotius Archipresbyter Veronenſis ex authentico exemplari Archivii Cancellariæ Epiſcopalis Brixienſis; ſic enim ſe habet.

In nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis feliciter. Amen.

Fridericus, Divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex, ac Auſtriæ, Stiriæ, Karinthiæ Dux, Dominus Marchiæ, Sclavonicæ, ac Portus

Aa 2 Nao-

(1) Albertus Ordinis Prædic. relatus Epiſcopus Brixiæ à Stephano Sampojo in ejus ſtemmate ſub an. 1457. is vel fuit tantum electus ad hanc ſedem, vel tantum Vicegerens. Nam neque libri publici, neque ſcriptores noſtri aliquid de ea memoriæ tradiderant. *Faynus.*

(2) Bartholomæus Averoldus, Brixianus, Abbas Ordinis S. Benedicti in Oppido Leonensi, an. 1474. cum inter rumor exierit de mentita morte Dominici de Dominicis Romæ demorantis, à Capitulo, & Clero fuit in Epiſcopum Brixiæ, ſed fruſtra delectus. Verum poſtea Spalatenſem Archiepiſcopatum habuit, uti legimus in libris Publicis. *Faynus.*

Naonis, Comes in Haſpurgh Tirolis Pherretis, & in Kiburg Marchio Burgoniæ, & Lantgravius Alſatiæ. Ad perpetuam rei memoriam notum facimus tenore præſentium univerſis. Et ſi inter varias Republicæ curas, quibus pro debito Imperialis culminis, ad quod Divina procurante clementia, evecti ſumus, quotidiana ſolicitudine pro quiete, & ſalute ſubditorum invigilamus, innumeris diſtrahamur negotiis; ad illud tamen, quantum nobis ex alto conceſſum eſt munificentiæ, & liberalitatis noſtræ ſtudium præcipue convertimus, & ſedulum deſtinamus affectum, qualiter venerandas Dei, & ſanctorum ejus Baſilicas & Eccleſias, nec non Perſonas Eccleſiaſticas, cæleſtis Imperatoris mancipatas obſequiis in ſuis dignitatibus, honoribus, juribus, privilegiis, libertatibus, & gratiis conſervemus, & ab indebitis moleſtiis, & injuriis tueamur, eorumque primævas inſtitutiones munimine clementiæ noſtræ roboremus, & congruis proſequamur favoribus. Sane accedens noſtræ Imperialis Majeſtatis præſentiam Venerabilis Dominicus, Epiſcopus Brixienſis Dux Valliſcamonicæ, Marchio Riperiæ occidentalis lacus Benaci ſeu Gardę, Comes Bagnoli, Princeps, Conſiliarius, ac Orator noſter in Romana Curia, devotus, dilectus, nobis expoſuit qualiter quondam Prædeceſſores in ſui Epiſc. Brix. Eccl. Duces Valliſcamonicæ, Marchiones Riperiæ occidentalis lacus Benaci, & comites Oppidi Bagnoli ab antiquo extiterint, eoſdemque Ducatum, Marchionatum, & comitatum, & eorum diſtrictus, ac juriſdictiones cum ſuis pertinentiis aliquandiu tenuerint, & poſſederint, & eorum titulis, dignitatibus, & honoribus in ſuis litteris uſi fuiſſent, quorum poſſeſſio juriſdictionis, & dominium licet ſucceſſu temporis ad alios pervenerit, tamen adhuc in eiſdem locis Eccleſia, & Epiſcopus Brixienſis multas poſſeſſiones ac multa jura infeudandi uſque in hodiernam diem retineant, & ab hominibus illorum locorum nobilibus, civibus, & plebeis Brixien. publice, & in litteris, ac inſtrumentis Dux, Marchio, & Comes, appelletur, Epiſcopique qui pro tempore fuerint à tempore cujus in contrarium memoria hominum non exiſtat in inſtrumentis infeudationum, in locationibus annualibus emphiteoticis, ac in beneficiorum collationibus, ac aliis, Duces, Marchiones, & Comites eorundem locorum vocentur, Majeſtatique noſtræ Cæſareę humiliter ſupplicavit, & Eccleſię ſuæ pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis eaſdem dignitates, & honores Ducatus, & Marchionatus, Comitatus, juriſdictiones, & poſſeſſiones, ac eorum titulos, nec non privilegia, libertates, gratias, prærogativas, jura, immunitates, pręeminentias, antiquas conſuetudines & obſervantias, de benignitatis noſtrę clementia, approbare, innovare, ratificare, confirmare, ac denuo concedere gratioſe dignaremur. Nos itaque etſi pro debito Imperialis officii noſtri, & innatę nobis clementię ſubjectorum, & præſertim Eccleſiarum, ac Eccleſiaſticorum commodis, & incremento libentius intendamus, & eorum annuamus precibus, attendentes tamen curam, & prudentiam prædicti Dominici Brixienſis Epiſcopi, quibus jam pleriſque annis in Romana curia, apud quamplures ſummos Pontifices, & Reverendiſſimorum D.D. Cardinalium Collegium in noſtris obſequiis ſe ſedulum, & indefeſſum pro nobis exhibuit, & noſtra, & ſacri Romani Imperii negotia ſolerti ſtudio, ac jugi ſolicitudine, accurate, & ſapienter promovit, & direxit, & promovere, ac dirigere pro ſingulari ſua ſapientia, ac induſtria non ceſſat, tanto ſibi, & Eccleſiæ ſuæ Brixien. ad gratiam ſumus liberaliores, & ipſius precibus benignius inclinamur, quanto illius benemerita in nos, & ſacrum Romanum Imperium dignoſcuntur eſse majora, & ejus beneficia nobis gratioſiora exiſtunt, penſatiſque ejus immotæ fidei conſtantia, ſinceræque devotionis affectu non per errorem, aut improvide, ſed animo deliberato, ſanoque principum, Baronum, Procerum nobilium, & fidelium noſtrorum accedente conſilio, auctoritate Romana Imperiali, de certa noſtra ſcientia præfatum Dominicum, Epiſcopum Brixien. & ejus familiam, in noſtram, & ſacri Romani Imperii protectionem, tuitionem, & ſalviguardiam recepimus, & recipimus, dictoſque Ducatum, Marchionatum, Comitatum, Juriſdictiones, poſſeſſiones, & eorum titulos, dignitates, & honores, nec non litteras, jura omnia, & præſertim infeudandi, & cenſus reſponſiones emphiteoticas, libertates, privilegia præeminentias, gratias, immunitates, prærogativas conſuetudines, & antiquas obſervantias dictæ Brixien. Eccleſiæ, quibus hactenus uſa eſt, & quomodolibet uti conſuevit ſibi à ſummis Pontificibus, & à prædeceſſoribus noſtris Romanorum Imperatoribus, & Regibus, ac quibuſcunque aliis, tam ab Eccleſiaſticis, quam à ſecularibus qualitercunque datas, & conceſſas, ſeudata, & conceſſa, cum omnibus juribus, honoribus, punctis, clauſulis, articulis, & tenoribus ſuis, de verbo ad verbum, prout ſcripta ſeu ſcriptæ, & ab antiquo uſi ſunt, etiamſi de his jure, vel conſuetudine mentio fieri deberet ſpecialis, quorum tenores hic pro expreſſis, & inſertis haberi volumus, auctoritate, & ſcientia prædictis approbavimus, innovavimus, ratificavimus, confirmavimus, & de novo conceſſimus, & præſentibus approbamus, innovamus, ratificamus, confirmamus, & gratioſius de novo concedimus. Decernentes, & hoc Imperiali volentes edicto, ea, & eas futuris perpetuis temporibus plenam roboris firmitatem inviolabiliter obtinere, præfatumque Dominicum Epiſcopum Brixienſem, & ſuos ſucceſſores Brixien. Eccleſiæ Epiſcop. pro Ducibus, Marchionibus, & Comitibus haberi, & prædictorum Ducatus, Marchionatus, & Comitatus titulis, dignitatibus, honoribus, & nuncupationibus, nec non juriſdictionibus, poſſeſſionibus, & aliis juribus, & præeminentiis quibuſcunque qualitercunque ad Eccleſiam Brixien. de jure, vel conſuetudine ſpectantibus, ſine tamen præjudicio quorumcumque legitime poſſidentium quovis impedimento ceſſante, libere uti, frui, & gaudere poſse & debere quemadmodum alii Duces, Marchiones, & Comites gaudent, & utuntur, & eorum prædeceſſores Epiſcopi Eccleſiæ Brixien. quomodolibet uſi, & gaviſi ſunt conſuetudine, vel de jure, non obſtantibus in contrarium facientibus quibuſcunque, quibus de plenitudine Romanæ Cæſareæ poteſtatis per præſentes expreſſe volumus eſſe derogatum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ receptionis, approbationis, innovationis, ratificationis, confirmationis, conceſſionis, decreti, voluntatis, & derogationis paginam infringere, aut ei auſu temerario quoquomodo contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem noſtram graviſſimam, & pœnam centum librarum auri puri, quarum una fiſco noſtro Imperiali, reliquam vero medietatem injuriam paſſorum uſibus applicari volumus, ſe noverit irremiſſibiliter incurſurum. Præſentium ſub noſtræ Imperialis majeſtatis ſigilli appenſione teſtimonio literarum.


Datum in Oppido noſtro Krembs Patavien. diœceſis, die XIV. menſis Septembris, anno Domini 1477. Regnorum noſtrorum Romani 38. Imperii 26. Hungariæ vero 19.

Ad mandatum domini Imperat. ecg.
Joannis Vualdrier Prothon.
Lucas Sintzer.


95 LAURENTIUS Zane, nobilis Venetus, XCII.
Antiochiæ Patriarcha, hanc Brixienſem ſedem aſſecutus eſt anno 1478. Sub Sixto IV. Pontifice Flaminiam Provinciam, Patrimonium, & Peruſiam frænavit. Deceſſit Romæ an. 1485. poſtquam Eccleſiam hanc libere ann. 1481. renunciaſſet.

96 (1) PAULUS Zane, Venetus, viginti XCIII
duos natus annos, Pontificis indulgentia ad hanc ſe-

(91) Chriſtophorus quidam, ut Epiſcopus Brixiæ, invenitur ſcriptus in Catalogo Jo. Baptiſtæ Nazarii, ſed minime apud [illegible] Brixianorum ſcriptores. Tabulæ, & cæteri Catalogi de eo mentionem non habent. Hunc conſeo hunc eſſe vel Chriſtophorum [illegible] hujus nominis Brixiæ, [illegible] Epiſcopum ſub an. 1340. vel Chriſtophorum Mangiavinum, Patria Brixianum, Epiſcopum Volognani, qui iiſdem temporibus vivebat, ab eodem Auctore Brixianum Antiſtitem interpretatum, cum tunc [illegible] fuerit ſuffraganeus Pauli Zane Antiſtitis Brixiani. Sic etiam Philippus alter in 91 quibus ſcriptoris memoratus, certe non fuit Brixien. Epiſcopus, ſed Nazarenis. Fuiſſe tamen ſuffraganeum, & Locumtenentem ejuſdem Pauli Zane ſatis apud nos conſtat. Fayms.



ſedem promotus eſt, an. 1481. ea tamen conditione, ne ante annum vigeſimum ſeptimum inauguraretur, interimque Marci Nigri Epiſcopi Auſeſienſis Vicaria opera, Eccleſiam ſibi deſponſam adminiſtravit. Hic Deiparæ Virginis devotione B flagrabat. Quamobrem templi S. Mariæ Gratiarum primum lapidem jecit, ejuſdemque templi conſtructionem propria pecunia juvit. Deceſſit anno 1531. die 12. menſis Martii, poſtquam 50. ipſos annos Brixienſem Eccleſiam adminiſtraſſet, ſepultuſque eſt in Cathedrali. Hujus Epiſcopi temporibus Comitiſſa Laura Gambara eximiæ pietatis, ac liberalitatis fœmina pœnitentibus mulieribus ſatis amplum domicilium paravit prope Eccleſiam s. Deſiderii.



XCIV 97 FRANCISCUS Cornelius, Venetus, preſbyter Cardinalis tituli S. Pancratii, à Clemente VII. Pontifice hanc eandem obtinuit ſedem anno 1532. quam ille Eccleſiam poſt evolutum annum ſuæ adminiſtrationis reſignavit Andreæ nepoti. Hic nobilis Præſul primus fuit, qui in Corneliam nobiliſſimam gentem Eccleſiaſticæ purpuræ ſplendorem auſpicato intulerit, ab ipſo non modo ex nobilitate generis promeritam, utpote qui Georgium Cornelium graviſſimum Senatorem, Eliſabethamq; Maurocenam parentes habuerit, ſed multo magis ex commendatione virtutis, quibus omnibus mortalibus charus erat. Nepos fuit Catharinæ D Corneliæ Reginæ Cypri, cujus in Venetam publicam rem extant ingentia merita, fraterque Andreæ Archiepiſcopi Spalatrenſis, qui ſub Leone X. in Lateranenſi Concilio maxime inclaruit. Conſtat hunc Andream deceſſiſſe Romæ anno 91. ſuæ ætatis, tumulatumque fuiſſe apud S. Mariam ſupra Minervam cum ſequenti epitaphio.

a De eo Ciaconius Oldoini tom. 3. col. 560.


Andreas Cornelius Archiepiſc. Spalatrenſis
Georgii Cornelii Catharinæ Cypri Reginæ
fratris filius, vita egreſſus anno ætatis
LXXXXI. hic ſitus eſt.

Quod ideo hic libenter retulimus, ut lector Andreæ Victorelli in Additionibus ad Ciaconium caveret errorem confundentis Andream nepotem cum hoc Spalatrenſi ſeniore Andrea fratre Franciſci. Cæterum hic junior Andreas poſt mortem patrui Franciſci Brixienſem Eccleſiam ſuſcepit perpetuo adminiſtrandam, Patruoque Andreæ in Spalatren-

A ſi Archiepiſcopatu ſucceſſit. Franciſcus autem Cornelius pluribus, trepidiſque legationibus promeruit purpuram. In quibus illa præcipua fuit ad Carolum V. ut Chriſtiani orbis conaretur pacem componere, piæque patriæ apud eundem Cæſarem graviſſima agitaret negotia. Gratus omnibus deceſſit Viterbii 1545. 5. Kal. Octobris, cum ſupra quintum ſexageſimum ageret annum. Ejus corpus relatum Venetias, apud S. Salvatorem ſepelierunt, ex defuncti teſtamento. Ejus laudes funebri oratione complexus eſt Hieronymus Niger, cum ejus inferiæ coram Senatu Veneto, Duceque celebrarentur.

98 ANDREAS Cornelius, *b* junior, Franciſci, atque Andreæ Spalatrenſis Archiepiſcopi nepos, viginti tres tantum natus annos Brixienſem Eccleſiam perpetuo ſuſcepit regendam, die 13. menſis Martii, anno 1532. Apoſtolicæ Cameræ Clericus fuit, tum & ſub Paulo III. Diaconus Cardinalis S. Theodori ann. 1544. atque ex deceſſu Andreæ Patrui etiam Spalatrenſi titulo fulſit. Dum adhuc B virili ætate floreret, Romæ deceſſit 1551. 3. Kal. Februarii; cujus cadaver relatum Venetias prope Patruum ſepelierunt. XCV.

b De eo Ciaconius Oldoini to. 3. col. 905.




C 99 DURANTES de Durantibus, *c* Brixianus, vir recondita doctrina, variaque literatura ornatus, ideoque Paulo III. Pontifici doctorum hominum fautori unice charus, primum ab eodem Pontifice Apoſtolicæ magiſter aulæ declaratus eſt, tum & Epiſcopus Algarenſis, mox & Caſſanenſis; anno vero 1644. illum vocavit ad purpuram, Umbricaque legatione ornavit. A Julio vero III. patriam Brixianam ſedem obtinuit 1551. die 18. menſis Februarii, cujus Epiſcopatus iniit poſſeſſionem Nonis Julii ejuſdem anni, præ lætitia geſtientibus civibus. Sibi creditam Eccleſiam adeo pie, ſancteque adminiſtravit, ut è vita diſcedens anno 1558. die 24. menſis Decembris, omnium de publica Chriſtiana re recte ſentientibus exciverit lachrymas, & tunc quidem in Cathedrali ſepulturam accepit, cujus deinde corpus cum reperiiſſent anno 1604. illud ad tempus intulerunt in ſacellum Corporis Chriſti cum hac inſcriptione. XCVI.

c De eo Ciaconius Oldoini tom 3 col. 70.

Hic ſunt oſſa Illuſtriſs. ac Reverendiſs. D.
D *D. Durantis de Durantibus S. R. E. Card.*
& Epiſcopi Brixienſis, qui obiit anno
MDLVIII. die XXIV. Decemb. huc ex alio
loco tranſlata, die XVIII. Februarii
MDCIIII.

100 DOMINICUS Bolanus, ex equeſtri ordine Venetus, dum pro republica Veneta Brixiæ ageret Gubernatorem, illius civitatis adlectus Epiſcopus eſt an. 1559. die 15. menſ. Martii. Hic haud minoris dexteritatis fuit in Eccleſiaſticis explicandis negotiis, quam paulo antea fuerat in politicis provehendis. Ubi enim primum ad Epiſcopatum aſcendit, nil antiquius habuit, quam vitio vetuſtatis collabentem Cathedralem reſarcire, inque primum dignitatis ſplendorem illam reſtituere, additis Epiſcopali palatio perquam neceſſariis ædificiis, erectum à ſe Seminarium ſplendidiori cenſu adauxit, ut ejuſdem alumni commodius divino cultui inſervirent. Clerum Brixianum ad Tridentini XCVII.



Concilii normam, cui ipſe interfuerat, caſtigandum curavit. Studuit quam qui maxime ritibus antiquis Eccleſiaſticis, ſalutareſque conſtitutiones compoſuit, quas in diœceſana Synodo promulgavit anno 1574. Cremonenſes cum Brixianis fœdere junxit, inter quos gravis exarſerat controverſia de confiniis fluminis Ollii. Denique cum per viginti annos Brixianam ſancte rexiſſet Eccleſiam, exceſſit è vivis ann. 1579. Idib. Auguſti, ſepultuſque eſt apud Eccleſiam majorem, præſente, ac laudatore S. Carolo Borromæo Archiepiſcopo Mediolanenſi, dum pompa ſolemni efferretur. Nepotes deinde Bolani Venetiis ſequens honorarium epitaphium in Eccleſia S. Georgii majoris patrui memoriæ dedicarunt.

Dominico Bolano Senatori graviſſimo Brixianam Præturam difficillimis temporibus gerenti, ab ea ad ejuſdem civitatis Epiſcopatum divinitus vocato, viginti, & amplius annis in ejus adminiſtratione ſingulari vigilantia, & ſanctitate conſumptis, illius oſſibus Brixiæ conditis, hoc in patria monumentum, quod poſteri ſequantur, Antonius, & Vincentius Iacobi fratris filii pio poſuerunt. Deceſſit an. Domini MDLXXIX. Id. Auguſt. Annos natus LXV. Menſ. VI. dies II.



XCVIII. [a] Die 26. Auguſti.

101 JOANNES Delphinus, nobilis Venetus, è Torcellano Epiſcopo ad Brixianam ſedem evaſit anno 1579. [a] Hic ille Delphinus eſt, qui pluribus, trepidiſque pro ſancta Sede Catholica obitis legationibus ſub Pio V. Gregorioque XIII. Pontificibus, ad Maximilianum, Rodulphumque Imperatores in Galliam, Germaniamque maximam tulit laudem prudentiæ. Quatuor tantum annos, menſeſque octo Brixianam adminiſtravit Eccleſiam. Deceſſit 1584. Kalen. Maji, cum natus eſſet 56. annos, menſem unum, ac diem unum. Illius temporibus patres ex Societate Jeſu Brixienſes exceperunt domicilio nobili, ac peramplo. Cæterum nobiliſſima Delphina gens omnium virtutum genere cumulatos in omni memoria produxit alumnos, in quibus olim Joannes Delphinus enituit, Clementis VIII. Cardinalis ampliſſimus. De quo ſuo loco plura narrabimus.



XCIX. [b] De eo Ciaconius Oldoini tom. 4. col. 190.

102 JO. FRANCISCUS Maurocenus, [b] clariſſimus Senator Venetus, Petri filius, natus eſt anno 1537. Hic cum nobilium diſciplinarum ſcientia eas animi dotes conjunxit, ut merito Veneti Senatus delitiæ vulgo appellaretur. Quo mittente ad omnes propemodum Europæ Principes pluribus legationibus conſultiſſime, feliciterque perfunctus eſt. Itaque cum Conſtantinopoli eſſet, illum Gregorius XIII. Epiſcopum Brixienſem deſignavit 1585. die 23. menſis Septembris, confirmavitque deinde Gregorii arbitrium Sixtus V. cujus nomine cum ad Henricum III. Regem Gallorum Legatus fuiſſet profectus, tranſegiſſetque negotium ad voluntatem Pontificis, ab eodem Senatoriam retulit purpuram ſub titulo SS. Nerei, & Achillei anno 1588. (Gallicæ legationis retento honore) Rediit deinde ad Curiam, ad cujus arbitrium graviora quæque negotia explicabantur. Inde ad Eccleſiam ſibi creditam profectus eſt, ibique cum collapſam prope diſciplinam Eccleſiaſticam ex abſentia prædeceſſorum reſtituere conaretur, pertinaci febre tentatus, mœrentibus cunctis, ex hac vita diſceſſit anno 1596. 14. die Januarii. Pauperes fortunarum ſuarum hæredes inſtituit, ſepultuſque eſt in Cathedrali, ubi ſubjecto hoc elogio omnes ejuſdem legationes, virtuteſque elegantiſſime memorantur.

D. T. V.

Jo. Franciſco Mauroceno Patritio Veneto, Priſca gentis nobilitate, vitæ ſanctitate, Religione, omnique virtutum genere, ac rerum geſtarum gloria clariſſimo, qui poſt ampliſſimas in Sabaudia, Gallia, Hiſpania, Polonia, Conſtantinopolique Reipub. nomine ſingulari cum integritate, fide, prudentia, animi excelſi, atque invicti magnitudine, ac denique omnium approbatione obitas Legationes, à Gregorio XIII. primum ultro deſignatus, mox à Sixto V. creatus Brixienſis Epiſcopus, & ab eodem in Galliam iterum ad Henricum III. ſumma cum poteſtate difficillimis temporibus miſſus, re feliciter geſta, abſens extra ordinem S.R.E. Cardinalis ingenti omnium bonorum acclamatione factus eſt, & ſimul Legatus à latere, ad extremum omnibus vitæ ornamentis cumulatus, in Eccleſiæ ſuæ gremio incredibili ejuſdem, ac totius Venetæ, atque adeo Chriſtianæ Reipublicæ mœrore, verus gregis Paſtor, & liberaliſſimus Pater, ex hac vita ad æternam demigravit anno MDXCVI. menſis Januarii XIV. Pauperes hujus Civitatis Brixiæ hæredes ab eo ex aſſe inſtituti, ope Marini Georgii, Cardinalis Conſob. & in Epiſcopatu ſucceſſoris, Parenti optimo grati animi monumentum PP. Vixit annos LVIII. Menſes III. dies XV. Sedit Annos X. Menſ. I. dies IX.

MA-



C. 103 MARINUS Georgius, Patritius Venetus, Cardinalis Mauroceni conſobrinus, Clemente VIII. ſedente, eidem ſuffectus eſt anno 1596. die 4. menſis Maji; dum apud Ferdinandum I. Magnum Etruriæ Ducem ſtataria pro ſede Apoſtolica legatione fungeretur. Ordinibus religioſis impenſe ſavit; tenujora Cœnobia propria pecunia juvit: primum lapidem jecit exædificandæ Eccleſiæ Virginum Capuccinarum, novæque Cathedralis; S. Juliæ corpus cum aliis reliquiis ſanctorum in novum templum ejuſdem nomini dicatum ſolemni cæremonia tranſtulit. Aliquot Synodos celebravit ſaluberrime, ſeptimæque provinciali interſuit. Præfuit ſumma cum laude prudentiæ annis quinque & triginta. Obiit 6. Kal. Septemb. 1632. Eccleſiaſticæ libertati acerrimus propugnator, ſepultus in ſacello à ſe conſtructo, ac dotato in nova Cathedrali.



CI. 104 VINCENTIUM Juſtinianum, nobilem Patritium Venetum, ex Epiſcopo Tarviſino Urbanus VIII. tranſtulit ad hanc ſedem anno 1633. die 31. Menſis Januarii, virum ſenatoria dignitate clarum, pietate in omnes, charitate in pauperes illuſtrem, & integritate vitæ priſcis Epiſcopis comparandum. Quamobrem tanta Præſulis hujus bonitas, unde ingens utilitas, fructuſque ſuæ Eccleſiæ emanavit, digna eſt, ut nunquam ex Brixienſium memoria labatur, & cadat. Nunquam enim ille ſe paſſus eſt à ſua Eccleſia divelli, ſed duodecim annos Eccleſiaſticis viris ad intima Eccleſiaſticæ normæ penetralia adeunda dux fuit. Synodum unam ſatis celebrem ſui præſulatus initio habuit, B. Laurentium Juſtinianum primum Patriarcham Venetiarum, gentilem ſuum coluit, ac virtutes ejus imitari ſtuduit, coluitque omni fervore devotionis Beatiſſimam Virginem Mariam. Venetiis tandem ubi valetudinis cauſa ſe contulerat, iterum lapſus in morbum deceſſit Idibus Februarii anno 1645. in Majorum ſepulchro conditus. Fratrem habuit Marcum Epiſcopum Veronenſem nuper defunctum. Ejuſdem gentis fuit Pantaleo Patriarcha Conſtantinopolitanus ejectus à Palæologo anno 1262.

CII. 105 MARCUS Maurocenus, ex ſtirpe Veneta, vetere, ac nobili proſapia natus, Epiſcopus antea

A Tarviſinus, ad hanc Brixienſem Eccleſiam tranſlatus eſt ab Innocentio X. anno 1645. die ultima Julii, hanc Brixienſium Præſulum ſeriem à nobis ſupra explicitam clauſurus, qui vivens adhuc, omnium prædeceſſorum ſuorum rariſſimas virtutes in ſe feliciter conatur exprimere. („ *Obiit anno 1654. die 4. Octobris, ſepultus in Cathedrali ad ſacellum S. Martini hac appoſita inſcriptione.*

Oſſa
Marci Mauroceni
Brixiæ Epiſcopi.
Vixit in Epiſcopatu
Annos novem
Menſem unum dies XIX.
Obiit
IV. Nonas Octobris
MDCLIV.

CIII. 106 *PETRUS Card. Ottobonus, nobilis Venetus, Marco defuncto ſuffectus eſt ab Alexandro VII. Pont. Max. die 7. Decemb. 1654. * Ex Append. t. 7.

B *ADDITIO.*

(„ *Petrus Otthobonus Patritius Venetus, diu Romæ eximia cum laude verſatus, atque Romanæ Rotæ Auditor creatus, virtutum ſuffragio evectus eſt ad purpuram, deinde ad Brixianæ Eccleſiæ regimen admotus ab Innocentio X. anno 1654. Hic per annos ferme decem ſingulari prudentia, ac ſedulitate Eccleſiam cum gubernaſſet, ea dimiſſa, ſummus Pontifex renuntiatus eſt anno 1689. In ſede Pontificali veteris ſponſæ memor, eandem Apoſtolicis literis, ac magnificis muneribus exornavit.*

CIV. „ MARINUS *Jo. Georgius, Patritius Venetus, ſupradicti Georgii nepos, Epiſcopus Brixiæ electus anno 1664. cum antea Vicelegatione Bononienſi fungeretur, ſumma prudentia, ac pietate Eccleſiam rexit. Inſtituto pauperum puellarum cœnobio, obiit anno 1678. ſepultuſque eſt ante altare Ss. Apollonii, & Philaſtrii, quorum corpora ſolemni pompa ipſe tranſtulerat in ſacellum novæ*
C *Cathedralis anno 1674. Ad ejus ſepulchrum hæc habetur inſcriptio.*

Oſſa
Marini Jo: Georgii Epiſcopi Brixiæ.
Vixit annis XXXXV.
In Pontificatu XIV.
Menſibus IIII. Diebus IIII.
Obiit Anno MDCLXXVIII.
Die XXIV. Octobris.

CV. „ BARTHOLOMÆUS *Gradonicus, Patritius Venetus, è Tarviſino Epiſcopatu ad Brixianam ſedem tranſlatus eſt anno 1682. Obiit anno 1698. ſepultuſque eſt in ſacello S. Antonii novæ Cathedralis, ſuis ampla Bibliotheca Seminario Epiſcopali, quod novò ædificio auxerat, ex legato relicta. Ejus hoc extat elogium.*

Sepulchrum
Bartholomæi Gradonici Epiſcopi
E Tarviſina
Ad Brixianam Inſulam electi
D Cui hoc Sacellum
magnum ſui refert incrementum.]
Vixit annos LXIII.
In Epiſcopatu XVI.
Devixit
quarto Kal. Auguſti MDCIIC.

CVI. „ MARCUS *Delphinus, Patritius Venetus, Avenionenſi Vicelegatione, ac poſtea Nuntii Apoſtolici munere, apud Chriſtianiſſimum Galliæ Regem Ludovicum XIV. egregie perfunctus, Brixianam ſedem aſſecutus eſt anno 1698. ſubſequenti anno purpura ornatus ab Innocentio XII. cum deinde in Italiam regreſſus Eccleſiæ ſuæ gubernationem ſuſcepiſſet, ac Viſitatione perfecta, Synodum Diœceſanam cogere inſtitueret, fato ceſſit anno 1704. ſepultuſque eſt ad altare Corporis Chriſti addito ſequenti epitaphio.*

D. O. M.
Hic jacent oſſa

Mar-

Marci Delphini S.R.E.Cardinalis
Brixiæ Epiſcopi,
Donec ex hoc tumultuario
indigniorem tumulum
transferantur.
Obiit V. Auguſti Anno MDCCIV.
Annum ipſe agens XXXXX.
Ingenti animo, & Virtutibus Vir
Immortalitate digniſſimus.

VII. JOANNES *Baduarius, Patritius Venetus, dum Patriarchali Venetiarum dignitate fungeretur, Cardinalis atque Epiſcopus Brixiæ renunciatus eſt anno 1706. Morum ſanctitate, ac ſumma pietatis laude clarus, maximiſque laboribus pro Eccleſia ſua exantlatis, obiit anno 1714. de quo plura alibi dicemus. Jacet in ſacello S. Antonii novæ Cathedralis, ejuſque ſepulchro inſcriptum eſt hoc elogium, quod ipſemet ſibi vivens confecerat, ultimiſque tabulis monumento ſuo apponendum mandaverat,*

Oſſa
Joannis Cardinalis Baduarii
Epiſcopi
Expectantia Reſurrectionem Mortuorum.
Orate
Ut commiſſorum, & omiſſorum ſuorum
Deus miſereatur.
Obiit Die XVII. Menſis Maji
Anno ſalutis MDCCXIIII.
Ætatis autem ſuæ LXVI.

VIII JOANNES *Franciſcus Barbadicus, Patritius Venetus, ab Eccleſia Veronenſi ad Brixianam tranſlatus eſt anno 1714. Hic egregiis animi dotibus, ac ſingulari morum innocentia inſtructus, ab ipſo Epiſcopatus ſui initio maximam Diœceſis partem ſummo labore, ac ſtudio peragravit. Chriſtianæ Catecheſis aſſiduus cultor, tum etiam in animarum ſalute procuranda nullam induſtriam prætermittens, ut ſpiritualium S. Ignatii Exercitatioeum uſus magis, magiſque in dies coaleſceret, ſuburbanum S. Euſtachii Palatium magnificè ampliavit. Literarum quoque, atque ingeniorum amator, Collegium Epiſcopale inſtituit, quo ſe Eccleſiaſtica juventus ſacris ſtudiis exerceret, ac majora quotidie pro Eccleſiæ ſuæ utilitate, atque ornamento, moliri non deſinit.)*

CASALENSES
EPISCOPI.



CASALIS Civitas olim Montisferrati Marchionum præcipua ſedes S. Evaſii dicta, ſive dignitatem Epiſcopalem ſpectes, ſive rurſus politicam conſtitutionem intuearis, haud multa ſæcula numerat, ſicut ejus, tamquam recentiorem, originem contemptim ſcriptores præteriiſſe videantur. Impulit tamen S. Evaſius primus Aſtenſis Epiſcopus Caſalenſes cives ingentibus patratis miraculis, ut tenuioris fortunæ Oppidi vellent proferre muros, ſicque demum Marchionum ſedes, ita ex Principum præſentia, moraque ſenſim eſt aucta, ut in primis illius Provinciæ civitatibus hactenus numeretur. Caſalem inter cætera Luitprandus Longobardorum Rex ædificavit circa annum

A 730. erexitque in Marchionatum Otho II. Imperator, illumque dono dedit Alerani filiis Ducis Saxoniæ atque Alteſiæ ejus uxoris, filiæ ejuſdem Othonis. Cujus nepotes cum ex exceſſu Joannis poſtremi Marchionis deſiiſſent, Andronicus Palæologus Imperator Conſtantinopolitanus jure hæreditario Caſalis arripuit Principatum: habuerat enim Grolantem filiam Bonifacii, ſororemque Joannis junctam in matrimonio. Igitur Imperat. miſſo Theodoro filio Montisferrati juriſdictione potitus eſt, unde poſtea Palæologi illi extitere, qui uſque ad annum 1533. toti illi Provinciæ tanquam germani Principes leges ſcripſere. Sed hac rurſus nobiliſſima ſtirpe cum Sangeorgio poſtremo domino extincta, Montisferrati Principatus, ex Caroli V. Imperat. ſententia, ad Federicum Gonzaga primum Mantuæ Ducem, filiæque Gulielmi III. Marchionis maritum, devolutus eſt, hactenuſque Gonzagæ genti paret, à nullo alio præterea Principe vel leniora, vel ſanctiora expectaturus imperia.

B Cæterum in dies geſtiente civitati nova munimenta quæſiit Vincentius Dux inexpugnabili arce ædificata, quæ omni hoſtili aſſaltui videtur par eſſe poſſe. Reliquam civitatem nobilia exornant ædificia, graviſque populus tum nobilitate, tum opibus celebrat, lætus frugibus ager, rerumque omnium copia exundans, ubi abſuerint bella. Cathedralis pulchra eſt, veneraturque pro Divo tutelari S. Evaſium, ubi requieſcunt corpora SS. Projecti, Natalis, & Sociorum. Hanc Cathedralis titulo inſignivit Sixtus IV. Pont. Max. anno 1474. illique pro diœceſi ſexaginta Caſtella à veteri juriſdictione Aſtenſi, ac Vercellenſi divulſa cum novo Paſtore attribuit. Poſt aliquot dies ejuſdem anni Epiſcopatus erectionis diploma ita exſcriptum eſt.

Sixtus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.
Ad æternam rei memoriam.

Pro Eccleſ. præeminentia Sedis Apoſtolicæ in qua poſt Beatum Petrum Apoſtolorum Principem, quamquam imparibus meritis, pari tamen auctoritate con-
C *ſtituti ſumus in agro irriguo militantis Eccleſiæ novas Epiſcopales ſedes, Eccleſiaſque plantare Romano Pontifice dignum arbitramur, ut per novas plantationes augeatur populorum devotio, divinus cultus efflorescat, ſubſequatur animarum ſalus, & loca humilia illuſtrentur. Idque nos libentius agimus in his locis, in quibus variis plerumque occaſionibus neceſſitas ſubeſſe conſpicitur, ut propagatione novæ ſedis & aſſiſtentia honorati Præſulis condecenti miniſtrorum numero, ſibi præpoſitum æternæ felicitatis præmium facilius valeant adipiſci. Sane cupientes ſaluti animarum, Eccleſiarum, & ſecularium perſonarum incolarum Caſalis, Torcelli, Corillæ, Ponsiſturiæ, Camini, Caſtri Sancti Petri, Monaſterii, Rochæ, Gabiani, Monceſtini, Villæ Miroldi, Cabagnolii, Bruſaſchi, Muriſenghi, Villæ Dialis, Junchi, Montilii, Montiscalvi, Grazzani, Tilii olivole, Feaſtinelli, Roſignani, Cuſtiguolarum, Cellæ, Sale, Conzani, Camance, Turriculæ, Lu, Vignalis, Altavillæ, Caſurtii, Occimiani, Caſtri Garnæ, Mi-*
D *cabelli, Baldeſchi, Sancti Georgi, Strivillæ, Cereſeti, Ozami, Serralonghæ, Salunghelli, Sturiæ, Odalenghi, Odalenghi parvi, Montalerii, Caſtelletti Merlorum, Plani Cerreti, necnon Pomarii, Gacolorum, Lazaroni, Lignani, Scandaluſiæ, Moranccenghi, Pini, Albagnani, Mondoni, Labriani, Placii, Montisacuti, Tonenghi, Coronati, & Reſolani, ac Felizzani, Fubinarum, Montismagni, & Calliani oppidorum, Caſtrorum, Villarum, & locorum, inter Padum, & Tanari flumina adjacentium, & quod ultra Padum eſt verſus civitatem Vercellarum, Tridoni, Palazolii, Fontaneti, Blanzatæ, Liburni, Salugiarum, Carpanetti, Tricevi, Morani, Balzolæ Salette, & Turrioni, necnon Villænovæ, & Grangæ Gadii oppidorum adjacentium ultra Padum Vercellen. & Aſten. diœceſim temporali dominio dilecti filii nobilis viri Guglielmi Marchionis Montisferrati ſubjectorum. Quorum numerus benedicente Domino ab aliquibus temporibus citra plurimum evectus extitit*

pro-

providere poſt deliberationem quam ſupra bis cum noſtris fratribus S. Eccleſiæ Cardin. habuimus diligentem, demum his, & rationabilibus cauſis moti de eorundem fratrum conſilio oppida, caſtra, villas, & loca prædicta omnia, cum omnibus, & ſingulis villis, tenimentis, territoriis, feudis, pertinen. prioratibus, monaſteriis, præpoſituris, & aliis piis locis, & beneficiis Eccleſiaſticis, clero, & populo, ac feuda, cenſus, fictus, redditus, proventus, obventiones, reſponſiones, proprietates, juriſdictiones, inveſtituras, & bona in eiſdem villis, ac finibus, & territoriis eorundem conſiſtentia ad menſas ipſas Vercellen. & Aſten. diœceſim præd. necnon, & omnia alia loca ipſi nobili filio noſtro Huglielmo Marchioni Montisferrati ſubjecta auctoritate Apoſtolica præſentium tenore ſeparamus, diſmembramus, & dividimus ab omni dominio, ſuperioritate, & juriſdictione Venerabilium fratrum noſtrorum modernorum, & pro tempore exiſten. Vercellen. & Aſten. Epiſcoporum eadem auctoritate eximimus & totaliter liberamus, ac decernimus, ut ea de cetero eiſdem Vercellen. & Aſten. Epiſcopis non ſubeſſe, & illos in eiſdem oppidis, Caſtris, villis, territoriis, tenimentis, monaſteriis, prioratibus, præpoſituris, piis locis ac beneficiis Eccleſiaſticis, clero, & populo, ac feuda, cenſus, fictus, reditus, proventus, obventiones, inveſtituras, & bona in eiſdem Villis, ac finibus in territoriis eorundem conſiſtentia nullam juriſdictionem, & ſuperioritatem habere aut exercere. Prædictumque oppidum Caſalis inſigne, ac famoſum, in quo dictus Marchio, ejuſque Prædeceſſores Marchionis Montisferrati, qui pro tempore fuerunt, cum eorum curia reſidere conſueverunt loci in quo ſitus eſt amœnitate ſtructurarum, & ædificiorum Eccleſiaſticorum, & aliorum magnitudinem, & ſumptuoſitatem incolarum, quoque equeſtris ordinis, & theologiæ, ac utriuſque jurium, artium, & medicinæ doctorum, ac aliis ſcientiis, & liberalibus artibus, procuratorum nobilium, & mercatorum ad duo millia hominum, & ultra aſcendentium numeroſitate, civitas, nomine, & prærogativa dignum in civitatem, Eccleſiam vero Sancti Evaſii dictæ civitatis collegiatam notabilem, & inſignem, in qua propter illius præpoſituram, dignitatem ubi principalem d... canonicatus & totidem præbendæ per totidem perſonatus, & noſcuntur in Cathedralem Eccleſiam Caſalen. & in illa Epiſcopalem dignitatem eadem auctoritate exigimus, Præpoſitum vero prædictam majorem dignitatem poſt Pontificalem eſſe volumus, & oppidum illiuſque incolas, habitatores civium, Eccleſiam vero hujuſmodi cathedralis Eccleſiæ nomine dignitatem, & inſignimus, & hujuſmodi eadem auctoritate decoramus, ac omnibus, & ſingulis privilegiis, honoribus, immunitatibus, favoribus, & indultis, quibus aliæ civitates & Eccleſiæ Cathedrales, ad earum perſonæ quomodolibet potiuntur, & gaudent potiri, & gaudere volumus: Præfatamque Eccleſiam Cathedralem electæ dictam civitatem pro civitate, ac omnia, & ſingula alia oppida, caſtra, villas, & loca ſupradicta, ut preferetur ab aliis diœceſis diſmembrata cum eorum villis, & territoriis pro eis Epiſcopali diœceſi, & Eccleſiaſticis pro ejus clero, ſeculares vero perſonas in illis pro ejus populo dicta auctoritate aſſignamus civitatem, & diœceſim, clerum, & populum hujuſmodi, quod juriſdictiones, & diœceſanas leges, omnemque ordinariam ſuper communitatem Epiſcopo Caſalen. qui pro toto tempore erit plenarie ſubmittendo, ita ut ipſe Epiſcopus Caſalenſis de cætero in illis poteſtatem, ſuperioritatem, & omnimodam juriſdictionem quam Aſten. & Vercellen. Epiſcopi in eis hactenus exercere potuerunt perpetuis futuris temporibus exerceat, pro ipſius Eccleſiæ Caſalen. dote, & menſa Epiſcopali, ac Epiſcopo Caſalen. ſubſtentatione decenti quadraginta florenos auri de camera ſolvendos, ſingulis annis eidem Epiſcopo de redditibus prædictis, & pro tempore exiſtentis Marchionis Montisferrati provenientibus ex poſſeſſionibus, & feudis prædiorum caſtri, & loci ſui Baldeſchi dictæ Caſalen. diœceſis, & illius territorii, qui prope ſicereſtam civitatem exiſtit de expreſſo conſenſu, & voluntate dicti Marchionis, in hoc per dilectum filium noſtrum Theodorum S. Theodori diaconum Cardinalem procuratorem ſuum ad hoc ſpecialiter conſtitutum expreſſe conſentientis, prædicta auctoritate aſſignamus. Nulli ergo omnino liceat homini hanc paginam noſtræ ſeparationis, diſmembrationis, diviſionis, exemptionis, liberationis, conſtitutionis, erectionis, decorationis, aſſignationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationi omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Dominicæ Incarnationis 1474. XIV. Kal. Maii Pontificatus noſtri anno 3.

Hanc Eccleſiam an. 1211. Innocent. III. ſub protectione B. Petri ſuſceperat hoc diplomate, quod hic libenter apponimus, cum in eo ſtatus ejuſdem, & bona recenſeantur.

Innocentius Epiſcopus, &c.

Præpoſito Eccleſiæ S. Evaſii de Caſali, ejuſque fratribus tam præſentibus, quam futuris Reg. Vitam Profeſs. in perpetuum. Piæ poſtulatio voluntatis, &c. uſque ſuſcipimus, & exemplar bon. mem. Calliſti, Paſchalis, Innocentii, Lucii, & Urbani Romanorum Pontificum, præſentis ſcripti privilegio communimus. Inprimis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Canonicus, qui ſecundum Deum, & B. Auguſtini regulam in eadem Eccleſia inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcunque poſſeſſiones, &c. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. In eodem loco Caſalis, Eccleſiam S. Mariæ & Eccleſiam Sancti Stephani cum hoſpitali ibidem ædificato, & omnibus ſuis pertinentiis, omnes Eccleſias ſitas in curia Carolis, cum omnibus ſuis pertinentiis, Eccleſia S. Hilarii, & domum laboris Eccleſiaſtici in Paciliano, Eccleſia S. Germani, Eccleſia S. Michaelis de Caſtaneto in loco S. Georgii, Eccleſia S. Martini, S. Mariæ, S. Hilarii, S. Vitalis, & S. Petri. In Cinaglo, Eccleſia Sanctorum Comæ, & Damiani cum quatuor manſis, & omni decima totius loci. In Rodolaſco, Eccleſia S. Michaelis cum pertinentiis ſuis. In Torcello Eccleſia S. Clementis, & S. Nicolai. In loco Caſalis tres manſos terræ quos propriis bobus excolitis, ſex jugera vinearum ad proprios labores, manſum Briſce, manſum Gramine, manſum Officiant, manſum Ambroſii Tiſinaci, manſum filiorum Giſi, manſum Hilarii, manſum Adæ Duamani, manſum Spateealdarii, manſum Heurici Tinc, manſum Setacharii, manſum Cavaſerte, manſum Oberti Priſiliani, manſum Quirici balde, manſum Radulphi Keke, cum pertinentiis, & tertia parte decimarum totius loci Caſalis. Et tota decima terrarum familiæ S. Evaſii, E tota decima Braydanum Epiſcopi, & quicquid Eccleſia de Paciliario de jure, vel longa conſuetudine veſtræ Eccleſiæ facere conſuevit. Villam Livventini, cum decimis, & omnibus pertinentiis ſuis. In S. Georgio, quatuordecim manſos, ſextam decimam partem Torcelli, & tenimentum quondam Petri Craſſi cum omnibus pertinentiis ſuis. In Monteclo, tres manſos. In Morabrilo quinque Manſos. In pertinentiaccliæ, ſeptem Manſos. In Sermacia, quinque Manſos. In Paciliario quatuor Manſos. In Vcio Bononi, Manſum unum. In Luco, Manſum unum. In Ayeldo Manſum unum. In Ozano Manſum unum. In Rubrario Manſum unum. In Otimiano Manſum unum. In Fraxaneto, Manſum unum & dimidium. Sanè novalium veſtrum quæ propriis manibus, aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis veſtrorum animalium, nullus à vobis decimas præſumat auferre. Liceat vobis quoque &c. uſque in Eccl. veſtra ſine contradictione retinere. Prohibemus inſuper &c. uſque in loco veſtro profeſſionem fas ſit abſque Præpoſiti ſui licentia de Clauſtro veſtro diſcedere. Diſcedentem vero ſine communi litterarum cautione nullus audeat retinere. Chriſma vero,

Olcum ſanctum &c. Alioquin liceat vobis Catholicum &c. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Præpoſitum &c. uſque providerunt eligendum. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat &c. uſque profutura. Salva Sedis Apoſtolicæ auctoritate, & Diœceſani Epiſcopi Comite juſtitia. Si qua igitur &c. uſque ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco &c. uſque præmia æternæ pacis inveniat. Amen. Datum Laterani per manum Joannis S. Mariæ in Coſmedin Diac. Card. S.R.E. Cancellarii 3. Kalend. Januarii Ind. 15. Incarnat. Dominicæ anno 1211. Pontif. vero D. Innocentii Papæ III. anno 14.

Ejuſdem Innocentii alia legitur in Regeſtis Epiſtola, Capitulo S. Evaſii de Corali ſcripta ſuper ſubiectione Paciolionenſis Eccleſiæ. Dat. eodem anno 4. Non. Januarii. Porro quando Præpoſitus, ac Canonici Caſalenſes Regulares fuerint ſeculariza-ti non inveni, puto tamen pauló ante quam ejuſmodi Eccleſia in Cathedralem erecta fuerit, regularem ſtatum mutaviſſe. In hac Cathedrali Baſilica ſacra miniſtrantium numero ſupra 80. Præpoſitus ſecundus ab Epiſcopo & Archidiaconus, Canonici 17. ſeptem ſacerdotes, Diaconi ſex, totidem Subdiaconi, & ab his ad illos per optionem pervenitur. Ex Canonicis unus eſt Pœnitentiarius, alter Theologus, quibus accedunt Beneficiati 44. & Clerici Seminarii 24. In Civitate Parochiales Eccleſ. 3. Monaſteria Virorum 6. Virginum 3. Xenodochium Magnum, & plures ſunt ſodalitates. Diœceſis longitudine, ac latitudine admodum varia, ad Orientem Papienſi, Mediolanenſi, Alexandrina, ad meridiem Aquenſi & Aſtenſi, ad occaſum Taurinenſi & Hipporedienſi, ad Septentrionem Vercellenſi Diœceſibus terminatur. Oppida, ſeu Caſtra & Pagos 104. complectitur, in quibus omnibus parochiales ædes 115. In hac eadem Diœceſi præter Eccleſias ſupra memoratas, nobile Locedii Cœnobium continetur Ord. Ciſtercienſis, olim à Marchionibus Montisferrati munificentiſſime ædificatum. Ferax virorum illuſtrium cum literis, tum ſanctimonia vitæ, quibus adnumerabis, lector, S. Oghierium Abbatem, cujus apud Caſalenſes memoria maxime celebratur. Aliæ item Abbatiæ duæ in ea Diœceſi ſunt SS. Victoris & Coronæ de Graſſano Ord. S. Benedicti, ac S. Mariæ de Crea Canonicorum Regularium. Protulit hæc Civitas, præter tres incomparabilis exiſtimationis, & famæ Cardinales, iis virtutibus inſtructos Alumnos, ut cum nobilium Civitatum Civibus de præſtantia videatur poſſe certare, fide certè erga ſuos Principes, quos non ita pridem Maximilianus Imp. Duces cenſuerat appellandos, tanta, tamque perſpicua, ut ubi exſonuiſſent arma, opes, ſanguinem, vitamque pro eiſdem profundere non dubitarint. Sed ut revertamur ad Eccleſiam, cujus Præſul Archiepiſcopo Mediolanenſi ſuffragatur, adeo illa intus foriſque inſtituta eſt, ut Monaſteria, pluraque alia pia loca, & illam ſpectabilem reddant, & Caſalenſis gentis erga Deum pietatem abunde teſtentur. Taxatur hæc Eccleſia in libris Cameræ Florent. 333. cum dimidio, Menſæ Epiſcopalis redditus olim ſcutorum 1350. Animæ in Civitate 3000. in univerſa Diœceſi 6256. Præſules vero, qui in ea floruerunt, ſunt qui ſequuntur, quorum memoriam ex Actibus Conſiſtorialibus eruimus.



I. 1 BERNARDINUS de Theobaldeſchis Romanus, filius Petri viri nobiliſſimi è gente Urſina, cum Caſalenſis Cathedralis eſſet Canonicus, primus Epiſcopus illius Sedis à Sixto IV. declaratus eſt anno 1474. Incredibili exultantis populi lætitia exceptus eſt, apud quos illum doctrina, morumque probitas jam pridem commendaverant. Haud minus triginta ſex annis Caſalenſem adminiſtravit Eccleſiam, graviterque ſeneſcens, Joan. Georgium Palæologum cum futura ſpe ſucceſſionis coadiutorem obtinuit anno 1510. Obiit Bernardinus 1517. die 12. menſis Februarii. Illius commendatæ doctrinæ acta Conſiſtorialia meminerunt.

2. JO: GEORGIUS, cognomento Sangeorgius Palæologus, filius Bonifacii V. Marchionis Montisferrati, Mariæque filiæ Deſpotii Serviæ, à primis annis Theodoſii Patrui Cardinalis S. R. E. ſecutus veſtigia, Eccleſiaſticam vitam profiteri inſtituit, Lucedique opulenti Cœnobii factus Commendatarius, atque Protonotarius Apoſtolicus, à Julio II. Pontifice Bernardini coadiutor aſcitus eſt cum futura ſpe ſucceſſionis 1510. 11. menſis Januarii. Itaque mortuo Bernardino ſucceſſit, tametſi ex indulgentia Pontificis nunquam fuerit inauguratus, anno 1517. Octo totos annos miti ingenio vir Caſalenſem adminiſtravit Eccleſiam, indeque admonitus quantum in aliorum cura ineſſet periculi, ad arbitrium VII. Clementis Epiſcopalem dignitatem abdicavit anno 1525. die 12. menſis Januarii, remque familiarem, Principatumque Montisferrati nepotis adhuc imbellis ætatis ſuſcepit regendum. Hic autem deinde juveniliter adacto generoſo equo ad curſum, inde miſerabiliter lapſus cum terræ pectus lethaliter afflixiſſet, intra paucos dies exceſſit è vivis, coegitque Sangeorgium Patruum Marchionatus ſuſcipere gubernacula, atque ad arbitrium Caroli V. ne nobilis illa ſtirps cum Sangeorgio prope tam ſeneſcente extingueretur, cum Julia Aragonia, filia Friderici Regis Neapolitani nuptias celebrare. Cæterum cum Caſalem nova nupta lætantibus civibus adveniſſet, ſponſum reperit lectulo affixum cum morbo luctantem, & ille quidem ægritudini impar exceſſit è vita, iſtaque virgo adhuc viduaque rediit ad Patriam teſtatura, obſtantibus fatis, haud ad amuſſim mortales ſemper explicare conſilia. Atque ita Palæologa gens cum Sangeorgio extincta eſt, Gonzagæque Sereniſſimæ Genti affini ad Montisferrati Principatum adipiſcendum gradum fecit. II.

3 BERNARDINUM deinde Caſtellarium, alias della Barba, Clemens VII. tertium Caſalenſem Epiſcopum declaravit anno 1525. die 12. a menſis Januarii. Ipſe per ſe obtenti Epiſcopatus iniit poſſeſſionem die 27. menſis Februarii ejuſdem anni. Quotuot annos illam adminiſtravit, eoque munere ſe abdicavit in favorem Hippolyti Medicei Cardinalis, qui rurſus poſt duos annos eidem Bernadino reſignavit anno 1531. Caſtellarium autem Philippus II. dilexit in paucis, utpote quem ad Eccleſiam Puteolanam per Paulum III. Pontificem, retenta Caſalenſi, promovendum curaverit: quam tamen non plus duobus annis, ſtimulante conſcientia, retinuit, reverſuſque eſt ad Caſalenſem adminiſtrandam. Præter cætera munera, Bononienſi prolegatione egregié perfunctus eſt anno 1543. Viterbii deceſſit an. 1546. die 27. menſis Junii, ibidemque fuit ſepultus. III.

†

a Die 12. Janu ex Actis.

HIP-



IV. 4 HIPPOLYTUS Cardinalis Mediceus ex Bernardi ceſſione Caſalenſem Eccleſiam non plus duobus annis adminiſtravit anno 1529. die 15. menſis Novembris, iterumque ex Cardinalis Medicei ceſſione rediit ad Bernardinum Caſtellarium.

V 5 BERNARDINUS à Cruce, Ripæ S. Vitalis Mediolanenſis, Pauli III. Cubicularius, ac Vaticanæ Baſilicæ Canonicus, defuncto Bernardino ſucceſſit anno 1546. die 26. *a* menſis Maii. Præſens poſſeſſionem iniit obtenti Epiſcopatus die 57. menſis Junii. Duobus non amplius annis Caſalenſem adminiſtravit Eccleſiam, indeque ad Aſtenſem Sedem translatus eſt, cumque Novocomenſi hanc iterum commutavit, de quo ibi plura.

a Die 5. Junii ex Actis.

VI. 6 FRANZINUS Michaelius Sypontinus, Marſicanus antea Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam translatus eſt anno 1548. die 13. menſis *b* Julii, habituſque ſolemnibus ſupplicationibus iniit poſſeſſionem die 7. menſis Auguſti ejuſdem anni. Haud amplius ſeptem annis ſibi creditam Eccleſiam adminiſtravit, aſcituſque intimus Conſiliarius Herculis II. Ducis Ferrariæ, eo munere ſe abdicavit 1555. Cumq; ſumma fide, incorruptè munus illud exercuiſſet, obiit Ferrariæ, ſepultuſque eſt apud S. Franciſcum cum ſubjecto epitaphio.

b Die 12. Junii ex Actis.

D. O. M.

Franzino Michelio Epiſ. Caſalen. Pontificiis, Regiiſque Magiſtratibus honorificè geſtis . . . . . tum demum Romæ Gubernator, ac poſtremò à ſecretis Herc. II. D. F. Michaella F. M.C. Alphonſi Trotii Vx. P.



VII. 7 SCIPIO Eſtenſis, *c* Ferrariæ Canonicus, Caſalenſis Epiſcopus creatus eſt anno 1555. die 5. menſis *d* Julii. Solemni pompa iniit poſſeſſionem die 12. m. Julii ejuſdem anni. Sedit annos 12. mortuuſque eſt apud Saxolum, nobile Mutinenſis ditionis oppidum, nobiliſſimæ gentis Piæ per ea tempora hæreditarium.

c Laudatur à Libanorio in Ferrara aurea p. 1. pag. 84. Monſdef.

d Die 5. Junii ex Actis.

VIII. 8 FR. AMBROSIUS Aldegattus Mantuanus, *e* Ordinis S. Dominici inſignis Theologus, Guilielmo Duce Mantuæ deprecante, hanc eandem Sedem aſſecutus eſt 1567. die 3. menſis Septembris, dieque 26. ejuſdem menſis iniit poſſeſſionem. Ibidem fato functus eſt die 18. menſ. Aprilis, anno 1570. ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Dominici.

e De eo Fontana in Theatro Domin. p. 157

A IX. 9 FR. BENEDICTUM Herba Mantuanum, *f* ex eodem Ordine Prædicatorum egregium Concionatorem, poſt ſui Ordinis præclara obita munera, Mantuæ Quæſitorem fidei, Pius V. Caſalenſem invitum evexit ad Sedem anno 1570. die 16. menſis Junii. Igitur ex obedientia ſubire onus compulſus, nihil in ea adminiſtratione viſus eſt omiſiſſe quod optimum Paſtorem deceret. Siquidem nullus unquam annus effluxit, in quo Synodum non celebrarit. Quamobrem ad Tridentini Concilii cotem clerum habuit peregregiè inſtitutum. Chriſtiana doctrina pueros inſtituendos curavit, adeo ut plerumque ipſe per ſe rudes catechizaret. Feſtis diebus e ſuggeſtu fervidis habitis concionibus, Caſalenſē populum excolebat ad pietatem. Aliquot ſubſtruxit Eccleſias, tenuiores, viduaſque eleemoſynis juvit, ac Montem Pietatis primus exorſus eſt. Benedictum S. Carolus Borromæus dilexit in paucis, exceſſitque e vivis cunctis charus, ita ut nonniſi profuſis lachrymis populus illum extulerit, condideritque ex ejus juſſione apud S. Dominicum cum ſequenti epitaphio in die ſanctorum Innocentium, anno 1576.

f De hoc etiam Fontana ibid.

B

Oſſa Fratris Benedicti Herbæ Mantuani Epiſcopi Caſalenſis, Ord. Prædicat. Vix. annos 59. obiit verò die 28. Decemb. MDLXXVI.

Mantua quem tollit Neptunus Brixia Rhenum
Herba dedit florem, ſed annis ore virum,
Quem Pius inſtituit Paſtoris munera fungi
Frigida mors umbris reddidit oſſa ſuis.

X. 10 ALEXANDER Andreaſſus, Mantuanus, *g* Juriſprudentia clarus, Mantuæque Principis ſecretarius; pluribuſque pro ſuo Principe egregiè obitis legationibus, omnibus notus, in gratiam ejuſdem Principis Caſalenſem ſedem obtinuit, anno 1677. die 11. menſis Martii; quam ille eccleſiam ab inita poſſeſſione ſex annos cum laude prudentiæ adminiſtravit; translatuſque deinde eſt ad epiſcopatum Mantuanum anno 1583. de quo ibi.

g Archidiaconus Eccleſiæ Mantuanæ J.V.D. An. ... ex Actis.

C XI. 11 AURELIUS Zibramontius, Mantuanus, Albæ Pompejæ antea Epiſcopus, ſecretarius, conſiliariuſque Ducis Guillelmi, ad hanc eccleſiam translatus eſt die 14. menſ. Novemb. anno 1583. Romæ deceſſit anno 1589. die 20. menſis . . . . Sepultuſque eſt apud S. Trinitatem in Monte Pincio.



XII. 12 MARCUM Antonium deinde Gonzagam, Mantuanum, S. Andreæ Primicerium, Gregorius XIII. Caſalenſem adlegit Epiſcopum anno 1589. die 20. *h* menſis Auguſti. Caſali deceſſit 1592. die 7. menſis Maii, relatumque Mantuam ejus cadaver apud S. Andream ſepelierunt in ſacello S. Longini.

h Die 12. ex Actis.

XIII. 13 SEPTIMIUM deinde Borſarium Mantuanum, Aleſſanenſem in Regno Epiſcopum, VIII. Clemens tranſtulit ad hanc Sedem anno 1592. die 12. menſis Junii. Duobus tantum annis munus epiſcopale geſſit, memorabilique probitatis relicto exemplo, ibidem deceſſit anno 1594. die 29. menſis Aprilis. Ejus corpus Mantuam translatum, apud S. Barnabam Servitarum nobile Templum illud ſepelierunt.

JU-

XIV 14 JULIUS *a* CARETUS, Patriæ Caſalenſis, ex Marchionibus Savonæ, Georgii filius ex Dominis Rochæ Vignalis, Septimio ſucceſſit anno 1594. die 13. menſis Julii. Viginti omnino annos ex ea ſede jus dixit: ibidemque ſenſus exuit mortalitatis anno 1614. die 13. men. Octobris, ſepultuſque eſt apud Moniales Capuccinas.

a TULLIUS ex Actis. Laudaturque ab Oldoino in Athen. Liguſt. & Roſſoto in Syllabo ſcript. Pedem. Mandiſ.

(„ *Hic digniſſimus Præſul in ſua Caſalenſi Civi-*
„ *tate Oratorii Congregationem an. 1613. inſtitutam*
„ *voluit, quæ crevit illicò, ſuiſque virtutibus eni-*
„ *tuit adeò, ut graſſante lue an. 1630. non dubita-*
„ *vit infectis circa omnia inſervire, gaudente cha-*
„ *ritate, quæ in ſuo ſinu vidit omnes inclytos illos*
„ *Oratorii Sacerdotes ſuas vere victimas cecidiſſe*
„ *tribus tantum ſuperſtitibus, ne extingueretur*
„ *Congregatio, quæ illico revixit ſua vividior cha-*
„ *ritate, & adhuc ſuo fervore, quo decet D. Philip-*
„ *pi Nerii filiam, exæſtuat. Memor hæc itaque,*
„ *quod Hiſpaniarum Rex Philippus IV. in ſui magni-*
„ *fici Templi erectione, in quo ſuprà 40. Scutorum*
„ *millia impenſa ſunt, ingentem auri vim precibus*
„ *Fr. Hiacynthi Caſalenſis Capuccini à fiſco Neapo-*
„ *litano erogari juſſerit, voluit cum inclyta Neapo-*
„ *litana ſodalitate Ss. Trinitatis Peregrinorum, &*
„ *Convaleſcentium ſpiritualem conteſſerare commu-*
„ *nicationem litteris adeò gratioſis, ut in illis Divi*
„ *Philippi Nerii ſpiritus videatur flagrare, quas*
„ *idcircò viſum hic tranſcribere.*
„ *Nos Jo. Jacobus Ferrarius Præpoſitus Venera-*
„ *bilis Congregationis oratorii Civitatis Caſalis in*
„ *Monteferrato.*
„ *Illuſtriſſimis Dominis D.D. Primicerio, Cuſtodi-*
„ *bus, Confratribus, & Conſororibus omnibus Il-*
„ *luſtriſs. Archiconfraternitatis Ss. Trinitatis Pere-*
„ *grinorum, & Convaleſcentium fideliſſimæ Civita-*
„ *tis Neapolitanæ, Conſanguineis eorumdem, &*
„ *Affinibus uſque ad quartum gradum incluſivè, nec*
„ *non miniſtris, & officialibus omnibus ejuſdem ſo-*
„ *dalitatis, & ſacræ Domus præſentibus, & futu-*
„ *ris in perpetuum.*
„ *Ab eodem, quæ profluunt aquæ fonte, licet for-*
„ *ſan aliquando non uno currant alveo, & longis à*
„ *ſua ſcatebra diſtent itineribus, ſemper tamen pa-*
„ *ternam ſapiunt originem, & quidquid decoris unus*
„ *ſibi comparat trames, accreſcit alteri, quia ab*
„ *una veniunt ambo ſcaturigine, licet forſan unus*
„ *aquis ditior altero; quo mage verò cum latè diſſitis*
„ *viarum curſibus ambo diſtracti, tandem ſeſe no-*
„ *ſcentes in ſe influunt, & aquas jungentes aquis*
„ *felici utriuſque nominis jactura, non gemino de-*
„ *curſu, ſed uno unum regale flumen efficiunt gemi-*
„ *natis honoribus undequaque regurgitans. Fons,*
„ *de quo loquimur, ille ille eſt naturæ ſtupor, gra-*
„ *tiæ miraculum Divus Philippus Nerius. Ab illo,*
„ *quæ profluunt aquæ, quæ gemino currunt alveo,*
„ *ſunt veſtra Archiconfraternitas, & noſtra Con-*
„ *gregatio filiæ ſuæ dilectiſſimæ; ſpiritus viam tenet*
„ *utraque, vario licet decurſu, longis à ſua ſcate-*
„ *bra, utraque diſtat itineribus, quia Philippus in*
„ *Patria, nos verò in via, paternam tamen ſemper*
„ *ſapit utraque originem, quia veſtra ſodalitas fe-*
„ *liciſſime ſuum exprimit inſtitutorem, noſtra Con-*
„ *gregatio pro ſuis viribus in idipſum nititur. Decus*
„ *unius alvei accreſcit alteri ejuſdem ergo ſcaturigi-*
„ *nis, licet unus aquis ditior altero. Nemo unus*
„ *ibit inficias, ſi primo ſolùm lumine, non jam fundi-*
„ *tus, veſtri ſodalitii dignitatem undequaque cla-*
„ *riſſimam perpendat, quæ adeò fortes en inclyta*
„ *urbe Neapoli emittit radios, ut noſtram Congre-*
„ *gationem in Divo Philippo Nerio utriuſque Patre*
„ *ampliſſimo ſuis inebriet fulgoribus; Sicut enim in*
„ *inſpiciendo ſole terrenti caligant oculi, ita in ve-*
„ *ſtræ ſodalitatis percurrenda licet obiter luce è ſuis*
„ *virtutibus ſcintillante, quæque mentis acies etiam*
„ *viviſſima cæcutit; quo mage verò cum latè diſſitis*
„ *viarum curſibus ambæ huc uſque diſtractæ tandem*
„ *ſeſe recognoſcentes in ſe influunt obviæ, utraque*
„ *alteram propriorum donans communione merito-*
„ *rum fælici utriuſque nominis jactura, non gemi-*
„ *no decurſu, ſed uno unum regale flumen efficiunt*
„ *per præſens ſanctæ perpetuæ confœderationis te-*
„ *ſtimonium irrefragabile, quo mediante ſub uno*
„ *dehinc nomine, familia D. Philippi Nerii, & ve-*
„ *ſtra archiconfraternitas, & noſtra Congregatio*
„ *comprehendentur. In te ergo dilectiſſima ſoror no-*
„ *ſtra ſodalitas quidquid habet meritorum noſtra*
„ *Congregatio, lubentiſſimè influit omne. Tu verò*
„ *intereà per continuata Chriſtianarum virtutum*
„ *exercitia, quibus late exornata refulges, ut vir-*
„ *tutum omnium merearis flos concelebrari, merito-*
„ *rum oceanum tibi para, ut nos alluat indigos, &*
„ *in orbe æterna ſemper luce niteſcat familia Ss. Pa-*
„ *triarchæ Philippi Nerii. Datum Caſali tertii no-*
„ *nas Septembris anno milleſimo ſeptingenteſimo*
„ *ſeptimo.*
„ *Joannes Jacobus Ferrarius Præpoſitus &c.*
„ *Petrus Franciſcus Vidua Proſecretarius &c.*
„ *adeſt Signum.* Sgambatellus.)

XV. 15 SCIPIO Paſchalius, nobilis Coſentinus, animi, ingeniique virtute clarus, & varia eruditione notus, diu in Romana curia non ſine laude verſatus, utriuſque Signaturæ Referendarius fuit, Ferdinando Gonzagæ Card. & Mantuæ Duci in paucis charus, pro quo apud Philippum III. Hiſpaniarum Regem oratoris munere defunctus, eoque poſcente ad hanc Caſalenſem ſedem aſſumptus eſt die 12. Januarii anno 1615. Novem omnino annos eam ſalutaribus inſtitutis rexit, fatoque functus eſt ann. 1624. Scripſit Hiſtoriam de bello, quod Carolus Emanuel Dux Sabaudiæ in Montisferrati Ducatu excitavit anno 1613. Hunc nobili elogio laudavit Janus Nicius Erythræus in virorum illuſtrium Pinacotheca.

XVI. 16 SCIPIO Agnellus *b*, Mantuanus, Lepidi, Hieronymæque Paveſiæ Saonenſis filius, ab Urbano VIII. adlectus eſt Epiſcopus Caſalenſis anno 1624. die 24. *c* menſis Februarii. Vivit adhuc, diuque felix vivat, ut tandem aliquando ab armis vacuam, pacatamque Diœceſim ſuam ei videre contingat.

b De hoc videndus Juſtinianus de Gubernat. Tyburt. p. 119. Mandis. *c* Hic Vi.. ex Actis.

A D D I T I O.

[„ *Obiit Agnellus die 1. Octobris an. 1653.*
XVII. „ HIERONYMUS *Franciſcus Mirolius, Ca-*
„ *ſalenſis, Patriæ Cathedralis Præpoſitus, quin-*
„ *quagenario major huic Eccleſiæ præficitur die 29.*
„ *Novemb. 1655. Deceſſit Caſalis 26. Septembris*
„ *1639.*
XVIII „ LÆLIUS *Ardizzonus, Nobilis Caſalenſis, S.*
„ *Mariæ de Platea Præpoſitus, Auditor Cameræ,*
„ *& Aulicus Conſilii Sereniſſimi Mantuæ Ducis, fa-*
„ *ctus eſt Caſalenſis Epiſcopus 13. Maii 1680. Ad*
„ *ſuperos adiit menſe Novembri 1699.*
XIX. „ PETRUS *ſecundus Radicati ex Comitibus*
„ *Cocconati, & Cellarum, presbyter Caſalenſis diœ-*
„ *ceſis, J.V.D. & ſecretarius ſtatus in civitate Ca-*
„ *ſalen. cum annum ætatis ſuæ 30. compleſſet, ad*
„ *hanc Cathedram evectus eſt 9. Maji 1701.*

CREMONENSES

EPISCOPI.



CREMONA, nobiliſſima Civitas, in Tranſpadana Gallia ſita eſt, quam hodie Lombardiam vocamus, gaudetque titulo Fidelis, quod iis, qui

ali-

aliquando illius Imperium arripuerunt, nunquam reperiatur fregiſse fidem. Verior opinio, famaque tenet Gallos, qui primi in Italiam deſcenderunt, illam ad ripam Padi fluminis ædificaſse. Ridentur enim à pleriſque fabuloſa exordia, quæ eidem Civitati attribuunt Campius, Cavitelluſque in ſuis Hiſtoriis. Ptolomæus in Cœnomanos illam reiicit, reponitque eandem Plinius in decima regione. Illi jam cum Placentia ſactæ coloniæ Roman. rerum Domini firmiores adjecere muros, propugnacula contra Gallos futura, ſi antiquum Principatum repetere contigiſset, anno à fundata Urbe Roma 535. Publ. Corn. Scipione, Titoque Sempronio Longo Conſulibus, ut ſcribit Livius lib. 21. Polybius, Vellejus Paterculus, atque Tacitus. Huic coloniæ, Annibale belligerante, plurimum opum, dignitatiſque deceſſit. Quo debellato, novi Coloni illam replerunt, L. Corn. Scipione Aſiatico, Cajoque Cœlio Nepote Coſs. ut idem Livius ſcriprum reliquit lib. 37. inde mirifice aucta eſt, retinuitque dignitatem, & uſus uſque ad Veſpaſiani tempora, à cujus deinde militibus ferro, flammaque penitus excisa eſt, cum Vitellianos de principatu certantes bello perſequerentur. Retulit eam cladem Tacitus iis verbis, quibus & priſtinam felicitatem Cremonæ, infortuniumque cumulatiſſimè declarare videtur. *Per quatriduum Cremona ſuffecit cum omnia ſacra, profanaque in igne conſiderent; ſolum Mephitis Templum ſtetit ante mœnia, loco, ſeu numine defendente. Hunc exitum Cremona habuit, an. 286. à primordio ſui. Condita erat T. Sempronio, & P. Corn. Conſulibus, ingruente in Italiam Annibale, propugnaculum adverſus Gallos trans Padum agentibus, & ſi qua alia vis per Alpes irrueret. Igitur numero colonorum, opportunitate fluminum, ubere agri annona, connubiiſque Gentium adolevit, floruitque bellis externis intacta, civilibuſque infelix.* Sed poſt excidium, ſtatim, aut certè non multò poſt narrat his verbis refloruiſse. *Mox rediit Cremonam reliquus populus, repoſita fora, Templaque munificentia. Municipium, ut Veſpaſianus hortabatur.* Igitur ex Tacito Cremonam colligitur fuiſse Coloniam, municipiumque Romanorum, ac poſt excidium magnificentius extuliſse muros, adauxiſse opes. Strabo temporibus Tiberii Imperatoris, Cremonam numerat inter nobiliores civitates ad Padi ripas ædificatas. Cæterum lector ne mireris eum Tacitus dicit conditam fuiſse Cremonam T. Sempronio, & Publ. Cornelio Conſulibus. Non enim ibi loquitur Tacitus de ejus civitatis fundatione, quam paulo ſupra in Gallos auctores retulimus, ſed de colonia, quam ibi primò deduxere Romani, apud quos tantundem erat à fundamentis aliquam excitaſse civitatem, ac in ſemel cœptam, fundatamque novos deduxiſſe colonos. Hujus autem civitatis, præter citatos authores, meminerunt idem Livius in pluribus locis, Polybius, Virgilius, Paterculus, Silius, Appianus, Dion, Aurelius Victor, Martialis, Servius, Romanaque Itineraria. Romanis paruit uſque ad declinationem Imperii. Ex eo à Gothis, Longobardiſque miſerabile excidium paſſa eſt anno 630. Sed cum deinde audendo, ſe ſe in libertatem aſseruiſset, inſtituiſsetque quandam Reipublicę formam à civibus in Guelphos, Gibellinoſque fœde diviſis atrociora detrimenta accepit. Quamobrem diverſis temporibus, diverſi, atque alteris alteri ſæviores Tyranni illius Imperium arripuerunt, Pallavicini ſcilicet, Dovariani, Cavalcaboves, Vicecomites, Sfortiani, Galli, Veneti, donec ex ingenti rerum converſione, ſub Imperium Philippi Regis Hiſpaniarum devenerit. Quarum rerum notitiam ſi quis ampliorem deſiderat, conſulat Merulam, Blondum, Volaterranum, Antonium Campium, Cavitellumque, qui Cremonenſes annales protulere in lucem; Joſeph Breſsanum Reginum, qui ſanctorum Cremonenſium res geſtas, omniumque Eccleſiarum, Cœnobiorumque hujus civitatis luculenter ſcripſit. Fœta ea civitas eſt viris, tum belli, tum pacis artibus inſtructiſſimis, præcipuaque fide in omnes longe clariſſimis. Elegantiora ædificia mirifice Cremonam exornant, in quibus eminet ſummæ ædis ſacra turris, vel altitudine, vel elegantia ſuſpicienda. Illud præter cætera in præcipuæ felicitatis partem videtur eſse Cremonæ, haud in poſtremis Inſubriæ civitatibus numerari, quæ vel à Barnaba ipſo Apoſtolo, vel certe ab ejus alumnis ſacra Chriſtiana ſuſcepere. Conſtat Cremonenſes, jugulata idololatria, in Chriſtianam pietatem longius fuiſse progreſſos. Quod ipſum abunde teſtantur, tot ad Divos colendos excitata templa, præter elegantiſſimam Cathedralem longam pedum 140. latam 50. omnique cultu nitentem, quam Deiparæ Virgini in Cœlum aſsumptæ dedicatam voluerunt, cui adhæret turris celſiſſima, quam Torratium appellant, alta pedum 147. quadrata 26. pluraque alia utriuſque ſexus Cœnobia, unde olim ſanctimonia, doctrinaque celebres viri prodierunt innumeri. Parochiales Eccleſiæ, præter Cathedralem ſunt quadraginta quinque; ex his una Collegiata cum Præpoſito, octoque Canonicis, & ſex manſionariis. In hac Cathedrali Eccleſia 25. Canonici inſerviunt, more Canonicorum Vaticanæ Baſilicæ incedentes, ex privilegio Greg. XIV. olim hujus Eccleſiæ Epiſ. inter quos novem ſunt dignitates. Archipresbyteratus nempe. Archidiaconatus, Cantoratus, Decanatus, Prępoſituræ, Primiceratur, Cimiliarchatus, Theſaureatus, & Prioratus; 17. Manſionarii, Magiſter cæremoniarum, Curati duo, Sacriſtani duo, pluresque elerici minoris dignitatis recenſentur. In proceſſionibus Crucem Patriarchalem deferunt, ex Pontificio Decreto. Cremonenſis Eccleſiæ Præſul à prima ſua origine Archiepiſcopi Mediolanenſis Suffraganeus fuit, Regum, atque Cæſarum privilegiis ampliſſimis communitus, inque Inſubriæ primi Præſulibus cum vetuſtate, tum opibus numeratus. Magna, nobiliſque Diœceſis Cremonenſis eſt, & tribus fere fluminibus continetur, Pado, Abdua, & Oleo. Patet in longitudine milliaria octuaginta, in latitudine ferme quindecim: finitimas habet diœceſes, ab Occidente & Septentrione Bergomenſem, & Brixienſem, à meridie Placentinam & Parmenſem, ab Oriente vero Mantuanam. Temporale imperium præcipua pars Mediolanenſi Ducatu continetur, pauca vero Oppida ſunt in ditionibus Ducum Mantuani, ac Parmenſis, & Marchionum Gonzagæ gentis. In ea tota Diœceſi ſunt parochiales Eccleſiæ 230. ex his vero dumtaxat tres collegiatæ, virorum cœnobia triginta, Monialium duodecim. Fidelium verò animæ totam diœceſim incolentium cenſentur fere ad ducenta millia. Cremonenſis vero Eccleſia taxatur in libris Cameræ ad florenos 500. verus valor redditus Epiſcopalis menſæ aſcendit ad tredecim millia ſcutatorum illarum partium. Hujus Eccleſiæ Præſulum ſeriem ex diverſis tabulis, ſcriptis, monumentiſque, haud minimo noſtro labore ex fide modo depromimus.

A D D I T I O.

(„ Cremonæ Divi Tutelares recenſentur Ss. Homobonus, Himerius, Petrus, Marcellinus, atque his additi poſtremis temporibus Franciſcus Xaverius, & Petrus martyr. Præter Cathedralem, de qua ſatis Ughellus, eminet D. Agathæ Eccleſia Collegiata, in qua reſident mitratus Præpoſitus, Canonici octo cum Almutiis, manſionarii ſex: & D. Homoboni pariter Collegiata, ubi Præpoſitus indutus ut Canonicus Cathedralis, & Canonici novem cum Almutiis dinumerantur. Parochiæ Civitatis ſunt 44. Virorum cœnobia 25. Sanctimonialium 18. Et profecto mirandum eſt, cur Monachi D. Benedicti nulli ibi adſint, cum temporibus anteactis in urbe poſſiderent undecim Monaſteria. Sæcularium porro confraternitates 35. & altra enumerantur: Hoſpitales domus non paucæ, inter quas majus Xenodochium ex multis hoſpitalibus, ac piis locis erectum an. 1451. cui ſane nomen eſt S. Mariæ Pietatis pro infirmis utriuſque ſexus curandis, ſpuriiſque ſuſcipiendis notiſſimum. Adeſt præterea Noſocomium D. Alexio di-

„ *cutum, in quo 300. prope pauperes tum inſanabili* „ *morbo confflictati, ſeu muti, tum pueri derelicti,* „ *aut illi, quos ad egeſtatem morbus, aut ſenectus* „ *impulit, aſſervantur. Aliud pariter apud Reli-* „ *gioſos S. Jo: de Deo non incelebre eſt valetudina-* „ *rium. Pro pueris orphanis cuſtodiendis, S. Geroli-* „ *di vocatur ſub PP. Somaſchenſium cura. Pro puel-* „ *lis itidem orphanis D. Urſulæ ſacrum eſt an. 1528.* „ *Duo alia ſunt Gynecæa, ſcilicet & pro Virginibus,* „ *quibus pudor facillime lubi poſſet, cui S. Raphaelis* „ *nomen inditum eſt an. 1528. & pro mulieribus ma-* „ *le conjugatis D. Magdalenæ appellatum, cui ter-* „ *tium nuperrime hoc anno 1704. additur pro reci-* „ *piendis puellis oſtiatim palantibus, & per templa* „ *ſtipem efflagitantibus. Pro peſtili morbo correptis* „ *latiſſimum paulò extra muros patet Hierocomium,* „ *ut oppidulo poſſis æquari, ædificatum an. 1512.* „ *Pro alienigenis peregrinantibus adeſt apta domus* „ *cum obſonatore penès Confratres Eccleſiæ S. Tri-* „ *nitati dicatæ, ut ii benè excipiantur. Pro ſuc-* „ *currendis carceratorum ærumnis ſingulis annis à* „ *Patriæ Pp. ſex protectores eliguntur: ad ſubve-* „ *niendum autem iis, qui ex honeſtate, vel nobi-* „ *litate, aut impotentes, aut non ſine familiæ dede-* „ *core victum ſibi quærere permittitur, plus locus* „ *eſt, quem hoſpitale Gallaratum nuncupamus, ſic* „ *dictum, quod ab Auguſtino Gallarato viro Patritio* „ *ſit inſtitutum. Ad medelam præſtandam inopibus* „ *ægrotantibus, quibus pariter ex verecundia non* „ *licet Xenodochium majus adire, proſtat pliſſimum* „ *Pharmacopolium. Adſunt & duo loca pia, alte-* „ *rum, quod dicitur Conſortium* della Donna, *alte-* „ *rum Conſortium D. Homoboni, ubi ſingulis hebdo-* „ *madis per eorum Regentes permultæ diſtribuun-* „ *tur eleemoſynæ: quibus addenda ſunt quatuor alia* „ *ex eleemoſynarum copia in urbe præclara, ſcilicet,* „ *Charitas S. Vincentii, S. Arealdi, ſeù S. Nazarii,* „ *S. Michaelis, & Mariana. Neque deſideratur pin-* „ *guis mons Pietatis, in quo ex pignoribus ibi repo-* „ *nendis ad libras uſque tricenas nihil prorſus per* „ *annum integrum exigitur: & amplum pro clericis* „ *educandis, inſtruendiſque Seminarium.*

„ *Diœceſis latè patet, & præter Bozulum, & Sa-* „ *blonetam, viginti fermè in ea continentur Oppi-* „ *da inſignia. Diœceſis Parochiales ſunt 230. ex qui-* „ *bus ſtationes 25. eas Vicariatus foraneos appella-* „ *mus, atque in his eminent ſex Collegiatæ, Archi-* „ *presbyterales II. Præpoſiturales reliquæ, & Recto-* „ *rales. Regularium per Diœceſim ſparſa cœnobia* „ *37. viſuntur, Monialium verò 12. Cæterum non eſt* „ *ſilentio prætereundum illud toti orbi ſpectatiſ-* „ *ſimum, ac effulgens Templum Beatiſſ. Virgini ſa-* „ *crum à* Fonte *nuncupatum, quod milliare unum* „ *à Caravagio diſſidet, ob peregrinos eò commigran-* „ *tes celeberrimum.* Ariſius.)

I. 1 SABINUS primus Epiſcopus Cremonenſis eſt circa annum Domini electus 55. Qui ex Diſcipolis S. Syri Papienſis Epiſcopi unus fuiſſe creditur, quique vehementibus habitis concionibus, multa detrimenta ab Idololatris retulerit, Evangelium Chriſti divulgans. Cæterum cum multis exantlatis laboribus evolaſſet ad ſuperos, ſepultus in loco eſt, cui de nomine Epiſc. Savini cognomen fecerunt.

II. 2 FELIX.

III. 3 GORGONIUS.

IV. 4 MARINUS poſt longum interregnum, ad Cremonenſem ſedem pervenit.

V. 5 SIMPLICIANUS. („ *Auderem utique dice-* „ *re hunc fuiſſe illum Simplicianum, cujus glorioſa* „ *lipſana una cum corpore D. Babylæ catholice vene-* „ *ramur in Cathedrali Cremonæ.* Ariſius.)

VI. 6 (1) MATERNUS Simpliciano ſucceſſit. Poſt cujus exceſſum, perſequentibus gentilibus, Cremonenſis ſedes diu vacua fuit.

VII. 7 CASSIANUS.

VIII. 8 XISTUS. („ *Ab ejus nomine Sixti locum, nunc* „ *Seſti per 25. mille paſſus ab urbe vocatum opinor.* „ Ariſius.)

IX. 9 FLORIANUS.

X. 10 STEPHANUM Romanum, cum perſecutionis procella detonuiſſet, Sylveſter Pontifex ad hanc ſedem promovit anno 320. Protulit ætatem uſque ad 342. In tabula Dyptica hujus Eccleſiæ Præſulum Blaſii Rubei, hæc habentur de Stephano, qui ab eo primus Cremonenſis Epiſcopus numeratur: *Stephanus*, inquit, *Romanus anno 320. Quo anno fuit celebratum Concilium Nicænum, Epiſcopus miſſus fuit Cremonam à Sylveſtro Magno ſummo Pontifice, quem imitatus Stephanus, uti conſtans in fide Catholica, ubi ad Epiſcopatum acceſſit, populum ſibi commiſſum in ea inſtruere curavit, plurimumque in hoc elaboravit. Patientia fuit in rebus adverſis admirabilis, gravis in ſermone, & charitate eximia præditus; in ſuburbiis habitavit in ea parte, in qua multo poſt conſtructa fuerunt plura Monaſteria, ubi etiam adminiſtrabat Sacramenta pœnitentiæ, & ſanctiſſimæ Euchariſtiæ iis, quos jam in Chriſtiana Religione inſtruxerat. Vixit in Epiſcopatu annos viginti duos; ceſſit enim è vita anno 342.*

XI. 11 SYRINUS, inquit Dyptica, ſeu Catalogus nuper citatus, natione Græcus, vir ſacrarum literarum ſtudioſiſſimus, ſucceſſit Stephano in Epiſcopatu an. 342. in quo plurimum & ipſe laboravit, non ſolum ut inſtitueret in Chriſtiana religione eos, qui modo hac imbuti fuerunt, verum etiam inſtructos in ea confirmaret, & conſervaret, ne ab hæreſi Arrianæ inficerentur, quæ tunc ſerpebat in iis partibus, unde etiam anno 347. habitum fuit Concilium Mediolani ab Arrianis. Vixit in Epiſcopatu annos 38. nam defunctus eſt anno 380.

XII. 12 AUDERIUS & ipſe Græcus (habet Catalogus) comes, & diſcipulus Syrini, eo mortuo, ad munus Epiſcopale vocatus fuit ann. 380. in quo annos undecim, quibus vixit in Epiſcopatu, ut munus ſuum expleret, labores non recuſavit, quos ætas ſenilis, & adverſa valetudo ſubire ei permiſit, in eo plurimum enituit virtus humilitatis, & continentiæ. Obiit anno 391.

XIII. 13 CONRADUS civis Cremonenſis, Syrini diſcipulus, electus anno 391. mortuus eſt an. 407. Sepultus in Cathedrali.

XIV. 14 VINCENTIUS Papienſis, de quo ſic Catalogus ille loquitur: Vir fuit ſummæ prudentiæ, & admirabilis morum integritate, ac vitæ ſanctitate, Epiſcopus Cremonæ creatus fuit ann. 407. poſt Conradi mortem. Hic in Epiſcopatu, qua ſemper ab ineunte adoleſcentia excelluerat animi modeſtia mirificè claruit, cum qua conjuncta humilitas, & in pauperes charitas, ita illum commendarunt, ut gratus, charuſque omnibus eſſet. Vixit in Epiſcopatu annos quindecim. Sub hoc floruit S. Euſebius Cremonenſis Monachus, & diſcipulus S. Hieronymi, qui etiam ſcripſit ejus vitam, & tranſitum; requievit namque in pace Vincentius anno 422.

XV. 15 S. SYRINIUS vel Siſinius ſucceſſit Vincentio anno 422. Hunc narrant tabulæ Cremonenſis Eccleſiæ, a deſævientibus Arrianis tuliſſe palmam Martyrii anno 452. Quo ipſo tempore cæteri Catholici eorundem rabiem declinantes, in cavernis terræ divinum opus urgebant, cum Gothi etiam ſuper cætera mala, prædabunda irruptione invaſiſſent Italiam.

XVI. 16 JOANNES Romanus ejuſdem ſedis Antiſtes electus ann. 452. Obiit anno 491. Mediolanenſi Synodo interfuit ſub Euſebio Archiepiſcopo, ut Ripamontius teſtificatur in hiſtoria Eccleſiaſtica Mediolanenſi lib. 6. (2)

EU-

(1) Qui Permerum Cremonenſem Epiſcopum inter Urſulanum ſodalitium admiſcent, non minus fabulati videntur, quam ii, qui Pontianum Pontificem, aliaſque ita lo. Præſules toti antiquitati ignotas, illarum Virginum ſocios commenti ſunt.

(2) Adeodatus poſt Joannem ponitur Cremonenſis Epiſcopus a Joſepho Briſciano, qui allegat Chinelli de Summis Catalogum Epiſcoporum, nec non hiſtoriam Pauli Zignani ambarum Cremonenſium, quorum opera tamquam Mſ. jamdiu deperdita eſſe fama eſt. At ſuſpecta mihi Mſ. allegata, cum Adeodati non meminerint de Cremonenſibus Epiſcopis diligentes ſcriptores Robeus, Merula, Ughellus. Ponuntur item ab eodem Briſciano inter Cremonenſes ad an. 693. Mauritius Pipetarius, an. 786. Adeodatus Marianus monachus Caſinenſis, an. 905. Gualbertus Maiſus ejuſdem ordinis, an. 954. Ægidius Guiſcardus Cath. Eccleſiæ Archidiaconus, an. 1050. Valerius Schitius Canonicus Cathedralis, an. 1064. Eliſeus Tryganeſcus, an. 1118. Petrus Stanga, an. 1165. Egolinus Cavalcaborius Marchio Vitellianæ an. 1415. Hippolytus Trecchus. Sed hi nulli, quam apud Briſcianum comperti. *Ariſius.*

XVII 17 EUSTACHIUS, natione Græcus, ad hanc eandem ſedem ſubvectus eſt ann. 491. Interſuit Romano Concilio ſub Symmacho Papa anno 500. *a* Exceſſit anno 513.

a An. 502. dicitúrque Euſtaſius.

XVIII 18 CHRYSOGONUS natione Sardus, Cremonenſibus præfuit anno 513. Hic ſuo exemplo, ac liberalitate impulit Cremonenſes ad ædificandam Cathedralem, civitatemque in plures Parochias diviſit, quo commodius fideles Sacramentis reficerentur. Floruit vitæ ſanctimonia, eamque opinionem viſus eſt exitus vitæ comprobaſſe anno 537.

XIX. 19 FELIX, Cremonæ natus, Chryſogono ſuffectus eſt circa annum Domini 537. Deceſſit anno 562. jacet in Cathedrali.

XX. 20 CREATUS de Ponte, Laudenſis, eandem dignitatem eſt aſſecutus ann. 563. Fuit, ut refert Catalogus ille, ea vitæ, & morum integritate, ut fere omnibus gratus, & charus eſſet: in pauperes vero charitate ita excelluit, ut pater pauperum à pleriſque diceretur. Obiit anno 594.

XXI. 21 XISTUS Mantuanus, Cremonenſium antiſtes fuit anno 584. inter quem, & Magnum Gregorium haud vulgaris familiaritas interceſſit. Obiit anno 609.

XXII 22 DESIDERIUS Mutinenſis eodem dignitatis gradu nobilitatus eſt anno 609. Obiit anno ſequenti; vir fuit pietate inſignis.

XXIII 23 ANSELMUS, civis Cremonenſis, (inquit Catalog. ille nobis jam uſitatior) prius comes peregrinationis Deſiderii, & pari pietate clarus, ad Epiſcopale munus vocatus fuit mortuo Deſiderio anno 610. in quo ita praclare ſe geſſit, ut pene omnium civium animos in ſui admirationem converterit: indefeſſam ſe præbuit in docendo, & confirmando populum ſibi commiſſum in ſancta, & ſincera fide Chriſtiana. Præfuit Eccleſiæ Cremonenſi annos 27. ceſſit enim è vita anno 637.

XXIV 24 EUSEBIUS Placentinus ann. 637. mortuus eſt anno 670.

XXV. 25 BERNARDUS, natione Gallus (Catalogus noſter ait) antea miles, poſtmodum vero ſacrarum litterarum ſtudioſiſſimus, mortuo Euſebio, creatus fuit Epiſcopus Cremonæ anno 670. cujus Eccleſiam dum adminiſtraret conſtrui fecit monaſterium in civitate non longe ab eo loco, in quo nunc eſt conſtructa Parochialis Eccleſia S. Eleonardi, quod appellatur vulgo, *il Monaſterio del Ponte di Preda*. Vixit in Epiſcopatu annos 33. nam obiit anno 703. Hic tamen ille errat, cum vixiſſe refert ad annum uſque 703. cum clare conſtet an. 679. hujus Eccleſiæ Præſulem fuiſſe Deſiderium, ut dicemus; unde Bernardum ante annum 679. exceſſiſſe fatendum eſt.

XXVI 26 DESIDERIUS Mediolanenſi ſynodo interfuit ſub Manſueto Archiepiſcopo ann. 679. De quo Ripamontius lib. 9. Eccleſiaſt. Mediolan. Hiſtor. hujuſque nulla mentio extat apud ſæpecitatum Catalog. quem conſtat Romano Conc. interfuiſſe ſub Agathone Pontifice an. 680. ejus decreta ſubſcripſit.

XXVII. 27 ZENO Parmenſis, monachus S. Benedicti, electus anno 703. Obiit anno 733.

XXVIII. 28 S. SYLVINUS, *b* civis Cremonenſis, (de quo Catalogus noſter narrat) mortuo Zenone creatus fuit Epiſcopus Cremonæ ann. 733. ob ejus morum integritatem & vitæ ſanctitatem rexit Eccleſiam Cremonenſem ann. 39. Hujus tanti viri quæ fuerat religio, quæ diſciplina, quæ reliquæ virtutes, & in munere paſtorali, & in tota ejus vita, illud facile declarat, quod inter Sanctos Confeſſores relatum illum accepimus, unde 17. die menſis Februarii quotannis ejus ſolemnitas olim celebrabatur Cremonæ. Eo die ex terrena ad cœleſtem patriam migraſſe credimus anno 773.

b De eo Acta SS. Februarii tom. 3. p. 24.

XXIX 29 STEPHANUM ad Cremonenſem thronum ſubvexit Adrianus ſummus Pontifex, Magno Carolo id ipſum rogante anno 776. Qui diuturniori mora hanc Eccleſiam adminiſtravit. Fato functus eſt anno 816.

30 VVALFREDUS, vel Vvolpholdus, aut Vvolphonſus Mutinenſis adlectus eſt circa an. 816. Hic unus ex illis Præſulibus fuit, qui cum Bernardo Italiæ Rege contra Ludovicum Pium Imperatorem conſpiravit. Quamobrem honore Epiſcopatus exutus anno 818. (ut ſupra in Anſelmo Archiepiſcopo Mediolanenſi diximus) ac monaſterio carceris loco concluſus, ibi è vivis deceſſit, exemplum ſatis clarum futurum, Præſules Eccleſiarum, haud ſemper tuto, impuneque politicis ſe implicare negotiis. XXX.

31 ATHO Vvalfredo ſuffectus eſt, Ludovico Pio Imperatore ſatagente anno 818. quem præpropere narratur fuiſſe ſublatum, ejuſque intuitu, ac ſpeciali gratia idem Ludovicus ampliſſimo privilegio Cremonenſem Eccleſiam cohoneſtavit: XXXI

32 SINPERTUS Cremonenſis, Concilio Mantuano interfuit ann. 824. De quo Doneſmundus in Hiſt. Mantuana par. pr. deque eo nulla extat mentio in tabulis ejuſdem Eccleſiæ. Poſt hunc Joſeph Breſſanus in Catalogo apponit quendam Athonem anno 830. at in aliis tabulis nulla de eo habetur mentio. XXXII.

33 POLYCARDUS, vel Panchoardus in eadem ſede floruit anno 842. Huic Lotharius Imperator maxime favit, à quo in ſuæ Eccleſiæ favorem plura retulit Privilegia, inter quæ id, quod modo ſubiiciemus. Exemplar una cum reliquis infra ſuis in locis reponendis, ex libro Privilegiorum ejuſdem Eccleſiæ perantiquo M.S. habuimus cura, & diligentia humaniſſimi, ac eruditiſſimi viri Abbatis Honuphrii Cardinalis Petri Campori digniſſimi nepotis Innocentii X. Pont. Max. intimus cubicularius, multis nominibus de nobis benemeriti: ſic enim ſe habet. XXXIII.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni.

Lotharius divina ordinante providentia Imperator Auguſtus. Si erga loca divinis cultibus mancipata propter amorem Dei, ejuſque in eiſdem locis ſibi famulantibus opportuna beneficia largimur, præmium nobis apud Dominum æternæ remunerationis recipendi non diffidimus. Igitur omnium fidelium Sanctæ Dei Eccleſiæ, ac noſtrorum præſentium videlicet, & futurorum comperiat magnitudo: quia vir venerabilis Panchoardus Cremonenſis Eccleſiæ Epiſcopus detulit obtutibus noſtris quædam piæ recordationis avi noſtri Caroli, & bonæ memoriæ genitoris noſtri Ludovici Auguſti præcepta, in quibus continebatur qualiter ipſi omnes res Epiſcopatus ſui, ſanctæ Mariæ videlicet, & ſancti Stephani quæ ibidem à longo tempore uſque nunc viſum eſt pertinere, tam monaſteria, quamque & Xenodochia, ſeu Eccleſias baptiſmales, & reliquas poſſeſſiones ad ejus Epiſcopatum pertinentes ſub ſua habent defenſione, atque immunitatis tuitione: unde memoratus ejuſdem ſedis Præſul Panchoardus noſtram petiit pietatem, ut eaſdem auctoritatis noſtro confirmaremus, & ſanciremus præcepto. Cujus precibus pro mercedis noſtræ augmento libentiſſime annuentes hos celſitudinis noſtræ apices decrevimus fieri, per quos præcipimus, modiſque omnibus confirmamus, ut quidquid ad præfatam Eccleſiam à longe tempore Reges, & alii quilibet homines largiti fuerint, eaque divina pietas ibidem augere voluerit, & memoratus tenet, & poſſidet Epiſcopus atque Prædeceſſores ſui tenuerunt. Cum omni integritate per noſtram præceptionem ad eandem confirmamus Eccleſiam, ut tam memoratus Epiſcopus, quamque & ſucceſſores ſui deinceps jure firmiſſimo teneant atque poſſideant, & ad ipſam ſanctam Eccleſiam in augumentum proficiat. Reperimus namque in auctoritate bonæ mem. præfati Avi noſtri Caroli, qualiter ipſi ad præfatam Cremonenſem Eccleſiam quaſdam res condonaverat, locum videlicet, qui dicitur Tedeclus cum Brunulla, & Cacullo, videlicet omnia ad ea loca pertinentia, & porta cujus vocabulum eſt Vulpariolus cum multorum tranſitorio, uſque in caput Addub cum molatura de molendinis, & portoribus uſque in caput Addub. Si præfatas res tempore Pipini patrui noſtri Regis Longobardorum..... di-

ctæ ſede abſtractæ fuerunt: quos nos ad inquirendum miſſum noſtrum Adalgiſum comitem conſtituimus. Qui inquiſita rei veritate nobis intimare ſtuduit qualiter prædicta Eccleſia multis temporibus inde per donationem Avi noſtri veſtituram habuiſſet. Quæ omnia veraciter cognoſcentes, placuit nobis noſtram ſuperaddere auctoritatem, per quam concedimus, atque confirmamus, ut prædicta loca à piiſſimo Avo noſtro conceſſum extitit, ita abhinc in futurum per noſtram confirmationem jam dicta Eccleſia teneat, ita, ut nullus miſſus, neque judex publicus, neque ulla oppoſita perſona inde ullam contra prædictam Eccleſiam vel rectores ipſius inferre præſumat moleſtiam, aut inquietudinem, ſcilicet perpetuis temporibus ſicut ſuperius promulgatum eſt ad partem præfatę Eccleſiæ rectores ejuſdem ſedis teneant atq; diſponant, & ut hæc noſtra immunitatis, atque largitionis auctoritas firma permaneat, manu propria ſubter illud firmavimus. & anuli noſtri impreſſione aſſignari juſſimus.

Datum Quintiani villa 4. Idus Martis anno ſui Imperii decemo.

Signum Lotharii Sereniſſimi Auguſti.



Georgius notarius auctoritate Agilmari recognovi.

Datum 4. Id. Martii anno 10. Imperii Domini Lotharii pii Imperatoris in Italia 22. in Francia 21. Indict. 4. Quinciano villa in Dei nomine fel. Amen.


XXXIV 34 BENEDICTUS, Cremonenſis civis, & Epiſcopus creatus circa annum Domini 856. à Ludovico II. Imperatore obtinuit confirmationem omnium Privilegiorum, quæ Lotharius Imperator, aliique Cæſares ſuæ Eccleſiæ aliquando indulſerunt, anno 855. cujus tenor libuit hic inſerere ex eodem tabulario.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni.

Ludovicus gratia Dei Imperator Auguſtus invictiſſimi Domini Imperatoris Lotharii filius. Si erga loca divinis cultibus mancipata propter amorem Dei, eiſque in eiſdem locis famulantibus opportuna beneficia largimur, præmium nobis apud Dominum æternæ remunerationis rependi non diffidimus. Igitur omnium fidelium S. Dei Eccleſiæ, ac noſtrorum præſentium videlicet, & futurorum comperiat magnitudo, quia vir venerab. Benedictus Cremon. Eccleſiæ Epiſc. detulit obtutibus noſtris, quædam piæ recordationis proavi noſtri Caroli, nec non avi noſtri Ludovici ſimul etiam Domni, & genitoris noſtri Lotharii Aug. præcepta, in quibus continebatur qualiter ipſi omnes res Epiſcopatus ſui ſanctæ Mariæ videlicet, & ſancti Stephani, quæ ibidem à longo tempore uſque nunc viſum eſt pertinere, tam monaſteria quam Xenodochia, ſeu Eccleſias baptiſmales, & reliquas poſſeſſiones, & prædia ad dictum Epiſcopatum pertinentia, ſub ſua habent defenſione, atque immunitatis tuitione: unde memoratus ejuſdem ſedis Præſul Benedictus noſtram petiit pietatem, ut eaſdem auctoritatis confirmaremus, ac ſanciremus præcepto. Cujus precibus pro mercedis noſtræ augmento libentiſſime annuentes, hos celſitudinis noſtræ apices decrevimus fieri, per quos præcipimus, modiſque omnibus confirmamus, ut quicquid ad præfatam Eccleſiam à longo tempore Reges, & alii quilibet homines largiti ſint, & ea quæ divina pietas ibidem augere voluit, & memoratus tenet, & poſſidet, Epiſcopus, atque prædeceſſores ſui tenuerunt. Cum omni integritate per noſtram præceptionem ad eandem confirmamus Eccleſiam, ut tam memoratus Epiſcopus, quamque, & ſucceſſores ſui deinceps jure firmiſ-

A *ſimo teneant, atque perenniter poſſideant, & ad ipſam ſanctam Eccleſiam in augmentis proficiat. Reperimus namque in auctoritate bonæ mem. proavi noſtri Caroli, qualiter ipſe ad præfatam Cremonenſem Eccleſiam quaſdam res condonaverat, locum videlicet qui dicitur Tedechus, cum Breviſula, & Cucullo. & omnia ad ipſa loca pertinentia, & Porto, cujus vocabulum eſt Vulpariolus, cum multorum tranſitorio, uſque in caput Adduæ cum molatura de molendinis, & partoribus uſque in caput Adduæ, quas res, & loca Dominus, & genitor noſter per ſuum dictæ Eccleſiæ confirmavit præceptum. Quæ omnia veraciter cognoſcentes, placuit nobis noſtram ſuperaddere auctoritatem, per quam concedimus, atque confirmamus, ut prædicta loca, ſicut à Genitore noſtro conceſſum erat, ita ut ab hinc in futurum per noſtram confirmationem jam dicta Eccleſia teneat, ita ut nullus miſſus, neque ulla oppoſita perſona, inde ullam contra præfatam Eccleſiam, & Rectores inferre præſumat moleſtiam, atque inquietu-*
B *dinem, ſed perpetuis temporibus ſicut ſuperius promulgatum eſt ad partem præfatæ Eccleſiæ, & ejuſdem ſedis teneant atque diſponant ſub Mundebordio, atque immunitate noſtra. Quinetiam, & addidit excellentiæ noſtræ præfatus Præſul, eo quod quidam Longobardorum, ac cæterarum gentium homines ſuum peragentes negotium Domni, & genitoris noſtri pragmaticum tranſgredi, ſcilicet eundo, & redeundo, ripatico, & palo ſolvendum ſuæ Eccleſiæ . . . . . . auctoritate præcipientes jubemus, ut cujuſcumque gentis . . . . & . . . . . peragere negotium voluerit in portu Vvalparioli, & Cremone cum milites applicent, & in forte ſtent, & ibi ſuum peragant negotium, ſic milites Comaclenſes, & debitum reipublicæ, quod eſt ripaticum, & pali ficturam, paſtumque ad duos riparios ſecundum Domni, & genitoris noſtri, & noſtram conceſſiones quæ ipſi milites prædicta partora adimpleant abſque ulla oppoſitione, & ullius argumenti contradictione ipſi perſolvant prædictæ Eccleſiæ, & nominato Pręſuli, ſuiſque ſucceſſoribus.*
C *Quod ſi contra has prædictorum noſtrorum, & noſtras inſtitutiones quiſpiam rebellis, aut contradictor extiterit liceat . . . . . pignorari ſicut le p . . . . . . nullo contradicenteque diſtringere. Si autem ejus neceſſitas cum ſuo negotio ſurſum aſcendendi contigerit ultra caput Adduæ, ſic milites . . . . . . prædictæ Eccleſiæ, & jam dicto Præſuli, ſuiſque perſolvant, & ſuum alicubi exerceant negotium, ut maluerint, & ut hæc noſtra auctoritas firmiorem in nomine Domini obtineat vigorem, manu propria ſubter firmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſubter ſignari juſſimus.*

Signum Ludovici Sereniſſimi Auguſti.



D *Georgius Subjaco, atque notarius ad vices Oryct. . . . recognovi.*

Datum quarto idus Januarii Anno Domini Lotarii Sereniſſimi Auguſti in Italia 32. in Francia 22. & Ludovici Magni Imp. primo Indict. 3.

Actum Caſtriano Villaregia feliciter in Domino.

Interfuit Caroli Calvi Papiæ coronationi anno 875. a De quo Baronius ad annum 876. a An. 876.

XXXV 35 LANDO Benedicto ſucceſſit anno 876. (1) In quo ipſo anno confirmationem omnium privilegiorum obtinuit à Carolo Calvo die 27. menſis Auguſti apud Francofurtum. E Portu Romano detulit Cremonam corpus S. Achillei, illius, qui olim paſſus martyrium fuerat cum Ss. Hippolyto, atque Quiritio 23. Auguſti ſub Alexandro Imperatore, condiditque ſub confeſſione, Scripturaſque ſuæ

(1) Anno 877. adhuc in vivis agebat Benedictus, cum eo anno interfuerit Synodo Ravennati, hujuſque Epiſtolæ ſubſcripſerit, qua poſſeſſio Flaviniaci Monaſterii, & Titiniaci villæ Adalgario Æduenſi Epiſcopo, & ejus Eccleſiæ confirmatur. Vide Harduinum Concil. t. 6. col. 190.

ſuæ Eccleſiæ retulit in Archivium, poſteritati ſubſervituras, cenſuſque Epiſcopales adauxit ſuæ Eccleſiæ haud futilis Præſul. Mediolani interfuit coronationi Caroli Craſſi Imperatoris, à quo anno 883. omnium privilegiorum Cremonenſi Eccleſiæ ab aliis Imperatoribus conceſſorum confirmationem recepit. Diploma tale eſt ab eodem tabulario.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Carolus divina favente clementia Imperator Auguſtus. Si erga loca divinis cultibus mancipata propter amorem Dei, ejuſque in eiſdem locis famulantibus opportuna beneficia largimur, præmium nobis apud Dominum æternæ remunerationis rependi non diffidimus. Igitur omnium fidelium ſanctæ Dei eccleſiæ, ac noſtrorum præſentium videlicet, & futurorum comperiat magnitudo, quia vir venerabilis Lando Cremonenſis eccleſiæ Epiſcopus detulit obtutibus noſtris quædam piæ recordationis proavi noſtri Caroli, nec non avi noſtri Ludovici, & Lotharii, ac Ludovici nepotis noſtri auguſti præcepta, in quibus continebatur, qualiter ipſi omnes res epiſcopatus B *ſui ſanctæ Mariæ, & ſancti Stephani, quæ ibidem à longo tempore uſque nunc pertinent, tam monaſteria, quamque & xenodochia, ſeu eccleſias baptiſmales, & reliquas poſſeſſiones, & prædia ad ipſum epiſcopatum pertinentes ſub ſua haberent defenſione, & immunitatis tuitione. Unde memoratus ejuſdem ſedis Præſul Lando noſtram petiit pietatem, ut eaſdem auctoritatis noſtro confirmaremus, & ſanciremus præcepto. Cujus precibus pro mercedis noſtræ augumento libentiſſime annuentes, hos celſitudinis noſtræ apices decrevimus fieri, per quos decernimus, & præcipimus, modiſque omnibus confirmamus, ut quicquid ad præfatam eccleſiam à longo tempore Reges, & alii quilibet homines largiti ſiat, & ea quę divina pietas ibidem augere voluerit, & memoratus tenet, & poſſidet epiſcopus, atque prædeceſſores ſui tenuerunt, cum omni integritate per noſtram pręceptionem ad eamdem confirmamus eccleſiam, ut tam memoratus Epiſcopus, quamque & ſucceſſores ſui* C *deinceps firmiſſimo teneant, atque perenniter poſſideant, & ad ipſam eccleſiam ſanctam in augumentis proficiat. Reperimus namque in auctoritate proavi noſtri Caroli, qualiter ipſe ad præfatam Cremonenſem eccleſiam quaſdam res condonaverat, locum videlicet qui dicitur Secledus cum Breviſula, & coculo, & omnia ad ipſa loca pertinentia, & portum, cujus vocabulum eſt Vulpariolus cum multorum tranſitorio uſque in caput Adduæ cum molatura de molendinis, & portoribus uſque in caput Adduæ, quæ res, & loca nepos noſter per ſuum in jam fatam Eccleſiam confirmavit præceptum. Quæ omnia veraciter cognoſcentes, placuit nobis noſtram ſuperaddere auctoritatem, per quam concedimus, atque confirmamus, ut prædicta loca ſic ut à nepote noſtro conceſſum extat, ita ab hinc futurum per noſtram confirmationem jam dicta eccleſia teneat, ita ut nullus miſſus, neque judex publicus, nec ulla appoſita perſona inde ullam contra prædictam eccleſiam, & rectores inferre præſumat moleſtiam, aut inquietudinem. Sed perpetuis temporibus, ſicut ſuperius pro-* D *mulgatum eſt ad partem præfatæ eccleſiæ rectores ejuſdem ſedis teneant, atque diſponant ſub mundiburdio, atque immunitate noſtra. Si quis vero aliquid contra hoc noſtrum præceptum facere tentaverit immunitatis ejuſdem eccleſiæ, culpabiliter habeatur, & ut hæc noſtra auctoritas firmiter habeatur, veriuſque credatur, manu propria ſubter eam firmavimus, & anulo noſtro inſigniri juſſimus.*

Signum Caroli  *Imp. Auguſti.*

A *Juriapb. Cancellarius ad vices .... Archicancellarii recognovi.*

Datum Kalend. Auguſti anno Incarnationis Domini 883. indictione prima anno Imperii Imperatoris Caroli III. actum in Murgola in Dei nomine feliciter, amen.

Eidem Landoni Ludovicus III. Imperator anno 902. ſequens contulit privilegium, in quo anteceſſorum veſtigia ſecutus, eccleſiam Cremonenſem aliis immunitatibus, & exemptionibus nobilitavit. Diploma eſt hujuſmodi.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Ludovicus divina favente clementia Imperator Auguſtus. Si ſacerdotibus domino famulantibus, lociſque divino cultu religioſis imperiali emolumenti protectione ſubvenimus, procul dubio nobis & ad temporalem, & ad ęternam gloriam promerendam proficere non dubitamus. Quapropter omnium ſanctæ Dei eccleſiæ, noſtrorumque præſentium & c & futurorum comperiat ſolicitudo, Landonem ſanctæ Cremonenſis eccleſiæ B *venerabilem epiſcopum ſerenitatis noſtræ adiiſſe excellentiam, quatenus ei quædam præcepta eccleſiæ ſuæ à Regibus, & Imperatoribus prædeceſſoribus noſtris collata per noſtrum Imperiale præceptum confirmaremus, ſimul & duas Turres ipſius Cremonenſis civitatis juxta munitiunculam judiciario ordine erigere poteſt, eidem Cremonenſi eccleſiæ erigendum, ac diſtringendum concederimus, ſtatuentes ut in ſancta Cremonenſi eccleſia nullus comes, nulluſque judex, vel quælibet judiciariæ poteſtatis perſona, tam in plebibus, quamque in monaſteriis, titulis, aliiſque eccleſiis, vel domibus, ſeu urbanis, & ruſticis poſſeſſionibus ad eam pertinentibus placita tenere, maſſarios, & colonos liberos, aldiones, vel ſervos reſidentes ſuper res ad prædictam ſanctam eccleſiam pertinentes quolibet modo diſtringere, pignorare, angariare, cenſus, & redhibitiones, & donaria aliqua exigere præſumeret, ſed juxta tenorem præcepti divę memorię Caroli Imperatoris avunculi, & prędeceſſoris noſtri hoc ipſum ſtabiliremus, corrobo-* C *raremus, & confirmaremus. Nos vero ob amorem Dei, & ſtatutum ſæpe nominatę Cremonenſis eccleſię precibus præfati Landonis epiſcopi acquieſcentes, ſecundum petitionem ejus fieri annuimus per hoc noſtrum Imperiale præceptum omnia præcepta à deceſſoribus noſtris Regibus, & Imperatoribus eccleſiæ ſuæ collata confirmantes, ſimul & quæ ſpeciali dono à nobis expetiit legaliter tam præfatas Turres juxta munitiunculam ſuam, quamque & judiciariam exactionē reipublicæ pertinentem de actis infra eamdem munitionem, ſive ut nullus in res, & famulos eccleſiæ ſuæ juxta tenorem præcepti Caroli Imperatoris moleſtè agat, eidem eccleſiæ concedimus, ſtabilimus, corroboramus, & perdonamus. Ut deinceps quæ eidem eccleſię à prædeceſſoribus noſtris conceſſa ſunt, & confirmata ſtabiliantur, & quæ à nobis aucta, & perdonata proprietario jure haberi permittantur. Si quis autem contra hoc noſtræ confirmationis, & donationis præceptum agere convictus fuerit, centum libras auri optimi componere cogatur, medietatem* D *cameræ palatii noſtri, & medietatem ſæpe nominato Landoni epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus. Et ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur in poſterum, manus illud noſtræ annotatione inſcripſimus, & anulo noſtro ſubter inſigniri juſſimus.*

Signum Domi-  *ni Ludovici*
Sereniſſ. Imp. *Aug.*

Arnullus Notarius ad vicem Lintuardi Epiſcopi, & Archicancellarii recognovi.

Datum 4. idus Maii an. incarnationis Dominicę 902 indict.

indict. 5. anno Imperii Domini Ludovici glorioſi Imperat. in Italia, ſecundo. Actum Papiæ in Domini nomine feliciter. Amen.

XXXVI. 36 LANDULPHUS eandem ſedem aſcendit circa annum 904. quo ab Ugone Italiæ Rege retulit confirmationem omnium privilegiorum ſuis anteceſſoribus ab aliis principibus conceſſorum. Fato functus eſt anno 913.

XXXVII. 37 JOANNES Beringarii Regis ſecretarius, & familiariſſimus, ex ejuſdem favore Landulpho ſuffectus eſt anno 913. cui idem Berengarius præter cæteras gratias, ac privilegia, per quinque milliaria circa Cremonam territorium attribuit, conceſſitque immunitatem à vectigalibus, ac ne quis regius procurator aliquam in urbem haberet poteſtatem, neve quis comes, vicecomes, ſculdatio, Gaſtaldio, Regius decanus in urbe, aut extra ad quinque millia paſſuum iujuſſu ipſius Joannis epiſcopi, aut ejus ſucceſſorum hoſpitaretur, nobilis documenti tenorem ita expreſſit Berengarius.

In nomine Domini Dei æterni.

Berengarius divina favente clementia Imperator Auguſtus. Si ſanctorum Dei Eccleſiarum paſtoribus ea, quæ digne à noſtris fidelibus apud noſtram Imperialem majeſtatem poſtulantur impendimus, id ad æternæ recompenſationis meritum nobis proficere non dubitamus. Quocirca noverit omnium fidelium ſanctæ Dei eccleſiæ, noſtrorumque preſentium ac futurorum induſtria, eo quod Joannes venerabilis ſanctæ Cremonenſis eccleſiæ epiſcopus fidelis noſter per Ardingum reverendiſſimum conſiliarium humiliter noſtræ Imperiali poteſtati ſuggeſſerit, quoniam occaſione portarum, & poſterularum, ac turrium, & publicarum viarum civitati Cremonenſi in ſuæ eccleſiæ poſſeſſionibus paganorum incurſione extracta publici miniſteriales Brixienſes comitatus, & pars curtis ſexpilas placita cuſtodire, manſionatica facere, portatica tollere, & telonea, ac curatam publiciter erigere quærebat. Quod nos audientes, ſanctamque Cremonenſem eccleſiam infinitis calamitatibus attritam, & jam jam pene deſolatam comperientes, precibus jam dicti Ardinghi epiſcopi, & Grimaldi comitis, atque aſſiduitate ſervitii jam facti Joannis epiſcopi, hoc noſtrum Imperiale preceptum fieri decrevimus, per quod divino amore ſuccenſi, quicquid curatæ, telonei, aut portatici alioquin ingenio de jam facta Cremonenſi civitate ad noſtram imperialem, & publicam partem exigi, aut pertinere potuit, tam de parte prælibati comitatus, quam que de parte curtis noſtræ ſexpillas eidem eccleſiæ concedimus, & elargimur jure proprietario uſque in perpetuum. Statuimus etiam, ut nullus publicæ, aut regiæ partis procurator infra muros prænominatæ civitatis dignam habeat poteſtatem, aut curatam, & portaticam ibi tollat, nemo & comes, & vicecomes, ſculdiſio, Gaſtaldio, decanus, aut aliqua magna, parvaque perſona publicæ, & Imperialis, aut regiæ partis infra muros Cremonenſes, vel foris circa civitatem milliaria quinque placita cuſtodiat, aut manſionaticum faciat abſque voluntate, & permiſſione Joannis præſcripti epiſcopi ejuſdem eccleſiæ, eiuſque ſucceſſorum, ſed quicquid ad publicam partem in eadem civitate, vel foris uſque ad milliaria quinque de comitatu Brixianenſi juſte, & legaliter hac uſque pertinuit curatura, & de curte noſtra ſexpilas juſte, & legaliter hac uſque pertinuit, curatam videlicet, portaticum, vel teloneam, una cum portis, & tribus, atque poſterulis ſub integritate ſanctæ Cremonenſis eccleſiæ perpetualiter donamus, atque concedimus, & de noſtro jure, & dominio, in ejuſdem jus, & dominium omnino transfundimus, ac delegamus. Vias quoque publicas ibidem circumcirca adjacentes ad utilitatem ejuſdem Civitatis incidendi, & foſſatos faciendi licentiam præfato Joanni epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus hac noſtra auctoritate donamus. Et ſi mercata infra ſpatium dictæ civitatis, aut extra circumquaque conſecrare idem epiſcopus poterit, una cum mercato S. Nazarii in poteſtate epiſcopi Cremonenſis eccleſiæ, omni publica datione remota, & contradictione curtis ſexpilas expulſa. Omnia denique caſtella circa plebem, & curtes prælibati epiſcopis Cremonenſis ædificata ſub noſtram imperialem poteſtatem, & mundibardium recepimus. Et ab omni publica functione, & placito, ac manſionatico, & civitatis eadem caſtella decernimus, & adjudicamus perpetuis temporibus eſſe excuſata. Et in poteſtate epiſcopi ſanctæ Cremonenſis eccleſiæ abſque publico miniſteriali permanſura cenſemus. Piſcaria quoque eidem eccleſiæ à Valpariolo uſque ad caput Adduæ cum molendinis & portubus tranſitoriis eidem epiſcopo confirmamus, jure proprietario uſque in perpetuum, & eundem Joannem epiſcopum cum tota Cremonenſi eccleſia, & univerſo Clero ipſius eccleſiæ, ſuiſque plebibus, & curtibus, ac cellis, & villis, & cum ſervis, atque ancillis, aldionibus, & aldianis utriuſque ſexus familiis, ſub tuitione, & defenſione Imperii noſtri æternaliter recipimus totius poteſtatis contradictione remota. Si quis ergo hoc noſtræ conceſſionis, & confirmationis præceptum infringere, vel violare quandoque tentaverit, ſciat ſe compoſituram auri optimi libras ſexaginta, medietatem cameræ noſtræ ſacri Palatii noſtri, & medietatem præfatæ Cremonenſi eccleſiæ, ejuſque Rectoribus. Quod ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus per futura tempora obſervetur, manu propria roborantes, de anulo noſtro inferius conſignari juſſimus.

Signum Dom.  *Ber. Ser. Imp.*

Petrus Notarius ad vicem Ardingi epiſcopi, & Archicancellarii recognovi.

Datum Kalendas Septembris anno Dominicæ Incarnationis 916. Domini vero Berengarii Piiſſimi Rom. Regis 29. Imperii autem ſui 1. indictione 4. Actum Papiæ in Chriſto nomine. Amen.

Anno 924. idem Joannes effecit, ut Rodulphus Rex eccleſiam Cremonenſem ſub ſua protectione reciperet, qui etiam eidem confirmavit ripaticum, piſcationes, & alia privilegia eidem eccleſiæ conceſſa. E vivis exemptus eſt bonus Joannes eodem anno 924.

38 DARIMBERTUM Joannes excepit anno 924. Hic Cremonenſis Oppidi excidio interfuit cum Archiepiſcopo Mediolanenſi, ac Placentino, quod hujuſmodi hæreſi infectum eſſet, quæ aſſerebat tam vecorditer, quàm inſulſe, Deum humanis membris conſtari, qui error per id tempus totam pene Inſubriam infecerat. XXXVIII.

39 LUITPRANDUS, ſeu Luizardus, a qui etiam Luizo eſt, (hinc factum eſt, ut à nonnullis unus Luitprandus epiſcopus ineruente ſecaretur in duos, tametſi unus idemque duo in ſignificato paria nomina geſtare potuerit,) qui ea Ticinenſi Diacono anno 963. b Othonis Magni Imp. gratia Darimbertum in Cremonenſi dignitate eſt conſecutus. Celebris hic ille eſt Luitprandus Ticinenſis Diaconus Græco, latinoque ſermone peritus, non minus carmine, quam proſa excellens, quondam Berengarii Italiæ Regis ſcriba & ſecretarius, qui ejus nomine ad Conſtantinopolitanum Imperatorem Conſtantinum functus eſt legatione anno 946. cujus legationis ipſe meminit lib. 6. Hiſtoriarum ſuarum. Pro tanto labore, proque virtute, ac gratia Berengarius odium reddidit, expulſumque Italia illum compulit exulare, qua occaſione in Germania poſitus apud Francofurdium ſcripſit inſigne opus Hiſtoriam ſui temporis luculento, & alterno ſtylo, in libros ſex diſtinctam (ſeptimum addidere recentiores, ea Baronii ſen- XXXIX.

a De quo Ariſius in Cremona literata t. 1. p. 58. & Gaddius de ſcript. t. 1. p. 271. Mendicit

b Hoc eodem anno, inte fuit Conciliabulo Romano. Vide Harduinum Concil. t. 6. col. 627.

ten-

tentia) quam pro viciſſitudine quaſi injuriarum à Beringario perceptarum Antapodoſim adtitulavit, ideſt retributionem, ad Regimundum Illiberitanæ eccleſiæ in Hiſpania Epiſcopum. Hanc perduxiſſe feruntad annum 960. adhuc Diaconus, pauloque poſt factus eſt Epiſcopus Cremonenſis. Apud Magnum Othonem Imp. prudentia & auctoritate plurimum valuit, à quo Romam miſſus cum Landoardo Saxono Epiſcopo Numedenſi *a* ad Joannem XII. Pontificem, in Concilio an. 965. Romæ in cauſa ejuſdem Joannis celebrato, cum Otho Romam occupaſſet, fugato Joanne, & Adelberto, inter Italiæ Epiſcopos, qui Concilio interfuerunt, numeratur ipſe Luitprandus Cremonenſis Epiſcopus, qui & Othonis in eodem Conventu interpres fuit: nam quæ Otho Saxonica lingua loquebatur, hæc Luitprandus Epiſcopus Latine reddebat cæteris Epiſcopis. Eundem etiam Luitprandum poſt exceſſum Leonis VIII. idem Otho Imp Romam deſtinavit una cum Otgero Spirenſi Epiſcopo, ut aliquis Pontificiæ moli par in Apoſtolica ſede collocaretur, de qua re videndus Baronius ad ann. 965. In locum Leonis ſuffecerunt Joannem XIII. ſub quo anno 967. Synodo Ravennatenſi interſuit, ſubſcripſitque diplomati erectionis Eccleſiæ Magdeburgenſis, ſub nomine Luitprandi, mox in eadem Synodo Luizo ſubſcriptus reperitur in litteris Joannis Papæ in cauſa excœcationis Herolfi Archiepiſcopi Salzburgenſis, apud Vviguld. Hund. tom. p. hiſt. Salzburg. Eccle. Idem Luitprandus cum ad Eccleſiam ſuam rediret, ex Flaviano Ameliæ Oppido in Umbria corpus B. Hymerii Epiſcopi, & Confeſſoris acceptum ab Epiſcopo Amelienſi Cremonam tranſtulit, & in majori Eccleſia depoſuit. Quod ad hujus ſancti Epiſcopi corporis translationem attinet, vetus loquitur monumentum, quod quia accurate rem totam oſtendit, memoratque Luitprandi noſtri Epiſcopi ſecundam ab eo Coſtantinopolim obitam legationem, ejuſdemque mortem indicat, hoc loco, ex veteri codice M. S quem nobis communicavit eruditus ſenex amicus noſter Abbas Conſtantinus Cajetanus, libenter tranſcribo.

a Seù pogius Minegenſi.

Translatio S. Hymerii Epiſcopi Amerini in Cremonenſi Eccleſia.

Fuit in diebus Othonis majoris clariſſimi Imp. quidam Cremonenſis Epiſcopus bonæ memoriæ Luizo intimus Summiſta Regius, in conſilio providus, amore divino denique repletus, ut tanti patris Hymerii inventor, & portitor fieret almus. Qui cum frequenter ingrediens, & exiens à facie regia fideliter agens erga præcepta imperialia Romanis ineſſet partibus venit ad eum Amerienſis Epiſcopus, quem malevola turbatio, invidioſaque accuſatio fecerat expertem à conſpectu regio, qui ſic eſt orſus fari voce lugubri: Pater chariſſime, quem Imperator in ſecundo regni culmine dicavit, deprecor mihi ſubvenire, quoniam quadam accuſatione damnatus nugecula ac injuſte acri percuſſus ſententia imperiali ſum privatus gratia. Nunc ergo adjuva me, meam condolens objectionem, recompenſabo enim te quovis munere. Cui ille, ſi felix inquit ſanctorum corporibus me habendo aliquod felicem feceris, te reddam benevolentiæ priſtinæ Regis. Ad hæc ille, non audeo inquit in hoc tuis ſatisfacere rogationibus, condita enim ſunt ſanctorum corpora ſacris altaribus, ſed eſt mihi unus arca in lignea poſitus quem illius loci incolæ ſummo venerantur honore Hymerius nomine, ſi hunc tibi inferre valerem ratione aliqua, & ad tuam poſſes transferre patriam te fore lætandum ſcio, tanto patre beato. His vero relatis ſermonibus ad Ameriæ oppidum venere protinus, & alma calliditate ingreſſi ſunt Eccleſiam, quaſi nocturna celebraturi myſteria. Proſtrati namque in oratione diutius multis vacabant votis, & precibus quo ſuis ſanctis faverent petitionibus, vix expletis orationibus, totus ille contremuit locus in quo jacebat S. Hymerius. At Præſules quamvis tremefacti tam ſpe credula propius ſunt aggreſſi. Interea cuſtodibus gravi ſomno

A *dormientibus adierunt Epiſcopi ad S. Hymerii ſepulchrum. Qui dum cœperunt arcam frangere beatum corpus conantes extrahere expergefactus quidam ex cuſtodibus cœpit clamare: Surgite fratres, ſurgite velociter, nobis beati Hymerii corpus furatur. Quo Luizo Præſul egregius audito cuſtodi occurrens illico ei dat munera, & petiit ſilentium, illo vero accepto munere ſuoque viſo Epiſcopo tacens contulit præſidium, tunc Pontificis corpus tollentes celebre adoraverunt tanto gaviſi munere. Condentes vero ſanctiſſima membra vaſe puriſſimo clam omnibus exierant ab oppido. Rediens autem prælibatus Antiſtes Cremonam ſecum optata obtulit gaudia. Qui propriam ingreſſus Urbem advocans plebem cunctis beatiſſimi Hymerii corpus oſtendit. Proſtrati etenim in oratione populus obnixe laudabant Dominum, qui talem illis patronum dederat. Cumque in ſancti patris laudes perſiſterent plurimi petierunt Eccleſiam, & in honorem ejus myſteria celebravere. Tunc reconditum eſt ſacroſanctum corpus ſcri-*
B *nio decorato decentius poſt ſanctæ Dei genitricis altare quod illo tempore conditum erat in auſtrali parte illius Eccleſiæ ubi permanſit diutius non in altari poſitus, quia deerat condendi locus, ſed tamen ut ſanctus ſemper in annum colebatur. Laudabilis autem præfatus Pontifex tanto patre gaudens animadvertebat qualiter ſancti conderet, ſacrum ſed tamen non fuit hoc illi datum, quia imperiali ſervitio coactus Conſtantinopolim directus illuc, amplius haud eſt reverſus. Temporibus tandem venerabilis Olderici ſubſequentis Epiſcopi non immemor dominus ſui confeſſoris Hymerius volens illum ſigillatim condi permiſit uni cubiculariorum præſulis modo prædicti volenti conſtruere cryptam in ſancti honore patris ſuæ cauſa ſalutis. Qua de re idem cubicularius ſero infirmitatis vinculo nexus, divina virtute priſtinæ ſanitati mox eſt redditus. Quo vero fideliter laborante in opere ſancto diu ſui Pontificis ſuffragio remuneratum credimus utroque præmio. Peracta autem crypta, & polita intrinſecus cum om-*
C *ni clero & populo conveniens Epiſcopus alma tranſlatione ſummaque jubilatione beatum corpus condidit aromatibus in loco orationis loco colendo omnibus ubi divina celebrantur myſteria, & devote poſcentibus donantur auxilia, ac ægrotis innumerabilibus reſtauratur ſoſpitas. Eſt fandum patris nunc de virtutibus almi interea paucis jam tranſactis diebus advenit quidam utroque lumine cæcus, & ante ſacrum Hymerii altare corruit pronus credens ſe illuminaturum ſancti virtutibus. Cum in oratione ſedula perſeverans, denique ſancti præſtolaretur miſericordia optata ſuſcepit munera. Invadens enim lympha ex quodam proſiliens fiſtula in miſſarum celebratione dacta ſtillavit guttas in ore ejuſdem cæci cubantis juxta, & accendit lucernas olim extinctas inferens fronti clara lumina, qui fuerat cæcus fit ſumpto lumine lætus. O mira res & ſtupenda omnibus illis inaudita temporibus. Valde enim timenda eſt omnipotentis miſericordia, qui ſic diſſidentia conglutinat elementa. Quis enim vidit frigidam aquam*
D *fontis ignis extincti accendi flammas, ſed hæc lympha cœleſti ardore ignita natatoriam Siloe eſt imitata, quæ quondam jubente Deo aperuit oculos cæco. Hac itaque fama per totam provinciam divulgata undique multi conveniebant munera offerentes. Ipſe vero Oldericus Epiſcopus vir bene catholicus tanto prodigio gaviſus mox præcepit argenteam fabricari tabulam ante ſancti patris Hymerii altare ponendam, auro gemmiſque decoratam. Qua incœpta à pluribus argenti munuſcula ſunt contracta. Cumque argentum in fabricationis pondere æqualibraretur in lance, ut ſciretur cujus quantitatis eſſet integre mirifice cœpit creſcere. Quotieſcumque enim ponderabatur trutina toties libra creſcebat altera uſque ad peractam tabulam. O nova & admirabilis virtus quam nuſquam accidiſſe audivimus. Illa nimirum ubertas in argento emanavit quæ olim eſurientem populum in deſerto ſaturavit. Talibus vero præcipuis emanationibus miraculis utriuſque ſexus*

turba

tarba concurrent innumerabilis ad præfatum patrem properabat alacris. Multi enim cæci, ſurdi, aridi, variiſque ægritudinibus gravati hęc audientes miracula feſtiaabaat ad beati Hymerii limina, & optatę reddebantur ſaaitati à qaacumqae fuiſſent infirmitate detenti, heu, heu, ecce noſtri generis interitus ecce nobis aufeetur populus. Qaæ nempe ut diximus miracula, & multa alia per plarima viguerunt tempora, ſed inſurgente flagitio populi pater ſanctus modicam à virtutibus ceſſavit quaſi ſoliti oblitus miraculi. Poſt vero ſaorum recordans fidelium paſtor mirificus multiforme dictim oſtendit prodigia. Lætemur ergo ia Domino chariſſimi diem feſtum patris noſtri celebrantes Hymerii. Quandoquidem ſi aos ſenſerit feſtivos fideliter favebit propitius noſtris orationibus feliciter. Ille vero puros diligit ſervientes, cujus nomen purum dicimas recolentes. Si enim ſecuadum etymologiam nomiais reſpicimus Tmeroa Hebraice, & Æolice purus Latine interpetrabimur. Vere Domiao fait purus, qaia paritiam cordis eſt aſſecutas. His itaque peractis ſalubriter oramus te ſanctiſſime pater, ut patrociniis tuis frueates mereamur cæleſti munere fieri participes ipſo auxiliante qui unus in Trinitate vivit & regnat per ęterna ſæculorum ſæcula Amen. Hactenus translationis hiſtoria Hymerii ſanctiſſimi Epiſcopi; de quo vide quæ de eo diximus ſupra in I. noſtro tomo de Epiſcopis Amerinis. Vitam ejuſdem ſancti ſcripſit Ambroſius quidam Abbas, quam legimus in eodem codice, cujus initium. *Cunctis ſanctæ Cremonenſis Eccleſiæ fratribus veſtræ qaoadam fraternitatis Ambroſius nunc Abbas indignus ſalutem in Chriſto. Nuſquam valet humana præſumptio &c.* Ibidem etiam extant ejuſdem S. Hymerii miracula deſcripta à quodam Cremonenſis Eccleſiæ Canonico Offredi Epiſcopi temporibus circa annum Domini 1174. quorum initium, *licet dilectiſſimi dignum ſanctorum &c.* Cæterum Luitprandus qui & Luizo anno 968. ab Othone Imp. Conſtantinopolim ſecundo Legatus eſt miſſus, ut à Nicephoro Phoca Imp. Theophaniam filiam Othoni filio uxorem peteret. Suam hanc ipſe legationem accuratiſſime deſcripſit Luitprandus, quæ extat, quamvis imperfecta, curioſa tamen apud Caniſium lib. 6. antiquæ lectionis Hocce ſcriptum ſatis clare oſtendit hunc Luitprandum Cremonenſem Epiſcopum, hiſtoriæ ſui temporis ſcriptorem, illum eumdem eſſe, qui cum Diaconus Ticinenſis eſſet, alteram Conſtantinopolim ad Conſtantium Imp. obivit legationem. Poſt hæc haud amplius ſuam revidiſſe Eccleſiam Luitprandum habetur in S. Hymerii hiſtoria, quam tamen privilegiis & gratiis exornandam curavit: Otho enim idem Magnus Imp. omnia jura Cremonenſis Eccleſiæ in gratiam Luitprandi confirmavit, quæ à Carolo Magno, Ludovico & Berengario conceſſa fuerant. Datum Quintileburg. 5. Kal. Aprilis anno 970. Quo anno interfuit Ferrariæ conventui, celebrato à Petro Ravennatum Archiepiſcopo, e cujus ditione plura abſtracta fuerant; ex Luitprandi ſententia, Euvio Othonis Imp. Nuncius pro Archiepiſcopo judicium tulit. Nulla deinceps de Luitprando in monumentis Cremonenſis Eccleſiæ extat mentio. Ludovicus Cavitellus in annalibus Cremonenſibus fœde oberrat, dum ſcribit Luitprandum parum in ea dignitate vixiſſe, & exceſſiſſe ann. 967. cum poſtero anno, teſte Baronio, ab Othone Conſtantinopolim legatum miſſum habeamus. Franciſcus Bivarius Ciſtercienſis, Hiſpanarum quondam literarum decus, amicus noſter, Flavii Dextri dexter propugnator, Inſigniſque commentator in cenſuram operum Luitprandi, ex Juliani S. Juſtæ Archipresbyteri Chronica habet, noſtrum Luitprandum in ultima ſenectute in Hiſpaniam petiiſſe, Toletique vita functum anno 973. in Eccleſia S. Juſtæ, tunc Cathedrali humatum fuiſſe, funus ipſius honorifice proſequente Felice Archiepiſcopo Toletano. Hoc idem ſuis in notis ad nuper inventum Luitprandi Chronicon ſcribit doctus Hieronymus de la Higuera, addiditque ex Fuldenſi Cęnobio Germaniæ Luitprandum veniſſe Toletum, ac ſenectute, ac ægritudine confectum ſatis conceſſiſſe. Agnoſcunt hi Luitprandum patria Hiſpanum, Toletanæ primum Eccleſiæ Subdiaconum, mox Ticinenſem Diaconum, & Cremonenſem Epiſcopum, qua in dignitate poſitum, Chronicam illam Tractemundi Illiberitani hortatu ſcripſiſſe recenſent. Chronicon una cum eodem Hieronymo de la Higuera notis etiam illuſtravit clariſſimus vir Laurentius Ramirez de Prado Regius conſiliarius, cujus etiam in Luitprandi Adverſaria hactenus incuſa, ſpectantur notæ omni eruditione oppletæ. Libellum de vitis Pontificum, operibus Luitprandi commixtum ejuſdem fuiſſe dubitat Joannes Albinus in præfatione ad eundem. Vindicatur tamen pro poſſe à Bivario, unde ab ipſo plura, & docta pete: de quo etiam, deque ejus operibus Baronii verum, ſolidumq; judiciũ perquire, cui ſubſcripſit Bellarminus de ſcript. Eccl.

40 OLDERICUS, ſive Uldericus, vel Aldericus, nobilis Gallus, Luitprandi ſucceſſor, circa XL.
annum Domini 980. hujus Eccleſiæ Epiſcopus reperitur. Extat in tabulario ejuſdem Eccleſiæ Othonis III. Imperatoris documentum, in quo ad preces Ulderici Epiſcopi Cremonenſis, nec non Petri Papienſis Epiſcopi Imperialis Archicancellarii, dictæ Eccleſiæ Cremonen. confirmantur omnes res, proprietates, de quibus uſque ad tempus ejus Imperii ipſa inveſtita fuerat, nominatim de diviſione caſtri, quod vocatur Radoldiſi dictæ Eccleſiæ alias donati per Auſelmum canonicum ejuſdem Eccleſiæ, cum exterioribus territoriis, & pertinentiis ejuſdem, de ſylva quoque, quæ nominabatur Bonella, & de omnibus illis locis, quæ Carolus, Ludovicus, & Berengarius Imperatores imperiali dono dictæ Eccleſiæ largiti ſunt, nec non de aliis omnibus locis, caſtellis, cortibus, maſſaritiis, campis, vineis, pratis, ſylvis, aquis, portibus, piſcationibus, illos ſcilicet, quo ſupradicti Imperatores dicto Epiſcopatui conceſſerunt, à loco Vulpanoli uſque ad flumen Adduæ, cum molendinis, piſcariis, vadis, mercatis, diſtrictis, ripariis, teloneis, & omnibus aliis rebus, de quibus ſupra, & quæ dici, & numerari poſſunt. Datum juxta civitatem Tarenti 17. Kal Aprilis anno Domini 982. Imp 9. In eodem codice pergameno pag. 25. aliud extat documentum ejuſdem Othonis, in quo ſub definitione Imperiali, ac tuitionis præcepto ſuſcipitur idem Uldericus Epiſcopus Cremonenſis cum omnibus ſuis rebus, & familiis, ac hæreditate, ſcilicet poſſeſſione, quæ illi per ſucceſſionem ex parte parentum ſuorum contigerat, de curte caſtri Lebrii, Altævillæ, Viſedmale, & Murenghæ, ſeu Torricellæ, ſeu de domibus dictæ hæreditatis Papiæ conſtitutis, cum caſtris, & omnibus rebus, ac familiis Datum Alteſt. 12. Kal. Junii anno Imperii 9. Otho item III. Imperator Romæ poſitus omnia privilegia Cremonenſi Eccleſiæ olim indulta rata habuit anno 996. Tria extant in tabulario, ſeu citato codice Cremonenſi, Othonis documenta ibidem pag. 76. Eccleſiæ Cremonenſi intuitu Ulderici noſtri conceſſa eodem anno, quorum unum hic in exemplum adducere ſufficiet.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis. Otho divina juvante omnipotentia Roman. Imper. Aug.

Quoniam Imperatorum, & Regum conſuetudo viget, Chriſto propitiante, diruta ſolidare, & ad ſtatum bonæ ordinationis erigere, atque ſanctarum Dei Eccleſiarum negotiis illius amore, qui pro omnibus paſſus eſt, ſummo ſtudio defenſionem impendere, idcirco notum ſit omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtriſque præſentibus, atque futuris, Oldericum ſanctæ Cremonenſis Eccleſiæ venerabilem Epiſcopum, noſtrumque per omnia fideliſſimum omni genere precum noſtram humiliter adiiſſe clementiam, eo quia à pravis hominibus multa pateretur adverſa, qui Eccleſiæ ſuæ terram poteſtative invaſeraat, ac illam deveſtierant; atque ſeu obtentu, ſeu occaſione commendationis, atque facticii

Clericos illius, ac laicos ſuo regimine juſte, & legaliter deditos, temerario auſu contra divina, & ſæcularia inſtituta præcipientes, & retinentes, atque Cremonenſes naves ſub aliqua occaſione per Padum aſcendentes, & deſcendentes, injuſte deprędantes eandem Eccleſiam coarctando, ac deprædando, multis calamitatibus opprimebant. Et ob hoc non ſolum Eccleſiaſticæ diſciplinæ doluerat detrimentum, ſed nec publicæ legis quiverat adimplere decretum. Nos autem dignis his petitionibus aures noſtræ pietatis accomodantes, quia noſtri eſt miniſterii, eccleſiæ à Domino nobis commiſſę in omnibus ſubvenire periculis, & cunctis illam defendere, & ſalvare ingeniis, dignum duximus, rectiſſimumque eſſe ſentimus, ut qui ſæcularibus armis remotis contra opprimentes, ſe ſimili non poteſt militiæ debellare, defenſionis noſtræ ſolatio ſuſtentetur, quatenus ſervitia Dei, quibus continuè debemus inſiſtere, liberius valeat exercere. Hujus itaque rationis cauſa, præfatum Oldericum epiſcopum cum omni ſua epiſcopatus integritate, cum Clero videlicet, & populo ſibi commiſſo, tam in prædicta civitate, quam in ejus adjacentiis, ſeu locis, & villis, & Caſtellis aliqua ratione ad illam reſpicientibus, ſive ubicumque ſub ejus regimine habitante, ſub Imperialis noſtræ tuitionis, ac defenſionis muniburbio, atque precepto fidelitatem, quam erga bon. mem. avum, patremque noſtrum Othones æquivocos Imperatores auguſtos, noſque exhibuit, intuentes, divino inſuper, cui ipſe nihil proponit amore ſuccenſi, omnino recipimus, ea velut ratione, ut nullus Dux, Marchio, Comes, vicecomes, ſculdatio, decanus, noſter, noſtrorumque militum miles, ſeu cujuſcumque ordinis perſona, cortem, aut villam, ſive locum quemquam, vel terram, unde epiſcopatus Cremonenſis tempore quo avus, & pater noſter eum illi commiſerunt, inveſtituram tenuerat, invadere, & devaſtare audeat, ſive prælibati Olderici epiſcopi Clericum quemquam, aut laicum, qui ſub ſui, ut diximus, diſtrictionie regimine habitant ſub obtentu, ſive occaſione commendationis, atque facticii temere ſuſcipere, aut tenere contra illum, ſive Cremonenſes naves euntes, & redeuntes, alicujus ingenii violentia capere, deprædare, aut tenere præſumat, à nobis enim ſunt rationabiliter defendendi, qui ſtatum, ut decet, perſiſtere optamus eccleſiæ, non ab iis, qui ſolo illius interitu derelinquentium fautores, atque defenſores videntur exiſtere. Si quis vero, quod futurum eſſe non credimus, hujus noſtræ præceptionis, ac imperialis tuitionis, Mundiburdii, ac præcepti temerarius violator exstiterit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum, medietatem cameræ noſtræ, & prænominato Olderico epiſcopo medietatem. Quod ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur, hoc noſtræ celſitudinis mundiburdium manu propria ut infra videtur roborantes, & confirmantes, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum Dom.  *Ottonis Sereniſs. Imp. Aug.*

Heribertus Cancellarius ad vicem Petri Cumani Epiſcopi, & Archicancellarii recognovi.

Datum 6. Kalend. Junii anno Dom. incarn. 996. indict. 9. anno vero D. Otthonis regnantis 13. Imperii autem ejus 1. Actum Romæ feliciter. Amen.

Poſtremum diploma Othonis ad petitionem Ulderici eccleſiæ Cremonenſi conceſſum ibidem habetur pag. 28. datum Aquiſgrani 5. id. Maii an. 1000. Imp. 5. in quo eccleſiæ Cremonenſi confirmatur, & corroboratur Curtiſſima (Crotta nuncupata) quæ indebitè ab eccleſia ipſa erepta, & olim à Paganorum perſecutione deſtructa, & funditus deleta fuerat, tunc vero renovari incœperat, etiam cum omnibus ejus pertinentiis, ac juribus. Poſtremam diem obiit Uldericus anno 1003. Hic optimus Præſul de ſuo munificentiſſime conſtruxit monaſterium S. Laurentii extra Cremonæ muros, conſtructoque, atque ampliſſimis redditibus aucto primum Abbatem Guizonem ſub Benedictina temperatione attribuit. Anno 990. corpora SS. Hymerii, Gregoriique presbyteri, ac martyris Spoleto Cremonam allata, ubi retulerunt palmam martyrii, intulit in Cathedralem.

41 LANDULFUS Henrici Imperatoris Conſiliarius, & Capellanus, in gratiam ejuſdem Imperatoris, hanc eandem obtinuit ſedem anno 1003. XLI.
confirmationemque omnium privilegiorum, quæcumque unquam aliis Cremonenſibus Præſulibus præteriti Cæſares indulſiſſent anno 1004 8. Kalend. Octobris. Aliud privilegium obtinuit ab eodem Henrico Imperatore, datum Paleode anno Domini 1007. Regni 6. in quo ſub Regii mundiburdii defenſione recipitur Landulphus cum omnibus ſuis Clericis, ac famulis. Contra Abbatem S. Laurentii anno 1009. ab eodem Henrico ſequens retulit præceptum, cujus exemplar in citato Tabulario pag. 33. habetur.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Henricus divina favente miſericordia Francorum, & Longobardorum Rex. Si ſacrarum Dei Eccleſiarum miſeriis, & oppreſſionibus ſtuduerimus ſubvenire, & noſtrę majeſtatis ſublevamen laboraverimus impendere, proculdubio Regni noſtri ſtatum ſtabiliri, & æternę remunerationis præmium nobis rependi non ambigimus. Quapropter notum ſit omnibus noſtris fidelibus, tam præſentibus, quam futuris, quod vir venerabilis Landulphus S. Cremonenſis Eccleſiæ Epiſcopus, & per omnia noſter fideliſſimus modeſtiæ noſtræ retulit, quod quædam Abbatia ſuo Epiſcopatui ſubditam, & in honore S. Laurentii dedicata, & juxta civitatem ſuam ſita, à quodam Abbate Lamperto nomine diminueretur in beneficium dando, & malas inſcriptiones faciendo, & hac occaſione victualia fratrum ſubtrahebantur, & ſic orationes, & eleemoſynę quæ pro anima illius, qui eam conſtruxit, & pro animabus omnium Chriſtianorum fieri debebant diminui videbantur. Cujus rei cauſa, dolore cordis tacti intrinſecus, quid inde fieret cogitare cœpimus. Divina namque gratia inſpirante, & dilectiſſimæ conjugis noſtræ Chunicundę conſilio ſaluberrimo interveniente, noſtrę regalis auctoritatis pręceptum, quod inviolabile perpetualiter teneatur, fieri percepimus, ea videlicet ratione, ut tam preſens Abbas, quam futuri nullam poteſtatem deinceps habeant de rebus ad prędictam Abbatiam pertinentibus diminuere neque in beneficium dando, nec commutationes, ſeu precarias, atque libellarias faciendo ſine licentia preſentis Epiſcopi, & ſucceſſorum ejus, qui pro tempore fuerint. Si quis vero Abbas contra hanc noſtram auctoritatem, & pręceptionem deinceps facere preſumpſerit ſcripta, & inveſtitura quę fecerit irrita, & vacua, & ſine robore permaneant, & Abbas proprio honore, & dignitate privetur, & illi, qui inveſtituram aut aliquid ſcriptum ſuſcipere preſumpſerint, ſciant ſe compoſituros auri optimi libras centum, medietatem Camerę noſtrę, & medietatem Abbatię, cui damnum, & diminutionem inferre tentavit. Quod ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur, manu propria roborantes ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum . . . Domini Henrici Glorioſiſſimi & invictiſſimi Regis.

Egilbertus Cancellarius ad vicem Vvilibiſi Epiſcopi, & Archicancellarii recognovi.

Datum 7. Id. Octob. anno ab Incarnatione Domini 1009. anno vero Henrici I. Regis 7.

Actum Maideburgh feliciter. Amen.

Cæterum Landulphus tanta animi elatione geſſit Pontificatum, ut cum primum Monachos S. Laurentii interturbaſset, Populūq; Cremonenſem dela-


de graviſſime offendiſſet, exciſo Epiſcopali Palatio, quod ſibi ſuperbiſſime comparaverat, ab eodem in exilium exſibilatus eſt an. 1032. Cumque profugus, ac vagus in manus Conradi Imperatoris incidiſſet, intolerabilis ſuperbiæ ſuæ luit pœnas, ab ipſo diutino carcere maceratus; animi inde moderationem didicit, ſic ab Imperatore venia impetrata, ad Eccleſiam ſuam reverſus, adeo deinceps moderate ſe geſſit, ut ab eodem Conrado Imperatore privilegiorum omnium confirmationem anno 1030 obtinuerit, & excedens è vivis eodem anno, publicas meruerit lachrymas. Poſt ſuum reditum, prope civitatem S. Victuri martyri templum excitavit, tituloque Prioratus inſignivit.

XLII. 42 UBALDUS electus circa an. 1031. cum populo Cremonenſi diuturniores lites exercuit de juriſdictione, cuiuſque ad Imperatorem Conradum provocaſſet, ut jus Patronatus quinque millium territorii circa Cremonam ſibi adiudicaretur, cauſam prolixe obtinuit, cum hoc ſubjecto diplomate, in quo conceditur etiam, ut Ubaldus Epiſcopus tam ipſe, quam ſucceſſores poſſint proprietario jure habere & detinere, ac poſſidere omnia bona conjuratorum contra Eccleſiam Cremonenſem, & Romanum Imperium.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Conradus divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Si Sanctarum Dei Eccleſiarum, earumque Paſtorum miſeriis, & infortuniis compati, & aliqua munera per quæ ſublimari debeant, eis impertire ſtuduerimus, Imperii noſtri ſtatum roborari, & in provectum ampliari, & inſuper præmium nobis æternæ vitæ impendi minime ambigimus. In veritate namque comperimus, quod Cremonenſes cives contra Sanctam Cremonenſem Eccleſiam eorum Spiritualem Matrem, & Dominam, ac contra Landulfum bonæ memoriæ ejuſdem ſedis Epiſcopum eorum ſpiritualem patrem, & dominum ita conſpiraſſent, & conjuraſſent, ut eum cum gravi ignominia, ac dedecore de civitate ejeciſſent, & bonis ſuis expoliaſſent, & terram unam caſtro cum duplici muro, & turibus ſeptem circumdatam funditus eraſiſſent, & famulos, qui intererant, ut mortem evadere poſſent, cum quibuſdam fidelibus canonicis venales feciſſent, & omnia quæ habebant, eis tuliſſent, eorum domos optimas deſtraxiſſent, & civitatem veterem à fundamentis obruiſſent, & aliam majorem contra noſtri honoris ſtatum ædificaſſent, ut nobis reſiſterent, cum non ſolum divinæ, ſed & mundanæ leges ita conjurantes, & conſpirantes diſponant, quatenus non tantum exterioribus bonis, ſed etiam ipſa vita eos privari jubeant, quia verò in ipſa conjuratione manentes eamq; obſtinato animo obſervantes. Hubaldum prædictæ Sanctæ Cremonenſis Eccleſiæ Epiſcopum ita inſequuntur, ut et diſtrictum ſuum tollant, & fictum de molendinis, ac de navibus cenſum ſolitum, & penſiones de domibus, quas ſine ejus inveſtitura minime perſolvant, & terras Eccleſiæ . . . . & eorum parentes in placito refutaverant, & per aliquas inſcriptiones ipſi, aut eorum parentes dederant invaſam, & ſuper miniſteriales ſuos, ut eos occidant, & ſuper ipſam ſeniorem ſuum, & monachos, & clericos ſuos de manibus tollendo aſſaltum faciant, & ſilvas radicitas evellant, & nullam poteſtatem extra portam ſuæ domus eum habere conſentiant noſtra Imperialis majeſtas ſufferre recuſat. Quapropter omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus præſentibus ſcilicet, ac futuris notum eſſe volumus, quod ad eorum comprimendam contumaciam, & tanti mali conſuetudinem extirpandam, & ad miſeriam Eccleſiæ miſericorditer ſublevandam omnia prædia civium Cremonenſium liberorum, conjuratorum, & conſpirantium, quæ habere videntur tam in civitate, ſeu in ipſius civitatis ſuburbio, quam in circuitu prætaxatæ civitatis per quinque miliariorum ſpatia prælibatæ Sanctæ Cremonenſis Eccleſiæ per hujus noſtri præcepti paginam proprietario jure habenda, & detinenda concedimus, & in jus, ac dominium prænominatæ Eccleſiæ noſtra Imperiali auctoritate transfundimus, ea videlicet ratione, ut tam præfatus Hubaldus Epiſcopus, quam ſucceſſores ſui de conjuratorum omnium prædiis quicquid eis recte viſum fuerit ad utilitatem Eccleſiæ perpetualiter faciant. Inſuper & Imperiali cenſura jubemus, ut nullus Dux, marchio, comes, vicecomes, ſculdatio, ſeu magna, parvaque Regni perſona de conjuratorum omnium prædiis Sanctam Cremonenſem, atque Hubaldum ipſius ſedis Antiſtitem ejuſque ſucceſſores diſveſtire, aut inquietare alio ingenio, aut occaſione præſumat. Si quis vero quod futurum eſſe minime credimus, hujus noſtri præcepti temerarius violator extiterit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras quingentas, medietatem cameræ noſtræ, & medietatem Eccleſiæ, ejuſque Rectori, cui injuria illata fuerit. Quod ut verius credatur, diligentiusque ab omnibus obſervetur, hujus noſtri præcepti paginam fieri decrevimus, & manu propria roborantes, ſigilli noſtri impreſſione inferius inſigniri juſſimus.

Signum Domini Chuonradi ſereniſſimi Imp. Auguſti.



Ego Raimundus Notarius hujus exempli exemplar vidi.

Ego Girardus Notar. hujus exempli exemplar vidi, & legi, & ſententia non mutata fideliter exemplavi.

Henricus vero III. ad favorem Ubaldi noſtri ſequentem ſcripſit Epiſtolam populo Cremonenſi, in eaque confirmat, atque concedit Eccleſiæ Cremonenſi diſtrictum ejuſdem civitatis per quinque milliaria, necnon aquam, ac ripam Padi cum omni teloneo, ſeu ripatura, atque ripatico à Vulpariolo uſque ad caput Abduæ, omniaque, ut in privilegiis prædeceſſorum Impp. & Regum habetur.

Henricus divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Cuncto populo Cremonenſi ſalutem, & gratiam. Omnibus vobis, cæteriſque noſtris fidelibus notum fieri volumus quoniam Ubaldus ejuſdem urbis Epiſcopus noſtram humiliter poſtulavit clementiam, quatenus diſtrictum ſuæ civitatis intra, & extra per quinque milliariorum ſpatia, ac omnia parti publicæ quondam pertinentia, quæ per anteceſſorum noſtrorum præcepta, ſeu alia ſcripta ſuæ Eccleſiæ ſunt conceſſa, de quibus ſe multas perturbationes, & damna pati conqueritur, noſtra Imperiali auctoritate pacifice, ac omni remota inquietudine valeat detinere, cujus petitionem fore juſtam cognoſcentes, atque illius ſupplicationibus acclinati, quod rogavit denegare nolumus. Quapropter prædictam diſtrictum, & aquam, & Ripam Padi cum omni teloneo, ſeu curatura, atque ripatico, à Vulpariolo, uſque ad caput Abduæ, cunctaſque piſcationes, cum molendinorum moltura, & navium debito curſu & omnes redditudines, & redhibitiones, & forum, ſeu cæteras conſuetudines, & vias publicas, & cæteras quæ in præceptis, & notitiis anteceſſorum noſtrorum, maxime bonæ memoriæ genitoris noſtri præcepto continetur, & quæcunque ſibi juſte inibi pertinere videntur, omnium hominum contradictione, ac moleſtatione remota, eundem Epiſcopum tenere volumus, ac præcipimus. Si quis vero hoc parvipendens non obſervaverit, noſtram Imperialem majeſtatem ſe offendere ſine dubio cognoſcat, &c.

Ad Henrico vero IV. in gratiam Agnetis matris omnium privilegiorum confirmationem obtinuit, quæcumque aliquando Cremonenſi Eccleſiæ indulſiſſent Berengarius, Rodulphus, Henricus, Conraduſque, atque Othones an. 1058. die 17. Kalendas Julii. Documentum eſt hujuſmodi.

In nomine ſanctæ, & Individuæ Trinitatis.

Henricus Divina favente clementia Quartus Rex.

Si ſancta, ac venerabilia loca tueri, ac ſublimare ſtuduerimus, proculdubio Regnum noſtrum ſtabiliri, æternæque beatitudinis præmium promereri credimus. Quocirca omnium ſanctæ Dei eccleſiæ fidelium, noſtrorumque præſentium ſcilicet, & futurorum noverit univerſitas Hubaldum venerabilem ſanctæ Cremonenſis eccleſiæ antiſtitem petitione genitricis noſtræ Imperatricis Agnetis celſitudinis noſtræ clementiam obnixe, humiliterque poſtulaſſe, quatenus pro Dei timore, noſtrique Regni ſalute ea omnia quæ epiſcopatus Cremonenſis per vetus tempus tenuit, vel quæ idem memoratus epiſcopus adquirendo ſuperaddidit, forum novum videlicet, & Joviſaltam, & Aquam nigram, tam ea quę ibi tenebat, quam ea omnia, quæ adquiſivit, ſeu Barianum, Fontanellam, Gabianum, Vidoleſcum, Sevolaſcum, Publicam, Monterionem, Azanello, Caſale Maurani, Monodanum, Rivoltellam, atque Maleum, Botelianum, quę omnia ipſe adquiſivit noſtrę auctoritatis prę cepto eidem ſanctæ Cremonenſi eccleſiæ ſtabiliremus. Cujus dignis petitionibus annuentes, prout juſte, & legaliter poſſumus, hæc omnia, quæ ſupra memorata ſunt, jamdictæ ſanctæ Cremonenſi eccleſiæ concedimus, atque per hujus noſtræ auctoritatis paginam confirmamus, & corroboramus. Eo videlicet ordine quo ipſe Hubaldus epiſcopus, ſuiſque ſucceſſores per hoc noſtrum præceptum tam noſtris, quam noſtrorum ſucceſſorum temporibus univerſa, quæ ſupradicta ſunt quietè, & pacificè teneant, firmiterque poſſideant, omnium mortalium contrarietate remota. Si quis igitur hujus noſtri præcepti temerarius violator extiterit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum, medietatem cameræ noſtræ, & medietatem eidem Hubaldo venerabili epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus. Et ut noſtræ auctoritatis præceptum firmius habeatur, veriuſque credatur, manu propria roborantes, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum Domini Henrici :... Quarti Regis Invict.

Ubertus Cancellarius Vice Hannonis Archicancellarii recognovi.

Data 17. Kal. Julii Anno Dominicæ Incarnationis 1058. *Ind. 11. Anno D. Henrici 4. Regis ordinationis ejus 4. Regni vero 2. Actum Auguſtæ feliciter.*

Ita autem Ubaldum Henrico ſtuduiſſe fertur, ut in præcipuis numeretur, qui Giberti Antipapæ promoverit partes, depreſſeritque Gregorii VII. veri Pontificis, à quo demum Ubaldus excommunicationis telo transfixus, etiam honore epiſcopatus ſpoliatus eſt anno 1075. Qui paulo poſt S. R. E. contumax, atque rebellis miſerabiliter è vita diſceſſit. Hujus meminit Sigonius de Regno Italiæ, aliique non pauci. Hujuſmodi Henrici, aliorumque Imperatorum privilegia eccleſiæ Cremonenſi in gratiam ejuſdem Ubaldi epiſcopi indulta, Alexander Papa II. anno 1066 ſequenti diplomate confirmavit, quod extat in eodem privilegiorum libro, p. 77. Sic enim ſe habet.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Chariſſimo fratri Hubaldo Cremonenſi epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus. Paſtorali ſollicitudine erga ſalutem Dominicarum ovium, ſeu reparationem bonorum eccleſiarum vigilantibus tanto promptius Apoſtolicæ auctoritatis protectione debemus providere, quanto eos ea quæ Jeſu Chriſti conſtat, quam quæ ſua ſunt quærere. Unde chariſſime Frater, quia religionem tuam eorum magis Pontificam formam, qui laboris ſui diligentia pauperes eccleſias ſibi commiſſas ditare, ſtudes per omnia imitari, quam eos qui delitiis, & ſæcularibus pompis eccleſiaſticas divitias in miſerabilem redigunt paupertatem, juſtæ petitioni tuæ aſſenſum præbemus, & memores inconcuſſæ fidelitatis tuæ erga Apoſtolicam ſedem, ea quæ tuæ eccleſiæ ſunt juſte collata, ſeu in futurum conferenda, quæque in præcepto chariſſimi filii noſtri Regis Henrici continentur ſub tutela ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſuſcipimus, & per hujus noſtri privilegii paginam confirmamus tibi, tuiſque ſucceſſoribus quidquid .... telonei, atque portatici, ſeu ripatici, de Cremonenſi civitate ad publicam functionem pertinuit, quam de ipſis civitatibus comitatus, quam de parte curtis ſenpilæ, nec non ripas, & piſcarias, à Vulpariolo uſque in caput Adduæ, cum molendinis, & cum uniuſcujuſque navis ſolito cenſu, ſicut continetur in præcepto, & novitiis tuis, ſeu cum per ſolutionem omnium navium cauſa navigandi Cremonam adeuntium tam veneticorum, quam cæterorum navium, & cum cuncta omnium negotiorum, quæ fiunt in prædicta ripa. Diſtrictionem vero civitatis infra, & extra per quinque milliariorum ſpatia. Altare quoque ſancti Hymerii, canonicam, portas, multones, equos, tractus, opera, diſtrictus, legationes, hoſtes, munera, fotrum, & cætera, quæ in præfato præcepto continentur. Curtem quoque, quæ Barianum dicitur, Maleum, Crottam, Monodanum, Nualtellam, Monterionem cum caſtris, & villis, eorumque pertinentiis. Caſtrum de Romenengo cum omni ſua integritate, medietatem curtis Botariano infra Caſtrum, & cætera, & partes in curtibus Gabiano, Vidalaſco, Terciolaſco, publica intra, & extra, ſeu Manzanello, Fontanella & quæcumque prudentiæ tuæ ſtudio prænominatæ eccleſiæ juſte adquiſita, vel adquirenda ſunt, præſenti Apoſtolicæ ſanctionis noſtræ pagina corroboramus. Statuentes ſub divini judicii obteſtatione, ut nullus Imperator, Rex, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, neque ulla magna, parvaque perſona, de his omnibus, quæ ſupra leguntur, præſumat aliquo malo ſtudio auferre, ſeu te, tuoſque ſucceſſores inquietare. Quod ſi aliquis temerario auſu contra hujus noſtri privilegii auctoritatem agere præſumpſerit, & poſt notitiam hujus auctoritatis emendare contempſerit, auctoritate Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, omniumque ſanctorum ſciat ſe uſque ad dignam ſatisfactionem excommunicatum, & à Regno Dei alienum. At verò qui cuſtos, & obſervator extiterit, à miſericordiſſimo. Domino omnipotente Domino noſtro Jeſu Chriſto conſequatur æternam vitam.

Datum Laterani 3. Kalend. Novemb. per manus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Subdiaconi, ac Bibliothecarii. Anno 7. Pontif. D. Alexandri Papæ II. Ab incarnatione vero Domini 1066. indict. 5.

43 ARNULPHUS Ubaldum deturbatum de ſede ad eundem dignitatis gradum ſubſecutus eſt, ſimoniaca labe infectus haud melior ſuo anteceſſore anno 1075. dum Lateranenſe concilium agitaretur. Igitur cum Simoniæ convictus, perpetrati ſceleris in publico patrum conſeſſu ſe reum faſſus fuiſſet, non modò epiſcopatus honore exutus eſt, ſed etiam ea conditione excommunicationis tulit ſententiam, ut non prius ea cenſura exolveretur, quam, quibus oportebat feciſſet ſatis: ita refert Baronius lib. 11. ſuorum Annalium. Hujus epiſcopi temporibus, ſatagentibus Guillelmo S. Benedicti Cremonenſis Abbate, Abdonaque S. Laurentii, SS. Petri, & Marcellini ſacra oſſa tranſtulerunt in Eccleſiam S. Thomæ à Benizone epiſcopo Sutrino, legatoque Apoſtolico conſecratam anno 1078. die 12. menſis Maii. Iiſdem etiam temporibus Mathilda Comitiſſa Cremonenſem eccleſiam de Comitatu inſulæ FulKeri, inveſtivit ann. 1098. Documentum ſervatur in tabulario ejuſdem eccleſiæ, pagina 172. hujus tenoris. XLIV

Una dies Sabathi, in Kal. Januarii, præſentia bonorum hominum, quorum nomina ſubter leguntur, per fuſtim quem in ſuis tenebat manibus Comitiſſa Mathilda filia quondam Bonifacii marchionis, infra Caſtrum Platinæ, inveſtivit homines Cremonæ, ſcilicet Gotfredus de Belluſco, & Moricius ſeu Cremoxano Aldoini à parte S. Mariæ Cremonenſis eccleſiæ, ſeu ad communum ipſius Cremonæ civitatis, de toto comitatu Iſolæ FulKeri, omnia, & ex omnibus quantum ad ſupraſcripta Comitiſſam pertinet de ipſo comitatu, in nomine beneficii, tali vero ordine, quod Capitanei ipſius Eccleſiæ debent ſervire ad illam Mathildam Comitiſſam, donec epiſcopus venerit infra ipſum epiſcopatum, ſcilicet

Cre-

Cremonenſis eccleſiæ, quæ cum ſuis capitaneis, ſeu aliorum cæterorum militum bene ſerviat, & ſi capitanei ipſius civitatis ſervire noluerint, cæteri homines ipſius civitatis ſerviant per prænominatum beneficium, & illa eccleſia ſanctæ Mariæ, & iſtum communum ſupradictum comitatum: inc. .'. antea debeat in perpetuum nomine beneficii, ut ſupraſcriptum eſt, ſine contradictione ſupradictæ Comitiſſæ Mathildæ, ſeu ſuorum hæredum, vel ſucceſſorum. Factum eſt hoc anno ab Incarn. Dom. 1098. Ind. 6.



Signum manuum Vvazonis, ſeu Ardenghi, & Athæ, ſeu Arnulphi, & Erminzonis teſtes rog. ibi fuerunt.
Signum D. Matildæ.
Ego Joannes de lege ſacri Palatii Notarius, hujus exempli autenticum vidi &c.

XLIV („ UBERTUS *de Zanebonis primùm Eccleſiæ „ Cremonenſis Archidiaconus, ſubinde Arnulpho „ depoſito, Antiſtes acclamatur. In Regeſto Epiſ„ coporum Cremonenſium non me præterit alios in „ hoc diſſenſiſſe, quos inter Ughellus noſter: ſolum„ modo quidem recenſetur à Breſciano cum atteſta„ tionibus Summi, & Fabagroſſæ: de quorum ſen„ tentia modo ſubdubitare non audeo, cum ſcri„ bat nonnulla Epiſcopii bona intra ſecundum ab „ urbe milliare conceſſiſſe in feudum ejus Nepotibus. „ Mihi utique conſtat aute an. 1235. Epiſcopalis „ menſæ feudatarios fuiſſe Zanebonos. Ari„* ſius.)

XLV. 44 VVALTERUM Arnulphus excepit, anno 1107. die 5. menſis Auguſti. Sub cujus auſpiciis Cremonenſium pietas, ac munificentia novam cathedram Deiparę Virgini conſecrandam exorſa eſt, eamque Imperator Henricus, à Vvaltero exoratus, protegendam ſuſcepit, pluribus Caſtellis, terriſque eidem attributis pro remedio animæ ſuæ, ac Bertæ uxoris ſub datum Veronæ anno 1114. Idem Vvalterus impetravit ab Henrico IV. dicto V. Imperatore, ut eccleſiam Viradæ protegendam ſuſciperet, in cujus rei gratiam hujuſmodi diploma procndi mandavit, quod tametſi in hiſtoria Cremonenſi retulerit Antonius Campius, etiam hic exſcribendum curavimus, quod in eo præter Comitiſſam Mathildam, plures etiam Præſules Inſubres commemorarentur.

Henricus divina favente clementia IV. Roman. Imperator Auguſtus.

Omnibus ſanctæ Dei eccleſiæ, & noſtris fidelibus, tam futuris, quam præſentibus notum fieri volumus, qualiter nos interventu noſtræ dilectæ Conteſtaldis Matildis Reginæ, & epiſcoporum religioſorum Bernardi Parmenſis epiſcopi, Landulfi Aſtenſis epiſcopi, Victoris Bononienſis epiſcopi, Sigefredi Vercellenſis epiſc. Epponis Novarienſis epiſc. nec non venerab. Pontii Cluniacenſis Abbatis, atque Dodonis Monach: fidelis noſtri, & pro remedio animæ noſtrę, noſtrorumque parentum, eccleſiam de Virada in honorem S. Petri conſtructam, ſitam in epiſcopatu Cremonenſi, ſub noſtra tutela, & mandiburdio ſuſcepimus, cum omnibus bonis ſuis adquiſitis, vel adquirendis poſſeſſionibus mobilibus, & immobilibus, & utriuſque ſexus familię, nec non alodiis, & precariis, libellariis, & cum omni utilitate, quæ de his exire, vel provenire ſolent, ea videlicet conditione, ut nullus dehinc Archiepiſcopus, Epiſcopus, Marchio, Comes, Vicecomes, Gaſtaldio, ſcultator. abbas, ſeu aliqua magna, vel parva perſona prædictam eccleſiam, vel fratres inibi Deo famulantes, de ſupraſcriptis bonis audeat inquietare, moleſtare, vel diſveſtire. Si quis vero, quod abſit, aliquo temerario auſu contra hoc ire tentaverit, auri optimi libras centum componat, medietatem cameræ noſtræ, & medietatem ſupradictæ eccleſiæ, vel fratribus ibidem Deo militantibus. Quod ut verius credatur ab omnibus inviolatum, & inconvulſum permaneat, hanc chartam inde ſcriptam, & manu propria corroboratã, impreſſione noſtri ſigilli inſigniri juſſimus.
Bucardus Cancellarius, & epiſcopus Monaſterienſis recognovi 4. Kalend. Junii indict. 9. anno Dominicæ Incarnationis 1116 regnante Henrico Quarto Rege Rom. an. 11. Imp. vero illius 6. Actum eſt Fontanæ in Chriſto feliciter. Amen.

45 UGO de Noceto *a* ad eandem dignitatem aſſumptus: qui anno 1117. à Jordano Archiepiſcopo exauctoratus fuit, ut ſcribit Landulſus. XLVI

a De quo Bordon us in Theſ. Eccl. Parmen. p. 199 Mandas

46 OBERTUS, (1) ſeu Ubertus, Ugoni ſuffectus eſt ann. 1117. ad eandem dignitatem vocatus ab eodem Jordano Mediolanenſi Archiepiſcopo, de quo ſic veriſſimè Landulphus de S. Paulo cap. 46. Hiſtoriæ ſuæ poſtremo. XLVII.

(*At* (inquit) *Innocentius Papa, Cremonenſes ab excommunicatione Robaldi Archiepiſcopi ſolvit. Verumtamen Mediolanenſis exercitus Cremonenſibus, nec eorum epiſcopo pepercit; quia poſt abſolutionem, juvenalem caſtellum eorum, & alia apprehendit, atque epiſcopum eorum loricatum, & hortantem ſuos ad pugnam proficientem homicidium, de ipſo caſtello pertraxit; & plures menſes in cuſtodia tenuit; donec Herlembaldus de Breſorto, cuſtos illius cuſtodię, contaminatus veneno, prout dicitur, ſubito in mortem corruit. Et in ipſa nocte, qua ipſe cuſtos ſubito occidit, epiſcopus de ipſa domo, qua claudebatur, effugit: & liberatus Papiam, deinde Cremonam pervenit. Hic fortaſſis epiſcopus iſte reminiſcitur amaritudinis, qua potatus fuit Mediolani in die ſuæ ordinationis. Sed prout quibuſdam placet, non bene. Quia ſi Jordanus Archiepiſcopus, ejuſque eccleſia amovit Ugonem de Noceto, nobilem virum, & Parmenſis eccleſiæ quaſi Archidiaconum, ab epiſcopatu Cremonenſi, in quo Cremonenſes per ſuam electionem, & Henricus Rex eorum per inveſtituram ſuæ laudationis, & confirmationis ipſum poſuerant, & ſuſceperant per plures annos reverenter, & diu intus, & foris tenuerant; quid mirum, ſi populus Mediolanenſis compulit iſtum Ubertum, egregium virum, jurare fidelitatem eccleſię Mediolanenſi, & Archiepiſcopo Jordano, quando ipſum Ubertum epiſcopum conſecravit. Quod ſi forte quis dixerit: Amotio Ugonis fuit juſta, ſed compulſio Uberti fuit iniqua: nec dicat, cujus mortalis auctoritate principaliter eſt regenda Cremona, ejuſque eccleſia; ſi non dixerit, utrumque fuit malum, & iniquum. Surgat igitur Deus exercituum, qui Mediolanum, & Cremonam corrigat; quemadmodum in hac mea copia continente probos, & pravos legitur, jure gubernet, & protegat. Deo gratias. Amen.* Et hactenus quidem Hiſtoria Landulfi.

Huic Oberto Calliſtus II. conceſſit jus conſecrationis Abbatis S. Petri hoc diplomate, quod extat in eodem libro privileg. pag. 80.

Calliſtus epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Venerabili fratri Oberto Cremonenſi epiſcopo ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Et tuam, & eccleſiæ tuæ, atque civitatis fidelitatem, ac devotionem frater chariſſime cognoſcentes, conſueta Sedis Apoſtolicæ benignitate ſpecialiter vos decrevimus honorare. Quamobrem dilectionis tuæ petitionibus annuentes, Abbatis monaſterii ſancti Petri, quod in civitate tua ſitum eſt conſecrationem tibi, & ſucceſſoribus tuis ex Apoſtolicę Sedis liberalitate con-

(1) Hunc diris ſacris involutum fuiſſe ab Alexandro III. per ſuum Legatum Joannem Cardinalem de Comitibus ea ſane de cauſa, quod Friderico nimium favens contra Pontificem pro ſchiſmaticis ſteterit, reperio apud Auctarios Ciaconii tom. 1. col. 1068. Litem vero exortam inter Monaſterium S. Julia Brixien. & hunc Obertum Eugenius III. definivit die 5. Junii 1153. quatuor villas à juriſdictione Cremonen. Epiſcopi exemptas declarando pro Monaſterio prædicto. Vide Bullar. Caſin. tom. 2. Conſtit. 175.

concedimus. Salvo nimirum in omnibus jure, cenſu & reverentia ſanctæ Romanæ, cui Deo auctore deſervimus, Eccleſiæ. Tua igitur intereſt frater chariſſime ita in conceſſione hac Romanæ Eccleſiæ benignitatem cognoſcere, ut apud eam in poſterum majora etiam poſſis per Dei gratiam obtinere. Si quis autem hujus conceſſionis noſtræ paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit, honoris & officii ſui periculum patiatur, aut excommunicationis ultione plectatur.


Datam apud Roncum veterem 9. Kalend. Maii.

Ad preces Oberti noſtri Lotharius II. Imperator Eccleſiæ Cremonenſi ſequens dedit privilegium, quod habetur in tabulario ejuſdem Eccleſiæ pag. 47. in quo ſub tutela Imperiali, defenſione, ac Mundiburdio ſuſcipiuntur omnes Eccleſiæ, & loca Epiſcopatus Cremonenſis: en diploma.

In nomine ſanctæ, & Individuæ Trinitatis. Lotharius divina favente clementia ſecundus Romanorum Imperator Auguſtus.

Ad noſtram pervenit notitiam, quod felicis memoriæ anteceſſor noſter Imperator Henricus intuitu pietatis Eccleſiam de Vvirada in honore S. Petri conſecratam, & in epiſcopatu Cremonenſi fundatam, cum omnibus ſuis bonis adquiſitis, & adquirendis, ſeu . . . cum perſonis in ſua tutela, & Mundiburdio ſuccepit. Unde nos privilegium quod ad munimen ejuſdem Eccleſiæ, & perſonarum, at bonorum et ab eodem Imperatore præſtitum eſt confirmantes, notum omnibus ſacroſanctæ Eccleſiæ, & noſtris fidelibus eſſe volumus, quod nos quoque ad honorem ſummi Dei, pro remedio animæ noſtræ, ac parentum noſtrorum, & interventu Oberti Cremonenſis Epiſcopi fidelis noſtri eamdem Eccleſiam de Vvirada, & plebem S. Petri de Dalmona, plebem de Grunone, plebem de Littera Joannis, plebem S. Maurielí de Caſanova, plebem ſancti Jacobi cum capellis ad prædictas plebes pertinentibus, & alias omnes Eccleſias, quæ ſunt ſub regimine, & poteſtate Cremonenſis Epiſcopi, & res earum mobiles, & immobiles, ſeſeque moventes, corporales, & incorporales, & omnia jura, & poſſeſſiones, & tenutas earum allodia, transfictalicias, emphyteoticarias, præcarias, libellarias, fictalicias, & tam ea quæ nunc habent, aut poſſident, quam ea, quæ ipſæ pro tempore habituræ, & poſſeſſuræ ſunt, ſub tutela, & defenſione, ac mundiburdio noſtro ſuſcepimus. Præterea presbyteros, clericos & converſos, & familiares ipſarum, qui, & quæ nunc ibidem ſerviunt, aut pro tempore ſervituri, & ſervituræ erunt, Item perſonas omnes, quæ nunc ſuper poſſeſſiones earumdem Eccleſiarum, vel tenutas, unam, aut plures, ut inquilini, aut incolæ habitant, vel pro tempore habituræ ſunt. Denique Domino Deo noſtro, & ejus Eccleſias honor à nobis inceſſanter exhibendus eſt, per quem ſumus honore ditati, ſine quo noſtrum non poteſt ſubſiſtere Imperium. Jubemus itaque, ut nullus deinceps Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Gaſtaldio, aut Sculdaſius, ſeu alicujus poteſtatis, vel conditionis major, minorve perſona præfatas Eccleſias, & præſignatas perſonas inquietare, vel moleſtare, vel præfatas res diminuere, vel Eccleſias de his diſveſtire audeat, aut ſub obtentu arimanniæ, vel fodri, vel diſtricti, vel arbergariæ, angariæ contra eas aliquid moliri, ſeu attentare præſumat. Sunt autem cum omnibus ſupra memoratis perſonis, & rebus ſemper liberæ, & ab omni omnino laicali conditione, & gravamine immunes, & abſolutæ. Nam id quod in præfatis perſonis, & rebus ad jus Imperii pertinet, totum pro æterna remuneratione eiſdem Eccleſiis concedimus, damus, & confirmamus, nec ad ullius examen, niſi ad noſtrum, vel ſucceſſorum noſtrorum cum in Regno Longobardiæ fuerimus, aut prædictarum Eccleſiarum, vel proprii Epiſcopi aliquæ prædictarum perſonarum vocentur aut protrahantur. Si autem ex parte Comitum noſtrorum, videlicet, Guazonis, & Alberici, & hæredum eorum, vel alicujus alterius aliquid apparet, vel apparuerit, quod huic noſtro præcepto, atque præſenti ſanctioni, & conſtitutioni obviare videatur hoc ut ſit ineſſicax, & inutile, & ut nullam firmitatem, vel vim habeat, firmiter edicimus. Inſuper ut ea omnia, quæ ſupra comprehenſa ſunt, vigorem legis obtineant, & ut firma, & illibata in perpetuum cuſtodiantur, noſtra Imperiali auctoritate decernimus. Si quis vero temerario auſu contra hanc noſtram conſtitutionem ire quandoque tentaverit, centum libras auri componat, medietatem cameræ noſtræ, & aliam medietatem præfatis Eccleſiis, vel fratribus ibidem militantibus. Quod ut verius credatur, & ab omnibus diligentius cuſtodiatur, præſentem chartulam inde conſcriptam ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.

Signum domini Lotharii Secundi Romanorum Imperatoris invictiſſimi.



Ego Ekkardus vice Brunonis Archicancellarii recognovi.

Anno 1141. Præſulatus ſui ferme 24. Ubertus corpus S. Hymerii ferrea arca incluſit, intulitque in novam Cathedralem. Altare S. Joannis Baptiſtæ à ſe contructum conſecravit, ibidem legitur hæc inſcriptio.

Altare vero in eadem Capella conſecravit
D. Obertus Cremonenſis Epiſcopus, v. Kal.
Aug. anno Pontificatus ſui fere XXIV. Incarnat. vero Dominicæ MCXLI.

In libro privilegiorum hujus Eccleſiæ pag. 81. extat Lucii privilegium Uberro, ſucceſſoribuſque ejuſdem conceſſum, id vero eſt hujuſmodi.

Lucius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Venerabili fratri Oberto Cremonenſi Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum. Sicut injuſta poſcentibus nullus eſt tribuendus effectus, ſic legitima deſiderantium non eſt differenda petitio. Quocirca dilecte in Chriſto frater Oberte Epiſcope tuis poſtulationibus clementius annuentes, ad perpetuam ſanctæ Cremonenſis Eccleſiæ firmitatem, poſſeſſiones, & bona omnia quæ in præſentiarum Eccleſia eadem juſte poſſidet, ſive in futurum, Domino largiente, juſte, atque canonice acquiſierit, Apoſtolica auctoritate firmamus. Inter quæ omnia hæc prima viſa ſunt nobis exprimenda. Quicquid ſcilicet curaia teloneí, atque ripatici, & portatici de Cremonenſi civitate ad publicam ſanctionem pertinuerit, tam de ipſius civitatis comitatu, quam de parte curtis Senpilas, nec non ripas, & piſcarias à Vulpariolo, uſque in caput Aduæ, cum molendinis, & cum uniuſcujuſque navis ſolito cenſu, ſicut continetur in præcepto, & in tuis notitiis, ſeu cum per ſolutionem omnium navium cauſa mercandi Cremonam adeuntium, tam Venetorum, quam cæterorum navium, & cum curata omnium negotiorum, quæ fiunt in prædicta ripa. Diſtrictionem civitatis infra, & extra per quinque milliariorum ſpatia. Altare quoque S. Hymerii, canonicam, & deſt. . . . . quas Canonici ſoliti ſunt ſuſcipere de manu Epiſcopi per beneficium, equos, tractus, operas, diſtrictus, legationes, oſtes, itinera, forum, & cætera quæ in præfato præcepto continentur, & de Abbate, & monaſterio ſancti Laurentii, ſicut juſte continetur in privilegiis tuis, & in præceptis Imperatorum. Eccleſias inſuper ſancti Salvatoris, & S. Martini de Morengo, & S. Andreæ de Brugnano, & S. Mariæ de Rumano, & Eccleſias de Farinate, de Vailate & S. Stephani de Auſoningo, de Fontanella, de caſtro Sancini, de S. Baſſano, de S. Petro in Curte, de ſancto Joanne in caſtro veteri, de ſancto Michaele in Burgo, de S. Siro, de Quoſtro, de Alſiano, de lacu obſcuro, de Scandolaria, de Clava-

to-
ne, de caſtro Vivariolo, de Viacava, de ſancta Maria, de Commeſſajo, de Dufno, de Corrigia viridi, de Pangoneta, de Ciconturia, de Eccleſia S. Margaritæ, de Citnnova, ſalvo ſtatuto cenſu Monaſterii S. Petri. In Eccleſia S. Pauli de Citanova, jus Epiſcopale, ſicut per fratrem noſtrum Indicum ex mandato prædeceſſoris noſtri bonæ memoriæ Cœleſtini Papæ ſtatutum eſt. Omnes etiam Plebes cum Capellis, & baptiſmales Eccleſias, cum earum pertinentiis, quas in præſenti quiete, & canonice poſſides. De omnibus Eccleſiis, quæ ſunt in tuo Epiſcopatu obedientiam, & Synodalin, & cætera ſecundum debitam conſuetudinem Eccleſiarum Cremonenſis Epiſcopi. Curtem etiam, quæ Barianum dicitur, & Maleum, Crottam, Montodanum, Rivaltellam, Monterionem, Jovisaltam, Fornovum, Sencinum, Platenam, atque Mocianicam, cum caſtris, & villis, eorumque pertinentiis. Caſtrum de Rivigingo cum omni ſua integritate, & partes in curtibus, Gabiano, Vidalaſco, Ternolaſco, publica intus & extra, ſeu etiam in Azanello, Fontanella, & quæcumque prudentiæ tuæ ſtudio prænominatæ Eccleſiæ juſte acquiſita, vel acquirenda ſunt, præſenti Apoſtolicæ ſanctionis noſtræ pagina corroboramus. Inveſtituras quoque feudorum in tuo Epiſcopatu, à Presbyteris, Archipresbyteris, ſeu Abbatibus tuis factas de bonis Eccleſiarum abſque tuo, tuorumque prædeceſſorum conſilio, vel conſenſu irritas eſſe ſancimus, & ne deinceps hujuſmodi inveſtituræ fiant omnimodo prohibemus. Concordiam vero illam, quam inter te, & majoris Eccleſiæ Cremonenſis Canonicos prædeceſſor noſter bonæ memoriæ Papa Calliſtus fecit, & ſcripto ſuo firmavit, ratam manere cenſemus, ut videlicet nullus in majori Eccleſia conſtituatur Canonicus, præter aſſenſum, & voluntatem Epiſcopi, qui ſicut Eccleſiæ caput eſt, ita voluntas ejus, & ratio debet præcedere. Canonici Epiſcopo obedientiam in manu ejus promittant, & teneant. Ad menſam Canonicorum quando cum Canonicus comederit, cum uno Clerico, & uno ſerviente, vel cum duobus Clericis veniat, & tanquam Epiſcopus honoretur. De altario S. Himerii omnem oblationem recipiat, preter edenda, quæ ad pedem altaris offerunt, & ad viſum Canonicorum reſerventur, & præter medietatem ceræ, & incenſi, quæ ibi offeruntur, quæ ad Eccleſiæ ſervitium reſerventur. Archidiaconum, cantorem, & alias perſonas Epiſcopus conſenſu canonicorum conſtituat. Eccleſiam S. Michaelis, & prædia, & poſſeſſiones, quas Epiſcopus per idoneos teſtes proprie ad Epiſcopatum pertinere probaverit, quiete, pacificeque obtineat. Et quia canonici domum, in qua olim habitaverant ad ampliandam Eccleſiam conceſſerunt, domum in qua modo habitant, licet juris Epiſcopi fuerit pro concordia tamen, & charitate deinceps ad communis vitæ uſum, & cohabitationem retineant, & hoſpites quando voluerint in eam recipiant, ſalva nimirum in omnibus auctoritate Sanctæ Romanæ Eccleſiæ. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove comonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena ſiat, & in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem Eccleſię juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Lucius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
† *Ego Conradus Sabinenſis Epiſcopus.*
† *Ego Theodinus S. Ruffinæ Epiſcopus.*
† *Ego Stephanus Preneſtinus Epiſc.*
† *Ego Petrus Albenſis Epiſcopus.*
† *Ego GG. presb. card. tit. S. Calixti.*
† *Ego Gio. presb. card. tit. S. Cæciliæ.*
† *Ego Thomas presb. card. S. Veſtinæ.*
† *Ego Hubald. presb. card. S. Praxedis.*
† *Ego Manfredus presb. card. S. Savinæ.*
† *Ego Otto diac. card. S. Georgii ad velum aureum.*
† *Ego Guido diac. card. SS. Coſmi, & Damiani.*
† *Ego Joannes diac. card. S. Mariæ Novæ.*

Datum Laterani per manus Capellani, & ſcriptoris 16. Kal. Aprilis indict. 7. Incarn. Dom. 1144. Pontificatus vero D. Lucii II. Papæ anno I.

Eidem Oberto Eugenius III. anno 1148. diploma dedit, quo decernit, ut Eccleſiæ Cremonenſes, quæ parochiali jure ad Epiſcopum pertinere noſcuntur, & pars clericorum Eccleſiæ S. Mariæ obedientiam, debitamque reverentiam in ſpiritualibus, & temporalibus præſtet Epiſcopo. Tenor diplomatis talis eſt.

Eugenius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Venerabili fratri Oberto Cremonenſi Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum. Ad hoc ſancti Patres diverſos in Eccleſia Dei eſſe gradus, & ordines voluerunt, ut dum inferiores ſuis ſuperioribus obedientiam, & reverentiam exhiberent, una fieret ex diverſitate connexio, & recte officiorum gereretur adminiſtratio ſingulorum. Hoc nimirum intuitu, venerabilis frater Oberte Epiſcope, tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & ne Cremonenſis Eccleſia ſua defraudetur juſtitia, auctoritate noſtri officii volumus providere. Dum Cremonæ cum Fratribus noſtris eſſemus, querelam in noſtra præſentia edidiſti, quod quædam Cremonenſes Eccleſiæ, quæ tui Epiſcopatus juris exiſtunt, nequaquam debitam tibi reverentiam exhiberent. Quia vero ſingulis Eccleſiis ſuam volumus juſtitiam obſervare, decernimus, ut Cremonenſes Eccleſiæ, quæ parochiali jure ad te pertinere noſcuntur, & pars clericorum Eccleſiæ S. Mariæ, quæ tibi eodem jure debet eſſe ſubjecta, tibi, tuiſque ſucceſſoribus ſubjectæ de cætero, & obedientes exiſtant. & tamquam propriis Paſtoribus, & animarum ſuarum Epiſcopis debitam reverentiam, & honorem exhibeant. Prohibentes ut nullus clericus per laicos in eiſdem recipiatur Eccleſiis, nullus præpoſitus, abſque conſilio, & aſſenſu Cremonenſis Epiſcopi, vel Eccleſiæ, ſi Epiſcopus defuerit, ſtatuatur. Adjicimus quoq; ut Cremonenſis Epiſcopus tamquam proprius Paſtor in præfatis Eccleſiis recipiatur, & honoretur, eique à clericis, & laicis ejuſdem loci debita reverentia, & obſequium tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus deferatur. Si autem Cremonenſis Epiſcopus, vel Eccleſia excommunicationis, aut interdicti ſententiam canonice in aliquem ſuorum parochianorum protulerit, tam ab his, qui ad Placentinum, quam ab his, qui ad Cremonenſem Epiſcopatum pertinent obſervetur. Si quis autem hujus noſtri decreti paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, clericus dignitatis, & officii ſui periculum patiatur, laicus vero Eccleſiaſtica communione privetur.

Ego Eugenius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Datum Cremæ per manus Guidonis S. Romanæ Eccleſiæ Diac. Cardinalis, & Cancellarii nonis Iulii Indict. 11. Incarnat. Dom. anno 1148. Pontificatus vero D. Eugenii III. Papę anno 4.

Anno 1158. Conventui Ronculiæ celebrato ab Friderico Imp. interfuit, & anno 1161. Corpus S. Gregorii presbyteri in Eccleſiam S. Michaelis transferendum curavit. Idem Obertus anno 1164. à Friderico Imperatore ſub Imperiali protectione, ac tutela ſuſcipitur, conceditūrque Cremonenſi Eccleſiæ caſtrum de Maleo cum pertinentiis, omni honore, diſtrictu, & utilitate. Datum Papiæ Non. Aprilis Imperii 9. Extant in eodem Tabulario pag. 49. ejuſdem Friderici conſtitutio, in qua conceditur facultas Epiſcopo Cremonenſi monendi quoſdam homines de Caſtro Fornovo, de Barriano de Mozzanica, de Gabbiano, & de Rivoltella, qui contumaces à locis prædictis receſſerunt, prædictoque Epiſcopo inſervire recuſarunt, necnon quoſdam vaſſallos Epiſcopatus, qui per invaſio-

uem,

nem, bona Eccleſiæ Cremonenſis poſſidentes, nullum omnino ſervitium, nec rationem Epiſcopo exhibere, & reddere volebant, ut redeant ad propria, debitaque obſequia prædicto Epiſcopo præſtent, ſub pœnis &c. Datum Milliariano 16. Kal. Junii. Quinquaginta, & tres circiter annos hanc rexit Eccleſiam Obertus, fatoque functus eſt anno 1169.

XLVIII. 47 S. EMANUEL *a* ex Ordine Ciſtercienſi Monachus, Monaſterii S. Bernardi in Friſia alumnus, eum in Italiam deſcendiſſet, generis claritudine, vitæque innocentia apud pleroſque innotuiſſet, vel invitus, reluctanſque ad ſedem Cremonenſem ſubvectus eſt circa annum Domini 1170. ubi cum pie, ſancteque eam Eccleſiam paucos menſes rexiſſet, tum vivus, tum mortuus pluribus clarus miraculis, vitam finivit die 27. menſis Februarii. De quo vulgo refertur, quod & de S. Gauſtido Epiſcopo, nempe eum quodam tempore miſſam celebraret, oblationes eorum, qui modo mulierculanum intonſam comam gerebant, recipere noluerit. Qui agnita Pontificis auctoritate, & ſanctitate, certatim cultris, & gladiis (forfices enim deerant) ſibi pilos amputarunt, miſeros ſe putantes, ſi propter comas tanti Præſulis benedictione privarentur. Si Tiburtius Torquatum ementiti Chriſtianum probat anno 286. num. 17. apud Baronium, quod in ſui lenocinio moliendo, capitia fimbrias admittat, tonſorem diligat, curioſius fœminas intueatur. Sed ne viri quidem nominandi, quorum otioſum negotium verſatur totum in conſilio de ſingulis pilis ineundo, qui dum comunt, pectunt, lavant, ornant, annus eſt. At quid pro his noſter Antiſtes diceret, ſi clericos intueretur comatulos cincinnatulos in morem laſcivientium meretricularum, non ſine bonorum virorum indignatione collocare, & diſponere? Hujus Epiſcopi, tamquam externi, brevioriſque vitæ hominis, ad publicas Cremonenſis Eccleſiæ tabulas nulla dimanavit memoria. Illius tamen meminit Vido Clarevallenſis in Hiſtor. de Viris Illuſtrib. Ordin. Ciſtercienſis, Joannes Abb. Ciſtercii in Catal. Sanctorum Ord. Ciſtercien. Montalvus lib. 2. cap. 1. Chronic. Ciſterc. Angelus Manriquez Laureæ Evangelicæ lib. 3. Diſcurſu 7. Aubertus Miræus Originum Monaſticarum lib. 3. cap. 15. Philippus Seguinus de Viris Illuſt. Ord. Ciſter. Kal. Sanctorum Ord. Ciſtercien. Divinioni impreſſum, Monologium Ciſtercienſe die 27. menſis Februarii, noſter doctiſſimus Abbas Gaſpar Jongellinus in notitia Abbatiarum Ord. Ciſtercienſis lib. 7. noſque eundem inſeruimus in noſtra Arbore Ciſtercienſi, quæ manuſcripta aſſervatur in celeberrimo Septimiano Cœnobio prope Florentiam.

a De eo Acta SS. Febr. t. 3. in prætermiſſis ad diem 27. pag. 672.

XLIX. 48 UNFREDUS, ſive Offredus de Offredis, nobilis Cremonenſis, vir ſimplex & rectus, ac ſumma pietate præditus Emanueli ſuffectus eſt anno 1170. quem ſubſcriptum inveni 5. Martii in ſententia, quam tulit Odo Card. Legatus ad favorem Abbatis Nonantulani. Statuta edita à Canonicis, & Capitulo hujus Eccleſiæ confirmavit. Concilio Lateranenſi interfuit anno 1179. Memoratur una cum Bono Archidiacono anno 1184. 2. Maii in monum. Nonantulanis. Deceſſit autem 1185.

L. 49 SICARDUS Caſalenus, *b* Cremonenſis civis, vir tum animi, tum corporis virtutibus clarus, ad patriæ Epiſcopatum aſſumptus eſt anno 1185. Anno vero 1187. die 11. menſis Novembris Apoſtolica cura illum cum ſuo Epiſcopatu Gregorius VIII. Pontifex protegendum ſuſcepit; Eccleſiam ſumma cum laude prudentiæ adminiſtravit. Interfuit, cum Homobonus è gente Tucengra vitam mortalem cum immortali mutaſſet die 13. menſ. Novembris anno 1197. Quem vita functum apud S. Ægidium ſepelierunt; ac Innocentius III. Pontifex miraculis clarum, à Sicardo rogatus, retulit in numerum Sanctorum die 3. Menſis Januarii anno 1200. Omnem conatum adhibuit, ut Inſubriæ populi fœde diviſi in partes, certis conventis, & conditionibus inter ſe pacis fœdus percuterent. Anno deinde 1209 copioſo conſcripto milite, cruceque ſignato in Orientem trajecit, Sanctæ Terræ ſub armis laboranti opportunam opem laturus. Cæterum diſcedenti III. Innocentius imperavit, ut diligenter cauſam cognoſceret, quæ de Principatu Antiocheno inter Rupinum Regis Armeniæ nepotem, ac comitem Tripolenſem per id tempus vertebat. In eam rem ad eundem ſcripſit Epiſtolam, quæ extat in Reg. Vatic. epiſt. 123. Si quis autem ejus controverſiæ uberiorem cognitionem deſiderat, conſulat notas ad Epiſtolas Innocentii Franciſci Bouſquet. Sicardus autem honeſtiſſimus laboribus clarus, reverſus in patriam, ſenſus exuit mortalitatis anno Domini 1215. 26. Januarii. De illo Catalogus ille noſter jam toties in teſtimonium productus, hæc addit.

b Hujus opera recenſet Ariſius in Cremona literata tom. 1. p. 87. ubi de eo.

(Sicardus de Caſalaaa nobilis Cremonenſis, & vir prudentiſſimus, ac in ſacris literis verſatiſſimus, mortuo Offredo de Offredis Cremonenſi pariter, & Cremonæ Epiſcopo, ſuffectus eſt in ejus locum anno 1185. Lucio III ſummo Pontifice; anno vero 1187. juſſu Urbani III. ſummi Pontificis, acceſſit ad Concilium Veronæ celebratum, & anno 1200. ædificavit monaſterium Reverendarum Sanctimonialium, nunc S. Mariæ Vallis viridis, olim vero S. Laurentii Joviſaltæ; dicto loco Eccleſiam S. Mariæ loci Bonomercii conſtruxit, & monaſterium S. Abrahæ, ſecus Marbaſchum in loco Coſtæ, quod poſtmodum unitum fuit monaſterio S. Thomæ de Lerno, & conceſſit in feudum perpetuum nobilibus de Summo Cremonenſibus jura ad ejus Epiſcopatum ſpectantia in locis plebis Octovillarum, ſeu Cogoli, Marzalenghi, Summi, Paraſchi, Zibelli, Inſulæ Guidonum, Vico Maris, Saleſatæ, Ardolæ, Carpanetæ, Regazolæ, Fori novi, Romani, Plebis Divi Celſi, Suſpiri, Formigariæ, Curtiglanæ, Soreſinæ, Canſerii, Moſchezani, Straconcoli, S. Joannis in Regona, Caſtegaini Sicci, Gualcarenghi, Caretoli, Ravignini, Maſchalenghi, Velliganæ, Tacenghi, Soncini, Barenghi, Barzanigho, Crucis de Badilinis, & Rochæmontanæ, anno 1197. Corpora SS. Hymerii Epiſcopi, & Archelai martyris in Arca marmorea repoſuit anno 1198. Romam profectus, ab Innocentio III. canonizationem S. Homoboni obtinuit. Ejuſdem Epiſcopi beneficio habemus brachium S. Maximi. Scripſit Chronicorum libros, quos non habemus, (1) & rationale divinorum officiorum, librum Miſſale in ſcriptum, qui adhuc extat. Eccleſiam Cremonenſem ſumma vigilantia, ac pietate rexit annos triginta, namque deceſſit anno 1215. die 26. Januarii Innocentio III. Pont. Max. Imp. Federico II.

LI. 50 HOMOBONUS Medalbertus Cremonenſis defuncto Sicardo ſuffectus eſt anno 1216. Conſecratur ab Honorio III. an. 1217. *Ex vicinia* (inquit Catalogus ille) *S. Homobonus Canonicus Cathedralis Eccleſiæ, cum operam navaret ſcholaſticis diſciplinis Rhegii, Sicarduſque Cremonæ Epiſcopus in extremis laboraret, ita ut de ejus ſalute deſperaretur: capitulum Cremonenſe ad certum terminum in vigilia Pentecoſtes, pro futuri electione Pontificis, eum citari fecerant, ipſoque non veniente ad terminum ei præfixum, lapſo termino, & Epiſcopo viam univerſæ carnis ingreſſo, antequam corpus ſepulturæ traderetur, major pars capituli elegerunt Archipreſbyterum ipſius Eccleſiæ, minor vero pars Archidiaconum, quam etiam elegit Homobonus cum adventaſſet, verum utraque electione caſſata, priori, quia corpus ipſius Epiſcopi nondum ſepulturæ traditum fuerat, poſterior vero, quia non caſſata priori fuerat celebrata, in locum demortui Sicardi ſuffectus eſt, anno 1215. Innocentio Tertio ſummo Pontifice. Inter cætera, quæ hic memoratu digna fecit, eodem anno, quo creatus fuit Epiſcopus, interfuit Concilio Lateranenſi: confirmavit ſtatuta edita à canonicis, & capitulo Eccleſiæ Cremonenſis, monaſteriumque Monialium nunc S. Mariæ Vallis Viridis olim S. Laurentii Joviſaltæ, conſtructum à Sicardo ejus prædeceſſore in dicto loco Joviſaltæ, dotavit; & conceſſa*

c De hoc Homobono extant in corpore Juris literæ Innocentii III. ad Epiſc. Parmen. de Electione. c. 36.

(1) Sicardi, ſeu potius Sighardi Chronicon MS. extat in Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi, à creatione mundi ad annum Chriſti 1212. deductum in eo ad an. 1215. Sicardi obitus conſignatur, & quidem menſe Junio, non Januario, ut ſupra Ughellus. Ex quo quidem patet illud Sicardi Chronicon ab alio ad dictum annum 1215. fuiſſe ſuppletum.

ei à Sicardo confirmavit. Sub hoc Pontifice D. Dominicus Cremonam venit ad viſendum S. Franciſcum tunc Cremonæ commorantem, & Monaſterium ædificantem, ubi etiam ſua benedictione aquas putei cujuſdam antea amaras reddidit dulces. Sub hoc etiam Pontifice fuit à quibuſdam ſicariis externis martyrio affectus Geroldus, extra tamen urbem. Sub hoc eodem Pont. ædificatum fuit monaſterium S. Guilielmi à B. Rolando, & B. Moneta Cremonenſibus, Diſcipulis S. Dominici, extra, & prope mœnia civitatis, cenit que Eccleſiam Cremonenſem annos triginta tres ſub eodem Innocentio III. Honorio III. Gregorio IX. Cæleſtino IV. & Innocentio IV. ſummis Pontificibus. Obiit enim an. 1248. die 10. menſis Octobris, ſub hoc Pontifice Maximo, Imp. Federico.

Hic Metropolitano Mediolanenſi diuturniori intentata lite ſe ſubducere conatus eſt, ſic ut ob contumaciam, ab Henrico Settara Archiepiſcopo ſententiam retulerit excommunicationis. Inde admonitus, quæ nulli momento innixa litigioſe attulerat, ejuravit, rediitque ad ſui Metropolitani imperium, de qua re audi, ſi placet Gregorii IX. ad ipſum datam epiſtolam, quæ extat in Regeſt. nu. 29. ſol. 79. ann 2. qui fuit ſalutis 1228.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Venerabili fratri Epiſcopo Cremonenſi, &c. Cum olim duxerimus ſtatuendum, ut tu, & ſucceſſores tui ac Eccleſia Cremonenſis venerabili fratri noſtro Mediolanenſi Archiepiſcopo, & ſucceſſoribus ſuis, ac Mediolanen. Eccleſiæ illam obedientiam, & reverentiam exhiberetis de cætero quam eidem exhibent alii ejuſdem Eccleſiæ ſuffraganei, & exhibere ſunt ſoliti, ab antiquo, & nos de fratrum noſtrorum conſilio, nuper decreverimus ſtatutum hujuſmodi executioni eſſe mandandum, fraternitatem tuam monemus per Apoſtolica tibi ſcripta mandantes, quatenus prædicto Archiepiſcopo reverentiam, & obedientiam ſicut ipſius ſuffraganeus ſtudeas exhibere.

Datum Peruſii 3. Id. Julii Pontif. noſtri anno 2.

Cumque triginta tres annos, ut diximus, Cremonenſem adminiſtraſſet Eccleſiam, exceſſit è vivis, ſepultuſque eſt in Cathedrali. Poſt cujus exceſſum, exæſtuans comitium electores deduxit in partes; pars enim Joannem Bonum *a* Archidiaconum evexit ad ſedem, pars in Bernerium contulit ſuffragia: ſed diſcordantibus Pontificium intervenit arbitrium, ſuitque cenſura, ut prioris electio tanquam vitio facta abrogaretur, poſteriori electioni firmandæ Gregorius de Monte Longo Legatus, Pontificis juſſu, omni ope adeſſet, ut ad Innocentii IV. votum tandem ſuccederet, ut poſtea evenit.

a De hoc vide Ariſium in Cremona liter. tom. 3 p. 114.

LII. 51 BERNERIUS de Summa, *b* nobiliſſimus Cremonenſis, fraterque Otholini inclyti, ac potentiſſimi civis, ex Cathedralis canonico, annuente Innocentio, patriam Epiſcopalem ſedem eſt aſſecutus anno 1249 de cujus electione hanc ſubſequentem epiſtolam ad Legatum ſuum Innocentius ſcripſit, quam ex Antonio Campio nos hauſiſſe fatemur.

b De hoc pariter Ariſius l. c. cit. p. 119.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Dilecto filio Gregorio de Monte longo electo Tripolitano, Apoſtolicæ ſedis Legato, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Etſi nonnumquam opera ſtudioſa ſint abilibet adhibenda, quod illi præficiantur, vacantibus Eccleſiis, in paſtores, quorum ſolertia grex Dominicus ad animarum ſalutem in fide conſervanda Catholica, & Eccleſiaſtica libertate tuenda principaliter foveant, in tempore tamen hoc ipſo, quod inſtat, ſuper his tanto validioribus eſt præſidiis inſiſtendum, quanto ipſius malitia temporis requirit illud magis ſolito, peccatis exigentibus opportunum. Sane tua, tanquam ſuper hoc expertæ diutius, diſcretio, non ignorat, qualiter ad præmiſſa potiſſimum inter cæteros locum habeant ſtatus, atque conditio vacantis Eccleſiæ Cremonenſis, cui præfici talem convenit in paſtorem, quem tantum onus deceat, & honorem, & Romanæ non dubitet Eccleſiæ beneplacitis inhærere. Cum ita que ad proviſionem eidem faciendam Eccleſiæ de

A *Bernerio ipſius Canonico, germano nobilis viri Otholini de Summo, ex parte dilectorum filiorum Amadini de Amaſio, & aliorum intus Cremonam commorantium, & extra ſuorum concivium cohærentium parti, ſedis Apoſtolicæ devotorum ſupplici ſit nobis inſinuatione ſuggeſtum, & expoſitum ab eiſdem, quod cum præfatus Otholinus grandem in ipſa civitate obtineat poteſtatem, ibidem in ipſius parte non modica quæ Città nova vulgariter dicitur, gerens officium Poteſtatis, præſentium tibi auctoritate committimus, quatenus qui per loci vicinitatem, & rerum experientiam, quam diutius habuiſti, plenius ſuper his circumſtantias veri, & ad hunc ſcire poteris univerſus ſi ordinationem hujuſmodi de præfato Canonico celebrandam germanum ipſius, & alios de parte ipſorum manifeſtis indiciis ad negotium prædictum perſpexeris profuturam, tam præfati Foranei, quam ſequaces eorum intus civitatem morantes eandem, poſtulaverint id inſtanter, ſuper hoc providens, & diſponas quicquid ipſe videris negotio*

B *expedire. Non obſtante de ipſius Eccleſiæ Archidiacono ibi dicitur electio attentata, quam cum de jure celebrari negaiverit, nullius denuncies eſſe momenti, contradictores ſi qui fuerint, vel rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo.*

Datum Lugduni 4. Kal. Auguſti, Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Bernerius Cremonenſem Pontificatum tamdiu pacifice rexit, quamdiu fratris potentia ſtetit: ſed cum deinde Marchio Pallavicinus invaluiſſet, ſibique ex vario fortunæ luſu Cremonenſium deſumpſiſſet tyrannidem, Bernerium cum tota gente, fortunis omnibus, cenſuque Epiſcopali exutum compulit in exilium. Qui ſæpius mutando exilia, eo devenit inopiæ, ut poſtremo exulatus ſui, ærumnoſæque vitæ anno, coactus fuerit ad tolerandam vitam pro centum marchis argenteis bona Epiſcopatus obligare. Eam ſibi facultatem fieri petiit ab Alexandro IV. Pontifice, ut patet, ex ſe-

C quenti bulla, allata à Campio.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerab. fratri Epiſcopo Cremonenſi ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cum ſicut ex parte tua fuit propoſitum coram nobis, pro devotione quam erga nos, & Apoſtolicam ſedem geris, per Marchionem Pallavicinum inimicum Dei, & Eccleſiæ, una cum cenſu priveris, & familiaribus tuis ejectis per eundem perfidum de civitate Cremonæ exulare extra ſedem propriam fueris coactus, & ſpoliatus ab ipſo bonis Epiſcopalibus, non habeas alias unde ſuſtentari. Nos tuis ſupplicationibus inclinati, contrahendi mutuum ſuper hoc uſque ad ſummam centum marcharum argenti, & te & ſucceſſores tuos, ac Epiſcopatus tui bona, dictumque Epiſcopium propterea creditoribus obligandi, nec non & renunciandi conſtitutioni de duabus diætis, editæ in Concilio generali, & beneficio reſtitutionis in integrum, ac etiam conventioni judicum ſi creditoribus ipſorum nomine A-

D *poſtolicas litteras cujuſcumque tenoris in poſterum impetrari contigerit, plenam auctoritate præſentium concedimus facultatem; ita tamen quod tu, ac ſucceſſores tui creditoribus ipſis hujuſmodi pecuniam ſolvere teneamini, nec non & damna, & expenſas, & intereſſe, ſi in termino à te ſtatuendo pecuniam non ſolveris memoratam, & creditoribus prætextu alicujus conſtitutionis canonicæ, vel civilis, aut cujuſcumque privilegii, vel indulgentiæ pecuniam ipſam in utilitatem ipſius Epiſcopatus verſam fore probandi neceſſitas non incumbat.*

Dat. &c. Idib. Febrarii Pontificatus noſtri ann. 3.

Obiit Bernerius ante annum 1260. cum rexiſſet hanc Eccleſiam annis 11.

52 CACCIACOMES de Summo, Cremonenſis alii volunt fuiſſe è Cacciacomite de Salvianis familia Senenſem, *c* Bernerio ſuffectus eſt circa annum 1261. male Rubeus in Catalogo anno 1271. nam ad favorem fratrum S. Auguſtini an. 1261. Ar- LIII.

c Vide Ugurgerium in pompis Senen. par. 1. p. 153.

chi-

chipresbytero Cremonenſi ſequentem ſcripſit epiſtolam.

Anno Dominicæ Incarnationis 1261. Indict. IV. die 12. intrante Februario Cremonæ &c. Cacciacomes Dei gratia Epiſcopus Cremonenſis, Archipresbytero Cremonenſi ſalutem in Domino. Dilecti noſtri Prior, & fratres de conventu Cremonæ Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, qui de noſtra licentia, & beneplacito ad honorem Dei, ac civium utilitatem de novo intendunt ſuum locum mutare, ſupplicarunt nobis, quod vobis auctoritate noſtra plenius committentes mandaremus, quod in dicto loco ſuum primarium lapidem poneretis. Quocirca diſcretioni veſtræ per hæc ſcripta mandamus, quatenus quandocumque dicti Prior, & fratres voluerint in loco, quem de novo ædificare intendunt in contrata S. Jacobi in Brayda per noſtram licentiam, & auctoritatem, primarium lapidem ponere debeatis; illam indulgentiam populo facientes, quam ſi eſſemus præſentes facere poſſemus. Datum Viterbii 4. Nonas Decembris Pontificatus D. Urbani IV. anno 1. Dictus Archipresbyter, nomine Joannes Bellus, ibi quampluribus ſacerdotibus, fratribus, & aliis eccleſiaſticis convocatis, & adunatis in dicto loco, ubi dicti fratres ſuam intendebant Eccleſiam ædificare, & jam incœpta cum debita reverentia, & forma, & proceſſione lapidem primarium ſe gratum in dicta Eccleſia ſita in dicto loco in contrata S. Jacobi in Brayda poſuit, ſine aliorum contradictione, omnes proceſſiones, ſolemnitates, indulgentias, & omnia alia faciendo, quæ ad conſecrandam dictam Eccleſiam, & locum fuerunt neceſſaria.

Sub hoc Cacciacomite (inquit Catalogus ille) Turris Cremonenſis altior effecta eſt, & Eccleſia Cathedralis ampliata fuit. Sub hoc etiam Pontifice beatus Fatius ceſſit è vita anno 1272. relicto hærede univerſali omnium ſuorum bonorum Hoſpitali S. Spiritus, & ejus corpus ſepultum fuit in Eccleſia majori. In favorem Cacciacomitis Gregorius X. ad rempublicam Senenſem ſcripſit epiſtolam an. 1275. ut eidem, ac familiæ ſuæ Salvanæ, oppidum Serræ ditionis Senenſis reſtituere non prætermitteret, quod ſtatim ad votum Pontificis factum fuiſſe refert Jugurta Thomaſius lib. 2. hiſt. Senenſis. Is etiam turbulentiſſimis temporibus à civilibus diſcordiis eſus eſt, cum 27. annos præfuiſſet. Fato functus eſt anno 1288. 15. Julii. Legi recentiorem quemdam Autorem, qui hunc Cacciacomitem nobilis gentis Cacciacomitum narrat fuiſſe alumnum, cui tamen fidem haudquaquam præſtandam exiſtimavi, quod ut levem ſuam conjecturam aſtrueret, proprium nomen pro cognomine obtrudit legentibus, cum tamen Cacciacomes iſte appelletur abſque cognomine in ſcriptionibus, publiciſque illius Eccleſiæ tabulis.

LIV. 53 PONTIUS Ponzonus, civis Cremonenſis, eundem dignitatis gradum aſſecutus eſt anno 1288. ſeptemque tantum annorum Pontifex fuit; *ſub quo* (inquit Rubeus in Catalogo) *Fratres ordinis S. Dominici ex Monaſterio S. Guillelmi ad Eccleſias S. Martini & S. Agnetis eis conceſſas ab eodem Pontifice transferantur, ubi deinde Eccleſiam, & monaſterium ſub titulo S. Dominici conſtruxerant. Eccleſiam Cremonenſem adminiſtravit Pontius annos ſeptem, defunctus eſt enim anno* 1295. Poſt hunc Pontium, refert idem Bonitium de Nannis, ſeu de Naldis Cremonenſem, patriæ adlectum fuiſſe Epiſcopum anno 1290. deceſſiſſe autem anno 1297. Ipſe idem Rubeus in Catalogo, Cavitellus, & Campius in Cremonenſi hiſtoria narrant hunc Bonum Bonitium à Nicolao IV. Pontifice fuiſſe creatum Cardinalem anno 1290. Noſque in noſtris ad Ciaconium notis idem pro vero retulimus; ſed cum poſtea rem diligentius expendiſſemus, comperimus, hoc illos omnino dixiſſe gratis, noſtræque properantiæ in ſcribendo impoſuiſſe. Quamobrem tum è numero Cardinalium, tum vero Cremonenſium epiſcoporum diſpungendus eſt, utpote qui nunquam talibus fulſerit dignitatibus.

54 RAYNERIUS de Caſulis, Canonicus Volaterranus, ac Bonifacii VIII. Capellanus, in demortui Pontii locum ab eodem Pontifice electus eſt epiſcopus Cremonenſis 4. Kal. Maji Pontif. 2. Chriſti vero 1296. conſecratus in curia à Matthæo epiſcopo Card. Portuenſi, ita habetur in Regeſto Vaticano epiſtola 181. fol. 39. anno 2. Hunc Rubeus in Catalogo, cæterique Cremonenſes ſcriptores *a*, Raynerium de Rubeis Parmenſem vocant, & fictitio Bonitio Cardinali ſucceſſiſſe, ac deceſſiſſe anno 1297. referunt; at Vaticanum teſtimonium, ut vidimus, Raynerium de Caſulis natione Tuſcum, patria Volaterranum, ad hanc ſedem evectum ann. 1296. habet. Interfuit Raynerius Mediolani dum Henricus VII. Imper. ab Archiepiſcopo Caſſono Mediolanenſi coronatus eſt anno 1311. die 6 Januarii. Protulit ætatem Raynerius uſque ad annum 1317. eoque Præſule Carmelitani in Civitate fuerunt introducti, eiſque conceſſit eccleſiam S. Bartholomæi. Poſt Raynerium gratis nonnulli affingunt Gerardum quendam de Madiis Brixienſem electum Cremonenſem epiſcopum anno 1308. voluntque Brixia tranſtuliſſe Cremonam S. Arealdi Martyris reliquias, eaſdemque intuliſſe in eccleſiam in honorem ejuſdem ſancti exædificatam, in ſanctorum viculo, ut vocant 1. die ineuntis Septembris, qua die feſtum ejuſdem ſancti celebratur Cremonæ. Cæterum in Regeſtis Vaticanis nulla de Gerardo habetur memoria; Memoratur quidem ibidem magna illa diſſenſio orta inter Canonicos Cremonenſes, dum comitia haberentur poſt exceſſum Raynerii; pars enim una in Ægidiolum de Boſeriis *b*, altera in Ægidium de Madalbertis concanonicos contulit vota, poſtulavitque paſtores. Ad Apoſtolicam ſedem uterque appellavit & poſt diuturnam partium exagitationem, tandem Ægidiolo cedente, Madalbertus à Jo. XXII. patriæ epiſcopus declaratus eſt an. 1318.

55 ÆGIDIUM itaque de Madalbertis *c*, Cremonenſis Eccleſiæ Canonicum, & cantorem Joannes XXII. evexit ad ſedem ann. 1318. die 15. Kal. Aug. ut in Reg. Vat. Novem omnino annis præfuit, variiſque exagitatus curis epiſcopatui ceſſit. Contendit Ludovicus Cavitellus, hunc Ægidium eccleſiaſtica purpura exornatum fato ceſſiſſe. Sed toto cœlo aberrat, cum nec in libris S. Collegii ſub Joan. XXII. in quibus Cardinales, quos aliquando creavit, exactiſſime recenſentur, nec apud eruditiſſimum Contilorum in Elencho nuſquam Ægidius reperiatur purpuratus, ſed Cremonenſis epiſcopus tantùm.

56 FR. UGOLINUS de S. Marco Parmenſis, omnium ſcientiarum genere ornatus ex Ord. Prædicatorum, Ægidio ſuffectus eſt anno 1327. 12. Kal. Aprilis, ita in Reg. Vatic. contra quem Nicolaus V. Antipapa Piſis quendam Bandinum elegit Cremonenſem epiſcopum 8. Id. Junii anno primo ſuæ intruſionis. Ugolinus vero, ut erat infracti animi vir, Bandinum fugavit, & * duos ſuper viginti annos Cremonenſem adminiſtravit eccleſiam cum laude ſumma prudentiæ; & ſenio feſſus, epiſcopatu ſe abdicavit anno 1349. Ad Clauſtrum reverſus, è vita diſceſſit poſt annum 1350. ſepultuſque eſt ad lævam eccleſiæ S. Dominici, ubi hæc pauca in marmore leguntur verba.

Fr. Ugolinus de S. Marco de Parma Ord.
Præd. Epiſcop. Cremonenſis Ob. M. CCC. L.

57 UGOLINUS de Ardengheriis, patria Parmenſis, Canonicus Linconienſis in Anglia, Ugolino cedente, Cremonenſis epiſcopus à Clemente VI. eligitur anno 1350. 10. Kal. Novemb. ex Reg. Vatic. ep. 204. fol. 70. p. p. lib. p. ann. 8. Hunc Catalogus ille Rubei confundit cum ſuperiore Ugolino de S. Marco. Vitam liquit iſte de Ardengheriis epiſcopus anno 1362.

58 PETRUS Cappellus, nobilis Venetus; eandem cathedram conſcendit ann. 1362. Vitam mortalem cum immortali commutavit ann. 1381.

59 MARCUS de Porris, Mediolanenſis, Cremo-

LV. LVI. LVII. LVIII LIX. LX.

a Vide Bonon. In Theatro Vat. en. Eccleſiæ p. 101. Mandoſ.

b De Boſeriis, quo Arifius in Cremona lit. 1. p. 48.

c De eo Ariſius In Cremon. liter. t. 1. p. 152.

* Ex App. tom. 4.

nenſis dignitatis grado nobilitatus eſt ann. 1381. translatuſque deinde eſt ad Eccleſiam Cenetenſem anno 1386.

LXI. 60 GEORGIUS de Tortis, ' Derthonenſis, epiſcopus Cenetenſis, ab Urbano VI. ad hanc ſedem tranſlatus eſt an. 1386. primo Decemb. Anno vero 1389. ad Vicentinam iterum tranſlatus, antequam in eam rem Pontificia diplomata referre potuerit, defunctus eſt. Memoratur in lib. Proviſ. Prælat.



LXII. 61 FR. FRANCISCUS de Lantis Piſanus, Ord. Minorum nobilis alumnus, paolo ante epiſcopus Lunenſis, ad eccleſiam Brixienſem tranſlatus eſt anno 1390. 9. Kal. Febr. cum eodem die Thomas Brixiæ Præſul ad hanc Cremonenſem tranſiiſſet. Cumque deinceps Thomas Cremonenſem cum Brixienſi iterum commutaſſet, Franciſcus Lantes Cremoneoſem ſedem obtinoit; qui aono 1397. die 24. Maji Franciſco Gonzagæ Mantuæ Imperiali Vicario jus decimandi aliquot loca Cremonenſis juriſdictionis conceſſit, quod jus perpetuum tam ad ipſum, quam ad ſuos hæredes voloit pertinere ex Apoſtolico Booifacii IX. beneplacito. Admioiſtravit ille hanc Eccleſiam uſque ad annum 1401. indeque tranſlatus fuit ad Bergomarem, obi ſedit oſque ad annum 1403. iterumque Bergomate relicta, Cremoneoſem vacuam ſedem adeptus eſt, obi vitam finivit anno 1405. hæc ex lib. Proviſ. Prælat. Unde aotem Antonius Beſſa Nigrinus in elogiis Caſtilioneç geotis hauſerit, hunc Franciſeum Mediolanenſem fuiſſe, atque ejoſdem gentis alomnum, & ad ſedem Mediolanenſem perveniſſe, hand ſatis potui hactcous inveſtigare. Nec etiam ſatis video, cur Joſeph Breſſanus Cremonenſis, patriæ rerum peritiſſimus, in ſua corona Illuſt. Cremonenſium virorum, Franciſcum hune, eom alio Franciſco Ragazzio Bergomenſi epiſcopo confundat, eum clare conſtet Franciſcum Lantem Cremonenſem epiſcopum, patria Piſanum, in ea dignitate fato ceſſiſſe. Habeo apud me documenti exemplar ab originali exſcriptum, quod extat in Archivio novi Hoſpitalis Piſarum, per Carolum de Vecchiario Notarium anno 1390. die 15. Aug. firmatum, ubi habetur qood Rev. in Chriſto Pater, & Dominus Franciſcus de Lante olim epiſcopus Lunenſis, jus, quod habebat in aliquibus domibus Piſis poſitis, libere transfert &c. Vivit hodie ex hac nobili vetuſtaque familia Marcellus Card. Lanteç ſacri Collegii decanus, epiſcopus Oſtienſis, cujus vita laus eſt in eccleſia.

LXIII 62 PETRUS Craſſus, Caſtronovenſis, Generalis Magiſter Ordiois Humiliatorum, epiſcopus Cremonenſis eligitur ann. 1401. 4. Kal. Aug. cui eccleſiæ præfuit oſque ad annom 1403. deinde ad Papienſem tranſlatus fuit 5. Kal. Octob. eodemque die Fr. Franciſcus Lantes de Piſis ejus anteceſſor Bergomas tunc epiſcopus, iterum à Bonifacio IX. ad hanc eccleſiam tranſlatus eſt, ubi fato functus eſt anno 1405. ut diximus.

A



63 BARTHOLOMÆUS *a* Franciſci Capræ nobilis Mediolanenſis *b*, *Præpoſitus* eccleſiæ S. Juliaoi Mediolanenſis Diœceſis, ſecretariuſque Innocentii VII. Summi Pontificis, ab eodem ad Cremonenſem Sedem vocatus eſt anno 1405. 16. Kal. Auguſti. Eccleſiam hanc adminiſtravit oſque ad anoum 1412. Deinde cum io ſuſpicionem veniſſet Joanni XXIII. eum ſoviſſe partes Gregorii XII. in Romano Pontificatu moleſtiſſimi æmuli, ab eodem honore Epiſcopatus ſpoliatus eſt, privatuſque egit uſque ad annum 1414. donec cognita ejus integritate, idem ipſe Joannes ad Archiepiſcopalem ſedem Mediolanenſem Bartholomæum evexit. LXIV

a De eo vide Ariſium in Cremona literat. tom. 1. p. 221. *b* Aliis Cremonenſis.

B

64 CONSTANTIUM *b* deiode de Fundulis, nobilem Cremonen. Joaones XXIII. Capræ ſubſtituit anno 1412. 15. Kal. Aprilis. Qoi hanc eccleſiam rexit uſque ad annom 1423. Eoque munere ultro ſe abdicavit ad arbitrium Martini V. Columnæ. Huius epiſcopi temporibus Sigiſmundus Cæſar Cremonenſibus jus fecit generale ſtudiom reſtituendi. Sigiſmundi diploma refert Campius in ſua Cremonen. hiſtor. LXV

c De hoc pariter citatus Ariſius ibid p. 223.

C

65 Fr. VENTURINUS de Marnis, civis Bergomenſis, & Abbas S. Chriſtinæ Mediolanenſis Diœceſis, ex ordine S. Benedicti, ad hanc eandem ſedem ſubvectus eſt à Martino V. Columna 1423. 8. Id. Martii. E vivis ſublatus eſt 1454. die 19. menſis Octobris. Eo ſedente fundata fuere in hac Urbe à Blanca Maria Franciſci Sfortiæ Ducis uxore Monaſteria S. Monicæ, & Corporis Chriſti. LXVI

66 JACOBUS Neapolitanus defuncto Venturino ſucceſſit 1454. deceſſit 1458. LXVII

D



67 BERNARDUS Rubeus, Parmenſis in ſpiritualibus æque, ac temporalibus hanc Cremonenſem eccleſiam ſuſcepit adminiſtrandam die 24. menſis Aprilis anno 1458. Cujus etiam deinde ſedis ſub Pio II. evaſit Antiſtes. Hic (ait Robeus) die 26. menſis Novemb. Urbem ingreſſus eſt, quo die magna fuit contentio inter Zanabonos, & Viſcardos, ac Conſalonerios, quiſque eorum contendens, ad ſe ſpectare eqoum, quo vectus in Urbem ipſam fuerat epiſcopus. Oſſa SS. Babilæ, & Simpliciani ex plebe S Jacobi, ubi olim repoſita fuerant à Comitiſſa, ſeu Regina Mectilda 18. die Octobris anni 1460. LXVIII.

trans-

transferri, & reponi in eccleſiæ majori curavit. Tempore hujus epiſcopi Oſſa SS. Martyrum Marthæ, Marii, Audiſacis, & Abachuc, ac Reliquiæ Ss. Urbani Pontificis, & Quirini Martyrum, tranſlata Cremonam, repoſità fuerunt in marmoreo Sarcophago in eccleſia S. Laurentii, ubi jacet eccleſia S. Sigiſmundi extra muros, vetere demolita, nova erigitur una cum monaſterio opera, & ſumptu Blancæ Mariæ ibi junctæ in matrimonio Franciſco Sforziæ Mediolani Duci anno 1463. in cujus fundamentis epiſcopus tres poſuit ampullas vitreas, in una oleum, io altera vinum merum, in tertia vero aqua erat. Primus vero lapis jactus fuit io fundamenta ab ipſa Blanca die 20. menſis Junii. Bernardus anno 1464. ab eodem Pio tranſlatus fuit ad eccleſiam Novarienſem. Unde adminiſtravit ſumma cum prudentia, parique pietate eccleſiam Cremonen. annos ſex Imp. Feder. III. Auſtriaco.

LXIX. 68 JO: STEPHANUS Buticella, Papienſis, hanc eandem ſedem aſſecutus eſt 1464. Obiit poſtremam diem 1472.

LXX 69 JACOBUS ANTONIUS à Turre *a*, Mediolanenſis, à Sixto IV. ad hunc dignitatis gradum aſſumptus eſt anno 1473. 18. Kal. Februarii. Vitæ finem fecit 1483. De quo Rubeus ait: Ab hoc reformata fuerunt ſtatuta Capituli eccleſiæ Cathedralis, quæ modo ſervantur. Anno 1478. tempore hujus Pootificis, eccleſia S. Rochi extra Urbem, ex voto civium ob Epidemiam, & Monaſterium conſtructum fuit, & datum Fratribus ordiois Servorum Beatæ Mariæ, anno vero 1482. Monaſterium S. Hilarii ædificatum fuit, aſſignatis ejus eccleſiæ Fratribus Jeſuatis ordinis S. Hieronymi. Adminiſtravit eccleſiam Cremonenſem annos decem ſub eodem Siato IV. & Innoceotio VIII. obiit enim anno 1483. & ſepultus fuit in eccleſia Gratiarum Mediolani, iu qua extat ejus ſepulchrum cum hoc epitaphio.

a De eo Ariſius in Cremona liter. tom. 2 p. 308. vide quæ de eo diximus in Parmenſibus hujus operis t. 2. p. 166.

B

Hoc monumentum Jo: Franciſcus de la Torre Comes Palatinus, ac Ducalis Quæſtor, Reverendiſſ. in Chriſto Patri Domino Jacobo Antonio de la Torre Epiſcopo Cremonenſi, Ducali Senatori, patri ac beneſactori optimo, Lezadræ Uxori ſuæ chariſſimæ, ſibi, liberiſque ſuis, ac poſteris P. anno ſalutis MCCCC. LXXXIII.

C



LXXI 70 ASCANIUS MARIA Cardinalis Sfortia *b*, Ducis Franciſci filius, cum eſſet epiſcopus Papienſis ſub Innocentio VIII. hanc eccleſiam ſuſcepit regendam anno 1486. die 28. menſ. Julii. Qui etiam fuit epiſcopus Novarienſis & Papienſis, Abbas S. Ambroſii Majoris Mediolanenſis, pluraque alia opulenta ſacerdotia habuit commendata. Cum utraque fortuna conſtantiſſime colluctatus, deceſſit Romæ 1505. ſepultuſque eſt apud S. Mariam de Populo. De quo vide tom. 1. de epiſcopis Papienſibus. Porro Aſcanius cum ſemper abſens hanc Cremonenſem eccleſiam adminiſtraſſet aliquot habuit ſuffraganeos, inter quos ultimum obtiouit locum, ſed virtute primum, Alexander ex oobili Oldoynorum familia natus *c*, Archiepiſcopus Cæſarienſis, olim

b De eo Ariſius in Crem. lit. t. 1. p. 334. & Ciaconius Oldoini tom. 3. p. 16.


A ſub Aleaaodro VI. Romanæ Rotæ Auditor. Defunctus in patria aono 1514. die 3. Januarii, ſepultus eſt in eccleſia S. Vincentii, hoc ad tumulum proſtat epitaphium.

Paſtor Alexander, genitus de ſtirpe ſuperba
Oldoynorum, conditur hoc tumulo.
Jure peritus erat; Ciceronis ut altera lingua;
Conſilio Anchiſa: Religione Numa.
Doctrinæ ſpeculum: vita moderatus; amator
Virtutum, ſemper officioſus homo.
Mors rapuit: mortalis erat: tamen inclyta virtus
Permanet æterna non abolenda curis.



LXXII. 71 GALEOTTUS Franciottus *d* Roboreus, Lucenſis, Luchinæ filius Julii II. ſororis, ab ipſo adlectus eſt epiſcopus Lucenſis, Diaconus Cardinalis, ſanctæque Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarius; anno vero 1505. hanc Cremonenſem eccleſiam ſuſcepit adminiſtrandam. Patavino etiam epiſcopatu, ac Beneventana dignitate fulſit. Effœtæ jam ætatis deceſſit, mœrentibus cunctis, qui illius rariſſimas animi dotes propius ooverant, anno 1507. die 11. menſis Septembris, Romæque ſepultus eſt in Vaticana eccleſia. De quo ſupra in epiſcopis Lucenſibus.

d De eo Ciaconius Oldoini t. 3. p. 251.



LXXIII. 72 HIERONYMUS Triviſanus, nobilis Venetus, S. Thomæ de Torcello Ord. Ciſtercien. Abbas expreſſe profeſſus, in divinis, humaniſque literis nobiliter eruditus, longe autem clariſſimus ob prudentiam, qua in graviſſimis expediendis negotiis utebatur, adlectus fuit epiſcopus Cremonenſis à Julio II. Summo Pontif. anno 1507. die 2. menſ. Octob. Quam ille eccleſiam partim præſens, partim exul adminiſtravit: etenim cum poſt cladem Abdenſem, Cremonam Venetis Galli victores ademiſſent, Reipublicæ ſuæ fortunam ſecutus, & ipſe Cremona exceſſit, conceſſitque Venetias, ubi fato conceſſit anno 1523. menſ. Februario 24. cujus obitus ita memoratur in veteri martyrologio S. Thomæ Torcellarum. 6. *Kalend. Martii 1523. obiit R. D. Hieronymus Triviſanus, epiſcopus, & inſtaurator iſtius Monaſterii S. Thomæ Ord. Ciſtercienſis.*

De Luca Seringo ſuffraganeo Triviſani Vide Ariſ. Crem. lit. tom. 2. p. 39.

LXXIV. 73 BENEDICTUM deinde Accoltum *e*, origine Aretinum, Patria vero Florentinum, Petri Accolti Cardinalis Nepotem, epiſcopum antea Gaditanum, Clemens VII. ad hanc eandem ſedem

e De eo Ariſius in Cremon. liter. t. 2.

pro-

p. 73. & Ciaconius Oldoini t. 3. col. 472.

provexit ann. 1523. die 28 menſ. Martii. Quam ille eccleſiam cum Ravennate, cui patruus præerat, commutavit anno 1524. die 18. menſ. Auguſti, ac paulo poſt factus Presbyter Cardinalis, ex ceſſione Patrui, Cremonenſem eccleſiam ſuſcepit adminiſtrandam anno 1529. die 1. exordientis Octobris, cui oneri ſuffecit ille uſque ad poſtremam diem, quam obiit Florentiæ anno 1549. Conſule quæ ſupra de eo in Archiepiſcopis Ravennatibus retulimus.

LXXV.

a De eo Ciaconius Oldoini tom 3. col. 295.

74 PETRUS Accoltus *a*, Anconæ Cardinalis vocatus, patruus ſupramemorati Benedicti, Anconitanus epiſcopus, Ravennas vero Archiepiſcopus, quem cum Cremonenſi commutavit ex ceſſione nepotis anno 1524. die 18. menſis Auguſti. Tenuit hanc ſedem uſque ad annum 1529. quam cum aliis opimis ſacerdotiis in nepotem transfudit, deceſſitque Romæ anno 1532. ſepultuſque eſt apud S. Euſebium. Conſule, quæ de eo in lib. 1. ſcripſimus de Epiſcopis Anconitanis. Poſt Petri autem exceſſum, iterum Benedictus Cremonenſem Eccleſiam ſuſcepit regendam uſque ad ann. 1549. in quo ipſo anno deceſſit, ut ſupra diximus.

(„ *Anno 1549. poſt obitum Benedicti Accolti Paulus III. ad inſignem Patriæ Præſulatum Vidam promoviſſet, niſi ad paucos dies Pontifex è vita deceſſiſſet. Conſtat ſane ex Regeſtis Archivi Patriæ, Vidam noſtrum à Cathedralis Capitulo in Epiſcopum Cremonæ fuiſſe electum. Die namque Jovis 14. Novemb. coram Decurionibus congregatis inter alia fuit expoſitum.* Die heſterna præfatum Collegium, ſeu Capitulum, ut opportune provideret de perſona idonea ad dictum Epiſcopatum congregatis legitime ipſis RR. DD. Canonicis cum diligenter excuſſionem feciſſet de omnibus perſonis ipſius civitatis idoneis ad illam dignitatem, & qui reſidere vellet & poſſet præſentialiter in dicto Epiſcopatu, nullum magis idoneum inveniſſe, quam M. R. D. Hieronymum Vidam ejuſdem item Collegii Concanonicum, quippe qui omni virtutum genere, & divini cultus obſervantia egregie præſtat, adeout etiam longe major ei dignitas convenire poſſit, propterea unanimiter omnes ipſum M. R. D. Hieronymum Vidam in Epiſcopum civitatis Cremonæ omni meliori modo elegiſſe, & ſeu poſtulaviſſe &c. *Ariſius. Verum hæc electio in irritum ceſſit.*)




LXXVI.

b De eo Ariſius in Cremon. litt. t. 2. p. 169. ubi Cremonenſem Sfondratum dicit. At vide Ciaconius Oldoini t. 3. col. 700.

c Die 9. Novemb.

75 FRANCISCUS Sfondratus *b* Presb. Card. ad tit. Ss. Nerei, & Achillei, Pauli III. Farneſii anno 1544. ab eodem hanc eandem ſedem obtinuit 1549. *c* Hic nobilitate generis, animique rariſſimis dotibus, atque ante purpuram pluribus legationibus celebris fuit: In filiis autem, quos legitimo thoro ex Anna Vicecomite ante ſacerdotium ſuſtulerat, adeo fortunatus, ut ex iis Nicolaus Sfondratus, & ipſe Cardinalis, Epiſcopuſque Cremonen. ſub nomine Gregorii XIV. ad ſupremum aſcenderit Pontificatum. Cæterum Franciſcus nondum Eccleſiaſticam vitam profeſſus, Mediolanenſibus Ducibus in trepidis, pluribuſque legationibus obeundis maximo uſui fuit, ita ut poſtea ejus probitate, prudentiaque perſpecta, Carolus V. Imperator ſuum Conſiliarium, Mediolanique Senatorem declaraverit. Cum deinde extuliſſet uxorem, Paulus III. Farneſius Franciſcum accerſitum Romam Referendarium Apoſtolicum fecit, Sarnenſem Epiſcopum, tum & Archiepiſcopum Amalphitanum, poſtque Germanicam Legationem Cardinalem, reverſumque à Carolo V. Peruſina legatione ornavit, Epiſcopatu Cremonenſi, Caputaquenſiſque Eccleſiæ adminiſtratione. Non modo autem in expediendis negotiis prudentia valuit, ſed humanioribus etiam litteris exornatus, Helenæ raptum haud ignobilibus carminibus ad jucunditatem, ingeniique laudem deſcripſit. Extant & pluſes ejuſdem Epiſtolæ ad Nauſeam, & alios, in quibus melioris notæ eruditio ſpectatur. Eo demum Franciſci virtutum fama proceſſerat, ut parum abfuerit, quin poſt exceſſum Pauli III. ſupremum evaſerit ad Thronum. Igitur Julio III. ſummo Pontefice renunciato, Franciſcus nihilominus alacer, & lætus Cremonam conceſſit, ubi cum inſtitueret Clerum ad puriores mores, e vivis ſublatus eſt, ſepultuſque eſt in Cathedrali, mœrentibus cunctis, ac præſertim filiis, qui ne omnino apud poſteros paternarum virtutum deperiret memoria, hoc honorarium condidere elogium.

Franciſcus Sfondratus hic quieſcit, Baptiſtæ illius F. qui & Senator, & Conſiliarius Ludovici Sfortiæ valde fuit clarus ob multas nobiles legationes, quas miſſu ipſius obiit ad omnes & Reges, & illuſtres Reſp. hic Comes littoris Larii ad Orientem vergentis, Baroque Aſinæ Vallis ob egregiam fidem, prudentiamque in republica adminiſtranda, & ob admirabilem intelligentiam juris, à Carolo Allobrogum duce Senator creatus eſt; poſteaque à Franciſco II. Inſubrum duce in ordinem Senatorium Mediolani adſcriptus, in ea dignitate à Carolo V. Imperatore, cum in ipſius ditionem civitas rediiſſet, retentus fuit, auctuſque Conſiliarii gradu. Mortuave uxore Anna Vicecomite lectiſſima fœmina, ab eodem ſumma cum poteſtate Senas miſſus eſt, ut eorum Rempublicam diſcordiis venatam conſilio ſuo regeret, à quibus ob egregia ipſius merita, & civitate donatus eſt, Pater Patriæ appellatus. Poſtea Romam à Paulo III. Pont. Max. evocatus, in Germaniam paulo poſt miſſus fuit, ab eodemque in ampliſſimum Cardinalium ordinem cooptatus, ad Carolum V. Imp. magnis de rebus legatus eſt; ornatus demum à ſapientiſſimo acerrimique Judicii ſene omnibus honoribus, quibus ſummi Antiſtitis perſona decorari poteſt mortem obiit anno M. D. L. Cremonæ Patriæ Epiſcopus. Nicolaus, & Paulus eximia pietate præditi filii hoc monumentum PP. Vixit annos LVI. men. IX. & dies VII.



76 FEDERICUS Cæſius *d* Romanus, à Paulo III. Presbyter Cardinalis creatus cum Tudertinus Epiſcopus eſſet, ad Cremonenſem Eccleſiam translatus eſt à Julio III. Pontifice, die 18. menſis Martii

LXXVII

d De eo Mandoſius in Bibl.

1551.

Rom. Geog. p. 24. & Ciaconius Oldoini tom. 3. col. 780.

1551. Quam decem omnino annos adminiſtravit, indeque anno 1560. in ſavorem Nicolai Sfondrati il lam renunciavit. Deceſſit autem Cæſius Epiſcopus Card. Portuenſis, de quo vide, quæ ſupra in primo to. narravimus in Epiſcopis Portuenſibus, ac Tudertinis.



LXX VIII.

a De ep Ariſius in Cremona liter. t. 2. p. 411. & Ciaconius Oldoini tom. 4. col. 78. & 914.

b Die 11. Martii Ex Actis.

77 **NICOLAUS** Sfondratus *a*, filius Franciſci Cardinalis, à Pio IV. adlectus eſt Epiſcopus Cremonenſis ann. 1560. die 15. *b* menſis Februarii; à Gregorio vero XIII. Presb. Card. 1583. ac poſt mortem Urbani VII. breviſſimi Pontificis, Romanam evaſit ad ſedem anno 1590. ſub Gregorii XIV. nomine. Hic ille eſt, qui cæſo matris utero, prodiit ad lucem, tamquam qui major cæteris fœtibus utpote graviſſimo Chriſtiani Orbis Imperio deſtinatus, haud conſueto nixu videretur excludendus. Exculptus litteris eſt Florentiæ, Peruſiæ, atque Patavii, ubi lauream doctoratus accepit, denuuciatuſque eſt Mediolanenſis Senator; inde vitam Eccleſiaſticam profeſſus, ad ſummos, ut modo diximus, pervenit honores. Verum dum hanc Eccleſiam adminiſtraret, Concilio Tridentino interfuit, in quo ejus hortatu ſaluberrimum illud decretum, de tollenda pluralitate Beneficiorum, conditum fuit. In Cathedrali primam Synodum habuit anno 1580. die 10. Aug. qua pronunciavit ſervanda eſſe omnia decreta ipſius Oecumenici Concilii. De quo legendus Campius in Hiſtor. Cremonenſi.



LX XIX.

e De eo Ariſius in Cremona liter. tom. 2. p. 419. & Bentivolus in memoriis. Manuſc.

78 **CÆSAR** Specianus *e*, Cremonenſis, filius Jo. Baptiſtæ Senatoris, conſiliarii, capitaneique Juſtitiæ Franciſci II. Ducis Mediolanenſis, Caroloque V. unice chari, à Gregorio XIII. primum adlectus eſt Epiſcopus Novarienſis, quem poſtea Gregor. XIV. ad ſuam Cremon. tranſtulit Eccleſiam 1591. die 30. menſis Januarii. Ad quem quidem gradum, non niſi prius his exercitus laboribus Cæſar pervenit: ſiquidem cum Eccleſiaſt. vitam excolere inſtituiſſet, à S. Carolo Borromæo primum Canonicus ordinarius Mediolanenſis adlectus eſt, miſſuſque Romam graviſſimorum negotiorum Procurator, ubi cum plures annos in eo munere peregiſſet, prudentia, agendique dexteritate inclaruit. Inde Reſerendarius Apoſtolicus fuit, Secretariuſque Sacræ Congregationis Cardinalium, quem deinde Pius V. cum Card. Alexandrino nepote in Hiſpaniam legavit, retulitque à Gregorio XIII. Novarien. Epiſcopatum, à Sixto vero V. Statariam legationem Hiſpanienſem apud Philippum II. Inde reverſum Greg XIV. ad Cremonen. ut non ſemel dico, tranſtulit Eccleſiam, majora etiam in Cæſarem honorum collaturus inſignia, niſi importuniori fato fuiſſet ſublatus. A Clemente VIII. in Germaniam ad Rodulphum Imperatorem Nuncius miſſus, à quo benigniſſime receptus (inquit Rubeus) quam præclare, nedum prudenter, quamque ex voto Rom. Pontificis, ejuſque Sanctæ Sedis Apoſtolicæ in eo munere ſe geſſerit, illud facile declarat, quod idem Clemens ſummus Pontifex in ipſo munere ad 6. annum uſque hujus opera uti voluit; quam vero ſtrenue, quamque ex charitate, Chriſtianæque religionis zelo, illuſtre argumentum ſint plura, & graviſſima negotia, quæ ibi pro eadem Sancta Sede Apoſtolica confecerit, & inter cætera, quod contra quoſque Principes Hæreticos, præſertim illarum partium, fidem Catholicam, & Eccleſiaſticam juriſdictionem enixe defenderit, atque ut Conciſtorium Eccleſiaſticum ſub utraque ſpecie communicantium, in Regno Bohemiæ, abjuratis erroribus Joannis Hus, ad Sanctiſs. Dominum noſtrum Papam mitteret Procuratorem, & fecerit, qui à Sancta Sede Apoſtolica benigniſſime in gremium Sanctæ Matris Eccleſiæ receptus, opportunam abſolutionem reportavit. Tandem anno 1598. Paſtor optatiſſimus ad Epiſcopatum vocatus ab eodem Clemente VIII. ſummo Pontifice, ex ipſa legatione reverſus, quamplurimis muneribus Eccleſiam ſuam exornavit. Epiſcopatus veteres ſedes ab ipſomet ornatas auxit; novas præterea, quæ tum publico ornamento, tum privatæ Epiſcoporum, & hoſpitum adventantium commoditati deſervirent, à fundamentis multo ære exſtructas edidit. Inſignes quoque ſanctorum Reliquias ſumma cum difficultate perquiſitas, ex Bohemiæ Regno ad nos allatas, Eccleſiæ matrici, in qua ad Altare S. Jo. Baptiſtæ aſſervantur, ſolemni proceſſionis ritu obtulit. Complures Eccleſias, Baſilicam ipſam Cathedralem Divæ Mariæ aſſumptæ conſecravit. Deceſſit igitur Cremonæ anno 1607. die 20. menſ. Aug. ſepultus in Cathedrali, hoc habet epitaphium ad tumulum.

Cæſari Speciano Epiſcopo Cremonæ Parenti optimo, & fundatori Collegium Societatis Jeſu heres poſt ob. xii. Kal. Sept. M. DC. VII.

Ad Altare vero S. Petri in nigro marmore hoc proſtat elogium.

Cæſari Speciano Epiſcopo Cremonæ vigilantiſſimo, nobilitate, doctrina, rebus geſtis clariſſimo, qui à B. Carolo Card. S. Praxedis pro cauſa publica miſſus, cum minor, honores ante meritus eſſet, & adeptus, Epiſcopus Novariæ à Gregorio XIII. Pont. Max. creatus eſt: mox Nuntius ad Philippum II. Hiſpaniarum Regem à Sixto V. legatus tum à Gregorio XIV. ſibi in hoc Epiſcopatu ſuffectus: Nuntium item Clementis VIII. juſſu apud Rodulphum II. Imperatorem egit. Quibus muneribus ſumma fide, prudentia, conſtantiaque perfunctus; cum ſe ſuamque induſtriam Pontificibus Max. ac Principibus; tum Religioſis liberalitatem, virtuteſque omnes omnibus probavit: de utraque Eccleſia benemeritus, Epiſcopiis amplificatis: templis argento, precioſaque ſupellectili exornatis: de Cremonenſi præterea ſacrario fundis donato, Seminario ædificato, novis Religioſorum virorum, ac fæminarum ordinibus in Urbem inductis; qui denique collegium Societati Jeſu in avita domo redempta, aliiſque circumjacentibus collocatum, ut inchoatum templum perficeretur, inſtituit hæredem; & amplioribus dignus, ac proximus honoribus majora meditans in

com-

commune bonum Aanis LXVIII. gravis, deſfetus ab omnibus ceſſit e vita xii. Kal. Sept. M. DC. VII. idem Collegium hæres, grata memoria Parentis optimi benevolentiam & fuadatoris merita proſequens, ad perennitatem poſuit.



LXX X. — a De eo Ciaconius, Oldoini t. 4. col. 314. b Die 5. ex Actis.

79 **PAULUS** Cardinalis Sfondratus *a* Speciano ſucceſſit anno 1607 die 7. *b* menſis Septembris. Hic nepos fuit Gregorii XIV. filius Pauli, ac Sigiſmundæ Eſtenſis, natus anno 1561. ſubque patrui graviſſima diſciplina educatus, adeo nobilis indolis, ut juvenis adhuc, utriuſque juris lauream tulerit, quas animi dotes, iterum probi mores ad miraculnm exornaverant. Quamobrem cum mortalium de ſe conceptam ſemel opinionem haud feſelliſſet, à Patruo jam Pontifice facto promeruit purpuram: in qua publicam rem Chriſtianam, ut ſeni moleſtiores curæ decederent, ſuſcepit adminiſtrandam, modo laudatus, modo tanquam perperam adminiſtrati Imperii Eccleſiaſtici deflagrans invidia. Cœterum cum deceſſiſſet Gregnrius, nſtendit Paulus ad tempus, politicis ſe accommodaſſe negotiis, non tradidiſſe in totum. Quippe acrioribus exſolutis cnris, coluit ex eo pietatem quam qui maxime. Cum enim titulum S. Cæciliæ, qui jam pridem fuerat inſignitus, munificentia prnpe regia reſtauraret, nobilique incruſtatura exoticorum marmorum condecoraret, illius ſanctiſſimæ virginis cum aliis plnrimorum Sanctorum reliquiis corpus invenit, à Paſchali I. ſummo Pnntiſice ibidem anteactis ſeculis collocatum, quod argentea capſa deinde incluſum, Clemens VIII. Pnntiſea in eundem à Paulo exornatum intulit locum. Ejus Inventionis ſeriem erudite recenſuit Antonius Boſins, ubi cum laude meminit Sfondrati pietatis. Sed non modo ſepulchrum Virginis, cryptamque ſubterraneam, in qua conquieſcit, exornavit, ſed ad id annuo, perpetuoque attributo cenſu, ibidem etiam nonaginta lampades argenteas voluit ardere. Reſecit Cœnobium, totumque Cæcilianum Templum picturis condecoratum, diverſorum Sanctorum reliquiis, capſulis argenteis, aureiſque incluſis adauxit. Mnnialium autem cœnobio, ne vetuſtatis vitin collaberetur, nova mnnimenta adjecit, cujus alumnas dilexit ut filias, juvitque opibus, ne obſervantia regularis teperet. A Paulo V. Cremonen. Epiſcopatnm nbtinuit, quem vigili adeo cura adminiſtravit, ut avn, patruoque propius acceſſiſſe videri potuerit. Protulit ætatem uſque ad annum 1618. Tiburi deceſſit in Auguſtiniano cœnobio, cum eſſet Epiſcopus Card. Albanus, cujns corpus ex teſtamentn Romam relatum, ſepultum eſt prope ſepulchrum S. Cæciliæ, cum ſequenti epitaphio à ſe compoſito.

Paulas Tit. S. Cæciliæ S. R. E. Presb. Card. Sfondratus miſerrimus peccator, atque ejaſdem virginis bumillimus ſervus, hic ad ejus pedes bamiliter reqaieſcit: vinit aanos LVII. menſes X dies XXV. Obiit an. M. DC. XVIII. M. Febr. die XIV. Orate Deum pro eo.


Ad ſiniſtram vero Templi prope Sacrarium, eidem perpulchrium erexere ſepulchrum cum ſtatua, ſequentique elogio.

Paulo Sfondrato Card. Epiſc. Alban. Gregorii XIV. Fr. Fil. Bonon. legato, Signaturæ Præfecto, Cremonen. Præſali, pietate in Deum divoſque animarum ſtudio charitate in paaperes plane memorando, quod S. Cæciliæ corpus inſigni ſepulchro laminibus ad ceatum perpetno collucentibus terreſtri prope cælo decoravit, Templum enornatum Sacerdotibas miniſtris, pretioſis vaſis, & reliquiis auctum Hæredem en aſſe reliquit, quodque omnem ejuſmodi reram memoriam vivens repulit, demortuo anno ætatis LVII. Sal. M. DC. XVIII. Odoardus Card. Farneſius, Auguſtinus Pacinellus Senen. Teſtamentarii executores

P P.

Meminit Cardinalis Pauli Victorellus ad Ciaconium in additinnibus; noſque item in additionibus ad eundem, Baron. tom. 9. Annal. Eccl. & alii.

80 **JO: BAPTISTA** Brivius, Mediolanenſis, ad hanc eandem dignitatem aſſumptus eſt, ea ceſſione Cardinalis Sfondrati anno 1618. *e* die 19. menſis Julii, Pauln V. ſedente. Fato ſuo conceſſit 1621. die . . menſis Februarii. — LXX XI. e 1620. Ex Actis.



81 **PETRUS** Campora *d*, Mntinenſis, à Panlo V. Presb. Card. creatus anno 1616. cum eſſet Commendator S. Spiritus in Saxia, à Greg. XV. adlectus fuit Epiſcopus Cremonenſis anno 1621. *e* cujus adminiſtratinnem ubique, & ſemper præſens urſit, tanta pietatis laude, ut illum præſentes ſuſpiciant, poſteri cnlant. Hic ad patres appoſitus eſt an. 1643. pridie Non. Februarii nonagenario major, fama æternum victurus. In Cathedrali Incredibili omnium luctu ſepultus ad cornu Evangelii Altaris S. Petri hoc habet epitaphium, è regione ſepulchri Cæſaris Spaciani anteceſſoris ſui. — LXX XII. d De eo Ciaconius Oldoin. t. 4. col 444. e Die 17. Martii.

Primogenito mortuorum Deo. Hic in regeneratione vivificandns reqaieſcit Petras Cardinalis Camporeus Epiſcopus Cremonenſis: ſydus Pacis Cæſari ſuo tamulo ut aaimo proximo ſpeculam poſteris hæred.

P. P. P.

Ejuſdem vero emeriti Præſulis ſequens elogium, pietatem, reſque præclare geſtas ad vivum referens, legitur hujus tenoris.

R. R. D.

Inſpice quam brevi loculo claaditur ampliſſimum decus alumno felicitatis ſemper maximo Petro Cardiaali Camporeo hic lapis inſcribitur, qui Cæſari Spaciano Apoſtolicæ ſedis Nuatio ad Philipp. II. Hiſp. Regem primum tanc ad Rodulphum Cæſarem arcanoram ſecretarius talem ſe præbuit. Cum ut Ren prudentiſs. ſaæ vocis præconio laadatum ac regia penſione auctam diſceſſerit, Cæſar nobilitatis privilegio, & Aqailæ ſit participatione dignatas. Paulas V. Pont. Max.

ſuæ

ſuæ ſuorumque domui præfecit Sancti Spiritus Commendatarium dixit, ſacra demum purpura decoravit, in cujus locum omnium pene voce ſuffectus, ac ſolium tenens erectior, & ſublimior apparuit, quin non ſedit animi magnitudine, moderatione, ac tranquillitate admirabili, à Gregorio XV. Eccleſiæ Cremonenſi Epiſcopus datus tanquam ſydus pacis illuxit ſine occaſu pervigil poſt vicenariam cuſtodiam mitiſſimus omnium Paſtor, qui virtuti ſuæ fortunam ſuppedaneam fecerunt, ſic ſibi ſi reſpicis ſuppedaneum ſe præbet ne jacentem putares qui nunquam jacuit, ſed quaſi morte devicta triumphum coronatus tulit univerſa parentante Cremona abiit nonagenarius Prid. Non. Feb. ann. MDCXLIII. Patruo optimo ac meritiſſimo poſuerunt hæredes.

Nec hic prætereundum, quod Petro in Cremonen. Eccleſ. ſedente an. 1632. die 15. Octobris Romæ è vivis exceſſit Hieronymus Vidonus Cremonenſis patritius S. R. E. Cardinalis ætatis ſuæ ann. 51. ſepultus in Eccleſia S. Mariæ de Victoria ad Diocletiani Thermas cum cœnotaphio à Petro Vidono nepote Laudæ Pompejæ epiſcopo humaniſſimo, omniumque ſcientiarum genere eximie culto. Purpuratus Princeps ob ejus ſingulares animi dotes æterna memoria dignus, cujus egregias virtutes non tacet lapis in Cremonenſi Eccleſia publico civium decreto appoſitus, ubi legentibus proſtat ſequens elogium.

D. O. M.

Hieronymo Vidono Patritio Cremonenſi Cardinali Eminentiſſimo ſapientiæ ſtudiis & dignitate vitæ qui quatuor Pontifices Maximos æquabili gratia atque auctoritate emenſus, dedit notabile exemplum tuti itineris: Clemens enim VIII. inter Aulæ Romanæ Præſules adlegit, Paulus V. Sig. utr. Referend. Abbreviatorem de parco majori, Cameræ Apoſtolicæ Clericum, totiuſque Marchiæ vicelegatum renunciavit Gregorius XV. Annonæ Præſ. ad Urbis tutelam decoravit; demum Urbanus VIII. Pont. Max. poſt ampliſſima collata munera Generalis Eccleſiæ Theſaurarii & Romandiolæ Præſidis in ſacrum Cardinalium collegium orbe plaudente cooptavit; ac vero de eo fama fuit deſtinaviſſe patres, optaſſe Reges, ut Pontifex Max. ipſe renunciaretur, ſi vitam ad proxima comitia perduxiſſet; civitas tanto decore deſtituta, parente velut orbata, meritorum grata ac provida exempli quod interire non debet decreto publico amoris & doloris monumentum æque in marmore ac cordibus P. Curatoribus Fabricæ Præfectis Alphonſo Maynardo I. C. Com. & Equ. R. D. Sen. Med. Andrea Roncadello, Ludovico Bonetto S. G. Hieronymo Zuchello Cap. Balthaſſare Succio. MDCXXXVI.



LXXIII. 82 FRANCISCUS Vicecomes, Mediolanenſis avita majorum ſuorum nobilitate, & propria virtute vir eximius, Epiſcopus Alexandrinus, Cardinali Campoteo in Cremonenſi eccleſia ſucceſſor datus ab Urbano VIII. Pontif. Max. die 13. Aprilis 1643 Vivit adhuc, prope jam ad ſenectutem vergentem ætatem ſuperat, honeſtiſſimis in pietate colenda laboribus, cui Deus ad ſuorum populorum ſolamen annos Neſtoreos concedat fauſtiſſimos.

A D D I T I O.

[„ *Denique ſenio, & laboribus fractus huic Eccleſiæ nuncium remiſit anno 1670. Obiit nonagenarius an. 1681. die 4. Octobris.*

LXXIV. „ Fr. PETRUS *Iſimbardus, Ordinis Carmelitarum, cedenti Vicecomiti ſucceſſor datus eſt à Clemente X. eodem anno 1670. ſed maximæ expectationis Antiſtes, cum vix diœceſim perluſtrare incepiſſet, fato raptus eſt die 27. Septemb. 1675.*

LXXV. „ AUGUSTINUS *Iſimbardus, Caſinenſis inſtituti Abbas, & Petri ſuperioris germanus frater, ab eodem Clemente X. huic Eccleſiæ præfectus eſt. Hic cum ſibi ſubditas Parochias, quas frater letho intercedente viſitandas reliquerat, inviſiſſet, Synodum diœceſanam habuit, ad morum regulam, Eccleſiaſticamque diſciplinam ſartam tectam ſervandam ſalutaribus editis decretis. Quinquennio & ipſe hanc Eccleſiam rexerat, cum die 2. Junii an. 1681. ſupremum ſpiritum exhalavit.*

LXXVI. „ LUDOVICUS *Septala, nobilis Mediolanenſis, & Patriæ ſuæ Doctor Collegiatus, cum Metropolitanæ illius Eccleſiæ Canonicus eſſet, Caroli Septalæ patrui ſui Derthonenſis Epiſcopi Vicarii Generalis munere aliquot annis perfunctus eſt. Hinc Archipresbyter Mediolanenſis Metropolitanæ effectus, cum per obitum Cardinalis Alphonſi Litæ Archiepiſcopi ſedem vacare contigeret, Vicarius Capitularis creatus eſt. Eaque in provincia adminiſtranda adeò ſtrennè ſe geſſit, ut deinde Cremonenſi infula ab Innocentio XI. meruerit decorari an. 1681. Synodum Diœceſanam convocavit, atque in ea condita ſaluberrima decreta typis edidit. Epiſcopalis menſæ bona adauxit, ædes vel reparavit, vel conſtruxit, & S. Homoboni præcipui urbis protectoris Collegiatæ inſignis erectionem promovit. Meritorum denique plenus ad ſuperos ivit Mediolani die 31. Maji 1697. in Baſilica S. Nazarii prope ſuos anteceſſores tumulatus.*

LXXVII. „ ALEXANDER *Crucius, Mediolanenſis Patritius, Doctorque Collegiatus, ex patriæ Metropolitanæ Archipresbytero ab Innocentio XII. ad hanc Cathedram evectus eſt an. 1697. Obiit optimus præſul die 23. Septemb. 1704. diœceſis inviſendæ laboribus confectus.*

LXXVIII „ CAROLUS *Octavianus Guaſco, Alexandrinus Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam translatus eſt die 17. Novemb. 1704. Antiſtes pauperum amantiſſimus hos hæredes prædivitis peculii reliquit, cum immortalitatem induit die 21. Novemb. 1717.*

LXXIX „ ALEXANDER *Litta, è vetuſtiſſima, nobiliſſimaque gente Mediolanenſis, doctrina, & pietate illuſtris Cremonenſis Epiſcopus à regnante D. N. Clemente XI. creatus eſt hoc eodem anno 1718.)*

DER-

DERTHONENSES

EPISCOPI.



AD ſimilitudinem cubiti, in Montis Apennini deflexu Ciſpadanæ Inſubriæ, in ubere territorio, feliciſſimoque cœlo civitas *Derthona* ſita eſt, quam nos hodie appellamus *Tortonam*. Plinius lib. 3. illam Derthonem vocat, illamque in Ligures rejicit citra Apenninum. *Eſt autem*, inquit ille, *Dertho civitas inſignis, & memoratu digna, media inter Genuam, & Placentiam*. Straboni vero, Ptolomæo, atque Antonino Darthana eſt. A Liguribus narrant fuiſse ædificatam, à Gallis nonnulli contendunt, qui illam appellarunt Antiliam, deinde Terdonam, ab eventibus tribus, qui mortalium videntur rapere admirationem. Narrant enim primum prædurum ſaxum uberrimum eaſudaſſe oleum; ſecundo in S. Joannis Baptiſtæ pervigilio, tenuem alioquin ſcaturiginem ubertim ſtagnaſſe aquis: tertio nobiles quoſque Derthonenſes propinqui fati fuiſſe ſolitos admoneri, cum à ſe fractus panis maduiſſet cruore: quæ quis non videat fabuloſa eſse, dignaque anilibus coronulis? Apud Plinium Colonia Romanorum appellatur, Goltiuſque in ſuo Theſauru eandem vocat Coloniam Juliam Derthonam. Romanis diu paruit, deinde Longobardos, Gallos Germanoſque Imperatores domino experta eſt, donec Mediolanenſium jugum ſubivit. In gratiam Papienſium Federicus Ænobarbus Imp. eam à fundamentis excidit ann. 1155. ut narrant Blondus, Merula, Corius, & alii, quam deinde Mediolanenſes reædificarunt. Sub Adriano Imp. (alii ſub Trajano) Martiano primo ſanctiſſimo ejus Epiſcopo ſatagente, Chriſtiana ſacra ſuſcepit, quam ille Eccleſiam fundavit, longaque ſerie præſtantiſſimorum Præſulum ſtabilivit, Metropolitanæ Mediolanenſi ſubjecit. Cathedralem Eccleſiam primi illi Chriſtifideles erexerunt divæ Virgini Aſſumptæ in cœlum, ſanctove Laurentio martyri dicatam, apud quam in acclivo colle regias pene & munificentiſſimas Epiſcopales, Canonicaſque ædes eaædificarunt, quæ deinceps præterito ſæculo à Regiis miniſtris ann. 1554. in munitiſſimam arcem accommodata, nec ſine magno Derthonenſium mœrore alibi translata, ac à fundamentis conſtructa nova eſt Cathedralis ſub eodem Beatiſſimæ Virginis, & Laurentii Martyris patrocinio, ubi Marciani, Innocentii, Ariberti Epiſcoporum corpora, una cum reliquiis Ss. Martyrum Apolloniæ, Vitalis, & Agricolæ ſolemni pompa ab Epiſcopo Gambara translata fuere. Canonici in ea vigintiduorum numerum non excedunt, & ex iis quinque ſunt inſigniti dignitatibus, nempe Archidiaconus, Præpoſitus, Primicerius, Archipresbyter, & („ *Decanus: præ-* „ *terea Theologus*, &] Pœnitentiarius, ſuperpelliceo, & almutiis exornati, quorum unus eſt cæremoniarum Magiſter. Sex in hac civitate viſuntur Parochiales Eccleſiæ, quarum una ſub titulo S. Mariæ Canalium inſignis eſt collegialis, Præpoſitum habens, & Canonicos. Eſt Oratorium B. Virginis Annuntiatæ, per pios laicos homines erectum, ac gubernari ſolitum, qui ſanctis operibus dediti ex fidelium eleemoſynis, miſſas celebrari, pauperes puellas in Monaſterium collocari, in ægrotorumque curam incumbere curant. Nobile quoque Xenodochium, Regularium Cœnobia novem, & quatuor ſanctimonialium, pluresque laicorum fraternitates accenſentur; mortalium animæ in totum 5000. numerantur: & licet vetuſta hæc Eccleſia in exigua ſit poſita civitate, diœceſim tamen ſatis amplam habet, & populatam, quamvis montuoſam, & aſperam, quæ in totum centum, & octuaginta, & amplius complectitur milliaria, animarum in ea fere centum millia reperiuntur. Oppida plura ſunt, & inſignia Januenſis, Montisferrati, Alexandrinen. Papien. aliarumque ditionum, ſuæ juriſdictioni obnoxia. Tres Collegiatæ, ac 200. Parochiales Eccleſiæ, quæ omnes, cum aliis quatuor, & ſexaginta eiſdem annexis ab Epiſcopo per triginta duos Forenſes Vicarios reguntur. In tota hac Diœceſi ſunt decem, & quatuor ſanctimonialium Cœnobia; pluraque virorum Monaſteria, laicorum ſocietates plus minus centum. Habet etenim duo Oppida, Sale unum, Caſtellettum alterum pro medietate, pro altera Eccleſiis Papienſi, ac Januenſi ſubjecta. Epiſcopus Comes Derthonæ ſubſcribitur; in viginti Oppida, ac villas liberam habuit, & abſolutam juriſdictionem cum mero & mixto imperio, ac omnimoda gladii poteſtate. In cujus juriſdictionis argumentum hactenus ex vetuſtiſſima conſuetudine, denudatum enſem à latere deferre jubet. Nullos enim præter Romanam Eccleſiam, Apoſtolicoſque Pontifices agnoſcebat Dominos, à quibus iis bonis, juribuſque donatus fertur: licet hodie donationum, & conceſſionum monumenta bellorum procellis, & incendiis conſumpta non extent; extat tamen antiquiſſima, & per patres quaſi per manus traducta fama, immemorabilem hanc jurium poſſeſſionem Epiſcopos habuiſſe, in ea præcipue diœceſis parte, quam Epiſcopatum appellant. Epiſcopalis menſa licet Apoſtolicæ Cancellariæ ad florenos 800. taxata reperiatur, annui tamen redditus ſcutatorum 1700. non aſcendunt, quod maximas Derthonenſis eccleſiæ, ac Diœceſis uſurpationes arguit. Hiſtoriam hujus civitatis ſcripſit Nicolaus Montemerlus. Præſules, qui in ea ſede floruerunt aliquando, ſunt, qui ſequuntur, quos ex tabulis illius eccleſiæ, aliiſque monumentis ea fide protulimus.

I. a De eo Acta Ss. Martii t. 1. p. 441.

1 S. MARTIANUS a primus Epiſcopus Derthonenſis ordinatus fuit circa annum Domini 75. Quam ille eccleſiam adminiſtravit plus minus ann. 45. coronatuſque martyrio fuit die 6. menſis Martii ſub Trajano Imp. ut affirmant Martyrologium Romanum hac ipſa die. Acta tamen ejuſdem à Mombritio relata narrant ſub Adriano Imp. Martianum interiiſſe, tumulatumque fuiſſe apud S. Apolloniam. Cujus corpus à s. Secundo reconditum, cum diu incognitum jacuiſſet, repertum fuit à s. Innocentio, ita madidum recenti cruore, cum ampulla ſanguinis, ſpongiaque eodem infecta, ac ſi illa ipſa die martyrium paſſum fuiſſet. Solemni pompa illud intulere in eccleſiam ejuſdem nominis ibidem ædificatam, & conſecratam die 20. menſis Octobris, ſicuti vetuſta narrat hiſtoria, quam hic exſcribendam duximus ex veteri codice M.S. Cœnobii s. Martiani deſumpta.

De inventione corporis s. Martiani Epiſcopi & Martyris.

Veneranda, & ſumma devotione celebranda nobis eſt dies, in qua s. Confeſſoris, & Martyris Martiani corpus Angelo revelante repertum eſt. Igitur tempore Adriani Imperatoris eum paſſum fuiſſe; corpus autem ejus ſub Conſtantino Magno Auguſto, à B. Innocentio confeſſore inventum narrat hiſtoria. Sed, ſicut in Annalibus multorum Chronicorum reperitur, à tempore Adriani uſque ad Conſtantini tempora anni centum ſeptuaginta duo reperiuntur, ſcilicet Imperii illius uſque ad initia iſtius. Præfatus itaque Confeſſor Innocentius, à Derthonenſi urbe Paganorum perſecutionem fugiens, Romam adiit, & primo Melchiadem Epiſcopum, dehinc cum S. Silveſtro moratus eſt, donec Conſtantinus Cæſar relicta idolo-

rum

rum cultura, Chriſtianus effectus eſt. Itaque S. Silve-
ſtro ſuggerente Derthonenſem Eccleſiam à Coſtantino
Cæſare ad regendum, & ab eodem Papa Epiſcopalem
benedictionem ſuſcepit. Reverſuſque Derthonam dum
ſancti martyris Martiani acta, & certamina legeret,
crebro Dominum precibus exorabat, ut ei ſepulchrum
ejus dignaretur oſtendere.

Sed dum quodam tempore B. Jacobus presbyter vi-
cem ſuam in Eccleſiam B. Mariæ Virginis obſervaret,
per viſum ei ab Angelo dictum eſt; Veni oſtendam tibi
confeſſoris, & martyris Martiani ſepulchrum. Du-
xitque eum extra portam civitatis, & oſtendit ei lo-
cum, dicens: Vade, & dic Innocentio Epiſcopo: Ec-
ce locus, ubi poſitum eſt corpus Martiani Epiſcopi. Ex-
citatus autem ſanctus ſacerdos à ſomno, confeſtim
ivit ad S. Innocentium, ut cuncta, quæ viderat in ſo-
mnis intimaret.

Dehinc peracto Matutinali officio B. Innocentius
ea, quæ à venerabili presbytero dicta fuerant, ſacer-
dotibus, cunctoque clero nuntiavit, & populo. Con-
venienteſque in unum pſallentes venerunt ad locum,
quem Angelus ſacerdoti oſtenderat. Et ſuper ſepul-
chrum arborem ſambuci condenſam nimis invene-
runt. Tunc B. Innocentius accerſitis Celſo, & Gau-
dentio diaconibus, pervenerunt ad lateret, quibus
tegebatur ſepulchrum, quo pretioſa gemma in ſter-
quilinio latebat. Inſuper & hæc verba in uno latere
ſcripta repererunt: Hic requieſcit corpus Martiani
Epiſcopi, & martyris.

Tunc convocatis ſacerdotibus, Clero, ſimul & po-
pulo, cum pſalmis, & hymnis venerunt ad locum, &
aperientes ſepulchrum, invenerunt corpus ejus, ſi-
mulque vas vitreum ejus ſanguine plenum: nec non
& ſpongiam, qua B. Secundus martyr inclytus ejus
ſanguinem collegit, & juxta corpus collocavit. Ipſe
enim quando paſſus eſt, martyrio ejus interfuit, ejuſ-
que corpus ſepelivit; & ob hanc cauſam per Martyrii
agonem, tertia die palmam adeptus eſt ſempiter-
nam.

Inventus eſt itaque ſanguis præfati martyris ad-
huc recens, ac ſi eodem tempore caput abſciſſum fuiſ-
ſet. Carnem, cuncta oſſa, nervoſque compagem mem-
brorum tenentes, cuncti adſtantes viderunt. Quod
nulli Chriſtiano incredibile videatur, ſi Dominus ſan-
ctorum ſuorum corpora per tot annorum curricula in-
tegra manere permiſit, donec à fidelibus invenire-
tur. Hoc etenim Dominum feciſſe credimus, ut cor-
da hominum, quæ nondum in Chriſtum credebant,
& quæ jam ad fidem erant converſa, & nondum in fi-
de firma manebant, hoc viſo miraculo arctius conver-
terentur, & converſa firmiſſime in fide ſanctæ Trini-
tatis perſeverarent. Dominus itaque cum diſcipulis
aſpera de afflictione mortis prædicaret, non de gau-
dio reſurrectionis conſolationem intulit, cum ſubiun-
xit: Capillus de capite veſtro non peribit. Si enim
in ſanctis, quod minimum eſt perire non poſſet, non eſt
mirum, id quod magnum eſt, per multum tempus poſ-
ſe durare. Et quorum vita ſine ſqualore extitit deli-
ctorum, cur corpora in ſepulchro duratura ſine con-
ſumptione putredinis manere poſſe quis ambigat?

Aperto itaque ſepulchro tantus odor per omnium
nares effuſus eſt, qui balſami, omniumque aromatum
fragrantiam vinceret. Tunc Sanctus Innocentius
vas vitreum cum ſanguine, & ſpongiam, qua colle-
ctus fuerat, tulit, & corpus S. Martyris in eodem,
quo primum collocatum fuerat, ſepulchro, reliquit:
clauſoque ſepulchro, eadem verba, quæ fuerunt in
latere, ſcripſerunt in lapide. Quique vero cæci,
claudi, aut dæmonio obſeſſi, vel qualicumque infir-
mitate detenti adfuerunt, operante ſancto ſpiritu,
per operationes, & merita ſancti Martyris, plenam
illico ſunt adepti ſanitatem. Tunc ſanctus Innocen-
tius cœpit ſupra ſepulchrum ædificare Baſilicam, &
totum ipſius anni ſpatium in ædificatione conſumpſe-
runt Baſilicæ; & ipſa die inventionis ejus, quod eſt
XIII. Kal. Novemb. Sanctus Pontifex dedicavit ec-
cleſiam, in quo loco eadem die multi infirmi ſalvi
facti ſunt; & fiunt quotidie merito ſanctitatis
ejus. Ideoque inventio, & dedicatio una die cele-
bratur.

Quapropter ſinceris mentibus, & pura devotione ſanctorum inceſſanter frequentemus eccleſias, omnipotenti Deo debitas exhibentes laudes, totiſque ſupplicitter exoremus præcordiis, ut ſicut ſanctis Martyribus pro labore certaminum tribuit vitæ coronam: ita nobis veniam delictorum omnium conferre dignetur, atque ſocietatem clementer exhibeat civium ſupernorum Jeſus Chriſtus Dominus noſter, cui eſt honor, & gloria, & poteſtas in Trinitate perfecta, per infinita ſæculorum ſæcula. Amen.

Explicit narratio inventionis corporis S. Martiani Martyris epiſcopi Derthonenſis.

Italia Sacra Tom. IV.

2 S. ARIBERTUS Epiſcopus ordinatus fuit circa annum Domini 128. ſedit annos 25. mortuus eſt die 5. menſis Maii, ut in tabulis hujus eccleſiæ prænotatur; cui titulus ſancti adhæret; cujus reliquiæ venerantur, in Cathedralem novam eccleſiam è veteri translatæ. II.

3 S. AMMONIUS a ad eandem dignitatem adlectus eſt anno 161. decemque annos hanc eccleſiam gubernavit, evolavitque ad ſuperos die 19. menſis Januarii: qua ipſa die ſolemni ritu in Derthonenſi eccleſia feſtum celebratur, ac oſtenduntur ejus reliquiæ adorandæ à populo, quæ in Cathedrali honorifice aſſervantur. De quo Ferrarius in Catalogo ſanctorum Italiæ hac ipſa die. III.

a De hoc pauca Bollandus in Actis 19. Jan. t. 2. p. 226.

4 S. TERENTIANUS poſt Ammonium inter Præſules Derthonenſis eccleſiæ numeratur, in cujus eccleſiæ publicis tabulis, adlectus circa ann. Domini 176. coronatuſque martyrio anno 187. habetur, ejus feſtum celebratur I. die Septembris. Cæterum Martyrolog. Roman. hac ipſa die meminit alterius Terentiani Tudertini epiſcopi, & martyris, Derthonenſi hoc Terentiano ſuppreſſo. Suſpicatus ſum unum eumdemque eſſe Terentianum qui hiſce ambabus eccleſiis ex errore ſcriptorum attribuatur; vel revera duos eſſe, ſed diverſis temporibus floruiſſe, ac Derthonenſes ſui Terentiani hac ipſa die celebrare feſtum, apud illos germana dies, qua per Martyrium conſummatus cœlituum numerum auxit. Sic noſtra conjectura eſt; cæteri cordatiores providebunt, quid in hac re magis conſonum veritati ſit dicendum. IV.

5 CONSTANTIUS Epiſcopus Derthonenſis in ejuſdem eccleſiæ tabulis cum titulo ſanctitatis reperitur floruiſſe anno 187. ſediſſeque annos 50. V.

6 LAURENTIUS Epiſcopus hujus ſedis fuit anno 246. præfuit annos 25. eidemque nomen ſancti appingunt. VI.

7 ANASTASIUS anno 272. ſedit annos 5. VII.

8 MARCELLINUS Epiſcopus anno 277. quem palmam tuliſſe Martyrii anno 294. narrant citatæ tabulæ. Sed nec geſta, nec diem, neque locum commemorant. VIII.

9 JULIANUS ann. 294. præfuit ad ſeptem (1) annos; in tabulis habetur illum ſubiiſſe martyrium. IX.

10 MELIODORUS Epiſcopus ordinatus fuit à S. Materno Mediolanenſi Epiſcopo, temporibuſque Magni Conſtantini, hanc eccleſiam adminiſtravit circa annum 315. cujus mentio extat in actibus S. Innocentii. Hic cum omnibus ſuis anteceſſoribus honorificum tulit cognomen ſancti, in ſupra citatis tabulis. X.

11 S. INNOCENTIUS b Epiſcopus, divuſque tutelaris, filius Quintii nobilis Romani, Innocentiæque Lucenſis nobiliſſimæ fœminæ, natus Derthonæ eſt, ibidemque in Chriſtiana religione educatus, cum Diocletianus deſæviret in Chriſtianos, inter quos & ipſe cum ob nomen Chriſti multa paſsus fuiſset, Romam profugit, ibidemque cum ſub Melchiade Papa diu moratus, à S. Sylveſtro Papa XI.

b De eo Acta 17. Aprilis t. 2. p. 482.

 dein-

(1) Forſan Menſes legendum. Ex S. enim Innocentii vita edita à Mombritio, & relata in Actis 17. Aprilis tom. 2. p. 482. colligitur Julianum in Epiſcopatu annum haud compleviſſe.

deinde ordinatus fuit Diaconus, ac mox Derthonenſis epiſcopus. Rediit igitur in patriam an. 326. dirutaſque eccleſias reſtauravit, cultumque eccleſiaſticum revocavit, bonaque ſuæ eccleſiæ perexigua recuperavit. Dedicavit S. Stephani Templum, expurgatamque Judæorum Synagogam addixit divino cultui. Cœnobium inſtituit ſacrum Virginum refugium, quo Innocentia ejuſdem ſoror Virgo caſtiſſima virginitatem perpetuo ſervatura conceſſit. Cumque tum vivus, tum mortuus multis miraculis coruſcaſſet, abiit ad Superos ann. 353. die 17. menſis Aprilis; ejus acta Mombritius memorat tom. 2. ejuſdemque Martyrolog. Roman. hac ipſa die. De eo in Martyrol. poetico hæc epiſcopus Sarſinæ.

Non Templo mulier prunas ſuſpecta jubente
Præſule flammivomas veſte pudica tulit.

XII. 12 JOANNES hujus nominis I. ſucceſſit Innocentio ann. 353. ſedit annos 2.

XIII. 13 SUPERANTIUS floruit anno 374. Aquilejenſi concilio, *a* interfuit cum S. Ambroſio, Derthonenſem eccleſiam 40. annos adminiſtravit.

a An. 381. dicitur que Exuperantius.

XIV. 14 MARTIANUS II adlectus fuit ann. 415. ſedit annos 16.

XV. 15 QUINTIANUS Derthonenſibus præfuit an. 431. Hic interfuit Mediolanenſi Concilio à S. Enſebio Archiepiſcopo celebrato ann. 451. *b* ſedit annos 35.

b An. 451. & dicitur Quintus.

XVI. 16 MARCELLUS ann. 472.

XVII. 17 ALBONIUS, vel Saturninus ſubſcripſit primæ Synodo Romanæ ſub Symmacho Papa. Jus divinum Derthonenſibus dixit ann. 504. uſque ad annum 568. quibus prudenter hanc rexit eccleſiam.

XVIII. 18 JOANNES II. adlectus fuit epiſcopus an. 568. Hanc eccleſiam adminiſtravit an. 12.

XIX. 19 SIXTUS ordinatus fuit Epiſcopus ann. 580. vir abſtinentia, morumque probitate ſanctiſſimus. E vivis ſublatus eſt anno 594. ut habent Cathedralis eccleſiæ tabulæ, quæ omnibus epiſcopis uſque ad hunc Sixtum ſanctitatis nobile cognomen attribuunt, tametſi nullas illorum res geſtas enarrent, apud quas fides eſto.

XX. 20 PENUS, ſive Pinus, ſeu Proculus, ita his nominibus enunciatur, ad hanc eandem dignitatem vocatus eſt ann. 614. quem ſancte, pieque Derthonenſem adminiſtraſſe eccleſiam ann. 47. ſeque propugnaculum præbuiſſe eccleſiaſticæ libertatis, habent citatæ tabulæ. Cæterum Jonas Abbas, in S. Bertulphi Bobienſis Abbatis vita meminit Proculi Derthonenſis epiſcopi, improbi Bobienſium Monachorum perſecutoris ad ann. 626. *Excitavit enim* (inquit ille) *quendam Proculum Derthonenſis Urbis Pontificem, qui ut ſubjectum ſibi præfatum Abbatem, cum Cœnobii ſupplemento, faceret omni ſibi intendebat; vicinorumque Pontifices, & alios quoſlibet primates ad id peragendum muniere attentabat, Semper eademque quoque te adiit Ariovaldum Regem Longobardorum, qui eodem tempore regnabat. Sed cum nil aliud à Rege reſponſi accepiſſet, niſi ut Eccleſiaſtico jure probarent, utrum Cœnobia procul ab Urbibus ſita, Epiſcopali debeant miniſtrari dominio: ille omnes, quos potuit, ſuo intentui junxit. Cumque hæc agerentur, unus aliquis ex Aula clam præfato Bertulfo totius machinamenti cauſam per internunciam manifeſtavit. At ille ſtatim experiendi cauſa, quoſdam de pueris ſuis direxit ad Regem. Quibus Ariovaldus inter alia reſpondit: Non eſt meum ſacerdotum cauſas decernere, quas ſynodalis examinatio ad purum debet judicare. Sciſcitantur illi, qui à S. Abbate miſſi fuerant, utrum Rex fautor eſſe velit prædicti Epiſcopi, an Abbatis ſui. Ad quod Rex nequaquam ſe ait illis facere velle, qui famulo Dei moleſtias aliquas, aut injurias velint irrogare. Hoc fuit Regis, quamvis Arriani reſponſum, ut eccleſiaſtica per eccleſiaſticos viros tractari deberent. Ad Honorium Pontificem bona ipſius Regis gratia perrexit Bertulphus, moleſtiarum Derthonenſis epiſcopi conqueſtus, ab eodem Pontifice Apoſtolicæ Sedis munitus privilegio, gratiam, & benedictionem accepit, & Proculi improbi conatus deluſit.*

XXI. („ MALLIODORUS *S. Derthonenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Lateranenſi habito an. 649.*)

XXII. 21 BEATUS quidam nomine, Proculo ſucceſſit ann. 660. ſedit plus minus annos 3. an nomen moribus conſonaret incertum.

XXIII. 22 LAURENTIUS electus epiſcopus an. 662. Mediolanenſi Concilio interfuit à Manſueto Archiepiſcopo celebrato. Huic ſupracitatæ tabulæ nomen ſancti attribuunt.

XXIV. 23 AUDACIUS intereſt Concilio ſub Agathone Papa celebrato an. 679.

XXV. 24 OCTAVIUS præfuit ann. 701. ſedit vero an. 10.

XXVI. 25 BENEDICTUS eandem ſedem tenuit ann. 711. ſedit an. 13.

XXVII. 26 THONDERUS reperitur Derthonenſibus præfuiſſe anno 727. ac ſediſſe annos 17. & huic quoque citatæ tabulæ nomen ſanctitatis attribuunt.

XXVIII. 27 JACOBUS hujus nominis primus floruit an. 744. ſedit annos 9.

XXIX. 28 JOSEPH ad hanc eandem dignitatem aſſumptus eſt an. 753. fato conceſſit anno 765.

XXX. 29 FLAVIANUS vivebat ann. 765. ſedit annos 22.

XXXI. 30 HIERONYMUS hanc eandem ſedem aſſecutus eſt ann. 786. ſedit annos 7.

XXXII. 31 DESIDERIUS anno 793. præfuit an. 7.

XXXIII. 32 ROBERTUS ann. 799. ſibi creditam eccleſiam adminiſtravit an. 9.

XXXIV 33 VALERIUS eidem dignitati promotus eſt anno 808. è vivis eximitur an. 828.

XXXV. 34 JOANNES III. adlectus eſt epiſcopus anno 828. ſedit an. 10.

XXXVI. 35 ROFREDUS anno 838. ſedit annos 9.

XXXVII. 36 THEODULPHUS creatus an. 848. Papienſi Concilio interfuit, ubi Carolus Calvus Rex Gallorum inſigne Regni accepit ann. 876. Derthonenſem eccleſiam adminiſtravit annos 30. („ *Interfuit an. 877. Ravennenſi Concilio.*)

XXXVIII. 37 JOANNES IV. fuit adlectus an. 878.

XXXIX. 38 GLARARDUS ann. 890. ſedit 7. annos.

XL. 39 ILDEGINUS ann. 898.

XLI. 40 GEREBALDUS ann 901. interfuit Papiæ ad cognoſcendam cauſam Sebaſtiani Epiſcopi Vercellenſis, contra Garibaldum Novariæ epiſcopum, pro monaſterio Lucedii.

XLII. 41 BENEDICTUS, quem etiam nonnulli beatum appellant, electus eſt an. 913 ſedit annos 13. Illius mentio extat in quodam privilegio Arnulphi Regis Italiæ, Bergomati eccleſiæ indulto anno Domini 922.

XLIII. 42 ANDREAS è nobili Rada gente Placentinus, nepos Joannis Archipresbyteri Placentini, ad eandem dignitatem promotus eſt anno 926. ſedit annos 13. *a* Hic ſuum condidit teſtamentum anno 9. ubi memorat ſe nepotem fuiſſe Gariverti Archipresbyteri, quem nos ex aliis male vocavimus Joannem. Placentiæ in Archivio Cathed. extat hujus teſtamenti originale, ubi & conditum fuerat. Exemplar vero hic expono, cum maxime erga Beatiſſimam Virginem Mariam Andreæ optimi Antiſtitis devotio, ac pietas in eo redoleat: ſic ſcriptum legitur.

a Ex App. tom. 4.

In nomine Domini Dei, & Salvatoris noſtri Ieſu Chr.

Ugone, & Lothario filio ejus excellentiſſimis Regibus anno regni Domni Ugonis, Deo propitio, octavo, Domni vero Lotharii tertio, quarto Kal. Septemb. Indict. 6. Andreas humilis Sanctæ Derthonenſis Eccleſiæ Epiſcopus, & filius bo. mem. Ariprandi de loco Racle, Lege vivens Longobardorum præſentibus preſens, vel propter ſalutem p.p. dixi: Vita, & mors in manu Dei ſunt, melius eſt enim hominem metu mortis vivere, quam ſpe vivendi morte ſubitanea prævenire. Unde ego, qui ſupra, Andreas Epiſcopus previdi per præſentem paginam ordinationis, & diſpoſitionis chartula mea ordinare, & diſponere

ſub-

A ſubſtantiam mihi, quæ in hoc ſoculo pietatis largitate, quomodo, aut qualiter poſt meum obitum permanere debet pro anima mea, & animæ bo.mem. Gariverti Archipresbyteri barbani mei mercedem primis omnium Deo numero in offerendam.

Propterea volo, atque ſtatuo per hanc chartulam judicati mei habendam Baſilica mea in honorem ſanctæ Dei Genitricis Mariæ infra hanc civitatem Placentiæ dedicata; id eſt, petia una de terra cum caſa ſuper habente, & curto, vel horto, ſeu area una ſe tenente cum ipſa Baſilica Sanctæ Mariæ ubi via in circuitu percurrit. Similiter dono atque confirmo eadem Baſilica ſanctæ Mariæ habendum illæ perſonæ, quem in ibi ego ordinavero ad eorum uſum, & cenſum ipſius Baſilica; id ſunt, bibliatheca integram unam, ſuper Matthæum librum unum, Sparacium unum, lectanarii tres, unum ex ipſis habet infra ſe Antefonario notatum, & Martyrologium, Miſſalem unum, Antefonario integrum unum, planeta ſiretas, ſtolas quatuor, duas de ſirico, & duas de necnon B manipulos tres, duos de ſirico, & unum de lino; cingulum unum, pallii duo, faciſtergios duos, ara unam, plagione duos, velo uno, calices argenteos duos cum patenis, corona argentea cum cruce una, coldas tres.

Similiterque dono, atque confirmo, ego qui ſupra, Andreas Epiſcopus in Baſilica ſanctæ Mariæ habendum, id ſunt omnes manſiones meas penſionales, quas habere viſus ſum intra hanc civitatem Placen. cum arca ibi extante, ubi homines ad cenſum dandum reſident, ante poſita ſala una cum area, in qua extat, quæ eſt poſita prope Baſilicam ſancti Sebaſtiani, quod eſt per menſuram tabulas 21. alia omnia ex integrum ipſa Baſilica permaneant; ſimili modo dono, trado, atque confirmo in prædicta Baſilica mea S. Mariæ habendum, id ſunt omnes campos, & prata juris mei in campanea, vel in pratis iſtius civitatis Placentiæ ſuper fons auguſta, ſeu in Faudelaria, atque Noenta, & ubi prato Beneventano dicitur, cum omni meo domui coltile totum ex integrum; verum etiam dono, trado, atque confirmo in jam dicta Baſilica C ſanctæ Mariæ habendum, id eſt omnem meam portionem de Baſilica una in honore ſancti Martini dedicata, quæ eſt fundata infra hanc civitatem Placen. cum caſis, & omnibus rebus, quæ mihi de ipſa Baſilica in mea portione pertinet intra hanc civitatem Placen. non longè a porta ſanctæ Brigidæ, cum omnibus rebus tam in campanea, vel in pratis, ſeu inſula Pado de ipſa Baſilica ſancti Martini pertinenti omnia mea portione, ſeu & maſſaritii duo in Antarano, & duo in Saſſiniano, & maſſaritium unum in Caſaleremiſſi, qui mihi de ipſa Baſilica pertinent, omnia mea portione infinibus Placentin. ante poſita maſſaritio uno in ſala, & item maſſaritio uno in Caſale Angeli, quod in mea reſervo poteſtate.

Nam alia omnia, & ex omnibus prædictam meam portionem in integrum dono, trado, atque confirmo in jamdicta Baſilica ſanctæ Mariæ habendum, id ſunt maſſaritios tres in loco, & fundo Octavello & in Vicobaccario maſſaritio uno, in Augia maſſaritio uno, in D Mariano maſſaritio una, atque in Pomario maſſaritio uno, & in ſalſe majore puteo uno, ubi Brumo dicitur ſalinare, ſeu & rebus illis in eodem loco, quæ mihi obvenerunt per chartulam de quodam Angelberto Diacono.

Quæ autem dictis maſſaritiis, & rebus in prædictis locis, tam caſis, curtis, hortis, areis, terris, vineis, ſilvis, pratis, paſcuis, ſalicetis, actellariis, ripis, ruinis, coltis, & incoltis, diviſis, & indiviſis, confinibus, terminis, cum acceſſionibus, & aquis, aquarumque ductibus, cum omnibus adjacentiis, & pertinentiis ad ipſas caſas, maſſaritia pertinen. vel aſpicientibus. præter quod ſuperius antepoſui, & in mea reſervo poteſtate: nam alia omnia, & ex omnibus ſicut ſupra comprehenſa leguntur in int. in eadem Baſilica mea ſanctæ Mariæ dedi, & confirmavi, una cum ipſa Baſilica volo, & ſtatuo, atque confirmo, ut habeat poſt meum deceſſum à præſenti die Adelprandus ſubdiaconus dilectus nepos meus diebus vitæ A ſuæ, dum ſua in hoc ſeculo fuerit vita, cum ipſa Baſilica ſanctæ Mariæ, & ex omnibus ſupraſcriptis caſis, & rebus, ſeu libris, & paramentis eccleſiaſticis, & omnibus quæ inibi habendum contuli, faciendum inibi ex frugibus earum rerum, vel cenſum ſingulis annis pro anima mea, & animæ ſupraſcripti bo: memoriæ Garuverti Presbyteri barbani mei mercede, poſt deceſſum meum quicquid præviderit ex prædicta Baſilica ſanctæ Mariæ ordinandi de prædictis caſis, & rebus curam mittendi ſecundum Deum, & ſingulis annis poſt meum deceſſum in anniverſarium pro dicto bo. mem. Garuverto Presbytero barbano meo pro anima mea, & ſua, ut faciat paſtum unum ad cunctam congregationem fratrum ſacerdotum Eccleſiæ ſanctæ Juſtinę, qui ipſo die conveniat inſimul ad ipſam Baſilicam ſanctæ Mariæ ad ipſum paſtum refectionis pro animæ noſtræ communi mercede, & ipſum cenſum, quod de ipſis manſionibus exierit, ſingulis annis ad ipſos ſacerdotes item benedictionem juxta quod ei præviſum fuerit, & quum repleti fue- B rint, & laudem Deo dixerint, & nobis, & parentibus noſtris proficiat ad animæ ſalutem, & gaudium ſempiternum.

Similiter volo, atque inſtituo, ut ipſo die faciat Adelprandus Diaconus refectionem eleemoſynæ ad pauperes centum rationabiliter, ut dixi pro anima noſtra commune mercedis, & volo, atque inſtituo, ut habeat diebus vitæ ſuæ ad ipſam Baſilicam ſanctę Mariæ quotidie ſingulis annis pauperem unum, & ipſe cibum, & potum, ſeu veſtimentum, & calciamenta accipiat, ut vivere poſſint, & ſi ipſum defuerit, ſtatim alium in ipſius loco mittat diebus vitæ ſuæ, ut ſemper ſit unus pauper ſicut ſupra dixi.

Poſt autem ipſius Adelprandi ſubdiaconi nepotis mei deceſſum volo, atque inſtituo, ut per gradus deveniat prædicta Baſilica cum omnibus caſis, & rebus ad eam pertinentibus, & omne paramentum eccleſiaſticum, ſeu libri, quod ibi habere dixi, in poteſtate unius de propinquioribus parentibus meis clericis, eo tamen ordine, ut ab uno ſemper ordinetur in alio C talis, qui ipſam Baſilicam ſanctæ Mariæ cum omnibus caſis, & rebus ad eam pertinentibus regere poſſit ſecundum Deum, & omnia ita adimpleat, ſicut ſupra legitur, & mea decrevit voluntas: & ipſam Baſilicam ſanctæ Mariæ cum omnibus caſis, & rebus ad eam pertinentibus, ſeu paramentis eccleſiaſticis, & libris, quos dedi, uſufructuario nomine perpetuis temporibus diebus vitæ ſuæ habeat.

Et ſi fortaſſis de parentibus noſtris nulla perſona clericus inventus fuerit, qui prædictam Baſilicam ſanctæ Mariæ cum omnibus caſis, & rebus ad eam pertinentibus ſeu paramentis eccleſiaſticis, & libris tenere, & regere poſſit, & ipſum paſtum, vel eleemoſynam, & orationes adimplere noluerit, aut non potuerit, ſicut ſupra ſtatui, & clare factum fuerit: tunc volo, & ſtatuo, ut per Archipresbyterum, Archidiaconum, ſeu Primicerium, qui pro tempore fuerint in ſancta Placentina Eccleſia ſint ordinatę ſeu perſonæ presbyteri boni, & Deum timentes perſona ordinari de fratribus eorum, qui per gra- D dum ordinati fuerint in prædicta Baſilica Sanctæ Marię, & omnibus ſupraſcriptis caſis, & rebus, ſeu paramentis eccleſiaſticis, & libris, ſicut ſupra legitur ad earum uſum fructuario nomine diebus vitę eorum, & omnia ipſum paſtum, vel eleemoſynas, & orationes ſeu luminaria adimpleat, curam de architectis mittat, ſicut eidem Adelprando ſubdiacono facere dixi, & ſemper in antea perpetuis temporibus ſint ordinati, & cum unus ex ipſis defuerit, ſtatim alium in eius locum mittant, ut ſemper ſint ſeu perſonę, ſicut ſuperius dixi.

Et quod fieri eſſe non credo, ſi ipſe Adelprandus ſubdiaconus nepos meus, vel ex ipſis parentibus noſtris, qui poſt ipſum ſuccedere debent; vel illæ perſonæ, quæ per Archipresbyterum, & Archidiaconum, ſeu Primicerium perpetuis temporibus inibi ordinatæ fuerint, minime fecerint ipſum paſtum, vel eleemoſynam, & orationes in ſupraſcripto anniverſario noſtro, & de officium, vel luminaria, ſeu Architectis

negligentes fuerint, aut ipſis caſis, & rebus in naufragium miſerint, aut ullam diſſionem ex inde fecerint & omnia ita non præviſerint eſſe ordinata, & ſtabilita, ſicut ſupra dixi, & mea decrevit voluntas, pro anima mea commune mercede, vel quondam genitoris, & genitrice noſtra parentum noſtrorum, tunc mecum inde ſe reddituros ante Deum omnipotentem & pro honore Epiſcopii mei; nec mihi liceat ullo tempore aliter facere, ſed quod à me ſemel ordinatum, vel diſpoſitum eſt, inviolabiliter obſervare promitto eam ſtipulatione ſubnixa. Quam vero eorum taliter judicati, ſeu diſpoſitionis meæ paginam Gauſus notarius tradidi, & ſcribendam rogavi, in qua ſubſcr. confirmans teſtibus obtuli roborandam,

Actum in Placentia feliciter.

Ego Andreas humilis Epiſcopus in hac chartula diſpoſitionis, & ordinationis à me facta ſubſc.

Ego Graſevertus Judex Domnorum Regum rogatus ſubſc.

Ego Garibertus rogatus ſubſc.

Joannes notarius interfui, & ſubſc.

Signum manus Anſelmi fil. q. Archiverti de Octavo teſtis.

Ego Adelbertus rogatus ſubſc.

Ego Garivertus rogatus ſubſc.

† *Ego Gauſus notarius Sacri Balatii hujus chartulam ordinationis poſt traditam complevi, & dedi, &c.*

XLIV. 43 JOANNES poſt Andream in hac ſede fuit; alii reponunt poſt Giſelprandum. Habetur ſediſſe annis 2.

XLV. 44 GISELPRANDUS (1) ſive Gerlprandus, ſeu Giſeprandus, qui etiam aliis Eſpernandus eſt & Gibertus, hanc eandem Sedem obtinuit anno 22. Verùm hæc non videntur concordare cum monumentis illorum temporum; reperi enim Giſelprandum Auguſtano Concilin interfuiſse anno 952. apud Barnnium ex Caniſin antiquarum lectionum. Otho vero IV. Imp. ejuſdem meminit in privilegio Cœnobii Bobienſis datum Papiæ ann. 998. videtur in eo Giſelprandum vixiſſe temporibus Othonis III. qui regnare cœpit ann. 973. ac decem nmnino annos imperavit. *Audivimus*, (inquit Othn in privilegio) *etiam Giſeprandum quendam Terdonenſem Epiſcopum, aliquam præfatæ Abbatiæ partem, contra prædeceſſorum noſtrorum decreta, & Apoſtolicorum Romanorum privilegia in beneficium adquiſiſſe, eamque ex maxima pace commutaſſe, tùm pro ſibi nomine Abbatis, ſed poſtea omnia dicto Genitore noſtro, nobiſque priſco more Beato Columbano, ſibique famulantibus reſtitutam. Ex qua occaſione præfatum Monaſterium plurimæ diminutiones damnum ſuſtinere videtur. Quæcumque igitur ipſe Giſeprandus Epiſcopus ſub nomine Abbatis de prædicta terra, quam Vaſſalorum nominant, peregit, ordinavit, atque commutavit, ſint irrita, atque caſſata; ita ut quæcumque per ejus authoritatem in res præfati Monaſterii quoquomodo introivit vel introierit, niſi juri præfati Monaſterii reſtitutam dimiſerit damno immunitatis ſemper jaceat. Præcipientes igitur &c.* Accedit quod Giſeprandus teſtis ſubſcriptus reperitur alio privilegio Othonis Magni Aſtenſi eccleſiæ conceſſo anni 962. Eodemque anno ſe ſubſcripſit conſtitutioni Othonis ejuſdem de regalibus Beato Petro conceſſis, & Gibertus nominatur: hoc etiam nomine memoratur in Chronica monaſterii S. Vincentii de Vulturno lib. 4 dum an. 981. cum Petro Papienſi epiſcopo ſacti Imperialis Palatii miſſus ſententiam tulit, ad favorem Abbatis S. Vincentii in quoſdam Marſicanos nobiles viros. Conſtruxit Giſelprandus, dotavitque propriis redditibus Monaſterium SS. Petri, & Marciani in ipſa civitate Derthona, ut fuſius memorat Othn IV. Imp. in privilegio Angelerio ejuſdem Cœnobii Abb. conceſſo, cui Abbatiam de Patrania ab Ugone & Lothario regibus, juribus, & bonis nobiliter aucta perpetuo univit anno 1010. Monumentum ne pereat hic exſcribendum duximus ex authentico copiali, quod extat apud me, hiſce verbis conceptum.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Otho Quartus divina favente clementia Rom. Imp. ſemper Auguſtus. Si ſanctis, & venerabilibus locis ſervorum Dei uſibus profutura, vel ex propriis rebus in præſenti divinam credimus promereri poſſe clementiam, & in futuro vitam conſequi ſine fine felicem. Quapropter omnium ſanctæ Dei eccleſiæ fidelium, noſtrorumque præſentium ſcilicet, & futurorum devotio noverit, Angelerium monaſterii S. Martiani Martyris in Terdona venerabilem Abbatem à noſtra ſuppliciter poſtulaſſe clementia, quatenus pro amore Dei, ſanctique Martiani martyris Abbatiam de Patrania quondam juris Regii, nec non & duo Caſtella montem Alpherium, & Cagnianum à prædeceſſoribus Ugone, & Lothario Regibus monaſterio ſuo collata per præcepti noſtri firmitatem ipſi monaſterio ſanctorum Petri principis Apoſtolorum, & Beati Martiani martyris ſuffragiis dedicato, quod venerabilis Giſelprandus quond. Terdonen. epiſcopus ex propriis redditibus conſtruxerat ad ſumptum, & uſum monachorum ibidem Deo famulantium ſicut quod ipſe decrevit concedere, & confirmare dignaremur. Cujus juſtis petitionibus faventes per hoc noſtræ liberalitatis præceptum, prædicto monaſterio ſanctorum Petri, & Martiani ſecundum quod ipſe venerabilis Abbas à nobis expetiit Abbatiam de Patrania cum prænominatis Caſtellis monte Alpherio, & Cagniano, nec non & medietatem de Curte Carii cum porta, atque piſcariis, & alluvionibus, & aquarum decurſibus, & omnibus rebus ad eaſdem curtes pertinentibus. Caſtellumque unum ſupra ripam Thanari fluminis, quod vocatur Plovera, cum inſulis, & alluvionibus, & piſcariis, & aquarum decurſibus, & podere quod Albaram dicitur, & omnibus rebus ad eandem curtem pertinentibus, cum omnibus manſis, & prædiis, & poſſeſſionibus, & rebus, quæ tam ab ipſo venerabili epiſcopo, quam à cæteris fidelibus actenus collata ſunt, vel deinceps, juſto acquiſitionis titulo acquiri poterit ad uſum & ſumptum ibidem Deo ſervientium monachorum confirmatus & jure corroboratus, ex quibus propriis quædam duximus exprimenda vocabulis. Terras videlicet, quas habet monaſterium in Territorio Terdonæ, & ſpecialiter Inſulas Scriviæ cum ſalicibus, & aliis arboribus, & alluvionibus, e Zerbis, & paſcuis, & quod habet in Tholaria & . . . . in locis circumjacen. Caſtrum quoque cum omni jure ipſius Caſtri, & quodlibet in Chartorio in Seravalle in Cataorba, in Staviano, in Sardiliano, in Buſſeto, in Quinto in Ripalta, & in ſuis territorio in fora . . . . in Pormano, in Salla . . . . in Pallia, in Sperogario in ejus territorio, in Bozoleto, in Caſtro novo, in Caſtellis, in Medaſſino, in Catarana, in Papia, in Viqueria, in Montedondono, in Colatio, & in ejus territorio, in Naxano, & in ejus territorio, in . . . in Mede, in ſancto Diſiderio, in Monteſello, in Salſo, & in locis circumjacentibus, in Jncupeto, in Terrenzano, & in locis circumjacentibus, in Rubiano, in Vulpighino, in Vigozolo, in Bibiano, in Sorzano, & ejus territorio, in Romagnano, in Rozano, in Vigallo, in Ponticurano, in Bagnolo, in omnibus aliis locis in quibus multum, vel parum habet terras, & per alluviones decurſus aquarum accreſcentes ubicumque ipſum Monaſterium juſte eas habere dignoſcitur, imperiali benignitate eis concedimus, & confirmamus ſic eas juſte, & rationabiliter poſſident, vel impoſterum dante Domino poterunt adipiſci. Statuentes, & Imperiali edicto ſancientes, ut ipſum Monaſterium liberum ſit, & abſolutum ab omnibus angariis, & perangariis laicorum: ſtatuimus etiam ut amodo

(1) Subſcriptus reperitur inſtrumento Attonis Vercellen. Epiſcopi apud Areſium in ſerie Chronol. Abbatum s. Ambroſii majoris Mediolanen. inter privilegia p. 36. vocaturque Gezo: quem tamen eumdem eſſe ac Giſelprandum docet monumentum apud Biffum in libro, cui titulus: *Genereſa nobilitas illuſtris familiæ* Vicecomitum &c. p. 24. privilegii cujuſdam à Berengario, & Adelberto regio monaſterio S. Mariæ Mediolani conceſſi: cujus hi teſtes leguntur: *Fuerunt hujus vel teſtes illuſtres regni noſtri proceres Atto Vercellenſis, Dacbertus Cremonenſis, Giſelprandus, ſive Gezo Derthonenſis, Rodulfus Novarienſis Venerabiles Epiſcopi.*

A *do non liceat Terdonenſi Epiſcopo prædictam Abbatiam beatiſſimorum Petri, & Martiani cum omnibus rebus, & prædiis eidem loco collatis, vel conferendis, aut ad ſuum uſum applicare, aut beneficium dare ſeu per aliquam tituli præſcriptionem alterare; ſed ſecundum hujus noſtri præcepti tenorem obſervare, & cum Dei timore ejuſdem Monaſterii patrem cum cæteris famulis quaſi propria viſcera diligat, & ab invaſoribus, & perverſis hominibus, prout poterit, tueri non deſinant. Decernimus etiam, atque jubemus ut nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, aut nullus miniſter Reipublicæ, neque aliqua noſtri Imperii magna, parvaque perſona in rebus, & familiis ejuſdem monaſterii minorationem facere, vel manſiones, poteſtateve ingredi, aut pignus tollere, aut damna inferre audeat. Coloni vero ipſius Monaſterii manſos, & prædia inhabitantes ad placitum ire, vel aliquam publicam juſſionem reddere non cogantur, ſed ante præſentiam Abbatis juri jure reſpondeant tam liberi, quam ſervi. Si quis ergo*
B *hoc noſtrum ſtatutum infringere conatus fuerit, auri optimi libras centum componere pro pœna cogatur, meditatem cameræ noſtræ, & medietatem prædicto Monaſterio ſancti Martiani, & inſuper Anathematis ultione percuſſu cum Anania, & Saphira, qui precium ſuarum rerum Apoſtolis fraudavere, & cum Juda Chriſti proditore, partem habeat, & à S. Trinitate maledictionem conſequatur æternam. Ut ergo hæc omnia ipſi Monaſterio, & Monachis ibidem Deo famulantibus, rata omni ævo, & incolumia permaneant, præſentem paginam noſtram ſubſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione juſſimus communiri. Hujus rei teſtes ſunt Erberardus Salburgenſis Archiepiſcopus, Petrus Almæ urbis Præfectus, Ludovicus Dux Bavariæ, Bernardus Dux Bar, Guillelmus Reponius, Henricus de Zurem, Armannus Comes de Arzebure, Guillelmus Maleſpina, Marchio Cono de Tanebr. Henricus de Vacce Imperii aulæ Camerarii Grengocucus Dapifer. noſter, & alii quamplures.*

Signum domini Othonis Quarti Imperatoris glorioſiſſimi.

C *Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis* 1210. *Regnante domino Othone quarto Dei gratia Romanorum Imperatore glorioſiſſimo, & ſemper Auguſto, Regni ejus x. imperii vero primo.*

Ego Curradus Spirenſis Epiſcopus Imperialis aulæ cancellarii vice domini Theodorici Colonienſis Archiepiſcopi, & totius Italiæ Archicancellarii recognovi.

Datum in civitate Placentia per manum Gualterii Protonotarii x. Kal. Julii.

Cæterum Giſelprandus cum ſuæ Cathedralis Canonicis aliquot bona, decimaſque attribuiſſet, Othoniſque Imp. Conſiliarius, & familiaris fuiſſet, ſub eodem diem clauſit extremum, longove tempore oportuit illum Derthonenſem Eccleſiam adminiſtraſſe, nec potuit intet ipſum. & ſequentem ſucceſſorem Eribertum, Joannem interceſſiſſe, ut in tabulis hujus Eccleſiæ habetur, quem habent Derthonenſem Epiſcopum fuiſſe ann. 959. Giſelprandus certe Auguſtanis Comitiis interfuit anno
D 952 apud Caniſium, & ann. 962. ſubſcripſit Othonis privilegio, *a* ut ſupra diximus: quemadmodum nec ipſe Giſelprandus videtur in hac ſede collocandus anno 938. ut in iiſdem exhibetur tabulis. (*„ Giſeprandi memoria habetur in Diplomate Othonis „ III. Imp. pro Bobienſi Monaſterio relato in Bullario „ Caſinen. tom. 672.*)

a ibique dicitur Gro.

XLVI 45 ERIBERTUS, an forte idem ſit cum Giberto, aliis relinquo. Hunc habent tabulæ ſæpe citatæ floruiſſe ann. 984. ſediſſeque in hac Eccleſia annos 8. menſ. 5. & veluti ſanctum olim in hac Eccleſia veneratum die 10. menſis Martii: de quo nulla extat memoria alia, neque de illo agit Ferrarius in Catalogo.

XLVII 46 LITIFREDUS præerat ann. 997. ſeditque annos 4.

XL
VIII. 47 AGIRIUS eandem ſedem moderabatur anno 1004. Roncalienſi conventui cum Eriberto Mediolanenſi Archiepiſcopo interfuit, dum Rex, qui præeſſet Italiæ, eligeretur. Sedit ann. 9.

48 PETRUS electus ann. 1014. Synodo Papien- XLIX.
ſi non abfuit ann. 1046. 8. Kal. Novemb. celebrato. Fuit hic longiſſimus Pontifex, cum protuliſſet ætatem uſque ad annum 60. menſes 8. dies 8. Ob præclaras animi dotes fuit vir longe clariſſimus. Omnem operam adhibuit, ut, quod per ea tempora fervebat, ſchiſma jugularetur, redirentque ſchiſmatici Epiſcopi, eorumque fautor Henricus Imperator, ad imperium Gregorii VII. veri Pontificis. E vivis ſublatus eſt Petrus ann. 1077.

49 ODDO præfuit anno 1077. ſedit annos 6. m. 1. L.
50 VIDO Oddoni ſuffectus eſt ann. 1084. ſedit LI.
annos 17. m. 1. d. 16.

51 LAMBARDUS electus fuit anno 1105. ſe- LII.
dit annos 5. interfuitque Mediolanenſi Concilio celebrato ab Archiepiſcopo ejuſdem civitatis.

52 PETRUS Lambardo ſucceſſit ann. 1111. LIII.
Deinde ordinatus à Jordano Mediolanenſi Archie-
B piſcopo ann. 1120. dum Calliſtus II. Romam tendens Derthonæ maneret. Jordanus quippe cum ſuis ſuffraganeis Pontifici occurrerat. Erant autem Quadrageſimales dies, & proximi Dominicæ Palmarum, ut narrat Landulphus de S. Paulo cap. 33. *Guerra* (inquit) *Cumanorum, & Mediolanenſium durante, atque eorum Pontificum, & Conſulum, vidi dominum Papam Calliſtum, & Jordanum Archiepiſcopum cum pluribus Eccleſiaſticis, & ſecularibus viris illuſtribus conſedere in Terdonen. palatio; in quorum præſentia querelæ meæ cauſam protuli, ſcilicet de D. Jordano &c. Jordanus itaque cœtui locutus de ſua opulentia in illa veſpertina hora, & die altera palatium deſcendit: atque in tertia quæ dies fuit Dominica de Ramis Palmarum in Eccleſia ſancti Martiani cum ſuis ſuffraganeis Petrum Terdonenſem electum, licet modo abjectum, in Epiſcopum ordinavit, & paulo poſt electus, Papa Terdonam exivit, cum quo Olricus vicedominus Mediolanenſis Jordano Archiepiſcopo revertente Mediolanum, uſque Pla-*
C *centiam ivit &c.* Hic anno 1112. 3. Kal. Septembris Conſules civitatis Terdonæ per lignum, quod tenebat in manu ſua, de Monte Arimanno cum caſtro ſuper ſe habente, inveſtivit: id etiam præterito anno egiſſe legimus ad honorem, ac defenſionem ſuæ Eccleſiæ, reſervata tamen ſibi facultate utendi ipſo caſtro, ubi neceſſitas compelleret. Hanc ſedem adminiſtravit Petrus annos 24. inque Concilio Piſano Innocentius II. eidem abrogavit Epiſcopatum, ob maniſeſtiſſimas vitæ culpas. Conſule Chronicon Gerardi de S. Germano.

53 GUILLELMUS ſucceſſit Petro anno 1134. LIV.
ſedit annos 18. ſubſcripſit concordiæ initæ inter monachos S. Ambroſii majoris, ac Præpoſitum, & Canonicos ejuſdem Eccleſiæ Mediolan. anno 1143.

54 OBERTUS Canonicus regularis, Præpoſi- LV.
tuſque Mortaræ canonicæ, Derthonenſis evaſit Epiſcopus anno 1153. cui mox IV. Adrianus Pontifex Maximus bona ſuæ Eccleſiæ ſuo diplomate confirmavit, & indultis ampliſſimis munivit. Datum
D Romæ Id. Apr. anno Incarnationis Dominicæ 1157. per manum Rolandi S.R.E. Presb. Card. & Cancellarii, quo Derthonenſem eccleſiam ſub B. Petri & ſua protectione ſuſcepit, ſtatuens ut quæcumque bona, quæ eadem eccleſia tunc poſſidebat, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitate Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis poſſet adipiſci, firma eidem Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus, & illibata permanerent, & decrevit, ut nulli liceat ſupradictam eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed illibata omnia, & integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodo profutura. Salva nimirum Sedis Apoſtolicæ authoritate: indicta contravenire tentantibus privatione poteſtatis, honoris, & dignitatis, maledictione, & excommunicatione, dicta vero ſervantibus benedictione. In quibus bona

Ibidem propriis duxit exprimenda vocabulis, videlicet Abbatiam S. Martiani, S. Stephani, S. Petri de Præcipiano, S. Honorati de Patrania, & S. Fortunati de Vindertio, cum prædiis, poſſeſſionibus, & familiis eorum, caſtellum Dernirium, Garboniam, S. Vitum, S. Colocerum, Padiſſanium, Surlæ, Sanzinum, Bagnariam, Fabriam, Brugnolum, Viqueriam, Montem Sigalis, caſtrum novum, viliam Satianum, Montem Cucum, Savinianum, Montemblum, Padraniam, Crucem, Levezolum, Orammalam, Grimarium, Montemoboris, Turriclum, Earium, Sanctum Gaudentium, curtem Cerviſinæ, caſtrum Præcipiani, Abbatiam in ipſo caſtro exiſtentem, cum omnibus poſſeſſionibus ſuis, &c. Diploma ſubſcriptum eſt ab ipſo Pontifice Adriano, & à decem, & ſeptem Cardinalibus Interfuit deinde Obertus Roncalienſi Concilio anno 1158. difficillimis temporibus hanc adminiſtravit Eccleſiam, utpore, qui Alexandri III. veri Pontificis deinde conſtantiſſime partes ſecutus, Friderici Ænnbarbi Imp. incurrit odium, hauſitque oculis excidium miſerrimæ civitatis ab eodem illatum. Derthonenſis excidii meminit Chronicula noſtra quædam M. S. ad annum 1155. iis verbis. *Ann. 1155. XVI. Kalead. Martii, prima, & ſecunda feria intrantis Quadrageſimæ Terdonenſis civitas, & ſuburbium, obſeſſa eſt ab Imperatore Friderico, & eadem civitas capta fuit decimo quarto Kal. maji, cujuſq. ad fundamentum nequitia vicinorum fuit deſolata, & in Kal. Maji per Mediolanenſes eſt reædificata, & miſerunt Epiſtolam cum tribus donis, ſcilicet tubę ęneę ad convocandum populum vexillo albo cum Cruce rubea, in quo etiam erat Sol ſignificans Mediolanum, & Luna ſignificans Terdonam, miſerunt etiam ſigillum ad ſigillandum litteras, in quo erat ſculptę duę civitates, Mediolanum videlicet, & Terdona: quoniam ſicut Sol, & Luna ſunt luminaria hujus mundi, ſic Mediolanum, & Terdona ſunt totius luminaria regni.* De eodem agit Triſtanus Chalcus lib. 3. Hiſt. Mediolan. Profugit deinde Obertus Epiſcopus ad Alexandrum iram Friderici, & Victoris Antipapæ declinans à quo plura retulit privilegiorum ornamenta anno 1161. ſicut antea ab Adriano IV. retulerat. Demum Concilio Lateranenſi interfuit anno 1179. plenuſque meritis è vivis paulo poſt diſceſſit.

LVI. 55 HUGO immediate ſucceſſit Oberto: ille idem, qui anno 1183. fœdus iniit, & concordiam cum Conſulibus Derthonenſibus pro jugaticis, aliiſque juribus ſui Epiſcopatus, quæ extant inter membrana hujus Eccleſiæ, his verbis exſcripta.

(*Anno Dominicæ Incarnationis 1183. X. die exeunte Julio Indict. I. in Epiſcopali Palatio teſtium, quorum nomina ſubterleguntur, talis concordia fuit propter negotium Darnexii, inter D. Ugonem Derthonenſem Epiſcopum, & comitem, & conſules Derthonæ, ſcilicet Alberium de Saroziano, Burchum Judicem, Othonem Tortum, & Ambroſium de Pizona, Obertum de Bunedo, Rodulphum Falanellum, quod dicti conſules fecerunt finem, & refutationem ſubſcripto Domino Epiſcopo, & ſuis ſucceſſoribus in perpetuum à parte communis Derthonæ de toto fodro Staciani, Valani, Puliani, S. Aloxini, Surli, Gabbanæ, retinendo tamen in ſe Celorum, & Corulianſilium, & omnes alios homines de curte S. Aloxini, quo commune Derthonæ erat ſolitum diſtinguere, & frodare, & propter hunc finem, & hanc refutationem D. Epiſcopus tradidit, & conceſſit communi Derthonæ in manibus ſupradictorum conſulum in perpetuum, ut habeatur rugadium in omnibus in ſuprascriptis locis, & de eorum curtibus rugadicum eſt duo ſold. de unoquoque pari bovum, & de illis, qui habeat unum bovem, & eorum qui laborant cum ſapa duodecim denarii per ſingulum annum propter hoc datum, & hanc conceſſionem ſupraſcripti conſules à parte communis Derthonæ promiſerunt jam dicto Domino Epiſcopo ſalvare, & cuſtodire per totum ſuum poſſe omnes homines jam dictorum locorum. Actum in ſupraſcripto Palatio feliciter: interfuerunt teſtes, Ido Suavis, Gandulphus Muſus, Caſſianus Ruffinus, Salvaticus Vicedominus, Nicolaus Armellinæ, Lanfrancus de Savignono, Bernardus Abellus, poſt quartum diem in dicto Palatio commune. Et Concilium Derthonæ ad ſeillam, ſive campanam ſonatam firmavit jam dictum finem & refutationem adverſum D. Epiſcopum, & receperunt ab eo ſupraſcriptum datum, & conceſſum. Ego Gregorius Notar. ſacri Palatii rogatus interfui, & juxta jam dicti D. Epiſcopi, & Conſulum conſilii hanc chartam ſcripſi.*

Fuit Hugo Friderici Imperatoris charus, à quo retulit confirmationem omnium privilegiorum ſuæ Eccleſiæ à ſuperioribus Imper. conceſſorum. Sub Lucio III. obiiſſe ajunt tabulæ Derthonenſes, alii ſub Clemente III. Revera de eo nulla alia occurrit memoria præter ſupra relata, quam dedimus libenter, ut videant ii, qui Hugonem poſt Gandulphum Derthonenſem Præſulem ſtatuunt.

56 GANDULPHUS ad eandem dignitatem aſſumptus poſt Hugonem Lucii III. temporibus, à quo omnium privilegiorum ſuæ Eccleſiæ obtinuit confirmationem; ita habent tabulæ citatæ. LVII.

57 OTHO, ſive Oddo eandem obtinuit ſedem ann. 1196. Ad hunc literas Apoſtolicas direxit Innocentius III. anno I. ſui Pontificatus, quibus illi poteſtatem faciebat religioſos viros ſuæ diœceſis compellendi ad obſervantiam regularem An. 1197. commune pro una partem civitatis, pro alia parte marchionem Albertum Maleſpinam, ejuſdem nepotem inveſtiviſse Othonem habent monumenta hujus Eccleſiæ. Obiit anno 1201. LVIII

58 OBIZO ſucceſſit Othoni an. 1202. Hic monaſterium S. Mariæ de Peroallo ſuæ diœceſis Ord. S. Benedicti auxit, eidemque ex aſſenſu ſui capituli immunitates, & libertates quaſdam donavit. Has Innocentius III. ratas habuit, ipſumque monaſterium ſub ſua, & B. Petri protectione ſuſcepit. Datum Laterani Kal. Martiis Pontif. ann. 15. qui fuit ſalutis 1212. LIX.

59 PETRUS Buſettus, civis Derthonenſis, patriæ Epiſcopus adlectus eſt anno 1220. ſedit annos 15. LX.

60 MELCHIOR Buſettus, Petri nepos, eadem patriæ dignitate decoratus eſt, cum antea cathedralis Eccleſiæ Præpoſitus eſſet 1235. Creditam ſibi Eccleſiam annos multos rexit, indeque miſerabiliter à militibus marchionis Montisferrati interfectus eſt anno 1284. diuque inſepultus jacuit extra pomerium, ut refert Calchus, lib. 17. patriæ Hiſtoriæ. Rem totam ſuis refert in Eccleſiaſt. Annalibus noſter doctus Odericus Raynaldus, quam hic non piget referre, cum maxime ad dignitatem Eccleſiaſticam conferat, ſcituque digniſſima ſit. *Graviſſime*, inquit, *in Inſubria violata erat Eccleſiaſtica dignitas in Terdonenſi Epiſcopo, qui ex inſidiis à facinoroſis hominibus necatus fuerat. Cum enim Guillelmus, marchio Montisferrati impetu Terdonenſem civitatem expugnaſſet, ipſius milites fugientem Epiſcopum cepere, & in vincula conjecere: cui mox eo advolans Marchio, compedes detrahi juſſit. Cum vero conſanguinei Epiſcopi quandam arcem, cui Sorli nomen erat, præſidiario milite munitam tenerent, miſſus eſt Epiſcopus militum manu ſtipatus, ut conſanguineos ad arcis deditionem pelliceret; dumque res tractaretur, Epiſcopus cum fratre, ac tribus aliis Derthonenſibus cæſus eſt, præſente marchionis familia, quamvis nebula interjecta rei conſpectum eriperet. Audito facinore, marchio magnum præ ſe animi dolorem tulit, atque Epiſcopi corpus magno funebri apparatu extulit: juſſuſque paulo poſt ſedi Apoſtolicæ ſe ſiſtere, plures excuſationes attulit: ſi diſcederet, ditionem ſuam in apertum diſcrimen conjectum iri: filium ſeptennem eſſe: deeſſe fratrem, cui principatum crederet: Sabaudum ſibi infenſum: non permiſſuros Genuenſes in eorum civitatem ingredi, non tutum mare, ſi Genuenſem navim conſcendat ob Piſanorum odia, non licere navi Aragonia vehi: atque ita ſibi eundi ad ſedem Apoſtolicam aditus abreptos eſſe. Quibus auditis Honorius*

norius cum rei gravitas ſeveritatem poſceret; hinc æquitas clementia ſeveritatem, ſi excuſatio valeret, temperari ſuaderet, Conſanenſi Epiſcopo, & Dominicanæ familiæ in Inſubria præfecto provinciam impoſuit, ut ſi Marchio abſolvi flagitaret, nec tamen accedere ad Pontificem poſſet, deſcriptas in diplomate pœnas illi infligeret. Hæc iſte affert, deinde partem Pontificii diplomatis ex Reg. Vatic. lib 1. epiſt. 224. quod etiam nos legimus ibidem, & integrum damus in hunc modum.

Honorius &c. Venerab. fratri Archiep. Conſanen. & dilecto filio Priori Frat. Ord. Præd. Provinciæ Lombardiæ.

Tenemur ex debito commiſſi nobis officii Paſtoralis circa curas attendere animarum, & in hoc mari magno, remige recto dirigere navigantes, ne illos fluctus abſorbeant, ſed potius naufragantes eruta liberet directoris, & ad portum ſalutis adducat per operoſa ſtudia reſurgentes. Sane innuit nobis oſtenſa confeſſio ex parte nobilis viri Guillelmi Marchionis Montisferrati, quod ipſe quadam die, quo idem marchio civitatem Terdonen. armata manu violenter intravit, intellecto, quod bonæ mem. M. Epiſcopus Terdonen. qui una cum ipſius Marchionis inimicis ipſi Marchioni, & ejus terræ, ac hominibus damna plurima irrogarat, in ipſo conflictu, & tumultu de civitate pedes effugiens in habitu peregrino extra civitatem ipſam in ſuburbiis per quoſdam pedites Bervarios ipſo marchione ignorante fuerat violenter captus, detentus, & armis militaribus ſpoliatus, timens ne dictus Epiſcopus à ſuis adverſariis occideretur, cum ſua familia feſtinanter accurrit, & de manibus prædictorum eripiens dictum epiſcopum, & eum ab impetu ſuorum inimicorum in ejus mortem clamantium defendi faciens, ſic captum, in quodam palafredo poſitum duci publice per civitatem Terdonen. ad Epiſcopale Palatium, in quo erat idem Marchio hoſpitatus mandavit ibidem per quendam familiarem ſuum caſtellanum caſtri Montis Barucii diligentius cuſtodiri Epiſcopum ſupradictum. Poſtmodum vero non ſine animi turbatione audito quod hujuſmodi mandati occaſione idem Caſtellanus propter ipſius mandantis intentionem per duas noctes, & unum diem dictum Epiſcopum in compedibus tenuiſſet, fecit eundem Epiſcopum confeſtim de ipſis compedibus liberari, & ipſum Epiſcopum alias ſine vinculis ſub fida cuſtodia detineri. Deinde quibuſdam perſonis procurantibus inter ipſos Epiſcopum, & marchionem habito quodam compoſitionis tractatu, cum quidam ipſius Epiſcopi conſanguinei Caſtrum de Sorli in quo ſe receptaverant, guerram exinde facientes adhuc ipſi Marchioni, communi Terdonen. nollent ipſi Marchioni tradere juxta ipſius Epiſcopi mandatum, & voluntatem, eis per dilectos filios Abbatem de Ripalta, & Priorem Prædicatorum Terdonen. & plures alios clericos, & laicos ex parte dicti Epiſcopi factum, & ſignificatum idem Marchio ad dicti Epiſcopi inquiſitionem, ipſum Epiſcopum cum quibuſdam dicti Marchionis militibus, & familiaribus aſſociatum, ne poſſet aufugere, miſit ad dictum caſtrum, & fecit armata manu conduci, ut viſo prædicto Epiſcopo, & præſente, at procurante præfati ejus conſanguinei, dicto Marchioni prædictum caſtrum traderent, ut ipſe Marchio ſperabat, & Epiſcopus promiſerat memoratus. Sicque dictis conſanguineis ipſius Epiſcopi, etiam poſt expreſſum mandatum ipſius Epiſcopi tunc præſentis, ipſum caſtrum denegantibus ſeu differentibus tradere Marchioni, dum armati qui dictum Epiſcopum conduxerant, cum eo retrocedentes in Caſtro de Seravallis hoſpitati, mane tunc ſequentis diei eundem Epiſcopum reducerent verſus civitatem Terdonen. contigit quod ſic redeundo quidam conſanguineus germanus ipſius Epiſcopi, & quidam tres alii de Terdon. quaſi ſuper ipſius caſtri reſtitutione tractaturi, ut credebant aliqui, ſe cum ipſo ab armatis aliis ſeparantes, & ſecedentes ad partem ſic quod nebula multum ſpiſſa tunc impediente licet ſatis prope eſſent videri non poterant à familia Marchionis, ipſum Epiſcopum ibi auſu ſacrilego lethaliter

A *vulnerantes proh dolor, perperam occiderunt. Et licet in ipſius Epiſcopi morte idem Marchio non dederit alias conſilium, auxilium vel favorem, imo de tali ejus morte ſicut aſſeritur doluerit, & doleat vehementer, & ejus corpus fecerit honorifice portari, & ei cum magna cleri, & populi multitudine non ſine gravi cordis dolore extra civitatem ipſam pedes obviant illud fecit in majori Eccleſia Terdonen. cum debitis obſequiis ſepeliri, tamen quia eodem Marchione mandante, ut prædicitur, fuit detentus, & cuſtoditus. Cum idem Marchio propter loci diſtantiam perſonæ ſuæ, & terræ periculum, & inimicitias graves ſe aſſerat ſedem Apoſtolicam commode adire non poſſe, ac paratum ſe offerat ſuper his Eccleſiæ mandatis humiliter obedire, abſolutionis beneficium humiliter poſtulavit. Cumque videretur quod dictus marchio pro tanto exceſſu deberet ad ſedem Apoſtolicam accedere perſonaliter hujuſmodi beneficium petiturus, fuerunt nobis pro ipſo excuſationes propoſitæ infraſcriptæ. Videlicet quod dictus Marchio propter multa*

B *ta pericula quæ poſſet incurrere in ſua, & gentis ſuæ perſonis, ſeu rebus, & terris, maxime cum varias inimicitas habeat, & cum pluribus univerſitatis, & ſingularibus perſonis tam clericis, quam laicis, & propter alia diſcrimina ſeu diſcordias terræ ſuæ, & ſpecialiter inimicitias graves, & publicas, ſeu diſcordias cum intrinſecis Mediolanenſibus, eorumque ſequacibus, & cum nonnullis Univerſitatibus, ſeu perſonis dictis Mediolanen. amicitia vel ſocietate conjunctis, quod que dictus Marchio non niſi unicum filium habet circa ætatem ſeptem annorum, nec germanum cui tute poſſet committere terram ſuam, & quod graves habet inimicitias cum comite Sabaudiæ, nec relevatur ſi treuga ſit inter eos, nam eſt cuilibet parti licitum dictam treguam propria voluntate infringere ad quindecim dies poſtquam ipſa tregua eſſet contra mandata, ut ipſorum verbis utamur, & quod præfatus marchio non poteſt tranſire per civitatem Januen. prout ſibi præteritum indicat de futuro, nam cum alias illuc voluiſſet accedere, & cum inermi, &*

C *modica comitiva, Januen. non ſunt paſſi quod ipſum intraret; per mare vero non poteſt cum terram non habeat ſupra mare, nec in Galeis Januenſibus propter diſcrimina, & inimicitias Piſanorum, & conſiderata temporis qualitate Galeas non diceret Aragonum, vel Siculorum, cum quibus non vult, ſicut nec deceret propter interdictum Eccleſiæ converſari. Præterea, ut excuſationes hujuſmodi admittendæ magis appareant eorum exemplum inducitur, quæ dicto Marchioni extra terram ſuam eunti hactenus contigerunt. Nos autem in tanto, & notabili divulgato exceſſu, ſic volentes in excuſationibus æquitatem manſuetudinis obſervare, quod effectum veræ juſtitiæ non lædamus omnino, quia vos de facto, & facti circumſtantiis habere poteritis notitiam pleniorem, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos vel alter veſtrum ſuper excuſationibus ipſis ſpeciali indagatione, non ſolemni vel judiciaria habita, ſed fideli, ſi vobis ex veris probationibus, vel ex probabilibus, ſeu veriſimilibus*

D *conjecturis videbitur memoratum Marchionem ſedem Apoſtolicam his diebus ad plenum ſecure adire non poſſe, ſeu à perſonali comparitione ad præſens excuſatum habendum, de perpetrato exceſſu ſtudeatis modo quo prædicitur indagare. Et ſi nihil notabile ultra repereritis, eidem Marchioni, quod in morte dicti Epiſcopi ordinatione, mandato, vel conſenſu alias culpabilis non extiterit, cum viginti perſonis purgationem indicatis publice coram clero, & populo inſtituendo, per vos ſibi termino faciendam. Si vero aliquid ultra notabilius inveneritis perpetratum, quam ipſe Marchio fuerit in prædictorum narratione confeſſus, vel ſicut prædicitur, non purgaverit, ſuper prædictis ulterius minime procedatis. Quod ſi prædicta inveneritis, ut narratur, etiam ſi aliquid non tamen notabile ultra perreperitis, & ſicut prædicitur ſe purgaret, ab eodem Marchione ad devotam requiſitionem ſuam deſtando mandatis noſtris, & Eccleſiæ, corporali præſtito juramento, & de parendo præciſe*

man-

mandatis eiſdem, idonea cautione recepta inter alia ſpecialiter imponatis eidem quod dictus Marchio à loco, in quo dictus Epiſcopus captus extitit, uſque ad Eccleſiam Terdonenſem nudis pedibus, & à portis Vercellenſis, & Sporenſis, & Albanenſis civitatum uſque ad Cathedrales Eccleſias civitatum ipſarum pedes nullum veſtimentum ſuper tunicam ferens, & capite diſcooperto, publice ac patenter accedat: ipſumque Marchionem, & poſteritatem ſuam auctoritate noſtra privare curetis omni jure patronatus, vel alio, & feudo, ac locationibus emphyteuſis, & aliis quæ ab ipſa Terdonenſi tenet Eccleſia, ita quod ad eandem Terdonenſem Eccleſiam libere devolvatur, ac reddatis eadem auctoritate poſteritatem ipſam uſque ad quartam generationem inhabilem ad obtinendum Eccleſiaſticum beneficium in dicta Eccleſia Terdonenſi. Præfato quoque Marchioni diſtricte præcipiatis, quod caſtra, poſſeſſiones, & terras, ad prædictam Eccleſiam Terdonenſem ſpectantia, quæ detinet occupata, eidem Eccleſiæ integre reſtituere ſine qualibet difficultate procuret. Poſt hæc petitum abſolutionis beneficium juxta formam Eccleſiæ, hac vice auctoritate noſtra impendatis eidem, ſibique imponatis diſtrictius, & mandetis, ut infra unius anni ſpatium altare conſtitui faciat in dicta Eccleſia Terdonenſi, & dotari de bonis ſuis, ex quorum proventibus duo presbyteri, quilibet illorum videlicet, vigintiquinque libras Genuenſes, annis ſingulis percipere valeat, ut ibi continue circa ſervitium cultus divini morentur. Paſſagium quoque ultramarinum, vel peregrinationis iter ad Eccleſiam S. Jacobi Compoſtellani prout, & quando nos duxerimus diſponendum, & præter prædicta etiam ſibi injungatis jejunia, orationes, & alia pia opera prout juxta qualitatem exceſſus animæ ſuæ saluti videritis expedire. Volumus inſuper, quod Marchione ipſo, ut præmittitur, abſoluto, ex parte noſtra diſtricte præcipiatis eidem, quod infra annum poſtquam excuſationes ipſæ ceſſaverint, ita quod tute poſſit Apoſtolico ſe conſpectui præſentare, ad ſedem accedat eandem mandata, quæ ſi contigerit auditurus, & efficaciter impleturus. Quod ſi non fecerit ea, quæ ſuper conſtructione, & dote altaris, ultramarino paſſagio, vel peregrinatione, & perſonali adventu ad præfatam ſedem ſibi ut præmittitur, duxeritis injungenda, volumus ut ex tunc eo ipſo in eandem ſententiam, à qua ipſum abſolveritis, reducatis eundem, ita quod ſicut prius pœnis, & pœnitentiis ſubjaceat injungendis, niſi ſuper iis ei per eandem ſedem aliter conſulatur. Per hæc autem, quæ dicto marchioni non requirenti judicium, ſed humiliter imploranti miſericordiam pœnitentiæ ſalutaris imponi mandamus, ſecularibus principibus, vel perſonis non adimimus facultatem utendi prout juſtitia ſuadebit, contra ipſum legibus, quas adverſus ſacrilegos catholici principes ediderunt. Et ut conſtare poſſit in poſterum de præmiſſis modum quem in abſolutione ipſa ſervaveritis, vel ſi ad ipſam non proceſſeritis, ac occaſiones, & cauſas & quicquid feceritis in dictis, nobis per veſtras litteras horum ſeriem continentes fideliter intimare curetis.

Datum Romæ apud S. Sabinam 13. Kal. Januarii anno 1.

LXII. 61 JACOBUS Calzinarius Derthonenſis, ex Oedine Humiliatorum, ſacrorum canonum doctor eximius, à Romano Pontifice Honorio IV. eligitur, ut Eccleſiæ Derthonenſi conſuleret: quam cum honeſtiſſime ad annum uſque 1300 gubeenaſſet exceſſit è vivis, boni Epiſcopi famam poſt ſe relinquens.

LXIII 62 PETRO Taſio Papienſi idem munus demandatum eſt anno 1300. Hic Fratres Ord. Prædicatorum Derthonæ excepit: de quo nulla mentio in Regeſtis Vaticanis.

LXIV 63 MANFREDUS Calzinarius Derthonenſis, Patriæ Epiſcopus adlectus eſt anno 1309. poſtremum diem obiit anno 1313. de quo etiam nil reperitur in Regeſtis Vaticanis, de eo tamen hæc pauca referunt tabulæ ejuſdem Eccleſiæ.



64 TIBERIUS, aliàs Filiberius, nobilis gentis Turrianæ Mediolanenſis, Martino patre natus, majoris Eccleſiæ Mediolanenſis ordinarius Canonicus, in hac ſede jus dixit, ad eam vocatus anno 1313. die menſis Octobris 23. Spondet ſe ſoluturum ſacro collegio ſolitam penſionem, ita in lib. oblig. Præfuit annos 12. translatuſque eſt ad Eccleſiam Brixienſem. LXV



65 PRINCIVALLUS de Fliſco, nobilis Januenſis, antea Epiſcopus Brixienſis, ad hanc ſedem translatus à Joanne XXII. anno 1325. 5. Kal. Julii. Per multos annos multi graves motus, ſeditiones, & diſſidia fuerunt inter Princivallum Epiſcopum, & Derthonæ Senatum, occaſione jugatici (ut vocant) quod homines Epiſcopatui obnoxii eidem ſenatui à temporibus Hugonis Epiſcopi ſolvebant. Hæ tandem ſeceſſiones, & inteſtinæ ſeditiones à Raphaele Fliſco comite Lavaniæ, Princevalii procuratore, & Joanne Ferracavallo Senatus actore, & ſyndico per ſummam concordiam fugatæ fuerunt. Concordiæ documentum placuit hic inſerere ex authentico copiali, cum maxime faciat ad hujus Eccleſiæ ſervandam dominii memoeiam. LXVI

In Chriſti nomine Amen.

Anno Domin. Nat. 1347. Indictione 15. Mart. 16. menſis Octobris hora parum poſt nonam; in civitate Derthonæ in porta dorata in Palatio communis civitatis ejuſdem, in præſentia mei Notarii, & teſtium ſupraſcriptorum ad hæc ſpecialiter vocatorum, & adhibitorum. Cum haćtenus inter Reverend. Patrem, D. D. Princevallum Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopum Derthonenſem, & comitem, ex una parte, & commune Derthonæ jam dictæ ex altera fuerit orta contentio, occaſione jugatici hominum Epiſcopatus Derthonæ, & pactorum, & conventionum, de quibus agitur in inſtrumento ipſius jugatici acto, & perſcripto manu Georgii Notarii, anno Dom. Incarn. 1283. X. die exeunte Julio Ind. I &c. cujus inſtrumenti tenor relatus eſt in Hugone Epiſcopo; videlicet quia prædictum commune Derthonæ aſſerebat, & dicebat ſupraſcriptum Jugaticum pro ſpatio novem annorum proxime præteritorum, & etiam pro anno inſtante finiendo in Kal. Febr. proxime futuri, & de cætero in perpetuum debe-

ri ipſi communi Derthonæ, & cuilibet habenti cauſam ab eo, & contra præd. homines Epiſcopatus non debere ſolvi, eo quod commune Derthonæ non ſervaverat pacta in dicto inſtrumento Jugatici inſerta dicto Domino Epiſcopo, & hominibus Epiſcopatus ejuſdem, & ex inde ſe dictoſque ſuos homines paſſos fuiſſe gravia, & enormia intereſſe, & damna, & ſic inter dictas partes præmiſſorum cauſam eſſe diſcordiæ, & contentionis, & cum idem dictus Epiſcopus hominum civitatis præhabitæ pater ſpiritualis etiam noſcatur, & ipſos homines in ſpiritualibus fore filios D. Epiſcopi antefati, inter quos patrem, & filios contentiones, & jurgia eſſe non decet; idcirco vir nobilis, & diſcretus Dominus Raphael de Fliſco Palatinus, & Lavaniæ comes, ſyndicus, actor, & Procurator ſyndicario, actorio, & procuratorio nomine dicti Domini R. Patris Domini Epiſcopi, & Epiſcopalis Derthonenſis Palatii habens ad omnia, & ſingula infraſcripta gerenda, & perficienda plenum, & ſufficiens mandatum, ut de mandato ejus conſtat inde acto publico inſtrumento, & ſcripto manu Acini de Rovedis fil. Bernabonis publici Imperiali auctoritate Notarii. Ann. Dominicæ Incarnationis Ind. 15. die martis Non menſ. Oct. hora circa Veſperas; in caſtro Puliani &c. ex una parte & Joannes Ferracavallus fil. q. Franciſci Syndicus, actor, & procurator, Syndicario, actorio, & procuratorio nomine communis, univerſitatis, & hominum civitatis Derthonæ præhabitæ, habens etiam ad infraſcripta omnia, & ſingula agenda, & complenda plenum, & ſufficiens mandatum, ut de mandato ejuſdem publico inſtrumento acto, & ſcripto manu mei Franciſchini de Vercellis Notarii infraſcripti. Anno à Nat. Domini 1347. Indiction. 14. die Jovis IV. menſ. Octob. hora circa tertiam, in civitate Derthonæ in porta dorata, in Palatio communis &c. noſcitur apparere, ex altera parte præmiſſa attendentes, & conſiderantes, & præmiſſis jurgiis, & contentionibus, ac controverſiis finem imponere cupientes ad talem compoſitionem, & tranſactionem inter ſe ſe, & dictis nominibus ſuper præmiſſis, & infra dictis devenerunt, & pervenerunt videlicet; quia idem D. Raphael habito nomine, ex cauſa tranſactionis vult, conſenſit, & conſentit quod commune Derthonæ jam dictum, & quicumque cauſam habens ab eo habeat, & habere debeat ab hominibus dicti Epiſcopatus Jugaticum de quo fit mentio in inſtrum dicti Jugatici ſupraſcripto, pro annis novem proxime præcedentibus, & pro anno præſenti finiendo in Kal. Feb. ſubſequentibus proxime, & nomine ſupraſcripto ex cauſa tranſactionis prædictæ, liberavit, & abſolvit ſupraſcriptum Joannem Ferracavallum Syndicum dicti communis Syndicario actorio, & procuratorio nomine communis ejuſdem, præſentem, & recipientem, & per ipſum dictum commune, & homines Derthonæ ab omni, & toto eo quod prædictus D. Epiſcopus, & Epiſcopale Palatium, & homines dicti Epiſcopatus, vel aliquis ipſorum petere, ſeu exigere poſſent, nomine eorum damnorum vel intereſſe, quæ ſeſe paſſos dicerent, vel oſtenderent, vel oſtendere quoquomodo poſſent pro eo, vel ex eo quod non fuiſſent ipſi D. Epiſcopo, & hominibus ſupradicti Epiſcopatus pacta ſervata in dicto inſtrumento Jugatici inſerta, & finem, & refutationem plenariam, & pactum de non petendo fecit de damnis, & intereſſe quibuslibet jam dictis ſupraſcripto Joanni Syndico dicto nomine recipienti, & voluit etiam ex cauſa tranſactionis jam dictæ & conſenſit prædictus D. Raphael ſupraſcripto nomine quod finitis dictis novem annis incipiendis in Kal. Feb. ſubſequentibus proxime dictum commune Derthonæ habeat, & habere debeat de cætero, & percipere à prædictis hominibus dicti Epiſcopatus ſupraſcriptum Jugaticum, ſecundum quod continetur in jam dicto inſtrumento Jugatici, & quod ipſis novem annis finitis, dictum commune Derthonæ, ſit & eſſe intelligatur in pacifica poſſeſſione, & quaſi habendi, & percipiendi ſupraſcriptum Jugaticum ab hominibus memoratis Epiſcopatus prædicti, & hæc dummodo dictum commune, & homines Derthonæ per eorum legitimum Syndicum faciant finem, & remiſſionem, & pactum de non petendo ſupraſcriptum jugaticum à dictis hominibus Epiſcopatus, neque etiam in eorum bonis, pro annis novem ſubſequentibus proxime, & incipiendis in dictis Kal. Feb. & dummodo ipſum commune, & homines Derthonæ, & dominus dictæ civitatis ſervent, & obſervent pacta, & conventiones in dicto Inſtrum. Jugatici inſerta, & inſertas, & non petent dictum Jugaticum per dict. novem ann. & ſi dictum commune, & homines Derthonæ, vel dictæ civitatis D. contrafacerent in exigendo pro ipſis novem annis dictum jugaticum, quod dicta poſſeſſio, & remiſſio ſit caſſa, & irrita, & nullius valoris; & verſa vice, & vice mutua prædictus Jo. Ferracavallus Syndicus actor, & procurator Syndicario, actorio, & procuratorio nomine communis, & hominum ſupraſcriptorum Derthonæ, pro recompenſatione dictarum remiſſionum, abſolutionum, & liberationum finis, & pacti de non petenda damna, & intereſſe, præmiſſa, ac dictorum conſenſuum ex cauſa tranſactionis, liberavit, & abſolvit ſupradictum D. Raphaelem jam dicto nomine, & per eum ſupraſcriptum D. Epiſcopum, & dictos homines Epiſcopatus, ab omni ſolutione, præſtatione, & exactione ſupraſcripti Jugatici per ſpatium novem annorum proxime futurorum continuo ſuſcipiendorum in dictis Kal. Feb. & pactum, & promiſſionem fecit ex dicta cauſa ſupraſcripto nomine, jam D. Raphaeli ſupraſcripto nomine ſtipulanti, & recipienti de non petendo ſupraſcriptum jugaticum à dictis hominibus ſupraſcripti Epiſcopatus, nec etiam in eorum bonis per ſpatium totum dictor. annor. 9. pron. & etiam de non moleſtando eos occaſione eadem; & promiſit etiam, & convenit ſupraſcripto nomine ex cauſa habita jam dicto D. Raphaeli quo ſupra nomine ſtipulanti, & recipienti quod commune, & homines Derthonæ jam dictæ, & quilibet ejus dominus attendent, & obſervabunt dictis domino Epiſcopo, & hominibus ſupradicti Epiſcopatus ex nunc, & in perpetuum pacta, & conventiones, quæ continentur in dicto inſtrum. jugatici, & prout continetur in ipſo inſtrumento jugatici, quæ omnia, & ſingula ſupraſcripta dictus D. Raphael ſupraſcripto nomine ex una parte, & prædictus Joannes Ferracavallus nomine pro ſupra ex altera, ſibi adinvicem, & vice mutua attendere, & obſervare perpetuo promiſerunt, vel ſubſtinerentur in judicio, & convenerant prout ſuperius expreſſa ſunt, & non contrafacere ullo tempore, vel venire ſub pœna, & in pœna omnium damnorum intereſſe, & expenſarum quæ fierent, vel ſubſtinerentur in judicio, ſive extra ſi contrafieret per quamvis ipſarum partium, & cum integra reſtitutione ipſorum, & ipſarum & ſub hypotheca, & obligatione omnium bonorum dicti domini Epiſcopi, & Epiſcopalis Palatii, dictique communis civitatis Derthonæ præſentium, & futurorum ſolita, & ſolemni ſtipulatione, & inde interveniento, & præmiſſa, quibus omnibus, & ſingulis ſupraſcriptis, vir providus, & diſcretus D. Ruffinus de Tiſma, de Papia judex, & Vicarius nobilis, & potentis viri D. Guillelmi Marchionis Pallavicini civitatis, & diſtrictus Derthonæ honor, poteſtatis cauſa legitima cognita, ſuam auctoritatem, & domini Poteſtatis interpoſuit pariter, & decretum & inde duo inſtrumenta ejuſdem tenoris fieri rogaverunt per me Franciſchinum de Vercellis Notarium, & Cancellarium communis Derthonæ ad hæc ſpecialiter adhibitum, & vocatum.

Interfuerunt teſtes prædictis omnibus, & ſingulis, dum ſic agebantur dominus Antonius de Pompano fil. quond D. Oberti, D. Gracius de Opizonibus fil. quon. D. Gerardi, D. Gabrius de Montemerlo fil. quon. D. Oppicii de Azo de Montemerlo fil. quon. D. Tiacti, Conradinus de Montequaldono fil. quon. D. Nigri, & Acinus Rovedus fil. q. Bernabonis Notarius pro ſecundo Not. ad ſe ſubſcribendum huic inſtrumento.

Ego Franciſchinus de Vercel. fil q. Jacobini publico Imperiali auct. Not. Cancell. Officialis, & ſcriba ad literas, & conſilia communis civit. Derthonæ hanc

char-

chartam inde rogatam imbreviavi, tradidi, & ſcripſi.

Princevallus vero poſt diuturnum laborem obiit anno 1348.



LX VII. 66 JACOBUS Vicecomes, Canonicus Mediolanenſis, in Diaconatus ordine conſtitutus, à Clemente VI. electus eſt Epiſcopus Derthonenſis anno 1348. die 6. Novemb. ſucceſſit Princevalio; ut notatur in Reg. Vatic. E. 90. fol. 39. ann. pont. 7. Diu hanc Eccleſiam rexit.



LX VIII. 67 JOANNES ex Marchionibus Cevæ ex Epiſcopo Albenganenſi ad Derthonenſem Eccleſiam translatus eſt anno 1363. Id. Sept. Præfuit annos multos, exuique fato conceſſit, à Duce Joanne Galeatio Vicecomite expulſus; quem anno 1386. inveſtiverat de caſtro Surlæ cum mero, & mixto imperio, & omnimoda jurisdictione, & uti de feudo libero, nobili, & antiquo, quod pro tali idem dux recognoverat præſtito fidelitatis juramento ipſi Joanni Epiſcopo. Legitur hujus infeudationis documentum integrum in Arch. Eccleſ. Derthon. cujus exemplar operæ pretium hic addere teneo.

In nomine Domini, Amen.

Anno à Nativitate ejuſdem Domini 1386. Indict. 9. die 12. Feb. hora Nonæ in caſtro Surlæ Epiſcopatus Derthonæ videlicet apud portam magnam dicti Caſtri, Jacobus de Marocho civis Derthonæ, Vicarius Rev. in Chriſto D. D. Joannis ex Marchion. Cevæ, Dei gratia Epiſc. Derth. & comitis in temporalibus generalis, & commiſſarius ad infraſcripta ſpecialiter deputatus per præfatum D. Epiſc. per enſem evaginatum, quem in ſua manu tenebat, & omni modo, jure, via, forma, quibus melius, & validius potuit, & poteſt, & intervenientibus omnibus ſolemnitatibus tam facti, quam juris quæ in talibus, & ſimilibus exiguntur, inveſtivit, & inveſtiit Albertolum de Griffis de Variſio Procuratorem, & procuratorio nomine Ill. Principis, & Mag. D. Joannis Galeaz Vicecomitis, Comitis Virtutum Mediolani &c. Imperialis Vicarii Generalis, ipſummet Albertolum Notarium publicum, & tamquam perſonam publicam, recipientem nomine, & ad utilitatem præfati D. D. Galeaz, & eorum, quibus dederit, ſeu conceſſerit, ſeu infeudaverit, ſeu dederit prædicta, ſeu aliqua ex prædictis, & ſucceſſores quocumque modo ſuccedentes in feudum honorificum, antiquum, & generale de toto caſtro Surlæ, & territorio, curte & pertinentiis mero, & mixto imperio, & omnimoda juriſdictione, terris, pratis, vineis, boſchis, zerbis, caſtaneis, molendinis, furcis, poteſtriis, finibus, decimis, & jure decimandi, piſcationibus, aquæductis, vaſallis, & jure vaſallorum, commoditatibus, utilitatibus, præeminentiis, honorariis & omnibus, & ſingulis villis ſpectantibus, & ſolitis ſpectare ad prædicta, & dependentibus à prædictis, & etiam de omnibus condemnationibus, mulctis, pœnis & jure condemnandi, & mulctandi, & de omnibus regalibus, & quæ appellatione Regalium comprehenduntur, & comprehendi poſſunt, & poſſent taliter, & tali modo fecit prædictam infeudationem, & inveſtituram in feudum videlicet, quod ipſe præfatus D. D. Galeaz Comes quoquo modo conceſſerit, habeat, teneat, & poſſideat, & quaſi prædictum caſtrum Surlæ cum territorio, & pertinentiis ſuis, & cum omnibus, & ſingulis ſupraſcriptis, & dependentiis ab ipſis ſecundum morem, & conſuetudinem boni vaſalli, & ſecundum quod vaſalli, liberi, nobilis, & antiqui feudi, dominis ſuis facere debent, & tenentur, tam verſus dictum D. Epiſcopum, & dictum vicarium dicto nomine, quam etiam ſucceſſores ipſius de prædictis bonis, rebus, Caſtro, territorio, pertinentiis, & aliis ſupraſcriptis in feudum datis, & conceſſis, volens tamen dictus vicarius, nomine præfati D. Epiſcopi, & Epiſcopatus præd. ac expreſſe diſponens quod prælibatus D. D. Galeaz, & ſucceſſores ſui, & quibus dederit, & conceſſerit prædicta in toto, vel in parte, nomine Vocalinici in fidelitatem, ad aliud non teneatur, niſi quod prædictum caſtrum, & alia ſupraſcripta bene conſervet, & protegat, & defendat ad utilitatem ſuam, & ſucceſſorum ſuorum, & quibus dederit nomine tamen Epiſcopatus Derthonæ in ſignum recognitionis tantum, & è converſo, præfatus D. Epiſcopus obſervatis prædictis, & utendo rebus prædictis more boni vaſalli, ut ſupra tantum & in toto caſtro prædicto, & aliis ſupraſcriptis, promiſit ipſum vaſallum conſervare in poſſeſſione, & quaſi ipſius caſtri, & in ipſis rebus, & bonis, & juribus in feudum datis, & conceſſis, cum acceſſibus, & ingreſſibus dicti caſtri, rerum, bonorum & jurium territorii, & pertinentiarum Surlæ, & prędictis omnibus, & ſingulis attendendis, & obſervandis, prędictæ partes ad invicem, omnia eorum bona nomine quo ſupra pignori obligaverunt. Quæ bona conſtituerunt, & conſtituunt ſe pręcario nomine tenere, & poſſidere uſque ad plenam, & integram obſervationem omnium, & ſingulorum prædictorum & prædicta acta, & facta fuerunt tali pacto & conventione quod præfatus Ill. D. D. Galeaz Comes Virtutum, & quibus, & quoquomodo dederit, & conceſſerit, debeat dictum caſtrum Surlæ cum territorio, & pertinentiis; & aliis ſupraſcriptis in feudum datis, ut ſupra conſervare bene, & tractare ſub hypotheca, & obligatione bonorum ſuorum, qui Albertolus procurator, procuratorio nomine, quo ſupra recognoſcent prædicta omnia, & ſingula eſſe feudalia ut ſupra juravit, & fecit ſupraſcripto D. Epiſcopo, fidelitatis debitum ſacramentum, ſecundum formam ſupraſcriptam, & juxta ea, quę in inveſtitura præſenti, & hoc pro juramento novæ, & veteris fidelitatis, & in locum ipſius, & inde de prædictis præfatus D. Vicarius domini Epiſcopi Terdon. & Commiſſarius prædictus, & dictus Albertolus dicto procuratorio nomine rogaverunt de prædictis inſtrumen. publicum mihi Petro Paſſalaqua Notario infraſcripto, præſentibus venerabili religioſo D. Dominico de Oppizonibus f. q. D. Gratii Dei gratia Abbate S. Marini de Popia, D. Bernabone de Rampinis de S. Aloſio f. q. D. Sucai, Bertoldo de Puſnela de Mediolano f. q. D. Chriſtophori, & Jacobo de Comberto f. q. Maruini Notario teſtibus ad prædicta vocatis, rogatis, & fide dignis. Ego Petrus Paſſalaqua natus quon. d. Joannis, publicus Imperiali auctoritate Notarius hanc chartam inbreviavi, & tradidi, & aliis nego-

tiis occupatus per alium ſcribi feci, & me ſubſcripſi in fidem, & teſtimonium omnium præmiſſorum. Ego Jacobinus de Combeeto natus quon. Mancini publ. Imperat. auctoritate Notarius, jam ſupradicti Petri Notarii, hoc inſtrum. inveſtituræ ſcripſi, & auſcultatum cum breviario me ſubſcripſi ſignumque meum appoſui conſuetum in teſtimonium præmiſſorum.

A

Eodem die idem Epiſcopus dictam inveſtituram ratificavit.

In nomine Domini Amen.

Anno à Nativitate ejuſdem Domini 1386. ind. 9. die 12. menſis Februarii hora Veſperarum in civitate Derthonæ in Eccleſia S. Georgii, in cujus domibus reſidentiam facit d. Epiſcopus infraſcriptus, prefatus dominus Epiſcopus ſedens pro tribunali in dicta Eccleſia S. Georgii, ſuper quodam banco quem locum elegit, & eligit pro ejus tribunali, & loco juridico, & habili ad ſupradicta, & qui eſt locus ſolitus, & legitimus ad effectum, & valorem infraſcriptorum videlicet, Nos Joannes ex Marchionibus de

B

Ceva Dei gratia Epiſcopus Derthonenſis, & comes habentes notitiam certam, ſapientem, & providum virum Jacobum de Marco fuiſſe, & eſſe vicarium noſtrum & ſpecialiter commiſſarium ad faciendum, & implendum quoſdam, & quaſdam inquiſitiones, & proceſſus, contra Martinum, & Grezerium de Surle f. quon. Joannis, Jacobum, & Joannem fil. q. Antonii, Perinum fil. q. Gabrii, & contra quemcumque heredem D. Beche de Surle, & contra quemcumque prætendentem, & prætendere volentem ſe eſſe hæredem, & ſucceſſorem eorum, qui fuerunt vaſſali Epiſcop. Derth. & contra quemlibet ipſorum, & contra eos de quibus in inquiſitionibus, & proceſſibus, & condemnationibus factis per ipſum vicarium noſtrum fit mentio de caſtro, & loco, & territorio pertinentiis, & curtis Surlæ, & locorum, & villarum ſibi adhæentium, ſubditorum, & adhærentium prædictis, & deputatis, & ſolitis eſſe a prædicta deputatis, & de terris, pratis, vineis, zerbis, boſchis, caſtagnetis, furnis, decimis, fructibus, pertinen-

C

tibus, honorariis, præeminentiis, regalibus, mero, & mixto imperio, juriſdictionibus, feudis, vaſſallis, homagiis, ſervitutibus, decimis, & jur. decimandi, & de aliis contentis, & comprehenſis in proceſſibus, & condemnationibus factis per ipſum vicarium, & commiſſarium noſtrum, & de omnibus, & ſingulis ſupraſcriptis dependentibus ab ipſis contra ſupradictos, & quemlibet ipſorum, & occaſione prædictorum, & dependentium ab ipſis. Habentes notitiam, & ſcientiam certam, & manifeſtam etiam de infeudatione, & inveſtitura, ac translatione factis, & de omnibus & ſingulis ſupraſcr. & in eo modo quo ſunt, & fuerunt privati præd. omnes, & ſinguli, & omnibus ſingulis, & ſupraſcr. per ipſum Vic. & commiſſarium noſtrum per proceſſus, & ſententias, ac condemnationes; habentes etiam notitiam certam, & manifeſtam de inveſtitura, infeudatione, & translatione factis de omnibus, & ſingulis, & eo modo quo ſunt, per ipſum vicarium, & commiſſarium noſtrum, nomine Epiſcopatus Der-

D

thonæ, & noſtri in Albertolu de Griffo procuratorio nomine Illuſt. & Excell. D. D. Galeaz Vicecomitis, comitis Virtutum, atque recipientem, & quibus dederit, & conceſſerit prælibatus Dominus. Habentes etiam notitiam, & expreſſam ſcientiam de prædictis ſententiis, condemnationibus, privationibus, proceſſibus, & quod de prædictis extitit facta notificatio, denuncia, & informatio modo juridico, condemnatis, privatis præd. & non fuit per ipſos, nec nomine ipſorum, nec alicujus ipſorum facta aliqua appellatio, reclamatio, nec nullitas aliqua interpoſita. Ac etiam habentes notitiam, & ſcientiam manifeſtam de terminis, citationibus, dilationibus datis, & factis modo legitimo prædictis, et aliquibus prædictorum per ipſum Vicarium, & commiſſarium noſtrum. Habentes etiam notitiam, & certam ſcientiam de omnibus, & ſingulis ſupraſcriptis, et dependentibus ab ipſis et de omnibus, et ſingulis geſtis, factis, actis & actitatis contra ſupraſcriptos, & quemlibet ipſorum, & etiam occaſione prædictorum per ipſum Vicarium, & commiſſarium noſtrum nomine, & vice Epiſcopatus Derthonæ, & cum conſtet nobis prædicta omnia, & ſingula fuiſſe, & eſſe legitime, & juridice facta, geſta, acta, & actitata, & ſuper prædictis omnibus, & ſingulis habita matura, & diligentiſſima deliberatione, Chriſti, & B. Mariæ Virginis, ac Beatiſſimorum Patronorum Derthonæ Sixti, Laurentii, Martiani, & Innocentii, & utriuſque Joannis, & Catherinæ, totiuſque curiæ cæleſtis, invocatis nominibus, in his ſcriptis ſedentes pro tribunali, in civitate Derthonæ in Eccleſia S. Georgii ſupraſcripti ſuper quodam Banco ſito in dicta Eccleſia quem locum dicimus, & deffinimus fuiſſe, & eſſe noſtrum locum juridicum intervenientibus omnibus ſolemnitatibus, tam facti, quam juris, quæ in talibus, & ſimilibus exiguntur, & neceſſaria etiam opportuna ſunt. Nos Joannes ex Marchionibus de Ceva Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus Derthonenſis antedictus dicimus, & ſententiamus, pronuntiamus, & ſenſibiliter deffinimus, & con-

B

firmamus, ac promulgamus in omnibus, & per omnia prout inferius continetur. Primo videlicet confirmamus ex certa ſcientia, & cauſis juſtiſſimis omnes, & ſingulos ſupradictos & ſupraſcriptos, & omnia ſupraſcripta, inquiſitiones, proceſſus, citationes, terminos, dilationes, probationes teſtium, inſtrumentorum, & jurium productiles, & publicationes, condemnationes omnes, privationes, inveſtituras, infeudationes, notificationes, denunciationes, facta, geſta, factas, geſtas, factas, & geſtas, & actitata per ipſum vicarium noſtrum, & coram ipſo, & omnia contenta in omnibus, & ſingulis ſupraſcriptis, & infraſcriptis, & dependentia ab ipſis, & omnia, & ſingula ſupraſcripta, & dependentia ab ipſis ut etiam ad majorem cautelam, & omni modo, quo melius, & validius poſſumus, & intervenientibus omnibus ſolemnitatibus facti, & juris, & in his ſcriptis, & ut ſupra de novo confirmamus, dicimus, facimus, transferimus, inveſtimus, & approbamus in omnibus, & per omnia, & ſingula, prout, & qaemadmodum coram dicto vi-

C

cario noſtro, & commiſſario, & per ipſum actum, geſtum, actitatum, & factum fuit. Decernimus omnia ultea prædicta, quod prædicta omnia, & ſingula perpetuam obtineant roboris firmitatem, & effectum validum, & perpetuum, & irrevocabilem. Et deinde de prædictis omnibus, & ſingulis, prædictus D. Epiſcopus, et ut ſupracitatis legitime citandis, et intervenientibus, quæ intervenire debent. Rogavit mihi Notario infraſcripto, ut conficiam de prædictis omnibus, et ſingulis publicum inſtrumentum unum, et plura, quotquot ſint neceſſaria, etiam ſupraſcriptus Albertolus Procurator rogavit procuratorio nomine, quo ſupra, inſtrumentum de prædictis omnibus, et ſingulis. Et hoc præſentibus venerab. religioſo D. Dominico de Oppizzonibus fil. q. D. Gratis Dei gratia Abb. S. Mariani de Papia, D. Chriſtophoro de Betutio Poteſtate civitatis Derthonæ fil. q. D. . . . . . . Jacobo de Comberto de Salis fil. q. Mancini Notario, ac etiam præſente D. Jacobo de Marocho cive Terdonæ vicario, et commiſſario ſupraſcripto teſtibus ad

D

prædicta vocatis, rogatis, et fide dignis. Ego Petrus Paſſalaqua natus quondam D. Joannis publicus Imperiali auctoritate Notarius hanc cauſam mihi fieri juſſam imbreviavi, et tradidi. Et aliis negotiis occupatus, per alium ſcribi feci, et me ſubſcripſi, in fidem et teſtimonium præmiſſorum. Ego Jacobinus de Comberto natus quon. Mancini publicus Imperiali auctoritate notarius, juſſu ſupraſcripti Petri hoc inſtrumentum confirmationis ſcripſi, et auſculatum cum breviario me ſubſcripſi, ſignumque meum apponi conſuetum in teſtimonium præmiſſorum eodem anno 1386. die 7. Junii dictus D. Galeatius Vicecomes ex jure, et balia, et poteſtate ſibi conceſſis et attributis à prædicto D. Epiſcopo Derthonæ, et voluntate, et conſenſu ipſius D. Epiſcopi infeudavit de prædictis D. Bernardum, natum egregii viri D. Joannis de Lunacis cum clauſula excepto jure D. Epiſcopi. Actum in caſtro magno Papiæ, Paſquino de Capellis cive Cremonenſis filius Balpurius Notario.

LXIX. 68 ANTONIUS proxime ſucceſſit Joanni, ejuſdemque nomine anno 1393. ſacro collegio ſolitum detulit tributum ex eiſdem oblig. lib. Mortem obiit ann. 1394.

LXX 69 PETRUS, vulgi facetiis, Petronzinus vocatus, de Georgiis Papienſis, in ſacro jure licentiatus, à Bonifacio IX. Antonio ſuffectus eſt anno 1394. Derthonæ dominium Philippo Mariæ Vicecomiti Mediolani Duci procuravit deſerendum ann. 1407. ut narrat Boſſius. Hanc Eccleſiam adminiſtravit uſque ad annum 1413. deinde ad Novarienſem Epiſcopatum translatus fuit. („ *Interfuit* „ *Concilio Piſano an. 1409.*)

LXXI. 70 HENRICUS Rampinus de s. Aloxio, nobilis Derthonenſis, Franciſci filins, patriæ creatus Epiſcopus anno 1413. 6. Id. Martii Joanne XXIII. ſedente. Derthonenſibus præfuit uſque ad ann. 1437. deinde translatus ad Papienſem Epiſcopatum, evaſitque deinceps. Archiepiſcopus Mediolanenſis, Cardinaliſque S.R.E. de quo ſupra in Archiepiſcopis Mediolanenſibus, tum & in 1. tomo in Catalogo Papienſium Præſulum. Hic duxi non omittendum qualiter in vetuſtis documentis hujus Eccleſiæ invenitur, Ducem Philippum Vicecomitem obtinuiſſe ab Henrico Epiſcopo confirmationem feudalis inveſtituræ, aliàs pe r Joannem Epiſcopum anno 1386. factæ in Joannem Galeazium patrem, de quodam membro dominii Eccleſiæ, appellato il Veſcovato, Ua. de caſtro Surlæ, & pertinentiis, cum mero, & mixto imperio, omnimodaque juriſdictione, ac Regalibus, uti de feudo libero, item in confirmationem inveſtituræ per ipſum ducem Joannem Galeaz de prædictis in Bernardum de Lunare factæ anno prædicto; itemque confirmationem ratificationis horum omnium per Petrum Epiſcopum anno 1397. habitæ, requirente ipſo duce Jo. Galeaz, & debitum fidelitatis juramentum ipſi Domino Epiſcopo pro caſtro ipſo, & juriſdictione præſtante: porro renovatio feudalis inveſtituræ eſt hujus tenoris conſcripta.

In nomine Domini Amen.

Anno à Nativitate ejuſdem 1414 indict. 7. die Mercurii 23. menſis Maii, hora 20. in civitate Papiæ in caſtro Illuſt. Principis, & Excell. D.D. Ducis Mediolani, ſit. in Portus. Petri ad murum in Parochia S. Mariæ in pertica Uz. In camera conſilii ſecreti prælibati Domini. Egregius vir D. Nicolaus de Seratiso fil. q. Sp. legum doctoris D. Pronelli Caſtellanus caſtri civitatis Papiæ, & procurator Illuſt. Principis, & Excell. D.D. Philippi Mariæ Ducis Mediolani, Veronæ, &c. & Papiæ, Angleriæque Comis. filii bonæ & dignæ memoriæ Illuſt. Principis, & Excellentiſſ. D.D. Joannis Galeaz Ducis Mediolani, Veronæ, &c. ad infraſcripta facienda, & requirenda ſolemniter conſtitutus, ut conſtat publico procurationis inſtrumento fieri rogato mihi Notario infraſcripto anno, & indictione, præſentibus dicto nomine petit, ac reverenter requirit à Reverend. in Chriſto Patre D Henrico de s. Aroſio Dei, & Apoſt. Sedis gratia Epiſc. Derth. & comite præſente, & audiente quatenus idem D. Epiſcopus dignetur dicto procuratori, et per ipſum procuratorem præfato domino ratificare, et confirmare inveſtituram, et conceſſionem feudalem in bonæ membriæ Ill. Principem, et Excellentiſſ. D.D. Joann. Galeaz Ducem Mediolani etc. præfati D. Ducis ſervitorem ſeu ejus procuratorem per Reverendiſſ. in Chriſto Patrem, et D.D. Joann. ex Marchionibus Cevæ, ſive per D. Jacobum de Marocho civem Derthonæ Vicarium ejuſdem domini Epiſcopi, factam de caſtro loco, et territorio, pertinentiis, et curte Surlæ, et locis, et pertinentiis ſibi adhærentibus, et etiam inveſtituram per præfatum dominum Joan. Galeaz inſpec. in litem D. Bernardum de Lunatæ de præmiſſis caſtro, loco, et territorio pertinentiis ſibi adhærentibus factam confirmare, ac etiam emologare, et confirmatam ratificationem, et confirmationem de præmiſſis omnibus factam ad requiſitionem egregii legum doctoris D. Philippi de Militis procuratoris præf. quond. Ill. Principis et D.D. Galeaz, et Ducis Mediolani prælibati D. Philippi Mariæ ſervitoris per Reverendiſſ. in Chriſto patrem, et D.D. Petrum de Georgiis, Dei et Apoſtolicæ ſedis gratia tunc Epiſcopum Derthonenſem, et Comitem, ut conſtat publico inſtrumento ipſius ratificationis fieri rogato per me Notarium infraſcriptum. Et etiam ipſum Nicolaum procuratorem dicto nomine, et per ipſum procuratorem anteſatum Ill. D. Philippum Mariam in feudum honorificum, antiquum, et gentile de dicto Caſtro, et loco Surlæ, cum ejus territorio, curte, et pertinentiis, mero, et mixto imperio, et omnimoda juriſdictione, tum Pratis, Vineis, boſchis, herbis, caſtagnetis, molend. furnis, poteſtariis, et aliis honoribus, et regalibus, et omnibus, de quibus in inſtrumento infraſcriptæ inveſtituræ fit mentio. Noviter inveſtire velit prout prælibatus Ill. D. Jo. Maria Galeaz inveſtitus erat à præfato domino Ioan. ex Marchionibus Cevæ, tunc Epiſcopo Derthonenſi, ſeu ab ejus procuratore, offerens dictus Nicolaus dicto procuratorio nomine ſeparatum debitum fidelitatis facere juramentum nomine præfati D. Philippi Mariæ Ducis in forma præfato D. Io. ex Marchionibus Cevæ, tunc Epiſcopo Derthonenſi, ſeu ejus procuratori alias facta: quorum inſtrumentorum confirmationis, et inveſtituræ tenores ſequuntur etc.

In nomine Domini, Amen.

Anno à Nativitate ejuſdem mill. trecenteſimo nonageſimo ſeptimo Indict. quinta die 13. Menſis Feb. hora tertia in civitate Papiæ Uz. in domo habitationis infraſcripti D. D. Epiſcopi ſit. in Porta palatii in Parochia S. Pantaleonis. Egregius, & facundiſſ. legum Doct. d. Philippus de Militis Conſiliarius, ac procurator ad infraſcripta facienda Ill. D. D. Ducis Mediolani &c. Papiæ, ac Virtutum Comitis conſtitutus, ut conſtat publ. procurationis inſtrumento tradito per me Notarium infraſcriptum, anno, & Ind. proxime præteritis dicto nomine petit, & requirit à Reverend in Chriſto Patre D. Petro de Georgiis, Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopo Derthonenſi, & Comite, quatenus idem Epiſcopus dignetur dicto Procuratori, & per ipſum procuratorem præfato D. ratificare inveſtituram, & conceſſionem feudalem in præfatum dominum, ſeu ejus procuras. per Rev. in Chriſto Patrem d. Jo. ex Marchionibus Cevæ, ſeu per d. Jacobum de Marocho civem Derthonæ Vicar. tunc dicti domini Epiſcopi factam de caſtro, loco, territorio, pertinentiis, & curte Surlæ, & locis, & pertinentiis ſibi adhærentibus, & etiam inveſtituram per præfat. dominum in ſp. Militem Bernardum de Lunatæ de præmiſſis, caſtro, loco, territorio, pertinentiis, & curte Surlæ, & locis, & pertinentiis, ſibi adhærentibus factam confirmare, & ipſum procuratorem dicto nomine, & per ipſum procuratorem antefatum d. in feudum honorificum, antiquum, & gentile de dicto caſtro, & loco Surlæ cum ejus territorio, curte, & pertinentiis, mero, & mixto Imperio, & omnimoda juriſdictione cum pratis, vineis, boſchis, herbis, caſtagneris, molendinis, furnis, poteſtariis, & aliis honoribus, & regalibus, de quibus in infraſcripto inſtrumento inveſtituræ fit mentio, noviter inveſtire prout inveſtitus erat à prædeceſſore antefato: offerens ſe paratum idem d. Philippinus dicto procuratorio nomine debitum fidelitatis facere juramentum nomine antefati domini in forma prædeceſſoris d. Epiſcopi alias facta.

Qua requiſitione audita, & inveſtituris viſis dictus d. Rev. Epiſcopus ſponte, & ex certa ſcientia, animoque deliberato, omnique modo, jure, via, & forma, quibus melius, validius, & ſolemnius potuit, & poteſt, & cum interventu omnium ſolemnitatum, tam juris, quam facti quæ in talibus, & ſimilibus requiruntur ſunt neceſſariæ, pariterque opportunæ pro tribunali ſedendo ſuper quodam banco ſito in prædicto caſtro in camera Conſilii præfati domini, quod idem D. Epiſcopus pro ſuo loco, & tribunali juridico elegit ad hunc actum ſpecialiter faciendum; inveſtituras prædictas, & utramque ipſarum ac confir-

mntio.

matioaem factam per d. Petrum de Georgiis præfatum tunc Epiſcopum Derthonenſem, & omnia, & ſiagula in prædictis infraſcriptis, & quolibet eorum contenta, ratificat, approbat, & confirmat; nec non præfatum Nicolaum præſentem procuratorem præfati d. Philippi Mariæ infeudum honorificum, antiquum, & gentile de toto caſtro Surlæ cum territorio, curte, & pertinentiis mero, & miato imperio, & omaimoda juriſdictioae, terris, pratis, vineis, boſchis, herbis, caſtagaetis, molendinis, poteſtariis, furnis, decimis, & jure decimandi, piſcationibus, aquæductis, homagiis, vaſallis, & jurbus vaſallorum, commoditatibus, utilitatibus, præemiaeatiis, honorantiis, & omnibus, & ſiagulis villis ſpectantibus, & ſolitis ſpectare ad prædicta, & dependentia à prædictis, ac etiam de omnibus condemaatioaibus, mulctis, pœnis, & jure condemnandi, et mulctandi, et omaibus regalibus, et quæ appellatioae regalium comprehenduatur, et comprehendi poſſuat, et poſſent cum vero enſe evaginato, quem dictus D. Epiſcopus ſuis tenebat maaibus, inveſtituram taliter, et tali modo fecit prædictam iafeudationem, et iaveſtituram infeudum, et inaovationem, et confirmationem Vz. quod ipſe præfatus D.D. Philippus Maria Dux Mediolani, etc. et quibus quoquo modo coaceſſerit, habeant, teneaat, poſſideant, & quaſi prædictum caſtrum Surlæ cum territorio, & pertinentiis ſuis, & cum omnibus, & ſiagulis ſupraſcriptis, & dependen. ſuis ab ipſius ſecundum morem, & conſuetudinem boni Vaſalli, & ſecundum quod Vaſalli, liberi, nobilis, & antiqui feudi Domiais ſuis facere debent, & tenentur, tam verſus dictum Epiſcopum, quam etiam ſucceſſores ipſius de prædictis rebus, & bonis, & caſtro, territorio, pertinen. et aliis ſupraſcriptis iafeudum datis, et coaceſſis, volens tamen dictus D. Epiſcopus ſuo nomine, et nomine Epiſcopatus prædicti, ac expreſſe diſponens, quod prælibatus D.D. Philippus Maria, et ſucceſſores ſui, et quibus dederit, et conceſſerit prædicta in totum vel partem, et alia ſupraſcripta bene conſervet, protegat, et defendat ad utilitatem ſuam, et ſucceſſorum ſuorum, et quibus dederit; nomine tamen Epiſcopatus Derthonæ in ſigaum recognitionis tantum, et ulterius præfatus D. Epiſc. obſervatis prædictis, et utendo rebus prædictis more boni vaſalli, ut ſupra tantum, et in toto caſtro prædicto, et aliis ſupraſcriptis promiſit ipſum vaſallum coaſervare in poſſeſſione, et quaſi ipſius caſtri, et in ipſis rebus, et bonis, et juribus in feudum datis, et coaceſſis, cum acceſſibus, ingreſſibus, et regreſſibus, dicti caſtri, territorii, boaorum, et jurium territorio, et pertiaeatiis Surlæ, et pro prædictis omnibus, et ſingulis atteadendis, et obſervandis prædictæ partes ad invicem omnia eorum bona nomiue quo ſupra pignori obligarunt. Quæ bona conſtituerunt, et conſtituunt, ſi precario nomine quo ſupra viciſſim tenere, et poſſidere, uſque ad plenam, et integram obſervationem omnium et ſingulorum prædictorum, et prædicta, acta, et facta fuerunt, fuerunt tali pacto, et conventione, quod præfatus Illuſt. D. D. Philippus Maria Dux Mediolani, etc. Papiæ, Aagleriæque comes et quibus quoquo modo dederit, et conceſſerit, debeant dictum caſtrum Surlæ cum territorio, et pertinent. et aliis ſupraſcriptis iafeudum datis ut ſupra bene coaſervare et tenere ſub hypotheca bonorum ſuorum, qui Nicolaus procurator, et procuratorio aomine, quo ſupra recognoſcens prædicta omnia, et ſingula eſſe feudalia, ut ſupra fecit ſupraſcripto Domino Epiſcopo fidelitatis debitum ſacramentum ſecundum formam præſcriptam, et juxta ea quæ inveſtituræ præſenti fuerunt, & ſuat contenta, & compræheaſa, & hoc pro juramento novæ, & veteris fidelitatis, & inde præfatus D. Epiſcopus Derthonæ, et Nicolaus procurator, et procuratorio nomiae, quo ſupra rogarunt me Cathelanum Notarium iafraſcriptum, ut de præmiſſis publicum conficiam inſtrumentum præſentibus egregio, et generoſo viro Joanae de Batana fil. q. D. Franciſcini, Joanne de Nobilibus de Plantveraaa fil. q. Bartholomei de Derthona, Leonardo de Leonardis filio quondam D. Jacobi de Cremona, Fraaciſco de S. Nazario fil. q. Stephaai, Servolo de Modoecia fil. q. Jacobi, et Petrino Dario de Maxio filio Conradi inde teſtibus.

71 JOANNES Barbavaria, Mediolanenſis, ex Novocomi Epiſcopo, legatoque Ducis Mediolani ad Eugenium IV. Derthonenſis evaſit Epiſcopus an. 1437. Non. Martii. Sedit ad annum uſque 1456. quo obiit menſe Maii. LXXII.



72 FABRITIUS hujus nominis I. Marlianus nobilis Mediolanenſis, eandem dignitatem aſſecutus eſt anno 1452. inſecutoque anno è vita diſceſſit. LXXIII.



73 BARTHOLOMÆUS Caſtilionius, Mediolanenſis, Brandæ Cardinalis nepos, vir eximia virtute, & nobilitate præclarus, Eugenii IV. intimus cubicularius, eidem Sedi præficitur Epiſcopus ann. 1453. duoſque tantum annos ſibi creditam Eccleſiam rexit: cujus elogium ſcripſit Antonius Beſſa Nigrinus, tametſi electionis, obituſque tempus invertat. Hic frater fuit Joannis Epiſcop. Papienſis, & Cardinalis Calliſti III. Papæ, item Zenonis Epiſcopi Bajocenſis in Gallia in Concilio Florentino clari. LXXIV.

74 JOANNES de Marino idem dignitatis onus ſubivit anno 1455. exceſſit anno 1461. LXXV.

75 MICHAELEM Marlianum a deinde Mediolanenſem provexerunt ad ſedem ann. 1461. die 9. Menſis Januarii. Noceram, Fulgineumque pro Romana Eccleſia adminiſtravit egregie an. 1469. tranſlatuſque deinde eſt ad Placentinam Eccleſiam anno 1476. LXXVI.

a Laudatur à Creſcentio in Corona nobil. ital. par. I. p. 651. Mendoſ.

76 FABRITIUS b hujus nominis, & gentis Marlianæ Mediolanenſis ſecundus, hujus ſedis Epiſcopus creatus eſt anno 1476. 18. Kal. Februarii, eodemque anno ob exceſſum Michaelis ad Placentinam Eccleſiam fuit translatus, Derthonenſibus maximo ſui deſiderio relicto. LXXVII.

b De hoc etiam Creſcentius p. 551. Mendoſ.

77 JACOBUS Botta, nobilis Papienſis, ad id oneris aſſumptus eſt anno 1477. die 18. Februarii. Deceſſit anno 1496. LXXVIII.

78 JOANNES DOMINICUS de Zaziis Papienſis ab Alexandro VI. Pontifice ad id etiam oneris, honoriſque aſumptus eſt anno 1496. die 10. menſis Aprilis. Floruit in ea dignitate uſque ad annum LXXIX.

1528. & à Maximiliano Duce hoc communitatis A
præceptum pro ſe ſuaque Derthonenſi Eccleſia ob-
tinuit. *Maximilianus Maria Sfortia, &c. Noſque*
cum Reverendiſs. & D. Jo. Dominicus Derthonenſis
Epiſcopus ſuo & dictæ Eccleſiæ nomine, & menſæ E-
piſcopalis enixe ſupplicaverit ut antiqua ſeparationum
franchitium, immunitatem, conceſſionum quarum-
cumque privilegia à Sum. Pontificibus, ab ipſaque Se-
de Apoſtolica, necnon à Sereniſs. Romanis Imperato-
ribus, ſeu Regibus, tam prædictæ Eccleſiæ Derthon.
quam locis, & hominibus Epiſcopatus ipſius eidem Ec-
cleſiæ pleno jure ſubjectis intra limites dominii noſtri
exiſtentes indulta approbare, convalidare, & confir-
mare, ſeu potius quod ad unguem prout jacent ab om-
nibus officialibus, & ſubditis noſtris omnino obſerven-
tur volumus cum expreſſa etiam abolitione, & amotio-
ne onerum, taxarum equorum precario nomine ad tem-
pus per olim Illuſt. patruum noſtrum fel. record. Ducem
Galeatium dictis locis, & hominibus impoſitorum, &
poſtmodum per ejus ſucceſſores in hodiernum uſque
diem conſervatorum pariter, & cum abolitione vexa- B
tionum, & moleſtiarum, quibus ab aliquot annis ci-
trà cauſa inquiſitionis frocedum, ſeu sforzarum an-
nonæ ob officialibus noſtris homines Epiſcopatus ip-
ſius licet indebite, & contra dictorum privilegiorum
diſpoſitionem opprimuntur. Nos nimirum etc. memo-
rata ſuperius immunitatum, ſeparationum, franchi-
tiarum, et cujuſvis alterius manneat, et effectus,
privilegia prædictæ Eccleſiæ, lociſque, et bonis ejuſ-
dem indulta ad verbum, ut jacent, quantum in nobis
eſt approbamus, convalidamus, corroboramus, et con-
firmamus, mandantes univerſis, et ſingulis officiali-
bus, et magiſtratibus, et ſubditis noſtris, tam me-
diatis, quam immediatis, præſentibus, et futuris,
ut privilegia ipſa ad unguem obſervent, nec Eccle-
ſiæ ipſi locis, et bonis, et hominibus ejuſdem, tum cau-
ſa taxarum equorum, et fraudis, ſeu froſæ annonæ,
quam ulterius cujuſvis contributionis onerum ordi-
nariorum, et extraordinariorum occaſione moleſtiam
aliquam inferant, imo ab hujuſmodi moleſtiis,
inquietationibus inferen omnino abſtineant, et juriſ- C
dictionem dictæ Eccleſiæ illæſam, et intactam peni-
tus obſervent, et obſervari faciant quanti gratiam no-
ſtram caripendunt. In quorum teſtimonium præſentes
fieri juſſimus, et regiſtrari, noſtrique ſigilli impreſſione
muniri. Datum.

Hæ literæ fuerunt repertæ in Archivio Epiſco-
pali Derthonæ, quæ tamen neque ſunt ſubſcri-
ptæ, neque authenticæ, ſed ſcriptæ videntur in
charta tunc uſitata, & manu Secretarii Ducalis ut
poteſt probari ex aliis ipſius Maximiliani Mariæ li-
teris authenticis.

LXXX. *a De eo Ciaconius Oldoini tom 3. col. 450.*
79 UBERTUS Gambara, *a* Brixienſis, ſummæ
exiſtimationis vir, generoſo uſu ſuos majores ita æ-
mulatus eſt ut illorum virtutes videatur fuiſſe aſſecu
tus. Siquidem cum jam inde à juventute nobiliter
literis fuiſſet excultus, exſonantia tamen per to-
tam Italiam arma juveniliter illi animum ad gloriam
exultantem rapuerunt, aſſenſurum haud arma dede-
cere Minervam. Itaque accinctus armis per ea
tem pora militavit, invaluitque pluribus in procur- D
ſibus, cum Galli victores meliorem Italiæ partem
ſuæ ditionis feciſſent. Sed cum deinde ea inſtabilis
fortunæ luſu fuiſſet admonitus, mutato conſilio, ſub
Leone X. Eccleſiaſticam vitam exortus eſt profite-
ri. A quo primum Prothonotarius Apoſtolicus
creatus eſt, Nunciuſque Luſitaniæ declaratus,
eodemque legationis munere functus ſub Adriano
VI. apud Franciſcum I. Gallorum Regem, eidem-
que à Clemente VII. fuit idem honorificus titulus
prorogatus. Dumque idem Clemens obſidione cin-
ctus in Adriana mole arbitrium præſtolaretur vi-
ctoris, Gambara ad Britaniæ, Galliæque Reges
Pontifice mittente profectus eſt ut adunato exercitu
inque Italiam ſub Lotrecho ſingularis fortunæ, ac
felicitatis duce, ut poſtea evenit, miſſo obſidi-
um prædaturis exercitus diſſolveretur. His igitur
legationibus Gambaram feliciſſime functum Cle-
mens Bononiæ prolegatum declaravit Apoſtoli-

A cæ Cameræ Clericum, annoque 1528. die 8. men-
ſis Maii Derthonenſem Epiſcopum. Abſens ta-
men plerumque eo munere functus eſt, graviori-
bus Eccleſiaſticis negotiis præpeditus, quibus eti-
am cum ſub Paulo III. pares humeros admoviſset,
ab eodem vocatus ad purpuram eſt ad titulum S.
Sylveſtri anno 1539. aſcituſque Romæ Vicarius,
Inſubriæ totius legatus, adminiſtratorque Poleca-
ſtrenſis Eccleſiæ. Derthonenſem Eccleſiam reſi-
gnavit nepoti Cæſari anno 1548. ſequentique an-
no Romæ deceſſit, relatumque ejus cadaver Bri-
xiam apud S. Mariam Gratiarum ſepelierunt cum
ſequenti epitaphio.

D. O. M.
Uberto Gambaræ Card. ob ſummum inge-
nium, ſingularem humanitatem, aliaſque
animi dotes Leoni X Clementi VII. Pontiff.
Maxx. charo, multiſque legationibus ma-
gna cum laude perfuncto, à Paulo III. in
ampliſſimum ordinem cooptato, Brunorus
B *Frat. Opt. ex teſt. poſuit. Vixit annos LX.*
dies XIII. Obiit Romæ anno ſalutis
M. D. XL. IX. XV. Kal.
Martii.

Anno vero 1624. cum templum illud, in quo con-
ditum fuerat, inſtauraretur, accidiſſetque Cardina-
lis Gambaræ demoveri ſepulchrum, in alia parte
ejus cadaver conditum fuit cum hac ſubjecta inſcri-
ptione.

Uberto Gambaræ S. R. E. Card. multis,
ac magnificis legationibus Leonis X. Cle-
mentis VII. et Pauli III. Summ. Pont. ar-
duis temporibus egregie obitis, de Repu-
blica Chriſtiana optime merito, Sanctæ Se-
dis Vicario. quod Brunorus Frater ex te-
ſtamento poſuerat, ad reparationem tem-
pli dirutum monumentum Jo. Baptiſta
Gambara perenni tanti ſui majoris me-
moriæ ornatius reſtituit M. DC. XXIV.
Vixit ann. LX. dies XIII. Obiit Romæ
C *MD. XL. IX. XVI. Kal.*
Martii.

80 CÆSAR Gambara, ſuperioris Card. ne- LXXXI.
pos, filiuſque Jo. Franciſci graviſſimi Senatoris
Mediolani, ex ceſſione Patrui adlectus eſt Dertho-
nenſis Epiſcopus ann. 1548. die 2. menſis Martii.
Hic cum laude prudentiæ frænavit Picenum, ædi-
ficavit epiſcopale palatium, ut ibidem ad parietes
proloquitur inſcriptio hæc.

Antiqua Epiſcoporum ſede olim in ſummo
colle ſita & Caroli V. Imp. juſſu arci con-
ſtruendæ deſtructa, atque à Philippo Rege
ære præterea penſo, Cæſar Gamb. Epiſ-
copus ann. XXXVII. hanc regens Eccle-
ſiam ſucceſſoris magis, quam propriæ uti-
litati, & commoditati ſtudens, pluribus
privatorum domibus coemptis, eiſ-
que poſtea demolitis partim refectis in-
terpolatiſve, hus ut potuit ædes re-
ſtituit M. D. L. XXXIV.

D Cumque hanc Derthonenſem Eccleſiam Cæſar
43. annos adminiſtraſſet, deceſſit anno 1591. Ilius
cum laude meminit Octavius Rubeus in elogiis vi-
rorum Illuſtrium Brixiæ civitatis.

81 MAPHÆUS Gambara, *b* nepos Cæſaris, LXXXII.
patruo ſucceſſit an. 1592. die 11. menſis Maji. Quin-
que Synodos diœceſanas celebravit; 25. annos ſum-
mo pietatis ſtudio Derthonenſem miniſtravit Ec-
cleſiam, demum cum effœtæ jam eſſet ætatis cap-
tus, orbatuſque oculis ſumma animi æquitate ex-
ceſſit è vivis an. 1612.

b De quo videndus Bazellus in Memoriis PP. Barnab. t. 1. p. 712. Manſone

82 COSMUM Doſſerium, *c* nobilem Papien- LXXXIII.
ſem, Clericorum Regularium, quos Bernabitas
vocant, Generalem Præpoſitum, Paulus V.
evexit ad hanc ſedem die 6. menſis Februarii an-
no 1612. Hic à pueritia pietatis futuræ optimum
ſpecimen dedit; literas cum vix in limine ſalutaſ-
ſet, ad arma ſe convertit. Veneti Senatus, Hiſpa-
niarumq; Regis Miles, navali prælio ad Echinades

c De hoc item Bazellus to. 2. Mand.

insu-

A inſulas in Turcas, interfuit, Joanni Auſtriaco Caroli V. Imperatoris filio charus, dum ad majora militiæ munera deſtineretur, repente, inſpirante divina clementia, de ſago ad ſpiritualem togam converſus, in patris privata agendi forma, aſſiduis orationibus, operibuſque miſericordiæ intentus quinquennium explevit. Suadente deinde Joanne Bellacino collegii Papienſis Bernabitarum Præpoſito, eidem Congregationi nomen dedit; in eaque virtutum culmine ita refulſit, ut quater unanimi Patrum conſenſione Generalis Præpoſitus fuerit pronunciatus. Sub Clemente VIII. Eccleſiarum Urbis Apoſtolicus viſitator, aliiſque muneribus functus, apud ipſum, cæteroſque Principes claruit prudentia, & pietate, auctorque fuit, ut Rangonia Marchioniſſa, S. Pauli ad Antonianam Columnam collegium pro Bernabitis ſuis clericis erexerit. Invitus deinde à Paulo V. ad Derthonenſem Epiſcopatum traductus, in eo munere haud beneficentiæ, aut virtutis genus prætermiſit ullum, quod optimi Paſtoris nomen, ac Chriſtianam gloriam B ſibi compararet. Primus ardor in reformandis cleri moribus fuit eximius, omnium deinceps populorum ſalus, & in Chriſtianam pietatem inſtitutio. Erat enim in pauperes liberalis, ſibi parcus, in omnibus gratus, Eccleſiaſticæ libertatis vindex, vitiorum inſectator, virtutibus omnibus exornatus. Octo omnino annos in Epiſcopatu conſumpſit, & apoplexia correptus in pace quievit anno 1620. die 12. menſis Martii, & in tumulo, quem ſibi vivens in Cathedrali paraverat, conditus eſt. Vivit adhuc in ſuorum fama, in bonorum recordatione, & veluti priſcorum epiſcoporum redivivum exemplar prædicatur, veneraturque à Derthonenſibus cujus nomen in benedictione erit.

LXXXIV 83 PAULUS Areſius, a M. Antonii, & Hippolytæ Clariæ Mediolani nobilibus ortus parentibus, nondum quartum decimum attingens annum, Clericus Regularis Theatinus effectus eſt. In eo vivendi genere ita ſe geſſit, ut eo nihil deſiderari potuerit, quod pietatem religioſam non redolere C videretur. In literarum ſtudiis brevi temporis ſpatio coætaneos ſuos anteivit, evaſitque Philoſophus, Theologus, ac verbi Dei declamator eximius. Paulus V. Pontifex Maximus defuncto Doſſerio Præſule religioſiſſimo Derthonenſem hilaravit Eccleſiam, cum die 6. menſis Julii anno 1620. Areſium declaraſſet Epiſcopum: quam ille doctrinæ gloria, virtutum fama, & honeſtate vitæ non minus, quàm anteceſſor ſuus Doſſerius illuſtravit. Hominis doctiſſimi, probique Præſulis nomen adeptus, perhonorifice à primis noſtri ævi ſcriptoribus celebratur. Plura volumina Academicarum concertationum in lucem emiſit, unde verbi Dei concionatores tamquam ex ditiſſimo penu divina poſſunt referre, quæ ſalubriter explicentur ad populum. Cætera ſui clariſſimi ingenii monumenta, & laudes recitat Hieronymus Ghilinus in ſuo Illuſtrium virorum Theatro. Paulus vero Sfondratus Gregorii XIV. Pontificis Maximi Pronepos, doctus D Clericus Regularis, Areſii opus poſthumum in Apocalypſin publici juris fecit. Quatuor & viginti annos Derthonenſis Eccleſiæ jura frænavit, ſenio tandem, ſtudiorumque labore feſſus, in Urbani VII. Pont. Max. manibus Epiſcopali muneri remiſit nuncium ann. 1644. pauloque poſt è vivis exemptus eſt die 13. Junii, ſepultus in Cathedrali, tanta populorum frequentia, ut per aliquot dies extincti Præſulis cadaver eorum piam curioſitatem vix explere potuerit. Aloyſius Novarinus tom. 2. opuſculorum ſuorum eruditiſſime, ut ſolet, cœnotaphium hocce in ejus obitum ſcripſit.

a De hoc Picinellus in Athen. p. 447. Creſcen. in Elogiis par. 2. p. 391. Silos in hiſt. Cleric. Regul. par. 2. p. 418. & par. 3. p. 60. Marraccius in Bibl. Mariana p. 2. Mandoſ.

Viator legito, & lugito. Abiit totius admirationis Præſul Paulus Areſius pluſquam poſſet pluribus exprimit Doctoris, & Paſtoris dum fuit forma uberem laudis dedit materiam tanto viro juſte hic ſolvuntur juſta par eſt laudari ubique ubique laudabilem qui ſe præbuit effert patria, functum vita ipſe ſe ipſum vivens extulit effert clarus linguas calamus quas quos modeſtia hic legaverat à mortalis vitæ hic ſolutis vinculis ſinet ſolvi.

LXXXV. 84 FRANCISCUS Foſſatus, b Mediolanenſis, Monachus Olivetanus, Abbas S. Mariæ Novæ de Urbe, ſuique Ord. Procurator Generalis, cedente Paulo, hujus Eccleſiæ Epiſcopus adlectus eſt ab Urbano VIII. die 23. Maji 1644. Munus conſecrationis ſuſcepit à Dominico Card. Spinula Epiſcopo Agrigentino; Præſul in omni curioſa literatura verſatus, cui neſtoreos annos precamur, ut Eccleſiam ſibi commiſſam pergat, ut facit, ſalutaribus præceptis inſtituere.

b De hoc Picinellus in Athen. p. 300. Mandoſ.

A D D I T I O.

(„ *Deceſſit Foſſatus 11. Martii 1653.*

LXXXVI. „ CAROLUS *Septala, nobilis Mediolanenſis,*
B „ *& patriæ Metropolitanæ Archipresbyter Dertho-*
„ *nenſis Epiſcopus creatus eſt 18. Auguſti 1653 Obiit*
„ *Romæ menſe Majo 1682. cujus cum laude meminit*
„ *Picinellus in Atheneo Literatorum Mediolanen-*
„ *ſium pag. 128.*

LXXXVII. „ CAROLUS *Franciſcus Ceva, nobilis Mediola-*
„ *nenſis, I.V.D. patriæ Eccleſiæ Canonicus Pœni-*
„ *tentiarius, Vicariuſque generalis mortuo Septa-*
„ *læ ſuffectus eſt 19. Julii 1683. In ſponſæ ſuæ*
„ *gremio ſpiritum exhalavit menſe Auguſto anni*
„ *1700.*

LXXXVIII „ JULIUS *Reſta, nobilis Mediolanenſis, utriuſ-*
„ *que Signaturæ Referendarius, cum Nurſiam,*
„ *Æſium, & Centumcellas ditionis Eccleſiaſticæ*
„ *oppida laudabiliter gubernaſſet, mitra Terdo-*
„ *nenſi ornatur 21. Februarii 1701.*

C

LAUDENSES

EPISCOPI.



AD Ripam Addæ fluminis in Inſubria Laus Pompeja nobilis civitas ſita eſt, tribus tantum milliaribus diſtans ab ea, quam olim priſci, in quibus præcipue Plinius, Laudem Pompejam appellare D ſolebant. Illuc enim, narrat Panvinius, Cneum Strabonem Pompejum, M. Pompeji parentem, Romanorum coloniam deduxiſſe, ac ſubinde Julium Cæſarem Dictatorem Romanæ civitatis jure donaſſe, ut in Tribum Pupiniam cederet, quod etiam ex antiquis lapidibus elicitur. Eandem à Tiberio Cæſare, Druſoque F. ædificiis fuiſſe exornatam, alii teſtantur lapides. De ejus civitatis initiis diverſorum opiniones adfert Leander Albertus, in quibus illa creditur vero propior, quæ à Gallis Boiis fuiſſe ædificatam affirmat, Tarquinio Priſco Romæ regnante. Eam Mediolanenſes à fundamentis exciderunt anno 1119. ut Merula, Coriuſque ſcribunt. Quam deinde Fridericus Barbaroſſa tribus milliaribus procul ab antiquæ ruinis an. 1158. reædificavit, Sigiberto auctore, compulitque diſperſos cives à ſe quampluribus exornatos privilegiis novam frequentare civitatem. Tam vetus, quam nova Lauda poſt Roman. Imperium

eorum ſubiit dominatum, quos cæteræ Inſubriæ urbes agnoverunt, nonnumquam propriis uſa legibus cum libertate, vel ſuorum Epiſcoporum, vel magnatum præfectura. Hujus duorum circiter milliarum ambitus ædificia tum publica, tum privata, ampliores, & rectas vias, arcem prævalidam, præ ceteris autem conſpicua templa complectitur, quibus eximiis clericorum cœtus deſervit. Eam non modo ſecularium, ſed quatnordecim Ordinum Regularium, necnon Sanctimonialium, ac piarum mulierum cœnobia duodecim, & octo laicalium ſcholarum, aliaque pia loca nobilitant. Maxime vero conſpicua ſunt, præter Cathedralem, collegiata S. Laurentii cum Præpoſito, ſeu canonicis, atque aliis miniſtris, & præclara S. Mariæ Coronatæ, quæ octogona ſtructura, ſub teſtudine plumbo contexta, & marmoreo ſtratu undique aureo collucet, ac pretioſiſſimis picturis decoratur, in qua quotidie per octo Capellanos amovibiles horæ canonicæ recitantur, & miſsæ decem, computata majori, celebrantur, quæ Eccleſia ex indulto ſedis Apoſtolicæ gubernatur à laicis, eſtque frequenti populi concurſu admodum celebris. Sunt præterea Præpoſitura S. Jo. in Vinea Ord. Humil. Prioratus S. Marci, & Abb. s. Marci. eſt etiam in civitate hac conſortium, ſeu congregatio totius cleri ſecularis, & cui plures redditus relicti fuerunt cum certis oneribus celebrandi miſsas, & anniverſaria, ac diſtribuendi certam quantitatem panis ſingulis hebdomadis quadrageſimæ, necnon dotes pauperibus puellis tradendi, aliaque pia opera faciendi. Divæ Coronatæ adiacet præclarus Mons pietatis à nobilibus adminiſtratus. Xenodochia pariter plura habet, ſed inſigne cernitur, quod majus nuncupatur tum ſtructura, tum redditibus, tum regimine, unde cum pluribus aliis cæterarum civitatum poteſt comparari. Eius agri dimenſio in longitudinem milliarium circiter quadraginta protenditur à finibus Mediolanenſibus ad Cremonenſes, latitudo ubi major à Papienſibus ad Cremonenſes quindecim non excedit, tamque brevi terrarum ſpatio ſupra nonaginta mortalium millia numerantur. In civitate, & ſuburbiis degentium ad quatuordecim millia cenſentur. Populus Catholicus, & pietati deditus ſuoque Paſtori obſequentiſſimus. Sunt in ea civitate Parochiæ 17. De ejus ſemel, & iterum iterata ædificatione, deque origine, magnitudine, nobilitateque Defendens Lodius egregie retulit in Hiſtoria ejuſdem civitatis, additque illam ab Alumnis S. Barnabæ Apoſtoli hauſiſse evangelium, iiſdemque temporibus Paſtoris imperio paruiſse, tametſi ante annum 305. nulla illorum Præſulum occurrat memoria. Metropoli Mediolanenſi ſubjecta eſt in ſpiritualibus, veneratur politicos faſces Regis Hiſpaniarum, tanquam membrum Mediolanenſis Ducatus. Pulcherrima Cathedralis illi eſt, Deiparæ Virgini in Cœlum Aſſumptæ conſecrata. Quatuor dignitatibus gaudet, Præpoſitura, Archidiaconatu, Cantoratu, atque Archipresbyteratu cum quatuordecim canonicis, quorum unus curam exercet animarum, pluribuſque aliis clericis. Civitas eſt opulenta, pulchra, viriſque nobilibus claris in pacis, bellique artibus nulli ſecunda. Ager omnium finitimorum fertiliſſimus, omnium ſcriptorum calculo beatiſſimus. S. Baſſianum Epiſcopum pro Tutelari Divo veneratur, SS. Julianum, Titianum, Albertumque Præſules, Martyrem vero Danielem, & Gualterium confeſſorem cum aliis beatorum nomine habitis honorat. S. Savinam ex vetuſtiſſima Triſſina familia, quæ SS. Naboris, & Felicis corpora curavit poſt eorum martyrium, Diocletiano Imper. civem ſuam cognoſcit. Diœceſis Laudenſis ſatis ampla eſt, & finitimas attingit Diœceſes Mediolanenſem, Bergomatem, Cremenſem, Cremonenſem, Placentinam, atque Papienſem. Sunt in ea oppida permulta, & parochiales Eccleſiæ 85. Harum rectoribus novem præſunt Vicarii Foranei. Virorum cœnobia quatuordecim, ſanctimonialium duo, Abbatiæ in commendam conferri ſolitæ duæ, & prioratus unus. Laudæ veteris annui cenſus ſex millia ſcutatorum Germanico Almæ Urbis collegio unita, & Abbatia Cornu juvenis Ordinis Ciſtercienſis, & prioratus S. Pauli. Taxatur hæc Eccleſia in flor. 150. in lib. Cameræ. Cæterum qui in ea ſede Præſules floruerunt, ſunt, qui ſequuntur.

I. 1 S. JULIANUS poſt teterrimam Diocletiani perſecutionem, Laudenſis Epiſcopus adlectus eſt circa annum Domini 305. numeraturque tertius in antiquis monumentis Laudenſis Eccleſiæ. Sancte, pieque præfuit annos 18. menſes 8. dies 19. Fatoque ceſſit, cum octuageſimum ſecundum ageret annum. Ejus ſacrum corpus intulerunt in Eccleſiam S. Petri veteris Laudis Pompejæ, indeque tranſtulere in novam Cathedralem. Ejus feſtum celebratur 4. Id. Octobris, ut refert Ferrarius in Catalogo ſanctorum Italiæ.

II. 2 DIONYSIUS Conſtantis, Conſtantinique Imperatorum temporibus floruit: cujus mentio extat in Apologia S. Athanaſii ad Conſtantinum Auguſtum, quam retulit Baron. in ſuos Annales tom. 4. ad annum 346. Poſt hunc in tabulis ejuſdem Eccleſiæ legitur S. Genebrardus, at hic non Laudenſis, ſed Laudunenſis in Gallia Epiſcopus fuit; qui vixit anno 500. De quo Sigibertus, Flodoardus, Hincmarus, Molanus Nonis Septembris addit. ad Uſuardum; legendus Claudius Robertus in Catalogo Laudunentium Præſulum.

III. 3 S. BASSIANUS, *a* Patria Syracuſanus, Laudenſis creatus Epiſcopus anno 378. die I. ineuntis Januarii inauguratus fuit. Extruxit templum in honorem Ss. Apoſtolorum anno 380. quod præſentibus ſanctis Ambroſio Mediolanenſi Feliceque Novocomenſi Præſulibus conſecravit. Hoc tempore tamen S. Baſſiani templum appellant. Aquilejenſi Concilio interfuit cum s. Ambroſio anno 381. adfuitque ejuſdem obitui anno 397. Cumque ipſe pie, ſancteque per triginta quinque annos Laudenſem Eccleſiam adminiſtraſſet, miraculis clarus evolavit ad cœlum ann. 413. nonagenarius die 19. menſis Januarii, ſepultuſque eſt in veteris Laudis Pompejæ Cathedrali, indeque illatus in novam anno 1164. die 4 menſis Novembris, habeturque præcipuus Divus Tutelaris Laudis Pompejæ. Illius meminit Martyrologium Romanum die 19. menſis Januarii, Baronius in notis, Corius, Sigonius, S. Ambroſius in epiſtolis, Paulinus in vita s. Ambroſii, Mombritius, Petrus de Naralibus, Galeſius, Octavius Cajetanus in idea Ss Siciliæ, Defendens, & nuper doctiſſimus Jo. Bollandus tom. 2. Actor. Sanctorum aliorum fuſe refert de eo monumenta.

a De eo Bollandus in Actis Ss. Januarii, t. 2. p. 220.

IV. 4 S. CYRIACUS epiſtolam Synodalem Euſebii Epiſcopi Mediolanenſis ſubſcripſit anno 451. *b* doctrina, morumque ſanctimonia clarus fuit. Ab Attila Hunnorum Rege multa paſſus eſt, dum cum Laude Pompeja plures alias Ciſalpinæ Inſubriæ Oppida popularetur, exciderentque anno 452. deceſſit Cyriacus, ſepultuſque eſt apud s. Baſſianum.

b 452. ubi dicitur Cyriacus Gaudenſis.

V. 5 S. TITIANUS *c* Alemannus Cyriaco ſucceſſit circa annum Domini 475. Duos tantum annos hanc rexit Eccleſiam, ſancteque deceſſit ann. 477. Kal. Maji ſupra quinque quinquagenarius, ſepultuſque eſt in veteri Cathedrali S. Petri. Hoc eodem anno, quo Titianus ad Cœlum evolavit, Odoacer Herulorum Rex haud procul Laude Pompeja cum Oreſte Auguſtuli Imperatoris genitore congreſſus, inſignemque victoriam reportans, Occidentis dominationem invaſit, ut refert Blondus in Italia illuſtrata. Titianum memorat Ferrarius in Catalogo ſanctorum Italiæ die 4. menſis Maji, quo die ejus feſtus celebratur. Cujus ſacræ reliquiæ in eadem Eccleſia veteris Cathedralis anno 1640. inventæ, ſolemni pompa ibidem ſub Ara maxima reconditæ fuerunt, ut ſequens inſcriptio marmori inciſa docet.

c De eo Acta Ss. Maji tom. 1. p. 491.

Corpus S. Titiani Laudenſis Epiſcopi cum aliquot ſanctorum Innocentium reliquiis ſub hac Ara fuit inventum, iterumque repoſitum præmiſſa ſolemni translatione M.DC.XL. die VI. Maii. Laudæ Antiſtite Clemente Gera Novarienſe.

VI. 6 DONATUS Laudenſis Epiſcopus doctrina, ſanctimoniaqua vitæ fuit inſignis, interfuit Concilio ſub Agathone Pontifice, illudque ſubſcripſit anno 679. adfuitque Synodo Provinciali ſub Manſueto Archiepiſcopo Mediolanenſi, quæ propter eundem fuerat celebrata. Poſt hujus Epiſcopi exceſſum, ſeries Præſulum Laudenſium per ſpatium ducentorum annorum abrupta decurrit, cum in excidio veteris Laudis Pompejæ antiqua hujus Eccleſiæ monumenta deperiſſent.

VII. 7 RACLETUS vixit temporibus Gregorii IV. Ludovicique Pii Imperatoris, à quo poteſtatem accepit erigendi in Monaſterium Eccleſiam S. Petri. id deprecantibus Clericis ejuſdem Eccleſiæ, quam optimus hic Præſul opibus, privilegiiſque mirum in modum deinde locupletavit 831.

VIII. 8 ERIBERTUS floruit anno 837. Lotharioque Imperatori narratur fuiſſe familiaris, de quo mentio in vetuſto monumento tabularii Canonicorum Veronenſium apud Panuinium Antiquitatum Veron. lib. 1.

IX. 9 GERARDUS Papiæ interfuit, dum Carolus Calvus Imperator Auguſtalibus inſignibus nobilitaretur. De quo Sigonius lib. 5. de Regno Italiæ. Ad hunc ſcribit Marinus I. Papa, anno 3. Caroli III. Imperatoris, qui fuit Chriſti ann. 883. eidem commendans Monaſterium Savinionis, tali tenore ex originali deſumpto, quod extat in Archivio Cathedralis Laudenſis.

Marinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Dilecto, reverendiſſimo & ſanctiſſimo Geraedo ſanctæ Laudenſis Eccleſiæ Epiſcopo & præſente in eadem Eccleſia, & Monaſterio Savinionis in perpetuum, te narrante cognovimus munificentia Imperatorum, & Regum, qui noſtris fuerunt temporibus, quique erga eos induſtria obſequii Cœnobium Savinionis Eccleſiæ tuæ conceſſum, atque præceptis ſuis firmatum eſſe eo videlicet ordine ſeu tenore quod ſemper in eodem Cœnobio regularis inſtitutio diſciplinabiliter obſervaretur ſalvo jure conceſſarum ſibi rerum in uſus proprios. Tu vero præcavens ne poſt diſceſſum tuum quilibet ſucceſſorum tuorum, aut alia ſæcularis poteſtas à proprio ſtatu & ordine idem Cœnobium ſubvertere poſſit res, aut familias ibidem ſubvertendo, vel invadendo petiſti fideliter authoritate Sedis Apoſtolicæ, & privilegio ea, quæ ad uſus Monachorum, ac totius ejuſdem Cœnobii utilitatem cunctis poſſeſſionibus, ac recordandæ memoriæ piiſſimo Ludovico quondam Auguſto per præceptum ſuum dudum delegata, atque conceſſa, & poſtea diligenter proviſa æquanimitate ſibimetque firmari, & quæ deincepe à quibuſdam timentibus Deum ibidem collata fuerint, videlicet ab urbe Derthona quicquid de ipſa eſt abbatiola uſque ad ipſum Monaſterium in eodem Comitatu Derthonenſi, Januenſi, maris litore & Tuſcia, nec non vicum Ardevatum, & Paſqualini, & caſam de Papia cum maſſario in aurello. Reliquum vero ipſius abbatiolæ Laudenſis Epiſcopus ad utilitatem ſuæ Eccleſiæ pro defenſione, & excuſatione eorundem monachorum retineret, ac poſſideret, implorasti ſcilicet pro omni excubia & expeditione tam palatina quam & hoſtili. Nos igitur per gratiam, & poteſtatem, quæ nobis à Deo Apoſtolorum meritis collata ſicut ſuperius continetur ambabus partibus juxta commune votum, & moderationem æquam Apoſtolicaque confirmantes authoritate ſtatuimus auctore Domino Jeſu Chriſto inviolabile amodo ſic permanere. Sancimus quoque ut cum præſens ejuſdem loci Abbas Adalbertus, vel ejus ſucceſſores ab hac luce divina vocatione ſubtracti fuerint non aliunde, ſed de ipſa congregatione concorditer ſubſtituatur alter, ſi vero pro ipſa electione, aut fratrum

A *diſſenſione, vel etiam alia qualibet ipſius loci neceſſitate Lauden. Epiſcopus utique non alius, vel ejus miſſi idem Monaſterium aut cellas, aut curtes ejus vocati in adjutorium venerint non pluſquam xxx. homines, & caballos xl. conducant, quibus ex ipſis Monaſterii rebus, dentur ſtipendia & ultra triduum non ibi morentur, niſi cogente caritate, aut neceſſitate Abbas cum fratribus poſtulaverint, ter ſiquidem per annum aut Abbas, aut ejus inde Monachi Laudenſem Epiſcopum in ſua Eccleſia honorifice & viſitent, & recipiantur. Præterea decernimus ut ſi ejuſdem Monaſterii Abbas ſe aliquando prægravari injuſte cognoverit ab eodem Epiſcopo, vel aliis, libere ad noſtram Sedem Apoſtolicam appellet, atque ad eam confugium faciat, ut ſua mereatur obtinere irrefragabiliter jura Apoſtolica ſibi clementia roborata. Quæ ſi quis præcognita corrumpere, ipſamque ſanctam Congregationem perturbare, vel inquietare prætermiſſo Apoſtolico, ſeu regulari judicio tentaverit & hoc noſtrum privilegium quoquo modo corrum-*

B *pere in virtute ſancti Spiritus, ac beatorum Apoſtolorum à communione omnium ſit ſeparatus juſtorum, quoadusque digna ſatisfactione humiliatus emendare ſtuduerit, quæque contra ipſum reverendum locum ad periculum ſui deliquit. Qui vero cuſtos & obſervator hujus Apoſtolici noſtri privilegii fuerit, benedictionem & gratiam à Domino conſequatur. Scriptum per manum Georgii Scriniarii ſanctæ Romanæ Eccleſiæ menſe Junio, indictione I. Bene valete.*

Datum x. Kal. Julii per manum Zachariæ Epiſcopi & Bibliothecarii, atque miſſi S. Sedis Apoſtolicæ, imperante domino noſtro piiſſimo perpetuo Auguſto Carolo à Deo coronato magno Imperatore anno III. & poſt conſulatum ejus anno III. indict. I.

10 ILDEGARIUS, ſeu Ildegardus an. 898. & X.
anno 904. Romæ interfuit conventui celebrato à Benedicto IV. coram Ludovico IV. Imperatore pro tuendis juribus Petri Epiſcopi Lucenſis. De quo ſupra. Idem memoratur anno 915. in monumento Beringarii Regis Eccleſiæ Lucenſi.

C 11 ZILIUS, ſive Ægidius Vigniatus Laudenſis, XI.
ſuæ Patriæ Epiſcopus fuit anno 924. vir nobilitate generis, opibuſque memorandus.

12 OGGERIUS. XII.

13 ANDREAS vir celebris anno 972. Abbatiæ XIII.
S. Petri veteris Laudæ multa donavit privilegia, & immunitates, quas leges in ſequenti monumento ab Illuſtriſs. Petro Vidone moderno Epiſcopo viro & generis nobilitate, & eruditione claro mihi tranſmiſſo.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Andreas gratia Dei Præſul.

Si petitionibus ſervorum Dei maxime ſub ſanctæ Chriſti militiæ regula militantium, & famulantium aures libentes accommodaverimus, eorumque devotionibus præſidia fecimus, credimus nos procul dubio non ſolum in temporalibus, verum & in ſpiritualibus clementiam Dei undique ſublimari. Et quia paſtoralis officii cura nos admonet Monaſter. pauperibus provida conſideratione ferre conſultum, ne qui in

D *Dei amore computati ſunt, neceſſitate aliqua poſſit, quod avertat Dominus, ſuſtineri; idcirco quicquid Chriſto favente juxta morem Eccleſiaſticum ordinamus, atque ſancimus, immutilatum, & perenni temporis ſtudio ſtabilitum fore pro certo credimus, ac ſperamus.*

Quod ego qui ſupra Andreas ſanctæ Lauden. Eccleſiæ Epiſcopus ſuperno inſtinctu mente retractans ſecundum Apoſtolum eum pariter ſubvenire deſiderans monachis in Monaſterio S. Petri Apoſtolorum Principis ſecus mœnia civitatis ſito, quod eſt ſub regimine, & ditione Luitprandi ſtrenuiſſimi Abbatis Deo famulantibus noſtram paternitatem aſſiduis precibus flagitantibus, ut eorum neceſſitatibus paſtorali vigilantia conſuleremus ob amorem Dei, & animæ noſtræ mercedem pro viribus manum porrigere, & humerum paſtoralem ipſius auxilio ſupponere decrevimus. Nam ex agris, & vineis jam dicti Monaſterii in noſtra parochia conſiſtentibus,

ſcilicet in Sadriano, Sanago, Laurentiaga, Dalloxano, Pollerano, Pettoli & in Auconiaga, Caſteriaga, Buzengo, villa Auliriana, Maturo, atque in Paterno, Fanzago, terra Medialanenſe, Iſella, Colbraga, Feranugo, Solariolo, nec non & in Mulazzano, in Sala Ciſciliano villa Mellaria, Capella.... Agacini Collonicla, Brutialengo, Gencini Montano, ſeu in Suxinate, Scardevavia, Monaſteriolo, Cogallo, Silva majore, Vivata. Taurini, Camairago, Anſergo, Gambioni, ſive in reliquis locis, & vocabulis in noſtra Diæceſi conſiſtentibus, ut pro Dei omnipotentis amore decimas fructuum eis concederemus humiliter poſtulabant, videlicet afferemus de cæteris jamfati Monaſterii agris & vineis conſiſtentibus in ſancto Stephano .... & in Caſteniole, atque in cellam ſancti Raphaelis ſita ſuper fluvio Addea, nec non & in villa S. Stephani ſita Maliano jam ſibi à noſtris prædeceſſoribus decimæ allatæ.

Horum igitur humillimis petitionibus æquo jure compatientes conſultu, & conſenſu ſanctæ Lauden. Eccleſiæ, cui authore Deo præſidemus, ſacerdotum, reliquorumque noſtrorum tam clericorum, quam laicorum fidelium hanc petitionis, ſeu conceſſionis ſcriptionem fieri juſſimus, per quam omnino concedimus, atque largimur jam dictis monachis, & cæteris, qui futuro tempore in ſupra nominato Monaſterio Deo ſunt militaturi, præfatas decimas ex prædictis agris, & vineis prætaxati Monaſterii in ſupraſcriptis locis, & vocabulis, ſive in reliquis locis in noſtra Diæceſi conſiſtentibus, ſicut expetiverunt, ut abhinc in futurum jure perpetuali ad ipſum Monaſterium pertineant tam ad ſubſidium præſentium monachorum, quam futurorum, qui in præfato Monaſterio Deo ſunt militaturi, abſque noſtra noſtrorumque ſucceſſorum vel alicujus perſonæ inquietudine, vel diminutione, vel ordinatione. Hanc igitur noſtram ordinationem, ſeu conceſſionis inſtitutionem omni tempore inviolatam permanere cenſemus, ut ejuſdem Monaſterii ſtatus Chriſto propitio ſublimetur, & ſancta Congregatio ad exorandum Deum pro noſtra & omnium Chriſtianorum ſalute prompta invigilet.

Hujus autem conſtitutionis inſcriptionem ad ampliorem firmitatem Landevertum noſtræ Eccleſiæ Cardinalem ſacerdotem ſcribere commonuimus propria manu ſubtus confirmantes.

Actum 14. Kal. Decembris anno Incarnationis Dominicæ 972. Imperii vero Domini Othonis clementiſſimi Cæſaris 10. Pontificatus ejuſdem D. Andreæ piiſſimi Præſulis 21. Indictione 1. In Dei nomine feliciter. Amen.

† *Andreas humilis Epiſcopus huic petitioni, ſeu conceſſioni meæ conſenſi, & ſcripſi.*
† *Petrus presb. in hac petitione, ſeu conceſſione ſcripſi.*
† *Andreas presb. in hac petitione ſeu conceſſione ſcripſi.*
† *Petrus presb. in hac petitione ſeu conceſſione ſcripſi.*
† *Petrus presb. in hac petitione, ſeu conceſſione ſcripſi.*
† *Andreas presb. in hac petitione, ſeu conceſſione ſcripſi.*
† *Adelbertus presb. in hac petitione, ſeu conceſſione ſcripſi.*
† *Julprandus Archidiaconus in hac petitione, ſeu conceſſione ſcripſi.*
† *Gaudentius diac. in hac petitione, ſeu conceſſione ſcripſi.*
† *Anſelmus diac. in hac petitione, ſeu conceſſione ſcripſi.*
† *Guidus diac. in hac petitione, ſeu conceſſione ſcripſi.*
† *Aghinulphus diac. in hac petitione, ſeu conceſſione ſcripſi.*
† *Ghiſulphus diac. in hac petitione, ſeu conceſſione ſcripſi.*
Ego Petrus ſubdiac. ſcripſi.
† *Ego Vatberius ſubdiac. ſcripſi.*
† *Ego Dalbertus ſubdiac. ſcripſi.*
† *Ego Gaufredus ſubdiac. ſcripſi.*
† *Ego Henricus Acolitus ſcripſi.*
† *Ego Liprandus Acolitus ſcripſi.*

Ego qui ſupra Landevertus presbyter juſſu præfati Domini Andreæ Pontificis hanc petitionis, ſeu conceſſionis paginam ſcripſi.

Ego Algiſius dolamorgola palatinus Notarius autenticum hujus exempli vidi, ac legi, & ſic in eo continebatur, ut in hoc habetur exemplo præter litteras plus minuſve, & hoc exemplum ſcripſi, & me ſubſcripſi.

Extat hoc monumentum ab authentico deſumptum in eodem cœnobii Archivio, & poterit ſane ex hoc monumento aſſerere olim hocce monaſterium juriſdictionem habuiſſe in alio ſanctimonialium cœnobio S Agathæ de Lomello, nunc Papienſis diœceſis, olim Laudenſis, quod ob maximam ab Laudenſi urbe diſtantiam Ludovicus Taberna Epiſcopus, Pontificis Maximi auctoritate Papienſi Epiſcopo ceſſit. Porro Abbatia hæc veteris Laudæ perpetuo unita fuit Germanico Urbis collegio per Gregorium XIII.

Andreas vero longo tempore hanc Laudenſem Eccleſiam adminiſtravit temporibus Othonis Magni Imperatoris, Arduinique Italiæ Regis, à quibus, quæ ſequuntur, pro ſe ſuaque Eccleſia obtinuit privilegia.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Otho divina diſpenſationis clementia Imperator Auguſtus. Si fidelium noſtrorum humillimis precibus ſereniſſimas aures noſtræ pietatis clementer impendimus, devotiores eos promptioreſque in noſtro procul dubio obtinebimus obſequio, præſertim denique divino cultui ſpecialiter mancipatis Pontificibus quicquid digne petierunt, nihil omnino ex noſtra parte abnuendum decernimus, ipſi etenim non ſolum viſibilibus; verum etiam inviſibilibus telis nos, noſtramque poteſtatem munire undique decertant. Idcirco omnium fidelium ſanctæ, atque orthodoxæ Dei Eccleſiæ noſtrorum ubi præſentium ſimiliter, ac futurorum noverit induſtria Andream Sanctæ Laudenſis Eccleſiæ venerabilem Epiſcopum miſſa petitione per Petrum, & Giſelbertum, ſeu Gibertum ſanctiſſimos Epiſcopos noſtram humiliter expetiſſe Imperialem clementiam, quatenus ſibi ad regendam à Deo commiſſam prædictam Eccleſiam præter generalem omnium ſub noſtra ditione exiſtentium Eccleſiarum defenſionem ob pravorum ſcilicet temerarios auſus hanc quoque ſpecialiter tueremur ſub noſtra liberalitate conferentes illi hoc imperatoriæ dignitatis emolumentum, per quod ſicut expetiit indulſiſſe nos clareat, & quemadmodum ſubter inſerta continetur in omnibus conceſſiſſe manifeſtum ſit. Quapropter jam dicta Eccleſia ſub noſtra protectione benigne aſſerta præcepta confirmamus et univerſa, res quoque atque poſſeſſiones ſive utriuſque ſexus familias tam in comitatu, quam in ædificiis turrium, murorum, atque portarum ipſius Laudenſis civitatis, verum etiam omne publicum diſtrictum ipſius civitatis, vectigalia, telonium tam infra ipſam civitatem quam extra in ſuburbio ejuſdem civitatis uſque ad ſeptem milliaria in circuitu, cunctaſque publicas exhibitiones, quæ hactenus ad Laudenſem comitatum de ipſa civitate, & ſuburbano ejus redhibitæ ſunt jure publico ſtationes, utenſiones, querelas, & intentiones omnium hominum in dicta civitate degentium, & habitantium Epiſcopus ipſius civitatis, aut miſſus, quem ipſe delegaverit noſter etiam Regius exiſtens miſſus ita definiat ..... tanquam ſi noſtri comitis Palatii adeſſet ibi præſentia, prædicta igitur ædificia turrium, portarum, atque murorum Lauden. civitatis, atque publicum diſtrictum, omnemque publicam functionem ſicut ſuperius declaratum eſt de Regni noſtri jure & dominio in prædicti Epiſcopi jus & dominium omnino transfundimus, ac delegamus, ac præſens Epiſcopus ejuſdem civitatis, ſuique ſucceſſores, & pars prælibati Epiſcopi habeant, teneant, firmiterque poſſideant & fruantur canonice jure perpetuo. Si quis autem contra hoc

noſtræ confirmationis, ac delegationis præceptum auſu nefario inſurgere tentaverit, aut eum quoquo modo corruperit, noſcat ſe compoſiturum auri optimi libras mille, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem jam dictæ Eccleſiæ, quod ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur, manibus propriis roborantes annulo noſtro inſigniri juſſimus. A

Signum Dom.  *Ottonis magni Imp. Aug.*

In nomine ſanctæ, & Individuæ Trinitatis.
Arduinus gratia Dei Rex.

Si quis ſaccarſu pauperum, ac ſubventione Eccleſiarum ſacris & honorabilibus locis . . . . erogaverit, proculdubio . . . . . à Deo, & quod maximum eſt vitam poſſidebit æternam. Ideoque omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtriſque fidelibus præſentibus ſcilicet atque futuris notum volumus tenore præſentium, Bertam videlicet dilectiſſimam conjugem noſtram adiiſſe clementiam deprecantem quatenus ob amorem Dei, & noſtrarum pariter redemptionem animarum, noſtrorumque . . . . filiorum per noſtri præcepti paginam concederemus Epiſcopatui Laudenſi, ubi Andreas venerabilis Epiſcopus præſulatur, omnem redditum auri, quod in amne levatur . . . . . . in toto dominio caſtellorum Cavenaci & Galgagnani, qui redditus pertinere videatur Cameræ noſtræ. Nos autem paupertatem præfatæ Eccleſiæ Lauden. in augumentum . . . conſiderantes juxta prælibatæ Bertæ Reginæ dulciſſimæ conjugis preces, atque voluntates per hanc noſtri præcepti paginam, prout juſte hoc . . . . in ſupradict. Ripis levatur per tota confinia prædictorum Caſtellorum cum omni diſtrictione, ordinatione, defenſione de noſtra Regia . . . . Laudenſi concedimus, donamus, & pro æternis temporibus habendum largimur cunctorum Regum, omniumque hominum contradictione . . . . Si quis contra hanc noſtri præcepti donationem inſurgere, aut contravenire tentaverit, ęternę ſe gehennæ vinculo ligatam . . . . . violaverit mancoſas mille medietatem Camerę noſtrę & medietatem prędictę Eccleſiæ Lauden. debitę . . . . . . noſtrum pręceptum ſcribere, noſtroque ſigillo juſſimus inſigniri. B C

Signum † Arduini ſereniſſimi & invictiſſimi Regis.
Ego Erebertus Cancelarius vice Petri Cumani Epiſcopi & Archicancellarii recognovi.
Datum anno Domn. incarnationis milleſimo ſecundo indictione xv. anno vero domini Arduini ſereniſſimi, & invictiſſimi Regis regnante primo.

Celebratum eſt, dum ad clavum ſederet Laudæ Pompejæ Andreas, ab Arnulpho Archiepiſcopo Mediolanenſi Provinciale Concilium anno 1002. In quo Henricum I. deſignarunt Imperatorem. D

XIV. 14 NOCHERIUS genere Alemannus Laudenſi Eccleſiæ præfuit. Cujus ope, atque adhortationibus Anſalda Comitiſſa Griſalbæ, monaſterium illud inſigne conſtruxit in honorem S. Stephani de Cornu veteri, ut vocant. Hoc illud famoſum Ciſtercienſi Ordinis Cœnobium eſt, unde olim tot viri illuſtres doctrina, ac ſanctimonia vitæ floruerunt: in quibus merito connumerari poteſt Boniſacius Symonetta Mediolanenſis, ejuſdem Monaſterii nobilis Abbas, qui plura ingenii monumenta poſt ſe reliquit, ſcripſitque præcipue de perſecutionibus Chriſtianorum. Cæterum hoc tempore nobilis hæc Abbatia, ſi unam Eccleſiam excipias, omnino deſolata eſt ex Commendatariorum incuria.

XV. 15 OLDARICUM contra Ambroſium ab Archiepiſcopo Mediolanenſi electum, Laudenſis populus evexit ad ſedem anno 1025. eodemque anno cum de juriſdictione cum Mediolanenſi Archiepiſcopo Ariperto, cum aliis finitimis decertaret, atque utrinque inſtructæ acies procurriſſent, Oldaricus deſideratus eſt apud Mottam in Campo malo. Hunc confundunt nonnulli cum Olderico, ſeu Alerico Aſtenſi Epiſcopo, qui in pace quievit anno 1036. ut ſupra in Aſtenſibus Epiſcopis retulimus. Conſule de eo Ludovicum Cavitellum in Annal. Cremonæ.

16 AMBROSIUS Archinius Canonicus Ordinarius Mediolanenſis Laudenſis Antiſtes electus eſt anno 1025. Cujus obtenti Epiſcopatus, ex privilegio Conradi Imperatoris, armiſque intentatis, Eripertus Archiepiſcopus Mediolanen. eidem poſſeſſionem aſſeruit, confirmavitque. Cæterum magnarum virtutum Præſul fuit, morumque probitate ſingulari. Hanc Eccleſiam cum diuturniori mora adminiſtraſſet, lachrymantibus cunctis, exceſſit é vita. Hujus temporibus, inque ipſius gratiam, Rolinda Comitiſſa, uxor Ildebrandi menſæ Epiſcopali dilargita eſt Oppida S. Viti, atque Caſtalionis cum ſuis pertinentiis anno 1044. Ambroſii meminit Sigonius, Ripamontius, & alii. Memoratur in Synodo Papienſi an. 1046. 8. Kal. Novembris celebrata. XVI.

17 OBIZO, quem ſummopere de zelo pietatis commendat Gregorius VII. in epiſtola *a* ad Laudenſes. Memoratur in geſtis Nicolai II., Papæ anno 1061. XVII

18 FREDENZONIUS. *b*

19 RAYNALDUS.

Hos duos Epiſcopos, haud legitime electos, in Laudenſem ſedem Imperator intruſerat, ut luctuoſus tunc ferebat Eccleſiæ ſtatus.

a Data 5. Non. Martii ind. XIII. id eſt an. 1075.
b Hi duo omittendi, ut intruſi.



20 ARDERICUS Vignatus, Laudenſis, patriæ ſedem aſſecutus eſt ante annum 1103. Quo memoratur à Landulpho de S. Paulo in Hiſtoria Mediolanenſi, illamque non modo cum laude prudentiæ adminiſtravit, ſed civitatem etiam ipſam contra Mediolanenſes hoſtes defendere conatus eſt, tametſi fruſtra, cum illam implacabili ira ſuccenſi propemodum totam deleverint anno 1111. Ardericus tamen poſt miſerabile patriæ excidium, haudquaquam adverſæ fortunæ turbine fractus, ita geſſit Epiſcopatus honorem, ut non immemor patriæ, ſparſos, diſſipatoſque cives in unum coegerit, generoſo auſu ad novam ædificandam Laudem Pompejam conſpirare auderent. Arderici ſæpe meminit Landulſus de S. Paulo in Chronic. habetque illum Groſsolani Mediolanenſis Archiepiſcopi Vicarium fuiſſe, auctoremque deinde ejuſdem Groſsolani abdicationis, electioniſque Jordani de Clivio anno 1112. poſt hæc habitum monaſticum in Cœnobio S. Marci Placentiæ Ordinis Vallis Umbroſæ ſumpſiſſe, idem habet auctor capit. 27. *Groſſolanus, à Jordano accepta ingenti pecunię ſumma, Mediolanum, inquit, exivit, atque Placentiam adivit, ibique in monaſterio S. Marci, quod eſt de congregatione Vallis ambroſę, hoſpitatus invenit Ardericum Laudenſem, quem fecerat ſibi Vicarium, in victu, & veſtitu ejuſdem Congregationis monachorum.* Legi- XVIII

tur

tur deinceps, Ardericum, Laudenſi inſtaote Clero duorum ſchiſmaticorum Epiſcoporum, quos paulo ſupra retulimus, reſcidiſse, quæ ſanxeruot anno 1117. Contentioſam litem cum Petro Derthonenſi Epiſcopo habuiſse Ardericum coram Olrico Mediolanenſi * tunc Archiepiſcopo de poſseſſione monaſteriorum Præcipioni, & Laviaooni, ab eodem Derthonenſi Præſule injuſte detentorum, nobile docet documeotum ad favorem Laudenſis Eccleſiæ ab eodem Olrico Archiepiſcopo cum conſilio ſuorum Epiſcoporum propria manu ſignatum, quod extat in Archivio Cathedralis Eccleſiæ tenoris ſequentis.

* Ex App. tom. 4.

Dum Dei nomine in civitate Mediolanenſi in Broleto juxta domum Archiepiſcopatus Ol. Archiepiſcopus judicario more ceſideret in præſentia D. Azonis Aquenſis Epiſcopi, & ordinariorum S. Mariæ Matricis Eccleſiæ, & aliorum presbyterorum Mediolanen. civitatis, & Geeardi Judicis ac reliquorum bonor. hominum tam capitaneorum, quam vavaſorum, ſeu civium Mediolanen. atque Lauden. quorum nomina ſubſcribuntur, prolata eſt querela, & diſcordia, quam habebat Ardericus Epiſcopus Lauden. Eccleſiæ cum Epiſcopo Petro Terdonenſis Eccleſiæ, de poſſeſſione videlicet Monaſteriorum de Præcipiano, & Laviano-ne, quam dicebat Lauden. Epiſcopus ab Epiſcopo Derthonenſi injuſte detineri, dicens, & aſſerens prædicta monaſteria, ac res ad eadem pertinentes tam mobiles quam immobiles ſeu familias eſſe de jure, & poteſtate Epiſcopatus. S. Lauden. Eccleſiæ juxta præcepta Regum, atque Imperatorum, in quibus continebantur prædicta monaſteria, cum jam dictis omnibus rebus, & familiis eſſe data, & conceſſa ab Imperatoribus, & regibus Lauden. Epiſcopo, ita ut Lauden. Epiſcopus haberet poteſtatem regendi, & ordinandi præfata monaſteria ſicut ſua propria monaſteria, quæ ſunt ſub ſuo regimine, ac poteſtate conſtituta. Inſuper & dedit, et oſtendit jam dictus Lauden. Epiſcopus tres legales teſtes jam dicto Archiepiſcopo ſuiſque conſiliariis, Atialdum ſcilicet, qui dicitur de Melegnano, & Ribaldum, qui dicitur de Fingino, & Albertum, qui dicitur de Buxeto teſtificantes ſe vidiſse Opizonem Lauden. Epiſcopum in monaſterio Præcipiani, tamquam proprium Epiſcopum, ac dominum eſſe ſuſceptum à Guidone Abbate, & monachis ejuſdem monaſterii cum plenaria, & honeſta proceſſione cum campanis utique ſonantibus, cum aqua benedicta, & incenſo in tempore Oddonis Eccleſiæ Teedonenſis in Epiſcopum electi, & omnia ibidem ſupraſcriptum Epiſc. Opizonem diſponentem, & morantem tanquam in ſua domo, & placita ibi tenentem, datis clavibus canevæ aliarumque domorum ſupradicti monaſterii miniſtris, ac fidelibus Opizonis Epiſcopi. His eego omnibus à prædicto Archiepiſcopo viſis, & cognitis, & diligenter auditis dedit ſententiam Dominus Aechiepiſcopus, ut Epiſcopus Lauden. omnimodam poſſeſſionem, & integram tuitionem deinceps habeat, ſicut Imperatores habuerunt, & in jam dictis preceptis continebatur, & ſicut jam dicti teſtes teſtificati ſunt tali modo interdicens, atque præcipiens, ut amodo ſe non intromittat, neque per albegariam, neque per fodrum, neque per aliquam conditionem rerum ſæcularium iſtorum monaſteriorum, neque de eorum poſſeſſionibus. Sed ipſe Epiſcopus noſtro præcepto, noſtraque ſententia in poſſeſſionem intret, & deinceps poſſeſſor exiſtat ſine contradictione Epiſcopi Derthonenſis tali modo, quod ipſe Epiſcopus Lauden. ſit paratus reſpondere Epiſcopo Derthonenſi rationabiliter ante Mediolanenſem ſedem, ac omni ſæculari jure, ſi eum appelaverit, et ſimiliter Epiſcopus Derthonenſis paratus ſit amodo dicto Epiſcopo Lauden. de ſpirituali jure juſte, & canonice reſpondere. Factum eſt hoc anno ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti 1325. menſo Decembris Ind. 4.

Ego Anſelmus ſubdiaconus interfui ſupradictis.
Ego Ambroſius Bergomenſis Epiſcopus hanc ſententiam laudavi, & ſubſcripſi.
Ego Bozo Taurinenſis Epiſcopus ſubſc.
Ego Ripaldus Albenſis Epiſcopus firmavi, & ſubſcripſi.
Ego Otho Albiganenſis Epiſc. ſubſc.
Ego Anſelmus Archiepiſcopus ſubſc.

Hujus ſententiæ teſtes fuerunt Ariprandus de Rode, Laudulphus qui dicitur de Curte, Anſelmus Advocatus, Otho de Landriano, Landulphus de Puſterla, Otto & Lanfrancus de curte, Otto Manzo, Ardericus de Latuere, Arialdus de Puſterla Aſclerius de Vimercato, Lanfrancus, & Benno de Setara, Benno de curte, Pelegrinus de Rode, Laudulphus Muea, Bonifacius de Carade, Rolandus Vintoſi, Laurentius Pedeſtoetos, Ambroſius de S. Satiro, Oliverius Cacatoſico, Ungarus de Curtedoxi, Paganno Bortius, Azo Martinonius, Marcheſe da Rioſo, Anſelmus Gambarouine, Secundus de Medazia, Oldradus, & Landulphus Pataril, Vvalterius fil. Azonis, Gnocus de Salariano, Gariardus de Vignato, Frogerius Cacamillium, Vvalterius Longus, Nicolaus Caremanus ſive Aldericur.

Ego Oleicus gratia Dei Archiepiſcopus hanc ſententiam conſilio Epiſcoporum, ac Cardinalium noſtræ Eccleſiæ cum Pelmicerio ejuſque ſacerdotibus, & quampluribus ſapientibus laicis promulgavi, & hanc notitiam fieri præcepi, & manu propria ſubſcripſi.
Ego Anſelmus diac. ſubſc.
Ego Laudulphus indignus Aſtenſium Epiſcopus hanc ſententiam eatam, & rationabilem judicans audivi, & firmando ſubſcripſi, & ſubſcribendo firmavi.
Ego Anſelmus ſubdiaconus interfui, & ſubſcripſi.
Ego Ambroſius Pergamenſis Epiſcopus hanc ſententiam laudavi, & affirmavi.
Ego Bozo Taurinenſis Epiſcopus ſubſc.
Ego Ribaldus Albenſis Epiſcopus ſubſc.
Ego Lanfredus Novarienſis Eccleſiæ Epiſcopus ſſ.
Ego Guido Tporenenſis Epiſcopus ſubſc.
Ego Amizo archidiaconus interfui, & ſubſcripſi.
Ego Joannes Abbas S. Ambroſii ſubſc.
Ego Juntanus Abbas S. Vincentii interfui, & ſubſceipſi.
Ego Vvazo Cancellarius interfui, & ſubſcripſi.
Ego Obizo diac. interfui, & ſubſc.
Ego Petrus Abbas S. Simpliciani ſubſc.
Ego Guido presb. ſubſceipſi.
Ego Gerardus presb. & Peæpoſitus laudavi, & ſubſcripſi.

Demum Ardericus deceſſit mœrentibus bonis omnibus, quibus ejus probitas vitæ perſpecta erat. Fuiſſe autem Cœnobium S. Stephani de Cornu, de quo paulo ante egimus, in Laudenſi ditione Nocherii temporibus conſtructum à comitiſsa Amſelda, ac dotatum, ſequens Paſchalis Papæ Epiſt demonſtrat, qua idem monaſterium ſub protectione ſuſcepit Apoſtolicæ Sedis, Arderico Laudenſi Epiſcopo.

Paſchalis Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Dilecto filio Guidoni Abbati Venerabilis monaſterii Sancti Seephani quod in Laudenſi comitatu ſecus Padum ſitum eſt, ejuſque ſucceſſoribus regulariter promovendis in perpetuum. Divinis præceptis, & Apoſtolicis informamur monitis, ut pro Eccleſiarum ſtatu impigro vigilemus affectu. Poſtulavit ſiquidem nos dilectio tua prædeceſſorum noſtrorum quædam ſtatuta firmare, & per ea veſtri monaſterii ſtatum auctore Deo munire. Quod . . . . monaſterium venerabilis comitiſſa Anſelda cum filiis ſuis Lanfranco, Arduino, & Magnifredo conſtruxiſſe, & ſuis facultatibus ditaſſe cognoſcitur. Per præſentis igitur privilegii paginam Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ut quæcumque prædia, quæcumque bona ab prædicta comitiſſa, vel ejus filiis, ſeu ab aliis fidelibus de jure proprio data ſunt, quæcunque etiam in futurum eidem monaſterio conceſſione Pontificis, liberalitate Principum, vel oblatione fidelium dari contigerit, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. Confirmamus itaque ſupradicto S. Stephani Monaſterio adjacentem villam & caſtrum, infra quod idem monaſterium conſtru-

ctu

ctum eſt, & cætera, quæ in Epiſcopi Nokeuichirographo continentur, obeunte te nunc ejus loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutiu ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres, vel fratrum pars conſilii ſauioris, vel de ſuo, vel de alieno, ſi oportuerit, collegio ſecundum Dei timorem, & Beati Benedicti regulam providerint eligendum. Electus autem ad Romanum Pontificem conſecrandus accedat. Ad hæc decernimus, ut nulli omnino hominum liceat idem monaſterium temere perturbare; aut ejus poſſeſſiones temerariis vexationibus fatigare. Sed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum ſuſtentatione, & gubernatione conceſſa ſunt, uſibus profutura. Si qua ergo eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire attentaverit, ſecundo, tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei, & Domini noſtri Redemptoris Jeſu Chriſti alienu fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſervantibus jura ſit Pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen. ſignatur.

Ego Paſchalis Catholicæ Eccleſiæ, Epiſcopus.

Datum apud Placentiam per manum Ioannis S. Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis, ac bibliothecarii decimo ſeptimo Kal. Decembris Indictione 15. Iucaru. Dom. anno 1106. Pontificatus autem Domini Paſchalis II. Papæ 8.

XIX. 21 ALLONEM Ardericus excepit poſt annum 1126.

XX 22 VIDO ejuſdem ſedis fuit Antiſtes an. 1130. Hujus Epiſcopi temporibus Albertus Oldradus nobilis Mediolanenſis prope Laudem Pompejam nobile S. Mariæ de Cerreto Ordinis Ciſtercienſis fundavit Cœnobium, opulentoque cenſu auctum divo Bernardo attribuit, à quo illuc Clarevallenſium monachorum Gallici nominis directa colonia eſt. Romæ olim in Eccleſia S. Sebaſtiani in marmorea tabula hæc legebantur.

Tempore Domini Calliſti Papæ II. Congregatio Ordinis Ciſtercien. decrevit Non. Novembr. quotannis anniverſarium celebrare pro anima nobilis viri Alberti de Oldradis, qui intuitu Patris noſtri Bernardi, Monaſterium de Cereto, in agro Laudenſi propria ſubſtantia fundavit, & dotavit, & Congregationi Ciſtercienſium D. D.

* Ex App. tom. 4. * Hæc habent nuperi ſcriptores noſtri ex Carolo à Baſilica Petri de hujus cœnobii Cerreti ædificatione. Poſt excuſionem illins catalogi ex monumentis ejuſdem cœnobii, rem diverſe ſe habuiſſe cognovi. Ante Calliſti tempora jam conditum fuiſſe hoc cœnobium conſtat, cum extet monumentum Gerardi Abbatis de Cerreto anno 1117. quo aliqua bona commutat. Item vidimus Innocentii II. diploma ſcriptum Brunoni Abbati Claræyallis Mediolani, cui, ac Ordini Ciſtercienſi tradit, ac perpetuo unit monaſterium s. Mariæ, & s. Petri de Cerreto agri Laudenſis, cum omnibus ſuis pertinentiis ſub annuo cenſu duodecim Mediolanenſium denariorum, quot annis Apoſtolicæ Sedi, cujus erat juris, ſolvendorum. Datum Laterani 14. Kal. Septembris anno ab Incarnatione Domini 1139. Pontificatus 10. Eadem, quæ Innocentius ſanxit, aſſeruit inde Eugenius III. anno 1148. Hinc non ſatis miror, cur à Baſilica Petri aſſeratur ab Alberto Oldrado fundatum hocce cœnobium, ac dotatum, Divoque Bernardo traditum fuiſſe Calliſto II. ſedente. Pro confirmatione attulit ille cum cæteris inſcriptionem illam, quæ olim extabat in eccleſia s. Sebaſtiani, ſed neque inſcriptio extat, neque cohæret cum iis, quæ ſupra ex veritate retulimus: & inſcriptio illa videtur noſtris fere temporibus à quodam per ſummam rerum antiquarum inſcitiam conſcripta, quæ aliis errandi occaſionem præbuit. Non nego tamen potuiſſe Oldradum plura bona, ac latifundia eidem loco dono dediſſe; at fundatorem fuiſſe, repugnat Innocentii II. diploma, & alia monumenta. Inſcriptio illa s. Sebaſtiani certe nupera eſt nec illis temporibus exſcripta, cum temporibus Calliſti II. Papæ Ordo quidem Ciſtercienſis paulo ante à s. Roberto fundatus fuerat; adhuc tamen Congregationis nomen in eo uſui non erat, quod ſub Innocentio VIII. apud Italos Ciſtercienſes cœpit frequentari. Nobili huic cœnobio unitum lego alterum Ss. Viti, & Modeſti, & Creſcentiæ, quod anno 1019 in agro Laudenſi fundaverant Ildebrandus filius quondam Agini, qui & Otho de loco Commatio, & Rolenda filia quondam Lanfranchi Comitis ejus uxor; in ipſis Kalendis Januarii Indictione 2. ejus eccleſiæ jacta fuit fundamenta: & cœnobium ex voluntate conditorum unitum fuit eccleſiæ S. Sepulchri Hieroſolymitani ſub annuo cenſu quinque ſolidorum Mediolanenſium. Porro celebris quondam Cerreti cœnobii, à quo viri ſanctitate, ac dignitate illuſtres plures prodiere, Abbatum nomina nonnulla obſervavimus in monumentis, quæ extant apud nos, & hic ad gratæ poſteritatis exemplar non pigebit referre.

Gerardus Abbas S. Mariæ de Cerreto anno 1117.

Bruno primus Abbas ex Ordine Ciſtercienſi aſſumptus anno 1139. quo, ut diximus, Abbatia hæc per Innocentium II. Ordini tradita eſt, & tamquam filia data fuit Brunoni Abbati Claræyallis Mediolanenſis, adhuc ſuperſtite Divo Bernardo Clarevallenſis cœnobii in Gallia Abbate. Bruno vero primus Ciſtercienſis Ord. Abbas Cerreti anno 1144. omnium bonorum confirmationem accepit à Robaldo Mediolanenſi Archiepiſcopo: confirmatio ita ſe habet.

Robaldus Dei gratia S. Mediolanenſis Eccleſiæ ſervi.r.

Dilecto, & venerabili in Chriſto Patri Brunoni Abbati monaſterii S. Petri de Cerreto, & ejus fratribus tam præſentibus, quam futuris in perpetuum. Paſtoralis officii cura nos admonet, & hortatur, ut religioſorum virorum providendo quieti, eorum petitionibus facilem præbeamus aſſenſum, ut humilis devotio celebrem pariatur effectum; proinde venerande frater B Abbas monaſterii B. Petri de Cerreto tuus admittendo preces, ne de cætero tua, tuorumque fratrum malorum infeſtatione hominum perturbetur religio, ea omnia, quæ modo quiete tenes, & poſſides in loco, qui dicitur Vicus major, & loco qui dicitur Bauiolus, vel in poſterum divina clementia acquiſieris, auctoritate Dei, & Beati Ambroſii, & ſanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ tibi tuiſque ſucceſſoribus noſtro conferimus privilegio. Decernimus itaque quatenus nulla eccleſiaſtica, ſecularisve perſona, te, tuoſque fratres, vel ſucceſſores, ſuper hoc inquietare, vel aliquibus perturbationibus fatigare præſumat. Si quis autem, quod abſit, contra hoc noſtrum decretum venire tentaverit, tamquam pervaſor ſacrilegus à ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Domini alienus exiſtat; obſervantibus vero, tamquam obedientiæ filii, pax multiplicetur, & gratia. Actum eſt hoc feliciter anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo quadrageſimo quarto, indictione ſeptima.

Ego Robaldus Dei gratia Mediolanenſis Archiepiſcopus ſubſc.
Ego Ubertus Archidiac. ſubſc.
Ego Thedaldus Archipresb. ſubſc.
Ego Landulphus presb. ſubſc.
Ego Vvido presb. ſubſc.
Ego Guifredus presb. ſubſc.
Ego Anſelmus indignus ſubdiac. ſubſc.
Ego Vvillelmus diac. ſubſc.
Ego Beringarius diac. ſubſc.
Ego Jordanus diac. ſubſc.
Ego Obitius ſubdiaconus, & Cimiliarca ſubſc.

Ego

Ego Nazarius presbyter, & primicerius ſubſc.
Ego Stephanus Archipresbyter ſubſc.
Ego Martinus presb. ac Præpoſitus S. Ambroſii ſubſc.
Ego Amadeus Præpoſitus eccleſiæ S. Georgii ſubſc.
Ego Azapresb. Præpoſitus, & Primicerius lectorum ſubſcripſi.
Ego Eriprandus presb. magiſter cantorum ſubſc.
Ego Ogerus presbyter magiſter cantorum ſubſc.
Ego Ruſticus eccleſiæ S. Stephani Præpoſitus ſubſc.
Ego Galdinus Cancellarius ſubſc.

Ambroſius ſecundus Abbas Cerreti ex Ordine Ciſtercienſi vivebat anno 1154.

Petrus anno 1184.

Dionyſius anno 1187. nobili privilegio exornatus ab Henrico VI. Imp. Datum Laudæ Indictione 5. die 9. Kalend. Aprilis.

S. forte Simeon Abbas Cerreti anno 1200. Commiſſarius, ac delegatus fuit Innocentii III. Papæ, ut Mediolanenſem Clerum componeret.

Beltramus Abbas 1213.

Petrus Abbas 1265.

Nicolaus Abbas 1250.

Jacobus de Paruta Abbas 1255.

Aliprandus Gambarus Abbas 1259.

Arnaldus de Placentia Abbas 1270.

Anſelmus Cagatoſicus Abbas 1282.

Joannes de Mutiponatis Abbas 1297.

Richardus Abbas 1329.

Beltramus de Villa Abbas 1337.

Thomas de Tochis Abbas 1374. & anno 1380.

Antonius Beccaria nobilis Papienſis, Monachus Clarævallis Mediolani, fit Abbas anno 1401. vir prudentia, ſcientia, ac morum probitate clariſſimus.

Leo de Lomajola Abbas 1406. per procuratorem interfuit Concilio Piſano anno 1409.

Caſtiel Abbas 1421. Obiit ſequenti ann.

Ambroſius de Lampugnanis Mediolanenſis, Monachus Clarævallis Mediolani à Martino V. Papa factus eſt Abbas Cerreti. Hic fuit, præter nobilitatem ſanguinis, præcipua virtute clarus, de quo mentio ad annum uſque 1444. defunctus circa annum Domini 1458. Fuitque ultimus Abbas regularis.

Guillelmus de Eſtoutevilla Epiſcopus Card. Oſtienſis, primus Abbas Commendatarius, qui anno 1481. cœnobium hocce novellæ Italicæ Congregationi Ordinis Ciſtercienſis perpetuo univit: hoc approbavit Sixtus IV. Pontifex 3. Id. Junii anno 1482. Pontif. 11. Ab hoc anno cœptum eſt gubernari monaſterium hoc per Priorem regularem, quem poſtea Abbatis nomine pontificia auctoritate inſignivere, quorum nomina alii commemorabunt.

XXI. 23 JOANNES Laudenſis electus Epiſcopus 1139. Hic iterum, orta contentione de poſſeſſione Cœnobiorum Præcipiani, & Summiani cum Derthonenſi, ad favorem ſuæ Eccleſiæ à Roboaldo Mediolanenſi Archiepiſc. favorabilem ſententiam tulit anno 1140. tali decreto à S. Galdino tunc Canonico, & Cancellario, mox Archiepiſcopo ſubſcripto.

Breve recordationis ſententiæ datæ à Domino Roboaldo Mediolanenſi Archiepiſcopo conſilio fratrum ſuorum. Tempore bonæ memoriæ venerabilis Archiepiſcopi Olrici Mediolan. D. Ardericus Laudenſis Epiſcopus cum fratribus ſuis coram prædicto Archiepiſcopo, & ejus fratribus, ſuper Petrum Derthonenſem Epiſcopum talem dispoſuit querimoniam. Conquerendo ſiquidem aſſerebat, quod Derthonenſis Epiſcopus monaſteria de Præcipiano, & Saumione ac res ad eadem pertinentes, tam mobiles quam immobiles, ſeu familias, quæ omnia ſecundum præcepta Regum, atque Imperatorum ad jus, & dominium Lauden. Eccleſiæ ſpectare, injuſte obtinebat, & nulla fretus ratione violenter de poſſeſſione ejecerat. Prætaxatus itaque Archiepiſcopus Laudenſi Eccleſiæ ſatisfacere cupiens, utrinque diligenter auditis rationibus, communicato cum fratribus conſilio hanc divulgavit ſententiam, videlicet Epiſcopus Lauden. omnimodam poſſeſſionem, & integram tuitionem habeat & deinceps haberet, ſicuti Imperatores habuerunt, & in eorum præceptis continebatur, ſicut teſtes idonei, & competentes præſtitis affirmative juramentis tali modo interdicens Epiſcopo Terdonenſi, atque præcipiens, ut amodo ſe non intromittat, neque per albergariam neque per fodrum, neque per aliquam conditionem rerum iſtorum Monaſteriorum, neque de eorum poſſeſſionibus, ſed ipſe Epiſcopus Lauden. Mediolanen. Eccleſiæ præcepto atque ſententia in poſſeſſionem intraret, & deinceps ſine Terdonen. Epiſcopi contradictione poſſeſſor exiſteret. Præſcriptus autem Terdonen. Epiſcopus Matris ſuæ videlicet Mediolanen. Eccleſiæ obedientia ſpreta, atque ejus ſententiam contemptibilem reputans executioni mandare penitus recuſavit. Laudenſis itaque Eccleſia, atque ven. Epiſcopus Jo. ejuſdem Eccleſiæ ſuorum bonorum patiens mutilationem, ad matrem ſuam, videlicet Mediolanen. Eccleſiam ad D. Robaldum Archiepiſcopum lacrymabiliter conquerendo confugit. Dominus autem Robaldus Archiepiſcopus Lauden. Eccleſiæ miſeriæ compatiens, Derthonen. conveniens Epiſcopum, in diinquam, adverſus Lauden. Epiſcopum ſuas exprimeret rationes præfixit. Ille vero ad condictum conveniens terminum, ſuas prætendens occaſiones inducias petiit. Prætaxatus autem Archiepiſcopus ejus petitionibus annuens, canonicas bis præſtans inducias, tertio peremptorium ei fecit edictum. Ille autem, videlicet Derthonenſis, tanquam de juſtitia diffidens, & tanquam nocens judicium ſubterfugiens ſe per contumaciam abſentavit. Eapropter ſæpedictus Archiepiſcopus vener. prædeceſſoris ſui Olrici auctoritate ſuffultus, Canonum, legumque ratione munitus, in abſentem pro contumacia ſententiam proferens, ſententiam dicti domini Olrici rationabilem, juſtam, canonicam conſilio fratrum ſuorum eſſe dijudicavit. Inſuper Terdonen. Epiſcopo præcipiens, ut Lauden. Epiſcopo rerum ſupradictarum poſſeſſionem, & integram tuitionem, & omnes fructus, qui poſt promulgationem ſententiæ domini ſui Olrici, ſive per fodrum, ſive per albergariam, ſive alio quocunque modo ex ſupradictis rerum poſſeſſionibus poſtea evenerunt, in integrum per omnia Lauden. Epiſcopo abſque mora reſtituat. Actum eſt hoc in Palatio Mediolanen. anno milleſimo centeſimo quadrageſimo, menſe Januarii, Indictione 3.

Subſcripta. *Ego Robaldus Mediolan. Archiepiſcopus ſubſcripſi.*
† *Ego Tedaldus Archipresbyter ſubſc.*
† *Ego Landulfus presbyt. ſubſc.*
† *Ego Anſelmus diaconus interfui, & ſubſc.*
† *Ego Guifredus presb. ſubſc.*
† *Ego Jordanus Diaconus ſubſc.*
† *Ego Galdinus Cancellarius à me dictato ſub ſc.*
† *Ego Obitius . . . . . ſubſc.*
† *Ego Ardericus Vicecominus ſubſc.*

Interfuere teſtes Ugo de Raude, Lanfrancus de Curte, item Lanfrancus de Setara, Manfredo d'Ala, Gaufredo de Pirovali, Jo. de la Piſina, Albertus Capello, Albertus de Paule, Guillelmus de Paule Aicardo de porta nova, Redalcus de Lenco.

Deceſſit Joannes anno 1142.

24 LANFRANCUS ex Comitibus Caſſiani, Laudenſis, patriæ electus Epiſcopus eſt anno 1143. Hic ex mœrore deceſſit. Cum enim Mediolanenſes in Laudem Pompejam hoſtiliter incurriſſent, nullisque precibus potuiſſent molliri, quo minus exciderent immeritam civitatem 1158. Lanfrancus, qui ad id fuerat deſtinatus legatus, ex infecta re tantum hauſit mœroris, ut tametſi à Friderico Imperatore viderit inchoatam Laudem novam Pompejam, tamen cum ex præterito excidio ſemel conceptus dolor ad vitalia deſcendiſſet, exceſſit è vivis menſe Auguſto ejuſdem anni. De nova ædificatione Laudis Pompejæ ſcripſit Otho Murena in Hiſtoria rerum Laudenſium tempore Friderici Ænobarbi Cæſaris. XXII

Cæterum Lanfrancus an. 1145. (ſi Paulo Benio

in deſcriptione Triſſinæ ſamiliæ credimus) Lanfranco Triſſino nobili Laudenſi militi, ejuſque ſucceſſoribus, ob ingentia Triſſinæ gentis in Laudenſem Eccleſiam merita, Vicedominatus Laudenſis Epiſcopatus honorem contulit, firmavitque publico documento; quam quidem dignitatem diu poſſedere Lanfranchi ſucceſſores, tametſi Aribertus Cardinalis Apoſtolicæ Sedis Legatus, publico in conventu ademerit, quod inde Alexander III. Pontifex anno 1176. ſuo diplomate firmavit in hunc modum è tabulario Laudenſi ab eodem Benio exſcripto.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Venerabili fratri A. Laudenſi Epiſcopo ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Ex quodam ſcripto manifeſte cognovimus, quod cum A. anteceſſor tuus Vicedominatum Eccleſiæ tuæ Lanfranco de Trixino militi Laudenſi irrationabiliter conceſſiſſet, & conceſſionem per inſtrumentum firmaſſet, Aribertus bonæ mem. tit. S. Anaſtaſiæ presbyt. Cardinalis tunc Apoſtolicæ Sedis Legatus præſcriptam conceſſionem de conſilio O. quondam Mediolanen. Archiep. Grégor. Pergamen. VV. Novarien. & V. Vercellen. Epiſcoporum in præſentia O. quondam Cremonen. Epiſcopi, & aliorum multorum irritavit, & inſtrumentum exinde factum, ne in poſterum in detrimentum Eccleſiæ ſuæ poſſet produci jam dicto Prædeceſſori tuo reddi, & cancellari præcepit. Nos itaque quod à jam dicto Cardinali factum eſt, ratum habentes, ſententiam ejus ſicut rationabiliter lata eſt, & in publico inſtrumento exinde facto continetur, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſtatuentes, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis &c.

Dat. Anagn. 3. Kal. Jan.

Enunciatum, in hoc diplomate, Epiſcopum A. ad quem ſcribit Alexander, Albericum fuiſse Lanfranci ſucceſſorem, tabulæ Laudenſes clare demonſtrant: Lanfrancum vero Triſſinum clariſſimum militem, à Lanfranco Præſule tali dignitate exornatum, ſuam traduxiſse nobilitatem, ab Aleano & Erycina Athenarum Ducibus, quorum gentiles in Italiam profectos, Laudæ, ac Vicentiæ civitates incoluiſse, benignitate, ac beneficentia Romanorum Imperatorum plurima, ampliſſimaque feuda accepiſse, & genus ſuum in Italos infudiſse, per longam deinde ſeriem ad noſtra uſque tempora feliciter propagaſse, Benius idem, Io. Baptiſta Pagliarinus in hiſtor. Vicent. & Io. Philippus Thomaſinus Epiſcopus Aemonienſis lib. I. Elog. in Georgio Triſſino ſcriptis mandarunt, ex monumentis ejuſdem familiæ apud Comites Triſſinos Vicentinos nobiliſs. Hujus familiæ, præter S. Savinam Laudenſis civitatis decus, & ornamentum, cujus vitam, actaque ſcripſit erudititiſs. Gaſpar Triſſinus, gentiles fuere in omni genere illuſtres viri, quorum meminit Franciſcus Rogerius in Trutina Delpholadrici tabellionatus Trajani Boccalini; de Manfredo vero Vicentino, Alberto Taruiſino, ac Bonaventura Ariminenſi Epiſcopis, vide quæ de ipſis egimus ſuis in locis.

XXIII 25 ALBERICUS ex Merlini dominis, Cathedralis Laudenſis antea Canonicus, in gratiam Friderici Imp. ad Laudenſem ſedem ſubvectus eſt ann. 1158. quo Roncaliæ conventui interfuit ex Radevico in Append. Hic novæ Laudis Pompejæ novis muris fundandis primum lapidem poſuit. (*Poſtera vero die Mercurii* (inquit Murena anno 1160.) *quæ fuit tertia dies menſis Auguſti, & in qua fuit feſtum S. Gaudentii, & Inventio S. Stephani Protomartyris, fuit inceptus murus civitatis Laudæ à Tinta Muſſa de Gava de Cremona in angulo civitatis ſupra paludem de Sylva Græca prope portam Cremonenſem, & D. Albericus Laudenſis Epiſcopus, qui fuit de progenie Procerum de Merlino, primum lapidem in foſſatum ipſius muri ſua manu projecit.* Solemnique pompa præſente Imperatore, totiuſque nobilitatis flore, corpus S. Baſſiani tranſtulit in novam Cathedralem; deinde (ait idem) *proxima die Sabbathi, quæ fuit ſecunda dies menſis Novemb. venit Laudam dominus Papa Victor cum ſuis Cardinalibus, & proximo die Lunæ fuit ductum à Laude veteri in novam civitatem Laudæ, corpus beati Baſſiani Confeſſoris, cum maximo honore, maximaque lætitia. Ipſemet enim Apoſtolicus, & Imperator inclytus, & Patriarcha Aquilejenſis, & Abbas Cluniacenſis cum aliis quibuſdam Epiſcop. & Archiep. extra majorem Eccleſiam Laudæ corpus ipſum pretioſum ſuis humeris portaverunt, & ab aliis deinde, tam clericis, quam laicis ad novam Laudæ translatum eſt. Obtulit autem ipſe clementiſs. Imperator ad fabricationem eccleſiæ triginta libras denariorum Imperialium; ſereniſſima vero conjux ipſius obtulit ipſi B. Baſſiano libras 5.)* Idem Imperator ſequens conceſſit Alberico pro Laudenſi Eccleſia privilegium ab eodem Tabulario deſumptum.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.
Fridericus divina favente clementia
Imperator Auguſtus.

Inter cætera Imperialium virtutum præclara inſignia, velut ſidus aureum & gemma clariſſima fulget in Principe, ſi fidelium ſuorum merita ſemper ante ſuæ majeſtatis oculos habet, & eos, quorum fides ſincera & devotio pura, & quorum honeſta ſervitia circa ſuæ ſerenitatis diadema reſplendent, honorat, & promovet. Proinde notum facimus univerſis noſtri Imperii fidelibus præſentibus, & futuris, quod nos dilectum, & fidelem Principem noſtrum Albericum Lauden. Epiſc. pro ſua ſincera fide, & præclaro ſervitio, quod nobis, & Imperio fideliter ſemper exhibuit, & totam Eccleſ. Lauden. & omnia bona, & poſſeſſiones quas modo habet, vel in poſterum legitime adipiſci poterit ſub noſtram Imperialem protectionem, atque tutelam ſuſcepimus, ad argumentum quoque gratiæ noſtræ ei, ſuiſque ſucceſſoribus ex noſtra liberalitate per feudum damus, & noſtra Imperiali auctoritate confirmamus omnia regalia noſtra, quæ habemus in his locis ſubſcriptis, & omnia, quæ modo jure in eiſdem locis poſſidet, vel in futuro legitime poterit adipiſci. Iſta enim ſunt regalia, quæ in eiſdem locis damus, diſtrictum, fodrum, placitum, bannum, pedagium, teloneum, juriſdictionem.. mercata Albergariæ, molendina aquæ, aquarum ductus, lacus, piſcationes, venationes, aquaticum, ripaticum, cum ripis, rupinis, paſcuis, pratis, ſilvis, glareis, bona vacantia cum viis, inviis, diviſis, & indiviſis excepto noſtro imperiali fodro, & ſalva alia noſtra imperiali juſtitia, quorum locorum nomina ſunt hæc, curtis Galgagnani cum caſtro, & villa in eadem curte ſitis, ſcilicet villa Galgagnani, & villa Archagne, & illa parte villæ Gamoræ, quæ in eadem curte ſita eſt: curtis S. Martini in ſtrata cum caſtro, & villa, & omnibus pertin. ſuis, curtis Cavenaci cum caſtro & villa, & lacu in ipſa curte exiſtente, curtis Somaripe cum omnibus pertin. ſuis, & illa pars curtis Senagogi, quam emit idem Epiſc. ab Aſcherio de Cuzigo, curtis Cotonei cum caſtro, & villa, & omnibus pertinen. ſuis, curtis de Roncho cum caſtro & tota curte, & aqua lambri, ſicut tenet ipſa curtis ex unu ripa, & ex alia lacus de Bariſiis, qui jacet inter curtem S. Florioani & Flompi, & S. Stephani, curtis de Orio cum caſtro & villa, & omnibus pertin. ſuis, curtis Liurage cum caſtro & villa, & omnibus pertin. ſuis. Statuentes igitur jubemus ut in hac noſtra per beneficium datione nullus Archiepiſc. non Epiſc. non Dux, non Marchio, non Comes, non Vicecomes, nulla civitas, non poteſtas, non rectores, ſive Conſules, non Capitaneus, non Caſtaldio, vel Schudalchus, nulla perſona ſecularis, vel Eccleſiaſtica magna, ſive parva prædictum Albericum Lauden. Epiſc. vel ejus ſucceſſores moleſtare, vel aliquo modo inquietare præſumant. Si quis vero hujus noſtræ auctoritatis paginam violare præſumpſerit, vel contravenire, 100. libras auri optimi pro pœna ſe compoſiturum cognoverit, dimidium cameræ noſtræ & dimidium prædi

cto Epiſc ſuiſq. ſucceſſoribus. Hujus autem rei teſtes fuerunt Barſidonius Mantuanus Epiſc. Marchio Montisferrati. Magiſter Stephanus capellanus, & magiſter Paganus Capellanus. Ut autem hæc verius credantur, & ab omnibus inviolabiliter conſerventur præſentem inde paginam ſcribi, & noſtro ſigillo injunximus præmuniri.

Signum D. Friderici Romanorum Imperatoris invictiſſimi.



Ego Egiſtianus Cancell. vice d. Rainaldi Colonien. Archiep. & Italiæ Archicancel. recog.

Actum quoq. eſt ann. Dominicæ Incarnationis 1164. indict. 13. regnante d. Federico Romanorum Imp. ſereniſſimo ann. regni ejus 12. Imperii vero 10. Data Papiæ in palatio S. Salvatoris VIII. Kal. Octobris.

Cæterum cum inter Victorem pſeudo Pontificem, Alexandrumq. III. teterimum ebulliſſet ſchiſma, Albericus æquiore cauſa deſerta, impii Aeneobarbi acceſſit ad partes: quamobrem honore Epiſcopatus exutum Galdinus Archiepiſc. Mediolanen. Legatuſque Alexandri III. illum ejecit è Sede anno 1168. Qui haud multo poſt miles verius, quam Eccleſiaſticus, contumax exceſſit e vita.

XXIV 26 S. ALBERTUM deinde de quadrellis è Caſtello Ripaltæ Glareæ Abduæ, illius Oppidi Præpoſitum, famaque ſanctimoniæ inclytum, Clerus, Galdino Archiepiſc. Mediolanenſi adhortante, omnibus ſuffragiis provexit ad ſedem, unde Albericus exciderat 1168. die 29. menſ. Martii, qui fuit dies Dominicæ Cœnæ ſacer: quinta autem feria poſt Paſcha ſolemni ritu, populoque lætante, obtenti Epiſcopatus iniit poſſeſſionem, ut refert Acerbus Murena in rerum Laudenſium Hiſtoria. *Interea* (inquit ille) *dominus Galdinus de la Sala, Mediol. civis & clericus, & qui quondam Cancellarius dom. Ribaldi & d. Uberti de Pirovano Mediolanen. Archiepiſcopor. per annos multos fuerat, & in locum jam dicti Uberti ad Archiepiſcopatum Mediolani fuevat ſublimatus à D. Alexandro Papa, in Lombardia ipſius Papæ tunc Legatus conſtitutus, ſuos Nuncios, ſcilicet Abbatem S. Ambroſii, & Abbatem S. Vincentii de Mediolano, miſit D. Alberto de Cazano majoris Eccleſiæ Laudenſis tunc Præpoſito, cæteriſque Præpoſitis, Abbatibus, presbyteris, & clericis & etiam Conſulibus de Laude; dicendo, atque monendo, quod ipſi partem Papæ Paſchalis, & domini Friderici Imperatoris omnino relinquerent, & parti Papæ Alenandri faverent, & ipſi Papæ de injuria ſibi facta ſatisfacerent, atque Epiſcopum Catholicum eligerent, & niſi hoc facerent ab officio, & beneficio Eccleſiaſtico abſtinerent. Dictus vero Præpoſitus, cæterique clerici hoc audientes, mœſti valde fuerunt; tum quia magna pars eorum mandato Imperatoris juraverant, ſe Papam Paſchalem pro Papa in perpetuum tenere, tum etiam quia omnes fere fidelitatem juraverant domino Alberto Merlino, tunc temporis, ut eis videbatur, Laudenſi Epiſcopo Catholico, nec adhuc canonice jure depoſito, & ideo hoc facere timebant valde, & ſibi in maximum dedecus reputabant; Inter ſe etiam conferentes, quod ſi etiam dicti Papa Paſchalis, & Imperator Victores adhuc exiſterent, ipſi in perpetuum ſe damnarent, & quilibet eorum dignitate, & gratia privarentur. Formidabant nimis mandatis ſupraſcripti Galdini obedire, hoc etiam recuſare, quos eis mandaverat dictus dominus Galdinus. Stupebant plures; tum propter Papam Alexandrum, & ſecundum dominum Galdinum Archiep. qui quaſi tum illis partibus victores exiſterent, tum propter civitates Lombardiæ fere omnes inſimul conjurantes, quia ſciebant, quod ſi de Laude expellerentur, in Lombardia ha-*

A *bitaculum, aut locum, in quo ſe poſſent reducere non haberent. Tandem dubii anguſtiis hinc inde ſatis diu revolutis; cum nullam miſericordiam à dicto Archiep. invenire poſſent, niſi quod eis mandaverat adimplerent; eligentes potius vivere, quam mori magiſque etiam ſtare in ſua patria, quam in aliena vagari, in Papam Alexandrum credere, ejuſque parti favere, & Epiſcopum novum ſecundum voluntatem Archiepiſcopi eligere diſpoſuerunt. Igitur die Jovis ſancti, quæ fuit tunc quarto Kalendas Aprilis indictione prima, in anno 1168. ſupraſcriptus dominus Albertus Lauden. Eccleſiæ majoris Præpoſitus communicato inſimul conſilio, tam Laudenſis civitatis Abbatum, Præpoſitorum, Presbyterorum, aliorumque Clericorum, quam etiam illorum, qui entra civitatem in Epiſcopatu Laudenſi fuerant, ad honorem Dei, & Beatiſſimæ Virginis Mariæ, atque Beati Pretioſi Confeſſoris Baſſiani, dominum Albertum, & tunc temporis Eccleſiæ de Ripalta Præpoſitum, virum honeſtum & religioſum elegit in Lau-*
B *denſem Epiſcopum, & Paſtorem. Proximo vero die mercurii, poſt Paſcha Laudenſes, Abbates, Præpoſiti, presbyteri aliique Clerici multi, Conſules etiam Laudenſes, multique Judices, & ſapientes de Laude, Pergamum ubi tunc Dominus electus aderat, iverunt, & ipſum inſequenti die Jovis proxime, Laudem cum ineffabili gaudio conduxerunt. Qui ibi honorifice nimis ab omnibus tam Clericis, quam laicis eſt ſuſceptus.*

Hactenus Murena.

Temporibus vero Alberti, Alexander III anno 1177. tranſlationem novæ civitatis Laudenſis è veteri loco ratam habuit, auctoritateve Apoſtolica confirmavit, Conſulibus, populiſque Laudenſibus in hunc tenorem litteras dedit, cujus exemplar è Cathedrali Archivio ab originali excepit, nobiſque Romam tranſmiſit una cum aliis monumentis eruditus Defendens à Lauda ejuſdem Eccleſiæ Canonicus.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.
C *Dilectis filiis Conſulibus & Populo Lauden.*
ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum civitas veſtra de loco, ubi conſtructa fuerat ab antiquo ad locum alium ſit tranſlata, ne occaſione hujus civitatis quidquam de iis, quæ prius habebatis, vobis poſſit ſubtrahi vel auferri, poſtulaſtis ſtatum civitatis veſtræ Apoſtolicæ Sedis auctoritate muniri, ſive roborari. Nos itaque poſtulationibus veſtris benignius annuentes, & attendentes devotionem, quam circa nos, & Romanam Eccleſiam exhibetis, ſtatum novæ civitatis veſtræ cum omnibus bonis, & poſſeſſionibus veſtris, & cum omni territorio, quod intus, vel foris civitatem veterem contingebat exactum habemus, & firmum ipſumque auctoritate apoſtolica confirmamus præſenti pagina ſtatuentes ut poſſitis liberos homines, qui fuerint de Crema, vel de locis aliis ſe ad vos transferentes, ſine contradictione capere, & receptos tenere, ſicut nuper inter vos, & rectores Lombardiæ rationabiliter noſcitur eſſe ſtatutum.

D *Datum Venetiis in Rivo alto 17. Kalen. Julii M.C. LXXVII.*

Ejuſdem Alexandri privilegium Monaſterio SS. Fabiani & Damiani conceſſum ad poſtulationem Galdini Archiepiſcopi Mediolanenſis, ac Alberti Laudenſis in eodem Archivio repertum hic non pigebit referre, cum ejuſdem Monaſterii fundatores, bonaque recenſeantur, ut eorum memoria perennet in poſteris, ſic enim ſe habet.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Dilectæ in Chriſto filiæ Taidi Abbatiſſæ Monaſterii S. Fabiani de Farinate, ac ſancti Damiani de Donaria ejuſque ſororibus tam præſentibus, quam futuris regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Ad hoc univerſalium Eccleſiarum cura nobis à proviſore omnium bonorum Deo conceſſa eſt, quatenus religioſas perſonas diligamus, & beneplacentes Deo famulatus ſtudeamus modis omnibus propagare: nec enim Deo gratus famulatus aliquando im-

pen-

A *penditur, niſi ex caritatis radice procedens à puritate religionis fuerit conſervatus. Idcirco dilecta in Chriſto filia Tais Abbatiſs. petitioni tuæ per venerabiles fratres noſtros G. Archiepiſcopum Mediolanenſem Apoſtolicæ Sedis Legatum, & Albertum Laudenſem epiſcopum clementer annuimus, & beator. Fabiani, & Damiani Eccleſias, quibus Deo auctore præſides, ad exemplar prædeceſſorum noſtrorum ſanctæ memoriæ Paſchalis, Calliſti, & Innocentii Romanorum Pontificum ſub Apoſtolicæ ſedis tutela encipimus, & eas ab omnium mortalium deinceps gravamine liberas permanere decernimus, quarum unam Eccleſiam videlicet beati Fabiani de Farinate Bergomenſes Comites Lantelmus, Guilelmus, Arditius, Rogerius, Albricus, Arduinus, Osbertus, qui videlicet eam in fundo ſuo conſtruxerunt ſub annuo cenſu duodecim denariorum Mediolanenſis monetæ beato Petro, & ejus Romanæ Eccleſiæ obtulerunt. Aliam vero Eccleſiam beati Damiani de Donaria ſub conſimili cenſu firmantes. Per præſentis igitur privilegii paginam Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ut quæcunque bona, quaſcunque poſſeſſiones eidem Eccleſiæ, aut ex prædictorum Comitum, aut ex quorumlibet fidelium largitione poſſident, ſive in futurum largiente Deo juſte atque canonice poterunt adipiſci, firma vobis, & his, quæ poſt vos ſucceſſerint, illibata permanere, nec Diœceſano Epiſcopo facultas ſit Eccleſias ipſas & perſonas in ejus domibus ſervientes gravare, aut aliquid in illis poteſtate judiciaria exercere præter locorum conſecrationes, ſanctimonialium benedictiones, & clericorum, qui in eis conſtituti fuerint, ordinationes, ſi tamen Epiſc. Cathol. fuerit & gratiam atque communionem Apoſt. Sedis habuerit, & ſi gratis, ac ſine aliqua pravitate voluerit Sacramenta eadem miniſtrare, alioquin à quovis malueritis catholico ea ſuſcipietis Epiſcopo. Nulli ergo omnino hominum liceat præfatas Eccleſias perturbare, aut earum poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur ſanctimonialium in prælibatis Eccleſiis Deo ſervientium profutura ſalva ſedis Apoſtolicæ auctoritate. Obeunte vero te nunc eorundem locorum Abbatiſſa, vel earum qualibet, quæ tibi ſucceſſerit, nulla ibi qualibet ſupreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quam ſorores communi conſenſu, vel ſororum pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem, & Beati Benedicti regulam elegerint, à Romano Pontifice, vel cui ipſe commiſerit, conſecrandam. Sepulturam quoque eorundem locorum liberam eſſe cenſemus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui ſe in præfatis locis ſepelire deliberaverint, niſi forte excommunicati, vel interdicti ſint nullus obſiſtat ſalva tamen juſtitia illarum eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Porro novalium veſtrorum quæ propriis manibus aut ſumptibus colitis ſive de nutrimentis veſtrorum animalium decimas ab aliquibus exigi omnino prohibemus communi vita viventibus, ſicut beatus Gregorius ait jam de faciendis portionibus, vel exhibenda hoſpitalitate nihil nobis loquendum eſt, cum omne quod ſupereſt in cauſis piis, ac religioſis erogandum eſt. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo tertiove commonita niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubiaceat: cunctis autem eiſdem locis ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiat, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniat. Amen. Amen. Amen.*

Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſc.

Ego Hubaldus Hoſtienſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Bernardus Portuenſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Ubaldus presb. card. tit. S. Crucis in Hieruſalem ſubſc.

Ego Albertus presb. card. tit. S. Laurentii in Lucina ſubſc.

Ego Bozo presb. card. S. Pudentianæ tit. Paſtoris ſubſc.

Ego Petrus presb. card. S. Laurentii in Damaſo ſubſcripſi.

Ego Jacintus diac. card. S. Mariæ in Coſmedin ſubſc.

Ego Arditio diac. card. S. Theodori ſubſc.

Ego Cinthius diac. card. S. Adriani ſubſc.

Ego Hugo diac. card. S. Euſtachii juxta templum Agrippæ ſubſc.

Ego Petrus diac. card. S. Mariæ in Aquiro ſubſc.

Datum Beneventi per manum Gerardi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Notarii 11. Kal. Auguſti Indict. 2. Incarnationis Dominicæ anno M. C. LXIX. Pontificatus vero Domini Alexandri Papæ III. anno decimo.

B Hanc Albertus Laudenſem Eccleſiam piæ ſanctèque adminiſtravit, coegitque clerum optimis legibus, exemplisque inſtitutum vero Pontifici III. Alexandro parere. Interfuit Lateranenſi Concilio ab eodem Pontifice celebrato 1179. cui ſubſcripſit, reverſuſque ad Eccleſiam ſibi concreditam paulo poſt exceſſit è vivis die 4. menſis Julii ejuſdem anni. Sacrum ejus corpus tumulandum intulere in cathedralem, claruitque deinceps miraculis. Anno vero 1588. Ludovicus Taberna Epiſcopus ejuſdem ſacras reliquias recondidit ſub altari S. Trinitatis, ejus capite argenteo vaſe incluſo, ubi modo ſumma veneratione fidelium honorifice aſſervatur.

27 ALBERICUS de Cornu Laudenſis, Cathedralis canonicus, Patriæ adlectus Epiſcopus fuit 1179. Præfuit decem annos libertatemque Eccleſiaſticam acerrime propugnavit. („ *Anno 1179. interfuit Concilio Lateranenſi III.*) XXV.

C 28 ALDERICUS ejuſdem ſedis Antiſtes adlectus eſt, cum eſſet Canonicus, ac cathedralis Præpoſitus. Tulit ſaluberrimas leges, ut canonicos optime inſtitutos haberet anno 1214. quæ adhuc in viridi obſervantia ſunt. Sedit ann. 28. ad ipſumque Innocentius III. ſcripſit lib. 3. Epiſtolarum. XXVI

29 JACOBUS è Cerreto, monachus, & Abbas Claravallis Mediolanenſis Ciſtercienſis Ordinis, Laudenſis Epiſcopus adlectus eſt anno 1217. Qui antequam inaugurareretur, exceſſit è vita. XXVII.

30 AMBROSIUS de Cornu, nepos ſuperioris Alderici, majoris Templi Canonicus, ad hanc eandem ſedem pervenit anno 1218. Romæ conſecratus ab Honorio III. ut habetur ad calcem Regeſti Vaticani anno 2. Qui eodem anno fato conceſſit. XXVIII.

31 OTHOBELLUS *a* Suffientinus, Laudenſis, Ambroſio ſuffectus eſt anno 1219. Anno vero 1223. ab Alberto Magdeburgenſi Archiep. Federici II. Imp. ſacri Imperii legato plenariam juriſdictionem Epiſcopii ſui ſpeciali privilegio ſuſcepit ſub iis verbis in diplomate originali exſcriptis, quod adhuc in cathedralis archivio aſſervatur. XXIX

a Sic ille O. Lauden. Epiſc. in [illegible]

D *Albertus Dei gratia S. Magdeburgenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus Imperii ſacri legatus, & Comes Romanus.*

Univerſis fidelibus Imperii tam præſentibus, quam futuris ſalutem, & omne bonum. Certum nobis eſt, & evidenti indicio manifeſtatur, quod ſereniſſimus Dominus noſter Imperator Federicus Auguſtus, & Rex Siciliæ Sacroſanctam Romanam, & univerſalem Eccleſiam, tamquam piam matrem adeo reveretur, & venerabiles Epiſcopos, cæteroſque eccleſiaſticos prælatos diſpoſuit ſic fovere, ut non ſolum eos in ſuis rationibus manutenere velit, verum & quantum poteſt cum juſtitia honoribus debitis ampliare. Inde eſt, quod ſicut ex debito legationis nobis injunctæ tenemur, volentes Domini Imperatoris beneplacitis adhærere. Notum eſſe volumus uni-

verſis præſentis ætatis, & futuræ poſteritatis, quod nos auctoritate legationis, qua fungimur, & divinæ contemplationis reſpectu; necnon interventu precum, & obſequiorum chariſſimi in Chriſto fratris Othobelli venerab. Landen. Epiſcopi, cujus civitas, & Epiſcopium per manus felicis memoriæ Domini Imperatoris Federici reſtitutum fuit priſtinæ libertati, & honorabilibus privilegiis, & conceſſionibus præmunitum de motu proprio, & ex certa ſcientia ſuccurrentes, ac ſubvenientes epiſcopo memorato reſtituimus ipſum in integrum jus, & plenam omnium poſſeſſionum juriſdictionem honorum, ac rerum univerſarum ad ipſum Epiſcopatum de jure ſpectantibus, & ſpecialiter ex conceſſionibus, vel donationibus Imperatorum, aut Regum Romanorum, præſertim recolendæ memoriæ prædicti Domini Imperatoris Federici II. quod in authenticis privilegiis eidem Epiſcopo in indultis expreſſius continetur, ſi forſitan negligentia alicujus Epiſcopi, vel Paſtoris aut invaſione ſeu occupatione alicujus perſonæ magnæ vel parvæ, ſive alicujus communitatis, civitatis vel loci in aliquo circa ipſas conceſſionet vel donationes noſcitur eſſe læſum non obſtante aliqua conceſſione ſuper juriſdictione, vel aliis facta communi Laudæ in præjudicium Epiſcopi ſæpedicti, qui de ſuis privilegiis non faceret mentionem. Approbamus etiam, & innovamus omnia privilegia, conceſſiones, & donationes, indultaque factas eidem epiſcopio præſertim à nominato Domino Imperatore Federico. Firmiter ſtatuentes, atque diſtricte præcipientes, quatenus nulla perſona magna, vel parva, ſecularis vel Eccleſiaſtica eundem Epiſcopum ſuper privilegiis, vel conceſſionibus ſuo Epiſcopatui indultis, & ſpecialiter à ſæpe dicto domin. Imperatore Federico ſive legali judicio moleſtare aut impedire præſumat ſub interminatione pœnæ, quæ in ſuis privilegiis continetur. Ad hujus autem rei perpetuam notitiam, & inviolabile firmamentum præſentem paginam ſcribi, & ſigillo noſtro juſſimus communiri. Hujus rei teſtes fuerunt domini Gravandus Brandeburgenſis, Otto Bobienſis, Omadei Cremon. Vilprandus major Præpoſitus Parmenſis presbyter, Cacia Deteſalvit, Capelus Mondalbergus, Ubertus de Mannate, & Albricus de Romereto judices curiæ & alii multi.

Actum Cremonæ in Palatio D. Epiſcopi anno Domini MCCXXIII ind. 11. die quinto Julii; hæc autem fecimus ſine juris præjudicio alieni.

Hic Preſul creditæ ſibi Eccleſiæ magno uſui fuit; quippe qui plura alienata, diſtractaque bona, ancipitibus jugulatis nominibus, recuperavit, Clerumque ſcriptis ſalubribus decretis, ad emendatiores mores perduxit, idem Philoſophia, ac ſingulari prudentia clarus. Hoc ei triſte accidiſſe narratur, quod Eccleſiam ſibi creditam Epiſcopali dignitate ſpoliatam viderit à Gregorio IX. indeque mœrore correptus, bonis omnibus deſideratus deceſſit anno 1242. Poſt cujus diſceſſum, inteſtinis diſcordiis fluctuantibus civibus, ac prohibente Innocentio IV. ſubſecutum interregnum eſt decem annorum. Ecce tibi teſtimonium ex Reg. Vaticano ejuſdem Pontificis E.90. fol. 14. ann. 1.

Innocentius &c. Abbati de Cerreto Ciſtercienſis Ordinis, Archipresb. de Senna Laudenſ. diœc. & Præpoſito Laud.

Cum fel. record. G. Papa prædeceſſor noſter civitatem Laudenſem ex certa cauſa Pontificali dignitate privarit, & O. qui fuerat Epiſcopus civitatis ejuſdem, viam univerſæ carnis ingreſſus, volumus, & per Apoſt. ſcript. man. quatenus proventus omnes, qui ad menſam Epiſcopalem ſpectare conſueverant, integre colligentes ipſos, & alia bona olim ad eandem menſam pertinentia conſervare fideliter ſtudeatis, donec de illis aliter duxerimus diſponendum, contradictores &c. Proviſionem autem ſi quæ forte in Laudenſi Eccleſia de Pontifice facta eſt, vel fiet ſine auctoritate noſtra etiam in futuro, decernimus irritam, quod ſi non &c.

Datum Anagniæ 4. Kal. Septemb. an. 1.



32 BONJOANNES Fiſſiraga, Laudenſis, XXX
poſt decem ipſos annos Patriæ Epiſcopus adlectus eſt 1252. Id habetur in diplomate Innocentii 4. ex Reg. Vaticano deſumpto fol. 124. epiſt. 83. anno 9.

Capitulo & univerſo Clero civitatis & diœceſis Lauden.

Licet continuata ſupervenientium negotiorum inſtantia noſtrum animum, qui diſponente Domino univerſali regimini quamvis immeriti præſidemus, inſultibus impetit ſucceſſivis, ſolicitudo tamen omnium Eccleſiarum noſtris incumbens humeris tanto arctius nos quotidiana meditatione perurget quanto ad id ſumus ex injuncto nobis Apoſtolatus officio ſpecialius, immo principalius deputati. Cum igitur dudum felicis recordationis G. Papa prædeceſſor noſter civitatem Lauden. pro eo quod ipſius commune quondam F. olim Rom. Imperatori excommunicationis vinculo innodato pertinaciter adhærentes committebant circa Clericos & perſonas religioſas, ut taceamus de combuſtione cujuſdam fratris Ordinis Minorum, exceſſus deteſtabiles & penitus inauditos, deliberatione provida, Epiſcopali privaverit dignitate. Noſque attendentes, quod ipſi ad majoris Eccleſiæ ſinum ex animo, cum illos, qui ſui circa prædicta fuerant cauſa caſus, tanquam facinoroſos ab eadem civitate edicto perpetuo ejecerunt rediiſſe noſcuntur, quodque civitas ipſa beati Baſſiani corpore quieſcente ibidem innumeris & præclaris miraculis jugiter illuſtratur, ac volentes ob ipſius honorem, & ejuſdem communis devotionem, quam charam, & acceptam habemus, eandem civitatem quaſi de novo Pontificali titulo inſignire, ipſam de fratrum noſtrorum conſilio ad Epiſcopalem auctoritate Apoſtolica reſtituimus dignitatem, dilectum filium Bonum Joannem Laudenſem electum de dictorum fratrum noſtrorum conſilio conceſſimus Lauden. Eccleſiæ in Paſtorem plena ſibi in ſpiritualibus, & temporalibus ipſius adminiſtratione, ac cura bonorum omnium, quæ olim Epiſcopatus, & ejuſdem Lauden. Eccleſiæ fuere conceſſis, confiſi de ipſius circumſpectionis providentia, & induſtriæ ſtudio, & cautelæ quod circa curam & profectum ipſius ſic ſtudebit ſe vigilem, ſtudioſum & ſolicitum exhibere, quod ſibi ad gloriam & honorem, vobis autem ad gaudium, & eidem Eccleſiæ ad optatum cedat commodum, & profectum. Rogamus itaque univerſitatem veſtram & hortamur attente mandantes, quatenus præfatum electum ad ſupradictam Eccleſiam cum noſtræ benedictionis gratia procedentem devote & hilariter admittentes, & tractantes honeſte ei obedientiam, & reverentiam debitam impendatis, ſtudentes ei tanquam Patri, & paſtori animarum obſequi diligentia vigilanti, ut mutuæ charitatis ſtudio vobis & ei quæ ſunt proſperitatis adveniant, & ſalutis; alioquin ſententiam, quam idem rite &c.

Dat. Peruſii 5. Id. Jan. an. 9.

Tuta ipſi dignitate Epiſcopali, ſolemni pompa Laudem Pompejam ingreſſus eſt die 7. menſis Aprilis ejuſdem anni. Illius temporibus Antonius Fiſſiraga Laudis Pompejæ Rector, Eccleſiam, monaſteriumque Franciſcanum ædificavit, in quo Bon-

joan-

joannes decedens tumulatus eſt 1289. Octavo Id. Octob.



XXXI 33 Fr. RAYMUNDUS *a* Summa Ripa Laudenſis, Patriæ Thronum aſcendit ann. 1289. menſe Decembri, tanta omnium ordinum lætitia, ac ſi videretur divinitus datus. Nec gratantium civium ſpes ille feſellit; ſi quidem incredibili pietate, prudentiaque Eccleſiam ſibi creditam adminiſtravit æque ex ſunctimonia vitæ, ac dexteritate agendi laudatus. Defunctus, apud S. Dominicum ſepulchrum accepit, cujus Eccleſiæ protulerat fines, auxeratque Donariis, ubi hæc carmina inciſa leguntur.

a De quo Fontana in Theatro p. 215. & Razzius de viris illuſtr. Ord. Prædic.

Ortum Summa dedit claro mihi ſtemmate Ripa,
Dominicus mores, Lauda ſecunda mitram.
Raymundo Summaripæ
Ord. Prædicatorum Laudenſi Epiſcopo
Aloyſius Pius ejus poſtremus Mauſoleum
reſtituit & ornavit
anno MD.



XX XII. 34 BERNARDUS de Tulente, Laudenſis, S. Laurentii Canonicus, eandem dignitatem eſt aſſecutus ann. 1296. Hic cenſus privatione mulctavit Canonicos, qui reſidere negligerent, fuſiſque precibus, publicoque civium voto inundationem aquarum avertit à civitate. Vitam finivit circa annum domini 1307.



XX XIII. 35 ÆGIDIUM deinde ab Aqua, S. Laurentii Præpoſitum, Clericalis Senatus adlegit Epiſcopum, Archiepiſcopo Mediolanenſi aſſentiente. Mediolani interfuit, dum Henricus VII. Imperator inſignibus Auguſtalibus nobilitaretur, à quo prolixe retulit omnium privilegiorum, quæ Laudenſi Eccleſiæ olim indulta fuerunt, confirmationem.

Henricus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus.

Univerſis ſacri Imperii Romani fidelibus præſentes litteras inſpecturis gratiam ſuam, & omne bonum. Romani Imperii celſitudo conſurgens antiquitus, & fundata mirifice ſuper immobile firmamentum excellentiæ prærogativa qua viguit columnis meruit ſtabilibus ſtabiliri, & egregiis ædificiorum juncturis indiſſolubiliter adornari, inter quos quidem illuſtres Principes ad totius operis machinam ſupportandam præcipue ut columnas voluit præſtantiori præſtantia præmunire ut quo uberius gratiæ privilegiis inſigniri ſe ſentiunt, eo amplius debeant obſequioſe viciſſitudinis redhibitione gratuite cæteris præſtare. Sane cum venerabilis Ægidius Lauden. eccleſiæ Epiſcopus, dilectus noſter Princeps ad celſitudinis noſtræ præſentiam nuper accedens Romano Imperio & nobis obſequioſe devotionis ſigna prætenderit, & omnimode obeditionis inſignia præſentaverit, nos ipſum tanquam noſtrum & Imperii Principem ad benevolos applauſique dulcedinis admittentes amplexus, Regalia feuda Principatus Pontificalis, quem obtinet, ſibi de Regia liberalitate conceſſimus, & eundem Epiſcopum inveſtivimus de eiſdem, adminiſtrationem temporalium, & jurisdictionem plenariam principatus ejuſdem Eccleſiæ prænotato Epiſcopo ſerie præſentium committentes: quocirca univerſis, & ſingulis vaſallis miniſtralibus & hominibus ſuis, & Eccleſiæ ſuæ damus præſentibus in mandatis, quatenus ipſi Epiſcopo tanquam Principi noſtro & Domino ſuo intendant in omnibus humiliter, & pareant reverenter; in cujus rei teſtimonium præſentes litteras noſtræ majeſtatis ſigillo juſſimus communiri.

Datum Mediolani VII Idus Januarii anno Domini 1311. Regni vero noſtri anno 3.

Henricus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus.

Prudentibus viris de Laude, Caſtiono, Cottoneo, Roncho, Orto, Liuraga, de ſancto Martino in Strata, Galgagnano, Archagnu & Gumore communitatibus fidelibus ſuis dilectis gratiam ſuam & omne bonum. Affectantes prout ex officii noſtri tenemur debito venerabilis Ægidii Lauden. Epiſcopi principis noſtri dilecti, & ſuæ eccleſiæ præcavere diſpendiis, & ipſius commodum providere fidelitati veſtræ præcipimus, & mandamus, quatenus eundem Epiſcopum bonis ſuis, & eccleſiæ ſuæ non impediatis, vel turbetis, nec ipſum permittatis ab aliis in eiſdem aliquatenus prægravari pro juris, & noſtra reverentia ſpeciali.

Data Mediolani 3. id. Jan. Regni noſtri anno tertio.

Nos Henricus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, ad univerſorum notitiam volumus pervenire, quod accedens ad noſtræ majeſtatis præſentiam venerabilis Ægidius Lauden. Epiſcopus, Princeps noſter dilectus, recognoſcens ſcilicet feuda ſua videlicet juriſdictionem in ſingulis perſonis maſculis, & feminis in civitate, comitatu Lauden. ac in portis turribus, muris ejuſdem civitatis juriſdictionem, quam habet in caſtro, & villa de Caſtiono, ac caſtro, & villa de Galgagnano, & in villa Arcagne, & in illa parte Gamore, quæ ſunt in eadem ſita, & in caſtro, & in villa ſancti Martini in ſtrata, caſtro, & villa Cavenagi cum lacu, caſtro, & villa Cottonei, caſtro Ronchi, & acqua Lambri, ſicut tenet ipſa curtis, in utraque parte, & in caſtro, & in villa de Oria, caſtro, & villa de Liuraga, locum de Barillis ſitum inter curtem S. Floriani, & Fompli, & redditum auri in curte Cavenagi à nobis, & Imperio tenere nobis humiliter ſupplicaverit, quatenus ipſum de feudis hujuſmodi inveſtire de benignitate regia di-

gnaremur. Nos igitur prædicti Epiſcopi ſupplicationibus annuentes, ac diſponentes unicuique tribuere quod eſt ſuum, prædictum epiſcopum de juſtis, & antiquis feudis ſuis, quæ tenet vel habere debet inveſtimus de regiæ plenitudine poteſtatis ſalvo jure imperii, & quorumlibet aliorum recepto ab eo fidelitatis debito ſacramento præſentium teſtimonio litterarum. A

Data Mediolani ſexto idus Januarii ann. Dom. milleſimo trecenteſimo undecimo, regni vero noſtri an. 3.

Demum Ægidius provinciali Mediolanenſi Concilio interſuit, Bergomi agitato. Fato functus eſt anno 1312. menſ. Aprili.


Poſt exceſſum Ægidii, inter Alcherium ab Aqua, Robertumque Vicecomitem, quos Clerus Laudenſis, diviſis ſtudiis, Epiſcopos renunciaverat, longa concertatio fuit, illiſque à Clemente V. Joanneque XXII. Pontificibus ſuppreſſis, ex cenſura Pontificia, ſequens ſubrogatus.

XX XIV. 36. Fr. LEO Palatinus, Laudenſis, ex ordine Minorum, evaſit ad ſedem an. 1318. 3. Non. Maji. B Erat iis virtutibus Leo, quæ plane ſanctum Paſtorem viderentur decere, ornatus. Strenue igitur hanc rexit Eccleſiam uſque ad annum 1343. Exceſſitque è vita die 16. menſis Martii, tumulatuſque eſt apud S. Franciſcum cum hoc Epitaphio.

M. CCC. XXXXIII. XVI. menſ. Martii.
Obiit venerabilis Pater, & dominus
Fr. Leo de Palatinis.
Epiſcopus Laudenſis, Ordinis Minorum,
cujus anima requieſcat in pace.


Ferunt de eo, toxicum impune hauſiſſe, propinantibus iis clericis, in quorum prolapſos mores acriori cenſura fuerat invectus. Leonis autem meminit Gonzaga in ſua Seraphica hiſtoria, Vvaddingus, & alii.

XX XV. 37 Fr. LUCAS de Caſtello Laudenſi Ordinis Minorum Leoni, ſucceſſit anno 1343. 2. Kal. Aprilis, ex Reg. Vaticano E. 111. f. 183. anno 1. Epiſcopus, Comeſque Laudenſis vocatus vir integerrimis moribus, ut notant hujus Eccleſiæ monumenta, deceſſit anno 1353. Sepultuſque eſt in Cathedrali. C



XX XVI. 38 PAULUS de Cadamoſtis, civis Lauden. & Canonicus Reginenſis, ab Innocentio VI. Lucæ ſuffectus eſt 7. Idus Februarii anno 1354. ita in Reg. Vaticano E. 26. f. 37. an. 2. Concilium Diœceſanum celebravit, ut ſibi creditæ Eccleſiæ ſarta tecta juriſdictio ſervaretur 1364. Plurima bona, quæ Barnabas Vicecomes uſurpaverat, recuperavit. Pro ſancta ſede Apoſtolica legatus in Pannoniam profectus eſt, multiſque exantlatis laboribus, exceſſit è vita 1386. menſe Novemb. ſepultuſque eſt in Cathedrali. Poſt cujus exceſſum Lauden. rexit Eccleſiam Franciſcus Montellus Cathedralis Eccleſiæ Præpoſitus, & capitularis Vicarius uſque ad annum totum fere 1388. Quod ex monumentis Laudenſis Eccleſiæ eruit Defendens Lodius diſcurſu 9. de Card. Angelo de Anna, & Summa ripa, quem Panvinius in Epit. neſcio quo depravatus affectu, unum in duos Cardinales partitus eſt, & primum Lauden. electum pronunciat ann. 1385. quod D

A omnino improbabile eſt, cum Paulus ab ann. 1354. ad annum uſque 1386. Laudenſis fuerit Antiſtes, cui ſucceſſit Petrus Scaliger, cæterique, ut vides. De Angelo Card. de Anna, vide quæ diximus in noſtro I. tomo in Præneſtinis Epiſcopis pag. 248. ubi linea 49. poſt illa verba de Anna, adde de quo Panvinius.



B 39 PETRUS Scaliger, Veronenſis Epiſcopus, ad hanc Laudenſem Eccleſiam translatus eſt 1388. XXX VII.
Duos tantum annos Laudenſem adminiſtravit Eccleſiam, exceſſitque voluntarius exul Laude Pompeja I. die Julii 1390. cum Joannis Galeazzio Duci Mediolanenſi in ſuſpicionem veniſſet fluxæ fidei; itaque Mantuæ fato functus eſt anno 1393.



C 40 Fr. BONIFACIUS Butigella, Papienſis, ex Ordine Eremitano S. Auguſtini, Papienſis univerſitatis Theologus, commendatione virtutum, XXX VIII.
Joanniſque Galeazzii Ducis Mediolanenſis à Bonifacio IX. Laudenſis Epiſcopus adlectus eſt anno 1393. 5. die menſ. Februarii. Fato functus eſt Papiæ 1404. ſepultuſque eſt apud ſuos Auguſtinianos cum hoc epitaphio.

Hic jacet Rev. Dominus & Pater Fr. Bonifacius Epiſcopus Laudenſis & Comes, Magiſter in Sacra Theologia, Ord. Fratrum Erem. S. Auguſtini, de domo illorum de Butigellis, primus Magiſter Papienſis, qui obiit Anno Domini M. CCCC. IV.

D




41 Fr. JACOBUS *a* Arignnis, Laudenſis, ex XX XIX.

Ordi-

a Laudatur

Ordine Prædicatorum inſignis Theologus, ac Bononienſis Academiæ Regens longe doctiſſimus, tum & ſacri Palatii Magiſter, Laudenſis Epiſcopus creatus eſt, reperiturque vocatus electus ann. 1407. die 26. menſis Februarii, annoque 1409. Concilio Piſano interfuit, Conſtantienſi vero anno 1414. ubi Joannes XXII. ſe abdicare Pontificatu coactus eſt, quem ipſe Jacobus duorum menſium excepit hoſpitio, dum ad dicendam cauſam à Patribus Conſtantiam fuiſſet vocatus. Ibi Jacobus ſæpius doctiſſime peroravit, cumque rogatus ſententiam diceret, pro oraculo habebatur; tantam exiſtimationem de ipſo mortales conceperant. Hanc Eccleſiam conſultiſſime rexit uſque ad annum 1418. deinde ad Tergeſtinam tranſlatus eſt. Hujus vitam proboſque mores, ac ſapientiam enarrarunt Ambroſius Teggius, Leander Albertus, Seraphinus Razzius, Antonius Senenſis, Michael Plus, & alii.

à Fontana in ſyllabo Magiſtrorum ſacri Palatii. Mandoſ.



XL.

42 GERARDUS de Capitaneis de Landriano *a* Mediolan. Canonicus Eccleſiæ S. Trinitatis Papienſis, à Martino V. Columna Laudenſem Eccleſiam ſuſcepit adminiſtrandam 1418. 3. Id. Martii, ſequentique ann. Idibus Martii, ejuſdem Eccleſiæ declaratus Epiſcopus, ſolemoi ritu iniit poſſeſſionem. Concilio Baſileenſi interſuit, à cujus patribus miſſus Nuncius eſt ad Britanniæ Regem anno 1432. Cæterum in Laudenſi Eccleſia duas dignitates erexit Archidiaconatum ſcilicet, & Primiceratum, auxitque menſam epiſcopalem. Cujus tempore Cœnobium Villanovanum Ord. Montis Oliveti conditum eſt in hac Diœceſi ab Angelo Card. de Anna, ex voluntaria Nicolai Summaripæ fratris teſtamentaria inſtitutione. Ad Comenſem deinde Eccleſiam Gerardus ab Eugenio IV. tranſlatus eſt 1437. Non. Martii, anno vero 1439. in generali Concilio Florentino ab eodem creatus Cardinalis, legatuſque de latere ad Ducem Mediolanenſem. Viterbii deceſſit anno 1445. Id. Octob. ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Franciſci.

a De eo Ciaconius Oldoini t. 2. col. 910.



XLI.

43 ANTONIUM deinde Bernerium, *b* Parmenſem, ſui ſæculi celeberrimum Juriſconſultum, Eugenius IV. Laudenſem vocavit ad ſedem anno 1437. Dieque Sancto Michaeli ſacra, ſolemni ritu iniit poſſeſſionem ejuſdem anni. Eccleſiæ ſibi creditæ Præſul utilis fuit, quippe qui tum quæ ad animum, tum quæ ad cultum vitæ videbantur ſpectare, mirum in modum auxerit qua capitulo, qua menſæ Epiſcopali plurimis bonis, Eccleſiæque veſtibus ſacris Codicibuſque reconditæ doctrinæ attributis. Capituli ſtatuta cenſuit reformanda. Parmæ è vivis eximitur 1456. Die 29. menſis Maji, ſepultuſque eſt in Cathedrali in Sacello à ſe conſtructo in honorem S. Baſſiani, & in rubro marmore ejus ſpectatur effigies, legiturque ſequens Epitaphium.

Templum fuit Antonio Bernerio, Humani, Sacrique Iuris doctiſſimo, Epiſcopo Lauden. de Iuſtitia, veraque Religione benemerito ſua pietate Hieronymus Iureconſultus inſignis patruo optimo.

b De quo Campius in hiſt. Placent. par. 3. p. 214. Mandoſ.



XLII.

44 CAROLUS è Marchionibus Palavicinis Parmenſis, *c* Orlandi filius, Prothonotarius Apoſtolicus, Bernerio ſuffectus eſt 1456. die 5. menſis Julii. Hic ille generoſus Præſul eſt, qui Eccleſiaſticam ſupellectilem, gemmis, auroque adauxit, aliiſque precioſis rebus vel ad invidiam, intulitque in Bibliothecam Capituli exquiſitiſſimos codices, addiditque quartam Archipresbyteratus dignitatem, magnumque Xenodochium erigendum curavit, tantæque charitatis erat in pauperes, ut vulgo Pauperum Pater vocaretur. Deceſſit, haud interitura ſuæ probitatis relicta fama 1497. Kal. Octobris in oppido Monticelli Parmenſis ditionis.


c De eo Ariſius in Cremona literata tom. 1. p. 184. & Bordonus in Theſauro Eccl. Parmen. p. 104. Mandoſ.



XLIII.

45 OCTAVIANUS Maria Sfortia Merlli comes, ex celebri Galeazzio Maria Mediolanenſi duce natus, Laudenſis Epiſcopus adlectus eſt ab Alexandro VI. Pontifice anno 1497. die 27. menſis Octobris. Hanc ſibi creditam Eccleſiam varia fortuna Sfortia adminiſtravit. Cum enim Ludovicus XII. Rex Gallorum Mediolanum cepiſſet, Octavianus Laude Pompeja exul exceſſit anno 1501. uſque ad annum 1512. Quo tempore ex auctoritate, tum regia, tum Pontificia, Claudius Sexatellus Aquenſis Eccleſiam Laudenſem ſuſcepit regendam. Iterum ad Eccleſiam ſuam rediit Octavianus, cum Maximiliaous amiſſum Principatum, per eundem Octavianum Generalem Gubernatorem recuperaſſet. Cæterum cum Galli, auſpice Rege Franciſco, iterata incurſione Mediolano potiti fuiſſent anno 1515. iterum ſolum vertere coactus eſt, abjectaque ſpe redeundi, Laudenſem cum Aretina Eccleſia

commutavit, eamque ſedem obtinuit uſque ad annum 1527. Iterumque exactis Galliis, vocante Duce Franciſco Sfortia, priſtinæ ſuæ ſedi reſtitutus eſt, illamque per Sanſonium adminiſtravit, ſed cum Duci Franciſco veniſſent in ſuſpicionem parum ſinceræ fidei, exul voluntarius iterum effectus eſt, revocatuſque ibi moratus eſt uſque ad annum 1531. Et ſatagente Clemente VII. etiam Sanſonius Laudenſi adminiſtrationi iterum promovetur; ipſe vero Mediolanum conceſſit, ibique variantis fortunæ pertæſus privatam vitam exegit uſque ad annum 1540. quo ipſo anno ad tranquillioris vitæ portum ex hac ærumnoſa pervenit, vir conſtanti animo, & alacri, & ad omnem fortunæ dolum provido, & inſuperabili. Illius meminit Guicciardinus libr. 17. ſuarum hiſtoriarum. Petrus Bembus lib. 2. Epiſtolarum, & alii.



XLIV. 46 HIERONYMUS Sanſonius, Saonenſis, ex Aretino Epiſcopo, Laudenſis effectus eſt anno 1519. die 14. menſis . . . Hic modo abſens, modo præſens, ut tulerant eventus belli illius factioſiſſimi ſæculi, ſibi creditam Eccleſiam adminiſtravit, donec, vel ab ipſis hoſtibus ejus probitate perſpecta, tranquille permiſſus eſt eccleſiaſticum cultum augere. Fato functus eſt anno 1536.

XLV. 47 JACOBUS Simonetta, *a* Mediolanenſis, S. R.E. Cardinalis, à Paulo III. hanc Eccleſiam ſuſcepit regendam anno 1536. Quam paulo poſt tranſtulit in Joann. Simonettam nepotem. Fuit etiam Piſaurenſis Epiſcopus, & Peruſinus, de quo ibi.

a De eo Ciaconius [illegible] t. 3 col. 70.

XLVI 48 JOANNES Simonetta Mediolanenſis, Cardinalis Jacobi nepos, ex Mediolanenſi Senatore Epiſcopus Laudenſis adlectus fuit 1437. Cathedralem conſecravit 1540. 15. Kalend. Januarii in honorem Beatiſſimæ Virginis in cœlum Aſſumptæ, ſanctique Baſſiani, illamque ſplendido veſtium cultu donavit. Mediolani deceſſit ann. 1556. Sepultuſque eſt apud S. Mariam Gratiarum.



XLVII 49. *b* JOANNES ANTONIUS Capiſuccus, vetuſta ac nobili Romana familia natus, nepos Pauli illius celeberrimi Rotæ Decani Papæq; Vicarii, ac Epiſcopi Neocaſtrenſis, à quo ex norma Romanæ Aulæ educatus fuit, ibique omnes propemodum dignitatis gradus aſſecutus, ob vividam, nobilemque indolem; demum à Paulo IV. presbyter Cardinalis declaratus eſt ad titulum S. Pancratii 1557. eodemque anno die 5. Julii Laudenſis ſuffectus Epiſcopus. Titulo deinde S. Crucis in Hieruſalem, ſanctique Clementis inſignitus fuit, apud quem decedens tumulatus fuit 1569. ubi hoc legitur Epitaphium.

b De eo Ciaconius [illegible] t. 3 col. 7[illegible], & Mandoſius in [illegible] Rom. [illegible]

Joanni Antonio Capiſucco tit. S. Clementis Presbytero Cardin. Epiſcopo Laudenſi à Pio IV. ſubſignandis gratiæ reſcriptis præpoſito, viro integerrimo, pietatis, religionis Chriſtianæ cultori præcipuo: Hieronymus Capiſuccus Patruo Benem. Poſuit. Vixit annos LIII. M. III. D. VIII. Obiit IV. Kalend. Februarii M. D.LXIX.



50 ANTONIUS Scarampus ex Canellæ Comitibus, Nolanus antea Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam tranſlatus eſt anno 1569. die 11. menſis Martii. Cujus Epiſcopatus ſolemni ritu iniit poſſeſſionem 7. Id. Octob. ejuſdem anni. E veſtigio diœceſim omnem perluſtravit ipſe per ſe, ne quid negligeretur, annoque 1574. conditis ſaluberrimis legibus, Synodum celebravit. S. Urſulæ Congregationem inſtituit, earumque mulierculamm, quæ veternum libidinis excuſſerant, ſepta fundavit. Erexit duo Collegia, alterum Clericorum, Orphanorum alterum, proque ſummis Pontificibus pluribus legationibus inclaruit. Deceſſit poſt quartum provinciale Concilium anno 1576. 3. Kalend. Auguſt. cum jam ſexageſimum ageret annum, ſepultuſque eſt in Cathedrali, in ejuſdem exequiis S. Carolo Borromæo Archiepiſcopo Mediolanenſi, & Cardinali Scarampianas laudes recenſente. Porro ad ejus tumulum hoc habetur Cœnotaphium ſub confeſſione. XLVIII.

D. O. M.

Antonio Scarampo Ex Ill. & antiqua Cannellarum Comitibus qui ſummorum Princip. nomine apud Reges, Imperatorem, Maximoſque Pontif. legatione prudenter functus Nolanam Eccleſiam ann. xx. Lauden. vero vij. ſumma utriuſque gregis commendat. adminiſtravit, ædificiis, cenſuve auxit, moribus, & ſanct. inſtitutis exornavit admirabili ſuavitate, & conſuetudinis jucunditate clariſſimo. Vix. an. LX. m. iii. Ob. an. M.D.LXXVI. iii. Kal. Aug. Qua die Reverendum Capitulum ex legato ad anniverſarium ſacrum teneretur Barthol. Georgius Avunculo pientiſſimo B. M. P.

51 HIERONYMUS Federicus é Trivilio, Diœceſis Mediolanenſis, filius Margaritæ Butinoniæ ſororis Joannis Mariæ, Sagonæ Epiſcopi, poſt Avunculum Sagonæ primum Epiſcopus adlectus eſt, deinde Martoranæ in Regno, indeq; ad Laudenſem tranſlatas eſt die 6. menſis Auguſti 1576. ſequentique anno 17. Kalend. Januarii ſolemni pompa ingreſſus eſt Laudem Pompejam. Maximæ exiſtimationis apud omnes fuit ob ſingularem agendi dexteritatem. Quamobrem adminiſtravit Romam, functuſque egregie eſt Æmiliana Præfectura. In- XLIX.

ter-



terfuit quinto Concilio Provinciali anni 1579. Reverſuſque ad Eccleſiam ſuam fato conceſſit 8. id. Decembris, ſepultuſque eſt in Cathedrali. Ad cujus tumulum hoc proſtat legentibus epitaphium.

D. O. M.

Hieronymo Federico Epiſcopo Juris, ac forenſium rerum peritia inſigni Eccleſiaſticæ libertatis acerrimo defenſori, Ludovicus Taberna ſucceſſor poſuit anno M. D. C. II. vixit an. LXIII. Obiit viii. Id. Novemb. M. D. LXXIX.

Coi demortuo à Hieronymo Ragazzono Epiſcopo Bergomenſi, in ejus exequiis perorante, datus fuit titulus pacis conciliatoris, amatoris juſtitiæ, patriſque pauperum, de quo ſic loquitur Achilles Mutius in Theatro Bergomenſi lib. 6.

Et ne ſileam Præſul Hieronyme fama
Federice, & virtus, multus bonoſque facit.
Officiis quibus es Romæ perfunctus honoris
Conſtat quo eloquio, qua probitate fores.
Præcipuam vero laudem, nomenque reportas
Diſcordes animo conciliare ſimul.
Ipſe per Æmiliæ Paſtoris Nuncius urbes
Flexit iratas ad benefacta manus.
Hinc paſtorales populi Laudenſis habenas
Laudatus, miſſus, promeritusque capis.
Tunc tam faciles veniunt ad vota Camænæ.
Et merita, & Laudes dic Gabrare ſuas.

Sed nec prætereundum, quod idem Achilles Mutius in eodem lib. cujuſdam Matthæi Lulmi civis Bergomatis, & Laudenſis Epiſcopi meminit, quem miris laudibus extulit, de quo nulla in hujus Eccleſiæ monumentis, neque apud ullos, quos viderim, auctores extat memoria; fortaſſe potuit evenisse ut Matthæus Proepiſcopus Laudenſis fuerit, vel alterius Eccleſiæ Præſul, ac ipſe Achilles explicet, quo tempore vixerit Lulmus, Laudenſiſque Eccleſiæ frænaverit jura, dum cecinit.

Laudis Pompejæ longum paſtoria Lulmus
Matthæus rexit jura pedumque bonus.
Quæ non ille fide pro ſancta pertulit? Arri
Contudit inſanum, quis mage dogma tuum?



L. 52 LUDOVICUS Taberna, Mediolanenſis, poſt plures Eccleſiaſticæ ditionis adminiſtratas conſultiſſime civitates, Romamque ipſam frænatam, ex Theſaurario generali Apoſtolicæ Cameræ, Laudenſis Epiſcopus renunciatus eſt nona die menſis Decembris 1579. inſecutoque anno inauguratus 4. Id. Martii. Qui cum in eam curam ſedulo incubuiſſet, ut omnia probi paſtoris officia cumulate præſtaret, nil antiquius habuit quam impellere Populum ad cathedralem reſtaurandam, vitio vetuſtatis jam pene collapſam. Novos adminiſtros inſtituit, quibus æque ac Canonicis cenſum adauxit, mille ſcutatorum pro annuo reddit u inſtituto. Eandem Eccleſiam donavit ſacrarum veſtium permagnifico cultu. Plures ſynodos celebravit, pluries ipſe per ſe diœceſim perluſtravit, certus ex Paſtoris abſentia plerumque gregis in deterius ruere mores. Apoſtolici Nuncii munere tum Venetiis, tum in Hiſpania peregregie functus eſt: inde reverſus, invigilavit gregi uſque ad annum 1616. graviterque jam ſeneſcens, à Paulo V. Pontifice miſſionem impetravit. Itaque Mediolani, quo private victurus conceſſerat, exceſſit è vita anno 1617. 3. Non. Januarii octuagenarius, cujus corpus intulere in majorum ſepulchrum in Eccleſia Paſſionis Chriſti, procurante Ferdinando Taberna Cardinali, atque Epiſcopo Novarienſi ejuſdem nepote, qui ſumma pietate, ac religione defuncti patrui deinde cadaver condidit in Laudenſi cathedrali, in qua adhuc vivente Ludovico, in ejus memoriam ad gratæ poſteritatis exemplar canonici hanc erexerunt inſcriptionem.

Ludovico Tabernæ Epiſcopo, qui Eccleſiam vetuſtate labentem, liberali etiam civitatis contributione, reſtituit, & ornavit, ſupellectili pretioſa ad ſacrorum uſum donavit, novos miniſtrorum ordines inſtituit, eorumque ac canonicales diſtributiones penſione annua mille aureorum à Clemente VIII. Pontif. Max. impetrata adauxit. Ædes Epiſcopales magnificentius erexit, amplificavit. Ad ſempiternam optimi Paſtoris memoriam canonicorum collegium perpetuis etiam ſacrificiis conſtitutis viventi P. Anno CIↃIↃ. XCVI.

Idem canonicorum ſacer ſenatus Clementi VIII. Pontifici maximo prope Ludovici ſepulchrum titulum poſuit hiſce ſub verbis.

Clementi VIII. Pont. Max. Patri de hac Eccleſia optime merito ob ſingularem munificentiam ſtatis precibus, & ſacrificiis pro ejus ſalute in perpetuum decretis, Canonici ſummo omnium conſenſu, hoc etiam grati animi monumentum poſteris reliquere Anno Domini M. DC. XVI.



53 Fr. MICHAEL ANGELUS Seghitius ex Ordine Prædicatorum, filius Joannis Baptiſtæ, natus anno 1585. cum annorum quatuordecim eſſet, Divi Dominici Inſtitutum amplexus eſt, nobilioribuſque diſciplinis operam dedit ſub Deodaro Gentili præceptore. Bononiæ bonas artes profeſſus eſt, inque concionibus habendis uberem fructum tulit. Laudis Pompejæ ſancti Officii Vicarius fuit, Romæque eodem munere functus eſt. Sacræ Theologiæ magiſterio, ac laurea illum exorna- LI.

vit

vit Fr. Hieronymus Xaverius Ord. Prædicatorum generalis magiſter. A Clemente vero VIII. Cremonenſis fidei Inquiſitor declaratus, ac mox Mediolanenſis. Paulus V. illum revocavit Romam, ſanctique Officii Commiſſarium fecit. Anooque 1616. 14. Kal. Junii Laudenſem Epiſcopum illum elegit: inaoguravit vero Cardinalis Joannes Grattia Mellinus in Baſilica Liberiana, Vulpiano Vulpio Theatino, Alexandroque Guidiccionio Lucenſi, Epiſcopis aſſiſtentibus 6. Kal. Junii ejuſdem anni, ſolemni pompa iniit poſſeſſionem 12. Kal. Decembris, applaudente populo, quem ſuis deinde concionibus ad emendatiores mores invitabat. Vigili, diligentique cura Laudenſem diœceſim perluſtravit, celebrataque ſynodo, nihil unquam omiſit, quod gregi ſibi commiſſo uſui videretur futurum. S. Franciſci Capucinorum Eccleſiam in caſtello s. Angeli conſecravit anno 1618. 3. Idus Septembris, primumque lapidem fundandæ Eccleſiæ s. Joannis ad vineas poſuit. Deceſſit, optimi Paſtoris relicta fama, 1625. ſepultuſque eſt in Cathedrali cum hac inſcriptione.

D. O. M.

Frater Michael Angelus Seghitius Epiſcopus Laudenſis Laudæ natus multorum in ſe laudes contraxit doctrina, pietate, verbo inclytus. Prædicatorum amplexus ordinem factis probavit nomen. Cremonæ, Mediolani Inquiſitor ſolertiſſimus Romanæ Inquiſitionis Commiſſarius Generalis Hæreticorum mallæus fidei. Quem patria civem edidit, recepit patrem optaverit olim Præſulem. Gaviſa cum habuit Epiſcopum experta Paſtorem optimum, vivum læta ſuſpexit, extinctum luget, ſuique amoris late monumentum ponit An.

D. M.DC.XXXVI.



LII. 54 CLEMENS Gerra, a Novarienſis, utriuſque ſignaturæ Referendarius, Interamnenſis Epiſcopus, ab Urbano VIII. ad hanc Laudenſem Eccleſiam translatus fuit an. 1625. die 22. m. Maii. Obiit anno 1643. jacet in Cathedrali cum hoc epitaphio.

a De hoc Cotta in Muſæo Novarien. pag. ... [illegible]

D. O M.

Clemens Gera Patritius Novarienſis in primis Italiæ Urbibus varias egregie ſuſtinuit provincias à graviſs. oneribus ad Epiſcopalem altitudinem Interamnæ elatus deinde ad Eccleſ. Lauden. translatus eſt, in qua, ubi duo de viginii annorum curſu numquam quieſcens, ſedit, tandem anno M.D.C..XXXXIII. Non. Kal. Decemb. ipſo die S. Clementis martyris Tutelari ſuo ab infula ad coronam in cœlum vocatus ætatis ſuæ anno LXXVI.

LIII. 55 PETRUS Vidonus vetuſta, ac nobili familia Cremonæ natus ann. 1610. die 18. Novemb. Cæſarem Marchionem s. Joannis in Cruce, & Conſtantiam Peſciam parentes habuit. Hieronymi Vidonis patrui Cardinalis eacitatus exemplo, ingenuis moribus, artibuſque mire excultus, in ipſo juventutis flore à maximo omnis ævi memo-



rando Pontifice Urbano VIII. ad ſummas adminiſtrationes, negotiaque Eccleſiaſtica adhibitus, primo Tiburis, Sabinæ, Arimini, Urbeveteris, Spoletique urbibus præfectum, mox Flaminiæ prolegatum, ac vicepræfectum Firmi idem Pontifex elegit, deſtinavitque ad Marchiæ provinciam regendam. Hiſce muneribus egregie functus, dignus habitus eſt, vix trigeſimum quartum attingens annum, ut Laudenſis Eccleſiæ gubernaculis admoveretur anno 1644. 13. Julii, ultimo in Conſiſtorio, quod Urbanus in terris egit. Munus conſecrationis ſuſcepit die 9. Octob. in Eccleſia s. Andreæ de Valle à Cardinali Pallotto, jam ad clavum Eccleſiæ ſedente Innocentio X. Pontefice Maximo. Laudam ingreſſus eſt die 17. Januarii 1645. Cathedralem precioſis reliquiis, circumamictis variis ornamentis argenteis in capſulis eburneis exornavit, Palatium Epiſcopale ornavit, menſam Epiſcopalem ære alieno gravatam propriis ſomptibus liberam reddidit; populum vero ſibi commiſſum aſſidua vigilantia regit, ac ingens hoc infulæ decus, qua par eſt majeſtate, & eximia prudentia ſuſtinet.

ADDITIO.

(„ *Creatus deinde S. R. E. presbyter Cardinalis tituli s. Callixti hanc Eccleſiam dimiſit die* „ *16. Junii 1669.*

„ SERAPHINUS *Corius, Mediolanenſis, Clericus Regularis Theatinus, poſt obita ordinis ſui* „ *nonnulla munia, Laudenſis Epiſcopus dictus eſt* „ *die 15. Iulii 1669. At biennio nondum enacto obiit* „ *anno 1671.* LIV.

„ JO. BAPTISTA *Rabius, ejuſdem Congregationis ſacerdos, itemque Mediolanenſis, cum* „ *ordinis ſui collegiis Ravennati, Bononien. Mediolanen. Romanoque præfuiſſet, indeque capituli generalis ſecretarii, ejuſdemque Diffinitoris, tumetiam Lombardiæ Viſitatoris muneribus fuiſſet defunctus, tandem Laudenſi ornatus* „ *eſt infula die 28. Septemb. 1671. Sed paulo poſt deceſſit, nondum inita Epiſcopatus ſui poſſeſſione.* LV.

„ BARTHOLOMÆUS *Menattus, Comenſis* „ *Diœceſis presbyter, I.V.D. Venetæ Apoſtolicæ* „ *Nunciaturæ Auditor, Vicarius deinde Comenſis,* „ *tum Novarienſis, hujus denique Eccleſiæ Canonicus, ad Laudenſem cathedram evectus eſt die* „ *11. Septemb. 1673. Diu laudabiliter huic paſcendo gregi incubuit, donec an. 1702. menſe Martio* „ *ad ſuperos translatus eſt.* LVI.

„ HORTENSIUS *Vicecomes, Nobilis Mediolanen. Vicarius generalis, & Archipresbyter patriæ Metropolitanæ Eccleſiæ, s. Inquiſitionis Conſultor, & olim Vicarius capitularis, & Canonicus præbendatus ejuſdem Metropolitanæ, Laudenſi in ſede locatur die 22. Iunii 1702.)* LVII.

NOVARIENSES EPISCOPI.



INter nobiliores Epiſcopatus Inſubriæ, qui Metropolitanæ Mediolanenſi ſuffragantur, haud poſtremum locum obtinet Novarienſis, à ſua prima conditione antiquus, nobilis, & opulentus. De ipſius civitatis exordiis longiorem narrationem intexere, haud operæ pretium nobis viſum eſt, cum vel fabuloſa ſint, vel vaniſſimis conjecturis propiora. Illud conſtat antiquiſſimam Inſubriæ civitatem eſſe, atque ab antiquis olim Inſubribus reſtauratam, unde Novariæ, hoc eſt Novæ Aræ poſtea cognomen invenit. Illius meminit Cornelius Tacitus, Plinius, Procopius, ac Ptolemęus, qui eandem retulit in Regionem Inſubriæ Tranſpadanæ. Otho Epiſcopus Friſingenſis de Novaria ita ſcriptum reliquit lib. 2. cap. 14. de rebus geſtis Friderici Imperatoris: *Eſt autem Novaria civitas non magna: ſed ex quo ab Imperatore Henrico olim everſa reædificari cœpit, muro novo, & vallo non modico munita, comitem habens in ſua diœceſi Guidonem Blanderatenſem, qui præter morem Italicum, totam ipſius civitatis territorium, vix ipſa civitate excepta, Mediolanenſium poſſidet auctoritate, inhiantibus adhuc Mediolanenſibus, ut & hanc ſimul, & Papiam, ſicut alias abſorbeant civitates.* Haud ita edito colli inſidet fertili ſolo, ubi ſe explicat in planitiem, at ſterileſcit, ubi evadit in colles. Diu Romanis paruit, deinde ex variantis fortunæ ludo, Dominos experta eſt Longobardos, Galliarum Reges, duces Mediolanenſes atque hoc tempore Hiſpaniarum Reges. Protulit in omni memoria, toga, armiſque viros præſtantes, doctrina vero tanta, ut inter ejus alumnos numeretur Petrus Lombardus Sententiarum Magiſter, ille, qui, quæ ſparſim in Patribus legebantur de Deo, comprehendit aptiſſima methodo, unde poſtea Sancti Thomæ Aquinatis Summa illa, omnium gentium linguis prædicanda, Eccleſiæ toti illuxit. Quid, quod Svetonius Tranquillus jam inde ab Auguſti temporibus C. Albutium Novarienſem memorat clariſſimum oratorem. Carolus à Baſilica Petri hujus civitatis Epiſcopus lib. 2. de Epiſcopis Novarienſibus, probabili conjectura poſſe aſſeri arbitratur, per ea tempora Chriſtiana ſacra Novariam ſuſcepiſſe, cum Chriſti diſcipuli per Inſubriam lætum ſalutis nuntium prædicarent; ſiquidem fieri potuiſſe, ut à principe prædicationis illorum aliquis miſſus viciniorem Novariam illuſtrarit Evangelio, ut non ita pridem de Bergomo, Brixiaque, Apoſtolo Barnaba mittente, proſpero eventu acciderat: tametſi idem diligens ſcriptor, haud item feliciter indagare potuerit, qui primi fuerint Novariæ Chriſti cultores, aut quis primus ibidem diſſeminaverit Evangelium, quiſve primus ex ea ſede Novarienſibus Paſtor aſcitus, divinas leges protulerit. Illud conſtat, Laurentium Presbyt. virum ſanctiſſimum, qui Novarienſium pleroſque ſua prædicatione convertit ad Chriſtum, ſanctumque Gaudentium Novarienſium primum Epiſcopum Eccleſiaſticis inſtitutis excoluit, haud procul à civitate, ac prope fontem, ubi quoſdam pueros baptizaverat, cum illis palmam tuliſſe martyrii, cumque iiſdem in puteum conjectum fuiſſe, an ſub Valentiniano, ut nonnulli affirmant, an ſub aliquo alio Imp. incertum. Ædificarunt poſtea, religionis ergo, ſupra puteum, cum templo, monachorum cœnobium, ubi Sanctus Bernardus Auguſtę Archidiaconus ſancte deceſſit, ibidemque per plura ſæcula requieſcit, donec anno 1552. cum ad murorum civitatis ſecurius munimentum, Eccleſiam illam cenſuiſſent dejiciendam, quæ jam ipſa per ſe, vel ex commendatariorum incuria, vel vetuſtatis injuria, minitabatur ruinam, illius reliquias, cum S. Laurentii corpore, ac puerorum cineribus tranſtulerunt in Cathedralem. Poſt exceſſum S. Presbyteri Laurentii, Novarienſem Eccleſiam, utpote viduatam Paſtore, plura ęrumnoſa pericula perſecutionum divexarunt, ſed cum S. Gaudentius an. 397. ejus gubernacula bono omine ſuſcepiſſet, poſtque illum ſanctorum virorum ſeries, qui pietatem mirum in modum excoluerunt, ſeſe longius explicaſſet, viſa eſt qua opibus, qua ſanctitate uſque ad hæc ſere noſtra tempora reſtoruiſſe. Metropolitanæ Mediolanenſi jam inde à ſuo exordio ſubjecta eſt, gaudetque perampla diœceſi, partim collibus, partim explicata planitie comprehenſa, quippe quæ octuaginta millia paſſuum dicatur explere, plena caſtellis, Eccleſiiſque quampluribus, cum numeroſo clero. Cathedralis ampla eſt, atque perpulchra, quam Deiparæ Virgini in cœlum aſſumptæ conſecrarunt. Ibi ſancti Agapiti ſecundi Novarienſis Epiſcopi corpus, cum aliis pluribus ſanctorum Reliquiis, quas ibi plures Præſules pietate præſtantes collocarunt, requieſcit. In principis Portæ regione rotundum templum exurgit, in quo totius civitatis fons baptiſmalis habetur. Inſigne canonicorum collegium eſt, triginta duorum numerum explens, in quibus eminent, qui Archidiaconatus, Præpoſituræ, atque Archipresbyteratus munere funguntur, cum aliis presbyteris, ac clericis qui numeroſi ibidem divinum opus perurgent. Altera ſancto Gaudentio Sacra Eccleſia collegiata ibi erat, ubi Præpoſitus cum aliquot canonicis reſidebat: ſed cum diruta deinde fuiſſet Eccleſia, Sancti Gaudentii corpus, canonicoſque tranſtulerunt in cathedralem. In civitate, ſuburbiiſque decem, & ſeptem Parochiales Eccleſiæ numerantur; undecim monaſteria religioſorum, ſeptem monialium, cum aliis Eccleſiis, Oratoriis, Xenodochiis lociſque piis. Novarienſem diœceſim exacta diligentia ſic deſcripſit idem Carolus à Baſilica Petri: Diœceſis (inquit) partim plana, partim montoſa. Longitudo millia paſſuum continet fere octoginta. Latitudo vero in planitie quidem circiter quindecim: in montibus autem ad viginti quinque: arboris quaſi ſpeciem exhibet; ut pars plana truncum referat, ramus vero montes, & valles. Planities infra urbem paſſuum eſt longitudinis circiter decem millium: ſupra totidem, ac amplius; licet quidam parvi colles, & quaſi montium radices ad tria milliaria prope urbem perveniant ubi Petrolium eſt, & Caput montis, & infra urbem quoque loca ſint inæqualia, & humiles colles, ſeu clivi ad milliaria fere ſex; ipſa urbs itidem quaſi in colle ſit ſita. Fines diœceſis à meridie, & quaſi ſtipites arboris, ſunt diœceſis Papienſis, ac Vigevanenſis: ab Oriente Mediolanenſis, Ticino amne interpoſito, & partim lacu Verbano: excepta tamen Arona cum tribus viculis quæ eſt in ripa Novarienſi, licet ſit Mediolanenſis diœceſis: ab Occidente, Vercellenſis medio Seſſite, qui tamen certus finis non eſt; nam & citra eum Parochias habet Vercellenſis, & ultra Novarienſis: præterea verò ab eadem parte confinis eſt diœceſis Auguſtæ Prætoriæ, & longo Alpium tractu Sedunenſis: tum vero flectendo ad Aquilonem, ac rurſus verſus Ortum partim attingere puto Lauſanenſem, & Conſtantienſem & Comenſem in ditione Helvetiorum: immo etiam rurſus Mediolanenſem, qua Canobienſis, aliæq; Parochiæ Archiepiſcopi ſunt. In tota hac diœceſi ampliſſima continentur Eccleſiæ collegiatæ ſex, Parochiales vero 353. Vicarii Foranei 35. Tria puerorum Seminaria, cœno-

A hia virorum duo, ſanctimonialium totidem, animarum in tota cenſebantur ducenta millia, in eaque quieſcunt corpora decem ſanctorum, nimirum S. Geneſii martyris, S. Demetrii martyris, Sancti Silvani filii S. Felicitatis martyris, SS. Julii, & Juliani fratrum confeſſorum, Sanctorum Audatii, Heliæ, & Philiberti confeſſorum, Beatorum Panaſiæ virginis, & Pacifici Ord. Minorum. Taxatur Eccleſia Novarienſis in floren. 800. menſæ Epiſcopalis annuus cenſus aureorum quatuor millium, qui partim ex prædiis, partim colliguntur ex vectigalibus 48. villarum in ſeptentrionali parte diœceſis poſitarum. In quibus Novarienſis Epiſcopus utramque juriſdictionem Imperatorum conceſſione exercet. Porro ſeriem Præſulum Novarienſium ſuorum anteceſſorum idem Baſilica Petri Epiſcopus ſcripſit; unde nos hanc noſtram eruimus, additis pluribus, quæ non erunt injucunda lectoribus.

I. [a Ille eo Acta Sa. Ianuarii tom. 2. p. 417.] 1 (1) S. GAUDENTIUS a primus Epiſcopus, Divuſque tutelaris Novariæ, nobilibus Parentibus, etiamſi Idololatris, Eporedii natus eſt. S. Euſebius Epiſcopus Vercellenſis illum erudivit in fide, eundemque S. Laurentius presbyter, & martyr Eccleſiaſticis inſtitutis expolivit. Dum Euſebius exularet, fuiſſetque martyrio ſublatus Laurentius, Vercellenſem, Novarienſemque Eccleſias adminiſtravit. Magna illi cum S. Ambroſio familiaritas interceſſit. De quo illud admirabile narrant, quod cum aliquando equo vectus prope Novariam Ambroſius, inſalutato amico pertranſiret, repente ſubſtitit equus ita contumax ad calcaria, ut ne latum quidem pedem ulterius potuerit impelli: Inde admonitus ſanctus, numini cordi eſſe intellexit, ut complecteretur, ſalutaretque Gaudentium; cumque inter obſequii verba intuliſſet ſermonem Ambroſius de capeſſenda epiſcopali dignitate, retulit Gaudentius, ſcire ſe aliquando ordinandum Epiſcopum, ſed à ſucceſſore Ambroſii. Conſtitit dicto fides, cum enim exceſſiſſet Ambroſius, Gaudentius ſenex jam factus, à ſeniori Simpliciano Archiepiſcopo Mediolanenſi Epiſcopus Novarienſis ordinatus eſt, an. 397. Ad divinum cultum civitatem omnem perduxit, cum ingentibus patratis miraculis, prædicatione, atque exemplis Idololatriam jugulaſſet: contra dæmones cœleſti virtute valebat. Ordinavit clerum, parochias diſtinxit, Eccleſias, Monaſteriaque fundavit. In ea dignitate viginti annos exegit, jejuniiſque, atque orationibus ſubjecto ſibi Populo expeditum iter oſtendit ad cœlos. Cumque jam ſe fato ſentiret propiorem, vocatum ad ſe populum, clerumque adhortatus eſt, ut meliorem collocarent in ſede, innuens S. Agapiti merita, evolavit ad cœlum ætatis ſuæ anno octuageſimo, Chriſti vero 417. 11. Kalend. Februarii. Inconſolabilibus prope lachrymis Novarienſis populus Gaudentio parentavit: qui cum in majori Baſilica per ſex menſes, ac dies duodecim, populi leniturus deſiderium, inſepultus jacuiſſet, ita procul à corruptione, tetroque odore fuit, ut pilo, barbaque creſcente, vivus adhuc propemodum videretur. Extra civitatis muros ſepulturam accepit, in Eccleſia ejus nominis dedicata, quæ vulgo S. Gaudentii dicta eſt, quod illam aliquando exorſus fuerat ædificare. Hanc poſtea diruerunt, cum Carolus V. victor, Novariæ nova munimenta quæſiſſet. Itaque illius corpus Joannes Cardinalis Moronus Novarienſis Epiſcopus ſolemni pompa tranſtulit in Eccleſiam S. Vincentii 11. Kal Novembris 1553. quo ipſo die feſtum concelebratur. Hujus ſancti meminerunt Ferrarius, Mombritius, Baſilica Petri, aliique, unde hæc compendiario eruimus.

II. [a Valerius ... Jacobillo ... Bibl. ... Landoſ.] 2 S. AGAPITUS, b commendatione virtutum, ac S. Gaudentii teſtimonio, tametſi advena, & externus, dignus habitus eſt, qui in locum S. Gaudentii ſufficeretur, circa annum Domini 417. Nec electorum fidem fefellit, ubi enim hanc Eccleſiam ſuſcepit adminiſtrandam, adeo pietate, miraculiſque inclaruit, ut æmula virtute videretur propemodum anteceſſorem æquaſſe. Primum omnium Baſilicam à S. Gaudentio inchoatam abſolvit, ejuſdemque corpus defuncti honorifice in illam intulit, Idololatriæ affixit reliquias, omnemque diabolicam fraudem depulit à ſibi commiſſa diœceſi. Fundavit Eccleſias, adauxit Clerum, norma, regulaque recte vivendi eidem præſcripta; cumque triginta plus minus annos Novarienſem adminiſtraſſet Eccleſiam, illamque exemplis rariſſimæ pietatis, atque miraculis illuſtraſſet, mortalem cum immortali vita commutavit die 10. menſis Septembris, ſepultuſque eſt in Eccleſia ab ipſo conſtructa, quam poſtea de nomine S. Agapiti appellarunt. Ibi tamdiu requievit, donec inde tranſlatus eſt in majorem Eccleſiam die 30 Menſis Auguſti, ubi hoc tempore illum venerantur fideles, tanquam divum præcipuum tutelarem.

3 DIOGENES ſucceſſit Agapito. III.

4 PASCENTIUS Epiſcopus, cujus, ſicut Prædeceſſoris, nulla habetur memoria. IV.

5 SIMPLICIUS, ſive Simplicianus, Novarienſis Epiſcopus. Hic Synodo Mediolanenſi ſub Euſebio Archiepiſcopo celebratæ interfuit, anno 451. c reperiturque ſubſcriptus in epiſtola Synodica, quam inter epiſtolas S. Leonis Papæ rejectam videmus. Hujus Epiſcopi temporibus Attila ad excidium uſque in Novariam, totamque Inſubriam deſæviit anno 452. V [451.]

6 (2) VICTOR ab Ennodio laudatus in Epitaphio, quod in ejuſdem laudem confecit; unde facile eruitur, Victorem exceſſiſſe è vita circa annum Domini 489. Quo ipſo tempore Theodoricus Gothorum Rex cum Inſubriæ flebili ſane incommodo deſcendit in Italiam. VI.

C Epitaphium Ennodii ſequens eſt.

Nomine, propoſito, meritis, certamine Victor
Deſpicis oppreſſas maculato ſanguine terras.
Tu carnis vitiis poſſeſſor, corporis expers
Lubrica ſubjectis domuiſti ſæcula membris.
Tranquillus, patiens, correctior, providus, acer.
His reddens tumulis cineres, ad celſa vocatus
Spiritus ætherea congaudet lucibus arce;
Buſta ſupercilio miſeratus cernit Olympum.
Unde triumphati reſpectans funera mundi
Caſſibus exutis concedes præmia membris.

7 HONORATUS ſucceſſit Victori, ut idem Ennodius perſpicue prodit in ſermone dedicationis Eccleſiæ SS. Apoſtolorum, ubi Honoratum ita loquentem inducit: *Prædeceſſor parvitatis meæ venerabilis Victor antiſtes.* Hujus itaque Epiſcopi Laudes Ennodius narrat, præcipue autem, quod munitum Caſtellum munierit. Ubi notat Baronius, illius temporis Præſulibus fuiſſe in moribus, ad eludendas frequentes Barbarorum incurſiones, munita loca in editiſſimis locis conſtituere. VII.

D Verſus Ennodii ſunt, qui ſequuntur.

Perdidit antiquum quis religione ſacellum,
Numinibus pulſis, quod bene numen habet.
Dii quibus hoc patuit, poſſeſſas linquite ſedes
Quod fecit Victor, Victor ubique tenet.
Addidit ad cultum merito ſucceſſor, & actis,
Qui morum nomen hinc Honorate gerit.
Nubila viperei qui geſſet corda veneni.
Non datur ut faciat culmina pulchra Deo.

Deinde verſus de Caſtello Honorati Epiſc.

Pontificis caſtrum ſpes eſt fidiſſima vitæ,
Qui tutor ſanctus, quæ nocitura petant.

Hic

(1) S. Aventii Novarienſ Epiſcopi mentio habetur in Primi Cabilonen. Epiſcopi Typographia martyrum, ſicuti etiam Galeſinus in Martyrol. ad diem 7. Auguſti, aliique meminere S. Godeſcalchi Epiſcopi Novariæ, & martyris. Ut autem verum ſit quandoque Epiſcopus fuiſſe, quo tempore floruerint, ignoratur.

(2) S. Moronium Novarienſi in cathedra per hæc tempora ſediſſe ſunt, qui aſſerant, martyriumque obiiſſe Coloniæ, dum ſacrum [illegible] Urſulæ comitatum ſectaretur. Et hæc ſatis ſunt, ut ignotum aliàs Novarienſem Epiſcopum nunquam extitiſſe recte cenſeant omnes. Ceterum Reliquias S. Moronii, quas è Colonienſi Diœceſi ad Benedictum Cardinalem Odeſcalcum tum Novarien Epiſcopum miſſas, & ejus juſſu in Cathedrali repoſitas enarrat Cotta in Muſæo Novarienſi, haud negaverim alicujus Sancti, & etiam Epiſcopi exiſtere, ſed illo qua ſede, quove tempore vixerit, ulterius inquirendum puto: neque enim adendam cenſemus inſcriptioni, quam circa eaſdem reliquias extitiſſe docet idem Cotta, hujus tenoris: *S. Moronius Epiſcopus Novarienſis, & Cardinalis.*

Hic Clypeus votum eſt, procul hinc Bellona recede:
Quo meritis conſtat, prælia nulla gravant.
Conditor hic muros, ſolidat munimina factor;
Nil metuat quiſquis huc properat metuens.

VIII. 8 PACATIANUS.

IX. 9 OPILIUS. (*Electus anno circiter 529. ex Cotta.*)

X. 10 AMBROSIUS („ *Vivit an. 548. Cotta.*)

XI. 11 HILARIUS. („ *Philaurium hunc Epiſcopum vocandum eſſe docet ejus Epitaphium, noviſſime an 1697. 5. Octob. defoſſum ſequentis tenoris:*

„ Hic requieſcit in pace B̃m Fylacrius
„ Ẽp S̃ĉl Nov̄æ qui vixit in ſeculo annos
„ P̃m XVI. depoſitus ſub D. XVIII. Kalendarum Januariarum Indictione ſecunda anno decim . . . . . . NNORIS VC.

„ *Ex quo Cottæ in Muſæo Novar. colligi poſſe videtur obiiſſe hunc Epiſcopum die 15. decembr. 553.*

XII. 12 AGNELLUS.

XIII. 13 SPECTABILIS. („ *anno circiter 613. floruit.* Cotta.)

XIV. 14 MARCELLUS.

XV. 15 SEVERUS. Hujus fortaſſe Epiſcopi tempore, apud Blondratum oppidum hujus Diœceſis diem ſuum obiit, dum Roma Maſſillam rediret, Severus ille Epiſcopus Maſſilienſis, circa annum Domini 600. ibique in Eccleſia Collegiata s. Columbani humatus eſt, cujus oſſa in Capella ejus nominia appellata, maxima cum veneratione aſſervantur, & in pariete hæc vetuſta carmina depicta leguntur:

Hic populus ſupplex . . . veneratur honore
Sanctos, ſed falſa religione Deum.
Rumpitur e veteri muro cæleſtis imago.
Vulgus eam nen ſic idola multa colat.
Increpat ejectas muro pietate figuras
Pontificis ſummi tradita charta manu.
Romuleas arces celeri pede, ſanctaque viſit
Mœnia, quo ſeſe crimine purget eo.
Ante pedes ſacros ut conſtitit, ordine narrat
Omnia, ſic ſequitur gratia major eum.
Lætus abit patriam cupiens ſpectare relictam:
Blandræis agris fixit at ipſe pedem.
Hæc placuit patria, lepidi placuere coloni.
Hic oculos preſſit dulcis amicus ei.
Corpus avara ſuum ſuſcepit terra ſepulchro,
Et tenebris latuit tempora multa quidem.
Hic ubi corpus erat, adolebant cinnama ſanctum;
Cantabat laudes curia tota poli.
Lumine nocturno Phœbum ſuperante coruſcum
Perſenſit populus, corpus adeſſe pium.
Plebs devota novum gaudet reperiſſe patronum;
Eſt luctata diu curia terna ſimul.
Conſilium fecere patres de rebus agendis;
Ducit ad Eccleſiam virgo juvencus eum.
Ante fores templi clamantes voce juvenci
Ut ſurſum ducant ſigna dedere pii.
Alme Serene tibi ſolemnis ponitur ara:
Reliquias retinet, nec brevis urna tuas.
Turgida laxarat diſtentos hernia teſtes,
Nec poterant medici ferre ſalutis opem.
Alme Serene tuam venerandam ductus ad aram
Protinus ad proprios ſoſpes it ille lares.

Hiſtoria (inquit Baſilica Petri) quæ his verſibus tangitur, indicat hunc fuiſſe Serenum Epiſcopum Maſſilienſem: nam eo in loco à majoribus acceptum ferunt, illum fuiſſe. Bonus Epiſcopus, & s. Gregorii amicus cum videret populum ſanctorum imagines in Eccleſia adorare, zelo accenſus eas confregit, quod factum ita populo ſcandalo fuit, ut maxima ex parte ab ejus ſeſe communione ſegregaret. Re ad s. Gregorium ſummum Pontificem perlata; cum Cyriacum ſui Monaſterii Abbatem in Gallias dimitteret, & neſcio quid ad ipſum Serenum mitteret, epiſtola monuit recte quidem ab eo adorationem picturæ quaſi idoli prohibitam, ſed
A imagines non fuiſſe frangendas. Zelum non improbavit, ſed cautionem, moderationemque requiſivit. Aegere tuliſſe id videtur Serenus, ut humanum eſt, ſibi, ut exiſtimari poteſt, conſcius non imaginum uſum reprobaſſe, ſed populi fortaſſe ſæpius moniti errorem, ac contumaciam ita coercere voluiſſe: ut non tam imagines, quam duritiam populi frangeret. Propterea ad S. Gregorium videtur non ſine indignatione aliqua reſcripſiſſe; qui eum etiam gravius altera epiſtola reprehendit, quia ſe corripi æquo animo paſſus non erat; immo cum eodem tempore accuſatus ille eſſet, quod malos homines admitteret, eiſque familiariter uteretur, ea quoque de re amanter monuit, ne quod ipſe ad malorum emendationem, tamquam medicus erga ægrotos ex charitate Chriſtiana faceret, alii in malam partem acciperent; quaſi ita probari, nutririque improbitas videretur. Ad ſeſe purgandum Serenus, quantum ex verſibus apparet, Romam conceſſit: ibique videtur apud S. Gregorium factum
B ſuum probaſſe, de quo ei fortaſſe per calumniam relatum erat. Cumque Pontificis ſanctiſſimi gratia lætus Maſſiliam rediret, apud Blandratum, hæc enim via eſt in Galliam, diem ſuum obiit, ibique ſepultus fuit. Boni Epiſcopi ſanctitatem perpetuo latere Dominus noluiſſe, ſed miraculis, quæ iiſdem verſibus tanguntur, corpus incolis demonſtraſſe videtur; qui illud poſtea ſemper ſancte venerati ſunt in Eccleſia s. Columbani Blandrati collocatum. Diem ejus feſtum poſtrid. Kal. Auguſti incolæ celebrant: clerici autem de eo commune ſanctorum Pontificum officium agunt: ac ſingulis feſtis diebus Canonici ad ejus ſepulchrum accedentes, ſtata divini officii commemoratione propriam antiphonam canentes eum colunt. Ejus vero ſanctitatis fama hæc, vel ad Maſſilienſes non pervenit, vel poſtea extincta eſt. Nam in ea urbe per religioſos viros inveſtigantes, nihil de ea reperimus, ſicuti neque de ejus corpore. Hujuſmodi antiquam venerationem Sereno Maſſilienſi adſcribere, uti verſus
C & opinio populorum inveterata ſuadet, factum illud imaginum non videtur prohibere. Evenit interdum, ut ſancti viri, antequam Eccleſiaſtici alicujus dogmatis certi fines conſtituerentur, ſtudio erroris redarguendi, ac fugiendi, qui ab altera parte extremus eſſet, pene contrariæ partis fines egrederentur; ita in cultu imaginum, quæ neque reiiciendæ, aut ſpernendæ ſunt; neque tamquam idola, aut Dii adorandæ: colendæ certe, ac venerandæ, eorum cauſa, quæ nobis referunt, zelo etiam interdum, aut ſtudio avertendi erroris moti fecerunt quod alioqui reprehendendum videri poſſet. Moyſes graviſſimo populi peccato commotus, qui ſeſe indignum fecerat munere divinæ legis, tabulas digito Dei ſcriptas projecit, & confregit. Optimus Rex Ezechias ſalutare ſignum ænei ſerpentis, quod fecerat Moyſes, ne populus ut idolum coleret, confregit: neque facta neque homines exæquamus; ſed exempli cujuſdam gratia hęc proponimus ad excuſationem. Iter à Sereno Romam ſuſceptum, ut beatiſſimo Patri ſatisfaceret, ejus Chriſtianam vir-
D tutem, orthodoxum animum, & erga Romanam Eccleſiam pietatem indicant. Excuſat eum gloſſa in C. perlatum, de conſecrat. d. 3. quod Capitulum epiſtolæ memoratæ s. Gregorii lib. 1. par eſt.

16 LUPICINUS. XVI.

17 PROBINUS. (*circa an. 650.*) XVII.

18 VIGILIUS. XVIII.

19 FLAVIANUS. XIX.

20 PAMPHRONIUS. („ *Floruit an. circiter* 670. Cotta.) XX.

21 GRATIANUS interfuit Romanæ Synodo celebratæ ſub Agathone Pontifice, ſeque ſubſcripſit epiſtolæ, quam idem Pontifex ad Conſtantinum Imperatorem per ſuos Legatos tranſmiſit Coſtantinopolim pro ſextæ Synodi celebratione anno 679. („ *Hic fuit Luitprando ad vota facienda pro trãſportatione corporis S. Auguſtini Auctor ex Baronio ad an. 725. n. 6. Cotta vero in Muſæo Novarien. p. 17* XXI.

ſe-

„ *ſequentem Gratioſum mavult interfuiſſe eidem*
„ *tranſlationi.)*

XXII. 22 PROBUS.

XXIII 23 LAUREOLUS.

XXIV 24 LEO. Hic vitam S. Gaudentii perſcribendam curavit, ut Mombritius narrat, (*Vixiſſe dicitur à Cotta circa an. 700.*)

XXV 25 AMBROSIUS.

XXVI 26 GRATIOSUS. a De eo hoc ſequens legitur epitaphium in quadam ſemiexeſa tabula marmorea, è veteri Eccleſia S. Gaudentii in novam tranſlata, ubi adhuc extant hæc verba.

a Dicitur è familia Triumpha Anconitana à Saraceno in Notitiis hiſt. Anconæ p. 491. *Mandoſ.*

† HIC REQUIESCIT
IN PACE SCAE
MEMORIE
RATIUSUS. EPUS
..I VIXIT IN HOC
, AECULO ANNOS
....

XXVII. 27 BENEDICTUS.

XXVIII. 28 PETRUS.

XXIX 29 SICARDUS.

XXX 30 TITUS Levita.

XXXI. 31 ATTO, qui vixit ann. 29. ac m. 3. ut ſcribit Arialdus in ſua tabula, à quo exorditur notare annos, quibus quiſque Novatienſis Præſul in ea ſede floruit.

XXXII. 32 S. ADELGISIUS, vir ſanctimonia vitæ longe clariſſimus, floruit anno 840. rexitque Novatienſem Eccleſiam decem, & novem annos, cujus memoria celebratur Non. Octob. Ejus corpus cum aliis Sanctorum reliquiis tranſlatum fuit à veteri S. Gaudentii Eccleſia, in novam anno 1553. Hic charitate in Clerum fuit præcipuus, quem non modo pavit probitatis exemplis, ſed etiam juvit opibus, ſiquidem in canonicos tam S. Gaudentii, quam Cathedralis contulit plura bona, ac decimas, quæ notantur in antiquis monumentis, extatque earum mentio in quodam Privilegio Lotharii Imperatoris ſub datum Papiæ, ejus Imperii anno 20. Indict. 3. ad inſtantiam Adelgiſii. Alia item bona Canonicis S. Gaudentii indulſit pro remedio animæ ſuæ, ac parentum ſuorum aliis adjectis conditionibus. Cujus donationis hoc ſequens extat diploma:

Ego in Dei nomine Adelgiſius gratia Dei Sanctæ Novarienſis Eccleſiæ Epiſcopus propter ſalutem dixi.

Conſiderante me Dei omnipotentis miſericordia, quod pro remedio animæ meæ, vel parentum meorum, ut mihi in æterna vita ad ſalutem proficiat, neceſſe eſt ſemper illud agere, unde hic, & in futuro ſeculo plena apud omnipotentem Deum maxima maneat merces. Proinde ego qui ſupra Adelgiſius Epiſcopus judicio, atque inſtituto, & per præſentem chartulam judicati confirmo, id eſt curtem meam dono, cortile, quod habeo in fine, vel fundo vici Ciſti ſubterioris, vel in ejus territorio, ſeu & caſas maſſaritias, quas habeo in noſtro vico Ciſti, & mihi advenerunt ex rebus de Runno Adalardi ex genere Francorum, ſeu & de aliis hominibus, id eſt caſis, curtis, ædificiis, hortis, campis, areis, pratis, vineis, ſylvis, paſcuis, aſtalariis, aquationibus, vicinalibus, cultibus, vel incultilibus, diviſis, aut indiviſis, mobilibus, vel immobilibus, ſeſeque moventibus, puteo, uſu putei, extrinſecis, vel intrinſecis caſis, acceſſo, vel ingreſſo, omnia, & in omnibus & in integrum curtem dono, cortile, ſeu & maſſaritias quantaſcunque in noſtro primo vico Ciſti mihi per chartulam, & comparationem, aut per qualevis ingenium, ibidem acquiſivero, judico atque inſtituo ego qui ſupra Adelgiſius Epiſcopus canonicæ S. Laurentii, quæ eſt fundata foris murum civitatis Novariæ, ubi corpus ſanctum ejus requieſcit, & volo ut ipſi canonici, qui ibidem pro tempore fuerint, habeant, & frui debeant ipſis noſtris rebus, & exinde veſtimentum, & calceamentum procurare debeant, ut mihi in æterna vita ad ſalutem proficiant, & hoc volo atque inſtituo, ut defenſionem tantummodo habeant à Pontifice, qui pro tempore in civitate Novariæ fuerit, nam alia repetitio ab eodem Pontifice nihil obtineat; ſed hoc volo, ut meum factum, ſicut ſuperius legitur, perennis temporibus firmum, & ſtabile permaneat, & non liceat nolle quod volui, ſed quod ſemel à me factum, vel conſcriptum eſt in omni tempore inviolabiliter conſervare promitto, & ſi ullus de hæredibus, vel parentibus meis, contra hoc meum factum ire quamodocumque voluerit, non valeat vindicare, quod repetiit; ſed ſit culpabilis auri, uno cum ſocio fiſco lib. 50. & hoc meum factum firmum, & ſtabile debeat permanere.

Actum intra civitatem Novariæ.

Ego Adelgiſius ac ſi indignus Epiſcopus, hanc chartulam donationis à me factæ, vel roboratæ, manu propria ſubſcripſi, & bonorum hominum roborare decrevi.

Signa .. manuum Ragimberti Franco & vaſſallo Domini Regis, &c.

Signum .. manus.

Ego &c. Ubildrithus presbyter ſubſc.

Ego Crembertus rogatus ſubſc.

† *Ego Anſfredus presb. in hoc judicatu manu propria ſubſc.*

† *Ego Baſiliſcus presb. in hoc judicatu manu mea ſcripſi.*

Ego Julio Notarius ſcriptor hujus chartulæ judicati ſcripſi, poſt tradita complevi, & dedi, &c.

33 ODDO ſedit annos 33. XXXIII.

34 DUCTERMINUS rexit annos 43. XXXIV.

35 NOTINGUS annos 10. Legitur Epiſtola Joannis Papæ VIII. quam ſcripſit ad hunc Notingum, in qua eidem præcipit, ut aliquot bona reſtituat Angelbergæ Imperatoris Ludovici quondam uxori, quæ contra jus, faſque poſſederat. Hæc illa eſt Angelberga, ut ſcribit Sigonius, quæ fundavit Placentiæ nobile Sixti Cœnobium. XXXV.

36 LAMBERTUS ſedit ann. 1. menſes 6. („ *Vixit ex Cotta circa an. 884.*) XXXVI.

37 ERNULTUS ſedit annum 1. menſes 6. dies 5. XXXVII.

38 CANDULFUS b Novarienſem rexit Eccleſiam ann. 8. m. 9. Hic corpus S. Agapiti è veteri ejuſdem Sancti Eccleſia tranſtulit in majorem anno circiter 890. XXXVIII.

b Al. Gandulfus. De quo Cotta in Muſæo Novar. p. 89.

39 LIUTHERIUS, ſive Eleutherius vixit annos 3. m. 10. XXXIX

40 GARIBALDUS ſedit annos 11. m. 3. dies 4. Hic diuturnam litem exercuit cum Sebaſtiano Vercellenſi Epiſcopo de monaſterio S. Michaelis, dicto Locedio, quæ demum Papiæ dirempta fuit, præſentibus Joanne Papienſi Epiſcopo, Hegiuulpho Taurinenſi, Geroaldoque Tertonenſi circa annum Domini 901. De quo in monumento Eccleſiæ Lucenſis anno 905. XL.

41 DAGIBERTUS Pius, Epiſcopus Novarienſis, ſedit annos 36. dies 3. Hic Canonicis S. Mariæ dono dedit Cortem, ut vocant, cum caſtello, aliaque plura bona ad ſe pertinentia, in locis, ac Latiſundiis, Gaudianæ, Paleati, Trecati, cum ſervis, & ancillis, ea conditione, ac lege, ut prædicti Canonici in omnibus Kalendis ſexaginta pauperes alant, centum vero, ubi ejus anniverſarium celebrandum recurreret. Ita vetus membrana Cathedralis Eccleſiæ. XLI.

Dagibertus Epiſcopus dedit in Nomenonio curtem ſimul cum caſtro, caſis, maſſaritiis, & omnibus rebus ad ſe pertinentibus, & quæ eſſe videntur in locis, & fundis, Gaudianæ, (fortaſſe Gundianæ) *Paleati, Trecati, cum ſervis, & ancillis, aldionibus, ut deveniant, & ſint in jure, & poteſtate Canonicorum Eccleſiæ S. Mariæ, in ſumptum, & uſum ſupradictorum Canonicorum: eo tamen tenore, ut ipſi Calendas pauperes ſexaginta ad refectionem: & in anniverſario ejus debeant paſcere pauperes centum ad refectionem: & prædicti Canonici habeant tres refectiones omni anno, unam in Natali Domini, alteram in Purificatione S. Mariæ, tertiam in Paſcha.*

Imperator Berengarius anno 917. aliquot publicas nundinas Dagiberto indulſit, eamque partem,

quæ

quæ ad fiſcum regium videretur ſpectare, perpetuo Novarienſis Eccleſiæ, ejuſdemque Epiſcoporum cenſeretur. Teſtaturque Berengarius ſe precibus glorioſiſſimorum Marchionum Grimaldi, & Adelridi id conceſſiſſe domino Dagiberto reverendiſſimo S. Novarienſis Eccleſiæ Epiſcopo. Locus videtur fuiſse, ubi nunc Eccleſia eſt S. Agabii extra urbem, unde jam Cadultus ſanctum corpus abſtulerat. Hujus quoque Epiſcopi tempore, anno ſcilicet 926. Burchardus Suevorum Dux Novariæ cum ſuis occiſus eſt. Legendus Sigonius.

XLII. 42 RODULPHUS ſedit annos 17. m. 1. Hujus mentio extat in quadam donatione Regis Lotharii in ſavorem Eccleſiæ S. Gaudentii, in Gratiam ipſius Rodulphi anno 951. Ita in charta, quæ eſt in tabulario S. Gaudentii.

Donavit is Deo, & S. Gaudentio aream terræ jus regii infra Novarienſem civitatem juxta mercatum, & manſum in Saciago, alium in Garbanea, alium in Brinate (ſic legitur, licet, pro area acram legi debere ſuſpicer, & nomina Sociaci, & Pernati reponenda videntur) Fecisse ſe dicit Lotharius interveniente Rodulpho venerabili Epiſcopo Novarienſi, precibus Heriberti cujuſdam, ut puto, Novarienſis, cum ſine filiis, ipſius Lotharii cauſa ſub mœnibus Cumanæ urbis decederet. Qui Heribertus eadem ab ipſo Lothario acceperat. Donavit autem amore Dei, & ad animæ Heriberti ſuffragium, ad uſum, & ſubſidium Canonicorum Deo, & S. Gaudentio famulantium. Extant aliæ membranæ in tabulario Eccleſiæ majoris, in quibus tum emptio Redulphi Epiſcopi ſcripta eſt bonorum quorumdam in territorio Paliati, tum permutatio inter eum, & Amalbertum decanum canonicæ S. Gaudentii. Hugonis, & Lotharii facta fuit quantum ex indictione, apparet, an. 946. hæc vero tempore Berengarii II. & Adelberti ejus filii anno 951.

XLIII 43 PETRUS ſedit ann. 7. men. 3. dies 2. Huic Otho Imperator Inſulam S. Julii reſtituit, Novarienſi Eccleſiæ olim à Berengario ademptam anno 962. En diploma.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis. Otho divinæ diſpoſitione providentiæ Imperator.

Si ſanctis, & divino cultui locis mancipatis viſcera noſtræ largitatis, ſeu donationis patefecerimus, plurimum nobis ad Imperii noſtri ſtabilitatem, animæque noſtræ remedium, atque æternæ remunerationis emolumentum proficere minime titubamus. Quapropter notum ſit omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium noſtrorumque præſentium, ſcilicet, ac futurorum univerſitati, nos non immemores beneficiorum Trinæ, inſecabiliſque Majeſtatis, quæ ſemper circa noſtræ imbecillitatis fragilitatem operatur; ſpecialiter tamen, ideo quod miſericorditer nobis victoriam tribuens, quoddam caſtrum videlicet inſulam ſancti Julii, jamdudum per Berengarium Regem ab Epiſcopatu Novarienſi ſublatam, & ſibi uſurpatam, nec non contra nos in rebellionem poſitam noſtræ ſubdiderit ditioni, per noſtræ Imperialis auctoritatis paginam tribuiſſe, & omnino conceſſiſſe Eccleſiæ, in prædicto caſtro ſitæ, in honore vero S. Julii Confeſſoris Chriſti, cujus corpus humatum ibidem requieſcit; quaſdam res noſtro juri, & dominationi hactenus ſubjectas, infra comitatum Plumbienſem conjacentes; hoc eſt cortes duas Barazzolam, & Agredade, quarum una quæ dicitur Barazzola, habet manſos viginti, & tres, & altera, quæ dicitur Agredade, habet manſos decem, & ſeptem, in ſumptum, & uſum canonicorum ibidem Deo, & ſancto Julio Confeſſori Chriſti famulantium; una cum terris, campis, vineis, pratis, ſilvis, aquis aquarumque decurſibus, piſcationibus, molendinis, cultis, & incultis, ſervis, & ancillis, aldionibus, & aldiabus, omnique in integrum ad prædictas res penitus pertinentibus, cum acceſſibus, & ingreſſibus eorum ſuperioribus, & inferioribus: hoc autem tamen ſancimus, & omnino per noſtrum Imperiale præceptum ſtatuimus, ut nullus Epiſcopus præfatæ Novarienſis Eccleſiæ, qui pro tempore fuerit, præſumat jam dictas res de victu, & ſtipendio Canonicorum ſubtrahere, & ſibi vendicare; ſed de noſtro jure, & dominio in uſum, & ſumptum Canonicorum, atque providentiam, qui pro tempore fuerint transfundimus, atque delegamus, ut habeant, teneant, & fruantur in perpetuum, omnium hominum inquietudine, vel controverſia remota: & pro criminum abſolutione noſtrorum cunctis diebus, quibus Deus eundem locum perſeverare tribuerit, precatibus miſericordem Dominum placare ſategerint; quatenus in die diſtricti examinis, repudiato ſetigero, laneo hæreamus conſortio. Si quis igitur hujus noſtræ conceſſionis præcepti violator extiterit culpabilis, ſolvere cogatur centum libras auri optimi, medietatem cameræ noſtræ, & medietatem Canonicis S. Julii, quibus illa fuerit injuria; quod ut verius credatur, diligentique cura ab omnibus obſervetur, manu propria roborantes, anuli noſtri impreſſionem inferius affigi juſſimus.

Signum Domini Ottonis invictiſſimi Aug.



Liutulfus Cancellarius ad vicem Vuidonis Archicancellarii, & Epiſcopi recognovit, & ſubſcr.

Data 4. Kalend. Auguſtas anno dominicæ Incarnationis 962. anno vero Imperii domini Ottonis sereniſſ. Auguſti primo, Indictione 5. Actum in villa, quæ dicitur Horta prope lacum ejuſdem S. Julii feliciter. Amen.

44 AUPOLDUS a ſubſcripſit literis Joannis XIII. Papæ in Ravennatenſi Synodo datis 7. Kal. Maii ann. 967. contra Archiepiſcopum Herolfum Salzburgenſem. Sedit ann. 28. dies 28. Huic Epiſcopo Otho Mag. Imperator ipſam civitatem Novariam dono dedit, ſeu potius à ſuis Anteceſſoribus, Præſulibus Novarienſibus dono datam, novo liberalitatis decreto confirmavit, ſtabilivitque cum ſumma juriſdictione circumcirca ad ſtadia viginti in incolas. Diploma regium cenſuimus apponendum, à Baſilica Petri ex Novarienſi Archivio diligentiſſime erutum, prout jacet in authentico exemplari ſine anno die & data. XLIV

a Seu Aupaldus.

In Nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis. Otho, itemque Otho, divina clementia Imperatores.

A. A. Si erga loca divinis cultibus mancipata beneficia opportuna largimur, præmia nobis à Deo æternæ retributionis rependi non ambigimus. Idcirco omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque præſentium ſcilicet, ac futurorum ſolertia noverit; quia adiens ſerenitatem culminis noſtri Aupoldus Novariæ civitatis venerabilis Præſul, noſterque dilectus fidelis retulit, quoſdam noſtrorum prædeceſſorum Regum ſcilicet, & Imperatorum omnem liberorum hominum prædictæ Novariæ civitatis, ac per 24. ſtadia pro tempore cohabitatorum, diſtrictum publicæ olim parti pertinentem juri ſuæ Eccleſiæ ſubdidiſſe, præfatamque ſedem in honorem ſanctæ Dei Genitricis, nec non & B. Gaudentii Confeſſoris Chriſti, dicatam, cum rebus, & hominibus omnibus ad eam legaliter pertinentibus ſub ſua recepiſſe tuitione, ac defenſione. Idcoque jam dictus Pontifex noſtram ſuppliciter precatus eſt celſitudinem, ut ſecundum prædeceſſorum noſtrorum authoritates, noſtram addere dignaremur confirmationem. Nos denique pro Dei amore, noſtrarumque remedio animarum dignæ memorati Præſulis petitioni aſſentientes, hoc noſtræ auctoritatis munimen fieri decrevimus, per quod decernimus, ſancimus, atque jubemus, ut nullus Marchio, Comes, Vicecomes, Sculdaſius, vel quilibet ex judiciali poteſtate, nec aliquis Regnorum noſtrorum, magnæ, par-

væque perſonæ intra prædictam civitatem Novariam, præſcriptumque ſpatium ingredi, ſine ipſius licentia Epiſcopi ad placita tenenda, aut liberos ipſius civitatis, & prædicti ſpatii habitatores homines alicubi diſtringere audeant: nec aliquis ejuſdem civitatis quandoque habitator, murum ipſius civitatis ad portas, vel puſterlas faciendas ſine ipſius, qui pro tempore fuerit, Epiſcopi juſſu, frangere præſumat: nec quiſquam Regnorum noſtrorum, ut diximus, potens mediocris, aut parva perſona in Eccleſias, caſtra, loca, vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones, quas in quibuslibet pagis, & territoriis infra ditionem Regni noſtri, juſte, & legaliter prædicta tenet, & poſſidet Eccleſia, ſive quæ deinceps in jure ipſius ſancti loci voluerit divina pietas augeri, ad cauſas judiciario more audiendas, vel freda exigenda, aut manſionaticum, vel paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius Eccleſiæ diſtringendos, vel aliquas redhibitiones, vel illicitas occaſiones requirendas noſtris, & futuris temporibus ingredi audeat: nec ea, quæ ſuprememorata ſunt, penitus exigere præſumat, ſed liceat memorato Præſuli, ſuiſque ſucceſſoribus, jamfatæ civitatis, terminique prædicti liberos homines pro tempore inibi cohabitantes, legaliter ante ſe, vel ſuos miſſos diſtringere, & rationabiliter quidquid inter eos negotii emerſerit, definire; cunctaſque jam dictæ Eccleſiæ res, cum omnibus hominibus ad eam pertinentibus, vel aſpicientibus, ſub tuitionis noſtræ defenſione, remota totius judiciariæ poteſtatis, omniumque hominum inquietudine, quieto ordine poſſidere, & noſtro fideliter parere Imperio; & quicquid in præfatæ Eccleſiæ rebus de illicitis conditionibus, aut ſervitiis requirendis exigi poterat, in integrum eidem concedimus Eccleſiæ, quatenus id perpetualiter pro noſtrarum animarum remedio, ad peragendum Eccleſiæ Dei ſervitium, augmentum, & ſupplementum fiat. Si quis igitur hanc noſtram auctoritatem quandoque violare tentaverit, centum libras auri componere cogatur, medietatem palatio noſtro, & medietatem præfato Epiſcopo, vel ſuis ſucceſſoribus. Et ut hoc verius credatur, diligentiuſque obſervetur, manibus propriis roborantes, annulo noſtro, hanc confirmationis noſtræ paginam ſubtus juſſimus inſigniri.



Signum domi- ni Ottonis in- victiſſimi Auguſti.

Cæterum Aupoldus non minus liberalis extitit erga ſuos Canonicos, quam Otho Magnus Imperator munificus erga Novarienſem fuiſſet Eccleſiam. Siquidem ann. 985. plura bona, oblationeſque illis dilargitus eſt; quam donationem cum ſuo, tum Canonicorum ſcripto cenſuit confirmandam. Eccleſiaſticam diſciplinam adeo excoluit, ut Cathedralis Canonicos, amplis ad id attributis redditibus, ad communem convictum impulerit, ea etiam lege, ut ſingulis menſibus viginti quatuor alerent pauperes. Aupoldi tempore floruit B. Bernardus Archidiaconus Angu lanæ Eccleſiæ, cujus reliquiæ in Novarienſi Cathedrali requieſcunt. Fato ceſſit poſt viginti & octo annos Epiſcopatus ſanctiſſime adminiſtrati, ſepultuſque eſt apud ſuos antéceſſores.

XLV. *a Torniel. lus in Catta.*

45 PETRUS *a* Aupoldo ſucceſſit, qui ab Othone III. Imperatore omnium privilegiorum confirmationem obtinuit, ſub datum Papiæ anno 1001. Hunc Petrum hoſtiliter divexavit Marchio Arduinus, qui poſt exceſſum Ugonis Italiæ Regnum occupaverat. Quem cum poſtea Henricus Rex Germaniæ ad Veronam fregiſſet, Regnoque ſpoliaſſet, Petrus omnia Novarienſis Eccleſiæ jura eodem annuente Henrico, recuperavit, novaque acquiſivit; in cujus rei gratiam hoc ſubjectum ampliſſimum retulit privilegium, Regiumque diploma.


In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis. Henricus divina ordinante clementia, Romanorum Imperator Auguſtus.

Dum fidelium petitionibus noſtræ Imperialis celſitudinis aſſenſum præbuerimus, eos noſtro ſervitio promptiores, ac devotiores eſſe minime dubitamus. Quapropter cunctorum Eccleſiæ Catholicæ fidelium, noſtrorumque tam præſentium, quam futurorum ſolertia recognoſcat, Petrum venerab. virum, ſanctæ Novarienſis Eccleſiæ Epiſcopum, noſtrorumque fidelem, qui noſtræ fidelitatis cauſa multa ſuſtinuit famem, videlicet, ſitim, æſtus, & frigus, & inſuper glacioſas rupes, colleſque ſatis aſperos, nudis pedibus, perſequentibus inimicis, fugiendo ſuperavit, qui etiam nunc præſentialiter multa damna, Arduino devaſtante, recepit. Nam Eccleſiæ illius ſunt deprædatæ, caſtra diſrupta, domus everſæ, vineæ inciſæ, arbores decorticatæ, inſuper plebes ipſius, & curtes ab Arduino pro beneficio, ſuiſque inimicis datæ ſunt, noſtram Imperialem adiiſſe excellentiam, quatenus pro ſui laboris compenſatione, & ſuorum damnorum reſtauratione, quemdam Comitatulum, qui in Valle Auſula infra ipſius Epiſcopatus parochiam adjacere dignoſcitur, prædictæ Eccleſiæ Novarienſi cum omnibus functionibus, quæ de ipſo Comitatulo publicæ parti pertinent, concederemus. Nec non etiam deprecatus eſt nos, ut quandam plebem ſui Epiſcopatus, quam olim malo ordine, & injuſta ratione ſua perdidit Eccleſia, quæ ſita eſt in villa, quæ nominatur Trecate, non adeo procul à civitate, curtem quoque, quæ Gravalona dicitur, quondam ipſius Epiſcopi continentem, ſed quæ nunc injuſte pervaſa eſſe dignoſcitur, ſuæ Eccleſiæ reſtitueremus. Itaque dignum eſt, ut ſui laboris prænominatus Præſul retributionem à nobis ſuſcipiat. Et quoniam juſtum eſt, ut ſupra nominata plebs, atque cors jam dicta ſuo reſtituatur Epiſcopatui, & ut alii noſtri fideles hoc cognoſcentes noſtræ fidelitati amplius ſtabiliantur; ejus precibus annuentes jam dictum comitatulum à noſtro jure in ejus Eccleſiæ poteſtatem omnino transfundimus & perdonamus, & præfatam Plebem, atque cortem per hoc noſtræ auctoritatis præceptum jam ſupradictæ Novarienſi Eccleſiæ reddimus, & concedimus, cum omni diſtrictu, & teloneis, ac piſcationibus, quæ in flumine Toxo ſunt, in illis ſcilicet locis, ubi ipſa Eccleſia ex utraque fluminis tenet parte, & cum venationibus, ſeu omnibus rebus, quæ ad publicam partem ex eodem Comitatulo exigi poſſunt, cum capellis, domo, curtili, maſſaritiis, caſis, ſediminibus, campis, pratis, vineis, paſcuis, ſylvis, ſtalariis, ſaletis, paludibus, aquis, aquarum decurſibus, molendinis, piſcationibus, cultis, & incultis, diviſis, & indiviſis, terminis conceſſionis, piſcariis, campariciis, aliiſque univerſis redhibitionibus, cum ſervis, & ancillis, aldianibus, & aldianis utriuſque ſexus, cum omnibus, quæ dici, aut vocari poſſunt, ad jam dictam plebem, vel cortem pertinentibus, vel reſpicientibus. Nec non & portum de Beſtamo eidem plebi pertinentem, quem glorioſiſſimus avunculus noſter Otho major ſupradictæ ſedi per præceptum conceſſit, ita ut nullus Marchio, Comes, Vicecomes, ſculdatius ejus, ſeu quælibet magna, parvaque perſona, homines jam dicti comitatus, ſeu plebis, vel cortis audeat diſtringere, aut infra ipſum comitatum aliquid præſumat exigere, vel paratas facere, nec ullas redhibitiones acquirere. Sed liceat memorato Præſuli, ſuiſque ſucceſſoribus, jam ſæpedictum comitatum, cum ſupradicta plebe, vel corte tenere, & omnes homines ipſius comitatus, ſive ipſius plebis, vel cortis per ſe, vel ſuum Legatum diſtringere, ſicut per nos, vel noſtrum miſſum diſtringendi eſſent, & omnia, quæ de ipſo comitatu ad publicam partem pertinent, vel inde exigi poſſunt, & prætaxatam plebem de

Tre-

Treeate, atque cortem de Gravalona cum omnibus ſuis appendiciis, vel pertinentiis habeat, teneat, firmiterque poſſideat tam ipſe, quam ſucceſſores illius, qui Deo favente, diſpoſitionem ipſius ſedis, & cathedram ſuſcepturi ſunt, omni noſtra, noſtrorumque ſucceſſorum Regum, & Imperatorum, omni hominum contradictione, vel diminutione remota. Si quis igitur hoc noſtræ conceſſionis, & confirmationis præceptum nefarie, auſu temerario violare præſumpſerit, centum libras auri optimi componere cogatur, medietatem palatio noſtro, & medietatem Novarienſi Eccleſiæ, ejuſque Rectori, qui pro tempore inibi habetur: & ut hoc verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur, manu propria ſubter confirmantes ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum D. Henrici ſereniſſimi. & invictiſſimi Imperatoris Auguſti.



Dat. anno Incarnationis Dominicæ 1014. Indict. 12. anno vero Regni D. Henrici Imperatoris Aug. 13. Imperii primo. Actum Trucianæ feliciter. Amen.

Elucet autem pietas, ac munificentia Petri in iis, quæ largitus eſt Cathedralis Canonicis, ac S. Gaudentii; præcipue autem in donatione facta anno 1015. ubi ſe ita ſubſcripſit: *Ego Petrus ſervus ſervorum Dei.* Quem hodie titulum Romani Pontifices maximi honoris, atque humilitatis gratia ſibi uſurpant. Cæterum ex una donatione erga eoſdem Canonicos elicitur, quam Novarienſis Clerus olim extiterit numeroſus, cum ſubſcripti reperiantur quadraginta Canonici, cum Archidiacono, Præpoſito, Archipresbytero, Primicerio, Theſaurario, Cantore, Vicedomino, atque Grammatico, quarum dignitatum pars hoc tempore exolevit. Retulit autem Petrus à Conrado Imperatore omnium privilegiorum confirmationem anno 1025. atque ab eodem alteram inſignem donationem, quæ ſequens eſt.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.
Conradus divina favente gratia
Roman. Imper. Auguſtus.

Si Eccleſiis Dei theſaurizare ſtuduerimus, in futuro meritum recipere ſatis credimus. Quapropter ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus, noſtriſque omnibus pateat nunc, & in poſterum, nos pro noſtræ animæ futura recompenſatione, & interventu noſtræ conjugis Imperatricis Giſlæ, nec non Henrici Regis dilecti noſtri filii, atque Aribonis Magontienſis Archiepiſcopi juxta noſtræ conceſſionis auctoritatem ſanctæ Novarienſi Eccleſię, ubi S. Gaudentii corpus requieſcit, S. Felicis videlicet, quæ vulgo dicitur Reginę Abbatiam Papię ſitam, cum pertinentiis ſuis conceſſiſſe; & habeat poteſtatem Petrus Epiſcopus ſupradictę Eccleſię, ſuique ſucceſſores inibi Abbatiſſam ordinandi pręſentis paginę noſtrę juſſionis litteris annotante teſtimonio. Concedimus itaque comitatum de Plambia, & alium de Oxula cum ſua integritate juxta auctoritatem noſtrorum anteceſſorum Imperatorum Ottonis, & Henrici: & cortem de Gravilona, & cortem de Veſpolate cum utriuſque portionibus Huberti, atque Hugonis; & caſtrum de Vvilingo, & de Curcio cum pertinentiis eorum, & duos manſos in Garbanea, & quidquid Ubertus Novarię habet intus, & de foris, & corticellam quæ conſtat in Matteio, & quidquid tenet in Aliſade, & in Creſcia, & in Xuno, & quidquid Ripaldus habet in eodem loco, & in Belingo, & quicquid habet Ugo f. q. Vvalonis in Pernate, & in Terdablate cum ſuis adjacentiis, & Corticellam de Cavalliregis, quam tenet Richardus cum Alpe de Ocro, ſimul etiã cum Põte de Varade, & Rocha Uberti de Valle Se-

A *ſedana, & omnia prædia, quæ ipſe retinet in prædicta valle, & in Seccinno, & quartam portionem de Corte de Cerro, & quidquid Ricardus, & Ubertus retinet in Valle Oxula, & circa lacum S. Julii in circuitu, eo videlicet ordine, quatenus Petrus Pontifex, & cuncti alii pro tempore ibi ſecundi prædictam S. Felicis Abbatiam, quæ vulgo Reginæ dicitur, & duos prædictos comitatus, cum teloneis, & publicis omnibus functionibus Regiæ poteſtatis, & præſcriptas cortes cum caſtris earum, & ſimul cum vallibus, & ponte, ac alpe, & manſos ſuperius relatos cum ſervis, & utriuſque ſexus familiis, & omnem poſſeſſionem Uberti, & Ricardi circa lacum S. Julii, earumque pertinentiis, & adjacentiis habeant, teneant, firmiterque poſſideant, habeantque licentiam Regali, ſive duellari diffinitione emerſuras contentiones dirimere, noſtra, noſtrorumque ſucceſſorum, & totius dignitatis, ſeu officii hominum contradictione remota. Si quis igitur hujus noſtræ corroborationis ſtatuto contraire tentaverit, centum talentorum auri*
B *reus exiſtat, medietatem nobis, & medietatem dictæ Eccleſiæ perſolvendorum. Et ut verius credatur, noſtro ſigillo juſſimus inſigniri.*

Signum Domini Conradi invictiſſimi Imperatoris Auguſti.



Bruno Cancell. ſacri Palatii Vice Arribonis Archiep. & Archicancell. recognovit.

Dat. anno Dominicæ Incarnationis 1028. anno vero Regni Conradi 4. Imperii autem 2. ejuſdemque Imperatoris filii Henrici primo, indict. 11. actum in palatio Aquiſgrani.

Geſſit autem Novarienſem Epiſcopatum Petrus
C annos viginti novem m. 9. dies 4. exceſſit è vivis, optimi, piique Paſtoris relicta fama.

46 GUALBERTUS ſedit annos 7. Hujus men- XLVI
tio extat in quadam donatione ab ipſo facta in gratiam Canonicorum Inſulæ S. Julii.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Decretum ſecuritatis, & firmitatis profuturis temporibus ad memoriam retinendam, qualiter dominus Gualbertus venerab. Novarienſis Epiſcopus pro remedio ſuæ, ſuorumque parentum animæ & omnium Chriſtianorum redidit, ac habere conceſſit Canonicæ s. Julii de Inſula cortem de Barazola, & de Agredade cum porcis, & arietibus, atque omnibus pertinentiis, & decimam de Mercato de Gaudinno, ac decimam de piſcatoribus de Orta, & de Pella, & de Muſto, & piſcibus, & molendinum de Petenaſco, ac candelas de Madio menſe, & decimam de Muſto, de medietate, de Stadino & de Pella, & de Petrorio, & unum paſtum in feſtivitate S. Julii, & in Purificatione S. Mariæ unam rotam ceræ valentem decem,
D *& ſeptem denarios, tali modo, & eo tenore, quo Canonici prædicti S. Julii præſentes, & futuri ſedulas orationes pro præfato egregio Gualberto Præſule, & omnibus fidelibus defunctis effundant: & Deum omnipotentem aſſidue non ceſſent exorare, ut eis æternam requiem dignetur donare, & cum ſuis ſanctis faciat triumphare. Si quis vero præſumptuoſus de his rebus, quæ diximus, & conceſſimus aliquid auferre tentaverit, quod minime credimus, cum Juda Chriſti proditore ſit damnatus, & æterno ſupplicio deputatus. Denique pro certiori ſecuritate, & firmitate prænominatus Præſul hanc paginam ſcribere juſſit, & inferius ſua manu cum pluribus diverſorum ordinum ſuæ Eccleſiæ clericis firmavit, & ſigillo S. Gaudentii decorari juſſit. Anno Dominicæ Incarnationis 1030. Indict. 14.*

† *Ego Gualbertus Epiſcopus ſubſcripſi.*
† *Ego Riprandus Epiſcopus manu propria corroboravi ſubſc.*

† *Ego Teuzo Archidiaconus ſubſc.*
† *Ego Albertus presbyter, & Primicerius, hujus decreti compoſitor ſubſc.*
† *Ego Lanzo Archipresbyter ſubſc.*
† *Ego Otto Subdiaconus ſubſc.*
† *Ego Gubertus Diacon. & Præpoſit. ſubſc.*
† *Ego Deodatus Acolytus ſubſc.*

A

Riprandi addita videtur poſtea ſubſcriptio ad confirmationem.

XLVII 47 RIPRANDUS, venerandæ memoriæ Præſul, Novarienſem Eccleſiam ſuſcepit adminiſtrandam circa annum Domini 1040. Eandemque rexit annos tredecim menſes 10. dies 19. Intereſt Synodo Papienſi ann. 1046. 8. Kal. Novemb. Ex hujus auctoritate, inter Canonicos Cathedralis, atque Inſulæ S. Julii ita convenit.

In nomine ſanctæ, & Individuæ Trinitatis.
Riprandus Novarienſis Epiſcopus.

Notum ſit omnibus, tam præſentibus, quam etiam futuris, quoniam convenit inter Novarien. Ordinarios s. Mariæ, & inter Ordinarios s. Julii coram domino R. Novarienſi Epiſcopo, & eodem confirmante; videlicet, quod ſupradicti S. Mariæ Ordinarii omni anno debent dare Ordinariis s. Julii mod. . . . de Sicale: &c. . . . . . . de panico per legitimum ſextarium Canonicæ s. Mariæ menſuratos. Et in aulla Synodo debent tollere illis denarios per conditionem. At vero Ordinarii s. Julii debent eſſe tacici de decima cortis de Carpoa contra ordinarios s. Mariæ. Ex quacumque autem parte hoc fractum fuerit, componat viginti libras optimorum Papienſium denariorum.

B

Dat. 13. Auguſti anno Dominicæ Incarnationis 1040. regnante Domino ſecundo Henrico anno 3. Indict. 8. Actum Novariæ feliciter.

† *Ego Riprandus Epiſcopus ſubſc.*
† *Ego Teuzo Archidiaconus ſubſc.*
† *Ego Lanzo Archipresbyter ſubſc.*
† *Ego Gubertus Præpoſitus ſubſc.*
† *Ego Petrus Subdiaconus ſubſc.*
† *Ego Ada Longus Acolytus ſubſc.*

C

Riprandi etiam memoria extat in quodam donationis Inſtrumento Dionyſii Epiſcopi Placentini, in favorem Eccleſiæ S. Antonini Placentini, ubi decernit, ut omnes, in quos ea beneficia redundaſsent, poſt matutinas laudes, Pſalmo, De profundis recitato, pro ſe orent, proque Henrico Imperatore, Epiſcopo Novarienſi, Riprando patruo, inclytoque Comite Rodulpho ejuſdem parente, Nantelinoque fratre. Unde perſpicue eruitur hunc Epiſcopum nobiliſſimæ proſapiæ fuiſse. Meminit etiam illius Petrus Damiani epiſtola 10. è vivis exemptus eſt 12. Kal. Januarii, ut in publicis hujus Eccleſiæ tabulis notatur.

XLVIII. 48 ODDO vel Otho traditur electus circa annum Domini 1053. (1) Quo ipſo tempore ejus mentio occurrit in quodam privilegio, ac ratificatione ab Henrico II. facta in favorem Novarienſis Eccleſiæ. Idem Otho Epiſcopus an. 1054. ab eodem Henrico Imp. Conſtantinopolim Legatus miſſus ad Theodoram Auguſtam, cum Theodora ſequenti anno, ſuis Legatis adjunctis, ad amicitiam renovandam Imperatori remiſit. Hujus Eccleſiæ produnt tabulæ hunc Oddonem fuiſse conſultiſſimæ prudentiæ, ſibique creditam Eccleſiam annos 25. adminiſtraſse, menſes xi. ac dies octo, reverſumque à peregrinatione Hieroſolymæ, poſtremam obiiſse diem 15. Kal. Septemb. Hic interfuit Romano Concilio à Nicolao II. celebrato anno 1059. Ex Codice Vaticano, ubi reperitur ſubſcriptus Otho in quadrageſſimo ſeptimo loco *a*. In eo Concilio cum Aſtenſi Taurinenſique Epiſcopis, Vidonem Archiepiſcopum Mediolanenſem ab Arialdo, Landulphoque Cotta labis ſimoniacæ inſimulatum, qui poſtea, cum veritatem martyrio compro-

a Dicitur que *Atto* in noviſſ. Concil. Harduini editione.

D

barunt, Oddo Epiſcopus defendere conatus eſt. Adverte interim Lector, Epiſcopos Inſubriæ pene omnes ab Imperatoribus Romanæ Eccleſiæ hoſtibus per ea tempora fuiſſe intruſos, ita ut haud mirum poſſet videri, hunc Oddonem ejuſdem farinæ fuiſse, ac proinde Hieroſolymitica peregrinatione eam diluiſse vecordiam. Utcunque res ſit, illum ſingularis prudentiæ virum deprædicant prædictæ tabulæ.

49 ALBERTUS Nobilis ſedit annos tres, menſes 5. dies 15. quem Comites Blandratenſes indigne, atque iniurioſe cæciderunt. Poſt cujus exceſsum Novarienſem ſedem occupavit per ſpatium viginti annorum Anſelmus quidam intruſus ab Henrico Imperatore, ac poſt illum Heppo, ea ejuſdem auctoritate, eandem ſedem haud legitime vocatus, uſurpavit annos omnino octo, qui teſtis reperitur privilegii conceſſi ab eodem Henrico Imp. Monaſterio Eremi B. Mariæ in Elvetia anno 1114. 6. Id. Martii Ind. 7. apud Chriſtophorum Hermannum in Annalibus ejuſdem Monaſt. Hos duos tanquam ſchiſmaticos, damnatoſque à Pontifice, Arialdus à Catalogo rejecit. Plura tamen inſtrumenta ab ipſis condita reperiuntur, ubi ſe tantum electos profitentur. Hepponis item meminit Sigonius, anno 1116. Deceſſit autem intruſus Heppo circa annum Domini 1117. XLIX.

50 RICARDUS *b* legitimo Alberto ſucceſſit, geſſitque Pontificatum annos 6. menſes 10. dies 24. Deceſſit die 23. menſis Junii, ut notatur in veteri libro S. Julii, ubi benefactores illius Eccleſiæ accurate recenſentur, in quibus & ipſe numeratur, cum beato Julio Piſcariam in Vemenia munificentiſſime dono dederit. Reperitur etiam ejuſdem mentio in quodam Inſtrumento apud Eccleſiam S. Juliani anno 1118. die menſis Octobris, & 1124. L.

b Malumbra Cremonenſis ex Ariſio in Cremona lit. 1. 4. p. 61. ubi de eo.

51 LITIFREDUS *c* ad eandem dignitatem ſublectus eſt anno 1124. Litifredum ſubſcriptum inveni in ſententia Olrici Archiepiſcopi Mediolanenſis ad favorem Laudenſis Eccleſiæ ann. 1125. lata; adminiſtravitque Novarienſem Eccleſiam annos 27. menſes novem, dies 29. fato ceſſit 1151. 16. Kalend. Junii. Hic inter hujus Eccleſiæ Præſules pietate præcipuus habitus eſt, memoriaque haud deſitura dignus, quippe qui olim per civitatem diſperſos Canonicos compulit ad clauſtrum, communeque domicilium. Saluberrimis ſcriptis legibus, tum populo, tum clero maximo uſui fuit primoque anno ſui Pontificatus, Eccleſiam S. Bartholomæi Monachis Valliſumbroſanis attribuit extra civitatem ad locum, cui cognomen eſt Fons Botonis, ſcilicet ut ibidem monaſterium conſtrueretur, ut poſtea ope ejuſdem Epiſcopi feliciter evenit, cujus Eccleſiæ Oratorium, ac quatuor altaria anno 1128. die 11. m. Octob. conſecravit. Abbati S. Benigni de Fructuaria, ut vocant, poteſtatem fecit ædificandi Eccleſiam Novarienti Diœceſi, in loco, qui appellatur, Oblatus, cujus hodie cenſus Novarienſi ſeminario alendo inſervit. Ab Innocentio III. Pontifice, qui proficiſcebatur in Gallias duo ampliſſima Privilegia Placentiæ obtinuit, alterum in ſui, ſuorumque ſucceſſorum, alterum in Canonicorum cathedralis favorem, quos gratiis ſpecialibus proſequebatur, utrumque autem hic ſubiiciendum curavimus. LI.

c Gente Pirius. Catta.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Venerabili fratri Litifredo Novarienſi Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum. In eminenti Apoſtolicæ Sedis ſpecula diſponente Domino conſtituti, ex injuncto nobis officio fratres noſtros Epiſcopos diligere, & Eccleſiis ſibi à Deo commiſſis ſuam debemus juſtitiam conſervare. Proinde cariſſime in Chriſto frater Litifrede

(1) Othonem hunc imperatoris Nuncium, & Miſſum fuiſſe in Aprutino comitatu, docet chartula refutationis Abbatiæ S. Salvatoris factæ coram prædicto Othone, ut patet in tom. 2. in Aprutinis col. 152. licet perperam referat Ughellius eamdem chartam ad an. 1019. ut oſtendemus in Vicentinis. Adhuc anno 1077. die 3. Aprilis in vivis degebat, tunc enim ejus interventu Henricus IV. Rex pluribus decoravit privilegiis Monaſterium s. Salvatoris Papien. ex diplomate relato à Margherino in Bullario Caſinen. tom. 2. Hinc deducitur male nonnullos eundem ſequentia Alberti ad an. 1075. retuliſſe.

A frede Epiſcope Novarienſis Eccleſiæ, cujus à Deo tibi cura commiſſa eſt ſalubriter providentes, ſtatuimus, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſte, & legitime poſſidet firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis nominibus exprimenda ſubjunximus. Abbatiam videlicet S. Laurentii, Abbatiam S. Bartholomæi in ſubaebio Novarienſi, Abbatiam S. Salvatoris de Caſale, Abbatia S. Silani de Romagnano, Capellam S. Nazarii, Capellam omnium ſanctorum, & S. Salvatoris, Capellam S. Matthæi, capellam S. Andreæ, capellam S. Stephani. Extra civitatem, plebem S. Albini de Mortario cum parochia ſua, & ſeptem capellis, videlicet S. Laurentii, S. Julii, S. Gaudentii, S. Victoris, S. Quiſici, S. Michaelis, S. Petri, in quibus Novarienſis Epiſcopus Epiſcopale jus habere dignoſcitur. In campolato plebem s. Petri, Eccleſiam S. Gaudentii, Eccleſ. S. Majoli, Eccleſ. Alexandri, Eccleſiam de Bereedo, & capellam S. Nazarii, Plebem Vegevenenſem B cum capellis ſuis, plebem de Caſſolo, Eccleſiam de Ceredano, & de Gravalona, Eccleſiam Camari, Eccleſiam Romentini, & Galiati. Plebem Olegii cum capellis ſuis, plebem de Dulciagi, cum capellis ſuis, Eccleſiam s. Julii novam, & antiquam. plebem Varali cum capellis ſuis, plebē de Gattico cum capellis ſuis, plebem Gaudiani cum capellis ſuis, plebem S. Julii cum capellis ſuis, plebem Vemeniæ cum capellis ſuis, plebem Baveni cum capellis ſuis, capellam s. Angeli, & s. Remigii, plebem de Intro cum capellis ſuis, plebem Mergotii cum capellis ſuis, plebem Oxulæ cum ſuis pertinentiis.

Eccleſias omnes, quæ ſunt in Valle Sieidæ. Plebem Grinaſci, & capellas Romaniani, plebem Agamii cum ſuis pertinentiis, & Seciam cum ſuis pertinentiis, plebem Xuni cum capellis ſuis, plebem Quiregii, plebem Peteori, cum monaſterio, & ſuis capellis, plebem de Caſali, & caſtro, & villam ejuſdem Caſalis, plebem Arcamariani cum capellis ſuis, Eccleſiam Monticelli, plebem Veſpolati cum capellis ſuis.

C Quaſcunque prætereà Eccleſias intra, vel extra civitatem Novarienſis Eccleſia poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis in perpetuum, & intemerata manere decernimus. Prohibemus etiam, ut nullus abſque tuo vel ſucceſſorum tuorum aſſenſu vel libera voluntate in Novarienſi Epiſcopatu, ſalva Sedis Apoſtolicæ reverentia, Eccleſiam fundare præſumat.

Nulli ergo omnino hominum fas ſit præfatam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia cum integritate ſerventur eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Si qua igitur in poſterum Eccleſiaſtica, ſeu ſæcularis perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam, ſciens contra eam venire temere tentaverit, ſecundo D tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino Judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, ac ſanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem Eccleſiæ juſta ſervantibus, ſit pax Domini Noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant.

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſc.

† Ego Ubertus presb. card. tit. S. Clementis ſubſcripſi.

† Ego Anſelmus presb. card. tit. s. Laurentii in Lucina ſubſc.

† Ego Iomelſus presb. card. tit. s. Cæciliæ ſubſc.

† Ego Lucas presb. card. tit. ss. Ioannis & Pauli ſubſc.

A † Ego Romanus diac. card. S. Mariæ in Porticu ſubſc.

† Ego Gregorius diac. card. Ss. Sergii & Bacchi ſubſc.

† Ego Steph. diac. card. S. Luciæ in Orſeu ſubſc.

† Ego Otto diac. card. Sancti Georgii ſubſc.

Datum Placentiæ per manum Aimerici Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis & Cancellarii 7. Kal. Julii, indict. 11. Incarnationis Dominicæ 1133. Pontificatus vero Dom. Innocentii Papæ II. anno 3.

Quas autem impetravit pro canonicis, hæ ſunt.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Novarienſis Eccleſiæ Canonicis, tam præſentibus quam futuris in perpetuum. In eminenti Apoſtolicæ Sedis ſpecula divina diſponente clementia conſtituti honeſtas perſonas paterna debemus charitate diligere, & ne ipſi, vel eorum bona pravorum hominum agitentur moleſtiis, ſollicite volumus pro B videre. Quamobrem dilecti in Domino filii venerabilis fratris noſtri Litifredi Epiſcopi veſtri precibus inclinati veſtris rationabilibus petitionibus duximus annuendum. Statuimus igitur, ut quaſcumque poſſeſſiones, vel bona in præſentiarum juſte, & canonice poſſidetis, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poteritis adipiſci, firma vobis in perpetuum, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis nominibus exprimenda ſubjunximus. In civitate Novariæ Eccleſiam S. Ambroſii: in Terecado eccleſias S. Caſſiani, & S. Michaelis, & S. Ambroſii: in Veura eccleſiam S. Gaudentii cum omnibus decimis ſuis, & manſo uno: in Matheo eccleſiam S. Martini cum omnibus decimis ſuis, & manſo uno: in Iuſarno eccleſiam S. Damiani cum omnibus decimis ſuis, & manſo uno: in Matheo eccleſiam S. Martini cum omnibus decimis ſuis, & manſis octo, & diſtricto totius Villæ: in curte nova eccleſiam ſancti Michaelis cum omnibus decimis ſuis, C & ſex manſis, & totius villæ diſtricto: in Quartaria Eccleſiam S. Majoli, cum omnibus decimis ſuis, & ſex manſis, & totius villæ diſtricto: in Quartaria eccleſiam S. Majoli cum omnibus decimis ſuis, & terris, & diſtricto villæ totius: in Baceno eccleſiam S. Gaudentii cum poſſeſſionibus domus Tertianæ: decimam Tredaci cum decem manſis: decimam Romentini: decimam Galiati: decimam Cameri: decimam Pernati: decimam Berzini: decimam Camiliani, & Aguaiati: decimam Oblati: decimam Novaſſe cum omnibus terris ad eandem curtem pertinentibus: decimam Goudianæ cum poſſeſſionibus, quas tenet in eadem villa: decimam Granotii: decimam Monticelli, & viginti modios ficti: decimam Guilengi, cum poſſeſſionibus quas ibidem tenetis: decimam Sociaci, & manſos quos ibi habetis. Caſtrum Nomenonii cum omni diſtricto totius villæ, & decimis, & viginti manſis: decimam Paliati cum duodecim manſis; duos manſos in Terdobiato, unum manſum in Veſpolato: in Nibiliola manſum unum: D in Garbagna manſos duos: in Stodegarda duos manſos: in Caſulino manſum unum, & ficti ſoldos quindecim veteris monetæ Mediolanenſis, & quindecim modios annonæ; duas partes caſtri Moſitii, cum capella S. Stephani, & diſtricto, & teloneo, & honore, & duodecim manſis: in Gargaeengo manſum unum: in Lindiola manſum unum: in Silavengo manſum unum, & molendinum: in Carpiniano manſum unum cum diſtricto ejuſdem manſi. in Agamo manſum unum: in Siciano manſum unum cum ſervis, & ancillis, & ficto ſex ſoldorum: in Fara manſum unum quarta parte diſtricti Ciſti cum tribus manſis, & dimidio: in Caltiniaca tres manſos, & molendinum unum: in Dulciago tres manſos cum diſtricto eorum manſorum; in Momma ſex manſos, & Molendinum: in Albo manſum unum cum diſtricto: in Pramonello piſcariam unam, aliam piſcariam juxta caſtrum Domi: in Maxeria fictum quadraginta denariorum veteris monetæ Mediolanenſis; Canatum,

& Oglon cum piſtariis, olivetis ſuis, & ancillis ſuis. Ad hæc adiicientes decimas, & alias poſſeſſiones, quas in Novarienſi civitate habetis, & diffinitionem controverſiæ, quæ de obedientia, & reverentia clericorum S. Gaudentii, & obſequiis mortuorum inter eos & clericos ejuſdem Eccleſiæ agitabatur à bonæ memoriæ Ricardo Novarienſi Epiſcopo recte factam, & à prædicto fratre noſtro Litifredo Epiſcopo veſtro firmatam, atque à prædeceſſore noſtro ſanctæ recordationis Papa Hon. roboratam vobis nihilominus confirmamus. Decernimus ergo, ut nulli hominum liceat vos ſuper his, quæ univerſitati veſtræ præſentis ſcripti pagina roboravimus, infeſtare, aut aliquam vobis temerariam imminutionem inferre, ſed omnia cum integritate ſerventur veſtris uſibus profutura. Si qua igitur in poſterum Eccleſiaſtica, ſæcularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit & ſecundo tertiove commonita ſatisfactione congrua non emendaverit, à ſacratiſſimo corpore, ac ſanguine Dei, & Domini noſtri Redemptoris Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem vobis juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ retributionis inveniant. Signata, & ſubſcripta hoc modo videlicet,

Ego Innocentius Catholicę Eccleſiæ Epiſcopus ſubſc.

† *Ego Ubertus presb. card. tit. S. Clementis ſubſc.*

† *Ego Anſelmus præſb. card. tit. S. Laurentii in Lucina ſubſc.*

† *Ego . . . . presb. card. S. Cęciliæ ſubſcripſi.*

† *Ego . . . .*

† *Ego Romanus diac. card. S. Mariæ in Portica ſubſc.*

† *Ego Gregorius diac. card. SS. Sergii, & Bacchi ſubſcripſi.*

† *Ego Stephanus diac. card. S. Luciæ in Orfea ſubſc.*

† *Ego Otho diac. card. Sancti Georgii ſubſc.*

† *Ego Guido diac. card. SS. Coſmę, & Damiani ſubſc.*

Datum Placentię per manum Aymerici Diaconi Card. & Cancellarii S. R. E. 7. Kalend. Julii Indict. XI. Incarn. Dom. anno 1133. Pontificatus autem D. Innocentii Papę II. anno 3.



LII. 52 GUILLELMUS è nobili Torniella familia Novarienſis, poſt interregnum duorum annorum, quinque menſium, ac quindecim dierum, Litifredo ſucceſſit ann. 1153. poſtridie Kal. Novembris. Ex quodam Privilegio Friderici Aenobarbi, ſub datum Caſali anno 1155. 3. Non. Januarii, Indictione 3. ejus vero Regni 3. perſpicue datur intelligi, hunc Guillelmum ex donationis decreto cæterorum Imperatorum, Principem fuiſſe Novarienſis civitatis, ipſiuſque Friderici nova donationis ſanctione, qui illum Principis titulo ejuſdem civitatis cohoneſtavit. Cæterum Guillelmus Friderico addictus, in eo ſchiſmate, quod inter Victorem Pſeudo-pontificem, Alexandrumque III. ebullivit, Antipapæ adhæſit, interfuitque Conciliabulo Papienſi cum aliis Inſubriæ Epiſcopis, qui iiſdem acceſſerant partibus, in favorem Victoris. Quamobrem hos omnes Joannes Anagninus Cardinalis Legatus, tamquam ſacrilegos ſuffragatores, anathematis telo percuſſit, ac ipſe Guillelmus ab Alexandro deinceps honore Epiſcopatus ſpoliatus eſt, tamquam ſchiſmaticus, fautorque Roncalienſis Conventus, cui interſuerat, ut ſcribit Radaucius in Appendice. Subſcriptus etiam reperitur Guillelmus in quodam diplomate ejuſdem Friderici anno 1157. Eccleſiæ Viennenſi indulto apud Bibliothecarium Flaviacenſem.

53 GUILLELMUS Falettus hujus nominis ſecundus Torniello ſubrogatus eſt. Ipſe etiam (niſi me conjectura fallit) à Friderico in Novarienſem ſedem intruſus: illius enim, niſi electi, nulla mentio extat, ut ex quodam inſtrumento poteſt intelligi, condito anno 1168. Neque aliud præterea de ipſo occurrit. LIII.

54 BONIFACII *a* memoria extat ab anno 1172. uſque ad annum 1191. Quo ipſo anno creditur exceſſiſſe è vivis. Subſcribitque ſe privilegio Henrici VI. 1191. Eccleſiæ Caſinenſi conceſſo. Crediderim hunc legitimum Epiſcopum fuiſſe, vel certe poſt lapſum, cum Eccleſia, ejuſdemque vicario rediiſſe in gratiam, quando Lateranenſi Concilio legitur interfuiſſe celebrato ab Alexandro III. ann. 1179. ſeque cum cæteris ſuffraganeis poſt Archiepiſcopum Mediolanenſem ſubſcripſiſſe, ut videre eſt in actibus, ac ſubſcriptionibus illius Concilii. LIV.

a Avogadri ex Cotta.

55 OTHO ſedit annos tres. (*„ Otho Caſalius „ floruit an. circiter 1195. ex Cotta*) LV.

56 PETRUS *b* ex Cathedralis Canonico Novarienſem emerſit ad ſedem, cujus electionis meminit Innocentius III. in Epiſtola ad Epiſcopum Laudenſem, itemque in altera ad Canonicos Novarienſes, quæ compendiario relata conſpicitur in cap. cauſa, de ſenten. & rejudic. Cæterum Petrus aliquando pro Eccleſiaſtica juriſdictione tuenda à propria exulavit ſede, ut in ſuis ad Capitulum Novarienſe Innocentius III. memorat literis ſcriptis anno 1200. quæ extant in Regeſt. Vatic. lib. 3. epiſt. 6. in hunc modum. LVI.

b Epiſc. Vercellenſem cum Abbate de Tileto velut Legatos Apoſt. ſedis inquiſitionem feciſſe contra hunc ferunt, [illegible] Canon. [illegible] Familia [illegible] fuiſſe narrat Cotta in Muſæo.

Capitulo, Abbatibus, & univerſo Clero Novarien.

Si ad ovile dominicum pertinetis, ſi paſtoris illius vocem auditis humiliter, & humilius exauditis, qui pro ovibus ſuis animam ponere ſe teſtatur, non debetis pro vobis ipſis, & Eccleſiaſtica libertate, ſi oporteat, perſecutionum aculeos, & onus effugere paupertatis extremæ, qui pro ſalute fratrum, ſi neceſſitas poſtulet mortem tenemini non vitare, cum ſciatis in Evangelio eſſe ſcriptum, quod beati pauperes ſpiritu, & beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum Cælorum. Debetis etenim vos opponere murum pro domo Domini in die prælii aſcendentibus ex adverſo, ne poſſitis vel mercenariis, ad quos non pertinet de ovibus, vel canibus mutis latrare non valentibus comparari; nec minus tenemini de civitate in civitatem effugere perſequentes, ut eos fugiendo fugare poſſitis, vel potius ab erroris ſui præcipitio revocare. Sane ſi Matris veſtræ Novarien. Eccleſiæ vos tangit injuria, ſi venerabilis fratris noſtri Novarien. Epiſcopi patris veſtri exilium vos conturbat; ſi corda veſtra zelus divinæ legis accendit ne pervertamini cum perverſis, & ex cohabitationis vel participationis conſortio Novarien. vos labes inficiat, vos oportet ſollicite præcavere. Ipſi etenim tamquam ingratitudinis filii, & cætera fere ut ſupra uſque in finem.

Dat. Later. anno 3.

Aliquot deinde bona fiduciario jure attribuit Jacobo, aliiſque de Momo anno 1202. Quatuordecim annos Novarienſem adminiſtravit Eccleſiam, fatoque ceſſit anno 1210.

GE-



LVII. *a De eo Ciaconius Oldoini adn. 2. col.*

57 GERARDUS Seſſius *a* ex Rhegio Lombardiæ, paulo ante Canonicus Parmenſis, poſtea Monachus Ciſterc. tum & Abbas S. Mariæ de Tileto Aquenſis diœceſis, Petro ſuffectus eſt anno 1210. Ad ipſum jam Præſulem electum Innocentius III. Pontifex literas dedit, ut cognita cauſa Epiſcopi Albingaunenſis, miniſterio altaris, unde depulſus fuerat, illum reſtitueret. Quæ quidem Epiſtola prodit Innocentium Pontificem Seſſium, jam tum Tileti Abbatem ad hujuſmodi cauſam cognoſcendam, dirimendamque cum Lothario Vercellenſi Epiſcopo, qui poſtea Archiepiſcopus Piſanus renunciatus eſt, jam antea delegaſſe. Eundem etiam declaravit Innocentius Inſubriæ legatum, ut qua dexteritate agendi, qua dicendi copia Inſubriæ populus contra Othonem IV. à communione fidelium ſegregatum armaret. Munere etiam legati Apoſtolici functus eſt, cum eligendus foret Placentinus Epiſcopus, eidemque pleniſſimam poteſtatem electores feciſſent, quemcumque voluiſſet, eligendi, Fulconem ſingularis ſanctimoniæ Placentinum Præſulem renunciavit. Ibi ergo ſynodum celebravit, latiſque ſaluberrimis legibus, Placentinis Canonicis communem convictum in quodam decreto perſcripſit, quod eo libentius hic duximus ſubjiciendum, quod inde perſpicue eruitur, jam tum Gerardum ab eodem Innocentio III. fuiſſe adlectum Epiſcopum Cardinalem Albanenſem in locum demortui Joannis an. 1210.

Gerardus permiſſione divina Albanen. electus Apoſtolicæ Sedis Legatus.

Dilectis filiis Præpoſito, & Canonicis Placentinis ſalutem æternam in Domino. Ex injuncto nobis Legationis officio compellimur conſuetudines Eccleſiarum laudabiles, atque honeſtas conſervare, cuſtodire, & innovare, & eas deſtruere, & extirpare, quæ canonicis contradicunt diſciplinis. Eapropter auctoritate, qua fungimur, innovamus, & innovantes ordinamus, & ſtatuimus, & confirmamus, ut juxta mandata Apoſtolica Adriani, Lucii & aliorum Romanorum Pontificum, & juxta laudabilem morem veſtrum antiquum, in uno Refectorio inſimul comedatis, divinam cum ſilentio lectionem audientes, in communi dormitorio dormiatis, non in cameris ſeparatim, niſi cauſa infirmitatis, vel cauſa vacandi ſcholaſticis diſciplinis: in capitulo conveniatis quotidie, ut de commiſſæ vobis Eccleſiæ negotiis, tam ſpiritualibus, quam temporalibus communiter pertractare valeatis, pannos rotundos deferentes, in Eccleſia conſtitutis horis, Domino ſecundum Canonicorum conſuetudinem. Confirmamus etiam vobis conſuetudines antiquas, quas habetis in inſtitutionibus cuſtodum &c. ſcript.

Ego Guala Muricula ſacri Palatii Notarius, confirmationem iſtam ſcripſi, & de mandato præfati domini Legati autenticavi & in camera ſuperiori Palatii pincti Novarienſis Epiſcopatus 1211. Indict. 14. die 6. Octob.

Retinuit etiam tunc Novarienſem dignitatem, ut in quibuſdam inſtrumentis videre eſt, in quibus ſubſcribitur electus Novarienſis; Meminit etiam Cardinalitiæ dignitatis Gerardi Carolus Sigonius, & nos in noſtris additionibus ad Ciaconium. Idem Gerardus cum demoraretur Cremonæ, electus fuit Archiepiſcopus Mediolanenſis, ex Uberti Pirovani deceſſu, ibidemque poſt dies triginta è vita diſceſſit, ut ſcribunt Corius, Honufrius, Caſtilioneus, & alii. Conſule, quæ ſupra narravimus de Epiſcopis Albanenſibus, Archiepiſcopiſque Mediolanenſibus. Memorant autem Monaſterium de Tileto in diœceſi Aquenſi, Mediolanenſis ditionis, olim inſigne, præclarumque Ciſtercienſis ordinis Cœnobium, quicumque unquam de illius Ordinis Monaſteriis ſcripſere, quod conſtat olim, tum pietate, tum doctrina viros protuliſſe præſtantes; quo magis dolendum eſt hodie ex injuria, ingluvieque commendatariorum ſqualere ruinis.

58 ODELBERTUM Torniellum ex Præpoſito S. Gaudentii, poſt longam concertationem, Novarienſem promoverunt ad ſedem, cujus electionem Innocentius III. ratam eſſe juſſit, qui ad Clericalem Senatum hujuſmodi tenoris literas dedit. LVIII

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.
Novarienſi Capitulo.

Auditis olim, & intellectis, quæ à Procuratoribus partium ſuper duabus electionibus in veſtra Eccleſia celebratis fuere propoſita coram nobis, de communi fratrum noſtrorum conſilio, electionem factam de Præpoſito S. Mariæ caſſavimus, & electionem de Præpoſito S. Gaudentii celebratam duximus confirmandam ſi quoddam inſtrumentum reprobaretur infra temporis certum ſpatium contra ipſum, ſuper cujuſdam arbitrii forma productum, quod venerabili fratri noſtro Archiepiſcopo Januenſi, & dilectis filiis de Telieto, & de Cerreto Abbatibus, ſub Bulla noſtra miſimus interclusum. Ipſi vero receptis probationibus exhibitis coram eis, cauſam ſufficienter inſtructam, ad noſtram audientiam remiſerunt. Procuratoribus igitur partium in noſtra præſentia conſtitutis, & auditis hinc inde propoſitis, quia per ea, quæ contra prædictum inſtrumentum objecta ſunt, & oſtenſa, idem adeo redditum eſt ſuſpectum, quod ad fidem in judicio faciendam, debeat invalidum reputari, & ita reprobatum, quod ad illud, ad quod probandum erat inductum, cum proniora ſint jura ad abſolvendum, quam ad condemnandum, electionem factam de prædicto Præpoſito S. Gaudentii confirmavimus per Apoſtol. ſcript. vobis præcipiendo mandantes, quatenus ipſi obedientiam, & reverentiam debitam impendatis, eidem reverenter in ſpiritualibus, & in temporalibus intendentes. Alioquin venerab. fratri noſtro Vercellen. Epiſcopo Apoſt. Sedis Legato, noſtris damus litteris in mandatis, ut vos ad id monitione præmiſſa, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione remota, compellat.

Dat. Lateran. 12. Kal. Junii Pont. noſtri anno 16.

Cæterum Odelberto cives Novarienſes principatum civitatis, juriſdictionemque ademerunt; quamobrem inter partes immortales, diuturnæque contentiones extitere. Demum cum Epiſcopus lenioribus & factis, & verbis ad ſaniorem mentem revocare cives nequicquam conatus fuiſſet; contumaces deinde telo religionis perculit, anno 2. ſui Pontificatus, qui fuit 1219. ſed cum rem omnem deinceps ad arbitrium Compromiſſariorum, Jacobi ſcilicet Epiſcopi Taurinenſis, atque Henrici Septala Mediolanenſis electi, dirimere, componereque placuiſſet, probe perſpectis omnibus, eam tulere ſententiam, quam hic apponere viſum non eſt cum Inſtrumento compromiſſi, cum ipſum facere non neglexerit Baſilica Petri, qui ex originali omnia hauſit, ut pleniori rei cognitione lectores ſuos compleret. Strenue autem Novarienſem rexit Eccleſiam annos 21. menſes 10. Ejuſdemque jura contra parum pios uſurpatores indefeſſe defendit, In eamque curam ubique, & ſemper vigilanter incubuit: inter benefactores S. Julii, ut in ejuſdem Eccleſiæ libro notatur, gratitudinis ergo numeratur. Deceſſit Odelbertus circa annum 1237. Præſul ſane apud omnem poſteritatem memorandus in paucis.

ODEL-

LIX. *a F. fund-lis Bullo, ſeu Bullo-Lotta.*

59 (1) ODELMARIUS *a* ſedit annos quatuordecim, menſes ſex, dies decem. Apud Inſulam S. Julii fato ceſsit, die 10. menſis Aprilis, ibidemque ſepultus fuit circa annum domini 1250. cum multas pertuliſſet ærumnas in iis bellis, quæ inter Federicum II. Eccleſiamque graviter exarſerunt.

LX. *b De Caballatiis, de quo Cotta in Muſæo Novar. p. 251.*

60 SIGEBALDUS *b* electus circa annum 1250. ut notat Marinus de Ebulo in formulario.

Sigibaldo electo Novarien.

Etſi omni tempore illarum perſonarum ponderanda ſit fides, & probanda ſinceritas, quibus ſuprema Eccleſiarum gubernacula ſunt credenda, nunc tamen potiſſimum nobis propenſior hujuſmodi ſolertia circumſpectionis incumbit, quando navem Petri, in qua ſummus gubernaculi locus noſtræ ſolicitudini à Domino eſt commiſſus, procelloſis turbulenti ſæculi fluctibus ſub noſtro remigio agitatam per tales nobiſcum regi oportet & dirigi, qui adverſus tempeſtuoſos impetus in fervore fidei prævalentes valeamus adverſantibus non relinquatur, ſed in eorum ſolita charitate cum violentior ingruerit tentationis impulſus, ejuſdem navis anchora inconvulſa conſiſtendi reperiat firmitatem. Sane nuper Novarien. Eccleſia ſui paſtoris ſolatio deſtituta, nos de ipſius ordinatione tanto ſolertius cogitantes, quanto ipſam, ejuſque populum, interius in Chriſti viſceribus continemur, ac talem illi cupientes præeſſe Pontificem quem clara ſuorum meritorum inſignia redimirent, nec dubia foret ipſius caritas erga plebem ſuo regimini commendandam & in cujus fide fida recumberet ſecuritas ſubditorum, in te direximus oculos mentis noſtræ, quem nobis & fratribus noſtris de litterarum ſcientia, honeſtate vitæ, prudentia ſpiritualium, temporalium providentia, devotione ad Apoſtolicam Sedem, & Eccleſiam ac civitatem Novarien. nec non ſtatum Provinciæ fervida caritate, familiaris experientia converſationis diutinæ approbavit. Verum in tantum te nobis utilitas neceſſarium, neceſſitas utilem, converſatio placidum, vita gratum, probatum probitatis tuæ experientia exhibebat; quod te à præſentia noſtra non ſine quadam amaritudine cordis noſtri avellimus, in quo ſpiritus noſtræ quietis fecerat ſibi locum, ſed coegit nos caritas Eccleſiæ viduatæ, quam de viro ſecundum cor noſtrum volumus ordinari: ſuaſit quoque publica utilitas populi deſtituti paſtore quam duximus privatis voluntatis noſtræ affectibus præponendam. Meritorum vero tuorum elegantia flagitavit, ut ſuper candelabrum domus Domini quamtumlibet invitus in lucem populi tollereris. Quapropter gregi dominico ſpeciali volentes diligentia providere, de conſilio eorumdem fratrum noſtrorum, in nomine Domini te præfatæ Novarienſi Eccleſiæ præfecimus in Epiſcopum & paſtorem, firmam ſpem, & fiduciam retinentes, quod eadem eccleſia, Deo auctore, per tuam induſtriam in ſpiritualibus & temporalibus proficeret incrementis. Tolle igitur jugum Domini tam leve collis humilibus, quam grave ſuperbis, & in dilectione Dei paſcendum ſuſpice gregem ejus, ut liber aditus non pateat invaſorum. Beatus ſiquidem eris ſi Dominus inſuſpicabili hora venturus te invenerit ſic agentem, quia curſu conſummato quod ſuo labori proponitur in his fide ſervata quæ tuæ ſolicitudini committuntur, te immarceſcibili corona juſtitiæ decorabit.

Datum &c.

Sigebaldus vero ſedit annos 20. dies 5. In monumentis Novarienſis Eccleſiæ hujus Epiſcopi frequens memoria extat, ab anno 1250. uſque ad annum 1268. In rebus ab eo præclare geſtis ſynodus illa enituit, quam in ſuo Epiſcopali Palatio celebravit anno 1257. die 7. menſis Septembris die Lunæ. In ea ſiquidem optimis decretis, ac legibus inſtituit clerum, & omnia, quæ Gerardus Seſſius aliquando ſanxiſſet, obſervanda mandavit, quem Novariæ electum appellat, Albanenſem Cardinalem atque Apoſtolicum legatum, litera G tantum appoſita, ut, ex mora illius ſæculi, Gerardus Seſſius intelligeretur. Duos annolos aureos hic optimus Præſul Eccleſiæ S. Julii legavit, ut anniverſarium pro animæ ſuæ expiatione ſemel celebraretur, die 3. menſis Octobris. Obiit circa annum 1271.

61 GUIDO de Pintio electus à Capitulo, à Gregorio X. confirmatur 13. Kal. Februarii anno 1272. ita in Regeſt. Vatic. ep. 121. fol. 48. ann. 2. Quem Tabulæ Novarienſes perperam Guillelmum appellant. Paulus Morigia aſſerit hunc Guillelmum Epiſcopum fuiſſe Mediolanenſem, è nobili Citadina gente, & circa hæc tempora floruiſse; Nicolaus autem Paſchalinus de Vir. Illuſtr. Bononienſibus narrat Guillelmum quemdam filium Albergati Bononienſis Novariæ fuiſse Epiſcopum, vixiſſeque anno 1290. ſed uterque toto cœlo aberrat, cum ab anno 127ſ. quo Sigebaldus exceſsit è vivis, uſque ad annum 1287. menſis Februarii, nullus legitimus Paſtor præfuerit Novarienſibus, niſi Guido Pintius, qui fato ceſsit anno 1279. vacavitque ſedes octo omnino annos; habetur in Regeſt. Vatic. Eccleſiæ Novarienſis Paſtore vacantis reſervatio Martini IV. Papæ. Datum Urbeveteri 3. Id. Januarii anno 1. ep. 128. ſol. 59. Chriſti anno 1282. Fratris vero Engleſii electio, facta ab Honorio IV. anno 1287. hunc Gordianum nodum abunde diſſolvat: cum enim electorum æſtuante comitio pars elegiſſet Franciſcum Archidiaconum, pars Raynonem Præpoſitum S. Gaudentii, interque electos pertinacior concertatio fuiſſet exorta, quæ octo ipſos annos tenuit, tandem Raynon poſt provocationem ad Apoſtolicam Sedem deceſſit, ceſſitque juri ſuo Franciſcus Archidiaconus, itaque Pontifici liberum fuit, quemcumque libuiſſet ad eam dignitatem vocare, promovit igitur fratrem Engleſium.

LXI.

LXII. *c Al. Angeſius hom.*

62 Fratrem, inquam, ENGLESIUM *c* de Caballatiis Novarienſem, ex ordine Minorum, Honorius IV. provexit ad ſedem, poſt octo annorum illius Eccleſiæ interregnum, anno ſcilicet 1287. 16. Kal. Martii, ut Bulla prodit, quam ex Regeſt. Vaticano hauſit Waddingus, eamdemque retulit in 2. Tom. Annalium Frat. Minor. De Engleſio autem tenuior ad poſteros dimanavit memoria, quod breviſſimus Pontifex fuerit. Anno tamen 1288. die 24. menſis Februarii Inſtrumentum quoddam Xenodochii charitatis ratum eſſe juſſit. Obiit anno 1290. *d* poſt cujus exceſſum, Henricus Archipresbyter dictæ Eccleſiæ, & Matthæus Vicecomes, Præpoſitus Eccleſiæ de Dexio Mediolanen. diœceſis, eliguntur in contentione à Capitulo, qui tamen à Romano Pontifice non fuerunt confirmati, Cœleſtinus enim V. utriuſque electionem inanem, & irritam declaravit, Bonifacius vero VIII. ſequentem ſubſtituit Papinianum, Matthæus vero etſi vitio creatus, pro legitimo electo ſe geſſit anno 1291. Quo ipſo tempore cum demoraretur in Aula Romana, ab Othone Archiepiſcopo Mediolanenſi, cæteris comprovincialibus Præſulibus Legatus adlectus eſt, ab ipſis admonendus, quid eorum Senatus ſanxiſſet pro recuperationa Terræ ſanctæ. Extat Matthæi memoria uſque ad annum 1295. Quo ipſo anno creditur diſceſſiſſe è vita.

d 1289. die 10. Aprilis. Cotta.



LXIII 63 PAPINIANUS Taurinenſis, è nobili Robo-

(1) Oldonem Tettonem Novarienſem Epiſcopum à Gregorio IX. electum an. 6. m. 2. ſediſſe narrat Galeſinus apud Cottam in Muſæo Novarien. p. 19.

borea familia, Canonicus Regularis S. Andreæ Vercellenſis, Bonifacii VIII. Capellanus, & ſacri Palatii Auditor, Novarienſem ſedem obtinuit anno 1296. 2. Non. Februarii, inauguratuſque fuit ab eodem Bonifacio. Papinianum vero è nobili Roborea gente fuiſse, liquido patet, ex epitaphio Franciſci fratris, quod in cœmeterio hujus Eccleſiæ adhuc ſpectatur, & ſequens eſt.

Hic jacet extinctus Franciſcus nobilis intus,
Taurini natus, de Rovole ſtirpe vocatus,
Moribus ornatus prudentibus, & decoratus
Laudibus, & . . . . . . mitis fuit, atque benignus,
Cujus germanus nam Præſul Papinianus
. . . . . . hic corpus humani
. . . . animæ ſalutare gerentes.

Eccleſiaſticam diſciplinam diligentiſsime excoluit. Quamobrem in ſui Pontificatus exordio, anno ſcilicet 1297. menſe Junio ad corrigendum Clerum plura condidit ſalutaria decreta, cavitque præcipue, ut Cathedralis Canonici intentiori cura publico choro, hoc eſt divinis precibus perſolvendis, intereſse vellent. Synodum convocavit anno 1298. menſe Majo, in qua conſtitutionum promulgavit volumen, unde probe vivendi Clerus ſibi præcepta deſumere poſset; extatque etiam nunc, illis magno uſui futurum, qui vitam Eccleſiaſticam pie profiteri inſtituunt. Eccleſiam S. Gaudentii conſecravit die octavo Reſurrectionis Dominicæ, ut è ſubjectis verſibus, in veteri quodam Codice Eccleſiæ S. Gaudentii exaratis, relatiſque in Catalogo Præſulum Novarienſium Baſilicæ Petri legitur.

Largus, & Urbanus Antiſtes Papinianus,
Eccleſiam charam bene conſecravit & aram,
Cujus Confeſſor Gaudentius extitit actor
Urbis defenſor, ſed hujus verus amator,
Anno milleno, bis centum, nonquegeno
Octavo, prima die ſolis Paſcha ſecuta,
Quod tunc officium juſſit ſemper celebrandum,
Pro quibus ipſe bonis laudetur omnibus horis.

Adminiſtravit hanc Eccleſiam Papinianus annos quatuor, annoque 1300 3. Non. Junii ab eodem Bonifacio VIII. ad Parmenſem Eccleſiam fuit translatus, viceque Cancellariatus munere exornatus, quod idem munus geſsit etiam ſub Benedicto XI. Pontifice Maximo.



LXIV 64 BARTHOLOMÆUS Quirinus, nobilis Venetus, Venetiarum antea Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam translatus eſt anno 1302. 6. Id. Januarii, ex Reg. Vatic. E. 321. f. 257. ann. 8. Bonifacii, anniſque à ſua translatione fere exactis duobus Tridentinus Epiſcopus effectus eſt à Benedicto XI. anno 1304. 4. Id. Januarii, ita in Reg. E. 204.

LXV 65 HUGUCCIO de Borromæia, a Vercellenſis, & Canonicus Leodienſis, eandem dignitatem obtinuit anno 1304. 11. Kal. Martii, ut in Reg. E. 527. cohoneſtatuſque eſt titulo Comitis Novarienſis. Hic ſua juriſdictione ita uſus eſt, ut cum Valleſios Gibellinos à ſuorum injuria lenioribus verbis non potuiſſet, armis repreſſerit, ſiquidem non ſemel pro grege ſibi commiſſo erecto telo depugnavit cum hoſte. Anno 1305. rata eſſe juſſit, quæcumque Sigebaldus Epiſcopus Canonicis S. Julii indulſiſſet: anno vero 1307. ad promovendam Eccleſiaſticam diſciplinam aliquot condidit decreta, à Cathedralis Canonicis præcipue obſervanda, dum divinas laudes per ſubſellia depoſiti urgerent. Ex auctoritate Apoſtolica Caſſioni Turriano Mediolanenſi Archiepiſcopo ſemel adeptam dignitatem aſſeruit 1308. In Ambroſiano templo Henrici VII coronationi interfuit anno 1311. dum Italiæ Rex appellaretur. Annoque inſecuto omnium privilegiorum confirmationem obtinuit, cum ipſius Novariæ principatu, ejuſdemque territorii, quæcumque aliquando Novarienſibus Præſulibus cæteri Cæſares indulſiſſent. Sub datum Mediolani 3. Non. Aprilis, Indictione 10. ejuſdemque Regni 3. anno per manus Fr. Henrici Tridentini Epiſcopi ſacræ Aulæ Cancellarii. Eodemque anno promulgavit ſtatuta à Canonicis S. Julii obſervanda. Mortuo Clemente V. Sacrum Cardinalium Collegium Huguccionem Avenionem vocavit, ſummo creando Pontifici interfuturum, ibique tamdiu moratus, quamdiu Joannem XXII. Pontificem renunciarunt. Condidit teſtamentum ob plura pia legata memorandum anno 1320. quod adhuc Archivium dictæ Cathedralis diligentiſſime conſervat. Quatuor Capellanias, ut vocant, cum ſatis amplo cenſu, in quatuor principibus Eccleſiis fundavit, Cathedralis ſcilicet, S. Juliani, S. Julii, ac S. Gaudentii. Viginti argenteos calices, cælataque vaſa, nobilemque ſupellectilem diverſis Novariæ Eccleſiis munificenter legavit: pauperibus autem, monaſteriiſque, quorum fuerat amantiſſimus, plura ex teſtamento diſſolvenda mandavit. Obiit diem poſtremam 1329. Præſul memorandus in paucis, ſive pietatem expleret, ſive opportune in hoſtes arma tractaret.

a De quo Cotta in Muſeo Novar. p. 170. & Roſſotus in Syllabo ſcript. Pedemontii. pag. 334. Mandiſ.

LXVI 66 JOANNES Vicecomes, filius Matthæi Principis Mediolani, à Joanne XXII. Pontifice hanc Eccleſiam obtinuit anno 1329. cum ſe Cardinalitia purpura abdicaſſet, ad quam ab Antipapa Nicolao Corbario vocatus fuerat, neque multo poſt ipſius civitatis dominio potitus eſt, anno 1332. Hic ille Joannes Vicecomes eſt, qui poſtea Archiepiſcopus Mediolanenſis renunciatus, tota Inſubria, aliiſque Italiæ civitatibus ſubactis, qua ſpirituali telo, qua militari mucrone, ſuis hoſtibus formidabilis evaſit. Cæterum Novariam adminiſtravit uſque ad annum 1342. De quo vide ſupra in Catalogo Archiepiſcoporum Mediolanen.



LXVII. 67 Fr. GUILLELMUS Amidanus b, nobilis Cremonenſis, ex ord. Eremitano S. Auguſtini, inſignis Theologus, ac juriſconſultus celebris, ſui Ord. Prior Generalis, à Clemente VI. Pontifice electus eſt Novarienſis Antiſtes anno 1341. 16. Kal. Auguſti in Reg. Vat ep. 23. f. 133. an. 1. lib. 6. communium. Cum ſui ordinis generale magiſterium cum laude geſſiſſet, præclare ſe geſſit in adminiſtratione hujus Eccleſiæ: ſubſtruxitque in eminentiori loco Epiſcopatus munitiſſimam Arcem, & collabentia vitio vetuſtatis plura ædificia refecit. Novariæ atque Cremonæ ſui ordinis Monaſteria ampliavit, auxitque fortunis; ſuo ingenio digna plura monumenta

b De quo Ariſius in Cremona liter. tom. 1. pag. 162. Cotta in Muſeo Novarien. p. 207. Et Gandulfus de 200. Script. Auguſt. p. 144. Mandiſ.

reli-

reliquit; juſſus enim à Joanne XXII. ſcripſit de auctoritate Apoſtolica, commentaria in quatuor Evangelia: ſuper quatuor libros ſententiarum, orationes, ſermoneſque quamplures, ut referunt Joſeph, Pamphilus, Jordanes de Saſſone, S. Antoninus, Volaterranus, ſupplementum chronic. aliique non pauci. Adauxit, exornavitque Epiſcopale Palatium, alterumque in inſula S. Julii à fundamentis excitavit, ut Epiſcopo illuc divertendi pro domicilio eſſet; prodit hanc Guillelmi munificentiam inſcriptus lapis in hæc verba. A

M. CCC. XLVI.
R. in Chriſto Pater Fr. Guillelmus
de Cremona
Ord. Fratrum Eremitarum S. Auguſtini,
Epiſcopus Novarienſis,
& Comes fecit ædificari iſtud Palatium
ad honorem Dei,
& Sanctæ Novarienſis Eccleſiæ.

In Pago vero Veſpalato alterum conſtruxit Palatium anno 1351. ubi in Turri Epiſcopalis Caſtelli hæc marmorea inſcriptio legitur. B

Iſtud P. ædificari fecit
R. P. D. Fr. G. Epiſcopus Novarienſis
de Ordine
Fratrum Eremitarum S. Auguſtini
ſub A. D. M. CCC. LI.

Eccleſiaſticos ſuæ ditionis compulit, ut bona, quæ poſſidebant, ſcripto mandarent, uno deinde volumine dirigenda, inque Archivio cathedralis aſſervanda. Clericorum vitam, moreſque optimis decretis inſtituit, plurimis ſublatis abuſibus. Evulganda cathedralis ſtatuta curavit, canonicoſque Regulares Eccleſiæ S. Matthæi prope Novariam ad puriores mores traduxit. E vivis exemptus eſt anno 1355. *a* die 29. Januarii. Ejuſque corpus delatum Papiam, ex teſtamento conditum fuit in Eccleſia S. Auguſtini ad dextram ſacelli ejuſdem, ſine ullo epitaphio. Anno vero 1608. Fratres ejuſdem Cœnobii tanti Præſulis memoriam excitarunt, hoc in marmore ſculpto epitaphio. C

a It. fuit probat Cotta in Muſæo.

D. O. M.

Guillelmo Amidano viro nobili Cremonenſi
totius Auguſtinianorum Famil.
Priori Generali,
Novariæ demum Epiſcopo
hic ſine memoria dormienti,
qui memoratu dignis. hoc S. Auguſtini
Monaſterium
à Joanne XXII. Pont. Max. jam conceſſum
M. CCC. XXXI.
primus ædificabat, Prior, & Fratres
beneficentiæ memores
tanto Antiſtiti meritiſſimo
P. P.
Anno M. DC. VIII.

In Palatio tamen Epiſcopali ejus ſpectatur effigies, atque ſtemmata, quæ ad votum populi ſibi compoſuit; inſignia ſcilicet Guelphicæ, & Gibellinicæ partis in ſcuto hinc inde diviſa, ut eo commento intuentes moneret, adeo ſe nulli partium ſtuduiſſe, ut etiam tamquam communis Pater ſeraliter diſſidentes curaverit in unum fœdus coire. D

LXVIII. 68 OLDRADUS ad eandem ſedem ſubvectus eſt anno 1357. ſuique anteceſſoris ſtatuta tamquam à ſe noviter procuſa, obſervanda mandavit. Fiduciario jure plura bona conceſſit: extatque in pluribus inſtrumentis ejus memoria uſque ad ann. 1385. Eo Joannes Vicecomes Novariæ Dominus familiariter uſus eſt. Potuit deceſſiſſe circa ann. 1388.



69 Fr. PETRUS Filiargius *b* ex ordine Minorum, Vicentinus antea Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam translatus eſt an. 1388. Quam adminiſtravit uſque ad annum 1402. translatuſque eſt ad Archiepiſcopatum Mediolanenſem, ac paulo poſt Cardinalis creatus, Apoſtolicam etiam ſedem ſub nomine Alexandri V. conſcendit. Vinceslaum Imperatorem precibus exoravit, ut quæ aliquando Novarienſi Eccleſiæ indulta fuerant Privilegia, novo diplomate, quod ſequens eſt, confirmaret. LXIX

b De eo fuſe Cotta in Muſæo Novarien. pag. 47. & Ciaconius Oldoini t. 2. col. 721. & 773. Mand.

Vinceslaus Dei gratia Roman. Rex ſemper
Auguſtus, & Boemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam.

Notum facimus tenore præſentium univerſis, inter cætera, quæ ſolicitudinis noſtræ cura quotidiana, & diligenti deliberatione revolvit, illud occurrit noſtræ conſiderationi præcipuum, qualiter venerandas Orthodoxæ fidei noſtræ cultus ſua pacis amœnitate proficiat; ut quando præ cæteris mundi principibus divina dextera noſtrum altius erigit ſolium, eo per officioſæ gratitudinis debitum noſtra, & noſtrorum ubique devotio ſibi ſolvat munera grattarum, licet enim majeſtatis noſtræ circumſpecta benignitas univerſorum ſaluti de innata ſibi clementia teneatur intendere, ad illa tamen præcipue ſpeciali quadam inclinatione favoris meditari devot aſſiduæ, quæ miniſtrorum Dei, & Eccleſiaſticarum perſonarum, harum præſertim quas intemeratæ fidei forma conſtantia, & inveterati laboris diuturnitas claris teſtimoniis recommendant commodum reſpiciunt, & honorem, ſane pro parte venerabilis Petri Novarienſis Epiſcopi noſtri, & Imperii Sacrij Principis devoti dilecti oblata nuper Majeſtati noſtræ ſuplex petitio continebat, quatenus ſibi, & Eccleſiæ ſuæ privilegia, & litteras quæ, & quas à recolendæ memoriæ illuſtribus, & quondam prædeceſſoribus noſtris Romanorum Imperatoribus, & Regibus ſuper nonnullis gratiis, juribus, libertatibus, & immunitatibus obtinere dignoſcitur, quorum etiam privilegiorum partem de verbo ad verbum præſentibus inſeri mandamus, auctoritate Romana Regia approbare, ratificare, auctorizare, innovare, confirmare, & omnia, & ſingula in dictis privilegiis contenta de novo concedere dignaremur. Tenor vero privilegiorum ipſorum, & primo quidem Othonis Romanorum Imperatoris ſequitur in hæc verba. Otho, &c.


Nos igitur præfati Epiſcopi donationis inſignia, & alia multiplicia probitatis, & virtutum merita, quibus noſtram celſitudinem, & ſacrum Romanum Imperium hactenus ſtuduit attenta diligentia ſpecialiter venerari, claræ mentis noſtræ oculis limpidius intuentes, illius ſupplicationibus ad omnipotentis Dei, & ejus intemeratæ genitricis honorem favorabiliter inclinati, penſantes nihilominus ſincerum devotionis affectum, quem præfati prædeceſſores noſtri Romani Imperatores, & Reges ad prædictam Novarienſem Eccleſiam habuiſſe noſcuntur, & eorum in hoc veſtigia ſequi volentes, præſertim cum juſte petentibus non ſit denegandus aſſenſus, non per errorem, aut improvide, ſed animo deliberato, ſano Principum, Comitum, Baronum procerum, & aliorum noſtrorum, & imperii ſacri fidelium accedente conſilio, de plenitudine Romanæ Regiæ poteſtatis,

ac de

ac de certa noſtra ſcientia præfato Epiſcopo, ſucceſſoribus ſuis, & Eccleſiæ ſuæ prædictæ privilegia, & litteras prædictas, prout de verbo ad verbum expreſſantur ſuperius; nec non omnia, & ſingula alia privilegia, ſeu litteras à Divæ memoriæ quon. prædeceſſoribus noſtris Romanorum Imperatoribus, & Regibus, Epiſcopis, & Eccleſiæ Novarienſis ſuper quibuſcumque gratiis, juribus, libertatibus, & immunitatibus, conceſſa, ſeu conceſſas, ac ſi eorum tenores diſtincte, & ſeriatim præſentibus forent inſerta, in omnibus ipſorum ſententiis, articulis, punctis, & clauſulis, nec non ſpecifice omnia, & ſingula in eis contenta, approbamus, ratificamus, auctorizamus, innovamus, ac de certa noſtra ſcientia in favorem præfati Epiſcopi, & Eccleſiæ ſuæ de novo concedimus, & gratioſius confirmamus, ſupplentes omnem defectum, ſi quis obſcuritate verborum, dubietate ſententiarum, aut alio quovis modo compertus fuerit in præmiſſis. Nulli ergo omnium hominum liceat hanc noſtræ approbationis, confirmationis paginam infringere, ſeu ei auſu quovis temerario contraire. Si quis autem ſecus attentare præſumpſerit, præter indignationem noſtram graviſſimam, pœnam centum marcharum auri puriſſimi ſe noverit irremiſſibiliter incurſurum. Quorum medietatem Regali noſtro ærario, ſive fiſco, reſiduam vero partem præfati Epiſcopi, & ſucceſſorum ſuorum uſibus decernimus applicari, præſentium ſub Regiæ noſtræ majeſtatis ſigillo teſtimonio literarum.

Datum Barleſtem, anno Domini 1395. die 2. menſis Maji, Regnorum noſtrorum anno Boemiæ 32. Romanorum vero 19. In angulo per D. Beneſchium de Chuſint, Volachiucho de Voeytemule: à tergo regiſtrat. Vinceslaus de Olomuz. In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis feliciter. Amen.

Filiargus item Joannem Galeatium Vicecomitem, Ducalibus inſignibus in Platea S. Ambroſii Mediolani cum Beniſchio Cæſareo legato, tamquam Princeps Imperiique commiſſarius, cohoneſtavit, Non. Septembris 1402. tutelamque ex teſtamento geſſit filiorum Joannis, cum exceſſiſſet è vita, eodemque anno renunciatus eſt Archiepiſcopus Mediolanenſis, ut ſupra retulimus.



LXX 70 (1) JOANNEM deinde de Capite Galli Romanum, Monachum Ordinis S. Benedicti, Epiſcopum antea Bellunenſem, ac Feltrenſem Bonifacius IX. tranſtulit ad hanc ſedem anno 1402. Nonis Auguſti. Erat Joannes nobilioribus diſciplinis excultus, facundusque Orator. In Piſano Concilio cum admiratione auditus eſt anno 1409. die 15. m. Junii, cum de eligendo ſummo Pontifice, tollendoque ſchiſmate peroraret, ab illis verbis exorſus: Eligite meliorem, & eum ponite ſuper ſolium Regum. Plura ſalutaria ſtatuta dicitur condidiſſe, ut rectam gubernationem Eccleſiæ ſibi commiſſæ institueret, quam adminiſtravit uſque ad annum 1413. Quo ipſo anno deceſſit Arimini die 13. Junii, ibidem in Cathedrali humatus fuit, dum Gregorium XII. comitaretur. Gallum pro ſtemmate habuit, ut in Palatio Inſulæ S. Julii ſpectatur, prope quem hæc carmina leguntur, quæ Ambroſius quondam ejus ſcriba compoſuit.

Hic ſtetit Ambroſius doctiſſimiſta Joannis
Præſulis urbe ſacra ſtans fructu horoſcopus ales:
Alma quater centum ſex annis mille micat ſol.

LXXI. 71 PETRUS, cognomine Petrozinus, de Georgils Papienſis, ex Epiſcopo Terdonenſi Novariæ Præſul evaſit anno 1414. 15. Kal. Martii, Joanne XXII. ita cenſente in gratiam Philippi Ducis Mediolanenſis, cui non ita pridem Terdonenſem Principatum detulerat. Hic Martinum V. Columnam à Concilio Conſtantienſi revertentem palatii Epiſcopalis excepit hoſpitio, in quo fuerat ſummus Pontifex renunciatus. Rexit hanc Eccleſiam Petrus uſque ad ann. 1429. menſeque deinde Novembri ad Genuenſem Archiepiſcopatum tranſlatus eſt.

LXXII. 72 BARTHOLOMÆUS deinde Vicecomes a Novarienſem ſedem eſt aſſecutus ann. 1429. die 12. m. Decembris. Philippi ducis Mediolanenſis expedivit conſilia: ipſe vero pro ſecretario uſus eſt Ænea Sylvio, qui poſtea Pontifex renunciatus, Pius II. fuit, cujus epiſtola extat ad Andream Vicecomitem Bartholomæi germanum, in qua confitetur ingenue, gentis Vicecomitum in ſe merita haud vulgaria eſſe. Cæterum cauſa fortaſſe latet, (2) cur Bartholomæus Eugenio IV. Pontifici in ſuſpicionem venerit læſæ Majeſtatis; conſtat ab eodem Pontifice illum fuiſſe vocatum Florentiam ad dicendam cauſam, convictumque honore Epiſcopatus fuiſſe ſpoliatum, atque ad declinandam Pontificis iram, ad Baſileenſe Concilium tranſfugiſſe, retuliſſeque purpuram mox exuendam 1440. Cæterum Mediolanenſi duce adnitente, priſtinæ ſuæ Eccleſiæ reſtitutus eſt, ubi ſupremum diem explevit 1457. Eidem Imperator Albertus omnia privilegia Novarienſi olim Eccleſiæ ab anteceſſoribus Auguſtis indulta, novo diplomate confirmavit 1438. dum in Baſileenſi Concilio verſaretur, ubi ſacri Imperii titulo Principis condecoratur.

a De eo Cotta in Muſæo Novarien. p. 60.

Albertus Dei gratia Romanorum Rex Imperator Auguſtus, ac Hungariæ, Boemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex, & Dux Auſtriæ, ad perpetuam rei memoriam. Altitudo Regiæ dignitatis in ſuæ ſedens ſolio majeſtatis per totum orbem inſigni præconio longe, lateque diffunditur, & ſpecialiter prædicatur, dum principum, & fidelium ſubditorum votis favorabiliter annuit, & eorum commoditatibus condeſcendit. Et ſi quandoque noſtra animus inter varias, & innumeras curas quotidiana ſolicitudine pro ſubditis quiete diſtrahitur, ad illud tamen præcipue noſtra celſitudo mentis convertit aciem, qualiter venerandas Eccleſias, & perſonas Eccleſiaſticas cœleſtis Regis obſequio mancipatas piis protegamus præſidiis, & libertates, & gratias eorum, continuis noſtræ benignitatis favoribus, foveamus nunc novas largiendo, nunc pro qualitate temporum, & rerum exigentia veteres innovando. Sane ven. Bartholomæi de Vicecomitibus Epiſcopi Novarienſis noſtri, & Imperii Sacri Principis, devoti dilecti apud nos præſentialiter conſtituti noſtræ celſitudini oblata petitio continebat, quatenus ſibi, & ſuæ Novarienſi Eccleſiæ omnia, & ſingula eorum Jura, privilegia, gratias, libertates, litteras, & indulta, poſſeſſiones, juriſdictiones, thelonea, diſtrictus, terras, & loca, & laudabiles conſuetudines, donationes, & bona ipſis à Divis Romanorum Imperatoribus, ac Regibus noſtris prædeceſſoribus, & aliis Chriſti fidelibus datas, & conceſſas, data, & conceſſa, ratificare, approbare, renovare, & confirmare auctoritate noſtra Roman. Regia gratioſius dignaremur. Nos igitur attendentes ſinceræ fidei, & devotionis conſtantiam, qua dictus

(1) Iprandum quondam Novarienſem Canonicum, poſt Petrum Philiargum ad hanc ſedem evectum, vixiſſeque Pontificem an. 2. m. 9. ſunt, qui aſſerant, ut refert Cotta in Muſæo Novarien. p. 20.

(2) Cauſa cur in ſuſpicionem læſæ Majeſtatis Eugenio IV. venerit Bartholomæus, refertur à Reynaldo in ſuis Annal. ad an. 1435. aitque fuiſſe proditionem adverſus Eugenium conflatam de eo tradendo in Philippi Ducis Mediolanenſium poteſtatem, cujus erat Orator. Obtinuit tamen veniam, ut inquit S. Antoninus 3. p. tit. 22. c. 10. à Clementiſſimo Pontifice poſtremò ſupplicii, & in publico conſiſtorio conceſſum eſt tantum ſcelus ſola ſua nequitia attentaſſe. Blondus vero datam indulgentiam proditori ait precibus B. Nicolai Albergati Card. S. Crucis.

dictus Bartholomæus erga nos, & ſacrum Imperium immota fidelitate claruit, & clarere poterit, & debebit; votiſque ſuis hujuſmodi tamquam juſtis, & rationabilibus dictæque ſuæ Eccleſiæ utilitatibus de innata nobis clementia benignius annuentes, non per errorem, aut improvide, ſed animo deliberato, ſano Principum, comitum, Baronum, procerum, & fidelium noſtrorum accedente conſilio, & de certa noſtra ſcientia, dicto Bartholomæo Epiſcopo, ac ſuæ Novarienſi Eccleſiæ omnia, & ſingula ipſorum jura, privilegia, gratias, libertates, litteras, & indulta, poſſeſſiones, juriſdictiones, theloneа, diſtrictus, terras, & loca, donationes, & bona à quibuslibet divis Romanorum Imperatoribus, & Regibus noſtris prædeceſſoribus, & aliis Chriſtifidelibus, indulta, data, & conceſſa, indultas, datas, & conceſſas, atque laudabiles conſuetudines, via, & modo quibus efficacius poſſumus in omnibus ſuis ſententiis clauſulis, & articulis, ac ſi ipſorum, & ipſarum omnium, quas hucuſque rite obtinuerunt, & poſſederunt, atque in præſentiarum tenent, & poſſident, tenores præſentibus forent, inſerti, approbavimus, ratificavimus, innovavimus, & confirmavimus, approbamus, ratificamus, innovamus, & auctoritate Romana Regia præſentibus gratioſius confirmamus, decernendo ea, & eas obtinere perpetui roboris firmitatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ approbationis, gratificationis, confirmationis, & decreti paginam infringere, aut ei quovis auſu temerario contraire, prout noſtram, & Imperii ſacri indignationem graviſſimam, & pœnam in privilegiis, & litteris præfatæ Eccleſiæ expreſſam voluerit arctius evitare, præſentium ſub noſtri regalis ſigilli appenſione teſtimonio literarum. Datum in exercitu noſtro campeſtri, ante Tabor 12. die m. Septemb. anno Domini 1438. Regnorum noſtrorum anno 1. Subſcript. ad mandatum Domini Regis. Theodoricus Ebraſt à tergo regiſtrat, & ſigillat. ſigillo præfati Sereniſſ. Regis penden. cum corda ſerica nigri, & albi coloris more ſolito.

A


B

LXX III. 73 JACOBUS PHILIPPUS Cribellus, Mediolanenſis, Abbas S. Mariæ de Ripalta, ex Ordine Ciſtercienſi, Derthonenſis diœceſis, Bartholomæo Vicecomite defuncto adlectus eſt die 30. menſis Maii ann. 1458. Protulit ætatem uſque ad ann. 1466. C

LXX IV. 74 BERNARDUM deinde de Rubeis, Parmenſem, Paulus II. Pontifex eandem promovit ad ſedem 1466. 8. Id. Oct. Duos omnino annos ſibi creditam adminiſtravit Eccleſiam, deceſſitq; 1468. Romæ ibidem ſepultus eſt in Eccleſia Aracæli cum hoc epitaphio.

Bernardo Rubeo Epiſcopo Novarienſi Petrus Maria Rubeus Berceti, & multorum oppidorum agri Parmenſis Comes inclytus, ac Dominus filio immatura morte ſublato, faciundum mandavit. Vixit ann. xxx. menſ. iiii. dies xxi. M.CCCC.LXVIII.

D



LXX V. 75 (3) JOANNES Arcimboldus *a* Mediolanenſis, filius Nicolai, ex Senatore, legatoque ad Pontificem, atque Imperatorem, elata uxore, creatus eſt Novarienſis Epiſcopus anno 1468. 11. Kal. Decemb. quem poſtea Sixtus IV. ſede Mediolanenſi, purpuraque ſenatoria nobilitavit 1473. ex cujus ceſſione 1484. Aſcanius Maria Sfortia hanc Eccleſiam ſuſcepit adminiſtrandam, quo munere factus Cardinalis, ſe abdicavit.

a De eo Ciaconius Oldoini t. 3 col. 7.




76 HIERONYMUS Pallavicinus, Parmenſis, ad eandem dignitatem electus eſt 1484. 8. Kal. Maii, quo ſedente, tum Helvetii, tum Duces Mediolanenſes plurima jura Eccleſiæ Novarienſi ademerunt. Hujus Epiſcopi memoria extat uſque ad annum 1503. ac fere ſemper nominatur electus. LXX VI.



77 ASCANIUS MARIA Sfortia, *b* filius Ducis Franciſci, fraterque Ludovici cognomento Mori, iterum hanc Eccleſiam ſuſcepit adminiſtrandam anno 1504. cum diuturni Gallici carceris diſcuſſis vinculis Romam veniſſet, ubi an. 1505. die 28. m. Maji exceſſit è vivis, ſepultuſque eſt apud S. Mariam de Populo. Conſule ſeriem Epiſcoporum Papienſium, & Cremonenſium, in quibus tanquam illarum Eccleſiarum adminiſtrator adnumeratur. LXX VII.

b De eo Ciaconius Oldoini tom. 3. col. 86. & Cotta in Muſæo Novar. p. 75.



78 FRIDERICUS Sanſeverinus, *c* Diaconus Card. ad Titulum S. Theodori, poſt exceſſum Card. Sfortiæ, Novarien. Eccleſia adminiſtrator adlectus LXX VIII.

c De eo idem Ciacon. tom. 3 col. 143. &

(3) Hiſce temporibus huic Eccleſiæ Epiſcopum attribuit Garimbertus Raymundum Peraudi, ſed falſo, ut etiam notat Oldoinus ad Ciaconium tom. 3. col. 170.

Cotta in Museo Novar. p. 113.

ctus eſt à Julio II. anno 1505. Kal. Junii, cujus Eccleſiæ adminiſtrationem abſens exercuit uſque ad an. 1511. Cæterum cum arbitraretur ſe rem gratam facturum Maximiliano Cæſari, Ludovicoque XII. Regi Gallorum, Piſano Conciliabulo, cum aliis Cardinalibus, II. Julii hoſtibus, adhæſit. Quos omnes Julius cum Romam citaſſet, contempſiſſentque venire, Purpuræ honore, cæteriſque dignitatum titulis, à communione fidelium ſegregatos, exuit. In Ravennate clade, tamquam Conciliabuli legatus, Fredericus militares partes implevit, cumque Cæſariani cum Pontificiis ea die male pugnaſſent, deveniſſentque qui ſatum effugerant, in poteſtatem hoſtium, Joannes Medices Card. legatuſque Pontificii exercitus, captus eſt, Fridericique fidei commiſſus cuſtodiendus. Jam deportabatur in Gallias, at in tranſitu Padi, eluſa feliciter Gallorum cuſtodia, Romam pervenit, ubi vertente anno, ſummus Pontifex renunciatur, Leoq; X. appellatur. Qui ea maxima dignitate adeo moderate uſus eſt, ut Fridericum cum cæteris transfugis Cardinalibus, non modo receperit in gratiam, ſed ornatos etiam iiſdem dignitatum titulis in Lateran. Concilii conſeſſum admiſerit, cum prius Conciliabulum abrogaſſent, ejuraſſentque errorem. Deceſſit Fridericus Romæ ann. 1517. Strenue cum utraque fortuna ſæpe luctatus, vir bellicoſus idem ac ferox, qui Robertum Sanſeverinatem notæ fortitudinis ducem, ac parentem videbatur referre. Hic enim cum exercituum ductator Innocentio VIII. militaſſet, ab eodem Pontifice promeruit, ut Fridericus filius roſeo Galerio nobilitaretur. Qui præter purpuram, Epiſcopatumque Novarienſem, Archiepiſcopatum etiam Viennenſem obtinuit in Gallia, ut Claudius Robertus ſcribit.

LXXIX. a De eo Ciaconius t. 3. col. 294.

79 MATTHÆUS *a* Card. Sedunenſis, in Novarienſem Epiſcopatum, Feiderico Sanſeverinatenſi de ſede dejecto, ſubrogatus eſt Ann. 1511. 8. Id. Febr. eamque ſedem tamdiu tenuit, quamdiu Franciſcus I. Mediolano potitus eſt. Hic ille Matthæus Schiner eſt inclytus bello, famaque conſtantiæ apud Jovium, Guicciardinum, alioſque celebres illius ævi ſcriptores, qui humilibus quidem ortus parentibus, ſed ob animi magnitudinem adeo apud ſuos Helvetios gratia valuit, ut Romanus Pontifex in illorum gratiam Sedunenſem, hoc eſt patriæ ſuæ Præſulem renuntiaverit; Juliuſque II. ob ingentia in Romanam Eccleſiam merita eundem exornaverit purpura, legatumque non modo Germaniæ, ſed totius etiam Inſubriæ effecerit. Unde poſtea ſuorum Helvetiorum armis ſuccinctus, Gallos victores ejecit, recuperatumque Mediolanum, Maximiliano Sfortiæ, Ludovici Mori filio, ex fide reſtituit. In quo viſus Sedunenſis eſt ſuæ gentis famæ jacturam reſarciſſe, cum apud Novariam Ludovicum Morum ſub mentitis armis latentem, Helvetii Gallis licitatoribus vendidiſſent. Cæterum non minorem conſtantiæ laudem tulit Matthæus victor, quam victus. Tametſi enim ſub Franciſco Galli ad Mognanum Helvetiorum ſtragem magis edidere, quam cædem, Matthæus tamen adeo juſti ducis munus obivit, ut undique circumſpectus, ubique reſtitueret, bellumque renovaret contra Gallos; viciſſet, niſi iniquioris martis fortuna, viro egregie forti invidiſſet triumphum. Igitur victus, exutuſque exercitu, tandem diſceſſit, adeo tamen Gallorum inexorabilis hoſtis, ut inde augurarentur plerique ad tranquillitatem, libertatemque Italiæ poſſe quandoque contra Gallos reſargere contumaciam belli. Itaque Galli rerum potiti, Novarienſem Epiſcopatum, opimaque alia ſacerdotia, quæ Sedunenſis per Inſubriam late poſſederat, Feiderico veteri Domino adjudicarunt. Deceſſit autem Matthæus Romæ an. 1522. die 2. m. Octob. ſepultuſque eſt apud S. Mariam de Anima inviſendo ſane ſepulchro.

LXXX. b De eo Ciaconius

80 ANTONIUS Card. de Monte, *b* Patruus Julii III. Pontificis, cum Papienſis Epiſcopus eſſet, Novarienſem Eccleſiam ſuſcepit adminiſtrandam poſt obitum Cardinalis Sanſeverinæ an. 1517. Illi Franciſcus I. Rex Gallorum novo diplomate aſſeruit omnia privilegia, quæcumq; aliquando ſui antecesſores indulſiſſet Novarienſi Eccleſiæ an. 1517.

Oldoini tom. 3 col. 292. & Cotta in Museo Novar. pag. 270.

Franciſcus Dei gratia Francorum Rex, & Mediolani Dux, &c.

Univerſis, & ſingulis præſentibus, & futuris has noſtras inſpecturis ſalutem. Notum facimus, quod nomine chariſſimi conſanguinei noſtri D. Antonii tit. S. Praxedis Presb. Card. Papienſis, & Novarien. nobis expoſitum fuit, quemadmodum præfatus conſanguineus noſter, ſeu præfatæ ejus menſæ Epiſcopalis Papienſis, & Novarienſis habent nonnulla capitula, privilegia, franchitias, immunitates, conceſſiones, exemptiones, præſervationes, litteras, ac alia indulta per anteceſſores noſtros Mediolani Duces, eis, & anteceſſoribus ſuis conceſſas, & conceſſa, quibus uſi, & gaviſi ſunt, & præfatus conſanguineus noſter utitur, & gaudet de præſenti, & propterea, ut eis etiam uti libere queat, petiit à nobis quatenus prædicta privilegia, franchitias, immunitates, exemptiones, præſervationes, litteras, & alia indulta confirmare, & approbare dignaremur juxta eorum omnimodam formam, & tenorem, & ſuper iis gratiam, & liberalitatem noſtram impartiri, ac literas opportunas concedere. Nos autem præfati conſanguinei noſtri ſupplicatione tamquam juri, & rationi conſonæ benigne annuentes, tenore præſentium de noſtra auctoritate, & poteſtate Regia, & ducali, omnia, & ſingula capitula, privilegia, franchitias, conceſſiones, immunitates, exemptiones, præſervationes, litteras, & indulta, de quibus ſupra fit mentio, ei, & anteceſſoribus, ſeu præfatis menſis Papienſi, & Novarienſi per prædeceſſores noſtros Mediolani duces conceſſas & conceſſa, & quæ hic pro ſufficienter expreſſis, & ſpecificatis haberi volumus, rata, grata, & firma habentes, laudamus, confirmamus, approbamus, & ratificamus, & quatenus expediat, de novo concedimus, volumuſque, & etiam concedimus, quod exponens ipſe eiſdem capitulis, privilegiis, franchitiis, conceſſionibus, immunitatibus, exemptionibus, præſervationibus, litteris, & indultis, juxta illorum omnimodam formam, & tenorem, & prout in retroactis temporibus rite, & recte uſus, & gaviſus eſt, utiturque & gaudet de præſenti, etiam in futurum utatur, & gaudeat quiete, & pacifice, omni contradictione, & impedimento ceſſante. Mandantes propterea benedilectis, & fidelibus noſtris Cancellario, ac Vicecancellario, & Preſuli, Senatoribus, Senatum noſtrum Mediolani tenentibus, Generali Finanziarum, Theſaurario generali, magiſtris intratarum noſtrarum utriuſque Cameræ, Referendariiſque, ac cæteris Mediolani exiſtentibus officialibus, & jus dicentibus noſtris, mediatis, & immediatis, præſentibus, & futuris, quibus ſpectat, & ſpectabit, quatenus has noſtras confirmationis, ac probationis & ratificationis litteras obſervent, & obſervare faciant, ac preſatum conſanguineum noſtrum eiſdem capitulis, & privilegiis, franchitiis, conceſſionibus, immunitatibus, exemptionibus, preſervationibus, literis, & indultis juxta eorum omnimodam formam, & tenorem, & prout eis prędictis temporibus rite, & recte uſus, & gaviſus eſt, utiturque, & gaudet de preſenti, etiam in futurum uti, & gaudere faciant, & permittant, omni contradictione, & impedimento ceſſante, & ſi in contrarium aliqua facta ſunt, ad priſtinum, & debitum ſtatum reducant, & reduci faciant indilate, quoniam ſic nobis placet, & fieri volumus, que ut firma, & ſtabilia perpetuis temporibus remaneant, præſentibus ſigillum noſtrum duximus apponendum, ſalvo in cæteris jure noſtro, & in omnibus quolibet alieno.

Datum Mediolani die 10. Januarii 1517. & regni noſtri an. 3. per Regem Ducem Mediolani ad relationem veſtram Ben. Buccas in angulo viſa contentorum pro Domini Grangi, Gottardus, & ſigillat. &c.

Cæterum Cardinalis de Monte hanc ſedem obtinuit, quo uſque Galli Italia pellerentur, hoc eſt uſque ad annum 1521. deinde ejus adminiſtratio iterum ad Cardinalem Sedunenſem devoluta eſt, ſed

breviori mora cum deceſſiſſet anno 1522. atque adeo Cardinalis de Monte ad id muneris iterum rediit: donec anno 1525. reſervato ſibi Papienſi Epiſcopatu, ea cura ſe abdicavit: de quo infra.

LXXXI. 81 HERMES Stampa Præpoſitus S. Stephani Olgiati de Olona, Mediolanenſis Diœceſis, ex ceſſione Cardinalis de Monte, ad eandem dignitatem aſſumptus eſt 1525. 13. Kal. Februarii. Qui eodem anno fato functus eſt,



LXXXII. 82 JOANNES Angelus Arcimboldus nobilis Mediolanenſis, Novarienſis electus Epiſcopus anno 1525. die 20. menſis Decembris. Sequenti anno inauguratus fuit die 22. menſis Martii à Cardinale de Monte in Eccleſia S. Praxedis. Hic Aloyſii Senatoris filius fuit, qui à teneris annis optimis diſciplinis filium inſtituendum curavit, quique laureatus doctrina Maximiliano deinde Duci maximo uſui fuit. Poſt Mediolani amiſſionem cum Sedunenſi Cardinale Romam conceſſit, factuſque à Leone X. Apoſtolicus Referendarius, in Germaniam legatus eſt, indeque reverſus in Patriam, mittente Franciſco Sfortia, in Hiſpaniam profectus eſt, ut Adriano VI. ejuſdem nomine novum Pontificatum gratularetur. Clemens VII. unice illum amavit, à quo retulit Epiſcopatum cum ſenatoria poteſtate. Rexit Novarienſem Eccleſiam uſque ad ann. 1550. Deinde ad Archiepiſcopatum Mediolanenſem translatus eſt. Plura jura Novarienſis Eccleſiæ, quæ eidem Eccleſiæ bellorum injuria ademerat, recuperavit, curavitque, ut à Carolo V. Imperatore vetera Privilegia præteritorum Cæſarum affirmarentur, ſub datum Placentiæ anno 1529. Ubi honorifico titulo conſiliarii, principiſque ſacri Imperii inſignitur.

LXXXIII. 83 HIPPOLYTUS Cardinalis Eſtenſis *a* hujus Eccleſiæ adminiſtrator fuit an. 1550. uſque ad annum 1553. Hic etiam Ferrarienſem, ſedemque Archiepiſcopalem Mediolanenſem obtinuit, ut ſuo loco narravimus.

a De eo Ciaconius Oldoin. t. 3. col. [illegible]

LXXXIV. 84 JOANNES Card. Moronus, *b* Mediolanenſis, Epiſc. Mutin. hanc ſedem ſuſcepit adminiſtrandam 1553. Quo ipſo an. die 25. m. Januarii evulgavit plures conſtitutiones, atque decreta ad divinum cultum, ad animarum curam, ad inſtitutionem clericorum ſpectantia. Cæterum temporibus Cardinalis Moroni pleraque templa, ac monaſteria, quæ prope muros erant, dum Novariæ nova monumenta quæruntur, deleta ſunt, in quibus fuere monaſterium, atque Eccleſia S. Mariæ de Carmelo, vetuſtum S. Gaudentii templum, S. Petri martyris Ordinis Prædicatorum, S. Laurentii, ſanctique Joannis Ord. Eremitarum S. Auguſtini, quorum reliquias inde extractas partem intulere in Cathedralem, partem in alias Eccleſias, ſolemni pompa ſolemnitatem illam Cardinale Morono promovente. Qui tandem ejuſmodi munere in favorem ſequentis libens volenſque ſe abdicavit.

b De eodem Ciaconius Oldoini tom. 3. col. 650 & Cotta in Muſeo Novar. p. 143.

LXXXV. 85 JO. ANTONIUS Sorbellonus, *c* Mediolanenſis, ſub Pio IV. Presbyter Cardinalis, ex Epiſcopo Folignate, ſedente Morono, Novarienſis Epiſcopus evaſit an. 1560. die 15. Menſis Februar. Quam Eccleſiam abſens fere ſemper adminiſtravit uſque ad annum 1574. quo ipſo anno illam renunciavit. Cæterum parvula illa mora, qua ſibi creditam perluſtravit Eccleſiam, ad mentem Tridentini Concilii Seminarium ibi inſtituit, celebrata ſaluberrima Synodo, ſatiſque opportunis legibus, Eccleſiaſticam diſciplinam ad rationem ſeveriorem revocavit in Clericis ann. 1568. eaque de re librum edidit ab iis tenendum præcipue, qui in Eccleſiaſtica vita puriores mores ſequuntur. Canonicis S. Gaudentii condita à ſuis anteceſſoribus ſtatuta prolixe affirmavit, nihilque omiſit, quod Gregi, præſertim abſente Paſtore, videretur conducere. Rediit deinde Romam, ubi pie, ſancteque vitam traduxit: Thermaſque Diocletianas in domicilium Carthuſianorum vertit, addito templo, quod non ita pridem Joannes Angelus Medices, poſtea Pius IV. ſuus conſobrinus, exorſus fuerat ædificare. Fulginas Epiſcopus fuit, tum & Camerinus, (1) legatuſque Peruſiæ, ac Umbriæ, jureque anterioris dignitatis, titulum Albanenſis Epiſcopatus in Præneſtinum mutavit, Præneſt. in Tuſculan. iterum hunc in Portuen. Portuenſem vero in Oſtienſem, quo titulo inſignitus, Princepſque Sacri Senatus Romæ deceſſit, 1591. 15. Kal. Aprilis, ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Mariæ Angelorum apud Thermas Diocletianas, e regione ſepulchri Pii IV. cum ea inſcriptione, quem ſupra attulimus in Epiſcopis Oſtienſibus.

c De hoc pariter Ciaconius erat. 1. 3. col. 88[illegible]



LXXXVI 86 ROMULUS Archintus, *d* filius Alexandri, & Hippolytæ Cruce, Philippi Archiepiſcopi Mediolani nepos, Abbas commendatarius S. Bartholomæi de Papia, vir vetuſta nobilitate, ac inſigni virtute clarus, hanc eandem ſedem conſecutus eſt, ex ceſſione Cardinalis Sorbelloni, an. 1574. 6. Kal. Maji ejuſdem anni. Magno pietatis ardore ad duos annos Novarienſem adminiſtravit Eccleſiam, celebrataque ſynodo, clerum, ac ſeminarium propemodum diſſipatum reordinavit, optimiſque legibus inſtitutum habuit. Demum cum fervente ſole, majore intus charitatis ardore erga gregem ſuccenſus ſuam diœceſim perluſtraret, inde concepto morbo, exceſſit è vivis ſepultuſque eſt in Cathedrali cum hoc epitaphio, mœrentibus cunctis, qui illum ſibi quam diutiſſime præfuturum ſperarant.

d De eo Piccinellus in Athen. Literat. Mediol. p. 483 [illegible]

Romulo Archinto Alexandri f. Mediolanenſi viro prudenti, & pietate ſingulari, Epiſcopo Novariæ, ubi populum ſuæ fidei commiſſum, unice amavit, moribus religioſis excoluit, præceptis ad Dei cultum perutilibus inſtruxit, omnibus triſte ſui deſiderium reliquit. Vixit annos XLIII. Menſ. VII. die XV. Hippolyta mater filio, Fratres quinque Fratri B. M. F. M. D. LXXVI.

LXXXVII 87 HIERONYMUM Ragazzonium, Venetum, Famanguſtæ in Cypro olim Epiſcopum, poſt captam à Turcis Cyprum, Romam profectum, Pius V. Sanctiſſimus Pontifex omnium Italicarum Eccleſiarum Viſitatorem adlegit, tum, & ad præces S. Caro-

(1) Hic Camerinenſem fuiſſe Epiſcopum Card. Sorbellonum teſtatur Ughellus, qui tamen de eo ne verbum quidem in Camerinenſibus dicit. Poſt Ughellum alii idem ſentiunt de Sorbellono. Nos eorum temporum acta conſiſtorialibus examinatis, nunquam Camerinenſibus attributum fuiſſe invenimus. [illegible] in compendio Italiæ ſacræ p. 77. n. 37.



Caroli, cujus Eccleſiam à Pootifice juſſus perloſtrarat, Novarienſem Epiſcopum Gregorius XIII. declaravit 1576. die 19. menſis Septembris. Sed cum Hieronymi non probaſſent electionem Hiſpani, quibus Venetum nomen ſuſpectum erat, Gregorius conſulte tranſtulit Ragazzonium ad Bergomatem ſedem 1577. die 19. menſis Julii, de quo ibi.



LXXXVIII. *a De quo Cotta in Muſæo Novar. p. 2.*

88 POMPONIUS Cotta *a*, Mediolanenſis, à Gregorio XIII. Novarienſem ſedem obtinuit anno 1577. die 19. menſis Julii: ejus Epiſcopatus iniit poſſeſſionem 1578. die 8. menſis Februarii. Hic ex collegio Juriſconſultorum Mediolanenſium antea fuerat, deinde Romanæ Rotæ Auditor a Pio IV. Pontifice ſummo aſcitus, ad quem oomine Mediolanenſis collegii ſimul cum Petro Malumbra, Lucioque Cotta Legatus miſſus fuerat, ut novo Pontifici obtentam dignitatem gratularetur. Etenim cum Pius IV. ſanxiſſet, in gratiam gentis ſuæ, ut unus Juriſconſultorum Mediolanenſium ad Romanam Rotam ſederet Auditor, è tribus ab illorum collegio nominandis, primus Pomponius fuit, qui ad id muneris, collegio promovente, aſſentiente vero Pontifice, cum laude pervenerit. Cujus quidem muneris cum incorrupte partes impleſſet à Greg XIII. Novarienſis Antiſtes declaratus eſt, ut oon ſemel dicimus. Vix in ea dignitate annum explevit, mortuuſque eſt anno 1579. die 11. menſis Septembris, atque in Cathedrali ſepultus.

LXXXIX. *b De quo Piccinellus in Athen. p. 106. Cartharius in ſyllabo Advoc. Conſiſt. & Cotta in Muſæo Novarienſ. p. 109. Mendiſ.*

89 FRANCISCUS Boſſius *b*, paulo ante Peruſious Epiſcopus, ad Novarienſem Eccleſiam translatus eſt 1579. die 21. menſis Octobris. Hic filius fuit Ægidii Senatoris, cumque de oumero Juriſconſultorum eſſet, nomineque illius Collegii, habita luculeota oratione, Pio IV. novam dignitatem gratulatus eſſet, adeo ubertate diceodi Pontifici placuit, ut ipſo jubente Conſiſtorialis Advocatus evaſerit. Eundem Pius V. deinceps Prothonotarium Apoſtol. ac otriuſque Signaturæ Referendarium, Vicelegatum Peruſiæ, Umbriæ, ac Bononiæ, Epiſcopumque Gravinenſem renunciavit. A quo Gregorius XIII. deinde illum tranſtulit ad Peruſinum, indeque ad Novarieoſem hoc ipſom S. Carolo Borromæo apud Pontificem procurante, quippe qui optimis Præſulibus, ac ſibi ſimillimis ſuffraganeis impenſius delectaretur. Poſt ſuam diligentius diœceſim perluſtratam, juſſus à Gregorio Pontifice, eandem curam viſitationis exhibuit, erga Genoenſem, Laudeoſem, Burgeoſemque, ac S. Domninum. Novarienſe Seminarium, vitæ norma præſcripta, ad meliorem frugem traduxit per præceptores, morumque inſtitutores, qui certo in domicilio ad id opus incumberent. Alterum Seminarium io Inſula S. Julii munificeoter erexit. Præbendamque Theologalem ad Concilii Tridentini præſcriptum inſtituit, cumqoe annos quatuor & amplius Novarienſem Eccleſiam pie, ſancteque rexiſſet, clauſit diem poſtremam anno 1584. die 18. menſis Septembris; cujus inferias S. Carolus Borromæus ſua præſeotia exornavit, ſepultuſque eſt in Cathedrali.

XC. *c De quo Ariſius in Cremona litter. t. 2. p. 419. & Cotta in Muſæo. p. 96. Mend.*

90 CÆSAREM Spacianum *c* Cremonenſem, ex Caoonico ordinario Mediolanenſis Diœceſis, Caroliqne Borromæi Romæ Procuratore, idem Gregorius XIII. ejus probitate perſpecta, Novarienſem Epiſcopum fecit ſub finem ſui Pontificatus, hoc eſt anno 1585. quo prima die Martii profectus eſt. Diœceſim ſuam, vitia reſecando, perluſtravit: Synodum celebravit, unde ſanctiſſimæ leges dimanarunt in Clerum. Aooo 1590. Epiſcopale Palatium exornavit, reddiditque commodius, novis additis ædificationibus, pluribus argenteis candelabris, pretioſiſque veſtibus Cathedralem ditavit. Præſens fere ſemper invigilavit gregi, ubi ille univerſalis Eccleſiæ non fungeretur legationibus. Demum à Novarienſi ad Cremonenſem juſſit illum tranſire Gregorius XIV. eidem etiam Senatoriam purpuram collaturus, niſi utriuſque ſpem importuna mors præcidiſſet. Cæſar igitur conceſſit Cremonam, piiſque operibus intentus, ceteram vitam apud cives ſuos tranquille peregit. Exceſſit è vivis anno 1607. die 21. menſis Auguſti. Conſule, quæ de Epiſcopis Cremonenſibus ſupra narravimus.

XCI. *d De eo Cotta in Muſæo Novarien. p. 252. & Ariſius in Cremona litter. p. 416.*

91 PETRUS MARTYR Ponzonius *d*, Cremonenſis Senator, Conſiliariuſque Philippi II. Regis Hiſpaniarum, Cæſari Spaciano ſucceſſit anno 1591. cum jam effœtæ eſſet ætatis, ſed conſtantiſſimo mentis vigore: quamobrem breviſſimus Pontifex fuit, deceſſitque 1591. die 19. menſ. Novemb. Sepultuſque eſt in Cathedrali.



XCII. *e De quo Piccinellus in Athen. p. 109. & Ghilinus in Theatro vol. 1. p. 31. Mendiſ.*

92 CAROLUS à Baſilica Petri *e*, Mediolanenſis nobiliſſimus, Novarienſis Epiſcopus à Clemeote VIII. ſubiectus eſt 1593. die 18. menſis Februarii. Hic nobiliſſimis parentibus ortus eſt, Angelo ſcilicet, Iſabellaque Gluſſana. Papiæ optimis diſciplinis operam dedit, ibidemque cum laude Lauream Doctoratus accepit 1574. ac Juriſconſultorum Mediolaneoſium oobilitatus Collegio fuit. Sed cum per id tempus Carolus Borromæus ſanctimoniæ exemplis clareret, Carolus, juridico ejurato tumultu, Carolo ſe adjunxit, cupivitque inter ejus Aulicos cooptari. Paulo poſt à ſancto ſacris ordinibus initiatus, Canonicus Metropolis ordinarius eſt renunciatus, conſilioque ſancti, Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ, Sanctorumque Patrum lectioni totum ſe dedidit. Inde pertæſus Aulæ, Barnabitarum, ut vocant, novum Clericale Inſtitutum profiteri inſtituit, nomine Joanois Franciſci, cum Caroli commuta-


ro, cum Religionis illius cultum per manus S. Caroli induiſſet anno 1578. Cumque nuncupaſſet vota, illum S. Carolus in Hiſpaniam legavit, ut apud Regem Mediolanenſis Eccleſiæ trepida quædam negotia eapediret. Mediolanum reverſus, S. Barnabæ Collegii Præfectus eſt acclamatus, deinde Generalis etiam, quam dignitatem tertio cum prudentiæ laude ſuſtinuit. Romam deinde conceſſit, ordinem præſcripturus Collegio, quod ibidem noviter fundabatur anno 1592. Cujus cum Clemens VIII. introſpexiſſet virtutes, Novarienſem Antiſtitem illum adlegit, Inauguratuſque fuit die S. Matthæi Apoſtolo ſacro, à Ludovico Torres Montis Realis Archiepiſcopo, præſentibus Franciſco Gonzaga Mantuano Epiſcopo, & Audono Ludovico Brittanno Antiſtite Caſſanenſi. Novariam ingreſſus eſt ſolemni pompa die 30. menſis Maji ejuſdem anni 1593. Semperque præſens ſibi creditam Eccleſiam adminiſtravit, ubi publicis Romanæ Eccleſiæ non detineretur negotiis, ut tunc accidit, quando à Pontifice Clemente juſſus, Derthonæ per aliquot tempus moratus eſt, cum Regiis miniſtris de illius Eccleſiæ negotiis tractaturus. Curavit lodeſeſſe S. Carolum in ſanctorum numerum referendum, cujus vitam perſcripſit, deque Eccleſiis Mediolaneoſibus, ediditque Novarienſium Præſulum ſeriem, unde hanc noſtram magna ex parte protulimus. Volumen alterum ſcripſit, quod ſcriptorum titulo prænotavit, quo Epiſcopalis officii rationem, ac formam ad optimum animarum regimen ſervandum ſtudioſiſſime complexus eſt. Tertium pro immunitate Eccleſiaſtica, Allegationes juris præſcribitur, item & commentariolum de Metropoli Mediolanenſi, aliaque ſui ingenii monumenta poſteris reliquit. Novarienſem Eccleſiam præter voluntatem ſibi creditam conſiliis, prædicatione, optimiſque legibus ad Chriſtianam pietatem cohortatus eſt; diœceſim ſæpius ſolers viſitator illuſtravit, vitia correxit, abuſus ſubſtulit, optimam vivendi formam præſcripſit; plures Synodos celebravit, ut Clericorum mores quam optime inſtitutos haberet. Denique per plures annos optimi Paſtoris perſunctus officio, graviter inſeneſcens ſancte, ut vixerat, deceſſit an. 1615. Sepultuſque eſt in Eccleſia S. Marci in ſacello S. Feroniæ, quod ob eximiam in eandem Virginem, ac martyrem pietatem ſuam magnificentiſſime conſtruxerat. Hoc ad ſepulchrum legitur epitaphium.

Carolus Baſilica Petri ex Colleg. Juriſc. Mediol. Cong. Cler. Reg. S. Pauli tertium Præp. Gener. Sancti Caroli perpetuus alumnus, à quo & graviſſ. de rebus ad Regem Catholicum Legatus, Novariæ Epiſcopus, vir prudentia, vitæ ſanctitate, doctrina, Eccleſiaſtica diſciplina, rebus pro Eccleſia præcl. geſtis ac ſcriptis inſignis. Hic pene chariſſ. filios ſacello extructo & exornato vivens ſibi hoc monaamentum ſtatuit. Vixit an. LXV. ia Epiſc. XXII. Obiit primo Non. Octob. MDCXV. Præf. Hoſp. Carit. Novariæ hær. Paren. Benef. P.

Aliud ſcriptum ab ipſo Epiſcopo ordinatum & in lapide ſculptum.

Carolus Epiſcopus Novariæ,
cujus corpus hic quieſcit
precum tantum ſuffragio petit.

Porro Carolus dignus Præſul habitus eſt non ſolum, ut à populis pio ritu, precibus, ac votivis tabellis invocaretur, ab Epiſcopis veluti lucidiſſimum exemplar ob oculos ad imitandum haberetur, verum etiam a Max. Pontificibus Clemente VIII. Pauloque V. ſummis extolleretur laudibus, & tanquam Epiſcopalis virtutis idea, & vetuſtæ pietatis priſcorum patrum ſpirans ſimulacrum, in privatis commendationibus proponeretur; cujus memoria apud omnes in benedictione erit.



93 **FERDINANDUM** deinde Tabernam, a Mediolanenſem, Paulus V. Novarienſem provexit ad ſedem anno 1615. die 26. menſis Novembris. Nobilibus & ipſe ortus parentibus, Papiæ ſtudiorum liberalium curſum confecit, laureamque adeptus eſt. Quem Romam profectum Clemens VIII. utriuſque Signaturæ Apoſtolicum Referendarium fecit, juſſitque aliquibus civitatibus Eccleſiaſticæ ditionis jus dicere, & per quinque ipſos annos Romam ipſam adminiſtrare, tanta omnium acclamatione, tantaque apud Pontificem collecta gratia, ut an. 1604 die 9. m. Junii illum vocarit ad purpuram ad titulum S. Euſebii; unde illi poſtea ſemper cognomen factum eſt, Cardinalis S. Euſebii. Unus è Cardinalibus fuit, qui contra hæreticam pravitatem Romæ decernunt; Picenique legatione ornatus eſt. Comitiis interfuit, cum primum Leo XI. deinde Paulus V. Apoſtolicam evaſit ad ſedem, à quo, ut paulo ſupra diximus, Novarienſem ſedem accepit, quam ſumma diligentiæ, prudentiæque fama adminiſtravit. Exequias Ludovici Tabernæ Patrui, Epiſcopi Laudenſis, ſua præſentia exornavit; ipſe vero vitam finivit anno 1619. die 29. menſ. Auguſti, ſepultuſque eſt in Cathedrali. XCIII

a De eo Ciaconius Oldoini t. 4 col. 161. & Cotta in Muſæo p. 144.



94 **VULPIANUS** Vulpius, Novarienſis. Illudentis fortunæ ſane ludibrium, Joannis Antonii Novocomenſis Epiſcopi nepos fuit, educatuſque à patruo ſub Sixto V. Romam profectus eſt, ab eo Referendarius utriuſque Signaturæ factus, omnes fere gradus dignitatum percurrit. Paulus vero V. qui ejuſdem eruditionem, dexteritatemque agendi perſpectam habebat, Theatinum Archiepiſcopum illum renunciavit, Nunciumque ad Coſmum II. in Etruriam miſit, deinde ad Regem Hiſpaniarum. Inde reverſus, diu Secretarius Congregationis Epiſcoporum, ac Regularium fuit, atque ab eodem Pontifice ad Novarienſem Epiſcopatum translatus eſt 1619 die 13. Novemb. purpura Senatoria etiam quandoque ornandus, niſi liberiori ore ad tanti gradus ſpem ſibi aditum præcidiſſet. Cæterum cum poſt Pauli deceſſum, Gregorius XV. Pontificale faſtigium teneret, Vulpii ſpes viſæ ſunt reflorere. Siquidem ab eo Brevium Præfectus, Datariuſque ſublectus eſt; quibus muneribus dum majori XCIV

A integritate, quam ad ſæculi morem accomodata dexteritate, perſungitur, ita Pontifici excidit, ut munere utroque privatus, juſſus ſit ſibi commiſſæ Eccleſiæ adminiſtrationi præſens quamprimum admovere manus. Jam colligebat vaſa Vulpius profecturus, cum moritur Gregorius, Urbanus VIII. ſublevatur ad Thronum. Igitur Vulpius ex Pontificis juſſu, iterum hæret in Aula, majoris aſſequendæ dignitaris ſpe plenus, Pontificiæ domus, Breviumque Præfecturam per ſex annos ſumma integritate geſſit. Hæc agentem mors, fortuna ipſa inexotabilior, rapuit ſenem, haud amplius illudentis fortunæ futurum ludibrium, relicto poſteritati exemplo, vel non ſemper ſimpliciter fortunam arridere mortalibus, vel quemque ſibi tum proſperam, tum adverſam architectari ſortunam. Romæ deceſsit in Apoſtolico Palatin: annn 1629. Sepultuſque eſt apud S. Carolum de Catinariis cum hoc Epitaphio.

D. O. M.

B *Vulpiano Vulpio Novocomenſi Theatin. primum mox Novarien. Antiſtiti ſpectatæ fidei antiqui officii, ac conſtantis, invictique adverſus cupiditates animi viro, hæredes ex teſtamento poſuerunt. Vixit annos LXX. menſes VIII. Obiit VI. Idus Martii M. DC. XXIX.*

XCV 95 PETRUS Vulpius, Vulpiani nepos, patrui cnadjutor aſcitus an. 1622. die 23. Maji, factuſque eſt Salonienſis Epiſcopus in locum Cæſaris Fidelis Urbis Viceſgerentis, cum ſpe futuræ ſucceſſionis in Eccleſia Nnvarienſi, eidem in Epiſcopatum ſucceſſit. Anno 1629. Deceſſit 1635.



XCVI 96 ANTONIUS Tornielus, Novarienſis, utriuſque Signaturæ Apoſtolicus Referendarius, Secretarius Congregatinnis Epiſcoporum, ac Regularium, Romæque Vicesgerens, ab Urbann VIII. ſublectus eſt Patriæ Epiſcnpus 1636. 15. Decembris. Romæ ex apoplexia obiit anno Jubilæi 1650. die 8. Martii, ſepultus in Eccleſia S. Mariæ in Aquiro.

D



XCVII. 97 BENEDICTUS Odeſcalchus *a*, Comenſis, vetuſta, ac nobili familia natus, ex Cameræ Apoſtolicæ Clerico, S. R. E. Card. Ferrarienſis Ducatus à Latere Legatus ab Innocentin X. Pont. Max. creatus, & Nnvarienſis Epiſcnpus adlectus eſt ann. 1650.

a De eo Ciaconius Oldoini tom. 4. col. 677.

A optimi Antiſtitis exemplar futurus, in quo nihil pietatis, nihil virtutis, nihil animi magnitudinis, populus ſibi commiſſus facile poſſit deſiderare. (" *Quadriennio poſt fratri infulam ceſſit, ipſeque " Apoſtolicam Cathedram conſcendit ſummus Pontifex ſub nomine Innocentii XI. electus die 21. Septemb. 1676.*)

XCVIII. 98 * JO: MARIA Odeſcalchus, Ordinis S. Benedicti Monachus, germanus frater Benedicti Cardinalis, ex dimiſſione ejuſdem Novarienſis Epiſcopus adlectus eſt die 2. Martii 1656.

* Ex Append. t. 9.

A D D I T I O.

(" *Deceſſit Julius (non Joannes) Maria an. 1666. " die 28. Auguſti, cum maxima tum prudentiæ, tum " pietatis fama Eccleſiam ſuam 11. annos gubernaſſet.*

XCIX. " JOSEPHUS *Maria Maraviglia, Mediolanenſis, Clericorum Regularium Præpoſitus generalis, " Novarienſis Epiſcopus dictus eſt 12. Decembris " 1667. Vir litteris æque ac pietate præſtans diem*

B " *extremum clauſit 19. Septembris 1684. Plura doctè " ſcripſit, quæ à Cotta in Muſæo Novarienſi pag. 203. " recenſentur. Tanti Antiſtitis laudes non tacuere Picinellus in Atheneo, Silos in hiſtor. Cleric. Regul. " tom. 3. p. 603. aliique.*

C. " Jo: BAPTISTA *Vicecomes, Mediolanenſis, " Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli " Barnabitarum, ſacræ Theologiæ Lector, pluribus " Ordinis ſui probe defunctus muneribus ad Cathedram Novarienſem eſt aſſumptus 31. Maji 1688. " Diu huic Eccleſiæ præfuit ſimul & profuit, defunctuſque eſt menſe Auguſto 1713.*

CI. " GIBERTUS *Borromæus ex Antiocheno Patriarcha Novarienſis Epiſcopus dictus eſt 17. Januarii 1714. cum retentione Antiocheni Patriarchatus, ejuſdemque denominationis. Fuit deinde " Sanctiſſ. Domini Noſtri Clementis XI. cubiculo præpoſitus, & noviſſime in ſacrum Purpuratorum cætum cooptatus die 15. Martii 1717.*)

C

SAVONENSES
EPISCOPI.



D SAVONAM vetuſtam Civitatem, ac mnnitiſſimo portu celebrem, fama eſt, à Senonibus Gallis fuiſſe ædificatam. Quam Livius, atque Strabo Savonam appellant, Pnmponius Mela Sabbatiam, quæ Ptolomæo Sabbata, & Sabatium eſt. Tametſi autem antiquiſſima ſit, pulcherrimis tamen ædificiis nrnatur. Pnſt everſionem Romani Imperii Longobardus, Gallos, Genuenſes, Vicecomites, Sfortianoſq; dominos experta eſt, donec ad tranquilliſſimum Genuenſium rediret dominium. Haud ſatis cnnſtat, quando Chriſtiani Evangelii doctrinam imbiberit; conjectura autem, & quidem non inſulſa, eſſe poteſt, ſacris Chriſtianis fuiſſe initiatam cum Genua, cætetaque Liguria. Epiſcopalis dignitas in ea antiqua eſt, cum S. Ambroſii temporibus ſedes, Savnnenſis floreret. Montanus primus Epiſcopus occurrit anno ſalutis 601. ante quem, non incredibile eſt, præſuiſſe plurimos, quorum nomina invidioſa vetuſtas delevit. Arx munitiſſima cum ſtatueretur, antiquam Cathedralem diruerunt, ut novis munimentis commodior locus pararetur. Quamobrem Epiſcnpus, donec Savnnenſium pietas no-

vam conſtrueret; S. Franciſci templum Minorum Conventualium habuit pro Cathedrali. Cathedralis itaque Baſilica titulo Deiparæ Virginis Aſſumptæ ſummo populi, ac civium ſtudio recens ædificari cœpta eſt, vetere demolita: ſacris in ea miniſtrant Canonici undecim, è quibus quinque dignitate eminent, Præpoſitus, Archidiaconus, Archipresbyter, Cantores duo, quorum alter de Ruvere nuncupatus Muſicis præeſt, qui cum ipſo ab eadem familia inſtituti jure patronatus ab ea deliguntur; præterea Capellani 12. ex quibus ſex choro adſcripti ſunt ad divinas horas recitandas; poſtremo Clerici Seminarii alumni 12. Aſſervatur hic beati Octaviani loci Epiſcopi, qui 350. abhinc annis miraculis claruit, corpus, ipſumque adhuc integrum perſeverat: aliæ inſuper complures ſanctorum inſignes reliquiæ argenteis loculis incluſæ, quarum longe pretioſiſſima, particula ligni veræ Crucis, operta cruce argentea, gemmis atque auro ornata. Hic duplex eſt ſacrum veſtiarium, alterum ex quo ſacræ veſtes ad divinum uſum quotidianum depromi ſolent, alterum maſſaria nuncupatum à Sixto IV. Julio II. aliiſque Ruvereis Principibus viris, ac civibus, atque adeo ab ipſa etiam civitate, ſacra ſupellectili aurea, argenteaque, ſericis, atque auro intextis ſacerdotalibus, ac pontificalibus veſtibus, mitris, ſignis argenteis Beatiſſimæ Virginis, & ſex Apoſtolorum cervicibus, & candelabris inſtructum & locupletatum. In hac civitate præter Baſilicam Cathedralem, Parochiales ſunt Eccleſiæ tres, in ea & ſuburbiis 13. virorum Cœnobia, ſanctimonialium duo a, hoſpitales domus, laicorumque ſodalitates complures, quas velut & alias pias domus cives pietati impenſe deditι ſumma cura, ac vigilantia adminiſtrant. Nec reticenda Deiparæ Virginis Eccleſia, de Miſericordia nuncupata, in valle S. Bernardi, tertio à civitate milliario poſita, cujus ædificationis cauſam præbuit ejuſdem Beatiſſimæ Virginis apparitio ante annos centum, multis poſtea miraculis confirmata, atque illuſtrata magno huc finitimarum, & remotarum etiam gentium numero devotionis & voti ſolvendi cauſa confluente: quorum eleemoſynis Eccleſia ipſa condita magnifice & ornata eſt; adjuncta eſt illi hoſpitalis domus excipiendis peregrinis, infantibus expoſitis, ac puellis orphanis alendis peropportuna. Verum Savonenſis Præſul Mediolanenſi Archiepiſcopo ſemper ſubjectus fuit; Ipſe vero munere Imperatorio, per diplomata plura firmato, Princeps, Comeſque Savonenſis civitatis. Satis amplam diœceſim poſſidet, caſtellis, ac territoriis gravem, quæ etiam olim aliquanto laxior fuit, antequam temporibus Innocentii IV. ab ipſa Naulium deſcinderetur; nunc ab Ortu Januenſi, ab Occaſu Albingaunenſi, à Septentrione Albenſi & Aquenſi diœceſibus terminatur. Sunt in ipſa diœceſi Parochiales Eccleſiæ 40. Virorum Cœnobia diverſorum ordinum ſex. Xenodochia ac laicorum ſodalitia plura. Protulit hæc civitas duos ſummæ gravitatis Pontifices, Sixtum videlicet IV. ac Julium II. Roboreos, cum innumeris prope Cardinalibus, Archiepiſcopis, atque Præſulibus, præter cæteros præſtantes viros, qui pacis, bellique artibus in omni memoria floruerunt. Taxatur hæc Eccleſia in libris Cancellariæ Apoſtolicæ floren. 135. menſæ Epiſcopalis annuus cenſus aureorum 900. olim uberior, cum plura oppida & caſtella hæc Eccleſia patrimonii titulo poſſideret, quæ ſuperiorum temporum injuria, & incuria Præſulum amiſſa, alienatave ſunt; nunc unum tantum caſtrum ſupereſt Lodixii Aquenſis diœceſis, in quo Epiſcopus ſupremam temporalem juriſdictionem obtinet. Cæterum hic de Savona pauca narramus, eo quod nil dignum memoria ab iis, ad quos ſpectabat, allatum ſit, ſed ne reſponſo quidem dignati ſumus. Seriem igitur Savonenſium Præſulum, quam tum ex Regeſtis Vaticanis excerpſimus, tum ex aliis monumentis protulimus, haud potuimus lectoribus dare cumulatiorem.

1 MONTANUS b primus Savonenſis Epiſcopus eſt, cujus memoria extat anno 601. Hujus Magnus Gregorius meminit lib. 9. epiſt. num. 32. Conſtat vero jam inde ab Ambroſianis temporibus, Savonenſem ſedem Mediolani ſuffraganeam fuiſſe, ut narrat Corius, Hiſtoriaque Eccleſiaſtica Mediolanenſis Ripamontii. I.

b Forſan Martinus, de quo inter Acienſes.

2 BENEDICTUS Epiſcopus Vadenſis, quod idem eſt, ac Savonenſis, floruit anno 680. in Concilio ſub Agathone Papa. Pro Vadenſi nonnulli legunt Valvenſem, ſed ut arbitror corrupte, cum Vaticanus codex habeat Vadenſem. II.

3 JOANNES anno 940. III.

4 PISANUS apud Baronium an. 963. IV.

5 JOANNES Longobardus ad hanc dignitatem adlectus fuit anno 967. ſedit annos 25. Aliquando appellatur Vadi Epiſcopus, aliquando vero Savonenſis, nonnumquam utroque titulo inſignitur. Hic ab Othone Imp. eodem anno, quo ad Inſulam fuit vocatus 6. Id. Septemb. omnium bonorum ſuæ Eccleſiæ, præcipuo privilegio, confirmationem accepit, in hunc modum. V.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis,
Otho Dei gratia Romanorum
Imperator Auguſtus.

Notum ſit omnibus fidelibus noſtris præſentibus atque futuris, qualiter nos cum Joannem, quem nuper inveſtivimus de Epiſcopatu Savonenſi, cum eodem honore adjuti fuimus, pertinentia ſuæ Eccleeccleſiæ, & ſacroſanctæ ſedi ſuæ confirmamus, & firmiter in perpetuum corroboramus per hoc noſtrum imperiale præceptum domum cum curti & curte & manſionibus porta, & ripa ipſius caſtelli Saonen. Inſuper lacum rotundum Cardeto, Mandaculo de caſtello Cairo, Caſale Graſſio Cremenna, Aquamartia, & terram de Ponte quanta ad ſanctum Eugenium pertinet, montem Bunovallam in Aſte Curticella una, plebem ſancti Donati, plebem Meleſino, plebem ſanctæ Mariæ in Gudega, & plebem Monaciole, Sale, Monte Baccacio, Corgenio, Lavagniola, quæ dicitur Gotta ſicca, Salecito, Camairana, S. Julia, Vignale Ceriglo, Craceferren, Boile, Cano, Dego, Saſſole, Piana, Ebriubio, atque eaſdem curtes, plebes & proprietates cum decimationibus, & capellis, vineis, familiis, terris, pratis, campis, paſcuis, ſylvis, & cum omnibus curtis propriis decimationibus reddentibus Joanni Epiſcopo & ſuis ſucceſſoribus omnino confirmamus. Præcipientes itaque jubemus ut nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, ſeu aliqua Imperii noſtri magna parvaque perſona prædictam ſedem Savonen. de præfatis rebus diſveſtire, aut moleſtare præſumat. Si quis hoc fecerit centum libras auri componat, medietatem cameræ noſtræ, & medietatem prædicto Joanni, & ſuis ſucceſſoribus. Quod ut verius credatur, hanc paginam manu propria corroborantes ſigillari præcepimus.

Signum domi-  *ni Ottonis*
Cæſaris *invicti.*

Heribertus Cancel. vice Petri Cuman. Epiſcopi recognovit.

Data 6. Id. Septemb. anno dominicæ Incarnationis 967. Ind. x. Othonis regni xvi. imperantis iv. Actum prope Tyberim feliciter.

6 BERNARDUS, Savonenſis, in Epiſcopali patriæ ſede floruit anno 992. Hic Monaſterium S. Eugenii Liguriæ Inſulæ magno cenſu dotavit, atque ejuſdem precibus exoratus Otho III. Imp. Savonenſem Eccleſiam locupletavit invidioſis donariis, ut ex ejus donatione perſpici poteſt. VI.

In

In nomine ſanctæ, & Individuæ Trinitatis.
Otho divina favente clementia Roman.
Imperator Auguſtus.

Omnium fidelium tam præſentium, quam futurorum noverit univerſæ ſagacitatis induſtria, qualiter nos ob interventum Bernardi ven. Epiſcopi *Savonen. Eccleſiæ ædificatæ ad honorem ſanctæ Mariæ ejuſdem Eccleſiæ omnes ees, poſſeſſiones proprias acquiſitas & acquirendas, ſervos, & ancillas, plebes & caſtella, & terras, quæ hic nominantur infra caſtrum Savonen. turrem unam cum ædificiis ſuis & capella; curtem de lacu Rotundo Condedo, Manſugolam, Carium plebem, quæ dicitur ſancti Petri de Meliſeno cum capellis, & decimationibus, & terris, & plebem ſancti Joannis de Cairo cum capella ſancti Donati, & turris, & vineis, & cortem quæ dicitur Valla cum ſervis & ancillis, & Eccleſia S. Eugenii, ubi ejus corpus humatum requieſcit, & cortem de Caſale graſſo, & Crementam, & aquam Marciam, cum ſervis, & ancillis, terra quæ eſt juxta Carium in villa quæ dicitur Canina, & in Sale cum terra aratoria, cum vineis, & molendiais, & decimationibus de Oppido, quod dicitur Vinecariolum, & decimam de Cruce ferrea, de Ciaglo, & de Vineale, & decimam . . . . de Cairo, & de Buzile, & decimam de Moaaſtere, & de Poaciano, & plebem ſanctæ Mariæ de Gudega cum decimationibus de Cameirana & Solveto ſeu Gauſa ſicca, & pleb. de Langa, & Curtemellia uſque inter medios fines Epiſcopatus Savon. & Alben. per hanc noſtram præceptalem paginam pro Dei amore & animæ noſtræ remedio corroboramus. Præcipientes itaque jubemus ut nullus Dun, Archiepiſcopus, Marchio, Comes, Vicecomes, nullaque noſtri imperii magna parvaq; perſona eundem Epiſcopum, aut ejus ſucceſſores de prædictis rebus, ſervis, & ancillis diſveſtire aut moleſtare præſumat. Si quis igitur hujus noſtræ præceptalis paginæ violator extiterit, ſciat ſe compoſiturum ceatum libras auri optimi, medietatem Cameræ noſtræ & medietatem prædicto Epiſcopo ejuſque ſucceſſoribus. Quod ut verius credatur & diligentius ab omnibus obſervetur manu noſtra corroboratione inferius juſſimus ſigillari.*

Signum † domini Otthonis ſereniſſimi Imperatoris Auguſti.

Herbertus Cancell. vice Petri Cumani Epiſcopi *Cancell.*

Data aano Dominicæ Incarnationis 998. *aaao tertii Othonis regnan.* xvi. *Imperantis autem* xv. *Kal. Junii Ind.* xi. *Romæ feliciter.*

VII. 7 JOANNES III. Beenardo ſucceſſit anno 999.

VIII. 8 JOANNES IV. anno 1004.

IX. 9 ARDEMON ſive Acderamus *a* an. 1014. Hic ab Henrico Imperatoce privilegiis ſingularibus exornatus fuit, quorum unum extat in Archivio civitatis, cujus exemplar eſt hujuſmodi, fere ejuſdem tenoris cum ſupra relatis.

a Al. Aldemanus.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis. Henricus divina favente elementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus.

Ad hoc nos divinæ pietatis proviſio ad imperiale decus provenit, & tantæ poteſtatis culmiae decoravit, ut erga divinum cultum ſolicite, & circa Eccleſiæ Chriſti munimen & cuſtodiam, atque auctoritatem ſimus ſemper pervilcges intenti, idcirco omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorumq; præſentium ſcilicet & futurorum noverit induſtria, qualiter Ardemanus Savonen. Epiſcopus Imperialibur noſtris obtutibus præceptum ſcilicet ac Mundiburdium anteceſſorum noſtrorum Othonum nobiliſſimorum Imperatorum obtulit. Quomodo ipſi præfatæ Eccleſiæ Savonæ res, ac prædia immunitates contulerunt. Unde nos eorum confirmationes præceptum ſcilicet ac Mundiburdium conſideraates pro Dei amore noſtræque animæ remedio confirmamus, & firmiter in perpetuum corroboramus per hoc noſtrum Imperiale præceptum, domum cum turri & curte & manſionibus, porta ripa ipſius caſtelli Savonenſis, inſuper lacum rotundum Cardeto, Manduculo de Callo, Cairo, Caſale graſſo, Eremana, Aqua Marcia, & terra de Ponte quanta ad ſanctum Eugenium pertinent, Monte Curro valla in Aſte, tunicella una, plebem ſancti Donati, plebem Meloſinæ, plebem ſanctæ Mariæ in Gugads, & plebem Manarate, Sale, Monte Bar, Cario, Corgenio, Leone, Scrunito, Lavaniola quæ dicitur Gauſa ſicca, Salìceto, Camariana, ſanctæ Julæ, Viniale, Cinglo, Cruceferie, Boile, Cairo, Deco, Salſole, Plana, & Bruvio, atque eaſdem Curtes, plebes, proprietates cum decimationibus, & capellis, viaeis, famulis utriuſque ſenus, terris, pratis, campis, paſculis, ſylvis, & cum omnibus curtis propriis, vel decimationibus, redditibus, Aldemanio Savonenſi Epiſcopo & ejus ſucceſſoribus omnino coaſirmamus. Præcipientes itaque jubemus, ut nullus Dux, Marchio Comes, ſeu aliqua Imperii noſtri magna parvaque perſona prædictam ſedem Saonenſem de præfatis rebus diſueſtire aut moleſtare præſumat. Si quis hoc fecerit, centum libras auri componat, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem prædicto Aldemano Epiſcopo & ſucceſſoribus. Quod ut verius eredatur, hanc paginam manu propria corroborantes ſigillari præcepimus.

Signum Domini  *Henrici ſereniſſimi. & invictiſſimi Imperat. Auguſti.*

Henricus Canc. vice Everardi Epiſcopi, & Archicapellani recognovit.

Dat. anno Incarnationis Domiaicæ milleſimo decimoquarto indict. 12. *anno vero domini Henrici Impeeatoris Auguſti regnantis* 3. *Actum Papiæ feliciter. Amen.*

Eodem anno, & die idem Henricus Imperator intuitu Ardemani Epiſcopi, hæc hominibus habitantibus in Caſtello Savonen. aſſeruit.

In nomine ſanctæ, & individuæ Triaitatis.
Henricus divina favente clementia Roman.
Imp. Auguſtus.

Omnibus noſtris fidelibus tam præſentibus quam futuris, notum eſſe volumus, qualiter interventu Ardemani Epiſcopi Savonen. noſtri dilecti fidelis concedimus & coaſirmamus en noſtra præceptali auctoritate corroboramus omaibus hominibus maioribus habitantibus in Maſchium Savoaenſi in Caſtello omnes res & proprietates à Jugo Maris quam entra & villas libellarias, piſcationes, veaatioaes quæ habere ſoliti ſunt. Inſuper etiam jubemus ut in his præſcriptis confinibus Caſtella non ædificeatur, neque aliqua ſuperimpoſita à Marchionibus, vel à ſuis Comitibus, vel Vicecomitibus prædictis hominibus fiat, ſcilicet de fodro, de apprehenſione hominum, vel ſaltu domorum, qua propter commandamus, & firmiter in perpetuum ſtabilimus, ut nullus Dun, Marchio, Epiſcopus, Comes, Vicecomes, Goſtaldio, venator, ſeu quælibet aoſtri Imperii magna parvaque perſoaa prædictos homines habitantes in Caſtello Savonæ de præſcriptis rebus inquietare, vel moleſtare præſumat. Si quis igitur hoc aoſtrum Imperiale præceptum violare ſeu frangere tentaverit, ſciat ſe compoſiturum mille libras auri optimi, medietatem cameræ noſtræ, medietatem aobilioribus hominibus præſcriptis habitaatibus in Caſtello Savonen. Quod ut verius credatur, & diligentius ab omnibus obſervetur manu propria corroboravimus, noſtro ſigillo Imperiali juſſimus inſigniri.

Signum † Domini Henrici ſereniſſimi & invictiſſimi Imp. Auguſti.

Henricus Cancell. vice Eveeardi Epiſcopi, & noſtri Capellani recognovit.

Da-

A *Datum anno Dominicę Incarnationis MXIV. Ind. XII. anno V. domini Henrici Imp. Aug. regnantis XII. Imperii ejus primo, Actum in Palatio Papię feliciter.*

X. 10 ANTELLINUS anno 1028. [„ *Al. Ancellinus.*)

XI. 11 BRIXIANUS an. 1046.

XII. 12 B. AMICUS hanc Eccleſiam adminiſtravit anno 1049. Decimam, quam Savonæ, ac in Naulenſi Plebania poſſidebat, Capitulo Cathedralis dono dedit, ea conditione, ac lege, ut apud dictam Eccleſiam communi jungeretur convictu. Quam donationem Gregorius VII. ratam eſſe juſſit.

XIII. 13 JORDANES Savonenſis, eidem Eccleſiæ præfuit anno 1080.

XIV. 14 GROSSOLANUS conſecratus Epiſcopus Savonenſis anno 1098. Mediolanenſis Vicarius fuit, mox Archiepiſcopus. De quo ſupra actum eſt.

XV. 15 GUILLELMUS ſedit poſt Groſſolanum anno 1110.

XVI. 16 B. OCTAVIANUS Papienſis Canonicus, B Savonæ electus Epiſcopus fuit anno 1119. Hic cum ſanctimonia vitæ prælucerет, incomparabili ſtudio pietatis exarſit, ut oves ſibi commiſſas ſervaret. Itaque tum vivus, tum mortuus perſpicuis miraculis claruit. Decimas Cathedralis Canonicis in laxiorem vitam prolapſis, quas iiſdem Amicus anteceſſor indulſerat, in mulctam corruptorum morum ademit, ad meliorem frugem traductis anno tertio ſui Pontificatus reſtituit. Beatiſſimæ Virginis Mariæ præcipuus cultor: poſtremam diem clauſit anno 1128. ſepultuſque eſt in veteri Cathedrali S. Mariæ, unde poſtea tranſtulerunt in novam, veneranturque tamquam divum tutelarem Savonę.

XVII. (a Al. Arditius.) 17 IDITIUS *a* beato Octaviano ſuffectus eſt anno 1128. reperiturque vixiſse in ea dignitate cum laude prudentiæ annis multis. Quem antiqua monumenta etiam Arditium appellant. Quæ multiplex appellatio nonnullis ſcriptoribus errandi cauſam fecit, ut unum ſcilicet eumdemque Iditium partirentur in duos. („ *Ildizo Saonenſis ſubſcribitur Innocentii II. Bullæ infra in Januenſibus referendę* „ *ann.* 1133.) C

XVIII 18 B. VIDO de Lomello ad eandem dignitatem aſſumptus eſt poſt Iditium. Concilio Lateranenſi interfuit ſub Alexandro III. anno 1179. cujus decreta ſubſcripſit. Protulit ætatem uſque ad annum 1183. atque bonorum operum commendatione relatum aſſerunt in numerum Beatorum.

XIX. 19 AMBROSIUS de Caretto nobiliſſimi viri Henrici Guercii filius, Savonæ Epiſcopus renunciatus eſt anno 1183. Qui ab Urbano III. Pontifice juſſus, Monaſterium S. Quintini de Spingio Ordinis S. Benedicti ad puriores mores traduxit. E vivis exceſſit anno 1192. quo Cœleſtinus III. Pontifex Max. Præpoſitum, & Canonicos Eccleſiæ Cathedralis Savonæ hocce privilegio exornavit.

Cæleſtinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Gulielmo Præpoſito, & Canonicis S. Mariæ de Savona ejuſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum. Quoties à nobis &c. uſque impertiri. Ea propter dilecti in Domino filii &c. uſque communimus. Statuentes &c. uſque propriis D *exprimenda vocabulis. Eccleſiam S. Mariæ Magdalenæ cum omni jure ſuo, Eccleſiam ſancti Stephani, & ſancti Poatii cum omni jure earum, Eccleſiam S. Saturnini & omnia jura parochialia Savonę præter id quod terminatum fuit Eccleſiæ S. Georgii, ac S. Petri, Hoſpitale de S. Mauro. cum omni jure, jus quod habetis in oblationibus de Naulo, & decima tam vini, quam bladæ, & decima omnium quæ veniunt in Can. Epiſcopi ſicut continetur in inſtrumento bo. me. Amici quondam Epiſc. Savonen. Scarſolarum & ſponſarum ac navium benedictionis, medietar oblationum, quæ dantur pro iis qui eligunt ſepultu-* A *ram ad quamlibet Eccleſiam civitatis, jus quod habetis in Cellis, in Lavagnola, in Legino, & in Signo, & territorio ejus, & Cugliani & territorio ejus, & totum quod habetis in Mallis, & in Lombardia quicquid in Sovana & in Comitatu ejus, Eccleſiam S. Thomæ cum omni jure ſuo, refectiones quas debet vobis Epiſcopus Savonen. in Nativitate Domini, in Paſcha, & in Aſſumptione Sanctæ Mariæ. Paci quoque & tranquillitati veſtræ paterna dulcedine providere volentes, auctoritate Apoſtolica prohibemus, ut non liceat Epiſcopo veſtro vos vel veſtram Eccleſiam fatigare, libertates præterea, & immunitates antiquas & rationabiles conſuetudines Eccleſiæ veſtræ conceſſas gratas habemus, & eas perpetuis temporibus illibatas permanere ſancimus. Sepulturam præterea Eccleſiæ veſtræ liberam eſſe decernimus ut eorum devotioni extremæque voluntati, qui ſe illic ſepelire deliberaverunt, niſi excommunicati vel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalva tamen juſtitia illarum Eccleſiarum,* B *à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Præpoſito vel tuorum quolibet ſucceſſorum nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur niſi quem Canonici communi conſenſu, vel Canonicorum pars major conſilium ſanioris ſecundum Deum providerint eligendum. Decernimus ergo ut nulli &c. uſque ſalva Sedis Apoſtolicæ auctoritate, & diœceſani Epiſcopi Canonica juſtitia. Si qua igitur &c. uſque ſubjaceat. Cunctis &c. uſque pacis inveniant. Amen.*

Ego Cæleſtinus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Joannes Præneſtinus Epiſcopus.
Ego Pandulphus Baſilicæ XII. Apoſtolorum presb. Card.
Ego Romanus tit. S. Anaſtaſiæ presb. Card.
Ego Joannes tit. S. Stephani in Cælio monte presb. Card.
Ego Joannes S. Theodori Diac. Card.
Ego Benedictus S. Mariæ Novę Diacon. Card.
Ego Gregorius S. Georgii ad vellum aureum Diac. Card. C
Ego Nicolaus S. Marię in Coſmedin Diacon card.
Ego Aegidius S. Nicolai in carcere Tulliano Diac. card.

Datum Romę per manus . . . . . Nonis Julii Ind. X. Incarn. Dom. anno MCLXXXXII. Pontif. vero D. Cæleſtini Papę III. anno 2.

20 BONIFACIUS de Carretto Savonenſis patriæ dignitate fulſit ann. 1193. Jura caſtri Signi, quæ iti ipſo anteceſſores ſui exercuerant, liberaliter Savonenſi populo conceſſit, & cum fere annis ſex ſediſset, defunctus eſt, & in Cathedrali humatus. XX

21 GUALA anno 1190. unius anni Epiſcopus fuit. XXI.

22 ELEEMOSYNA ſubrogatus eſt Gualæ anno 1200. à majori, meliorique parte Capituli, uno Archidiacono (1) diſcrepante, ut habetur de *electione*, capitulo *cum inter canonicos*. Parum in ea dignitate oportet illum vixiſse, cum paulo poſt, qui ſequitur, reperiatur Savonenſis Epiſcopus. XXII

D 23 ANTONIUS de Saluzzii, nobili, & vetuſta apud Savonenſes familia natus, quæ gens deinceps Genuam tranſmigravit, hactenuſque opibus, & viribus fœta, inter nobiles recenſetur. Hic ad Patriæ ſedem vocatus, præerat ann. 1202. eo ſcilicet tempore, quo Beati Octaviani corpus tranſtulere in novam Cathedralem. Quem parum vixiſse conſtat, cum anno 1206. ſucceſſor reperiatur. XXIII

24 PETRUS jus divinum dicebat Savonenſibus anno 1206. Hic ex probitatis fama, ſingularique dexteritate agendi viſus eſt compuliſse Othonem de Carretto, ut Savonenſi Eccleſiæ reſtituere vellet Caſsello de Cacin Alpiumque donationes, quas olim Henricum Imperatorem eidem Eccleſiæ traditur indulſiſse. XXIV

B. AL-

(1) Eleemoſina ex Præpoſito Haſtenſi factus Savonenſis Epiſcopus, uno ſubdiacono conſtantiſſime reluctante, adeout cauſa ad Innocentium III. delata fuerit: obiiciebat animi morbo epileptico eum laborare, & de gremio alienæ Eccleſiæ eſſe. Quibus examinatis, frivoliſque repertis, Epiſcopo Placentino, & Bobien. & Archiepiſcopo Januenſi injunctum eſt, ut electionem confirment deturbato Modiceoli Canonico, quem in Epiſcopum Savonen ſem elegerat Archiepiſcopus Mediolanen. partibus in ipſum compromittentibus. Male ponitur in Ughello Archidiaconum obſtitiſſe, cum is potius ipſum Præpoſitum Haſtenſem unanimiter nominaverit, uti ex Decretal. l. 2. de elect. tit. 6. c. 21.

Google

XXV. 25 B. ALBERTUS de Novaria Savonæ renunciatus Epiſcopus eſt anno 1221. Eidem electo ſcribit Honorius III. ut retinere poſſit præbendam, quam obtinebat in Eccleſia Novarienſi tempore aſſumptionis ſuæ, ob Savonenſis Eccleſiæ paupertatem: ita in Regeſto Vaticano Epiſt. 656. fol. 131. ann. 5. Datum 5. Nonas Maii. Hic pro Eccleſia ſibi commiſſa plura pericula adiit, perpeſſuſque eſt eas ærumnas, quibus proculdubio confectus fuiſſet, niſi eas ex moderatione animi ſingulari vicaſſet alacritate mirabili. Primum enim gravi lite implicitus contra Savonenſes eccleſiaſtica ſua jura defendit, mox, Naulenſes, Segninique Januenſium triremium ope ſuffulti Spoturnum Epiſcopalis ditionis Caſtellum, populabundi egreſſi ſunt, & cum cepiſſent, miſerabiliter exciderunt, ſancto Epiſcopo eorum inſaniam miſerante, cujus moderatio tametſi perpetuo quoad vixit miraculo fuerit, traditur tamen tam in vita, quam poſt deceſſum admiranda plura patraſſe, ideoque à pia credulitate fidelium inter Beatos cenſeri. Evolavit autem ad Superos anno 1230.

XXVI 26 HENRICUS electus an. 1230. Vixit uſque ad annum 1247.

XXVII. 27 BONIFACIUS eandem ſedem tenebat anno 1247.

XXVIII. 28 CONRADUS de Anciſa ſucceſſit an. 1251. cui electo ſcribit Innocentius IV. ut poſſit uti mitra & baculo paſtorali, ex Regeſt. Vatic. Epiſt. 213. fol. 145. Datum Peruſii 8. Kal. Maii anno 9. Rexit Savonenſem Eccleſiam annis 27. Hujus autem Epiſcopi temporibus idem Innocentius IV. Pontifex Naulenſem plebaniam erexit in cathedralem, eidemque attributo Paſtore, à diœceſi Savonenſi illam disjunxit, eique pro Epiſcopali menſa aſſignavit monaſterium S. Eugenii cum ſuffectum cenſu.

XXIX 29 ROFFINUS patria Aſtenſis, ſubſtituitur in locum Conradi an. 1278. cui diuturnus Epiſcopus fuit.

XXX 30 HENRICUS de Punzono Savonenſis, ex Præpoſito Cathedralis ad eandem dignitatem aſcendit anno 1296.

XXXI 31 Fr. GUALTERUS de Maus, Gallus, Ordinis Prædicatorum ex ſententia Michaelis Pii in Hiſtor. Viror. Illuſtrium Ord. S. Dominici, fuit Epiſcopus Savonenſis anno 1303. ſed de eo nulla fit mentio in Regeſt. Vatic.

XXXII. 32 JACOBUS Caradengus de Niella Savonenſis, patriæ ſuæ fuit adlectus Epiſcopus anno 1305. (1)



XXXIII. 33 FRIDERICUS Cibo, nobili gente, & vetuſta procreatus, eandem dignitatem aſſecutus eſt anno 1317. die 4. menſis Martii. Vixitque ad annum uſque 1342. Hujus mentio habetur in lib. Proviſ. Præl. In Regeſt. Vatic. legitur epiſtola eidem Friderico à Benedicto XII. ſcripta, in qua ei facultas conceditur, juriſdictionem Eccleſiaſticam exercendi in ſubditos in Caſtro Spoturni, diœceſis Naulenſis, in quo Fridericus exul à patria morabatur. Epiſtolæ tenor talis eſt, quæ eſt numero 283. 2. partis anni 3.

Benedictus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Venerabili fratri Friderico Epiſcopo Savonenſi. Illas petitiones libenter ad gratiam exauditionis ad-

A *mittimus, per quam præſentium neceſſitati conſulitur, & aliorum commodis in exhibitione juſtitiæ providetur. Sane petitio pro parte tua nobis exhibita continebat, quod caſtrum Spoturni ſitum Savonæ per tres leucas, vel quaſi olim fuit de diœceſi Savonenſi, licet ex ordinatione cujuſdam Romani Pontificis, quod eſſet de diœceſi Naulenſi fuerit ordinatum, etiam quod dictum caſtrum ad menſam Epiſcopalem Savonenſem ab antiquo pertinuit, & adhuc noſcitur pertinere quodque prædeceſſores tui Epiſcopi Savonenſes, qui fuerunt pro tempore conſueverunt in dicto Caſtro . . . . . . tu etiam conſuevisti inibi aliquotiens commorari. Quare nobis humiliter ſupplicaſti ut cum propter malitiam patriæ in civitate, & diœceſi Savonenſi nequeas tu morari, nec ibidem juriſdictionem Eccleſiaſticam libere exercere, exercendi per te, ac Vicarios tuos hujuſmodi juriſdictionem in caſtro prædicto tibi facultatem concedere dignaremur. Nos igitur in hac parte tuis, & ſubditorum tuorum commodis conſulere intendentes fraternitati tuæ per te, &*
B *vicarios tuos exercendi in caſtro prædicto ad tuam epiſcopalem menſam in temporalibus ut prædicitur pertinente, de voluntate tamen, & conſenſu venerabilis fratris noſtri Epiſcopi Naulenſis loci diœceſani, juriſdictionem Eccleſiaſticam in perſonis tuæ diœceſis, prout alias ad tuum officium in eadem tua diœceſi, noſcitur pertinere, plene, ac libere, quacunque conſtitutione per Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros in contrarium edita nequaquam obſtante auctoritate Apoſtolica, uſque ad triennium liberam tenore præſentium concedimus facultatem. Nulli ergo, &c. noſtræ conceſſionis infringere, &c.*

Datum Avenioni Idus Martii anno 3.

XXXIV. 34 Fr. GERARDUS de Vaſconibus a Bergomenſis, ex Ordine Eremitarum S. Auguſtini, liberalibus diſciplinis nobiliter eruditus, doctorque Theologiæ inſignis, ad hunc eundem dignitatis gradum ſubvectus eſt anno 1342. Kalend. Auguſt. Quod ipſum munus uſque ad ann. 1356. ſuſtinuit cum laude prudentiæ. Bergomi è vivis eximitur, ſepultuſ-
C que eſt in ſepulchro, quod ſibi vivens paraverat, apud ſuos Auguſtinianos, ante principem aram. A fundamentis propemodum erexit monaſterium ſui Ordinis extra Savonenſes muros, illodque pluribus adauxit fortunis. Haud temnenda ſui ingenii monumenta reliquit; ſuorumque anteceſſorum præclare geſta in unum volumen coegit, quæ ex incuria conſtat intercidiſſe magno poſteritatis incommodo. De eo ſic Achilles Mutius lib. 4. Theatri Bergomenſis cecinit.

Eſt Auguſtini cœtus lux magna Gerardus
Hic ſophia, & vita clarus abunde ſua.
Sabbatia eſt teſtis Ligurum locus inter amœna
Urbs, ubi ſubſtinuit Pontificale pedum.

Hoc eodem tempore, quo Gerardus Savonenſem ſedem rexit, aſſerit Sanſovinus in ſupplemento Chronic. vixiſſe quendam Guillelmum hujus ſedis Epiſcopum. Sed toto cœlo aberrat, quando Vatican. Regeſtum abunde teſtatur, Gerardo immediate ſucceſſiſſe Antonium anno 1356.

a De quo Calvus in Scena litter. par. 1. p. 187. & Gandulphus de 200. Script. Auguſt. p. 111. Mandiſ.

D



35 ANTONIUS ex Marchionibus Salutii ſucceſſit XXXV.

(1) Per hæc tempora Savonenſem Epiſcopum fuiſſe Chriſtophorum de Ptolomæis Senenſem Ordinis Prædicatorum nonnulli affirmant, ut docet Ugurgerius in Pompis Senen. par. 1. p. 156. De quo tamen nihil certi, neque mentio apud Fontanam in Theatro Dominicano.

ceſſit Gerardo anno 1356. ſedit annos 20. menſes 7. atque ad Archiepiſcopatum Mediolanenſem tranſlatus eſt. De quo ibi.

XXXVI. 36 Fr. DOMINICUS de Lagne, Ordinis Prædicatorum, Sacræ Theologiæ Magiſter inſignis, Savonenſi infula nobilitatus eſt anno 1376. Sedit plus minus annis octo.

XXXVII. 37 ANTONIUS de Vialis Januenſis ad eandem dignitatem aſſumptus eſt anno 1384. Deceſſit ann. 1394. ex lib. Oblig. Prælat.

XXXVIII. 38 JOANNES de Firmanis de Firmo, ſive ut alii volunt de Theatinis Ariminenſis, ex Senogallienſi Epiſcopo, Savonenſis Præſul effectus eſt à Bonifacio IX. anno 1394. 2. Idus Octobris in lib. Oblig. Prælat. Quam ille Eccleſiam adminiſtravit uſque ad ann. 1405. deinde ad Aſculanam in Piceno Eccleſiam, inde ad Firmanum Epiſcopatum tranſlatus an. 1412. De quo vide ſupra in I. & II. noſtro Tomo. Hoc Præſule in Savonenſi Cathedra ſedente, Bonifacius IX. Pontifex Maximus hanc perpetuo duraturam indulgentiam Cathedrali Eccleſiæ aſſeruit, ut fidelium eleemoſynis divinus cultus in ea augeretur.

Bonifacius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Univerſis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam benedict. Cum præcelſa meritorum inſignia, quibus Regina cælorum Virgo Dei genitrix glorioſe ſedibus præfata ſydereis quaſi ſtella matutina prærutilat, devotæ conſiderationis indagine perſcrutamur, dum etiam intra pectoris arcana revolvimus, quod ipſa utpote mater miſericordiæ, gratiæ, & pietatis amica humani generis conſolatrix pro ſalute fidelium, qui delictorum onere pergravantur, ſedula exortatrix, & pervigil ad regem quem genuit intercedit, dignumque potius debitum arbitramur, ut Eccleſias, & loca in honorem ſui nominis dedicatas gratioſis remiſſionis proſequamur impendiis, & indulgentiæ muneribus decorentur. Cupientes igitur ut Eccleſia Saonen. quæ in honorem, & ſub vocabulo B. Mariæ Virginis fundata exiſtit, congruis honoribus frequentetur, & conſervetur, ac etiam augeatur, & ut fideles Chriſti cauſa devotionis eo libentius confluant ad eamdem, & ad conſervationem hujuſmodi, ac illius Eccleſiæ fabricam manus promptius porrigant adjutrices quo ex hoc ibidem dono cæleſtis gratiæ uberius conſpexerint ſe refectos, de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi omnibus vere pænitentibus, & confeſſis, qui in vigilia, & feſto Aſſumptionis B. Virginis Mariæ, & die feſto immediate ſequenti prædictam Eccleſiam viſitaverint, & ad conſervationem, & fabricam hujuſmodi manus adjutrices porrexerint ut præfertur annuatim, illam indulgentiam, & remiſſionem peccatorum auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, ut viſitantes Eccleſiam ejuſdem B. Virginis Mariæ de Portiuncula dictam de Angelis extra muros Aſſiſinaten. primo, & ſecundo diebus Auguſti annuatim quomodolibet conſequuntur. Et nihilominus, ut fideles Chriſti ad eandem Eccleſiam Saonen. in vigilia, & feſto, ac diebus prædictis propterea confluentes, & ad ejus conſervationem, & fabricam manus adjutrices porrigentes conſcientiæ pacem, & animarum ſalutem Deo propitiante conſequi valeant, ac indulgentiam hujuſmodi uberius conſequantur, benignius agere volentes, Epiſcopo Savonenſi pro tempore exiſtenti, & ſex aliis ſacerdotibus idoneis tam ſæcularibus quam religioſis Ordinum quorumcumque per eundem Epiſcopum eligendis, & deputandis, ut ipſi confeſſiones omnium, & ſingulorum Chriſti fidelium in vigilia, feſto, & die prædictis eam hujuſmodi indulgentiam aſſequendi confluentium, eadem auctoritate Apoſtolica, & eorum confeſſionibus diligenter auditis pro commiſſis eis debitam abſolutionem impendere valeant, ac injungere pro modo culpæ pænitentiam ſalutarem, niſi forſitan talia fuerint, propter quæ ſit ſedes Apoſtolica conſulenda, prædicta auctoritate Apoſtolica uberioris dono gratiæ tenore præſentium indulgemus, præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Nulli ergo, &c. Si quis, &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum 18. Kal. Auguſti Pontificatus noſtri anno 10.

39 Fr. PHILIPPUS Gallus (cujus Ord. fuerit adhuc incompertum) electus Savonenſis Epiſcopus ann. 1405. Interfuit Concilio Piſano ann. 1409. Præfuit uſque ad annum 1411. deinde ad Damaſcenum Epiſcopatum tranſlatus eſt. Dum Savonenſibus jus divinum diceret, proditoris crimine fœdiſſime ſe obſtrinxit, conatus non ſemel Savonenſium hoſtibus dare civitatem. Adeo aliquando in vota Deo capita deſævit ambitio, ut fluxam fidem omni religione ducant potiorem. XXXIX.

40 PETRUS Spinula nobilis Januenſis, Monachus Monaſterii S. Mariæ de Caſtellione Ordinis S. Benedicti Parmenſis Diœceſis, à Joanne XXIII. Pontifice perfidioſo Philippo ſuffectus eſt an. 1411. 4. Kal. Novemb. Præfuit ad duos annos, tranſlatuſque deinde eſt ad Epiſcopatum Uſelenſem in Sardinia, mox factus eſt Archiepiſcopus Calaritanus ab Antipapa Benedicto XIII. de quo in lib. Obligat. Prælator. mentio extat. XL.

41 VINCENTIUS de Vialis Januenſis eandem dignitatem obtinuit an. 1413. die 2. menſis Julii. Sedit circiter annos 30. cum laude, communique bonorum applauſu; fatoque functus eſt anno 1443. Sub ejus Præſulatu Eugenius IV. Pontif. Max. Præpoſito, & Capitulo Cathedralis Savon. præteritorum Pontificum immunitates conceſſas confirmavit in hunc modum. XLI.

Eugenius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Præpoſito, & Capitulo Saonen. ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod juſtum eſt, & honeſtum, tam rigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates, & immunitates à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ſive per privilegia, vel alias indulgentias vobis, & Eccleſiæ veſtræ conceſſas, nec non libertates, exemptiones ſecularium exactionum à Regibus, & Principibus, vel aliis Chriſti fidelibus rationabiliter vobis, & præfatæ veſtræ Eccleſiæ auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, & communionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, et Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Florentiæ anno Incarnationis Dominicæ 1440. 14. Kal. Septemb. Pontificatus noſtri ann. 10.



42 VALERIUM [a] deinde Calderinum Januenſem, Sagonæ in Corſica ante Epiſcopum, Eugenius IV. ad hanc Eccleſiam tranſtulit anno 1443. die 15. menſis Maii. Hic juris conſultiſſimus fuit, ac nobiliter eruditus. In pluribus ditionis Eccleſiaſticæ civitatibus jus dixit, præcipue vero Tuderti prudentiæ explicavit conſilia contra quoſdam, qui ejuſdem civitatis tyrannidi imminebant. Aliquot Valerii ſingularis eruditionis literas ad XLII.

[a] Jo. Valerius dicitur ab Oldoino in Athen. Ligust. p. 170., ubi de eo: alibi p. 524. Valerianum appellat. Mans. inſ.

Se-

Senenſes perlegi ; qui deinde ad Albiugaunenſem A
Epiſcopatum translatus eſt anno 1467.



XLIII 43 JOANNES BAPTISTA Cibo *a* Januenſis, patriæ decus, & gloria, Savonenſi throno à Paulo II. nobilitatus eſt ann. 1467. die 25. menſis Aprilis, à Sixto IV. translatus ad Melphitanam Eccleſiam anno 1472. tum & ab eodem vocatus ad purpuram, ad ſupremam deinde Pontificatus ſedem evaſit, appellatuſque eſt Innocentius VIII.

a De eo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 54. & 69.

XLIV 44 Fr. PETRUS Gara Savonenſis ex Ordine Prædicatorum, Sixto IV. Pontifici Maximo affinis, ſubrogatus eſt Joanni Baptiſtæ an. 1472. die 16. menſis Sept. Sedit annos 28. eoque munere volens abivit 1499. in favorem Juliani Cardin. Roborei, ac paulo poſt Savonæ è vita diſceſſit, ſepultuſque eſt in veteri Cathedrali cum hoc ſequenti epitaphio, cujus ſemieſæ litteræ legentes eludunt.

Sepulchrum Reverendi Domini
Petri Garæ Epiſcopi Savonenſis, & Comitis.
Incœpit ſedere
de anno M. CCCC. LXXII.
die xvi. Septembris

. . . .

In quo honorifico epitaphio Comitis titulo inſignitur, quod olim Savonenſes Epiſcopi munere Imperiali politicum dominium in ipſa civitate exercebant. Cujus tempore Sixtus IV. eodem modo, C quo Bonifacius antea indulſerat, iiſdemque propemodum verbis perpetuam indulgentiam dedit viſitantibus Cathedralem Savonenſem Eccleſiam, id quod etiam paulo poſt egit Julianus Cardinalis Roboreus Apoſtol. Sedis Legatus, dum Savonam patriam inviſeret die 4. Martii 1476. quam quidem beneficentiam etiam affirmavit idem Sixtus Pontifex his datis literis Antianis, populoq; Savonenſi.

Sixtus Papa IV.

Dilecti filii ſalutem, & Apoſtolicam benedict. Accepimus binas literas veſtras gratiſſimas nobis quidem, in quarum alteris de lumine ad opus Navalium vobis dono per vos datogratias agitis, in alteris de indulgentia per dilectum filium Cardinalem ſancti Petri ad Vincula nepotem & Legatum noſtrum conceſſis, pecuniiſque ex eis collectis certiores nos redditis; de alumine non deſiderabamus gratiarum actionem, pro noſtra enim præcipua in amantiſſimam patriam charitate id ex animo, & libentiſſime fecimus. facturi quoque quoties opus fue- D *rit pro ea quicquid cum Deo licebit. Quod autem ad indulgentias ſpectat, lætamur eas ab ipſo Cardinali eſſe conceſſas, quas & ratas eſſe volumus & ab omni ſuſpenſione exemptas ſervare intendimus. Pecunias ex illis collectas juxta ordinationem dilectorum filiorum Jo. & Antonii de Ruvere noſtrorum affinis, & nepotis, veſtrorumque concivium diſponere poteritis, qui ſuper hoc plene ad vos ſcribent.*

Datum Romæ apud S. Petrum ſub anulo piſcatoris die 18. Aprilis 1475. Pontificatus 5.

XLV. 45 JULIANUS Cardinalis de Ruvere, *b* Oſtienſis Epiſcopus, Sixti IV. nepos. ille, qui poſtea Pontifex Max. renunciatus Julius II appellatus eſt, ex ceſſione Petri Garæ Savonenſem Eccleſiam adminiſtrandam ſuſcepit anno 1499. die 20. menſis Aprilis; præfuit duobus annis, eoque munere in favorem nepotis ſe abdicavit anno 1502. Cui e-

b De eo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 46. & 210.



tiam cum Savonenſi, Naulenſis Epiſcopatus obvenit, ſed cum deinde inter has duas Eccleſias divortium interceſſiſſet, Julianus iterum Savonenſem ſui juris fecit, illiuſque Epiſcopus cum eſſet, ad B Romanum Pontificatum evaſit. Hujus Pontificis omnium Maximi meminerunt quotquot ſcripſerunt hiſtorias, tamquam militaris viri, & cui, expulſis barbaris, Italica libertas, cum Eccleſiaſtico decore maxime debeatur.

46 GALEOTTUS Roboreus *c* Savonenſis, Cardinalis Juliani nepos, ex ceſſione patrui, Savonę adlectus Epiſcopus fuit 1502. die 28. menſis Januarii, eodemq; die cum Dominicus Naulenſi dignitate ſe abdicaſſet, quod ad Vigintimilienſem epiſcopatum fuiſſet translatus, utramque eccleſiam Galeotto attribuerunt, ſub cujus præſulatu annum circiter unum octoque menſes manſerunt; inde ex ejuſdem reſignatione earum eccleſiarum adminiſtratio ad Julianum Card. rediit, qui paulo poſt ſummus eccleſiæ Pontifex ſalutatus, Galeottum, opimis ſacerdotiis auctum, Cardinalem creavit. Naulenſem eccleſiam à Savonenſi disjunctam, Cardinali Cibo demandavit. XLVI.

c De eo Idem Ciaconius t. 3. col. 252.

47 JACOBUS, cognomento Giuppus Roboreus, paulo ante Epiſcopus Militenſis in Calabria, XLVII
C ad Savonenſem ſedem translatus eſt à Julio II. anno 1504. die 7. Martii Romæque deceſſit animi æger, cum in petitione Cardinalatus ab eodem Julio propiori ſuo affini tuliſſet repulſam anno 1510.



D 48 RAPHAEL Card. Riarius, *d* Sixti IV. Pontificis nepos, Epiſcopus Oſtienſis, hanc eandem Eccleſiam adminiſtrandam ſuſcepit à Julio II. Patruele ſuo an. 1510. Qui tametſi opulentis ſacerdotiis abundaret, nullum tamen in ſibi creditam Eccleſiam contulit beneficium; quamobrem, fortaſſe conſcientia terrente, eo munere ſe exſolvit, ut in Thomam ſuum affinem conferretur. XLVIII.

d De eo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 70.


49 THOMAS Riarius, Savonenſis, ex ceſſione Raphaelis ad Savonenſem dignitatem promotus eſt ex Decano Eccleſiæ Piſanæ. Duodecim an. cum laude prudentis viri hanc rexit Eccleſiam, Neapoliq; revertens, cum maximum adiiſſet naufragium, Piſis pertinaciſſimo morbo tentatus, exceſſit è vivis 1528. ſepultuſque eſt ex teſtamento apud S. Campum, in marmoreo tumulo, cum hoc Epitaphio. XLIX.

Thomas interfuit an. 1515. Lateran. Concilio.

Thomæ Riario Epiſcopo Savonenſi viro pientiſſimo, & integerrimo. Quem in

Pa-

Patriam ad Eccleſiam ſuam ex Neapoli redeuntem, cum Piſis in quorum Baſilica decanus religioſe egerat, ex maritimo labore ſeceſſit longævo parenti, fratrique dulciſſimis, ſuiſque omnibus immatura mors eripuit: Vixit ann. LII. D. H. P. C.



L. 50 AUGUSTINUS Card. Spinula *a* à Clemente VII. hanc Eccleſiam ſuſcepit adminiſtrandam anno 1528. die 10. menſis Julii. Deceſſit anno 1537. de quo conſule noſtras additiones ad Alphonſum Ciaconium.

a De eo Ciaconius Oldoin. t. 3. col. 479.

LI. 51 JACOBUS de Fliſco nobiliſſimus Januenſis, filius Hectoris, Savonenſis Præſul creatus eſt anno 1537. die 22. menſis Octobris. Savonam ſolemni pompa ingreſſus eſt die 12. Januarii 1538. Hujus Epiſcopi temporibus Januenſis Reſpublica veterem Cathedralem in novam arcem concluſit, non ſine mœrore populi, Præſuliſque Jacobi, qui poſt novem annos ſuæ adminiſtrationis deceſſit ann. 1546.

LII. 52 NICOLAUS de Fliſco, Jacobo fratri ſucceſſit anno 1546. die 22. Octobris. Hic à Paulo IV. Pontifice pro veteri Cathedrali obtinuit Eccleſiam S. Franciſci Minorum Conventualium, ejuſque primus Archipresbyter fuit Vincentius Gravella Savonæ Vicarius. Sedit laudabiliter Nicolaus uſque ad annum 1564. eoque munere ſe abdicavit in favorem Ambroſii fratris.

LIII. 53 JO: AMBROSIUS, tertius frater de Fliſco, à Pio IV. hanc eamdem Eccleſiam jam ad ſenectutem vergens obtinuit anno 1564. die 9. Julii. In ea dignitate duodecim annos explevit, jamque graviter ſeneſcens, private victurus, eo munere ſe exſolvit anno 1576.

LIV. 54 CÆSAR Ferrerius de Biella, Vercellenſis, celebris doctor, genere nobilis, unde tot olim Præſules, & Cardinales prodiere, ob inclytas animi dotes à Gregorio XII. ad Savonenſem dignitatem promotus eſt anno 1576. die 10. menſis Maji. Quinque annos eam adminiſtravit cum ſingulari laude, deinde ex obitu Ferdinandi Ferrerii ſui affinis ad Iporejenſem Eccleſiam tranſlatus eſt.

LV. 55 DOMINICUS Grimaldus *b* nobilis Januenſis pro ſancta Romana Eccleſia Comitatus Venuſini in Gallia gubernator, à Gregorio XIII. die 13. Februarii 1581. ad Savonenſem ſedem vocatus eſt, ac poſt tres annos ad Eccleſiam Cavallicenſem tranſlatus, deinde Avenionenſis Archipræſul electus, illiuſque Provinciæ Prolegatus, fuitque Abbas Commendatarius Montis Majoris prope Arelatum.

b De quo Oldoinus in Athen. Ligust. Avenion.

LVI. 56 JO. BAPTISTA Centurionus *c* nobilis Januenſis ex Epiſcopo Marianenſi in Corſica, huc tranſlatus anno 1584. die 8. Junii. Tres annos ſedit, deinde ſponte eo munere ſe abdicavit.

c De hoc Oldoinus in Athen. Ligust. Avenion.

LVII. 57 PETRUS FRANCISCUS Coſta Albingaunenſis, utriuſque Signaturæ Referendarius, à Sixto V. Savonenſis Epiſcopus adlectus eſt 1587. Hic reſtauravit, auxitque Epiſcopale Palatium, ejuſdemque hortatu Savonenſes à fundamentis novam Cathedralem exorti ſunt. Sub Paulo V. ad Ducem Sabaudiæ Nuncius fuit, apud quem moratus eſt ad annum uſque 1624. in quo anno Savonen-

A ſem Eccleſiam libere reſignavit, ad Albingaunenſem ſuæ patriæ ſedem tranſlatus.

58 FRANCISCUM MARIAM Spinulam, Januenſem, Clericum Regularem Theatinum Urbanus VIII. Pont. Max. ad Savonenſem Cathedram promovet anno 1654. die 29. Aprilis. Adhuc ſuperſtes eſt. LVIII

A D D I T I O.

„ *Deceſſit Spinula die 8. Auguſti 1664. Eccleſiæ ſuæ jurium acerrimus propugnator.*

„ STEPHANUS *Spinula, Nobilis Januenſis, Clericus Regularis Somaſchenſis, ſacræ Theologiæ Lector, Savonenſis Epiſcopus creatus eſt die 15. Decembris 1664. Multis, præcipuiſque muneribus in urbe defunctus cum laude fuerat, Præpoſitus Collegii S. Blaſii, ſuæ Congregationis Secretarius, ſacræ Congregationis indicis librorum prohibitorum Conſultor, S. Officii Qualificator, ſtudiorum Præfectus in collegio de propaganda fide, cum demum Cardinalem Chiſium in Gallica* B *Legatione Theologus ſecutus eſt. Hinc infula Savonenſi exornatus Eccleſiam ſibi concreditam laudabiliter rexit ad finem anni 1682. quo exceſſit è vivis.* LIX.

„ VINCENTIUS *Maria Durazzius, Nobilis Januenſis, Clericus Regularis Theatinus, & ſacræ Theologiæ profeſſor, obitis cum dignitate aliquot ſuæ Congregationis muneribus, ad hanc Cathedram evectus eſt die 20. Decembris 1683.* LX.

VERCELLENSES

EPISCOPI.

C



VERCELLÆ, Epiſcopalis Civitas, ac non minus nobilis, quam antiqua, in Tranſpadana Inſubria ſupra fluvium Seſſiam ſita, in XI. regione Italiæ, ut Plinius ſcribit, à Saliis Lebetiorum ſuum exordium ſumpſit; montium ſupra Niciam accola barbara gente prope mare, ut fert Strabonis ſententia, quæ communior receptiorque de Vercellarum exordio opinio eſt. Etenim quæ Sicardus Cremonenſis, Anniuſque venerandæ antiquitatis perpetuus illuſor, de hujuſmodi re attulerunt, tanquam portentoſa mendacia in ultimas terras deportanda videntur. Conſtat antiquiſſimam civitatem D eſſe, in ubere, amœnoque territorio ſitam, cujus, præter citatos, meminerunt Ptolomæus, Silius, Martialis, Tacitus, Plutarchus, Marcellinus, aliique plures antiquiſſimi ſcriptores, de qua D. Hieronymus epiſt. 49. hæc habet; *Vercellæ Ligurum civitas, haud procul à radicibus Alpium ſita, olim potens, nunc rara habitatore ſemiruta.* De aureis ſodinis Vercellenſibus memorat idem Plinius, ob quas, legem cenſoriam tulere Romani, appellaruntque Vercellenſes municipes, quod illius Provinciæ caput per id tempus exiſterent. Eoſdemque dominos paſſa eſt, & quos reliqua hæc pulchrior, jucundiorque pars Italiæ olim experta fuerat; ſubinde victorum Romanorum ceſſit imperio, cum quo ſtante floruit, quo corruente amiſſa libertate incidit in tyrannos, eo crudeliores, quo anguſtiori juriſdictione potiebantur. Igitur Longobardorum Regnum, deinde Mediolanenſium Ducum, atque ab iis Sabaudiæ Principum jugum accepit,

ſub

A ſub quorum leniſſimo imperio hactenus fuit. Haud ſatis conſtat, quis ibi Evangelium divulgaverit: non autem valde aberraverit, ſi quis haud abſurda conjectura ductus, aſſerat ab alumnis ſancti Barnabæ Apoſtoli Evangelicam lucem accepiſſe, qui in ea Provincia fidem Chriſti plantavit, latuiſſeque Vercellis Chriſtianæ pietatis ſtudium ſub barbarorum Cæſarum perſecutionibus uſque ad Magni Conſtantini tempora, deinde reſloruiſſe, ſubque proprio Paſtore creviſſe in ſanctimoniæ palmites. Ante tamen S. Euſebium Vercellarum Epiſcopum, ac tutelarem Divum, nullius alterius habetur memoria. Ab illo igitur hanc noſtram ſeriem exordiemur, quando invidam vetuſtatem tenebris ſuperiores involuiſſe eredendum eſt, non inde facile eruendos. Ferunt, antiquiorem civem ac ſanctum Vercellenſem, Theoneſtum martyrem fuiſſe, qui anno ſalutis 300. ſub Diocletiano illuſtrem tulit palmam martyrii, in cujus honorem S. Euſebius Cathedralem dedicavit. Eccleſia Vercellenſis dignitate, ac privilegiis Regum, & Imperatorum, antiquitate præterea, &
B Præſulum ſanctitate, ac præſtantia in Gallia Ciſalpina, ſi qua alia, clariſſima eſt. Etenim, quemadmodum ex Eccleſiæ hujus tabulario conſtat, anno Domini 1311. occaſione coronationis Henrici VII. Romanorum Regis in civitate Mediolanenſi contentione oborta inter Epiſcopos Brixienſem, & Vercellenſem, cum compertum eſſet ipſum Vercellenſem in Conciliis, parlamentis, ac Conventibus ſolemnibus tamquam præcellentem, & honorabiliorem ſuffraganeorum Longobardiæ ſedere ſolitum poſt Metropolitanum, juxta Regem Romanorum, Imperatoremque conſtituendum, propinquiorem ſedem coronationi illius, & in ſolemnitate diadematis, ac coronæ regalis capiti propinquius miniſtrare ad latus dextrum ſerenitatis regalis, decrevit Rex idem etiam tunc & in poſterum fieri, atque ita ipſe Vercellenſis Epiſcopus à dextris Mediolanenſis Archiepiſcopi ſtetit, ſedit,
C legitque primam orationem ante omnes Epiſcopos, item recepit de manu ejuſdem enſem, quo Imperatorem accinxit, & ſceptrum regale, & virgam, pomumque aureum Regi porrexit, inſuper coronam ferream ab ipſo Archiepiſcopo benedictam una cum ipſo capiti ipſius Regis impoſuit, & ad latus Regis dexterum ſedit, atque ita decretum eſt, ut Vercellenſis Epiſcopus miniſtraret in coronatione Regis, Brixienſis in coronatione Reginæ. Erant etiam Vercellenſes Epiſcopi Regni Italiæ Archicancellarii, antequam à Gregorio V. Pontifice in Romani Imperii ordinatione Colonienſibus Archiepiſcopis id munus demandaretur. Primus omnium Luiduardus, Vercellenſis Epiſcopus à Carolo II. Imperatore Archicancellarius factus eſt ann. Domini 890. eoque tum munere reliqui deinceps Vercellenſes Epiſcopi diu perfuncti; poſtremo, principis Imperii titulo condecorati ſunt ab Henrico VI. Imper. qui ſuo diplomate, anno 1191. Mediolani dato, Albertum di-
D lectum, & fidelem Principem ſuum vocavit, quo deinde titulo, ac dignitate reliqui ab eo Vercellenſes Epiſcopi uſi ſunt. Epiſcopus Vercellenſis jam inde ab incunabulis Archiepiſcopo Mediolanenſi ſubjectus fuit. Duas babet Cathedrales, S. Euſebii, & S. Mariæ Maioris, quæ inter ſe de primatu contendunt, illa quod numero Canonicorum, ſanctorumque Lipſanis antecellat, & Epiſcoporum titulus, & ſedes ſit: hæc ob antiquitatem, nempe Conſtantini Magni Imperatoris juſſu, glorioſæ Virgini Deiparæ dicata fuerit, & conſecrata ab Eugenio III. Pontifice ex Gallia redeunte anno 1148. Romanis Cardinalibus, ac S. Bernardo Claravallenſi Abbate præſentibus. Utraque venerabilis, & inſignis; prima quam Euſebianam Baſilicam vocant, S. Theoneſti martyris Vercellenſis nomine ab ipſo S. Euſebio ædificata fuit, & ejus fores ab Arrianis clauſæ, ipſi D. Euſebio oranti divinitus patuerunt. Conſecratio etiam divinitus

A facta memoratur, nam cum S. Albinus, ſextus ab Euſebio, S. Germanum Altiſiodorenſem Præſulem, illac Ravennam verſus iter habeutem, oraſſet, ut eam Eccleſiam conſecraret, atque ille poſtulata ſe facturum pollicitus, Ravennę obiiſſet, factum eſt, ut ejuſdem Germani corpore Vercellis appropinquante, certæ faces per eccleſiæ parietes diſpoſitæ, quæ ante eum diem accendi numquam potuerant, ſua ſponte accenderentur, ſicque intellectum eſt, ſanctum virum polliciti memorem mortuum præſtitiſſe, ſic S. Albinus populo feſtum conſecrationis diem indixit; fuit autem hoc à partu Virginis anno 435. nunc ipſius S. Euſebii nomine Baſilica nuncupatur; poſita eſt prope, & extra mœnia civitatis antiqua ſtructura, choro recens eleganter fabricato, atque ornato, & vicinum habet Cœmeterium, Epiſcopium, & clauſtrum Canonicorum. Hic aſſervatur corpus S. Euſebii hujus Eccleſiæ fundatoris, nuper in hujus Baſilicæ inſtauratione inventum, cum epitaphio inſcripto carminibus acroſticis, quorum primæ litteræ inter ſe connexæ Epiſcopum & Martyrem ſonant. Hic e-
B tiam eſt corpus S. Æmiliani Epiſcopi, nec non S. Aurelii Armeni Epiſcopi Rodicinorum, qui an. Domini 383. Mediolani migravit confeſſor, quod Nottingus Epiſcopus Vercellas tranſtulit. Sacris miniſtrantium numerus centenario major, in primis ſunt Canonici 24. cappis violaceis, & rochetto pro temporum ratione utentes, è quibus tres dignitate eminent, Archidiaconus, Archipresbyter & Præpoſitus. E reliquis Canonicis unus eſt Theologus ex præſcripto, his accedunt beneficiati Collegiales 16. ſolas diſtributiones quotidianas percipientes, nec non Capellani titulares 30. Magiſter Cæremoniarum, duo Sacriſtæ, tres cuſtodes, & duo Clerici, proprios, & certos redditus habentes, poſtremo Clerici Seminarii 30. Secunda Eccleſia S. Mariæ Majoris in civitate eſt antiqua, & inſignis Collegiata eſt. Cathedralis olim fuit, & nunc etiam Cathedralis appellatur, habens dignitatem
C Majoratus nuncupatam, de qua loquitur Groſ. in cap. *volumus* 89. diſt. & Canonicos ſeptem cappis, & rochetto utentes, qui licet per ſe Capitulum ſeparatum faciant, in ſolemnitatibus tamen, & ſupplicationibus in unum corpus cum Cathedrali Capitulo coaleſcunt, & quartam ejus partem conſtituunt. Sunt etiam hic Capellani titulares 12. atque alii Cleric. Parochiales Eccleſiæ intra mœnia, hac Collegiata computata, 13. ſunt, virorum Cœnobia octo, & quatuor in ſuburbiis, ſeptem Sanctimonialium ſepta, Abbatiæ commendatæ duæ, Præpoſituræ tres, Prioratus duo, & membrum S. Jacobi de Alboreto, quod eſt magnæ Crucis Longobardiæ Ordinis Hieroſolymitani. Domus piæ tres, in quarum una octo pueri cum Magiſtro educantur, in altera 30. Orphani ſunt cum Præceptore, ſub cura Clericorum Regularium Guaſtallæ, in tertia totidem Orphanæ puellæ ſub matronarum diſciplina pie inſtituuntur, & aluntur. Hoſpitalia quinque; quorum maximum, & opulentiſſimum ad præſcri-
D ptum literarum Pii Papæ IV. optime adminiſtratur; Laicorum Sodalitia 21. Diœceſis Vercellenſis in longitudine patet milliaria Italica 40. in latitudine 35. ſunt in ea Caſtra, Pagi, & Oppida 184. Partita eſt in 17. Vicariatus, in eaque plura habentur Monaſteria, Eccleſiæ, locaque pia. In tota ipſa Diœceſi 613. Eccleſiæ numerantur 28. Religioſorum Cœnobia, Monialium 10. Vicariatus 17. Xenodochia 16. quatuor Pietatis Montes, Clericorum ſeminarium, Collegia tria ad educandos pueros, Abbatiæ tres commendari ſolitæ, plureſque laicorum ſocietates. Omnes Parochi numero ſunt 198. Animæ omnes civitatem & Diœcеſim incolentium 131877. Longe laxior olim fuit hæc Diœceſis, antequam Sixtus IV. Caſalenſem civitatem ab ea desjungeret, ut ibi novam Cathedralem erigeret. Menſæ Epiſcopalis annuum cenſum olim ampliſſimum fuiſſe, ex ampliſſimis Regum, atque Imperatorum donationibus Euſebianæ Eccleſiæ

factis, licet conjicere. Porro ad patrimonium hujus Eccleſiæ pertinebant olim Caſtrum Verrucha, quod Henricus Rex Alberto Epiſcopo reſtituit, item feudum Tridini, imo & ipſa civitas, ac Comitatus Vercellenſis, quæ per Gregorium Montelongum Apoſtolicum in Longobardia Legatum alienata, & vendita fuerunt anno 1243. cum antea ejuſdem Eccleſiæ ditioni ſubjecta fuiſſent, ut reſtantur tabularia Vercellenſis civitatis, & S. Antoninus in Chronicis. Nunc vero ejuſdem menſæ annuus cenſus aureorum 3500. qui colligantur cum ex aliis Eccleſiæ bonis, tum ex vectigalibus quorumdam Oppidorum, quæ ab Epiſcopis directis dominis in feudum, & emphyteuſim conceſſa ſunt. Taxatur autem in libris Cameræ Apoſtol. ad florenos 1426. Protulit hæc civitas in omni memoria plures ſanctos Epiſcopos, ut ſuo loco dicemus, ejuſdemque civis, & alumnus S. Fortunatus, cognomento Venantius fuit, olim Epiſcopus Pictavienſis in Gallia, qui circa annum Domini 600. confeſſor migravit ad Chriſtum, ſicut etiam S. Petrus Gregorii Magni Pontificis diaconus, in Cœlum elatus anno 601. S. Euſebius Archiepiſcopus Mediolanenſis, S. Oricus Ord. Humiliatorum, ac S. Guilielmus Montis Virginis fundator, cujus nuper vitam ſcripſit eruditiſſ. Jo. Jacob. Giordanus ejuſdem Ord. Abbas generalis. B. Antonius Ord. S. Franciſci diſtrictioris obſervantiæ, B. Arditius Ord. Minorum gente Lignana, qui Senogalliæ obiit anno 1235. B. Martinus Ord. S. Auguſtini, Martinus de Serrata, Adrianus Bertettus, Jo. Demoſthenes, & Candidus de Ronzo, Beatæ tres, Bruna Ord. Humiliatorum, Ugolina & Æmilia Ordin. Prædicatorum. Nec minoris ſplendoris radios attulit Vercellis Joannes Abbas Vercellenſis, natione Scotus, Græcis & Latinis literis eruditiſſimus, qui primus omnium, jubente Carolo Ludovici I. Imperatoris filio, Libros S. Dionyſii Areopagitæ in Latinum tranſtulit, protulit tandem hæc civitas alios quam plures tum ſanctimonia, tum litteris præclariſſimos viros, eminentiſſimoſque nonnullos S. R. E. Cardinales. Præfuerunt item nobili Vercellenſi Eccleſiæ Eccleſiaſticis dignitatibus inſignes Prælati Albertus Hieroſolymitanus Patriarcha, Cardinales Sanctæ Romanæ Eccleſiæ decem, Pontifex ſummus unus, qui fuit Julianus de Ruvere, qui Julius II. dictus eſt. Cæterum Vercellis Leo IX. Concilium agitavit contra Berengarium Archidiaconum Turonenſem: De Epiſcopis Vercellenſibus, omnibus monumentis diſcuſſis, accurate ſcripſit Bonomus Epiſcopus, eoſdemque digeſſit in ſeriem, ſed cum morte præventus expolire opus non potuiſſet, ejus ſucceſſor Joannes Franciſcus Ferrerius æque ſtudioſus antiquitatis, famæque avidus illud idem cumulare abſolvit, emiſitque in lucem; nuper de iiſdem vernacula lingua ſcripſit Aurelius Corbellinus Auguſtinianus Eremita. Inde nos noſtram hanc ſeriem aruimus, tum ex aliis monumentis, & auctoribus aliquanto locupletiorem, & emendatiorem. Lector fave labori.

I. 1 S. EUSEBIUS a Primus Epiſcopus Vercellenſium, ac Protector habetur. Hic natione Sardus, patria Calaritanus fuit, nobiliſſimo ortus parente, qui cum ob fidem Chriſti vinculis fuiſſet conſtrictus, atque ex Africa ſeveriori Satellitum cuſtodia Romam deportaretur incommodis, ærumniſque confectus, in itinere periit. Mater non minori nobilitatis gloria, quam ſanctimonia illuſtris fuit. Quæ cum fuiſſet elata, Euſebius Romam conceſſit, ubi ab Euſebio Papa ſacra Chriſtiana edoctus, Baptiſmalique fonte ablutus, retulit de nomine baptizantis Euſebii auſpicatiſſimum nomen, Angelicis manibus ſublevatus ad fontem. In Eccleſiaſtica deinde diſciplina coaluit ſub ſanctiſſimis Pontificibus Euſebio, Melchiade, Sylveſtro, Marco, ac Julio, qui illum Vercellenſem Epiſcopum conſecravit circa ann. 340. Quo ipſo tempore Conſtantius Imperator Arriana peſte infectus, eodem hæreſeos

a [illegible] in Supplem. de ſcript. Eccleſ. p. 20. Mandoſ.

A contagio totam Italiam moliebatur inficere. Liberius Pontifex graviſſimis expediendis negotiis Euſebium ad Cæſarem legavit in Gallias, qui ſua facundia, vitæque ſanctimonia Pontificiis poſtulatis exitum feliciorem attexuit. Inexpugnabile contra ſui temporis Arrianos propugnaculum ſe præbuit. Quamobrem cum impius Conſtantius Mediolani ad perfidiam Arrianam ſtabiliendam indixiſſet Concilium, ibique ex Cæſaris, Arrianorumque potentia aliquot verecundæ probitatis Epiſcopi, in quibus Dionyſius fuit, propemodum aberraſſent, Euſebius, qui illuc proficiſci recuſaverat, collegarum admonitus vecordiæ, mutato conſilio Mediolanum accurrit, confirmatiſque labantibus, cum illis deinde Athanaſii cauſam defendit. Excanduit ſcilicet ad ejus conſtantiam impie inconſtans Conſtantius, ſcriptoque decreto, cum Dionyſio Mediolanenſi, aliiſque Epiſcopis Catholicis illum relegavit in Cappadociam; mox & in Aegyptum, ubi verbera, carceres, omniaque crudelitatis genera

B perpeſſus eſt, quæcumque ingenioſa ſævities potuit excogitare, præcipue autem Scythopoli ſub Patrophilo Arriano adeo anguſto, humilique carcere concluſus eſt, ut numquam corporis membra valeret explicare; nec tamen dolore victus omiſit, quin literas eruditionis pietatiſque pleniſſimas daret ad Vercellenſes, ad Novarienſes, Yporegienſes, Tortonenſes, ut illos in Catholica pietate, Eccleſiaſticaque diſciplina vel abſens ferventius contineret. Cum morte Conſtantii, Euſebii ærumnoſum exilium finem accepit, rediitque triumphans ad Eccleſiam ſuam, cum prius Alexandriæ Athanaſio reditum ad ſuam fuiſſet gratulatus. Author deinde fuit, ut Nicæni concilii ſaluberrima decreta confirmarentur, in cujus rei gratiam Alexandriæ indixere Concilium, à cujus Patribus Euſebius miſſus eſt Antiochiam inque totum Orientem, ut qui defecerant ad Arrianiſmum, eos Eccleſiæ reſtitueret. Quæ legatio feliciter cecidit, miraculis, doctrinaque illuſtrata. Cum in Italiam

C rediiſſet, ſalutato Liberio Pontifice, Vercellas profectus eſt, exceptuſque tanta populorum gratulatione, ut ſuis humeris ad ſedem illum deportare velle viderentur. Ita recoxit clerum, ut cum diſciplina clericali monachales mores, rariſſimo ad poſteritatem exemplo, conjunxerit. Inclyto martyri Theoneſto inſignem baſilicam dedicavit, quam in Cathedralem erexit. Nullum non pietatis, ac ſanctitatis exemplum exhibuit populo, quem ſemel regendum ſuſceperat. Eloquentia valuit quam qui maxime, Latine, Græceque nobiliter excultus. Itaque Origenis commentaria, expurgatis erroribus, Cæſarienſiſque Euſebii monumenta Latina reddidit. Illius orationibus Templi portæ Catholicis patuerunt, quæ Imperatoris edicto ſolos Arrianos hactenus admiſerant. Alumnos habuit S. Dionyſium Epiſcopum Mediolanenſem, Limenium, Honoratumque Vercellenſes Epiſcopos, Novarienſem Gaudentium, pluresque alios viros ſanctitate præſtantes. Denique per ſeditionem Ar-

D rianorum Vercellis excitatam, qui Euſebii domum obſidebant, ſupinus raptatus, obrutuſque lapidibus, tot ab eo antea pro fide Catholicam exantlatos labores illuſtri palma martyrii cumulavit Kal. Auguſti, anno à condita ſalute 371. ætatis ſuæ 88. ſepultuſque eſt in Eccleſia, quam Theoneſto Vercellenſi martyri ſumptuoſe poſuerat. Cæterum Euſebii res præclare geſtas in ſuis annalibus prolixe narrat Baronius, Beda, Uſuardus, Ado, Sanctuſque Ambroſius in multis ſermonibus meminit Euſebii Vercellenſis invictæ fidei, ac perſecutionem ab eodem conſtantiſſime toleratarum; quem optimo jure verum, germanumque martyrem vocat. Nec ejuſdem tacuere laudes Maximus Taurinenſis, Athoque Vercellenſis, Turonenſiſque Gregorius, qui in lib. de Gloria Confeſſorum commemorat mira, quæ Vercellis S. Euſebius patrare ſolebat, eundemque confeſſorem appellat. Euſebii vitam recens perſcripſit Joan-

nes

nes Franciſcus Homobonus Vercellenſis Antiſtes, hauſtam ex pluribus monumentis, quam poſtea Joannes Joſephus ejus ſucceſſor juſſit lucem aſpicere. In novo Cathedralis ædificio, cum dirueretur vetus, hujus ſancti corpus diu quæſitum repererunt, magna Vercellenſis populi exultatione, in cujus ſepulchro hæc acroſtica carmina leguntur inciſa, ubi in primis literis invicem connexis, Epiſcopus, ac martyr appellatur.

Emeritæ quantum damnato corpore vitæ,
Vel cunctis extant mulis mens poſſit; in iſto
Sat dedit agnoſci virtus, quem mille labores,
Exiliique dolor victi ſtupuere fidelem:
Blandus, & affatu facilis, ſanctuſque ſereno
In vultu exponens animum, patientior æquo.
Virtutum ſpecimen dives ſub paupere mundo,
Scriptorum cuſtos rigidus, dubiique ſerenus,
Excuſſor veri concedens mente beata
Purgatam in terris animam revocare per æthra.
Indignum clamans demergi crimine vitas
Sulphureaſque nudas corrupto corpore adire.
Candor erat mentis verus, ſemperque docebat
Omnia factorum noſtræ rationis habenda,
Participeſque mali facinus, qui in facta recliuant.
Ultor inexpletus fidei, bellator in hoſtes;
Sincerus, Cultorque Dei, domitorque malorum;
Errantum lumen, qui crimina tolleret ore.
Talis erat ſpecie, quem nec jejunia longa
Magnanimum vicere: Sitim fluvialibus undis,
Algorem vili ſolitum depellere veſte.
Robore cæleſti mundum calcavit, & omnes
Terrenas vicit labes, purgatior æthra
Vitarum maculas puro qui decoquit igne,
Rebus, qui docuit populos, factiſque vocavit.

Cæterum cum ad noſtras manus perveniſſet codex vetuſtiſſimus vitæ ſanctorum Monaſterii Nonantulani, M.S. in pergameno, s. Euſebii Vercellenſis paſſionem, & res geſtas ibidem reperimus hactenus à nullo, quod ſciam, editas; quæ cum plura contineant ſcitu digniſſima, dignas quidem judicavimus, ut eæ hic verbatim recitentur. Quis vero fuerit auctor ibi non exprimitur: codex tamen vetuſtiſsimus videtur ante annum milleſimum ſcriptus ab anonymo quodam Sanctorum vitæ collectore.

Paſſio vel Vita Sancti Euſebii Vercellenſis Epiſcopi.

Quæ domino Auctore in hoc primo noſtro opere conſcripta ſunt de beatiſſimo Euſebio Vercellenſi Epiſcopo, & martyre, ex hiſtoricis, ac Chronicis illuſtrium virorum, nec non opuſculis ejuſdem ſanctiſſimi viri per diverſa loca miſſa relatione ſanctorum Patrum cognovimus, & hoc, Fratres chariſſimi, in quantum valemus ab exordio primævę hujus ętatis narrare conabimur: licet nullus mortalium debitæ laudis gloriam ſanctorum, ut eſt, enarrare queat: tamen ut noſtræ vires ſuppetunt, lingua carnis non ſileat: quantum enim animus gliſcat in amore ſanctorum promere laudes eorum interceſſionibus, etſi debite non aguntur, tamen nullius merces fruſtrabitur.

Beatiſſimi igitur Euſebii Vercellenſis Epiſcopi, ejus meritis ſuffragati, ortus digniſſimus primæ indolis, ac tyrocinium ſacri temporis primitus ediſſerendum eſt.

Diocletiano igitur, & Maximiano Imperatoribus Romanorum, & perſecutoribus Chriſtianorum ingenti pompa Romæ triumphantibus, beatus Euſebius Urbis Apoſtolicatum tenebat. Iſti quidem ſævitia per totum mundum, & crudelitate graſſabantur, ſed ille ſacerdotis apice dignanter à Deo glorificabatur. Ea namque tempeſtate cum memorata Imperatorum perſecutio univerſum detineret mundum, pater hujus beatiſſimi viri, de quo nunc ratio agitur, de Africa vinctus Romam attrahitur, ſed prævento divortio in itinere moritur, relicta glorioſa conjuge nomine Reſtituta, & filia ſanctiſſima virginitate pollen-

A *te, ſed & unico ſuperſtite filio. Licet autem glorioſi parentes Chriſtianitate pollerent, pater ſcilicet, & mater, tamen eorum filii perſecutione premente nondum Chriſtianitatis fonte renati erant, ſed occulte Domino ſervientes, & corde credentes, parentes imitabantur; ſicut ſanctiſſimus Moyſes Propheta Dei, & Dux, tribus menſibus occultatus eſt ne occideretur à Pharaone, qui poſtea de aqua ſuſceptus eſt, & factus Ægypti deſtructor, & populi ſanctiſſimi liberator.*

Hic itaque beatiſſimus vir poſt obitum beatiſſimi Patris cum glorioſa matre, iter quod cæperant, Deo comite peregerunt; nobili quidem ortus ex progenie Sardorum, Romam petiit, ibique nobilior ſecunda regeneratione fide factus à beato Papa Euſebio, & piiſſimo ſuo nomine vocatus eſt Euſebius. Memoratus ſanctiſſimus Papa, dum inter perſecutiones varias ſanctitate polleret, ſicut roſa inter ſpinas, ſic inter perſecutorum minus recte vivens, miniſterii ſui nequaquam patiebatur non adimplere ordinem. Nam dum ſacrum in menſe Martio celebraretur Paſcha,
B *in cujus vigilia Papa memoratus ſacra perageret, & ſacratiſſimum celebraret baptiſterium, tunc memoratus puer, cum ſacra matre, ac ſorore unica perquirentes ſanctum Pontificem ab ipſo meruerunt ſacro baptiſmate lavari, & ſacro chriſmate perungi, à quo ſanctiſſimo Papa, ſicut jam diximus, vocatus eſt idem puer Euſebius; & nec ſine cauſa: nequaquam enim fruſtra agitur erga Dei ſervos typicalis operatio; ejus namque filius in baptiſmate, & conſors in nomine, ac ſocius factus eſt ſanctitate. Nam ut chronicorum referunt Scripturæ, tanta immanitas perfidorum Imperatorum Diocletiani, & Maximiani eo tempore exercuit, ut baptizato B. Euſebio, Pontifex Euſebius extingueretur, & Eccleſiæ Chriſtianorum ab eiſdem Imperatoribus in eodem ſancto die Paſchæ, ſuper Chriſtianos ſubverterentur, ut ipſa die glorioſum Chriſtiani celebrarent tranſitum, ac requiem ſempiternam perciperent, & ipſi poſtmodum perſecutores citius æternam acciperent pœnam; ſic enim factum eſt. Nam beatus Pontifex Euſebius,*
C *dum ipſa die Paſchæ cum Chriſtianis ſacra perageret Miſſarum ſolemnia, tranſierunt accepto corpore Chriſti, de morte ad vitam; ſic enim paſcha, tranſitus interpretatur: perſecutores vero parvo tum poſt eos indulto ſpatio, ſed venia non conſecuta per temporalem ad æternam tranſierunt mortem. Recedente itaque beato Papa Euſebio, Melchiades Pontifex Romæ ordinatur; Conſtantinus Imperator regnare eodem anno exorſus eſt.*

Dum floreret vero beatus vir Euſebius fide Chriſti, & opere, inſtructus eſt ſapientia artium liberalium, & ſacram ſcripturam intelligens docebat: nam quantum ætate plus provectus eſt terque quaterque ſapientia. Adhærebat namque beato Melchiadi Papæ die noctuque tribus annis, ſerviens Deo ſine querela.

Poſt hujus autem ſanctiſſimi Patris obitum, Sanctus Sylveſter ejus Cathedræ ſucceſſit, tantæ ſanctitatis vir, ut ſcripturæ referunt, & pene nullus ignorat.

D *Hujus autem tempore beatus Euſebius ſacratus lector Eccleſiæ Rom. aſcendens per ſingulos gradus, ut mereretur de virtute in virtutem videre Dominum Deorum in Syon. Quod enim corde credidit, verbis edocuit, operibus complevit. Diu itaque in Urbe degens Romana, hujus miniſterii diſpenſator fidelis, & prudens Domino ſervivit: judicabant omnes hunc virum beatiſſimum Euſebium meritis, & dictis Domino digniſſimum, libenter ejus monita audientes ab omnibus glorificabatur. Docebat autem populum, ſicut Evangelium dicit de Domino Jeſu Chriſto hic ſervus Chriſti, non ſicut Scribæ, & Phariſæi, ſed in poteſtate habens doctrinam ſuam. In poteſtate enim doctrinam habet, qui hoc quod dicit verbis, operibus adimplet.*

Conſtantinus vero Imperator regnans Dei nutu, ſicut hiſtoria refert, de infidelitate ductus eſt ad fidem Chriſti, per quem Deus omnipotens multa operatus eſt bona ſanctæ ſuæ Eccleſiæ donans ei pacem,

& augmentum ubique fidei. Hujus autem tempore natus eſt Hieeonymus Divinæ legis interpres, qui profuturus Eccleſiæ Dei ab ipſis ennabulis doctor extitit fidelis: ſed ſicut bonitate Dei ubique erevit dilatantibus ſervis Cheiſti: ita etiam perfidia diaboli maculavit ſervos ſuos, ſi dici fas eſt ſervos Dei. Nam hujus Imperatoris tempore ſurrexit Aeeius presbyter Alexandriæ qui auſus eſt garrire contra unitatem divinitatis Dei, dicens Filium minorem eſſe Patre, Spiritum vero Sanctum minorem eſse Patre Filioq; quantum perverſus, tantum perverſa locutus, intendens humanam non divinitatis naturam: lex caenalis eſt, ut genitus genitori non ſit æqualis: nam fides noſtra eempus in generatione Dei nullum eſſe credit. Nos enim credimus, & confitemur, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum unius ejuſdemque naturæ eſſe vel ſubſtantiæ; tres quidem perſonas confitemur, ſed unam eredimus deitatis naturam. Ad cujus perfidiam coercendam Synodus congregatue trecentorum decem, & octo Patrum in Nicea urbe, ubi declaratum eſt homouſion, ſicus Seripturæ referunt, & ibi ipſe deſtructus eſt Atrius hæreticus, & antichriſtus.

Defuncto autem Conſtantino Imperatore, ac beatiſſimo Papa Sylveſtro, Conſtantius filius Conſtantini Imperatoris cum fratribus ſuis regnare cœpit; qui in eam incidens hæreſim, non ſolum ſe eadem impietate perdidit; ſed & multos ſanctorum nolentes ita eredere, aut morte, aut exilio condemnavit: ſed dum B. Sylveſter per vigintiduos annos Romanam eegeret Eccleſiam, pacem ubique ſancti Dei habuerunt; nonnulli perturbati ad tempus non tamen peeiclitati. Hujus autem exitu condolentes Romani, beatum Marcum elegerunt Pontificem; qui 8. menſibus regens Eccleſiam, hunc B. Euſebium presbyteeum ordinavit, videns ejus conſtantiam & ſanctitatem pollentem, doctrinamque ejus ſanam, ac fideliſſimam, credens ei jam myſterium perficiendi corporis ac ſanguinis Chriſti: nam & ætas illius hoc jam expetebat, erat enim jam quinquageſimum habens annum, quo tempore juſſi ſacerdotes à Domino per Moyſem cuſtodes vaſorum eſſe. Poſt obitum vero B. Marci Papæ, Julius Papa ſedit annos ſexdecim, menſibus quatuor.

Conſtantio itaque Imperatore regnante, ex eo tempore impietas Arriana ejus fulta præſidio exiliis, ut diximus, carceribus, & variis afflictionum modis amnes Epiſcopos non ſuæ partis peeſecuta eſt. Summus namque Apoſtolicus Julius cernens Imperatorem ac mundum univerſum Arrianorum perfidia fœdatum, hunc virum S. Euſebium ad ſe accerſivit, & per ordinem cuncta exponit, ſciſcitans ab eo utrum talari tunica veſtitus fuiſſet, ſicut B. Joſeph, id eſt, fidem rectam uſque ad mortem ſervare decreviſſet. At vero S. Euſebius fortis fide, & alacris facie, conſtanter reſpondit, ante mortem corpoeis ſe ſuſtinere velle, quam fidem rectam mutare. Tunc orantibus populis, Pontifex ſacratus eſt B. Euſebius à Julio ſummo Pontifice, & ſicut athleta fortis bravium ſuperni muneris expectans, belligerare cœpit contra falſidicos Arrianos; protectus ſcilicet non clypeo aliquo corporali, aut galea, ſed fide recta, & opere, ſancta cuſpide veebi perfodiebat inimicos Chriſti.

Orsa vero perfidia ſectæ Arrianorum, quæ pene totum fœdabat mundum, tempore jam dicti Conſtantii Imperii, qui jam illectus ipſius Arrii veſania geavitee pulſabat Eccleſiaſticam fidem, ejuſque ſervatores diverſis affligebat modis ſicut diximus. Præcipue vero Liguriam ipſa pravitas Arrianorum deprimebat.

Eodem tempore Vercellis civitas Liguriarum peimatum inter cæteras urbes retinebat; poſtea primatum Mediolanum obtinuit. Sacratus autem ſtola Pontificali à Julio ſummo Pontifice, ad deſtruendam memoratam hæreſim Vercellis dirigitur, à qua peſte non ſolum urbem, ſed totum liberavit orbem. Erat autem Vercellis nobiliſſima civitas opibus fœcunda, arboribus ac vineis nemoroſa, paſcuis uberrima, aquis ſalubribus irrigua, ſed Arriana peſte fœdata: In qua urbe S. Euſebius Pontificalem tenuit ſedem, & eandem Catholicam fidem ſapienter regebat; & non ſolum ſuæ civitatis curam gerebat, fidem rectam ei prædicans; verum etiam ſapienter vicinarum civitatum ordinationes rectas in Epiſcopis peragens, civitatibus fidem omnibus tribuebat: tunc enim rite ſub tanto paſtore ſua civitas primatum tenebat, quæ ſe, & alias circumcirea vicinas urbes veræ ſalutis unitatem fidei paſcebat: ſicut enim ex peovectu ſanctorum, pœnæ ceeſcunt malorum, ita invidia Diaboli inflammatum eſt cor Conſtantii Imperatoris adverſus memoratum ſanctiſſimum virum Euſebium, necnon & Athanaſium Alexandeinum Epiſcopum, qui uterque pro defenſione Catholicæ fidei die noctuque inſiſtebant: unus eegens partes orientalium, alter vero occidentalium. Quos Imp. ab Eccleſia volebat ejicere, ſed veritus declamationem populi niſi clanculo, & ingenioſe hoc agere non valebat; laborans tamen hoc omnimodo ut agere potuiſſet. Enim vero Pater Euſebius filiorum curam gerens, in ovili Chriſti poſitus circa oves ſervabat Apoſtolicum præceptum: Argue, obſecra, increpa. Atque illud de hæreticis, poſt peimam, & ſecundam correptionem, cum hujuſmodi nec cibum ſumere. Arcebat enim Arrianos ab Eccleſia atque conventu Chriſtianorum rejiciens eos non ſolum à convivlis cæleſtibus, verum etiam à ſecularibus colloquiis; demulcens catholicos, increpans atque arguens prophanos, & ſchiſmaticos; ſciens quod eorum collocutiones ad nihilum utiles ſint niſi ad ſubverſiones audientium. Eliminavit autem Arrianos ab Eccleſiis fidelium, atque ad anathematizandum fores obſtruxit, ita ut nullus eorum ingreſſus foret in Eccleſiam, & non ſolum ejus faciem fugerent, verum ejus adventum ſi in aliquo ſentiret ſuſtinere minime auderent: ſicque factum eſt, ut damnato Auxentio Arriomanita Epiſcopo, qui Mediolani Arriani garriebat veſaniam, pro eo S. Euſebius ſanctiſſimum virum, quem ipſe nutrivit, nomine Dionyſium ordinavit Epiſcopum. Juſte enim damnatus eſt Auxentius, & diviſus ab unitate Eccleſiæ qui noluit unitatem S. Trinitatis credere.

Conſtantius itaque Imperator irretitus jam Arrianorum vinculis, ut comperit tantæ excellentiæ atque auctoritatis virum ſic libere cuncta peragere, ſtomachari cœpit atque inquirere percunctanter quomodo eum perderet. qui diverſis in locis diverſa condixit celebranda concilia. Sed quia non eſt conſilium contea Dominum, iſdem ſanctus vir pleaus Deo eefugit malorum conſortia invidentium fidei Catholicæ. Mittebantur autem epiſtolæ tam à Synodis, quam etiam ab ipſo Imperatore advocantes hunc ſanctiſſimum Peæſulem, ſi quo modo veniret, & Athanaſium jam ab Areiomanitis damnatum, ſua auctoritate licet abſentem ipſe damnaeet. Unde recuſavit inter eorum conſortia adeſſe, excuſationem ſenectutis, & gravitatem ſui coeporis afferens; ſciens ſibi non licere cuncta peragere, quæ ad profectum pertinebant Eccleſiaſticum, reſpiciens etiam quia nullus debet abſens condemnaei. Has autem liberationes ſive excuſationes ſuper ſe ac ſuper beatiſſimo Athanaſio frequenter fecit, memorans ſcriptum; Date locum iræ. Sed antiquus hoſtis, cujus halitus peunas ardere facit, & cujus ſternutatio quaſi flamma voeax, ſuccendit cor Conſtantii Imperatoeis, qualiter hos viros perderet, & cœpit percunctari qualitee eorum memoriam deſuper terram auferret. Statutum eſt enim atque frivole compoſitum, ut peopter incommoditatem tanti ſenis, vel excuſationem ipſius ſanctiſſimi Patris ad morem Ariminenſis Concilii Mediolani eelebearetur Concilium jam dictum, ita ut nullus excuſaretur niſi inevitabili cauſa: annunciavit enim Imperatoe, ſe interfuturum eorum Concilio, ſicut & fecit.

Licet autem ordinem hiſtoriæ iſtius ſanctiſſimi Patris perquirendo compendioſe tractaſſemus, non id oblivione ſuorum miraculorum hoc fecimus, quæ ſi non per ſingula, tamen prout valemus Domino auxiliante dicenda ſunt. Inter cætera enim ejus juventutis, quæ ipſe bonæ indolis, miracula geſſit, hoc

etiam

etiam miraculum claruit. Nam beatus Papa Euſebius Romanus, inſtructus fuit ab Angelo antequam hunc virum baptizaret, qualis vel quantus hic vir ſanctus exiſteret, & quo nomine eum vocaret; ſicque factum eſt, ut beati Joannis Baptiſtæ in ſe idem puer ſacratiſſimum haberet judicium, ut ejus ſanctitas prædicta non parentum nomine, ſed divino nutu græco nomine vocatus eſt Euſebius, quod latine dicitur bene piiſſimus: in ejus enim ſacro baptiſmate referuntur eſſe viſæ viſiones Angelicæ: juxta manus Apoſtolicas eum de fontes ſuſcipientes, viſæ ſunt aliæ manus, conſtat haud dudum quin eſſent Angelicæ; quibus ſuffultus omne tempus pertranſiit Divino fultus auxilio. Poſt baptiſmum autem, tantæ excellentiæ refulſit, ut in terra inter homines poſitus Angelorum teneret vitam. Et licet frugaliter alimenta corpori indulgeret, tamen id non gratia corporali, ſed ne penitus ejus vitam auferret faciebat. Virgo enim non ſolum mente, ſed etiam corpore à nativitate fuit: nullius enim fœminæ poſt baptiſmum carnem tetigit, nec oſculum dedit: inſuper nec ſanctæ matri atque ſorori: non deiiciendo naturam, ſed fugiendo culpam. Sicque factum eſt, ut inter fœminas converſatus Divino tutus ſuffragio nullius peccati exinde caperetur laqueo, habens in ſe teſtimonium divinum: ſicut lilium inter ſpinas, ſic amicus meus inter filias.

Refertur enim, quod quædam matrona nobilis, ejus diligens juventutis pulchritudinem, clanculum ad ejus diſpoſuit venire cubiculum; quæ nocte tota plateas civitatis circumeundo peragravit, & ad ejus cubiculum pervenire non meruit: in craſtinum autem ante pedes ejus provoluta, coram omnibus confeſſa eſt. Manifeſtum eſt autem in hoc quia excubia Angelorum cum eo indeſinenter fuerunt.

Tertium autem nec minus oſtendens in ſe miraculum, nullius diſcrimen ſexus apud ſe habens Apoſtolicam ſervavit vitam, omnia communia referens, nihil ſibi proprium deputans, cuncta ſuis tribuebat quæcunque illis neceſſaria erant. Hanc autem Apoſtolicam cum maſculis, & fœminis ſecum converſantibus finetenus vitam tenuit, ita ut in nullo ſui aliquid vitio criminaretur. Multi enim ut relatum eſt ad eum fallaciter veniebant, quaſi ejus vitæ imitatores, & ſuarum rerum dimiſſores quos ille præcognoſcens palam omnibus eorum fallaciam prodebat, atque mortem animæ eis prædicabat, ſicut Petrus prædixit Ananiæ, & Saphiræ. Nam quidam pſeudoanachoreta pondus auri atque argenti ſecum retinens promittebat ſe ejus diſcipulatu perfrui; ſed à Beatiſſimo viro de ſuo mendacio reprehenſus, atque acriter correptus eſt, & à ſpiritu mendacii arreptus coram omnibus vexatus eſt, ut pene vitæ exhalaret ſpiritum, ſed à S. viro mundatus eſt, atque correptus ut nihil tale unquam fallaciter ageret.

Quartum vero ejus inſigne miraculum audivimus: quia poſtquam presbyter Deo auxiliante ordinatus eſt tanta ſanctitate adolevit, ut miſſarum ſolemnia cum concentu Angelico frequenter perageret, atque interreſſent cum eo viſiones SS. Angelorum: nam in fractione corporis Chriſti ſæpe manus Angelicæ cum ejus manibus viſæ ſunt conjunctæ: ſimiliter & in traditione corporis, & ſanguinis Chriſti. Nam de aqua ablutionis manuum ejus poſtquam myſteria ſacra perageret, fomentantes quidam ſibi oculos, illuminati ſunt multi; multi etiam ſaucii vel leproſi mundati ſunt & hoc quaſi eo neſciente diſcipuli ejus peragebant: nam ipſe nihil in hoc ſibi commodum reputans, ſed omnibus omnia factus erat, ut omnes lucrifaceret, nulli unquam præeſſe, ſed omnibus prodeſſe cupiebat; Angelorum vitam in terris retinebat, cujus converſatio in Cœlis cum Chriſto manebat.

Quintum vero cognovimus miraculum, qui dum Vercellas in initio ſuæ ſacrationis deveniret, Auxentio tunc Mediolanenſi Epiſcopo faciente, ac cæteris Arrianis, qui in hac Vercellenſi urbe commanebant fautoribus ipſius Auxentii cuncta oſtia Eccleſiæ obicibus obſtructa ſunt, ut nullus cuiquam pateret acceſſus. B. Euſebius ubi tanta comperit malevolentiam atque ſacrilegam temeritatem, ante oſtia majoris Eccleſiæ quæ in honore B. Dei Genitricis Virginis Mariæ conſtructa eſt, poplitibus flexis pro obviatione populi Dominum deprecatus eſt; moxque oratorium ingreſſus pro ereptione populi ſacrificium Domino obtulit: ſicque diebus ſingulis laborando ipſam urbem ad veram adduxit, & Catholicam fidem.

Pugnabat autem contra immaniſſimas beſtias Ariomanitas, qui eum expulerunt de civitate, perſecutione populi contra eum excitata: at ille ne populus in eum peccaret, quos poſtea delectabatur habere filios, ſciens ſcriptum: Si vos perſecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam; ultra flumen Padum tranſiit, & ad caſtrum quod dicitur Credonenſium perveniens, ibi tribus menſibus degens, in honorem B. Dei genitricis conſtruxit Oratorium; ubi etiam adhuc longius degens Evangelium Chriſti propria manu ſcripſit; cujus miraculum in eodem codice 4. Evangeliorum, non ſolum verbis Chriſti, ſed & ejuſdem Patris tanta virtus coruſcat, ut ſi aliquis ſeductus à Diabolo, falſum ſuper eum ſacramentum fecerit, citius ſuper eum plaga corporis oſtenditur; ita ut aut morte mulctetur, aut perditis oculis ſpirituale, & corporale lumen amittat, aut ariditate membrorum mancus vel claudus efficiatur, aut invaſione Dæmonum pene uſque ad exitum dilanietur.

Interim autem dum in ipſo caſtro cum diſcipulis ſuis Beatus Euſebius moraretur, facto Concilio in urbe Ariminenſi damnatus eſt cum ſequacibus ſuis. Intercurrentibus Epiſtolis Beati Euſebii memorati Patris, & ſanctiſſimi Athanaſii, quorum auctoritate ſanctiſſimi Patres, qui Ariminum convenerant, ipſum Auxentium & damnaverunt, & extra urbem Mediolanum projecerunt: Beatus autem Euſebius, ut hoc cognovit, ad propriam urbem regreſſus eſt; non enim extra diœceſim ſuam egreſſus fuerat, ſed quaſi duodecim millibus ad caſtrum memoratum adierat. Fulgebant igitur ſanctiſſimi diſcipuli ejus ſicut clariſſima cœlorum ſydera; inter quos erat egregius ſanctitate Dionyſius, & ſicut ſol emicans radiis miraculorum atque verborum cunctos illuminabat. Hunc ergo Beatus Euſebius Mediolanum pergens pro Auxentio ordinavit Epiſcopum; quibus Beatus Dionyſius clarus in virtutibus Catholicam fidem quam à magiſtro didicerat, incunctanter prædicabat, atque viriliter ab ipſa urbe eliminabat Arrianos. Sed antiquus hoſtis videns duo candelabra lucentia ante dominum indoluit de profectu populi Catholici, & iſtorum Patrum augmentavit meritum. Jam enim tempus erat, ut pro certaminis ſervitio atque eorum palmam bravii acciperent, & æternæ beatitudinis corona ditarentur, ſicut poſtea rei probavit eventus.

Igitur Conſtantio Imperatore Mediolanum venire properante, collecto jam Concilio Epiſcoporum decem, reperit B. Euſebium Vercellenſem Epiſcopum; de quo percontari cœpit qua occaſione detineretur idem Pontifex, quia cum cæteris ad Synodum non occurriſſet? Reſponſumque eſt illi: aut gravitudine, aut infirmitate corporis: fecerat autem idem Imperator ut Liberius Papa Romanus, ſucceſſor Julii huic intereſſet Concilio; nec non & Hilarius Pictavienſis Epiſcopus; Paulinus quoque Treverenſis Archiepiſcopus; & Lucifer Calaritanus Epiſcopus. Sed beatus Euſebius epiſtolas ab Imperatore ſeu ab ipſa Synodo accipiens eaſque perlegens, ſuam ad Imperatorem talem ſcripſit epiſtolam: (Ego clementiſſime Imperator videns animum tuum devotum hoc cupere, quemadmodum per orbem terrarum firma pax Eccleſiaſtica permaneret, ſatis cum gaudio literas tuas accepi; ſuſcepi etiam literas Fratrum & Coepiſcoporum meorum, quibus hoc intimare dignati ſunt, ut plena mihi ratio per ipſos quos miſerunt redderetur, & ſic facerem quod volebant, ſed quia mihi ratio reddi non potuit, & debui clementiæ tuæ parere, hoc neceſſarium duxi, ut Mediolanum venire properarem. Quicquid autem domine Imperator in præſenti cum venero juſtum fuerit viſum, & Deo placitum, id me facturum eſſe pro-

miſto.) Legati vero Romanorum Pancratius presbyter & Hilarius Diaconus in cuſtodia detinebantur, quouſque Liberius Papa deveniret; ſuſtinente autem Imperatore & præſtolanse Liberii Papæ adventum cæterorumque Epiſcoporum qui necdum advenerant; interim Conſtantius Imperator cum Arrianis Epiſcopis egit, ut ſubſcriberetur eorum fides, & Athanaſius damnaretur: ſubſcripſerunt enim Dionyſius ipſius Mediolani Epiſcopus, cæterique Epiſcopi poſt eum numero viginti & novem; nondum enim advenerant Catholici Epiſcopi. Factum eſt autem, ut interſe tam Papa Liberius quam cæteri Catholici Epiſcopi diem deſignarent per epiſtolas ſuas, quo Mediolanum unanimiter convenirent, ſuperfuerunt autem ſeptem dies poſtquam Euſebius ſuam Imperatori & Synodo tranſmiſit Epiſtolam, antequam Vercellis exiret, ut ad Synodum pergeret: prædixitque omnia prophetico ſpiritu, quicquid ei in ipſa Synodo accidere deberet. Dixit ſe ab eis abeſſe, & in exilium ire, & poſtea ſuæ civitati reddi. Sed confirmata Eccleſia populoque ſanctificato, valefaciens omnibus tum presbyteris, & diaconibus Mediolanum iter gradiendi arripuit. Dum vero ad eccleſiam Arrianorum cum Collegio ſuo extinguendam Mediolanum pergeret, ad flumen pervenit, cujus nomen Civida vocatur; ſed pons defuit quo in aliam ripam citius perveniret; obedivit autem ei inſenſibile, cui obedire nolebant homines ſenſibiles; proinde prob dolor in hoc eſt ees miranda: dum ecce mirarentur caterva diſcipulorum, qualiter ſine remige ac gubernature indeclinabiliter ipſum flumen tranſirent, ſupervenerunt ab urbe Mediolano Catholici viri nunciantes quod properaret in occurſum ejus Dionyſius Pontifex, de cujus lapſu graviter dolendo flebas cum ſuis beatiſſimus Euſebius: tranſacto vero flumine obviavit ei Dionyſius, tenens manibus Evangelium Chriſti, Crucemque Domini; & proiiciens ſe in terram coram eo ait: Pater peccavi libera me ſi vales: data confeſſione & accepto conſilio gradiebantur ſimul. Ventum eſt autem Mediolanum, & recipientes ſe in hoſpitio tractabant de ereptione ejuſdem Epiſcopi Dionyſii: poſtera autem die ſupervenerunt omnes Epiſcopi in Eccleſiam Mediolanenſem; & reſidente Papa Liberio cum cæteris Catholicis Epiſcopis numero trecentis decem, & octo Catholicis. Perlecta autem in medio hanc exclamaverunt veram fidem & Apoſtolicam atque Catholicam; cui omnes firmando ſubſcripſerunt, appeobantes Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum verum Dominum eſſe, & unius ſubſtantiæ cum Patee, quod græce dicitur homouſion. Subſcripſit autem primus huic fidei Euſebius dicens: Ego Euſebius Epiſcopus civitatis Vercellenſium, hanc fidem expoſitam à Patribus noſtris, & approbo & teneo; & qui huic fidei non conſenſerit, alienum ab Eccleſia Catholica pronuncio & judico.

Subſcripſerunt ſimiliter poſt eum Dionyſius in baptiſmate ejus filius Mediolanenſis Epiſcopus; Pancratius presbyter, & Hilarius Diaconus, Legati Romanorum: ſubſcripſerunt autem & cæteri ſancti Patres, numero quadraginta & octo (jam enim Euſebius petitione ab Imperatore promeruerat, ut Lucifer Epiſcopus & Legati Romanorum à cuſtodia ſolverentur, ut eidem Euſebio redderentur.) Vocatus autem B. Euſebius à Conſtantio Imperatore ac honorifice ſuſceptus, voluit ut aut minis aut blandimentis vel muneribus flecteretur à vera fide: ſed idem Pater ſanctue jam longævo ſenio firmus, minas ac blandimenta pro nihilo ducens, & munera illius deputans tanquam ſtercora, et conſentire noluit, ſed coram omnibus dixit: Vos enim dicitis Filium Dei Deo Patri æqualem eſſe non poſſe, cur mihi meum filium ac diſcipulum prætuliſtis? non eſt enim diſcipulus ſupce magiſtrum, neque filius ſuper patrem. Qua ratione illi permoti chirographum, cui Dionyſius ſubſcripſerat obtulerunt. At ille: Non, inquit, poſt filium ſcribam, quem præceſſi nomine; iſtud incendite, novumque ſi vultis cui ſubſcribere debeam, ſcribite: factumque eſt nutu divino ut incenderetur chirographum, cui Dionyſius & cætri Epiſcopi numero viginti & octo ſubſcripſeraut. Incenſo autem primo chirographo, rurſum aliud ocyus ſcripſerunt, cui ſubſcribere Euſebius & cæteri debuiſſent Epiſcopi. Ut ergo delatum in media eorum fuit, cernens B. Euſebius neminem ſubſcriptorem eſſe: patefactam eorum dixit eſſe ſtultitiam, qui hoc ſcribere juſſerunt vel firmare imperabant.

Imperator vero Conſtantius ad Euſebium ait: Decet te ut prior omnibus ſubſcribas, deinde cæteri tuam ſequendo honorificent paternitatem. Reſpondens autem B. Euſebius ait: Serpentino more agis, ò Imperator, qui lingua lambit, & cauda percutit; ſic enim antiquus hoſtis primos parentes noſtros blandiendo decepit, quos poſtea in barathri præcipitium traxit; non enim ego me veſtris ſceleribus polluo, neque filium meum Dionyſium cæteriſque ſodalibus meis vobiſcum participare in hac dementia permitto. Exultantes autem ſancti Confeſſores Chriſti, qui jam inſultanti ſubſcripſeraut, quive nec gratiam referebant Deo Ceeatori ſuo, quod Pater Euſebius Arrianorum diviſiones in Patre, & Filio dictatas damnaverat, atque eos igne cremare eorum dicta feceras, & unitas Catholicorum credentium fidei in Patre & Filio invicta permanebat. Dum vero Dominum laudarent, & ſe Catholicos permanere in unitate omnes promitterent; ira repletus Conſtantius Imperator, ait ad Euſebium: Inveterate canis, æſtimaveram te ſanctitatis eſſe virum, ſed nunc cognoſcimus te eſſe ſacrilegum, magum, atque incantatorem veneficum, plus quippe uno ſermone omnes deluſiſti, quam tota noſtra collocutio per decem dies in eis utilitatem feciſſet. Reſpondens autem B. Euſebius Imperatori dixit: Dominus meus Jeſus Chriſtus unicus Deo Patri, æqualiſque Filius, patri tuo diabolo multa ei promittenti quod omnia regna mundi & honorem & gloriam illi daret, uno ſermone reſpondit, atque confudit dicens: Vade Sathanas, Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies. Si ergo Deus unus eſt & ſolus, tu cur garrire auſus es ore canino quod tres ſint Dii? Vis perdere gregem Dei, quem Chriſtus ſuo redemit ſanguine: ſi ergo ſic credendo de hac luce migraveris, nunquam æternam conſequeris; verbis non credis, & quomodo vis eſſe particeps Chriſti? falſe dicis te eſſe Chriſtianum quia non credis Chriſtum; & dum verbis illius reſiſtis, Antichriſtus es. De te ergo atque ſequacibus tuis B. Joannes Evangeliſta in Epiſtola ſua ait: Nunc autem Antichriſti multi facti ſunt: pœnitentiam age, & noli perdere velle eos, pro quibus Chriſtus mortuus eſt.

Hæc audiens Imperator, ſurrexit de ſolio ſuo, convocatiſque Arrianis, præcepit eis ut Euſebium in ſua habentes poteſtate conſentire facerent eum atque ſubſcribere. Dolebat enim decreto illo, quod ipſe Imperator cæterique Epiſcopi manu firmaverant, & Eſebius ſic leviter & ingenioſe cremare fecerat. Currentes autem Arriani abſtraxerunt eum, rapiendo B. Euſebium de conſortio Epiſcoporum, fortiterque eum verberibus flagellantes ſemivivum reliquerunt. Erant autem ingentes ſcalæ ipſius domus, unde trahebatur per hos ſcalarum gradus ab Arrianis ſupinus B. Euſebius, facie & capite illidentibus ſanis per obliquos ſinus lapidum ſanguinem fundebat pro Chriſto, unitatem vero ſanctæ Trinitatis fortiter clamabat. Trahebant autem eum à ſummo uſque ad imum, rurſumque ab imo uſque ſurſum, dicebantque ei: Modo nobis communica atque conſenti decretis noſtris. Ipſe autem gratias agens gratulabatur, quia aliquam contumeliam pro veritate quæ Deus eſt, mereretur ſuſtinere. Iterumque Arriani poſt tanta ludibria, poſt fractionem capitis, poſt effuſionem ſanguinis vinctis eum manibus poſt tergum Dei Pontificem, & martyrem lorie per collum vinctum trahebant. Item verberibus cæſum interrogabant, ſi jam conſentiens confiteretur. Ipſe vero prudenter reſpondebat, ſe permanere in confeſſione ſua, & libenter pro ipſa mori. Renunciantes autem tantam illius duriſſimam conſtantiam Imperatori Conſtantio, decretum eſt, ut in exilium deportaretur;

non ſolum ipſe, ſed qui ejus meritis facti ſunt cum eo Confeſſores Chriſti; Liberius ſcilicet Papa Romanus, Hilarius Pictavienſis, Paulinus Treverenſis, Lucifer Calaritanus, Dionyſius Mediolanenſis; aliique Pontifices Chriſti, qui ad hanc convenerant Synodum, & quia fuerant cum eo teſtes Chriſti, meruerunt ſuſtinere martyrium cum eo. In ipſo Concilio loris ligati ſancti Dei Pontifices, & martyres in exilium deportabantur cum Dionyſio & Papa Liberio, propter fidei unitatem. Euſebius autem propter ſenectutis gravitatem in cavea miſſus, quaſi eſſet devaſtator vineæ Chriſti, & totius imperii pacis, ductus Scythopolim, traditusque in manus Arrianorum, ut in eo ſuas complerent voluntates. Merito ergo cavea conſtringitur, quam gloria cœleſtis regni ſuſcepit: quia libenter ſancti Dei parva pro Chriſto ſuſtinent, ut præmia æterna mereantur ſuſcipere, ut Paulus Apoſtolus ait: Non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam æternæ vitæ. Hoc enim alio modo præfiguratum eſt, quod ipſe trahebatur ſurſum per declivia ſcalarum, atque iterum ad imum: ſanctus enim Jacob vidit ſcalam erectam, cujus ſummitas cœlos tangebat, & per eam Angelos aſcendentes, & deſcendentes. Iſte quidem Angelus eſt B. Euſebius, qui aſcendit & deſcendit per hanc ſcalam; aſcendit vero, quia Filium Dei Deum & hominem in una perſona conjunctum veraciter profitetur Deo Patri eſſe æqualem ante ſecula genitum: deſcendit iterum, quia eundem Filium Dei inviſibilem annunciat carnem noſtram ſuſcepiſſe viſibilem atque mortalem; ſicque eundem Dei Filium in duabus & ex duabus naturis ut diximus, credidit, & confitetur unum Deum eſſe cum Patre, & Spiritu Sancto. Merito ergo aſcendit ad eum quem colit & diligit Deum. Merito Arriani deſcendendo in infernum cadunt, quia nec Deum diligendo coluerunt, & ejus unitatem naturæ minime crediderunt; ſtultiſſimi omnium non crediderunt veritati dicenti, quod nos etiam corporeis videmus oculis: Omne regnum in ſeipſum diviſum vel domus, ſtare nequaquam valet. Iſti ergo quia diviſiones prædicant, diviſi ſunt à Deo, & illi conjuncti qui diviſiones, & ſchiſmata deſiderat, qui eſt haud dubium quin diabolus.

Scythopolis autem urbs eſt Palæſtinæ inſignis in tribu Manaſſe poſita, quæ alio nomine Bethſan vocatur, quam Scriptura divina cognominat domum Nicam; quod in noſtra lingua domus inimicorum dicitur: hanc autem non potuit Manaſſes, id eſt populus Iſrael hæreditare, ſicut in libro Judicum dicitur: quæ etiam urbs eſt Scytharum: nam Scythæ aliquando bellando undique longe lateque Ægyptiorum regnum egreſſi, cunctamque pene Aſiam tenentes, hanc condiderant urbem; eſt etiam metropolis, ſicut in eodem libro legitur. Ad hanc ergo urbem cum exilio perductus eſſet, ut diximus, beatus Euſebius, cavea conſtrictus licet non delectabiliter ſe movere potuiſſet; tamen vertere ſe & circumquaque proſpicere poterat: quod cernentes Arriani, inde eum abſtraxerunt, & in anguſta domo clauſerunt ubi clauſum retinentes, abſtraxerunt ab eo ciborum atque potus copiam, ita ut per multos dies inediam pateretur, & pene diſſolveretur famis inopia. Tunc ſcripſit librum ad Patrophilum cuſtodem. Servus Dei Euſebius cum conſervis ſuis, Patrophilo cuſtodi cum ſuis: Rapuerunt me Arriomanitæ, & vi multorum nimio furore nudato corpore me ſupinum de cavea hoſpitioli per terram traxerunt; meque in hoſpitio alio clauſum tenent: neque panem manducaturum neque aquam bibiturum profitentur, quouſque conſentiam illis: quare opportunum eſt mihi ante de corpore exire, quam iſta conſentire. Videte quia contra jus divinum, ac publicum commiſiſtis; jam ſunt enim ſeptem dies, & niſi hoc emendaveritis, eritis procul dubio homicidæ. Quartadecima die igitur ſuperveniente Patrophilo, cum ſuis conſilium iniens, mitigati hoc libello, in alio rurſus eum hoſpitio receperunt, permittentes loqui cum eo qui venerant gratia viſitationis: & hoc non diu. Vigeſimo quinto die erumpunt denuo, & armati fuſtibus ad eum venere in hoſpitio, eumque rapientes, in anguſtiori carcere mancipati ſunt; talique ergaſtulo eum recluſerunt, ut eſſet illo brevior, illoque in latitudine anguſtior; ita ut genua illius curva pedes extendendo minime videre ſuos potuiſſet; caput vero ita preſſum ipſo ergaſtulo habebat, ut nullatenus cœlum reſpicere potuiſſet; humeros autem vel cubitos minime movere poterat; immobilis tantum manens; & niſi Angelorum viſitatione foveretur, humanum corpus hanc injuriam tot diebus ferre minime valuiſſet, ſed omnipotens Deus, qui Jonam Prophetam in ventre Ceti ſervavit, cuſtodivit non minus hunc ſanctiſſimum Athletam ſuum in multis incommoditatibus ſuis, & in iſto ſæviſſimo ergaſtulo poſitum: duravit enim ibi uſque ad exitum Conſtantii Imperatoris. Referunt enim, qui cum eo fuerunt, quod tantum erat alacer, & paſtus Divino cibo, ut nullatenus pœnam ſentiret ipſius carceris, & nullius inediæ; & frequenter certificabat ſuos, affirmans quia cito ad propria eſſent reverſuri. Viſitabat ergo circumquaque Eccleſias Catholicas, mittendo illis epiſtolas ſuas: miſit etiam ad urbem Vercellenſem dilectiſſimam epiſtolam, commonens univerſam plebem, ut ſollicite ſe cuſtodirent, cauteque agerent, & aliter non crederent, niſi ſicut ipſe oſtenderat. Ad Eccleſiam vero Mediolanenſem ſimiliter miſit cum ſubſcriptis ſuis, ut non aliter crederent, niſi quod ab ipſo vel à Dionyſio ſuo Epiſcopo audierant.

Igitur poſt obitum Conſtantii Imperatoris, Julianus Imperator illius ſucceſſor Conſtantinopolim veniens cogitare cœpit quemadmodum ſibi populum complacaret, & eorum favorem decenter acquireret, quod artificioſe peragebat: ſciebat namque Conſtantium ab omnibus populis nomen conſubſtantialitatis Dei amplectentibus odiri, ob quam cauſam ab Eccleſia expulſos eſſe Catholicos Epiſcopos, & res Eccleſiaſticas confiſcatas: & quia injuſte Sancti Patres exiliis arcebantur Eccleſiarum, illarum filii ſatis contriſtabantur; ſciebat idemque Julianus, Judæos, & paganos fuiſſe contriſtatos propter inhibitiones ſacrificiorum, legis ſcilicet, & idolorum, deſiderantes adipiſci tempus, quo eorum aperirentur templa, & haberent immolandi ſacrificiorum largitatem. Sic igitur utrumque populum vulneratum mœroribus conſpiciens, quaſi pius medicus ſauciis videtur ſubvenire; ſed falſus medicus gravius tabo eos veneni multavit: condolebat enim violentiis militum compreſſum populum; & apud omnes artificioſo velamine ſemetipſum commendabat; & primum quidem crudelitatem Conſtantii circa ſubjectos reprehendens redarguebat, & quaſi inimicum pacis redarguebat. Jubet Epiſcopos exilio deportatos evocari, & ad propria reverti, Eccleſiarum loca, & pace perfrui ſub lege qua quiſque vellet, confiſcataſque eorum reddi ſubſtantias, templaque paganorum atque Judæorum velociter aperiri juſſit, præcipiens populo, ne nullum læderent Chriſtianum, Judæum, vel Paganum, neque nolentem ſacrificare compellerent, neque volentem interdicerent, ſalva ſolummodo pace: factumque eſt ut ipſe totus transferretur ad paganiſmum. Et hac occaſione ſancti Præſules de exilio revertebantur ad propria.

Contigit autem ut B. Euſebius, cujus hactenus memoriam agimus, Alexandriam deveniens ab Scythopoli civitate, Athanaſium incolumem reperit, cui omnium pœnarum genera quæ in exilio paſſus eſt expoſuit. Collecto autem Concilio in urbe Alexandria, tractabant beati Præſules Athanaſius, & Euſebius, ut corruptam Eccleſiæ regulam repararent. Beatus vero Lucifer Epiſcopus Calaritanus, vale eis faciens Athanaſio, & Euſebio, Antiochiam ab eis miſſus eſt, ut Eccleſias confirmaret de conſubſtantialitate divinitatis, relinquens cum eis Alexandriæ Diaconum ſuum, qui ejus in Concilio vicem teneret; per quem profeſſus eſt ratum ſe habiturum, quicquid eſſet Concilii ordine conſtitutum. Sed Lucifer Epiſcopus diviſiones ſanans Eccleſiæ Antiochenæ, Paulinum Epiſcopum Antiochiæ ordinans abſceſſit; ſicque ad propria regreſſus eſt.

En-

A *Euſebius autem cum Athanaſio Alexandriæ, ut diximus, Concilium colebrare deſiderans, convenerunt ex diverſis partibus Epiſcopi, de maximis, & neceſſariis rebus habere tractatum. Non enim novam Religionem in Eccleſiam introduxerunt, ſed quomodo docuit Eccleſiaſtica traditio ab initio Chriſtianos. Confirmaverunt autem fidem Niceni Concilii, ut inviolabiliter conſervaretur, & conſubſtantialitatem Patri, ac Filio, Sanctumque Spiritum ſunt confeſſi, & Trinitatem nominaverunt.*

Verum Euſebius Vercellenſis Epiſcopus repente poſtmodum ab Alexandria venit Antiochiam ad inſtar optimi medici iter faciens per orientem, circumquaque infirmos fide ſanabat, mortuos infidelitate ſuſcitabat, infectos venenis Arrianorum curabat, imbuens atque docens Eccleſiaſticis prædicationibus univerſos, Hinc tranſiens pervenit Illyricum confirmans per omnia Nicenam doctrinam: & inde Italiam peragrans in mari hæc ipſa pronunciabat. Verum eſt conſtitutum in Concilio Alexandrinorum, ut partes B *orientalium Athanaſius ſua cura provideret, Euſebius Vercellenſis Epiſcopus eorum judicio commeante conſilio Papæ Romani curam gereret Europæ finibus: ſicque actum eſt. Romam veniens Liberium Papam adiit, quem ſummo gaudio Liberius excipiens, collegam illius ſe fore congratulabatur: oſtenditque ei B. Euſebius fidei decretum, quod ipſe & Athanaſius vir glorioſus Alexandriæ peregerunt, cum cæteris orientalium Epiſcopis; quod decretum ipſe Papa cum clero omnique populo ſubjecto reſpondit ſe finetenus ſervaturum. De monarchia autem providentiæ illius in Europæ finibus terrarum omnia ſub ſtipulatione ſubnixa firmavit, ſicut Alexandriæ eſt digeſtum.*

Sanctus autem Euſebius Athleta Chriſti, data confeſſione fidei ſuæ, & poſita Romæ in ſacro ſcrinio, valefaciens Liberio Papæ, cum cæteris fratribus iter aggreſſus eſt; cui Liberius Papa dixit: Veridicum te Sacerdotem cognoſco, ac bonum militem confido; laborant bonus miles, quia præmium æterni regni citius percipies; oro Deum ut ſalvus atque hilaris ad propria redeas; commendo tibi oves Chri- C *ſti, pro quibus Chriſtus viridica paſſione mortuus eſt, & reſurrexit, & in gloria cæleſti cum Patre reſidet. Scio enim Spiritum Dei eſſe in te ad confirmandam Eccleſiam ſuam, quam exemplis ac verbis tuis erues de fauce diaboli, tripudians exultabit corroborata unitate fidei divinitatis. Chriſtus Dominus te cuſtodiat hic & in æternum glorioſe frater: & hæc dicens oſculatus eſt eum, & permiſit abire.*

Eodem vero tempore quaſi ſopita jacebat languens Arriana veſania, & compreſſa à Joviniano Imperatore: jam enim Julianus Imperator divina ultione obierat. Beatus vero Euſebius urbem Vercellenſium ingreſſus eſt; tantaque lætitia populum aſſumpſit, ut etiam præ gaudio flerent, & obviam cum laudibus, & hymnis ei properarent dicentes: Sit Dominus Deus noſter benedictus, qui te reſtituit Eccleſiæ noſtræ, noſtrique miſertus, ne perditi fuiſſemus veneno diaboli, te liberatorem, & Salvatorem noſtrum nobis reddidit. Profitemur enim, quia ſicut nos viva D *voce docuiſti, & epiſtolarum tuarum verbis de exilio confirmaſti, ita ſalva eſt fides noſtra in Deum creatorem noſtrum, & ſalva ſint à nobis præmia tua: ſicque melodias letaniarum decantantes ad ſedem eum deducunt.*

Audiens vero clerus Mediolanenſium cum populo, & Sereno Vicario, quod beatus Euſebius Vercellenſis reverſus eſſet, legationem ad eum mittunt dicentes: Nuper audivimus ſanctitatem tuam adveniſſe precamur obnixe, ut nos viſitare digneris Domine beatiſſime Papa, Auxentius vero Arrianorum ſectator, Mediolanenſium Epiſcopus ejectus eſt à Catholicis viris de civitate, & ſeditione quadam peremptus.

Beatus vero Euſebius Mediolanum veniens, à Vicario, ſeu à Clero, vel populo honorifice ſuſceptus eſt: qui eos docens, & confirmans, ad cætera loca perrexit, circumiens, ac diligenter exquirens, ſi fide recta in omnibus perſeverarent, ſicut olim ipſe docuerat.

A *Interim pullulare cœpit, ac ſævire Arriana perfidia, exuberante Valente Arrianorum Patrono. Dum vero circumiret beatus Euſebius diverſarum parochiarum loca, invaleſcentes Arriani auctoritate Valentis ſeditionem contra beatum Euſebium parant. Sed quoniam tempus advenerat quo utriuſque actio remuneraretur, inſtinctu Dei actum eſt, quod & iſtius ſancti Patris Euſebii meritum remunerando creſceret; & illorum infidelitas creſcendo eos in barathrum inferni demergeret. Factum eſt ut quadam nocte dum in itinere eſſet beatus Euſebius, videret in ſomnis ſe ſuper monte poſitum, & de ipſo monte ad altiorem montem pennis volare, & in quoddam Palatium ſole clarius introire quod ineffabili arte conſtructum erat. Evigilans itaque ſanctus Dei protinus intellexit viſionem, & cognovit vocationem ſuam: quoniam de alta converſatione ſua, ad altiorem gloriam æternæ beatitudinis erat tranſiturus. Accepit illud merito fidei, quod olim Propheta optaverat dicens: Notum mihi fac Domine finem meum, & nume-* B *rum dierum meorum. Quod olim Propheta optavit, hoc iſte beatus Martyr accepit & adhuc amplius; quia & diem agnovit, & gloriam quam poſt finem ſumpturus erat, proculdubio cognovit. Nec movere debeat quod contraria ſit hæc viſio verbis Dominicis: Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate. Nec non & illud: De die autem illo nemo ſcit, neque Angeli cælorum, neque Filius. Cum omnia hæc de ultimo judicio dicta ſint, non de tranſitu uniuſcujuſque ſancti: nam hic tranſitus mutatio eſt: hic autem ſanctus merito translatus eſt atque mutatus, de pœna ſcilicet ad requiem, de laboris injuria ad requiem ſempiternam.*

Convocans igitur B. Euſebius cœtum Clericorum ſecum commorantium, prædixit eis omnia, quæ illi ventura erant in proximis diebus: interpretatuſque ſomnium, alacri vultu cœpit eos confortare, quoniam exemplo Salvatoris ipſe pro eis moriturus eſſet, & oraturus pro illis; tantum ne timerent, ſed C *ſequerentur ejus exemplum: nam ipſi ſuperſtites & illæſi permanerent; ipſe ſolus mortem ſubiret.*

Tranſactis ergo aliquantis diebus reverſus eſt iterum Vercellas. Frendens vero ac ſæviens factio Arrianorum vallaverunt domum ipſius S. Euſebii, in qua requieſcere eum cognoſcebant; & rapientes eum, ſupinum illum trahebant foras extra domum; ſed collidentibus ſaxis, & projicientibus illis deſuper lapillos, ſanctum caput illius martyris cum cæteris membris confractum eſt & decurrente cerebro cum ſacro ſanguine ſancta ejus anima carne ſoluta eſt & ad gloriam quam ipſe dudum prævideret extemplo volavit. Colligentes vero diſcipuli ejus ſacrum corpus ſepelierunt in Baſilica, quam ipſe vir ſanctus olim conſtruxerat ad honorem S. Theogniſti martyris, in qua & ipſe S. Theogniſtus corpore requieſcit.

Ad ſepulchrum vero S. Euſebii tunc & deinceps divina panduntur miracula. Nam eo die quo interfectus eſt, tanta coruſcatio, tantaque nubila facta ſunt, ut vix ullus Arrianorum crederetur evadere: ſic- D *que gratia divina conceſſum eſt, ut in ipſa civitate deinceps nullus Arrianus vivere queat, nec in Eccleſiam illius ingredi valeat. Curantur autem Domino largiente ad ſepulchrum ejus varii languores. Nam cæci illuminantur, dæmones penitus effugantur, infirmi ſanantur, claudi atque paralytici eriguntur, ſurdi vero auditum recipiunt, muti loquacitatem, & variis modis Dei famuli in eadem Eccleſia die noctuque divina pſallunt eloquia: Angelorum crebro illic viſio videtur: & ipſe glorioſus martyr frequenter cuſtodibus ſuis in ſomno videtur apparere, & eos de aliquibus inſtruere. In die verò ſepulturæ ejus tantus odor ac talis efferbuit ſuper omnes, quaſi rivulus balſami in eadem decurreret Eccleſia: ſanguis autem ejus qui fuſus eſt, & cerebrum ſic redolebant, ut balſamum & thymiamatorum omnia genera. Ubi vero aliquid inde eſt, ſcilicet de ejus ſacro ſanguine vel cerebro, ſtatim ipſo odore cognoſci poteſt ab illis qui juxta ſepulchrum ejus crebro degunt.*

Adju-

Adjuravit autem diſcipulos ſuos adhuc vivens in carne, quod omnia veſtimenta, quibus utebatur ſeu ſuccinctoria, vel ſemicinctia, & quicquid de ejus corpore exire poterat, vel ad ipſum corpus pertinebat, cum ipſo omnia in ſepulchro ejus mitterentur, & nullas inciſuras vel oblationes capillorum aut barbæ fierent peragere: & idcirco raro inveniuntur ejus reliquiæ. Celebratur autem feſtivitas ejus Kalendis Auguſti Regnante JESU CHRISTO Domino noſtro, qui cum PATRE & SPIRITU SANCTO vivit & regnat unus DEUS, per infinita ſæcula ſæculorum Amen.

Præcepit enim idem Beatiſſimus Euſebius, ut in finem verborum illius, hæc clauſula ſcribatur: Adjuro te ego Euſebius Epiſcopus, qui has literas legeris, per Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, ut non ſupprimas, quæ hic ſcripta ſunt, ſed aliis ad legendum contradas. Ejus precibus & meritis, noſtri actoris geſtorum miſertus ſit omnipotens Dominus. Amen.

II. 2 S. LIMENIUS natione Græcus S. Euſebii alumnus magiſtro ſubrogatus eſt, fuitque Collega S. Ambroſii Archiepiſcopi Mediolanenſis in Concilio Aquilejenſi celebraro anno 381.

III. 3 S. HONORATUS poſt diuturnum interregnum, ob civiles diſcordias, Vercelienſem evaſit ad ſedem, cohortanre populum S. Ambroſio per literas, ut digniorem eligerent. Nec civium opinionem feſellit; ſiquidem cum eſſet S. Euſebii diſcipulus, magiſtri per omnia inſtitit imitari veſtigia; præcipue Eccleſiam ſibi creditam ab omni labe hæreſeos præſtitit illibatam, non veritus tormenta, non carceres, quæ cum magiſtro paulo ante voraverat alacritate mirabili. Paulino Nolano, ſanctoque Ambroſio Mediolanenſi Epiſcopis familiariter uſus eſt, cui poſtremo ſub vitæ finem, ex divino admonitu, divinum Viaticum detulit, adſuitque moa expiraturo, anno 397. Ipſe vero poſt exactæ prudentiæ adminiſtrarionem evolavit ad ſuperos 4. Kal. Novembris, quæ ipſa dies Vercellenſibus habetur ſolemnis, ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Euſebii, in ejuſque ſepulchro hæc carmina leguntur inciſa.

Pontificis ſancti cineres tenet Honorati,
Arca hominis vilis, quæ manet ingenio.
Hunc ſanctum docuit, nutrivit Paſtor alumnus,
Egregius martyr, Præſul & Euſebius.
Exilii pœnas, & carceres iſte ſubivit,
Diſcipulus charus, & ſocius pariter.
Ambo fide digni, meritis, & nomine fratres,
Cum Chriſto ſancti præmia ſumma tenent.
Tertius hanc urbis ſedem tenuit Honoratus,
Antiſtes, cujus ſpiritus aſtra tenet.
Euſebius Præſul primus, qui martyr alumnu s
Cœlorum poſtquam Regna beata petit.
Hic Pater Eccleſiam docuit hanc dogmate recto,
Sermonibus complens, actibus ipſe ſuos.
Terris, ac cœlo conjunctus ubique magiſtro
Euſebio conſors, hic Honoratus adeſt.

IV. 4 S. DUSCELIUM, ſeu Cœlium Honoratus excepit anno 415. ut Eccleſiæ S. Euſebii prodit antiqua pictura, inque Litaniis ejuſdem Eccleſiæ idem ordo ſervatur.

V. 5 DIDACUS. Hunc poſt Tiberium temporibus Theodelindæ Reginæ reponit Corbellinus.

VI. 6 S. ALBINUS fuit VI. Epiſcopus Vercellenſis. In hujus tempora videtur convenientius poſſe reiici hiſtoria de conſecratione Cathedralis, olim à S. Enſebio conſtructæ in honorem S. Theoneſti martyris, quam poſtea ſancto ipſi Euſebio conſecrarunt. Cæterum dum S. Albinus ad Vercellenſem clavum ſederet, contigit S. Germanum Altiſiodorenſem Epiſcopum, eximiæ ſanctitatis virum illac tranſire, quem cum hoſpitio excepiſſet Albinus, poſtulavit à ſanctiſſimo ſene, ut Vercellenſem Cathedralem dignaretur conſecrare. Annuit ſanctus, cum rediiſſet, id ſe cumulate facturum: cæterum cum eſſet Ravennæ, evolavit ad ſuperos anno 435. Igitur Albinus expectatione illa fruſtratus, ſibi conſecrandam cenſuit Cathedralem, jamque candelabra imperabat ardere; ſed illa pertinaciter contempſerunt concipere flammam, quamobrem miraculo territus Albinus, eam dedicationem diſtulit in alium diem. Interea certior factus eſt, non longe à Vercellis S. Germani corpus abeſſe, quod deferebatur in Gallias. Igitur ſolemni inſtituta ſupplicatione, cum populo, Cleroque venerabundus obviam ſancto progreditur, deduxitque Vercellas in Cathedrali. Vix feretrum ſubſtiterat, cum ſponte candelabra lumine concepto fulſere. Meminit ergo Albinus promiſſionis ſibi factæ à ſancto, intellexitque conſecrationi illi vel mortuum intereſſe voluiſſe, qui quod pollicitus fuerat vivus non potuiſſet præſtare. Belvacenſis in Speculo Hiſtoriali, ac Jacobus de Voragine in vita S. Germani, in tempora Euſebii reiiciunt hujuſmodi factum, quem obiiſſe conſtat anno 371. Germanum vero 435. vel 449. aut 450. ut alii volunt: ſunt etiam qui affirment alterius Euſebii Epiſcopi, quem ſecundum appellant, in pontificatu accidiſſe, ea quæ de S. Germano veteres ſcripſerunt auctores, aſſeritque Aurelius Corbellinus in ſuo Catalogo Vercellenſium Epiſcoporum: ſed cum gratis id aſſeratur, cum Ferrerio ad 15. Martii, aſſentimur, unicum tantum in Vercellenſi Eccleſia S. Euſebium floruiſſe Epiſcopum, & Germanum Altiſiodorenſem Albini temporibus ad cœlum evolaſſe.

7 S. JUSTIANUS, ſive Juſtinianus, Mediolanenſi Concilio interfuit ſub Euſebio Archiepiſcopo celebrato anno 451. a contra hæreſim Eutychianam. VII a 451.

8 S. SIMPLICIUS. anno 470. VIII

9 S. MAXIMIANUS. IX

10 S. LANFRANCUS. anno 480. X.

11 S. ÆMILIANUS in Hiſpania natus, in quodam Aragoniæ Oppido, Libyo vocato. Hunc Felix Epiſcopus ad fidem diligenter inſtituit, qui deinde adeo ſtudio contemplationis divinarum rerum flagravit, ut relicto ſæculo in ſylvas ſe abdiderit, perque quadraginta ipſos annos ſtrenue eremiticam vitam excoluerit. Non latuit ejus ſanctitas, quamobrem cum Vercellenſis Epiſcopus exceſſiſſet è vivis, Aemilianum populus, Cleruſque ex ſolitudine erutum, ex divino admonitu, traxere ad ſedem. Omni moderatione animi ſubivit illie onus, adeoque prudenter, pieque Eccleſiam ſibi commiſſam adminiſtravit, ut auxerit mortuus numerum beatorum. Conciliis interſuit Romæ celebratis ſub Symmacho Papa an. 501. 502. 504. Intulerunt ejus corpus in eccleſiam S. Euſebii. Deinde repertum anno 1181. 16. Kal. Junii tranſtulere cum pompa, ubi honorifice jacuit uſque ad hæc noſtra tempora, quibus iterum inventum, in eadem Cathedrali honorificentius, populique incredibili concurſu collocarunt. Illius feſtum celebratur Vercellis, perque totam diœceſim 3. Id. Septembris. In laudem hujus ſancti viri reliquit ſcriptum doctiſſimum, atque elegantiſſimum ſermonem S. Iſidorus Epiſcop. Hiſpalenſis, quem Ferrerius retulit in ſuo Catalogo. De quo etiam Corbellinus, quem habet Vercellenſem fuiſſe ex nobilibus de Terrione. XI.

12 EUSEBIUS, hujus nominis II. anno 520. Sanctimonia vitæ celebris, primique Euſebii æmulator egregius, Vercellenſi Eccleſiæ præfuit, cujus acta, magno poſteritatis incommodo, perierunt. XII

13 S. CONSTANTIUS Vercellenſis, anno 530. duas ſorores Deo dicavit, ut in clauſtro perpetuam excolerent virginitatem. XIII

14 S. FLAVIANI Epiſcopi Vercellenſis anno 540. virtutes ſubjecta carmina produnt, ejus ſepulchro in Cathedrali inciſa. XIV

Flaviani Antiſtitis reſonant præconia vitæ.
Caſto pollens corpore ſummæ faſtigia arcæ.
Liliis ſea vernantibus artus conſervans ab alvo,
Intemerataque celſo de ore vehens membra.
Induſtria ſenſuum ditatus munere amplo,

Spe-

Specioſa, proceraque compta forma geſtantem,
Amæniorque exiſtent præclaris moribus febris.
Cunctis in ſe linquentibus faciunt funditus parcens.
Nec revocans priſca memoriæ mentis delicta,
Inſignem geſtans opem moribus patientiæ arcem.
Pollens, & enignis dapes porrigere multas.
Tantaque farinæ, quæ quanta inſunt gratia oper.
Cordi luſtrans abdita cuncta faſtigia Poli,
Tanquam arcus gradiens mente æthera pulſat.
. . . . qui in ſæculo annos plus minus XLVI.
. . . vocatus à Domino deliquit mundi procella.
. . . receſſit ſub die VII. Kal. Decembris Ind. IV. feliciter.

XV. 15 S. VEDASTUS, ex antiquis tabulis, anno 550. cujus dies feſtus Vercellis celebratur die 7. Februarii.

XVI. 16 TIBERIUS, ſub Deodato & Honorio Pontiſ. vixit.

XVII. 17. BERARDUS.

XVIII 18 S. PHILOSOPHUS ejuſdem ſedis antiſtes an. 600. cujus adhuc ſepulchrum in monte Caſſinario ſpectatur, crebriſque adhuc miraculis coruſcat.

XIX. 19 BONOSUS.

XX 20 CYRILLUS.

XXI. 21 DAMIANUS.

XXII 22 ÆMILIANUS hujus nominis II. anno 653. Huic ob egregias animi dotes Auriſpertus primus Rex Longobardorum privilegia plura indulſit.

XXIII 23 CELSUS. Hujus nulla alia memoria occurrit, quam quæ in quibuſdam carminibus acroſticis, in ejus ſepulchro inciſis, continetur.

Sæ. M̄ñ Celſus Ep̄i claro ex genere ortus,
Cuſtos gregis ovium Chriſti,
Exemplo boni operis docuit cunctos viam ſalutis,
Liquit mundum; cælitem ſed ſcandens ad ſedem
Sacerdotum decus Eccleſiæ optime loquax, & altor,
Voluntate ſincerus, ac benignitate præcipuus,
Solers ad audiendum, elemens ad ignoſcendum,
Et cui divina opitulabatur gratia ſemper,
Priſcorum dogma ſervans patrum perfecta
Induſtria adhæſit mentis mox ut vitaret objecta,
Stolam ſanctitatis meritis adeptus Paſtor fidelis.
Corpore integer Chriſto ſe dicavit in cunctis.
Opifex boni ſic Evangelica implet præcepta,
Puroque corde Chriſto ſervavit inviolabilem fidem;
Vitam tranſegit in ſæculo LIV. menſ. VII.
Sed migravit ad Dominum ſub Id. Aprilis ind. VIII.
Gratianus ſuus charus, & Levita ornavit amando ſepulchrum.

XXIV 24 THEODORUS Mediolanenſi Concilio interſuit à Manſueto illius civitatis Archiepiſcopo congregato contra Monothelitas, qui duas in Chriſto voluntates impie negabant, anno 679. In quo Patres de duplici voluntate Chriſti procuderunt decretum.

XXV. 25 MAGNETIUS. Quem Corbellinus ſub Sergio III. vixiſſe refert.

Eo forte Epiſcopo in ſua Diœceſi prope Creſcentinum, vetuſtam S. Januarii Abbatiam, quæ, à repentina luce in ſylva ibi finitima viſa, de Lucedio dicta, & S. Michaeli Archangelo dicata fuit. Hanc Gauderius Flavii Ariperti Longobardorum Regis Dux fundavit circa annum Domini 712. pro Benedictinis Monachis. Verum cum locus Ariperto Regi poſtea plurimum placuiſſet, eumdem ampliſſimis redditibus ultra citraque Padum intra Seſſitem, & Doriam cumulavit: ejus adminiſtratio Vercellenſibus Epiſcopis commiſſa, quod deinde approbarunt Lotharius, Beringarius, Otho III. Conraduſque Imperatores. In ea Caroli Magni quidam nepos aliquando relegatus, S. Januarii corpus, quod ſecum Roma attulerat, dimiſit,

A fidelibus perpetuo venerandum. Hinc factum ut deinceps S. Januarii Abbatia ſit vocitata, ad quam ob nominis celebritatem variis ex partibus confluentibus incolis Oppidi S. Januarii Titiorum Comitum jacta fuere fundamenta. Cœnobium, ſublatis monachis nigris primis cultoribus, Ciſtercienſibus datum eſt, quos deinceps Commendatarii antiquarunt. Floruerunt in ea viri clariſſimi, & vitæ ſanctitate celebres, inter quos S. Bononius inter ſanctos relatus à Pontifice Romano, cujus vitam ſcripſit Monachus quidam Leodienſis: meminerunt ejuſdem Carolus Sigonius lib. 8. de Regno Italiæ, & Leander Albertus, qui eum vixiſſe an. 844. male refert: ejuſdem etiam Monaſterii Abbas fuit S. Bonifacius Vercellenſis. Ex hac Abbatia S. Michaelis, ſeu S. Januarii, alia prodiit prope Liburnum Canapitii, S. Mariæ de Lucedio à matre nuncupata, à Bonifacio Montis Ferrati Marchione circa annum Domini 1030. fundata, & à Raynerio nepote invidioſis fortunis locupletata anno 1226. reſervato ſi-
B bi, ſucceſſoribuſque ſuis jurepatronatus; & Guillelmus Marchio magnus appellatus ob illatas in Derthonenſem, Vercellenſem, & Yporedienſem Epiſcopos injurias, diris innodatus, in pœnitentiæ titulum plura bona eidem Cœnobio contulit, auxitque cenſus, ut ejus regionis ditiſſima iter omnes Abbatia deinceps ſit numerata. Primi Monaſtici Ordinis cultores Benedictini nigri fuerunt, Ciſtercienſes deinde, operante Divo Bernardo, anno 1123. ſunt proſecuti, è Monaſterio Firmitatis Cabilonenſis diœceſis evocati, qui eam hactenus tenuerunt. Hujus Abbas fuit Oglierus de Tridino inter Beatos recenſitus, Guillelmi Marchionis apud Ludovicum juniorem Galliæ Regem Legatus, comeſque ejuſdem in expeditione Hieroſolymitana, cujus dies obitus notatur in Kalendario Ciſtercienſi 10. Septembris, claruitque anno 1140. de quo legendus Henriquez in Menologio Ciſtercienſi, noſterque Manriquez tom. p. Annal. Ciſtercienſium ad annum 1123. qui divinando
C deceptus eſt, dum ſcribit, Cœnobium hocce prius à Loco Dei denominatum, corrupta deinde voce in Locedium tranſiiſſe: nomen quidem ab alio Locedio S. Michaelis ſumpſiſſe ſupra ſatis eſt dictum, & ex tabulis Vercellenſibus refert dominus meus Auguſtinus ab Eccleſia doctus Epiſcopus Salutienſis in ſua Chronologica hiſtoria Pedemontana.

26 ATTO inter Vercellenſes Epiſcopos reponitur ante Rodulphum à Corbinello. XXVI

27 RODULPHUS Romano Concilio interſuit ſub Paulo Primo anno 761. Conſule Baronium. XXVII.

28 SINFREDUS patria Vercellenſis, hanc Eccleſiam poſt Rodulphum rexit ſub Paulo I. Pontif. XXVIII.

29 ANSALBERTUS in pontificatu vixit Stephani III. temporibus; defunctus terræ mandatus eſt in Eccleſia S. Euſebii, ubi olim cœnotaphium patebat legentibus. XXIX

30 CHRYSANTHUS, natione Gallus, Vercellenſis fuit Epiſcopus regnante Carolo Magno. XXX

D 31 BARINGUS ex Benedictino Monacho Vercellenſis Epiſcopus evaſit, ſub Adriano II. vixit, deceſſitque 5. Id. Decembris, & in Cathedrali humatus fuit. XXXI.

32 GISO Gallus ſub eodem Adriano Pontifice Vercellenſem rexit Eccleſiam, à quo Bebo presbyter juſſus hiſtoriam Euſebii Cæſarienſis tranſcripſit. XXXII.

33 CUNIBERTUS vixit Vercellenſis Epiſcopus an. 795. Cujus mors reperitur notata in veteri Kalendario Vercellenſis Eccleſiæ 13. Kal. Maii. XXXIII.

34 ANTERUS interfuit Mantuano Concilio anno 824. XXXIV.

35 NOTTINGUS natione Germanus filius Comitis Erlafridi, Caroli Magni familiaris, ſub cujus Imperio, ob egregiam doctrinam, atque eruditionem Vercellenſem ſedem obtinuit, cum parente communicata gloria. Hiſaugienſe in Germania celebre monaſterium fundavit anno 830. Cu- XXXV

jus

jus fundationis, cum laude Nottingi, meminit Joannes Trithemius in Chron. Hiſaugienſi, quippe quem non modo tam illuſtre Cœnobium fundaſſe narratur, ſed oppidis, Pagiſque auxiſſe. Quam ille donationem Orgarium Epiſcopum Moguntinum voluit ratam habere ex auctoritate Gregorii IV. Papæ, Ludovicique Imperatoris. In quod Cœnobium deinde transferendum curavit corpus S. Aurelii Redicianorum Epiſcopi, quod ab Archiepiſcopo Mediolanenſi dono acceperat. In favorem ſuæ Eccleſiæ ab Imperatoribus plura Privilegiorum retulit ornamenta; quam cum per multos annos conſultiſſime adminiſtraſſet, meritis plenus, exceſſit è vivis.

XX XVI. 36 NORTHAUDUS Gallus fuit Epiſcopus Vercellenſis, cujus meminere Anaſtaſius Bibliothecarius, atque Baronius ad annum 844. dum Epiſcopos memorat, qui Romæ interfuerunt Coronationi Ludovici filii Lotharii Imperatoris. Dum hoc nomen Northaudi mecum ipſe verſarem, veritus ſum, ne idem ille Nottingus ſit, quem ſupra attulimus, quod fortaſſe vulgus, vel inſcitia ſcriptoris corruperit, protuleritque Northaudum pro Nottingo; additque ſuſpicioni pondus, iis temporibus propiorem vixiſſe Nottingum, cujus memoria uſque ad an. 858. pertinuit.

XXX VII. 37 JOSEPH an. 875. deinde Epiſcopus Aſtenſis. De quo mentio in epiſtola Joannis Papæ 250.

XXX VIII. 38 ALDARGARDUS a Gallus Vercellenſibus præfuit, annoque 876. Non. Jan. Papiæ interfuit, dum Aſpertus Archiepiſc. Mediolanenſis Carolo Calvo inſignia Regni conferret, Regemque Italiæ ſalutaret.

a Al. Adalgardus.

XXX IX. 39 CONSPERTUS poſt diuturnam contentionem, à Joanne VIII. Summo Pontifice adlectus eſt Epiſcopus Vercellenſis anno 879. ut ejuſdem Pontificis literæ ad Carolum Mannum, Craſſumque Imperatores, ac Vercellenſem Clerum abunde teſtantur.

(Multorum relatione didicimus, quod Eccleſia Vercellenſis nunc valde turbata, & quotidianis commota ſcandalis conſiſtat, dum in duas partes populus pro Epiſcopi electione diviſus, alii unum, alii vero alterum eligere, habereque contendant & cupiant, electumque enormiter defendere uterque procuret. Sed quia juxta noſtri miniſterii Apoſtolicum officium, & ſollicitudinem omnium Eccleſiarum Dei, nobis in ipſo Apoſtolorum Principe commiſſam juxta Canonicam etiam Sanctorum Patrum regulam dicentem: Si diviſio Clericorum, vel populi evenerit, & de futuri electione Pontificis contentio fuerit oborta; nullum ex his duobus in Throno Epiſcopali eſſe aliquatenus conſecrandum, ſed alterius electionem fieri debere ſacerdotis Eccleſiæ proprio deſtitutæ Rectore, & ob id perturbatæ, jura pacis ferentes, ſubvenire debemus. Regiam excellentiam veſtram rogamus, ut pro amore Dei, & S. Petri, ac noſtræ paternitatis dilectione, ipſum Vercellenſem Epiſcopatum huic nobiliſſimo viro Coſperto videlicet, venerabili diacono vobis bene cognito, communique fideli noſtro, ac veſtro, quem pro eccleſiaſticis utilitatibus in ſervitium veſtrum direximus, placido de præſentia modo tribuatis: quoniam vere cognoſcimus hunc in omnibus tam civilibus, quam etiam eccleſiaſticis cauſis ſtrenuum, atque utiliſſimum fore, nobiſque non mediocriter fideliſſimum. Quapropter ad veſtræ præſentis, & futuræ gloriæ augmentum, hoc vos nobis concedere petimus, hanc primam noſtri pontificii juſtam petitionem veſtra regalis alacriter perficiat magnitudo, ut & nos veſtram libenti poſſimus animo perficere voluntatem, chariſſime fili, quoniam ſic veræ dilectionis unanimitate, ſi nos ea, quæ cupitis, Apoſtolica dumtaxat perfecerimus auctoritate; & vos item veſtro Regali jure noſtri deſiderii preces audire cum jucunditate proculdubio ſtudueritis. Talem namque progenitores veſtros invictiſſimos Imperatores Auguſtos, circa deceſſores noſtros ſanctos videlicet Romanæ ſedis Antiſtites, habuiſſe dilectionem recolimus, ut quicquid ab alterutra parte petebatur, omni poſtpoſita occaſione, non efficaciter compleretur. Ita vero & noſtra nunc Pontificalis à Deo conſervata majeſtas, & veſtra Regia magnitudo ſibimet debent placide facere viciſſim. Datum 6. Non. Maii Indict. 12.

(Regiæ magnitudini veſtræ notum eſſe volumus, fili chariſſime, quia Anſpertum Mediolanen. Archiepiſc. in prima quidem Synodo in eccleſia B. Petri Apoſtoli habita pro ſuis evidentiſſimis negligentiis, & præſumptionibus, una cum Reverendiſs. Epiſcoporum cœtu regulariter excommunicavimus: ſed mentem ſuam in ſuperbiam erigens, non ſolum pro perpetratis veniam humiliter non quæſivit, verum etiam ante audientiam, & noſtram Apoſtolicam abſolutionem ſacrum præſumpſit miniſterium celebrare, atque contra ſacros Canones, contraque Regiam, & noſtram Apoſtolic. voluntatem, Epiſcopum in Vercellenſi eccleſia enormiter conſecrare præſumpſit. Pro quibus, videlicet, tantæ temeritatis præſumptionibus, & ipſum Anſpertum dudum Archiep. in ea, quæ nuper acta eſt Synodo, omni Epiſcopali honore privavimus, & eum, quem illicite ordinavit Epiſcopum, decrevimus Synodali judicio depoſitum eſſe ab ordine Epiſcopatus, intuitu tamen miſericordiæ, in priſtinum, quo erat antea, gradum reverti. Porro nos, ſecundum voluntatem, & petitionem dilecti filii noſtri Carolimanni glorioſi Regis hunc Conſpertum Reverendiſs. de quo jam olim vobis per veſtrum fidelem miſſum innotuimus, in eadem Vercellenſi eccleſia, conſentientibus omnibus Comprovincialibus Epiſcopis Antiſtitem conſecravimus, quem petimus obnixe, ut pro amore Dei, & S. Petri, ac noſtro, veſtræ potentiæ brachio tueamini, & prout ei opus fuerit, dignum ſemper in omnibus præbeatis ſolatium. Regalem excellentiam veſtram Dominus conſervet incolumem, chariſſime fili.

Datum, ut ſupra XI. Kal Octob. Ind. XIII.

(His noſtris Apoſtolicis literis vobis cognitum facimus, quia Anſpertum dudum Archiep. Mediol. pro ſuis multis præſumptionibus, & negligentiis jam olim una cum ſancta Synodo ſacra communione privavimus, ſed ipſe contra Canonica ſtatuta, & contra noſtrum Apoſtolicum, Synodicumque judicium agens, ante audientiam, & abſolutionem, miniſterium ſacrum agere, atque adhuc excommunicatus in hac Vercellenſi Eccleſia veſtra, quemdam virum Joſeph nomine, ut audimus, contra Regiam, & noſtram Apoſtolicam voluntatem, Epiſcopum ordinare temere præſumpſit. Ideo & eundem Archiepiſcopum & hunc ipſum Joſeph invaſorem, ac præſumptorem, non intrantem per oſtium, ſed aliunde, quaſi furem ingredientem in ovile Domini, cum virtute Sancti Spiritus, & auctoritate Beatorum Petri, ac Pauli Apoſtolorum Principum, noſtroque Apoſtolico judicio, una cum Synodali cœtu Reverendiſſimorum Epiſcoporum omni Epiſcopali honore decrevimus eſſe privatos, & alienos: tamen intuitu miſericordiæ, decreto Synodali ſtatuimus jam fatum Joſeph invaſorem Eccleſiæ veſtræ de ordine Epiſcopali dejectum, in gradum, & ordinem quo prius extitit, omni modo reverti. Nam cum præfatus Anſpertus dudum Mediolanenſis Archiepiſcopus eſſet regulariter excommunicatus, aliquam vel minimorum in Eccleſia Dei conſecrationem graduum facere nullo modo potuit, quia quod non habuit, dare profecto nequivit. Quapropter omnium veſtrum cognoſcat ſagacitas & laudanda fidelitas, quoniam dilectus, ac ſpiritualis filius noſter Carolomannus glorioſus Rex illius Italici Regni, ipſum Vercellenſem Epiſcopatum, more prædeceſſorum ſuorum Regum, & Imperatorum, conceſſit huic Conſperto viro nobiliſſimo præſentibus miſſis noſtris, noſtramque Apoſtolicam clementiam ſuis eſt literis deprecatus, ut eum vobis Epiſcopum conſecraremus. Nos autem ejus precibus inclinati, nolentes vos diu ſine proprii, ac legitimi eſſe cura Paſtoris, hunc ipſum ſanctæ Vercellenſis Eccleſiæ veſtræ, Apoſtolica dumtaxat auctoritate Epiſcopum conſecravimus dedimuſque vobis pro invaſore illo iſtum Paſtorem; pro mercenario ignavo providum ſatis Rectorem, qui ſcilicet noſtris

vos

vos Apoſtolicis doctrinis admonitos, quaſi populum Domini ſibi commiſſum more veri Paſtoris pabulo vitæ, perpetuæque ſalutis paſcere, atque in virga æquitatis, & manſuetudinis regere, vigilanti ſemper cura, & ſollicitudine ſolerter procuret. Quem itaque vos omnes uno voce, & pio affectu, quaſi Patrem, & Rectorem animarum veſtrarum, utpote chariſſimi filii, ut recipiatis præſenti ſtatuto noſtro jubemus: & abjecto, ac reprobato ſupradicto invaſore hunc, quem ordinavimus vobis, habetote Epiſcopum. Nam magna vos laude dignos fore videmini, quod de Beati Petri Apoſtoli conſecratione meruiſtis habere Antiſtitem; & hoc in augmentum honoris Eccleſiæ Vercellenſis ſine dubio proveniet, ſi vos devota mente noſtris obtemperatis præceptis. Nos enim veſtram cupientes ſalutem, ideo monemus, ut mente, & corpore ſalvi eſſe poſſitis. Jubemus etiam omnes ſcripturas, vel dationes cujuſcumque tenoris, quas fecit de plebibus, caſalibus, & villis ipſius Eccleſiæ Vercellenſis, nullam habere firmitatem, ſed omnia, quæ fecit, eſſe judicamus vacua, & inania, quia legitimus ipſe non fuit Epiſcopus: & ideo quippiam dare non potuit; eum vero qui ex his, quæ fecit, aliquid firmum eſſe dixerit, Ananiæ, & Saphiræ anathemate feriendum fore cenſemus. Nam ſi cujuslibet conſilio, vel hortatu aliter facere, non de præſenti ipſum invaſorem abjicere ſtudueritis, atque hunc, quem nos conſecravimus vobis, alacri cum voluntate non receperitis, omni Eccleſiaſtica vos communione privabimus, dignoque anathemate feriemus.

Multiplices gratias veſtræ referimus magnitudini, quia pro Vercellenſi Epiſcopatu, in quo nos Conſpertum unà cum Synodi decreto Epiſcopum ordinavimus, noſtram libenter perfeciſtis voluntatem. De cætero autem, hoc eſt Mediolanenſi Archiepiſcopo, ò fili chariſſime, ſicut nobis nunc mandaſti, ut Anſpertum Archiepiſcopum, quem in Synodo pro nonnullis ſuis negligentiis, & præſumptionibus judicavimus, reconciliare deberemus. Quod quidem nos pro veſtro amore alacri mente omni modo perficeremus, ſi ſententia damnationis, quam in eundem Archiepiſcopum protulimus, ſub tenore aliquo non fuiſſet prolata. Dictum eſt enim, tamdiu eum fore ab honore & miniſterio Sacerdotali ſuſpenſum, donec, auctore Deo, ſuam ſpecialem nobis ad ſatisfaciendum exhiberet præſentiam. Et quia Eccleſiæ Dei privilegium nos decet immutilatum ſolemniter conſervare, ne in aliquo Patrum terminos præterire videamur, contra ſtatuta majorum agere nequivimus. Unde benignitatis veſtræ excellentiam paterno affectu monemus, ut ob hoc, quod irreprehenſibiliter agere non poſſumus, nullo modo turbemini, quoniam veſtram in omnibus cupimus pro honore perficere voluntatem.

Dat. 4 Kal. Decemb. Ind. 13.

XL. 40 LUIDUARDUS ſive Luthuardus, aliis Troſardus, & Ludmarus Conſperto ſucceſsit, cum Caroli Craſsi Imperatoris familiariſsimus, Archicancellarius & Conſiliarius à ſecretis eſſet, inquit Rhegino, à quo quamplorimis caſtris, & oppidis donatus eſt per diploma, quod incipit.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.
Carolus Dei favente clementia,
Imperator Auguſtus.

Si petitionibus fidelium noſtrorum maxime eorum, qui noſtro fideliter parent Imperio, aures celſitudinis noſtræ accommodaremus, non ſolum Imperialem in hoc exercemus dignitatem; verum etiam æternæ retributionis præmia inde nobis largiri procul dubio credimus. Quapropter cognoſcat omnium fidelium noſtrorum præſentium videlicet & futurorum induſtria, Lituardum venerabilem Epiſcopum Vercellenſem, & dilectum Archicancellarium noſtram poſtulaſſe ſerenitatem, ut ſanctiſſimo Patri Euſebio defenſori Chriſtianæ fidei aliqua de jure Regni noſtri concederemus, & aliqua, quæ ab Imperatoribus, & Regibus jam donata ſunt, & ſubtracta ſunt, redderemus, ſtatimque nos poſtulationes illius ſaluberrimas annuentes, decrevimus ita fieri.

Conceſſimus itaque prædicto ſancto Euſebio curtem &c. Inter cætera Pontem etiam Nottingum, quem Nottingus Epiſcopus ejuſdem Eccleſiæ mirabiliter ſuper eum ſequitaude per legem recepit, &c.

. . . ad vicem d. Littuardi Archicancellarii recognovi.

Dat. 17. Kalend. Aprilis anno Incarnationis *Dominicæ 882. indict. 15. anno Imper. 2. Actum Papiæ in Dei nomine feliciter. Amen.*

Joannis VIII. Pontificis extat in decretalibus Epiſtola ad hunc Epiſcopum anno 880. die 20. menſis Junii Indict. 13. in qua Luiduardum Legatum declarat ad Carolum Imperatorem, ut ab eo exoratus Hieronymum Lauſonienſem Epiſcopum ſuæ Eccleſiæ vellet reſtituere. Iterum idem Pontifex ad eundem ſcribit, gratias agens, quod ſuis precibus Carolum in Italiam traxiſset Eccleſiam defenſurum. Hic idem author fuit, ut idem Cæſar in Aſtenſem Eccleſiam plura beneficia conferret. A Cæſare deinde ad Pontificem Legatus miſſus eſt anno 886. quem cum iniqne Berengarius Epiſcopatus honore ſpoliaſſet, Imperatoris ope eundem eſt aſſecutus gradum dignitatis. Cæterum cum Carolus ex quadam infirmitate deliraſſet, ſuſpicatuſque eſſet, Luiduardum Richardæ Reginæ ſtuprum intuliſſe, eam repudiavit: ſancte juravit illa, non modo cum Luiduardo ex plena decoris familiaritate contra verecundiam non admiſiſse ſcelus, ſed conſcio etiam viro, per decem annorum ſpatium illibatam virginitatem ſervaſse. Igitur tametſi innocens, æquo animo devoravit injuriam, abdiditque ſe in Andelahenſi monialium Cœnobio à ſe non ita pridem conſtructo, ut ibi pie ſancteque vitam tranſigeret. Nec multo poſt Carolus, qui repudiarat uxorem, repudiatus à ſuis, jugulatuſque miſere interiit, numine ſcilicet repetente pœnas damnatæ innocentiæ. Notat vetus Kalendarium Vercellenſis Eccleſiæ, hujus Epiſcopi temporibus Arrianos die S. Luciæ martyri ſacro, adeo Vercellenſem deſæviiſse in Clerum, ut propemodum totum delerent. Huic etiam Epiſcopo, ut refert Trithemius, Notgerus Epiſcopus Leodienſis, tunc S. Galli Monachus, omnium ſanctorum ſolemnitatum librum Sequentiarum inſcripſit, quæ per anni circulum ſolent occurrere, quem poſtea Nicolaus I. Pontifex rum pondus habere, tum in Miſsis decantari poſse decrevit.

Narrat Sigonius, ex Rheginone, anno 901. Epiſcopum quendam, quem Ludmardum, ſive Tranſuardum vocat, cum Pannoniorum Inſubriam populantium rabiem domeſtico theſauro onuſtus declinare conaretur, à prædatoribus interceptum fuiſſe, pretioſiſque ſpoliatum fortunis, crudeliſsime fuiſse interfectum. Hunc Vercellenſis Eccleſiæ tabulæ à Luiduardo ſupra memorato diverſum faciunt, atque ex nominum aliquali variatione duos diſtinguunt Epiſcopos, quem unum, eundemque eſſe Epiſcopum Ferrarius obſervat, ejuſdemque ſententiæ me libenter adjungo, quippe qui ſciam, quam facile, fœdeque, vulgo corrumpantur nomina, voceſque in parum abſimiles ſoleant degenerare. („*Extat in Baluzii Miſcel. tom. 2. præceptum pro Eccleſia Lugdunen. datum ad deprecationem Liutardi Epiſcopi Vercellenſis an. 885.*)

41 SEBASTIANUS Vercellenſis Epiſcopus an. 901. Ad augendam, ditandamque ſibi Eccleſiam creditam, a Berengario Rege obtinuit Monaſterium S. Michaelis de Lucedio, ſeges magnarum litium contra Garibaldum, Novarien. Epiſc. quas tamen Sebaſtianus diremit, coram Joanne Papienſi, Heginulpho Taurinenſi, ac Geroaldo Tortonenſi Epiſcopis, cum pluribus aliis judicibus, ac dignitate præſtantibus viris, Berengariano oſtentato diplomate. Dat. Papiæ anno 901. oct. Id. Julii Indict. 4. anno ejuſdem Regis 13. Inde collige Lector falſum dixiſse Sigonium, cum ſcriberet, hoc monaſterium à Bonifacio Montis Ferrati Marchione fuiſse ædificatum an. 1019. Niſi forte velit dicere, Bonifacium in ipſum Monaſterium adeo illuſtria ædificiorum XLI.

contu-

contuliſſe ornamenta, ut de novo illud ædificaſſe videri potuerit.

XLII. 42 DIDACUS hujus nominis II. Crucem argenteam Vercellenſi Eccleſiis dono dedit. Hic ille fortaſſe Epiſcopus eſt, qui cum Joanne Epiſc. Papienſi, ut Frodoardus, Baroniuſque narrant, an. 923. fumo, incedioque exanimatus repertus eſt, cum ferro, flammaque ſuccincti Pannonii, in Papienſem civitatem crudelius deſævîſſent.

XLIII 43 NORGANDUS ejuſdem ſedis Antiſtes anno 925. Hic ille eſt, qui reformato Clero, Canonicam ad communem convictum inſtituit. Hujus dies obitus in veteri Kalend. hujus Eccl. notatur 5. Kal. Mar.

XLIV 44 ATTO *a* Aidegarii Vicecomitis filius Epiſcopus Vercellenſis fuit ann. 945. doctiſſimus Theologus, & Canoniſta præclarus; plura ſui ingenii, doctrinæque monumenta reliquit, quæ continentur in antiquo codice manuſcripto in Vaticana Bibliotheca, ac Vercellenſi Archivio. Plures ſermones ab ipſo habitos pro opportunitate temporum ſcripſit, tum & epiſtolas, librum item, cui Perpendiculum titulum fecit, cum quo noxia redarguere, & honeſta ſancire decet: canones rurſus, ſtatutaque Vercellenſis Eccleſiæ, eruta Conciliis, epiſtoliſque decretalibus, quod opus in 100. capita apte diſtinxit. Item de preſſuris Eccleſiaſticis, opus in tres partes diviſum, quarum prima eſt de judiciis Epiſcoporum, ſecunda de ordinationibus eorundem; tertia de facultatibus Eccleſiarum. Hujus Epiſcopi temporibus, Ugo, atque Lotharius Reges Vercellenſem Eccleſiam exornarunt, pluraque donaria, juraque in canonicos contulere, ut hujus privilegii exordium liquide prodit.

a De hoc Piccinellus in Athen. p. 60. Rafforus in Syllabo ſcript. Pedemon. 286. 12. Oudin in ſuppl. de ſcript. Eccleſ. p. 105. *Mandoſ.*

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.

Ugo, & Lotharius divina elementia Reges. Si ſanctis, & venerabilibus locis divinocultui mancipatis more bonorum Chriſtianorum devotiſſime conſulerimus noſtri muneris ſuffragio certiſſime credimus nos, noſtrumque Regnum interceſſionibus ſanctorum cæleſti juvamine ſemper ſublevari, atque divinis beneficiis ſublimari. Quocirca noverit omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium . . . . . . dilectum, illuſtremque marchionem noſtram monuiſſe clementiam, ut pro amore Dei omnipotentis, ſanctique Euſebii, qui prædicando fidem Catholicam, palmam martyrii eſt decentiſſime conſecutus, canonicis Vercellenſis Eccleſiæ, cui venerabilis Atto præeſſe videtur Epiſcopus, &c. Vercellinos vero portus per hoc præceptum, veluti prædeceſſores noſtri pro amore ordinaverunt, ad uſum luminariæ Eccleſię ſancti Euſebii, in qua ſanctiſſimum ejus corpus requieſcit, & ad indumenta clericorum ibi jugiter famulantium.

Datum, & actum Papiæ Idib. Auguſti, anno Incarnationis Dominicæ 945. Regni vero Domini Ugonis 20. Lotharii vero 15. Indict. 3.

Geſeprandus Epiſcopus, & Cancellarius ad vicem Bono Epiſcopi, & Archicancellarii recognovi.

Poſtremam diem clauſit (1) hic optimus Præſul, liberalitate in ſuos incredibili: quæ enim de ſuo poſſiderat in valle Auguſta, Eccleſiæ ſibi creditæ omnia ex teſtamento legavit; Canonicos vero Mediolanenſis Eccleſiæ, quos Cardinales vocat, Belleniæ, Leventinæque vallium inſtituit hæredes.

XLV. 45 INGONIS Epiſcopi Vercellenſis, tam parenti, quam filio Uthonibus Cæſaribus chari incidit in tempora anno 961. translatio Beati Petri Levitæ, qui magni Gregorii diaconus fuiſſe putatur. Quo etiam anno 961. inter Padum, & Aſtenſe territorium, in Vercellenſi Diœceſi fundata fuit Graſſani Abbatia B. Mariæ, ſanctorumque Petri, & Chriſtinæ ab Aleramo Montisferrati Marchione, & Gilberta Berengarii Regis filia ejus uxore. Fundationis documentum ex authentico copiali, quod extat apud Scipionem Ferragatum hujus Abbatiæ Commendatarium, eſt hujuſmodi.

A *In nomine Domini Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.*

Berengarius, & Adelbertus ejus filius gratia Dei Reges, anno eorum Deo propitio undecimo, menſe Auguſti indict. quarta. Dum fragilis, & caduca vita hominis eſt in hoc ſæculo, ut dum vivit, & recte loqui poterit, jucundum erit, ſi res ſuas diſponat bono animo, unde valeat ſervire Altiſſimo Domino, & acquirere felicitatis gaudium, & premium ſine fine manſurum, & dum cogitat tremendum diem judicii, impios nefandam retributionem recipiendos, & felices deſiderabilem vocem audiendos. Prævidimus nos Aledramus Marchio filius Guillelmi comitis, & Gelberga filia Domini Berengarii Regis, & Anſelmus, ſeu Oddo germani viventes lege ſalica, ipſi namque jugales modo, quo ſupra genitorum noſtrorum, & Anſelmi, ſeu Oddoni gratia nobis conſentiente, & ſubter confirmante de noſtra facultate nobis ſua pietate largita Chriſti fidelibus offerre, & per eorum ſanctam interceſſionem Dei noſtri miſereatur,
B *& per hoc æternum memoriale ibi nos eſſe ſuperius Judex permittat, ubi juſti ſine fine regnabunt. Et manifeſti ſumus nos, qui ſupra jugales, & genitores pater, & matertera, ſeu filii, & filiaſtri, quod Deo miſerante ante hos dies ædificavimus Monaſterium in propriis rebus noſtris in loco, & fundo Graſſani infra caſtrum ipſius loci in honorem Domini Salvatoris, & s. Mariæ, ſeu ſancti Petri, atque s. Chriſtinæ, & ubi nunc Abbatem ordinatum habemus & in parte inibi monachorum ingreſſorum pro eorum ſumptibus, & uſu, & ſtipendiis donamus, cedimus, & offerimus cortes tres, & domos cortiles juris noſtri, quas habere viſi ſumus, unam in ſupradicto loco, & fundo Graſſani cum ejuſdem caſtro inibi exiſtente, aliam in loco, & fundo Cirignani, tertiam vero in loco, & fundo Cardalone, atque maſſaritias decem quatuor in loco, & fundo Petrengi, unam in loco, & fundo Godi, duas in loco, & fundo Punengi, duas in loco, & fundo Patilioni, & unam in loco, & fundo Meloneſe in loco ubi dicitur Mura nominative cum ca-*
C *ſis maſſaritiis, ſeu ſervis, & ancillis, & omnibus rebus ad eaſdem curtes vel loca ſeu maſſaritias pertinentibus, quę ſunt ſupruſcriptæ omnes res ſuper totum jugera centum ex omnibus, quæ ſupra memorata, & comprehenſa leguntur in integrum eo videlicet ordine de prædictis noſtris rebus, & familiis hanc facimus offerſionem, & in tali prætextu perpetuis temporibus firmis permovendis ſicut hic per ſingula capitula inſertum fuerit, & noſt a decreverit voluntas pro animæ noſtræ, & quondam Guillelmi, qui fuit filius, & filiaſter, atque germanus noſter, ſeu parentum noſtrorum mercede; ita ut faciant ipſi Abbates, & monachi qui in præſenti tempore in eodem loco ſancto, & venerabili monaſterio militaverint, vel qui pro tempore ibidem Deo famulari, & ſervire voluerint regulariter, ex frugibus prædictarum rerum, & cenſu, quod exinde annue exiſtit, vel collectum fuerit, ad eorum ſtipendia, & ſumptus, ſeu uſus deſervientium, eam de ipſis caſis, & rebus ſeu familiis, quam de illis caſis, & rebus, ſeu*
D *mobilibus, & familia, quam deinceps in antea nos in ipſum monaſterium offerre habebimus. Nec liceat ullo tempore ipſas res immobiles, per quodvis ingenium alienare, ſed in perpetuum ſint ipſæ fruges, & redditus vel cenſus in ſumptum, & ſtipendia ipſorum, eorumque ſucceſſorum Abbatis, & monachorum, ſine noſtri parentumq; noſtrorum contradictione vel invaſione. Nam (quod Deus avertat, & fieri non concedimus) ſi Preſul Vercellenſis Eccleſię, qui nunc preeſt vel ſucceſſores aut aliqua perſona, ſeu poteſtas, ipſas cortes, domos, cortilos, cum dictis caſis maſſaritiis, ſicut eas habendas conſulimus, quaſi ad ordinandum, vel regendum ſuſceperit, aut ex frugibus earum rerum, vel cenſu, quem annue Dominus dederit, vel aliquod ſervitium de ipſis familiis aliquam ſubtractionem, vel diminutionem in damnum ipſorum Abbatis, & monachorum, eorumque ſucceſſorum facere quæ-*

(1) Ad annum uſque 960. & ultra vixiſſe Attonem, ſeu Hattonem hunc oſtendit Dacherius in Prologo ad tom. 8. Spicilegii, ubi aliquæ ejus opera haſtenus inedita publicavit, nempe *Capitulare*, ſeu *Capitula Hattonis Epiſcopi*, librum *de Preſſuris Eccleſiaſticis*, atque Epiſtolas varias. De aliis ejus operibus adhuc ineditis legendi Oudinus in ſupplemento ſcript. Eccleſ. & Natalis Alexander par. 1. ſec 9. & 10. p. 104. *Pagius* ad an. 960.

A *ſerint, & ſi inibi aliunde Abbatem mittere voluerint non habeant poteſtatem, niſi per juſſionem Epiſcopi S. Joannis Baptiſtæ Taurinenſis Eccleſiæ, & de ipſis monachis de prædicto monaſterio, quem major pars elegerit, & nolumus ut ipſum monaſterium in ordinatione Epiſcopi ad Epiſcopatum ſupraſcriptæ Eccleſiæ Taurinenſis S. Joannis Baptiſtæ, & conſecrationem faciendam, & Chriſma daudum interſit, & quod ipſum monaſterium, & ipſe Abbas, & monachi, qui ibidem ſunt, & in antea fuerint, & Deo ſervierint ipſas curtes, domus, cortiles, cum caſis, maſſaritiis & omnibus rebus ſeu familiis ad eam pertinentibus, ſeu caſtrum cum omni ſua integritate, & pertinentia in eiſdem locis, & fundis Grazani, Ciſignani, Caſdalone, Pautringi, Godi, Putrengi, Pucilianі, & Murræ qualiter ſupra legitur, & ſunt comprehenſæ in integrum habeant, & tali videlicet ordine. Divina ordinatione volumus, nos qui ſupra Aledramus marchio, & Gilberga jugales, & Anſelmus, ſeu Oddo germani, ut pro omni nativitate ſancti Joannis duas candelas offerant pro omni circulo annorum. **B** Et ſi ipſe Epiſcopus, aut ſui ſucceſſores exinde de ipſo monaſterio aliquid mutare voluerint, aut in aliam manum manumittere juſſerint, niſi ut ſupra cum Abbate, & Monachis componat auri optimi libras centum ad conſtitutum monaſterium, & inſuper ipſi monachi, qui in ipſo monaſterio militaverint, & Deo ſervierint, pro Dei amore, & eorum mercede quotidie unuſquiſque pro me Aledramo, & ſupraſcripto Guillelmo, qui fuit filius noſter, miſſam cantent, & officium faciant, & tali ordine per cultellum, feſtucam, & vaſonem terræ, atque ramum arboris à parte ipſius monaſterii, & Abbatis, ſeu monachorum legitimam facimus traditionem, & corporalem inveſtituram, & ita nos exinde privamus, & foris facimus. Et dictus cum omni ſua integritate ad habendum, & uſufructuandum relinquimus. Si quidem (quod futurum non credimue) aut ſi aliquis de hæredibus, ac pro hæredibus vel parentibus noſtris, ſeu qualibet oppoſita perſona contra hanc noſtram traditionem aut offerſionem ire quandocumque tentaverit, aut **C** jam per quodvis ingenium infringere quæſierit ſolvat ipſi Epiſcopo Abbati ſeu monachis, ſuiſque ſucceſſoribus, vel ipſi monaſterio mulctam quæ eſt pœna auri optimi librarum centum, argenti pondera quinquaginta. Medietatem prædicto Epiſcopatui, & medietatem prædicto monaſterio. Si præſentem noſtram traditionem, & offerſionem aut factum irrumpere voluerint, aut aliter facere, niſi quod ſupra legitur, & noſtra fuerit voluntas, cum Juda traditore ante tribunal Chriſti eandem damnationem habeant. In cujus ſignum hoc pergamenum cum atramento de terra elevavimus. Hanc paginam nos Notarius, & Judex noſtrorum Regum tradidimus, & ſubſcribere rogati fuimus quam ſubter confirmatam, teſtibus obtulit roborandam. Unde duæ chartæ offerſionis uno tempore ſcriptæ ſunt, unam in eodem monaſterio miſimue, aliam jam dicto Epiſcopo S. Joannis Baptiſtæ Taurinenſis Eccleſiæ dedimus.*

Hæc Abbatia Benedictini ordinis deinceps mutato nomine, SS. Victoris, & Coronæ dicta fuit, **D** hodieque nulli inibi monachi habitant; Abbas Commendatarius, quæ Aleramus Fundator ſtatuerat, unius ſacerdotis ſæcularis complet ſervitute. Habent ibi jacere eundem Aleramum marchionem, à quo Pedemontii marchiones ſuum ducere originem gloriantur. Cæterum Ingo ſuæ Eccleſiæ plura bona alienavit. Quam poſtea diſtractionem Otho III. Cæſar irritam eſſe decrevit anno 1000. Deceſſit hic Præſul 5 Id. Decemb. ut in veteri Kalendario notatur. Incidiſſe vero mortem ejuſdem anno 977. ſcribunt aliqui.

XLVI 46 ADELBERTUS, quem alii confundunt cum Adelberto Epiſcopo Brixienſi, hoc vixit tempore.

XLVII 47 PETRUS ad eandem dignitatem adlectus eſt anno 978. Hujus adhuc conſtitutio de dignitatibus aſſervatur; condita anno 990. Indict. 3. Pontif. ſui anno 12. Ad hujus preces Caraſenam Canonicis attribuerunt. Ex juſſione Arduini Regis violento fato vitam finivit, Id. Martii circa annum Domini 995.

48 REGINFREDUS ex Archidiac. ejuſdem ſedis Antiſtes fuit, ad cujus preces Otho III. Imperator Canonicorum Vercellenſium bona defendenda ſuſcepit, ut in privilegio legitur ſub datum 11. Kal. Januarii, anno Incarnationis Dominicæ 997. Indict. 11. anno autem tertii Othonis regnantis 14. Imp. autem 2. actum Papiæ in palatio feliciter. XLVIII

49 LEO ex monacho Epiſcopus Vercellenſis Othoni III. Cæſari charus, Sylveſtri II. Pontificis adjutus precibus, cum Romæ eſſet, plura privilegia ab eodem Cæſare retulit anno 999. In quibus hoc quod ſubjicimus in primis fuit, quod eo libentius hic exſcribendum curavimus, quod in eo obitus Petri mentio extat. XLIX

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis,

*Otho Divina favente clementia Imperator Auguſtus. **B** Omnia, quæ jam dudum data ſunt S. Euſebio, confirmavimus, ſed ea, quæ ſunt neceſſaria, & maxime, quæ Carolus Imperator Litnardo Epiſcopo, aut reddidit iterum, & iterum eu nunc confirmamus, & ſucceſſores noſtros id etiam agere rogamus, quod nos ipſi Imperatoris Caroli precepta legimus, & litteræ in Eccleſia S. Euſebii à tempore Caroli ſuper altare S. Joannis ſcriptæ teſtimonium donant, & ad veritatem recognoſcendam fidem legentibus faciunt, id eſt &c.*

Item, quod Berengarius, & Albertus Reges, quorum proprietates fuerunt, et dederant, ſcilicet, &c.

*Item prædia Arduini filii Dadonis dedimus, adjudicavimus, quia hoſtis publicus adjudicatus Epiſcopum Petrum Vercellen. interfecit, & interfectum incendere non expavit, & prædia eorum, qui exploratu, armis, & ipſis manibus huic crudelitati interfuerunt, id eſt filiorum Deperti de Caſale, Goſini, & Arimini de Livorno, Alberti, & Gribaldi de Milano; **C** damus etiam prędia illorum, qui cum armis Eccleſiam S. Euſebii vaſtaruut, id eſt, Olrici de Brena, Roderici de Sandigliano, Arderici de Maguanevolo ſervi S. Euſebii, Alberti, & Guillelmi de Saluzzola, Aſtulphi, & fratrum ejus de Valdeago, Ugonis de Paleſtro, Iſaac de Laneriano, & fratris ejus confirmamus, &c.*

Item, & omnia prædia Ghisliberti Archidiaconi Vercellenſis, & hoc juſte, quia cum eſſet de familia S. Euſebii, inflatus divitiis, Eccleſiam Verecllenſem Dominam ſuam fregit, eamque cum dicto Arduino miſerabiliter vaſtavit; ſimiliter damus, & prædia ſuorum generum, id eſt Mullianum de Cauſade, & Nigilonis de Cade, & Prædia parentum ejus, & ſervorum fugitivorum, id eſt, Liprandi, & Germani fratrum Judicis diſtrictus etiam, &c.

Item ſicut Carolus Auguſtus fecit, confirmamus, &c.

Item omnia, quæ Liprandus Rex donavit, &c.

Item ſicut Ludovicus Imperator donavit.

*Damus autem Sancto Euſebio omnia prædia **D** Giberti Archipresbyteri, & hoc juſte, quia omnia, quæ de bonis Eccleſiæ entiterunt, judicio Eccleſiæ, & ſæculi, ad Eccleſiam, cujus fuerunt, pertinebant, coufirmamus ſancto Euſebio Abbatiam de Lucedio, ſicut Carolus Auguſtus, & divæ memoriæ genitor noſter fecerunt, &c.*

Item confirmamus ſancto Michaeli de Lucedio, ſicut Lotharius Auguſtus donavit, quando corpus ſancti Januarii ibi collocavit, curtem, &c.

Datum Nonis Maji anno Dominicæ Incarnationis 999. Indict. 12. anno 16. Othonis Regis tertii, Imperii 3. Actum Romæ feliciter Amen.

Signum . . . . . Domini Othonis glorioſiſſ. Imperatoris.

Herimbertus Cancellarius vice Petri Cumani Archicancellarii recognovit.

In

In nomine Trinitatis Individuæ, & æternæ.
Sylveſter Papa ſervus ſervorum Dei.

Clareat cunctis ad præſens in vita degentibus, & in poſterum naſcituris, quod honorabili interventu, & digna petitione noſtri filii D. Othonis piiſſimi Imperatoris per noſtræ auctoritatis privilegium confirmamus, &c.

Datum Romæ anno Domin. Incarn. 999.

Hoc privilegium ratum eſſe juſſit Sylveſter II. hoc ipſum Cæſare poſtulante eodem anno, ſequentique idem Imperator Leoni, ejuſque ſucceſſoribus aurum dono dedit, quod ex auroſodinis Vercellenſibus eruebatur.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Otho divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Notum ſit omnibus noſtris fidelibus, Leonem noſtrum Epiſcopum, noſtram ſuppliciter exoraſſe clementiam, ut ſuum Epiſcopatum pro Dei amore & S. Euſebii, & pro ſua laudabili fidelitate ita noſtris publicis rebus, & donaremus, & datis ita confirmaremus, ut ſancta Eccleſia Vercellenſis omni parte libera nullis feriatur adverſitatibus; ſed ſecura Deo, S. Euſebio, nobis, & præſenti Leoni Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus ſerviat, hanc juſtiſſimam poſtulationem audientes &c.

Item totum aurum quod invenitur, & laboratur intra Vercellenſem Epiſcopatum & Vercellenſem Comitatum, & infra Comitatum S. Agathæ, & infra jura, & infra pertinentias S. Michaelis in Laucedio, & infra alias terras ad Epiſcopatum Vercellen. & ad Comitatum pertinentes, volumus enim, & ſicut in noſtram Cameram aurum ſolitum reddiderat, & ita deinceps in æternum in Cameram S. Euſebii deferatur, ut noſtra memoria non deficiat ibi, & quod auro vitam æternam acquiramus &c.

Signum † domini Othonis III. glorioſiſſimi Romanor. Imp. Auguſti.

Heribertus Cancellarius ad vicem Petri Epiſcopi recognovit.

Datum Kalendis Novembris anno Dominicæ Incarnationis 1000. Indictione 14. anno tertii Othonis regnantis 16. Imperii vero 5. Actum Romæ in Palatio Montis feliciter. Amen.

Plura alia privilegia Vercellenſi Eccleſiæ Otho Imperator induiſit, Leonis Epiſcopi precibus exoratus: qui nullam unquam prætermiſit occaſionem Vercellenſem augendi Eccleſiam. Hujus Epiſcopi adhuc epiſtola extat de ſervis non rite libertate donatis, atque ad Eccleſiæ ſervitium importune traductis.

In nomine Domini, Leo Epiſcopus ſervus Euſebii.

Multitudo populi, copia militum, decens frequentia Clericorum gloria eſt, & exaltatio Eccleſiæ Dei, ſed emergit importabilis paupertas, & grave diſpendium domus Domini, quod ſervi Eccleſiarum aliquibus divitiis inflati, facti liberi inquinant nobiles, & ipſam Eccleſiam polluunt contra ſuos dominos, per neglectus priorum, à jugo ſervitutis in libertatis nobilitatem tranſeunt, & ipſam Eccleſiam (ex cujus quæſtu ditati ſunt, & ut eſſe potuit, quantum ad eorum judicium liberati) in deriſu, & deſpectu habent. Itaque fit, ut Eccleſia Domini (ceſſamus de officiis noſtris dicere) ipſis etiam, quod flentes dicimus, Architectis careat. Monſtrum quamvis inauditum, ſed Babylonicum, domum Domini à laicis ditatam, & ab ipſis Rectoribus, immo prædeceſſoribus paupertatam, terris, theſauris, & ſervis ſpoliatam. Conveniat ergo domus Domini, & novo, & exquiſito genere mortis illos perdamus, qui peccata populi manducant, & qui eleemoſinas vendunt, & infrontati ab Eccleſia theſaurum Eccleſiæ tollunt. Hoc cum dolore videntes, quos, & quot potuimus in hac civitate Vercellis in curia Pontificum à ſervitio Eccleſiæ Dei (neſcimus per quod maleficium, & captioſum laqueum libertatis) à jugo ſubtractos, præſentia judicum, civium affluentia reſidente, & militum, appoſitis Evangeliis, & libris legum; chartis contra leges factis, ſi quæ erant legaliter inciſis, nobiliter acclamante populo, revocavimus. Quoſdam etiam nullis chartarum colluviis infectos, ſed tantum longo tempore, ſtultitia prædeceſſorum noſtrorum (qui fratres negligentes dicti ſunt) non inquiſitos ad priſtinum ſervitium reduximus. Finis epiſtolæ deſideratur.

Cæterum de Leone iſta refert Chronicon Novalicenſis Cœnobii. *Referam autem quod contigit Leoni Vercellenſi Epiſcopo; qui quodam tempore dum uſurpare vellet hanc Abbatiam ſimul cum Epiſcopio ſanctæ Mariæ Eporedienſis Eccleſiæ, quadam nocte venit beatiſſima ac glorioſiſſima Dei Genitrix quaſi conſparſis crinibus & diſſolutis, atque lacrymoſis oculis ducens ſecum beatiſſimum patronum noſtrum Petrum, ipſum præcedens ut domina, venit ad lectum prædicti Epiſcopi. Ad quem cum veniſſet, ait: Dormis Epiſcope? Ad quam ille pavidus reſpondit: Quis es? Et illa, ſum Maria Genitrix Dei ac Salvatoris humani generis. Cui ille: quid ad me veniſti præclara Domina? Et illa, cave, ne ultra Eccleſiam meam Eporedienſem, atque Eccleſiam Bremetenſem S. Petri Apoſtolorum Principis quærere audeas, ſi mortem peſſimam non vis ocyus incurrere. Ad hoc enim venimus, ne tale ſcelus fieret per te. Quæ cum talia dixiſſet, receſſit. Ipſe vero non ſolum præfatas quæritare ceſſavit Eccleſias, ſed etiam plena voce hanc viſionem ſibi apparuiſſe ſæpiſſime confeſſus eſt.* Hactenus Chronicon. („ *Subſcripſit Leo* „ *Bullæ Benedicti VIII. pro eccleſia Urgellenſi ann.* „ *1013. quæ extat in Marca Hiſpanica p. 994. item-* „ *que Concilio Ticinenſi, quod Coſſartius putat cele-* „ *bratum inter an. 1014 & 1024. ſub Benedicto VIII.* „ *& Henrico II. Imperatore habito. Adfuit etiam* „ *Veronæ, dum Henricus Imperator ad favorem* „ *Monaſterii S. Zenonis ſententiam ferret contra* „ *Rombaldum Tarviſii comitem anno 1021. die 6. De-* „ *cembris. Vide documentum in Muratorii Antiquit.* „ *Eſten. tom. 1. p. 129.*)

50 S. PETRUS, *a* hujus nominis II. Vercellis natus eſt, atque ad omnem pietatem ibidem educatus, edoctuſque, conſenſu omnium ad patriæ ſedem promotus eſt. Quam ille dignitatem tanto animi ardore geſſit, ut è vivis excedens, inter Beatorum numerum referri meruerit. Studio flagravit ſacra Palæſtinæ loca viſendi. Quamobrem iter arripiens, Babyloniam in Ægypto pervenit, eo maxime tempore, quo Soldanus divexabat Chriſtianos, inter quos & ipſum ab eodem tyranno multa fuiſſe paſſum narratur. Conſtat diutino carcere fuiſſe maceratum, eaque vincula opera Bonihominis Monachi denique excuſſiſſe, ſanctumque deinceps Chriſti ſepulchrum fuiſſe veneratum, prædictoque Monacho comitatum, Byzantium perveniſſe, incolumemque Vercellenſem reverſiſſe ad ſedem: quam dum ſummo pietatis ſtudio adminiſtrat, accepit Lucedii Abbatem fato fuiſſe functum. Itaque ut beatiſſimi illius Monachi propiori contubernio frueretur, Abbatem Lucedii renuntiandum curavit. Denique cum etiam ipſe rariſſima probitatis exempla ſibi concredito gregi exhibuiſſet, evolavit ad ſuperos Id. Februarii 1026. Quo ipſo die Vercellis ejus feſtum concelebratur. L.

a De eo Acta SS. Februarii tom. 2. p. 716.

51 ARDERICUS ex regia ſtirpe patruus Adelaidis, & Othonis, Epiſcopus Vercellenſis anno 1027. Reſurgenti Chriſto die ſacra coronationi Conradi Imperatoris interfuit ſub Joanne XX. Papa, cui propiori obſequio adminiſtraturus, loco Archiepiſcopi Mediolanenſis, adhæſit, quem abeſſe contigerat, ut de regno Italiæ refert Sigonius. In cujus deinde gratiam Pontifex, ampliſſimo procuſo diplomate, cætera omnia privilegia Vercellenſi Eccleſiæ à Cæſaribus, atque Pontificibus aliquando indulta, rata eſſe juſſit. Eodem anno cum Homobonus miraculis inclytus exceſſiſſet è vivis, Ardericus Romam profectus, à Pontifice impetravit, ut pie defuncto ponere aram ſibi liceret, quam magno Vercellenſis populi plauſu denique dedicavit. Narrat Hermannus Contractus, Cæſarem per idem tempus contra Heribertum Archiepiſcopum Me- LI.

A diolanenſem excanduiſſe ſic, ut illius familiares, ac pleroſque Suffraganeos eadem indignatione involueret, exilio Germanico mulctando, Vercellenſem præcipue, Cremonenſem, ac Placentinum antiſtites; ſed non multo poſt rediiſſe ad ſedes, cum indignationis illius procella detonuiſſet, quod ipſum temporibus Arderici eveniſſe credendum eſt, Deceſſit autem Ardericus 4. Non. Maji, ut in citato Kalendario notatur.

LII. 52 GREGORIUS Vercellenſis Epiſcopus, patria Placentinus ex Fontana familia Burnenghi filius, Concilio Papienſi an. 1046. 8. Kal. Novemb. præſens fuit, interſuitque Concilio à Leone IX. celebrato in Vercellenſi Cathedrali anno 1050. in quo Berengarium, ejuſdemque librum de Euchariſtia damnarunt, ſed cum ſequenti anno Romæ idem Leo Pontifex Concilium agitaſſet, Vercellenſem Gregorium apud Patres, adulterii, aliorumque ſcelerum dicitur fuiſſe expoſtulatum, abſentemque anathemate percuſſum. Verum latæ ſententiæ certiorem factum illico Romam advolaſſe, objectaque B crimina diluiſſe. Henrico III. Quartoque Imperatoribus charus, ab iiſdem plura retulit privilegia anno 1054. 15. Kal. Decembris. Actum Moguntiæ. Videtur autem dicendum, Epiſcopum hunc ad gratiam regnantium ſe plerumque dediſſe & auram; reperi enim Fontaneti conciliabulo illum interfuiſſe in Novarienſi Diœceſi ſub Vidone Archiepiſcopo Mediolanenſi cum Taurinenſis Novarienſi, Brixienſi, Laudenſique Præſulibus, qui omnes pudendo ſane decreto clericis uxoratis eſſe licere ſanxerunt. Quorum vecordiam anathemate mulctavit Eccleſia: eundemq; Gregorium ſchiſmaticis adhæſiſſe, qui in gratiam devii Cæſaris Cadolum ſub nomine Honorii II. Antipapam crearunt, amentiamque mordicus retinniſſe, ideoque ab Imperatore, cum auctoritate Regli Legati in Italiam fuiſſe tranſmiſſum 1070. Demum tamquam Italiæ Cancellarium, Gregorii VII. confirmaſſe comitia 1073. Eoque nomine à Gregorio cenſuris eccleſiaſticis exſolutum priſtinum gratiæ gradum promeruiſſe; C quando ab eodem Pontifice juſsus eſt, Thebaldum intruſum à Mediolanenſi ſede arcere.

Narrat Nauclerus, anno 1076. Pontificem Gregorium Auguſtam Præturiam cum Cardinalibus iter intendiſse, ut Henricum, quem jam admiſsorum ſcelerum pœnituerat, cenſuris Eccleſiaſticis, quibus fuerat illigatus, eximeret; ſed à Vercellenſi Gregorio admonitum, perfidioſe, ſimulanterque pœnituiſſe Henricum, paraſſeque arma, ulturum injurias, prope Regium Lepidi divertiſse Canoſſam, ibique aliquantu poſt ſuis pedibus advolutum fatentem reum, præſentibus Vercellenſi, ac Liticenſi Epiſcopis, cum Marchione Azzone, qui ſanctorum protulere Reliquias, ut per illas ſanctius juraret, recepiſſe in gratiam. Tandem Gregorius Eccleſiaſtici cultus non immemor, multis donariis ſibi creditam adauxit Eccleſiam, cumque modo vecors, modo ſanus, Vercellenſi ſedi præfuiſset, 1. die ineuntis Maji, clauſit diem poſtremam, ut vetus Kalendarium illius Eccleſiæ habet, ſub Grego- D rio VII. * anno 1078. Reperitur enim anno 1077. 13. Kal. Martii ab Incarnatione Indict. XV. ſubſcriptus privilegio Henrici III Imperator. anno regni 20. Eccleſiæ Placentinæ conceſſo; eodem anno idem ſcripſit Epiſtolam morti propinquus Adeleidæ Comitiſsæ ſorori ſuæ: ſequenti vero 1078. memoratur mortuus in donatione, quam fecit eadem Comitiſsa pro anima ejuſdem Gregorii, Vercellenſis quondam Epiſcopi fratris ſui cœnobio S. Savini, Actum in civitate Placentiæ 13 Kalend. Junii Indictione 1. Hæc duo monumenta retulit in Hiſt. Placentina tom. 1. Petrus Maria Campus, ubi & alia reperiuntur de eodem Gregorio Vercellenſi Epiſcopo. Gregorio ſucceſſit Vvernericus eodem forte anno 1078. quo præceſsor obierat, eratque Antiſtes anno 1083. quo quidem anno potuit obiiſse, cum Regenerius reperiatur eo ipſo anno Vercellenſibus jus dixiſse.

* Ex App. tom. 4.

A 53 WENNERICUS a Vercellenſis antiſtes anno 1083. Hunc Sigibertus, ac Trithemius de Scriptoribus Eccleſiaſticis narrant, ex Scholaſtico Trevirenſi, ſedem Vercellenſem fuiſse aſsecutum, illumque ſub nomine Theoderici Verdunenſis ſcripſiſſe ad Hildebrandum, ſive Gregorium Papam, de diſcordia Regni, & Sacerdotii, non ut illum increparet, ut Sigiberti verbis utamur, ſed ut ſeniorem obſecraret, & Patrem amicabili inductione, quaſi affectu dolentis ſuggereret ei omnia, quæ contra jus legum, & fas Religionis eum feciſse, & dixiſse divulgabat loquax fama. LIII.

a De quo Roſſottus in Syllabo ſcript. Pedem.

54 REGENERIUS, ſeu Raynerius de Advocatis Vercellenſi enituit dignitate anno 1083. reperiturque ab Henrico V. cujus favore ſacerdotium obtinuerat, privilegiis fuiſse exornatum. Eo quoque Præſule S. Petri de Mulegio Benedictini Ordinis Abbatiam non procul à Vercellenſi civitate fundata eſt, quam deinceps Innocentius IV. Vallis-umbroſæ Etruſcis monachis attribuit. Gaſpar ve- B ro de Capris Aſtenſis Epiſcopus, Abbaſque Commendatarius eandem bellorum injuria ſolo æquatam ſumma pietate reſtituit an. 1547. Monachoſque ad divinum penſum ſolvendum revocavit. Idem Regenerius an. 1083. alterum in ſua Vercellenſi Diœceſi, comitatuque Bugellæ, haud longe à monte Victumulo, ſeu de Beſsa nobile, ac dives Benedictini Ordinis Cœnobium in honorem S. Salvatoris, & S. Jacobi fundavit, cujus meminit Innocentius II. in privilegio Nicolao Abbati ejuſdem loci conceſso 1140. hoc modo. LIV.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Dilecto filio Nicolao Abbati monaſterii S. Jacobi de Benia ejuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Apoſtolici moderaminis, &c. uſq; patrocinio foveamus. Eapropter dilecte in Domino fili Nicolae Abbas rationabilibus tuis poſtulationibus clementer annuimus, & monaſterium cui Deo auctore præeſſe dignoſceris, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti patrocinio com- C *munimus, ſtatuentes quaſcumque poſſeſſiones, &c. uſque illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda nominibus, Eccleſiam videlicet S. Gratiani in ſuburbio Vercellenſi ſita cum Hoſpitali pauperum, & terra Lateriani, & in Tarto, & in ...... & in Caſali Ruffo, & in Lebraria, & in caſtello novo ſita cum omnibus ad ipſam Eccleſiam, & hoſpitale pertinentibus. Eccleſiam S. Salvatoris in Burgo, S. Agathæ cum terris in planitie S. Agathæ acquiſitis, eccleſiam S. Michaelis prope Cerionem ſitam: eccleſiam S. Mariæ in Rovicenda: eccleſiam S. Martini de Scala cum ſuis pertinentiis: eccleſiam S. Euſebii juxta caſtrum Montiſalti ſitum cum hoſpitali pauperum cum omnibus ad eandem Eccleſiam, & hoſpitale pertinentibus, terras quoque quas habetis in Cariſio, in Salutiola, in Cerione, & in paga Bugellenſe. Curtem etiam Medieni, & Sylvam quæ Rovicenda nominantur ſane laborum veſtrorum, quos propriis manibus, aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis veſtrorum animalium nullus omnino* D *clericus, vel laicus decimas à vobis exigere præſumat. Obeunte vero, te, &c. uſque, ſecundum Deum, & B. Benedicti regulam communiter providerint eligendum, ſalva Vercellenſis Epiſcopi canonica juſtitia, & reverentia. Decernimus ergo, ut nec Epiſcopo Vercellenſi, nec alicui hominum liceat, &c. uſque omnimodis profutura. Et ipſum monaſterium in libertate à Raynerio bonæ memoriæ Vercellenſi Epiſcopo ipſius Cœnobii fundatore abſque contradictione permaneat. Ad indicium autem hujus à ſede Apoſtolica perceptæ protectionis, & liberationis nobis noſtriſque ſucceſſoribus aureum unum annualiter perſolvatis. Si qua igitur in futurum, &c. uſque diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco, &c. uſque præmia æternæ pacis inveniant. Amen.*

Ego *Innocentius Catholicæ* Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego *Conradus Sabinenſis* Epiſcopus.
Ego *Albertus Albanenſis* Epiſcopus.
Ego *Gerardus presb. card. tit. S. Crucis in Hieruſ.*

Ego

Ego Chryſogonus presb.card. tit. S. Praxedis.
Ego Anſelmus presb.card.S.Laurentij in Lucina.
Ego Petrus presb.card.tit.S.Paſtoris.
Ego Goizo presb.card. tit. S. Cæciliæ.
Ego Guido S.R.E. indignus ſacerdos.
Datum Laterani per manum Aimerici S.R.E.Diac. Card.& Cancellarii 13.Kal.Decemb. Indict.4.Incar. Domin.1140.Pontif.vero D.Innocentii II.Papæ an.11

Nobilis hæc Abbatia pluribus bonis juribuſque ſpoliata, monachis quoque exturbatis per Abbatem commendatarium adminiſtratur, an ad mentem Raginerii Epiſcopi fundatoris, videant. Ipſe vero Raginerius Vercellenſem Eccleſiam ſuorum potentia adminiſtravit ann. undecim Eccleſiaſticis cenſuris non ſemel innodatus à Victore III. Urbanoque II. quam tandem cum morte dimiſit. Poſt Raginerii obitum Buranus quidam, Germanus natione, ex canonico Goslariæ in eadem Vercellenſi Eccleſia intruditur ab Henrico Imperatore, quam nec vidit, nec in ea ullũ Eccleſiaſticum jus dixit, nec inter Epiſcopos hujus ſedis in tabulis adnumeratur.

LV. 55 (1) GISULPHUS Vercellenſis Epiſc reperitur ſubſcriptus an. 1108. in documento veteri Plebis S. Victorini caſtri Cacii Novarienſis Diœceſis. An hic intruſus, & ſchiſmaticus Epiſcopus, Catholicus fuerit, mihi incompertum eſt, valde tamen ſupicor illum intruſum fuiſſe, cum in eodem documento primo loco Anſelmus Epiſcopus ſubſcriptus videatur, qui Novarienſis erat, à Carolo Baſilicæ Petri in ſua Novarienſi Eccleſia inter Epiſcopos Novarienſes ſchiſmaticos recenſitus. Documenti vero tenor eſt talis.

Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti 1108. XIV. Kal. Februarii Indictione I. Plebi S.Victorini conſtructæ intra caſtrum Cacii. Nos Othonus filius quondam Riprandi Vicecomitis, & Allus filius quondam Ricardi Allus, & Abiaticus qui profeſſi ſumus nos eſſe natione noſtra lege vivere Longobardorum. Ipſo namque Othono avo meo mihi conſentiente, & ſubter confirmante præſentibus diximus, promittimus, atque ſpondemus nos, qui ſupra Avus, & Abiaticus unacum noſtris heredibus ſupraſcriptæ plebi, & Othoni præpoſito miſſo ejus omnibuſque clericis ejuſdem plebis, & ſucceſſoribus eorum, ut amodo unquam in tempore non habeamus licentiam, nec poteſtatem per ullum jus ingenium, ullamque occaſionem, quod fieri poteſt, agere, nec cauſare adverſus jam dictam plebem vel contra clericos ipſius nominative de Boſco quod dicitur ſancti Victorini area ubi extat, & omnibus rebus ipſi nemori pertinentibus ..... ab Epiſcopo Vercellenſi feudum, & eſt per menſuram ..... jugera decem, coheret ei de una parte Boſcho Oberti, & ſpinæ, ex alia parte Boſcho Ugonis filii Bulgari, & tertia parte . . . . . & ſi ibi aliæ ſint coherentiæ, & ſi amplius inventum fuerit inter iſtas coherentias dicendum, quod nobis, en inde aliquid pertinere debeat, ſed omni tempore en inde taciti, & contenti permaneamus. Quod ſi amodo aliquo in tempore, nos qui ſupra Othonus, & Allus, aut noſtri hæredes adverſus prænominatam plebem aut contra clericos ipſius, vel cui dederint agere, vel cauſare præſumpſerimus, per nos aut noſtras ſubmiſſas perſonas, & taciti non permanſerimus, vel ſi apparuerit ullum datum aut factum, vel quodlibet ſcriptum, quod nos in aliam partem feciſſemus, & claruerit quod ab aliis hominibus lis aliqua mota fuerit, & recte mota fuerit contra Eccleſiam tunc componere promitimus nos qui ſupra Othonus, & Allus noſtrique hæredes ſupradictæ plebi, ſuiſque clericis, aut cui dederint nemus illud in duplum ſicut pro tempore fuerit melioratum, aut valuerit ſub exiſtimatione in conſimili loco, & inſuper denarium bonum Papienſium argenti libras viginti ſeptem, & ad hanc confirmandam promiſſionem chartam accepimus nos Othonus, & Allus Launeſchildt crosnam unam, ut noſtra hæc promiſſio, ſicut ſupra habetur, firma permaneat, atque perſiſtat.

Actum Catii caſtro feliciter.
† *Ego Anſelmus Epiſcopus ſubſc.*
† *Ego Giſulfus Vercellenſis Epiſc. ſubſc.*
Signum manuum Carboni, & Alli, qui hanc chartulam promiſſionis fieri rogavimus, & ſubſc. Launeſchildt acceperunt ut ſupra.
Signum manuum Othonis, qui allio Abbiatico ſuo conſenſit, ut ſupra.
Signum manuum Anrici de Corio, & Ruffini filii Anrici atque Siri de Braida, ſeu Arialdi filii Bonibelli, nec non Vuifredi teſtium.
Ego Bernardus Judex interfui, & hanc chartam ſſ.

Poſt Buranum, inter Epiſcopos Vercellenſes Corbellinus reponit quendam Gregorium, incertum an Catholicum, vel ab Henrico Imperatore intruſum; poſt hunc Leonem S. R. E. Præsb.Card. à Paſchale II. Pontifice, ſed mea quidem ſententia hallucinatur, dum aſſerit hunc Leonem viam aperuiſſe ad purpuram Gualæ Biccherio, quem poſt integrum deinde ſeculum Innocentius III. Cardinalem creavit, hoc eſt anno 1204.

56 SIGIFREDUS Vercellenſibus præfuit anno 1113. Ipſe inprimis auctor fuit, ut Henricus Imp. in tutelam ſuſciperet Eccleſiam S. Petri Viſadæ in agro Veronenſi ſitam anno 1116. Interfuit Concilio ab Anſelmo Archiepiſcopo Mediolanenſi celebrato. Hunc habet Corbellinus, ex Curienſi Epiſcopo ad hanc Vercellenſem ſedem tranſlatum fuiſſe; ſed Gaſpar Bruſchius diligens ſcriptor in Curienſium Epiſcoporum Catalogo hujus non meminit; habetque Guidonem Curienſem Epiſcopum, qui ann. 1124 Baſileenſibus comitiis interfuit, ſucceſſiſſe Oldarico jam an. 1104. ab Henrico Cæſare in ea Eccleſia conſtituto Epiſcopo: Guidoni vero ſubſtituitur Conradus comes à Bribregk Suevus, qui annum ſuperavit 1140. Luitprandus Alberti comitis de Blandrata filius, ex Corbellini plauſu poſt Sigefredum, ab eodem Henrico Imp. in Vercellenſi Eccleſia fuit intruſus; parum, vel nihil adminiſtravit Eccleſiam, ſchiſmaticuſque migravit è ſæculo; ſic & Balderius quidam poſt ipſum cito cum ambitionis æſtu vitam finivit: quemadmodum & Gregorius de Veruca nobili genere natus poſt paucos menſes ab hac occupata Eccleſia mortuus eſt, & poſt ipſum Everardus, omnes quidem ſchiſmatici, & intruſi, ex albo Vercellenſium Epiſcoporum expuncti. LVI.

57 REGEMBERTI legitimus Vercellenſis Eccleſiæ Epiſcopus, eruditione, & morum probitate illuſtris, ſub Honorio, Innocentio II. vixit; pieque ſub eodem obiit. LVII.

58 ANSELMUS ex Advocata gente ſucceſſit Regemberto. Hic Monialibus Lentæ oppidi aliquot bona contulit. Exceſſitque ſub eodem Innoc. II. cujus obitus dies memoratur in veteri Kalendario Vercellenſi Idibus Decembris. LVIII.

59 AZZO ex Epiſcopo Aquenſi ad hanc ſedem tranſlatus dicitur an. 1135. ſedit annos duos. LIX.

60 ARDIZZO ex Bulgara nobili Vercellenſi gente genitus, Imogliæ filius Epiſcopus electus eſt Innocentio adhuc ſedente II. Fato functus eſt 1. die menſis Octobris, antequam munus conſecrationis reciperet, ut in veteri Kalendario habetur. Hic caſtrum Melſurani Conrado Imperatori commutavit. LX.

61 GISULPHUS Advocatus Bugellæ Eccleſiaſticæ diſciplinæ cultor eximius, vir inſignis, ſpeciali beneficiorum favore Eccleſiam ſibi creditam proſecutus eſt. Itaque ex fraterna pecunia, è teſtamento legata, curavit dormitorium exædificandum, quo religioſius canonici Vercellenſes cubarent: illiuſque temporibus Innocentius II. Pontifex Canonicos S. Euſebii tutandos ſuſcepit, ut ex ſequenti diplomate liquido conſtat. LXI.

(1) Ad Joannem Tuſculanum, & Leonem Veliternum Epiſcopos, & Cardinales extant in libro antiquo Bibliothecæ Vaticanæ Paſchalis II. Epiſtolæ Tarracinæ ſcriptæ, quibus rationem reddit eorum, quæ in captivitate in gratiam Imperatoris fecerat. Ex his tamen literis, quas ex Vaticana Bibliotheca deſcripſit Baronius in tom. 12. Annal. (& Harduinus in Concil. tom. 6. p. 2. col. 1751.) habemus Leonem hunc non Veliternum, ſed Vercellenſi præfuiſſe Eccleſiæ. Contra Baronium ſentiunt Panvinius, & Ughellus, qui Leonem hunc inter Veliternenſes recenſet. *Oldoinus in Ciaconium tom. 1. col. 909.*

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Abraham Archipresbytero, & canonicis majoris Vercellenſis Eccleſiæ, tam præſentibus quam futuris canonice ſubſtituendis in perpetuum. Æquitatis, & juſtitiæ ratio perſuadet nos Eccleſiis perpetua rerum ſuarum firmitate & vigoris inconcuſſi monimenta conferre: non enim decet clericos in ſortem Domini vocatos perverſis malorum hominum moleſtiis agitari, & temerariis quorumlibet vexationibus fatigari, ſimiliter, & prædia uſibus ſecretorum cœleſtium dedicata nullas potentum angarias nihil debent extraordinarium ſuſtinere: eapropter dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & B. Euſebii Vercellenſem Eccleſiam, in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum, conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & per vos eidem Eccleſiæ in perpetuum, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, curtem Careſianam, Villiacum, montem Galliani cum omnibus appendiciis ſuis, Portum ſervi; præterea antiquas, & rationabiles conſuetudines ipſius Eccleſiæ ratas manere cenſemus. Nulli ergo omnino hominum liceat prædictam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu vexationibus fatigare, ſalvis privilegiis, ſcilicet Romanæ Eccleſiæ, & Epiſcopi Vercellenſis canonica reverentia. Si quis contra hæc temere venire tentaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, & à ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Domini Noſtri Jeſu Chriſti alienus fiat, & in extremo judicio ultioni ſubjaceat. Amen. Amen.

Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Ego Conradus Sabinenſis Epiſcopus.

Ego Albericus Hoſtienſis Epiſc.

Ego Martinus presb. card. s. Stephani.

Ego Guido S. R. E. indignus ſacerdos.

Ego Stamius presb. card. tit. S. Sabinæ.

Ego Guido presb. card. s. Chryſogoni.

Ego Ranerius presb. card. tit. s. Priſcæ.

Ego Petrus presb. card. tit. Paſtoris.

Ego Goizo presb. card. tit. s. Cæciliæ.

Ego Ubaldus presb. card. tit. Ss. Joannis, & Pauli.

Ego Thom. presb. card. Tit. Veſtinæ.

Ego Greg. diac. card. Ss. Sergii, & Bacchi.

Ego Otho diac. card. s. Georgii ad velum auri.

Ego Guido diac. card. Ss. Coſmæ, & Damiani.

Ego Vaſſallus diac. card. s. Euſtachii.

Ego Ubaldus diac. card. in Vialata.

Ego Gerardus diac. s. Mariæ in Domnica.

Ego Octavianus diac. card. s. Nicolai in carcere.

Ego Guido S. R. E. diac. card.

Ego Petrus diac. card. s. Mariæ in Portica.

Ego Guido S. R. E. diac. card.

Datum Latum per manum Gerardi S. R. E. Presb. Card. ac Bibliothecarii 7. Kal. Maji Indict. quinta Incarnationis Dom. anno 1142 Pont. D. Innocentii II. Papæ anno decimotertio.

Ejuſdem gratiæ favore Giſulphum dignatus eſt Eugenius III. anno 1146. Qui etiam è Galliis rediens Eccleſiam S. Mariæ Majoris Vercellenſis conſecravit in pleno Cardinalium conſeſſu, præſentibus Giſulpho, ac S. Bernardo Clarevallenſi Abbate anno 1148. Deceſſit autem Giſulphus 3. Kal. Junii, ex veteri Kalendario.

LXII. 62 UGUTIO Bergomenſis Archidiaconus Giſulpho ſucceſſit ann. 1150. Quem cum Fridericus Ænobarbus in paucis diligeret, in ejuſdem gratiam Vercellenſem Eccleſiam hoc ſubjecto gratioſo diplomate exornavit, quo omnia privilegia, atque immunitates, quaſcumque alii Cæſares Vercellenſi Eccleſiæ indulſiſſent, rata eſſe jubebat.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Federicus Dei gratia Romanorum Rex Auguſtus. Quia Romani Imperii regimen, poteſtatemque ſuſcepimus, Eccleſiis à noſtris Prædeceſſoribus plurima largitione ſublimatis, erga nos competit proviſione conſulere, & ne ipſarum poſſeſſiones aliqua diſtractione depereant, ſuffragium ſufficiens adhibere. Præſentibus igitur, ac futuris Chriſti fidelibus volumus eſſe cognitum, quod petitione Domini Papæ Eugenii Tertii, & intercedente chariſſimo Cancellario noſtro Arnoldo, aliiſque principalibus Regni principibus, venerabilem Vercellenſem Epiſcopum Ugutionem, atque Eccleſiam S. Euſebii in Regiam protectionem ſuſcepimus, & præſentis privilegii pagina communivimus. Quæcumque ergo memoratæ eccleſiæ largitione Regum, conceſſione Pontificum, ac quorumlibet oblatione fidelium collata eſſe noſcuntur, & quæ in poſterum largiente Domino conferentur, confirmamus, &c. Præterea conceſſiones, commutationes, alienationes, diſtractiones ab invaſoribus S. Euſebii factas, qui Pontificalem benedictionem non obtinuerunt, videlicet Gregorio de Verucha, Lipraudo, Evandro, Ardicione, in irritum ducimus, & regia auctoritate caſſamus. Quemadmodum & Patruus, atque anteceſſor noſter Conradus Romanorum Rex ipſa caſſavit inveſtituram ſuamque ab Anſelmo Vercellenſi Epiſcopo contra voluntatem ſuæ eccleſiæ occulte, & irrationabiliter factam de Clantiolo, atque inveſtituram à Giſulpho eidem eccleſiæ Epiſcopo contra juramentum, quod fecerat, & contra interdictum Domini Papæ Eugenii Tertii, ipſe eas ſe non conceſſiſſe confeſſus eſt de Pedagio, & Naulo Salugiæ factas, & alias quæcumque probare potuerint, atque omnes alias inveſtituras in Eccleſia S. Euſebii ab Epiſcopis furtive occulte factas, omnino caſſamus, & in poſterum ne fiant ſub pœna centum librarum auri Regia auctoritate interdicimus, &c. Item præſcriptionem quoque centum annorum tam Epiſcopis Vercellenſibus, quam Eccleſiæ ſancti Euſebii, & S. Mariæ concedimus in perpetuum. Item teſtes fuerunt præſentes, quorum nomina ſubſcripta cernuntur. Hartunichus Bremenſis Archiepiſcopus, Giberardus Vitembergenſis Epiſcopus, Guntherus Spirenſis Epiſcopus, Ebardus Padembergenſis Epiſcop. Niſelmus Abelpergen. Epiſcopus, Dux Velpho, Henricus Dux Saxoniæ, Conradus, Albertus marchiones de Saxonia, Guido comes de Blandrata.

Signum . . Domini Federici Romanorum Regis invictiſſimi.

Ego *Arnoldus Cancellarius vice Henrici Maguntini Archiepiſcopi, & Cancellarii recognovi.*

Datum Vitembergi 16. Kal. Novembris, anno Dominicæ Incarnationis 1152. Indictione 1. Regnante Domino Federico Romanorum Rege glorioſo, anno vero Regni ejus primo feliciter.

Cæterum Ugutio S. Euſebii Canonicis aliquot bona legavit anno 1155. decimaſque indulſit, atque è valle in montem, quem vulgo Palatium appellant, dicitur tranſtuliſſe Sugellæ oppidum anno 1160. quod pluribus attributis privilegiis illuc profecturis, frequentandum curavit. Conventui Roncaliæ celebrato à Friderico Imperatore interfuit apud Rodevium in Appendice lib. 2. Monaſterium, & Eccleſiam S. Bernardi in Montone exædificavit an. 1170. Grimano Hipporegienſi Epiſcopo obtinuit, ut Vercellenſes in ejuſdem Epiſcopi territorio tranſeuntes fodrum ullum, vel teloneum ſolverent, eodemque anno Canonicis ſuis plura contulit bona. Oppida Verucæ, Zumaliæ, Netri, ac Donati acquiſivit, decimaſque eorum eccleſiæ S. Euſebii attribuit. Præfuit laudabiliter annos 20. Obiitque anno 1170. die 28. Novemb. Poſt hunc Ugutionem tam Ferrerius, quam Corbellinus cum aliis in tabulis hujus eccleſiæ reponunt Lambertum, vel Obertum, ſeu Ubertum Cribellum Mediolanenſem civem, & Archidiaconum, illum eundem, qui fuit Cardinalis, & Archiepiſcopus Mediolanenſis, ac tandem ſummus Eccleſiæ Pontifex ſub nomine Urbani III. Verum quantum ii aberrent, & hal-

luci-

lucinati ſint, ex iis, quæ ſupra in Archiepiſcopis Mediolanenſibus narravimus, facile quiſque colligere poterit, Lambertum Cribellum Vercellenſis eccleſiæ Epiſcopum numquam fuiſſe, noſque illum ex hoc Catalogo expunximus. Nec hic etiam prætereundum duximus, quod Ugutione ſedente Guillelmus Montisferrati Marchio cum Julita Leopoldi Auſtriæ Marchionis filia ejus uxore Cœnobio Graſſiano immunitates, ac donationes, ab Aleramo marchione eidem conceſſas, ratas habuit, & confirmavit hoc perpetuo monumento.

Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti 1156. quarta die menſis Maii Indictione 4. Quoniam in hac fragili, caduca, & brevi vita degentibus admodum utile, & ſaluberrimum eſt de æterna, & feliciſſima vita præcogitare, nos Guillelmus marchio, filius q. Rayneriiitem marchionis, & Julita jugales filia q. marchionis Lepoldi de Auſtria illud agentes pro noſtro poſſe præcogitavimus qualiter in illa felici vita conviventibus Dei miſericordia, aliquid participare promereamur. Nos itaque ſupradicti jugales, qui profeſſi ſumus ex natione noſtra lege vivere ſalica, ſed ego Julita, ex natione mea vivere videor Alemanaorum, mortifica peccata à nobis abiicere cupientes, & felicitatis præmia à conditore omnium rerum deſiderantes, & propterea dicimus, quod ſi quis in ſanctis ſeu venerabilibus locis aliquid de ſuis intulerit bonis juxta auctoris vocem centuplum in hoc ſeculo, atque inſuper (quod melius eſt) vitam æternam poſſidebit. Idemque nos qui ſupra finem, & refutationem, & ſi quodvis habebamus, donationem facimus monaſterio conſtructo in caſtro quod vocatur Granarcim in honorem Sancti Petri & Beatiſſimorum martyrum Victoris, & Coronæ, & S. Chriſtinæ, & aliorum ſimiliter reliquiæ quorum ibi habentur nominative de omnibus rebus illis, quæ ab Alderamo primario anteceſſore noſtro in marchia, ſeu à quolibet alio anteceſſore de ejuſdem Alderami ſtirpe deſcendente in jam dicto monaſterio collatæ ſunt, tam caſtro, quam villis, & redditibus, & pertinentiis Eccleſiis, colonis, ſervis, ancillis, & de univerſis quæ à ſupradictis jam dicto monaſterio collata, in aliquo loco inventa fuerunt. Ut nec nos, nec noſtri ſucceſſores, nec aliqua prorſus perſona, valeamus antedicto monaſterio, vel à præfatis omnibus eximere placitum, diſtrictum, bannum, fodrum, obligariam, acrimoniam, angariam, perangariam, vel ullam prorſus publicam vel privatam exactionem. Sed Abbas qui nunc eſt, & monachi qui futuri ſunt in eodem monaſterio, Deo & ſanctis martyribus ſervientes, libere, & abſolute poſſideant, fruantur, diſponant, ordinent, & diſpenſent, nulla à magna vel parva perſona exauctorare imminuere exceptis quinque placitis, quæ quia religioni Abbatis congrua ſeu honeſta non videntur in noſtra reſervamus poteſtate, ideſt duellum, adulterium, incendium, proditionem, & homicidium. Inſuper donamus, & offerimus in eodem monaſterio fictum Canciarum, quod habemus, vel habituri ſumus in Caſtro Lugi, & decimam partem omnium redditum, qui veniebant nobis de Portu Felicinis qui currit in fluvio Tanari, & hæc ſpecialiter in refectione infirmorum diſtributa eſſe volumus. Hæc iſta ſupradicta pro animarum noſtrarum anteceſſorumque vel ſucceſſorum noſtrorum mercede diſponimus. Si quis vero [quod futurum eſſe non credimus] ſi nos ipſi qui ſupra jugales (quod abſit) aut ullus de heredibus, & proheredibus noſtris, ſeu quælibet perſona contra hanc chartulam offerſionis, vel refutationis ire quandocumque tentaverit, aut ſi eam, per quodvis ingenium infringere quæſierit, tunc ipſi monaſterio, aut prædicti monaſteris permittamus nos qui ſupra jugales, noſtroſque ſucceſſores componere auri optimi libras centum, & inſuper hæc charta noſtræ offerſionis per futurum omni tempore permaneat. Præterea univerſis noſtris ſucceſſoribus, qui hanc refutationem, & offerſionis chartulam pro animarum noſtrarum anteceſſorumque ſeu ſucceſſorum noſtrorum mercede factam firmam illibatamque ſervaverit, bened. beatiſſimorum martyrum in quorum honorem facta eſt, & omnium ſanctorum miſericordiam, ſi quæ eſt, ſupervenire precamur. Illos vero, qui temeratores, & violatores hujus chartulæ offerſionis, & refutationis extiterint, maledictionem Dei, & Beatiſſimorum martyrum, & omnium ſanctorum, & noſtræ cum impiis ſuperveniat.

Actum in prædicto caſtro, quod vocatur Gracianum. Signa . . . manuum iſtorum Jugalium, qui hanc cartulam offerſionis, & refutationis fieri rogavit.

Signa Guillielmi Piſtrini, Henrici de Lilla, Uberti Paritapaſt, Raynerii de Pontiano, Vuillelmi de Graſagnana, Vuillelmi ſine Bruſca, Aſcherii de Bulgaro, ſini Ottonis, Vuillelmus de Graſagnana, Arnaldi de Taurino; Ladonis de Raveraldo Alberti de Valtengo. Hi & multi alii inteſuerunt.

De fundatione hujus Abbatiæ vide, quæ ſupra diximus in Ingone Epiſcopo Vercellenſi.

63 GUALA Bondanus nobilis civis, & Præpoſitus Vercellenſis patriæ Epiſcopus allectus fuit anno 1170. ſucceſſitque immediate Ugutioni, eodemque anno Jacobum fratrem germanum ſuum Vercellenſis Epiſcopatus vel capitaneum, vel advocatum conſtituit, & ejuſdem Eccleſiæ fiduciarium fecit, conceſſo eidem, & ſucceſſoribus oppido Ronſechi cum juribus, & pertinentiis ſuis. Canonicis Regularibus Eccleſiam S. Pauli prope Seſiam conceſſit. Hic etiam auctor fuit, ut Præpoſitus, fratreſque Congregationis S. Bartholomæi extra Vercellenſes muros, ex præcepto S. Euſebii Epiſcopi, communi conventu, domicilioque vitam traducerent, ut ex ſequenti monumento liquido patet, quod conditum conſtat quinto jam incœpto ejus pontificatus anno, hoc eſt anno 1174. quod recte convenit cum anno primo ſuæ electionis 1170. LXIII

Quoniam rerum geſtarum memoria, naturali oblivione interveniente plerumque aboleri ſolet, aut in interitu hominum vel etiam propter ætatem hominum non longævam, idcirco ea quæ in conſpectu ſapientum geruntur maxime virorum religioſorum, monumentis literarum ſunt commendanda: quæ enim loquuntur facile tranſire ſolent, ſcriptura vero diuturnitate temporis vivere ſolet. Ob hoc enim ſcripturæ introductæ ſunt, ne perverſorum hominum machinationibus, quæ geſta ſunt, diſturbari poſſint. Convenerunt itaque in præſentia Domini Gualæ Vercellenſis Epiſcopi, & fratrum ſuorum Canonicorum Beati Euſebii, quidam religioſi viri divina miſericordia inſpirati, videlicet Dominus Guilelmus vir ſapiens, & dilectus Præpoſitus Eccleſiæ Congregationis Beati Bartholomæi foras civitatem Vercellorum ſitæ cum fratribus ſuis clericis, & converſis utriuſque ſexus: profitentes ſe velle vivere ſecundum formam Regulæ, & Canonicam inſtitutionem Beati Euſebii ſimulque cum eis adſtiterunt fundatores prædictæ Eccleſiæ, qui dicuntur Advocati: hi ſunt Martinus . . . . Jacobus Lixerius, Julius de Pagano clerici, Philippus de Fontaneto pro ſe, & fratribus ſuis. Qui interrogati ſi pro tanto bono, & tam digna re vellent renunciare omni juri fundationis, & advocatiæ, quod fundatores, & advocati in Eccleſiis debent habere, omnes unanimes voto reſponderunt ſe libenter velle, & in præſentia Domini Epiſcopi, fratrum ſuorum canonicorum omni juri fundationis, & advocationis renuntiaverunt. Poſtea vero Dominus Gulielmus Præpoſitus cum fratribus ſuis canonicis, & utriuſque ſexus converſis dudum ſe voto obligaverunt, ac firmiter promiſerunt, deinceps ſe vivere ſine proprio, ſecundum formam regulæ, & ſtatus, ut canonici Beati Euſebii, ut que ſolent canonici regulares, ibique ſtatim Dominus Epiſcopus ne tantum bonum diutius differretur, accepto conſilio fratrum ſuorum canonicorum, dedit auctoritatem, & licentiam, ut ſicut promiſerant, ſic de cætero in perpetuum irrevocabiliter obſervarent. Si quis vero, quod abſit, in prædicta Eccleſia voluntati propriæ, & rebus ſuis renunciare nollet, à collegio fratrum ſine ſpe revertendi abiicietur.

Ego Guala Eccleſiæ Vercellenſis miniſter licet indignus ſubſc.

Ego

Ego Manfredus Præpoſitus ſubſc.
Ego Firmus diac. ſubſc.
Ego Gul. ſubſc.
Ego Julius ſubdiac. ſubſc.
Ego Manfredus ſubdiac. ſubſc.
Ego Otho presb. ſubſc.
Ego Leo presb. ſubſc.
Ego Ambroſius presb. ſubſcr.
Ego Guala capelan. ſubſc.
Ego Gualf. ſubdiac. de Alba ſubſc.
Ego Caldario ſubd. ſubſc.
Ego Guler. Acolythus ſubſc.
Ego Mandolus Acol. ſubſc.

Datum per manum magiſtri Petri Diaconi Vicecancellarii anno Dom. Incarn. 1174. Indict. 8. pridie Idus Decembris tempore D. Alexandri Papæ III. anno vero 5. Pontificatus D. Gualæ Vercellen. Epiſcopi feliciter. Amen.

Anno 1179. præſentibus Guillelmo de Maccengo Cardinali ſedis Apoſtolicæ legato, Gualaque Vercellenſi Epiſcopo, Vercellis utriuſque Eccleſiæ Capitula diuturniorem litem tranſegerunt. Hunc Guillelmum legatum Apoſtolicum, & Cardinalem illum eundem arbitror eſſe, qui ſub Adriano IV. evaſit ad Purpuram, appellatuſque eſt Cardinalis Papiæ, quique Inſubriæ perfunctus legatione hoc eodem anno diſceſſit. Guala Præſule Lucius III. Pontifex ad prædeceſſorum ſuorum exemplum Canonicos, & Eccleſiam S. Euſebii in protectionem ſuſcepit, Syro Archidiacono, & Manfredo Præpoſito. Datum Vellitri per manus Alberti Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis & Cancellarii 17. Kalend. Februarii Indictione XV. Incarnationis Dominicæ anno 1182. Pontificatus 2. Antea Guala, hoc eſt ſuperiori anno, Canonicis S. Euſebii imperavit, ut ex Ugutionis Epiſcopi conſtitutionibus vitam inſtituerent. Anno vero 1184. Guala ea Algiſii Mediolanenſis Archiepiſcopi decreto tamquam bonorum ſuæ Eccleſiæ dilapidator Epiſcopatu mulctatus Albertum ſucceſſorem accepit, & vitam deinde inglorius amiſit: idem refert Corbellinus in Catalogo, Ferrerius, Ciaconius, & alii, ſed male hunc Gualam cum alio Guala Cardinali confundunt: habent enim Gualam Vercellenſem Eccleſiam renunciaſſe, ac tamquam virum doctiſſimum, uſuque rerum incomparabilem à Pontifice Romam fuiſſe vocatum, contenduntque hunc illum eundem eſſe, quem poſt viginti annos ſalutaverit Cardinalem Innocentius III. anno 1204. Mihi vero horum ſententia non probatur, qui probe ſciam, haud illis temporibus fuiſſe in uſu, ut juvenibus, vegetiſque ab Epiſcopatus oneribus miſſio concederetur, nec Cardinalis Guala, cum Vercellenſi Epiſcopo Guala mihi videtur idem, Cardinalis enim ab ejus creatione uſque ad obitus diem, qui in Gregorii IX. tempora incidit, ſexaginta annorum ſpatium decurreret, quod cordatis incredibile ſane videtur: præterea quis non videat non potuiſſe fieri, ut in monumentis Vercellenſis Eccleſiæ ab anno 1170. uſque ad annum 1230. quouſque ætendit ætatem, nulla ejuſdem memoria, mentioque occurreret, immo quæ ſupra de Guala Bondono, longe diverſo à Guala Cardinale, dicta ſunt veriſſima ex monumentis accepit Corbellinus. Guala vero Cardinalis ille eſt, qui è nobili familia de Bicheriis Vercellenſi utriuſque juris peritia longe doctiſſimus ab Innocentio III. Diaconus Cardinalis S. Mariæ in porticu creatus eſt, quique ann. 1220. nobile monaſterium Eccleſiamque S. Andreę Vercellis fundavit, atque ampliſſimis facultatibus auctum, cultuque eccleſiaſtico exornatum, reliquiis SS. munitum Canonicis Regul. attribuit. In reliquiis autem ex dono Card Gualæ, mucro ille præfulget, quo conſcelerati ſicarii ſanctiſſimum virum Thomam Cantuarienſem Archiepiſcopum confecerunt; nec vero eo contentus, quod vivus abunde præſtiterat, decedens etiam omne quod aure poſſederat, eidẽ legavit monaſterio, & Eccleſiæ: de hac fundatione rudes hi verſus ante fores ejuſdem Eccleſiæ proſtant legentibus.

Lux Cleri, patriæque decus Car Gualla dinalis
Quem Canon, atque artes, quem ſanctio Canonicalis,
Quem lux dotavit, quem pagina ſpiritualis,
Cujus in ore fuit geminis doctrina ſub alis,
Cujus erat ſtudium lux, vitaque perpetualis,
Verax, & numquam ſermone ſuperficialis.
Sed talis verbo conceptus pectore qualis
Hic ut honoretur Andreas morte Patralis
Hic ut ſit cultus, quem terra colit ſocialis
Per te facta fuit, dotataque fabrica talis
Pars totam, formam deſignat formula cauſam
Exprimit effectus, & genitura Patrem
Gardo Gualla pater, præſens opus eſt genitura
Dat pater Andreæ, quo generavit opus.

Primus hujus Cœnobii Abbas fuit Thomas Doctor Pariſienſis inſignis, ex canonico S. Victoris ad hanc dignitatem vocatus à Guala, qui plura ſui ingenii monumenta reliquit teſte Poſſevino, obiitque anno 1226. jacet in Eccleſia cum ſtatua marmorea, & epitaphio.

Bis ter viginti currebant mille ducenti
Anni cum Thomas obiit venerabilis Abbas
Primitus iſtius Templi, ſummeque peritus
Artibus in cunctis liberalibus, atque magiſter
In Hierarchia, nunc arca clauditur iſta
Quem celebri fama vegetavit pagina ſacra.

Fuit hunc alius Thomas Abbas fuit, cui Gregorius IX. ampliſſimo privilegio, ſuiſque Concanonicis, quas Guala Card. monaſterio contulerat, confirmavit. Datum Laterani per manum M. Senebaldi Auditoris literarum contradictarum 3. Kal. Junii Indict. 15. Incarnationis Dominicæ anno 1227. Pontificatus vero ſui anno primo. Illud verbatim recitat Pennottus lib. 3. c. 28. tripartitæ ſuæ Hiſt. Cæterum Guala vir ſane celebris fuit tum doctrina, tum trepidis legationibus, quibus in Gallia, Britanniaque majori temporibus Innocentii III. Tertiique Honorii, ac IX. Gregorii egregie perfunctus eſt: longe autem clariſſimus in ea ille enituit, quam contra Albigenſes Hæreticos ingenti animo ſuſcepit, adjunctis ſibi duodecim Abbatibus ex Ord. Ciſtercienſi, viris tum ſanctitate tum doctrina conſpicuis. Incidit vero ea Gualæ Cardinalis miſſio, poſt glorioſum martyrium Petri de Caſtro Novo Abbatis Ord. Ciſtercienſis, qui cum iiſdem Hæreticis, primus Catholicæ Eccleſiæ Inquiſitor, contulit ſigna, tremendumque illud tribunal ſuo ſanguine conſignavit: poſt quem egregiam tulit laudem S. Dominicus Ord. Præd Patriarcha, qui, pluribus exantlatis laboribus, cum Guala ad æternitatem viſus eſt ſanctũ Tribunal fundaſſe, & ſtabiliſſe. Ea hæreſi debellata, Innocentius in Britanniam Gualam legavit juſſuſque deinde ab Honorio III. ibidem munus cumulate implevit, mortuoque Joanne Rege, Henricum filium coronavit, tuendumque ex ſanctæ ſedis arbitrio ſuſcepit. In eo regno ſaluberrimas condidit leges, in quibus præcipuæ erant, quibus concubinarios clericos ad meliorem frugem; moreſque puriores urgebat. Poſtrema legatione functus eſt apud Fridericum Imperatorem, cum Pelagio Epiſcopo Card. Albanenſi anno octavo Pontificatus Honorii III. atque ad ejuſdem imperium clerum Vercellenſem ad emendatioris vitæ inſtitutum traduxit Epiſcopi Ugonis temporibus. Deceſſit deinde ſub Gregorio IX. Presb. Card tit. S. Martini in Montibus circa ann. 1235. ſub quo ſuum condiderat teſtamentum, quod dignum viſum eſt, ut hic poſteris perennetur, & pietas, animique magnitudo tanti de univerſali Eccleſia benemeriti Cardinalis conſervetur aliis exemplum.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen.

Ego Guala miſeratione divina tituli S. Martini in Montibus Presbiter Cardinalis per Dei gratiam ſanus mente, & corpore, nolens diſcedere inteſtatus de ſpeciali licentia Domini Papæ de rebus à Deo mihi cõmiſſis tale condidi teſtamentum Inprimis Dominũ

& Re-

& Redemptorem meum Jeſum Chriſtum, & Eccleſiam B. Andreæ Vercellen. omnium bonorum meorum mobilium, & immobilium ubicumque fuerint, hæredem inſtituo. Eccleſiæ vero Beati Euſebii Vercellenſis Patroni mei quadraginta libras Papienſes pro uno capellano de novo inſtituendo ad altare Beatæ Mariæ, & S. Honorati relinquo, qui ter in hebdomada ad minus celebret miſſam pro anima mea, & parentum meorum, & omnium fidelium defunctorum, & diebus ſingulis in choro cum aliis divinis officiis debet intereſſe. Idem vero capellanus eligatur, & inſtituatur per Abbatem, & Priorem S. Andreę, & Archipresbyterum Vercellenſem, & canonicum, & canonicos de domo Bicheriorum, qui fuerint in Eccleſia prędicta præſentes. Si autem prædicti in electione, & electione capellani nollent vel non poſſent convenire infra menſem à die vacationis, penes Abbatem, & Priorem S. Andreæ ſolos remaneat eligendi, & inſtituendi capellanum poteſtas. Et ſi de bonis ipſius capellaniæ, vel capellano collatis capitulum S. Euſebii, vel aliquis pro Capitulo aliquid uſurpet, ſi moniti non reſtituerint infra menſem volo, & ordino, quod ad Eccleſiam S. Andreæ prędictam ipſo facto omnium ablatorum dominium transferatur eique repetitio competat eorumdem. Item relinquo Eccleſię Sancti Euſebii apparatum unum de xamito glauco, ſcilicet planetam, dalmaticam, tunicellam cum camice, amictu, ſtola, & manipulo. Item relinquo libras trecentas Papienſes ad emendas poſſeſſiones Eccleſiæ S. Andreæ Vercellenſis, pro quibus Abbas, & conventus ipſius Eccleſiæ decem libras Papienſes pro anniverſario meo annuatim ſolvere teneantur diſtribuendas per Abbatem ipſius Eccleſiæ, vel Priorem die proxima præcedenti anniverſarium hoc modo.

In primis Eccleſiæ S. Euſebii ſolidos quadraginta Papienſes: eccleſiæ S. Mariæ ſolidos viginti: eccleſię s. Stephani ſolidos ſeptem: eccleſiæ s. Jacobi de Albereto ſolidos octo: eccleſiis S. Benedicti de Muleggio, S. Bartholomæi, S. Gratiani unicuique ſolidos quinque. Item Hoſpitalibus S. Bartholomæi, S. Spiritus, Collegio leproſorum S. Lazari unicuique ſolidos quinque. Item eccleſiæ S. Bernardi, Michaelis, Donati, Petri Stephani de Victa, collegio Nazarii, Salvatoris de Marchaello, Agnetis, Juliani, Laurentii, Thomæ, Salvatoris de Strata, Victoris, Fidis Lazari, Mariæ de Lagateſco, S. Mariæ de Girunda, Silveſtri de Rantoris, s. Mariæ de Ponte, Leonardi, & Eccleſiæ Caſę Dei, ac Hoſpitali s. Laurentii ſingulis ſolidos tres Papienſes. Item Capellę Parochiali, quam propoſui ædificare juxta Eccleſiam monaſterii s. Andreæ ſolidos decem. Item pauperibus Hoſpitalis s. Andreæ pro pitantia ipſa die anniverſarii ſolidos viginti. De aliis vero redditibus qui ultra dictas libras decem de poſſeſſionibus prædictis provenerit, fiat pitantia in refectorio fratribus omnibus, & quinquaginta pauperes præter ſolitum ipſa die anniverſarii reficiantur apud Eccleſiam s. Andreę pane, & vino, & uno pulmento, & nihil ominus fiat eleemoſyna generalis omnibus pauperibus convenientibus ipſa die. Si vero dicti redditus non ſufficerent ad prędicta, volo, & ſtatuo, quod de aliis redditibus poſſeſſionum, quas dedi eccleſiæ s. Andreæ ſuppleatur. Item ſtatuo, & ordino quod diebus ſingulis in perpetuum integra præbenda unius canonici in pane, vino, & pulmenti pro anima mea ponatur in menſa Abbatis danda uni pauperi, vel pluribus ſecundum proviſionem Abbatis. Item pro emendis poſſeſſionibus Hoſpitali s. Andreæ ad uſus pauperum relinquo mille marchas ſterlingorum, niſi in vita mea eidem hoſpitali poſſeſſiones emero ad valentiam mille marcharum, exceptis aliis poſſeſſionibus, quas ei ante hoc teſtamentum donavi. Item relinquo eccleſiæ Majori s. Mariæ de Hipporedia, unum pluviale de xamito. Item relinquo monaſterio s. Mariæ de Lucedio Ciſtercienſis Ordinis libras viginti Papienſes pro meo anniverſario faciendo. Item eccleſiæ s. Stephani de Bugella libras decem Papienſes, ſimiliter pro meo anniverſario faciendo. Item relinquo eccleſiæ, & congregationi s. Catharinæ Bononien-

A *ſis diœceſis libras quinquaginta Bononienſes ſimiliter pro meo anniverſario faciendo. Item relinquo Hoſpitali s. Andreæ de Vercellis prędicto omnia vaſa argentea ſcilicet ciminalia, cupas, & cultellos, ſcyphos, & cochlearia, & alia quibus utor cum familia mea, & uſibus quotidianis in menſa, & cupam auream parvam, in qua bibere conſuevi, omneſque veſtes meas, & pannos omnes de lecto ad emendas poſſeſſiones ad uſum pauperum Hoſpitalis ejuſdem. Item relinquo Domino Papæ cupam argenteam cum hiſtoria Salvatoris intus, & exterius deauratam, & eſt octo marcharum, & trium unciarum, ut ſpecialiter utet pro anima mea. Fraternitati autem Urbis relinquo libras 25. proven. Item Hoſpitalibus Urbis libras decem proven. diſtribuen. per Archipresbyterum, per priorem ss. Silveſtri, & Martini omnibus Hoſpitalibus Urbis, excepto Hoſpitali s. Spiritus, cui jam ſolutum eſt, quod ei reliqui. Item monaſterio s. Agnetis lib. 10. monaſterio s. Sebaſtiani lib. 10. monaſterio s. Anaſtaſii lib. 10. eccleſiæ, & fratribus de Palazol lib.*
B *5. eccleſiæ, & fratribus S.. poſt Cacum, S. Petri Majoris de Urbe unum apparatum de meis, ſcilicet planetam, dalmaticam, tunicam de zameto rubeo cum camice, amictu, ſtola, & manipulo: eccleſię s. Mariæ Majoris unum pluviale de zameto rubeo. Ad opus clauſtri Lateranen. lib. 10. proven. Item monaſterii s. Laurentii foris muros dalmaticam albam minorem. Item eccleſiæ s. Mariæ Novæ lib. 10. pro meo anniverſario faciendo. Item Fratribus Prædicatorum de Urbe lib. 10. eccleſiæ autem ss. Silveſtri, & Martini ſponſæ meæ relinquo petiam terræ, quam emi à Gregorio Vaſeti, & duas petias vineę, quam emi extra Portam Majorem, & furnum quem feci ædificare juxta prædictam Eccleſiam, & inſuper lib. 70. proven. ad emendas poſſeſſiones, quæ omnia prædictæ Eccleſiæ tali pacto, & conditione relinquo, quod duo presbyteri præter quatuor clericos, qui in eadem Eccleſia eſſe conſueverunt, de novo inſtituantur, in ea percepturi cum aliis clericis ipſius Eccleſiæ, licet & ipſi clerici omnes alios proventus eidem Eccleſiæ ip-*
C *ſis presbyteris communicare voluerint integraliter proventus omnium prædictorum. Item quod Cardinalis ejuſdem loci qui pro tempore fuerit nullum ex eis poſſit exigere portionem, dicti vero presbyteri cum tertio ſacerdote qui pro tempore fuerit in dicta Eccleſia teneatur tribus diebus celebrare miſſam viciſſim in qualibet ſeptimana pro redemptione animæ meæ, & animabus parentum meorum, & omnium fidelium defunctorum; ita quod propter tres miſſas aliud divinum officium conſuetum, & debitum nullatenus minuetur. Item eidem Eccleſiæ ad opus dictorum duorum presbyterorum relinquo apparatum capellani communem, videlicet calicem, planetam, camicem cum amictu, & ſtola, & manipulo. Item relinquo clericis ejuſdem Eccleſiæ omnia utenſilia coquinæ meæ pro meo anniverſario faciendo. Conteſtor autem omnes clericos prædictæ eccleſiæ Ss. Silveſtri & Martini præſentes, & futuros, quod parte Dei omnipotentis, & per adventum Domini Jeſu Chriſti, ut cum venerit judicare vivos, & mortuos, ut*
D *prædicta omnia diligenter adimpleantur, & faciant quantum in eis fuerit ab aliis fideliter adimpleri. Item relinquo lib. 100. proven. ad opus ſervientium eorum laicorum dividendas inter eos per executores hujus teſtamenti ſecundum merita, & ſervitia ſingulorum. Hujus autem mei teſtamenti executores eſſe volo D. Stephanum Baſilicæ duodecim Apoſtolorum Cardinalem, Abbatem s. Andreæ, & magiſtrum Jacobum Carnarium Domini Papæ ſubdiaconum, & canonicum Vercellenſem, rogans eos in Domino, & poſtulans, ut hanc meam ultimam voluntatem quantum in ipſis fuerit adimpleant, ac faciant ab aliis diligenter, & fideliter adimplere, quod ſi non omnes prædictis exequendis poterunt intereſſe, duo ipſorum ea fideliter exequantur.*

Actum Romæ apud s. Martinum in Montibus anno Domini 1227. quarto Kal. Junii Pontificatus D. Gregorii Papę IX. anno 1. preſentibus, &c.

Hæc fuit Gualæ ultima voluntas, cujus cadaver

fune-

funeratum fuiſſe in eccleſia S Andreæ Vercellenſi affirmat Pennottus loco ſupra citato, habetque ex Panvinii ac Ciaconii ſententia, illum Canonicum fuiſſe Regularem ante adeptam Purpuram in cœnobio S. Petri in Cœlo aureo Papienſi, quod plane eſſe non potuit, cum idem Cœli auri Cœnobium tunc temporis, quando Guala ab Innocentio III. Cardinalis creatus fuit, Ordinis erat S. Benedicti, quod Honorius III. inde exturbatis monachis, Mortarienſibus Regularibus Canonicis attribuit anno 1225. teſte eodem Pennotto: nec etiam Gualam fuiſſe monachum S. Benedicti, mihi apparet, etſi in meis ad Ciaconium opus annotationibus id affirmarim cum aliis hallucinatus, non enim ex Regulari Canonico, neque ex monacho Benedictino, neque etiam ex Præſule Vercellenſi, ſed ex ſeculari clerico ob ſingulares animi ſui dotes, & juris peritiam ad Cardinalatus apicem aſſumptus fuit Guala, ut vel ex relato ejus teſtamento, vel ex iis, quæ ſupra diximus, quiſque colligere poterit, clariuſque videbit in noſtro Romanorum Pontificum, Cardinaliumque geſtorum Opere. Viget adhuc Gualæ familia nobilis de Bicheriis Vercellis, tum Mediolani, habetque pro gentilitiis ſtemmatibus in cęruleo campo tres rubeos cyathos, quibus medietas rubei campi ſubiicitur: protulitque viros virtute conſpicuos, præter hunc Eminentiſſimum Cardinalem: de quo Rigardus in vita Philippi Auguſti Gallorum Regis, Cæſarius Hiſterbacenſis lib. Dialog Petrus Valſenarius Hiſt. Albigen. De quo conſule Odericum Raynaldum Eccl. Annal. Baronii doctũ, eruditumq; continuatorem amicum noſtrum To. XIII. Quercetanum in vita Innocentii III. Franciſcum Boſquetum in notis ad Epiſtolas ejuſdem. Corium alioſque.

LXIV 64 B. ALBERTUS *a* de Caſtro Gualterii Parmenſis nobili genere ortus, Canonicus Regularis Mortarienſis Cœnobii Epiſcopus Bobienſis electus poſt Gualam Bondonium ad Vercellenſem eccleſiam translatus anno 1184. *(t)* 12. Kal. Maii, præfuitque ad viginti ferme annos, ex ea anno 1204 Patriarchalem Hieroſolymæ Thronum eſt aſſecutus. Ejus meritorum intuitu Urbanus III. Vercellenſem Eccleſiam in protectionem ſuſcepit anno 1186. Clemente III. Pontifice poſt Hieroſolymitanum Regnum à Saladino Chriſtianis ademptum, claruiſſe inſigne miraculum in emendationem cujuſdam Parmenſium Dominæ celebratum, quæ fuerat à quinque dęmonibus obſeſſa, dieque octavæ S. Euſebii, meritis ejuſdem ſancti, Alberto Epiſcopo exorcizante, liberata legitur in veteri Kalendario Vercellenſis Eccleſiæ. Cæterum anno 1190. quæ Guala prædeceſſor Gualoni Præpoſito, & Canonicis de Santhia conceſſerat, ſuo diplomate infirmavit: Eccleſiam ſuam ære alieno gravatam liberam reddidit, auxitq; redditibus, & dignitate Eccleſiaſtica diſciplina defęcatos Clericorum mores reddidit. Apud Henricum VI. Imperat. maxime gratioſus fuit, à quo Principis titulo inſignitus eſt, quo etiam ejus ſucceſſores deinceps fulſerunt, hoc dato privilegio anno 1191.

a De eo Acta Sa. Aprilis t. 1. p. 769.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Henricus Dei gratia Romanorum ſemper Auguſtus in perpetuum: Quia Romani Imperii regimen, poteſtatemque ſuſcepimus, Eccleſiis à noſtris prædeceſſoribus plurima largitione ſublimatis, Imperiali nos oportet proviſione conſulere, & ne ipſarum poſſeſſiones aliqua diſtractione depereant, ſuffragium ſufficiens adhibere. Præſentibus igitur, & futuris Chriſti fidelibus volumus eſſe cognitum, quod ad petitionem dilecti, & fidelis Principis noſtri Alberti Vercellenſis Epiſcopi, Eccleſiam S. Euſebii in protectionem Imperialem ſuſcepimus, & præſentis privilegii pagina communimus. Quæcumque ergo memoratæ Eccleſiæ largitione Regum, & conceſſione Pontificum, ſeu quorumlibet oblatione collata eſſe noſcuntur, & quæ in poſterum largiente Domino conferentur, confirmamus, &c. Item præterea in irritum ducimus venditiones, commutationes, alienationes, diſtractiones ab invaſoribus, &c. Quemadmodum & Conradus Romanorum Rex, & bonæ memoriæ frater noſter Fridericus anteceſſores noſtri ipſa caſſavere, &c. Item præſcriptionem quoque centum annorum, tam Epiſcopis Vercellenſibus, quam Eccleſiæ S. Euſebii, & S. Mariæ concedimus in perpetuum, &c. Hujus rei teſtes ſunt Milo Mediolanenſis Archiepiſcopus, Bonifacius Novarienſis Epiſcopus, Lanfrancus Bergomenſis Epiſcopus, comes Theodoricus de Oſtale, comes Popo de Vvertben, comes Ludovicus de Eſtringe, Robertus de Diurno, Henricus Pincerna de Tuira, Othobellus Paſſaguerra Mediolanenſis, & judices curię, & alii plures.

Signum Domini Henrici Sexti Romanorum Imp.



Acta ſunt hæc anno ab Incarnatione Domini 1191. Indictione 10. Regnante D. Henrico VI. Romanorum Imperatore glorioſiſſimo anno regni ejus 23. Imperii vero I.

Datum Mediolani pridie Kalendis Decembris.

Anno 1192. Albertus ſynodum celebravit poſt Pentecoſten, in quo optima promulgavit ſtatuta, que uſque hodie aſſervantur. Cœleſtinus III. plurimis eum decoravit beneficiis. An. 1196. Henricus idem VI. Imperator ſententiam tulit in cauſis vertentibus inter Henricum de Fraſcarolio ſyndicum Alberti Epiſcopi nomine Vercellenſis Eccleſiæ, & Gualam Guarnerium communis Caſalis S. Evaſii advocatum, nomine ipſius communis ab Angelo Archiepiſcopo Tarentino Imperiali Vicario una cum judicum ejuſdem curiæ conſilio, in favorem tamen Vercellenſis Eccleſiæ latam apud Placentiam ſubtus porticum in clauſtro majoris eccleſiæ 12. Kal. Octob. Indict. 14. anno 1196. confirmatio Henrici data eſt eodem anno & indictione 11. Kal. ejuſdem menſis apud forum novum, teſtibus Opizone Epiſcopo Parmenſi, Joanne Almæ Urbis præfecto, Bonifacio Montisferrati marchione, Alberto Maleſpina, comite Raynerio de Blanderate, & multis aliis. De Joanne Urbis Præfecto altum ſilentium tenuit noſter eruditiſſimus Felix Contilorus in Urbis Præfectorum ſerie. Anno deinde 1199. Innocentius III. Albertum ad Parmenſes, Placentinoſque legavit, qui ob S. Donnini Burgum conſternati erant ad arma. Idem Pontifex ei præcepit, anno ſui Pontificatus 2. ut electionem quorundam fratrum, per clericos caſalis S. Evaſii diris innodatos factam, irritam declararet; eidemque facultatem cogendi omnes, qui tenentur ad decimas, tam ratione perſonarum, quam prædiorum impartitur. Anno 1201. menſe Decembri Albertus una cum Abbate Petro de Locedio Ord. Ciſtercienſis Innocentii delegato ſententiam tulit in iis, quæ inter Abbatem S. Ambroſii, canonicoſque ejuſdem Baſilicæ vertebantur tenoris ſequentis. Monumentum, quod extat in Cęnobii Ambroſiani Archivio, communicavit nobis bonæ memoriæ Coſmus Reinonus ejuſdem Cœnobii Abbas.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.

Incumbit nobis ex mandato Apoſtolicę ſedis, Alberto ſcilicet vocato Epiſcopo Vercellenſi, & Petro dicto Abbati Locedienſi, ut controverſias Monachorum, & Canonicorum S. Ambroſii Mediolanenſis, quæ jam diu ſub noſtro ſunt examine ventilatæ, perducamus ad finem: & quos non revocat Chriſti amor & fraterna charitas ad concordiæ unitatem, compeſcat ſaltem juſtitiæ rigor, & ſententiæ diffinitivæ premat auctoritas: ut autem ordine ſuo cuncta procedãt, à literis commiſſionis ſumamus exordium. Quarum hic tenor eſt.

Inno-

(t) Teſtis fuit privilegio Friderici 1. Imper. ad favorem Monaſterii S. Juliæ Brixien. Datum Veronæ an. 1185. Jan. 9. quo adhuc dicitur electus Bobien. Unde fas eſt dicere an. 1184. nondum tranſiiſſe ad Vercellenſes. Diploma Friderici habetur in Bullar. Caſin. tom. 2. Conſtit. 261.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Venerabili fratri Vercellenſi Epiſcopo & dilecto filio Abbati de Lucedio, ſalutem & Apoſtolicam benedictione. Cum cauſam, quæ inter dilectos filios Abbatem & Monachos ex una parte, & Præpoſitum & Canonicos S. Ambroſii Mediolanenſis ex altera, ſuper interdicto & quibuſdam aliis vertitur, procuratoribus partium apud Sedem Apoſtolicam conſtitutis de voluntate ipſorum dilectis filiis J. Archidiacono Mediolanenſi, S. Joannis Papienſis, & S. Joannis de Trenno Præpoſitis commiſerimus terminandam; ipſi quemadmodum nobis ſuis litteris intimarunt cum non poſſent ad invicem concordare partes ab obſervatione ſui judicii abſolventes ad nos negotium integrum remiſerunt. Quod ab Abbate, & Monachis memoratis, coram dilecto filio noſtro J. tituli ſancti Stephani in Cœlio monte presbytero Cardinali, cui partes commiſimus audiendas, ſub forma quæ fuerat primis judicibus delegatum, committi perſonis aliis petebatur, parte altera contrarium poſtulante. Quia vero nihil eſt rationabiliter allegatum, quare circa præmiſſam commiſſionem de communi partium voluntate impetratam mutare aliquid deberemus cum circa negocium ipſum nihil fuerit immutatum, volentes, ut finis litibus imponatur, cauſam ipſam vobis duximus committendam; per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus juxta tenorem prioris commiſſionis in negotio ratione prævia procedatis. Datum Laterani nono Kalendas Junii: Pontificatus noſtri anno ſecundo. In litteris vero prioris commiſſionis, quarum iſtæ faciunt mentionem, ſic habetur. Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis ad præſentiam veſtram, qui fuerint vocandi de omnibus quæ utrinque propoſita fuerint, ex integro cognoſcentes, quod juſtum fuerit, appellatione poſtpoſita ſtatuatis; facientes, quod ſtatueritis per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. Conſtitutis igitur in præſentia noſtra domino Arialdo Abbate, & Joanne presbytero ac monacho S. Ambroſii, Monaſterii ipſius nomine, ex una parte, qui etiam Joannes, ſicut per inſtrumentum publicum apparebat, Syndicus Monaſterii fuerat conſtitutus, & ex alia parte Olrico qui dicitur Camerarius, atque Ambroſio, Canonicis S. Ambroſii, nomine ſuæ Eccleſiæ, qui ſimiliter ſyndici fuerant à ſuis fratribus ordinati, quemadmodum ex inſtrumento itidem publico monſtrabatur; monachi libellum hujuſmodi Canonicis obtulerunt: Ego dominus Arialdus Abbas monaſterii B. Ambroſii, nomine illius Monaſterii peto, quatenus Petrus S. Ambroſii Præpoſitus nomine canonicæ, & Canonici illius Eccleſiæ miſſas ſuas incipiant tam tempeſtive & eos expediant, & finiant, ſeu officia miſſarum, ſicut ſacerdotes, & capellani Mediolani, & præcipue ſicut Canonici Decumanorum faciunt, ita quod nullum nobis ad Primam, & ad miſſas noſtras tempore competenti celebrandas præſtent impedimentum, & quod poſſimus ſonare Primam omni tempore ſicut Ordinarii majoris Eccleſiæ in Quadrageſima faciunt ſonare ad Primam poſt Miſſam prædictorum Canonicorum celebratam, & poſſimus Miſſam noſtram majorem ſonare quando Ordinarii ſuam ſonare faciunt: & hoc præcipue in feſtivitate Natalis Domini, & reſurrectionis, & Dominicis diebus, & aliis ſolemnitatibus. Eodem modo peto de Veſperis: videlicet ut poſſimus pulſare cum ad majorem Eccleſiam pulſatur ad Veſperas, incipere noſtras Veſperas cum Ordinarii incipiunt ſuas; hoc pacto per totum annum. Item peto ut ipſi aperiant vel aperiri faciant altare beati Ambroſii ad petitionem noſtram, cum nobis placuerit, præcipue celebrandarum Miſſarum tempore. Item peto ut tectum ſive Lobiam removeant penitus, & auferant quam fecerunt, vel fieri fecerunt juxta murum B. Ambroſii, & feneſtram in ipſo muro factam; quia præſtant impedimentum legentibus & ſtantibus tam in pulpito, quam in choro, & ſimiliter lumini nocent. Item peto ut removeant, vel removeri faciant omnes arbores, quas habent poſt tribunal B. Ambroſii, quia ſimiliter luminibus obſunt ſuper altare B. Ambroſii officia divina celebrantibus. Item peto, ut Cruces faciant deferri ad cadavera mortuorum, licet Canonici non interſint, cum requiſiti fuerint ab Abbate, vel monachis, vel nuncio ſuo. Et ſi in hoc obtinere non poſſem; peto ut ipſi exhibeant cruces cuſtodi vel nuncio meo. Item peto, ut ipſi Præpoſitus & Canonici exornent Eccleſiam B. Ambroſii, more ſolito in feſtivitate B. Ambroſii, & Beatorum martyrum Protaſii & Gervaſii, & beati Laurentii. Item peto, ut ipſi Canonici interſint in feſtivitate B. Satyri pro officiis celebrandis: & ſi non interfuerint; dico eos non debere habere refectionem, nec nos ad eam teneri, nec eam eis præſtare debere. Item peto, ut cooperiant pulpitum honeſto pallio, & decenti, quandocunque Miſſa major celebratur. Salvo jure addendi, mutandi, & meliorandi in aliis meis petitionibus & omni jure quo uti potero uſque ad ſententiam.

Super his autem Capitulis producti ſunt hinc inde plurimi teſtes, privilegia multa & alia documenta prolata: diſputatum ſufficienter de jure antiquo, & novo utriuſque Collegii. Quibus omnibus diligenter inſpectis, & conſilio prudentum virorum adhibito, quantum deſuper datum eſt, juſtitiæ ſtatera libratis; invenimus utrumque Collegium, Monachorum ſcilicet, & Canonicorum à longiſſimis retro temporibus fuiſſe in Eccleſia B. Ambroſii ſicut varietate Ordinis diverſum ab invicem, ſic poſſeſſionibus & habitatione diviſum, nec patere potuit nobis unde alterum ſubjacere debeat alteri; ſed unumquodque propriis baſibus inniti videtur, quantum ad alterutrum pertinet. Ceterum ipſa Eccleſia in qua ſacrificio laudis jugiter honorandus eſt Deus, remanſit media, & communis, ita videlicet ut utrumque Collegium divina ibi officia diurnis, & nocturnis temporibus, ſed alternis vicibus ſoleat & debeat celebrare. Sed hinc materia ſcandalorum, & unde provenire debuerat æmulatio Dei, inde contentiones, & jurgia oriuntur, ſicut & nunc apparet ex eo quod habemus in manibus. In primo igitur Capitulo ubi de Miſſarum ſolemniis agitur: ſyndicis Canonicorum, nomine fratrum ſuorum, præcipimus, ne miſſarum ſuarum officia, in quibus præveniunt Monachos ex induſtria protrahant; ſed ſic ea tempeſtive incipere convenienter, & moderate agere, ac peragere ſtudeant ne ullum præſtent impedimentum monachis, officia ſua celebrare volentibus tempore opportuno. Videtur autem nobis opportunius eſſe tempus, ut quando circumſtantia Monaſteria ad Miſſam majorem conſueverunt ſigna ſua ſonare, tunc monachi ſancti Ambroſii ſua ſimiliter ſigna ſonare valeant, & eodem tempore cum aliis, qui ſunt ejuſdem Ordinis, Miſſarum ſolemnia celebrare: ita tamen, ut poſt Miſſam Canonicorum, antequam prædicta ſigna ſonentur, cantare ſuam Primam monachi poſſint. Porro de ſigno quod ſonatur ad Miſſam Ordinariorum, non videtur nobis ſtatuendam eſſe Monachis regulam generalem: ut ſemper ad Miſſam tunc valeant ſua ſigna ſonare. Quia plerumque ad alias Eccleſias vadunt Ordinarii, celebraturi divina officia; & tunc tempeſtivius ſigna ſua ſonantur. Similiter accidit in ſolemnibus diebus, cum Dominus Archiepiſcopus prædicaturus eſt populo Verbum Dei: & forſitan in aliis caſibus. Unde melius nobis viſum eſt, ut ex aliis Monaſteriis generaliter ſumant tempus & exempla ſonandi. Illud autem Apoſtoli meminerint omnes, ſufferentes invicem in dilectione; ut & Canonici ſolicite ſtudeant, urgente charitate, dare Monachis tempus, & locum ſuum; & Monachi debeant eos æquanimiter expectare. Et ita ſuper hoc Capitulo pronunciamus, ſtatuimus & decernimus, bona fide & ſine fraude ab utraque parte ſervari. Super alio Capitulo, quo poſtulant Monachi, ut tempore Quadrageſimali Primam tunc ſonare poſſint, quando Ordinarii faciunt ſonare ſuam: Syndicos Canonicorum abſolvimus, præſertim cum ante Primam ipſorum Ordinariorum Miſſa tantum, & non alia Prima, in Eccleſia majori cantatur: ſed alter in Eccleſia B. Ambroſii. Non tamen propter hoc occaſionem ſumant

Ca-

A *Canonici immoderatæ dilatandi officia ſua; ſed ita caute, modeſte, & temperanter agant in incboandis, & peragendis officiis ſuis, ut monachi valeant ſuam cantare Primam tempore competenti. Super tertio Capitulo quod pertinet ad officia Veſpertina: præcipimus Syndicis Canonicorum, nomine ſui Collegii, quatenus ita ſtudeant ſuas finire Veſperas, ut monachi tunc poſſint ſonare & celebrare ſuas quando circumſtantia monaſteria ſonant & celebrant. Super quarto Capitulo, quod eſt de apertura altaris: Canonicorum Syndicos ipſorum nomine condemnamus, ut in Pſalmis B. Ambroſii in Nativitate Domini, in feſtivitate B. Stephani, in Epiphania, & Reſurrectione Domini, in Penteconſte, & in Pſalmis SS. Gervaſii & Protaſii, Abbati & monachis altare faciant aperiri; ſalvo refectionis jure, quod pro eadem apertura ſibi competere Canonici dicunt. In reliquis autem prædictos Syndicos Canonicorum à petitione Abbatis, & Monachorum ſuper ejuſdem altaris apertione abſolvimus: quoniam conſuctudo aperiendi* B *Altare in memoratis ſolummodo feſtivitatibus ſufficienter & ſine contradictione probata eſt. Super quinto Capitulo, quod de tecto removendo proponitur: prædictos Canonicorum Syndicos condemnamus, quatenus faciant tectum illud ita deponi, ut feneſtra, quam tunc totam operit, ſpatio unius cubiti deſuper aperta remaneat; ut ex illa ſuperiori parte lumen libere in Eccleſiam veniat. Super ſexto Capitulo, quod eſt de arboribus incidendis: condemnamus præfatos Syndicos, ut arborem illam amoveant, quæ eſt oppoſita medianæ feneſtræ, quatenus eminet ſuper ipſam ut per eandem feneſtram, lumen libere ingrediatur. De reliquis vero arboribus, quæ ſunt in aliis locis, Syndicos ipſos abſolvimus. Super ſeptimo Capitulo, quod eſt de Crucibus deferendis, vel exhibendis: quod ad primam pertinet ejuſdem Capituli partem, nihil aliud dicimus, quam ut ſervetur ſententia quam tulerunt Abbas S. Petri de Landa & Præpoſitus Bergamenſis, quemadmodum continetur in autentico ſcripto ejuſdem ſententiæ,* C *& in ſcripto confirmationis domini Papæ. Super alia vero parte Capituli, videlicet ut Canonici faciant exhiberi Cruces monachis, quando abſque Canonicis invitantur ad exequias mortuorum, vel quando ipſi monachi ſepeliunt mortuos ſuos: Canonicorum Syndicos condemnamus, ut in ſupradictis caſibus Cruces illas faciant monachis exhiberi, niſi forte per ſuos miniſtros Canonici Cruces ipſius tunc deferri voluerint. Hoc autem ideo dicimus, quia non conſueverunt eſſe in Eccleſia illa aliæ Cruces, quibus vel Monachi, vel Canonici utuntur in exequiis mortuorum: & Monachos ſæpiſſime in hujuſmodi uſos fuiſſe Crucibus illis, ſufficienter probatum eſt. Super octavo Capitulo, quod eſt de Eccleſia exornanda: Canonicos & Syndicos eorum abſolvimus quia non conſtitit nobis ornationem illam totiens factam, ut conſuetudinem inducere videretur, aut debere inſtitutio inde antiquitus facta præſumi: cæterum ad ea, quæ non fiunt, jura non aptantur. Super nono Capitulo, quo poſtulant Monachi, ut in fe-* D *ſtivitate B. Satyri Canonici debeant Officiis intereſſe, ſententia Abbatis S. Petri de Landa & Præpoſiti Bergomenſis ſervetur & teneat. Idem dicimus in Capitulo decimo, quod ab Abbate, & Monachis de ornando pulpito propoſitum eſt. Et ita ſententiam noſtram in hoc litium decaaerto claudimus: ſuadentes Patribus, ut convenientes in unum jam deſinant eſſe partes, & illum potius denarium unanimiter quærere ſtudeant, qui promittitur laborantibus in vinea Domini, & ſolis pacificis, qui ſoli ſunt Dei filii, reſervatur.*

Data eſt hæc ſententia Mediolani anno Dom. Incarn. 1201. Indict. 5. octavo Kalendas Decembris. Interfuerunt teſtes, magiſter Stephanus Caſalenſis Præpoſitus presbiter Beatus de ſancto Salvatore, magiſter Martinus lector, Robaldus de Caſali, Paſſaguerra, Vuillelmus Calzagrixa, Conradus Juden, Baldizonus Stampa, Suzo Hortachinz, Martinus Bandut, Secundus Bixatus, Leorengus de Ruzolio, Roglerius de Sertano, Vuillelmus de Melegnanis, magiſter Milo Canonicus Vercellenſis & Magiſter Jacobus Præpoſitus Bugellenſis, qui erant cum prædicto domino Epiſcopo Vercellenſi.

Petrus Locedienſis Abbas noſtri Alberti Vercellenſis Epiſcopi collega, deinde crucem militiæ ſacræ teſſeram ſumpſit, & electioni Balduini Comitis Flandriæ, & Orientis Imperatoris, capta Conſtantinopoli, unus ex duodecim electoribus interfuit anno 1204. quo quidem anno Albertus è Vercellenſi Eccleſia ad Patriarchatum Hieroſolymitanum tranſlatus eſt. Adeo enim ſanctimonia vitæ, doctrinaque inclytus fuit, ut quamvis abſens ſuæque Vercellenſis Eccleſiæ, aliorumque Longobardiæ occupatus negotiis, ex communi conſenſu Patriarcha Hieroſolymitanus ſalutaretur, cum prius idem onus, defuncto Monacho Patriarcha, Soffredus S. Praxedis presbyter Cardinalis, qui in Syria fungebatur legatione, ſubire noluiſſet. Igitur Innocentius III. Pontifex adeo ſublecto Alberto non modo refragatus non eſt, licet ei neceſſarius eſſet in partibus Lombardiæ, ut eundem etiam ad eam ſedem capeſſendam ſpeciali epiſtola ſit adhortatus, quam ad communem ſtudioſorum antiquitatis utilitatem protulit in ſuis notis ad epiſtolas ejuſdem Innocentii Franciſcus Boſquetus optime de literis benemeritus. Paruit vero Albertus adhortanti Pontifici, & humiliter acquieſcens, ad Apoſtolicam ſedem acceſſit, & in Patriarcham promotus, non ſolum pallii ornamentum accepit, verum & officium legationis promeruit, per quadriennium in ſua Provincia exercendum, Genuamque profectus inde in Syriam navigavit. Extat etiam Innocentii epiſtola Regeſt. Vatic. numero 100. lib. 8. ad cunctos Archiepiſcopos, & Epiſcopos, Abbates, & Priores, omneſque Chriſti fideles tam indigenas quam peregrinos in Hieroſolymitana provincia conſtitutos, ubi ſe ex communi fratrum conſilio venerabilem Hieroſolimitanum Patriarcham Vercellenſem olim Epiſcopum, quem plurimum commendat, mittere ait, illi ad quadriennium in Provincia legationis munus injungendum duxerat. Quapropter omnes eum dimiſſe, atque honorifice ſicut ſe ipſum excipere jubet. Datum 16. Kal. Julii anno 1205. eidemque præterea conceſſit, ut quibuſcumque abſolutionis munus impartiatur; & ii, qui ex Italia cum eo erant, ſuis fruerentur præbendis: & in quibuſvis Provinciis, ſine ſcandalo tamen, & aliorum præjudicio, pallio utatur, & per certa tempora excuſaretur à Liminum Apoſtolorum viſitatione, aliaque complura privilegia accepit. Octo & amplius annos in Syriam profectus Hieroſolymitanam Eccleſiam rexit & cum plurima edidiſſet eximiæ ſanctitatis exempla, fratribuſque montis Carmeli Regulam ſcripſiſſet, cum palma martyrii evolavit ad ſuperos anno 1214. ipſa die Exaltationis S. Crucis, in Acconenſi civitate, cujus geſta in Vercellenſis Eccleſiæ monumentis rudi ſtylo ſcripta, reperta, atque in Catalogo à Ferrerio relata, hic nos etiam ſubjicienda curavimus ad veritatem hiſtoriæ indagandam.

XVII Kal. Octobris M.CC.XIV. Ind. 2. preſenti die de carnis ergaſtulo egreſſus eſt felicis mem. venerabilis pater & dominus Albertus Hieroſolymitanus Patriarcha, hujus Eccleſiæ quondam Epiſcopus, Deo, & hominibus dilectus, cujus ſuavitatis memoriam eructare, licet minus idonei, & inſufficientes ſimus, ne tamen viri tanti claritudo per taciturnitatis deſidiam generationi venturæ in oblivionem deveniat, pauca de vita, & moribus, actibus, & fine glorioſo ipſius ſummatim perſtricta, huic paginæ duximus inſerenda. Fuit igitur vir Domini memoratus de caſtro Gualterii Parmenſis diœceſis, nobili proſapia ortus, qui ab ineuntis ætatis ſuæ primordiis, literali militiæ mancipatus, in liberalibus diſciplinis, & humanarum legum ſcientia, coevos ſuos brevi tempore anteceſſit. Cæterum ne inquinaretur à pice ſi tangeret eam, valefacto mundo & pompis ejus, ad Eccleſiam Mortarienſem tamquam ad ſalutis portum cum parentibus confugit, ubi, cum jam regularibus diſciplinis,

divinæ legis intelligentia non modicus fuiſſet inſtructus, atque in priorem ipſius Eccleſiæ electus, ne lucerna ejus amplius ſub modio tegeretur, ſed in domo Domini ſuper candelabrum exaltata ceteros illuſtraret, de ipſo Prioratu ad regimen Bobienſis Epiſcopatus fuit violenter adductus; inde paucis evolutis annis, antequam conſecrationis munus reciperet, cum ingenti alacritate Cleri & populi poſtulatus eſt in Epiſcopum Eccleſiæ Vercellen. quam per viginti fere annorum curricula viriliter gubernans tam ſpiritualium quam temporalium profectu, eandem mirabiliter augmentavit. Cum enim eſſet humilis in habitu, parcus in victu, corpore caſtiſſimus, in eleemoſynis largus, in officio divino aſſiduus, in prædicatione facundiſſimus, Clericorum, & laicorum mores verbo, & exemplo miro modo compoſuit, & ad frugem melioris vitæ adduxit, cumque ſenſu profundus eſſet, conſilio providus, ſermone ſplendidiſſimus, conſtans in actu & in utroque jure peritus, à grandi alieno ære ipſam Eccleſiam quantocyus liberavit, poſſeſſiones auxit, ædificia conſtruxit, & jura illibata defendit, inter Sacroſanctam Romanam Eccleſiam, & Imperium fideliſſimus extitit mediator, unde tam ſummus Pontifex, quam Imperator privilegio amoris ipſum ſuper alios Epiſcopos diligebant, præſertim illuſtris Imperator Henricus filius inviđiſſimi Ceſaris, cujus gratiam, devotionis obſequiis in tantum promeruit, ut nobiliſſimum Caſtrum Verruchæ hujus Eccleſiæ, quod tenebat ſibi liberaliter reſtitueret, & ſinceram ejus devotionem magnis, & ſpecioſis muneribus munificentia imperiali donaret. Verum cum fulgor, quod exit ab Occidente, & paret uſq; in Orientem, tanti viri gloriam conſtitueret in excelſo ab Orientali Clero, & populo in Hieroſolymitanum Patriarcham fuit unanimiter poſtulatus, & per dominum Papam Innocentium tertium, ut illo iret coactus, ubi dum per octo annos tam ſancte & laudabiliter vixiſſet ut non ſolum à Chriſtianis, qui eum tamquam patrem ſanctiſſimum diligebant, verum etiam à Saracenis, & Paganis in reverentia magna, & veneratione haberetur, diabolicus quidam vir de loco Calunii Eporedien. diœceſis, quem idem pater de ſuis exceſſibus corrigebat, eundem venerabilem virum Pontificalibus indutum, & in hac die glorioſa Exaltationis ſanctæ Crucis in Eccleſia ſanctæ Crucis civitatis Acconen. proceſſionem cum clero ſolemniter agentem cultello petiit & occidit, & ſic glorioſus Pater per martyrii palmam ex hac vita migravit, prius enim hujus Eccleſiæ quondam ſponſæ ſuæ memor, pretioſis eam donariis honoravit, videlicet candidis ſericis paramentis ad indumenta pontificalia facienda, ſcilicet Planetam, Pluviale, Dalmaticam, Tunicellam. Item cathedra deaurata ad uſum Epiſcopi. Inſuper duobus Urceolis cryſtallinis auro, argentoque decoratis, & Bacilla cum urceolo magno, & baculis de Cryſtallo ornatis ad uſum cantorum. Hactenus Acta Alberti. Marinus Sanutus Torſellus ſecretorum fidelium Crucis lib. 3. p. 11. cap. 5. ait anno 1214. Albertus Patriarcha Hieroſolymitanus in proceſſione mortuus eſt; cui ſucceſſit Rodulphus. De Alberto ſcripſerunt Eccleſ. Annal. Baronii continuator, & omnigenæ hiſtoriæ Eccleſiaſticæ eximie peritus noſter Odericus Raynaldus tom. 13. Bzovius tom. 13. aliique præter omnes Carmelitæ Hiſtorici, ſed certe ii Carmelitæ præſertim Petrus Saracenus in Menologio Carmelitarum, & M. Antonius Alegre de Caſanate in ſuo Paradiſo Carmelici decoris, nuper à Rom. ſacra Congregatione, Indicis ſuſpenſo, portentoſam de eo narratione inſtituerunt. Habent ex ſententia Auberti Mirei viri alioqnin doctiſſimi Albertum Gallum fuiſſe ex Ambianenſi civitate oriundum, Petri Eremitæ, qui Urbano II. Pontifice belli ſacri extit auctor, nepotem, Bethleemiticum, & Acconenſem Epiſcopum Apoſtolicum in Syria Legatum, & tandem Patriarcham Hieroſolymitanum, Lateranenſi Concilio interfuiſſe, Regulam Carmelitis præſcripſiſſe, quam Carmelitæ ſervant, poſt illam à Joanne Hieroſolymitano 44. Patriarcha olim ſcri-

A ptam, (hanc Joannis regulam commentitiam, & à Carmelitis adinventam ſcripſit Baronius) à Barbaris occiſum dum ad ægrotos Dominicum corpus deferret, ſepultum Hieroſolymis floruiſſe Gregorii IX. temporibus an. 1234. Saracenus vero in pace quieviſſe 8. Aprilis 1213. refert. Porro ex iis quæ ex epiſtolis Innocentii, aliiſque veris monumentis ſupra diximus, colliget quiſque prudens lector, quam diverſus fuerit noſter hic Albertus Hieroſolymitanus Patriarcha: fuit hic Italus patria, Canonicus Regularis, Epiſcopus Bobienſis primum electus, inde Vercellenſis Epiſcopus poſt vigeſimum ſui Epiſcopatus annum virtute, ſanctimonia vitæ, & rebus per Italiam geſtis clariſſimus anno 1204. per obitum Monachi, & onus ſubire renuente Soffredo Cardinali S. Praxedis, Patriarcha Hieroſolymitanus abſens electus, ab Innocentio III. confirmatus, invitus eam Eccleſiam regendam ſuſcepit, Apoſtolicuſque Legatus in Syriam profectus eſt; Carmelitis certam vivendi normam
B ſcripſit, poſt octavum annum exactum, nonum attigerat, ſolveratque ex Italia an. 1205. Accone in Eccleſia S. Crucis à quodam ſicario Italo interfectus, martyrii palmam aſſecutus, ibidem ſepultus eſt anno 1214. ante Lateranenſe Concilium, cui intereſſe non potuit ab Innocentio per literas invitatus. Celebratum enim fuit Concilinm an. 1215. 3. Id. Novemb. inchoatum ut cum Veſpagenſi, Stadenſi, Gotifredo, pluribuſque aliis conſentit Eccl. Annaliſta Odoricus Raynaldus. Albertus Bethleemiticus Epiſcopus quem cum noſtro Vercellenſi confundunt, Petri Eremitæ nepos, clarus fuit in Lateranenſi Concilio ſub Alexandro III. anno 1179. De quo mentio anno 1186. in donatione Ubaldi Piſani Archiepiſcopi, quam fecit Bethleemitanis Canonicis, de Eccleſia S. Mariæ prope Piſas; ſucceſſorem habuit Petrum in partibus tranſmarinis Apoſtolicæ Sedis Legatum, unum ex duodecim viris (teſte Guntero apud Caniſium) qui Baldninum Flandrenſem Comitem, Conſtan-
C tinopolitanum Imp. elegerunt anno 1204. Ejuſdem Petri mentio habetur an. 1205. menſe Septembri & ſequenti an. Acconenſis Eccleſiæ Epiſcopus tunc erat Tedaldus ſucceſſor Jorſii in Concilio Lateranenſi anno 1179. noti, inde Tyrenſis Archiepiſcopi Guilielmi Belli ſacri ſcriptoris ſucceſſoris: Tedaldus ſucceſſorem excepit] Gualterum. Albertus vero noſter per obitum Monachi (hoc illi nomen erat) ex Vercellenſi Epiſcopo Hieroſolymitanus evaſit Patriarcha, Monachus natione Etruſcus, patria Florentinus, ex Canonico olim Cæſarienſis Archiepiſcopus creatus circa an. 1180. defuncto deinde Heraclio Patriarcha anno 1190. ad Hieroſolymitanam Eccleſiam eſt translatus. Monachi meminit Innocentius in epiſtola ad Albertum Vercellenſem ſucceſſorem, Joan. Villanus in hiſt. qui habet, hunc Monachum dono dediſſe Eccleſiæ Florentinæ brachium S. Philippi Apoſtoli, quod hactenus magna populorum devotione in ea aſſervatur. De Monacho fortaſſe alibi plura in no-
D ſtro Hieroſolymitanorum Patriarcharum Cathalogo, quem in libello noſtro Orientalium Epiſcoporum concinnavimus. Hic etiam lectorem meum monitum volo, Toreuma illud Alberti Patriarchæ, quod ſuo in Menologio Carmelitarum incidi fecit idem Petrus Thomas Saracenus, aſſeruitque id aliquando dono datum Joanni Carmelitæ Antuerpienſi à Rege Hiſpaniarum Philippo II. commentitium, & adinventum videtur, & veritati minime accomodatum: non enim illis temporibus uſu venerat, ut in numiſmatibus, Præſulumque ſacrorum ſignis gentilitia ſtemmata apponerentur. Habeo apud me aliqua ejus ævi Orientalium Epiſcoporum pinmbea ſigna, rudi & incnlto ſtylo expreſſa, ubi vel imago Epiſcopi, vel Patroni Eccleſiæ una cum nomine ejuſdem tantum videtur. Extat in Achivio Januenſis Eccleſiæ Alberti hujus Patriarchę documētum plumbeo ejus ſigno, alteroque Gualteri Epiſcopi Acconenſis obſignatum. Datum Accone anno

1212. Cujus exemplar cum mihi Romam miſiſſet Auguſtinus Calcagninus eruditus Canonicus Jauenſis, rei vetuſtate allectus, amicum rogavi, ut ex cera Alberti Gualterique ſigna ad amuſſim expreſſa mihi tranſmitteret, quod ille ſumma diligentia, ſuaque humanitate egit, meamque opplevit curioſitatem. Signum vidi & in eo ſanctam Reſurre-

A ctionem Eccleſiæ Hieroſolymit. vetuſtum ſymbolum, & Alberti nomen exoſculatus, illud incidi feci & hic apponi curavi, ut ex eo videat lector qua fide, qua veritate ea protulerit Saracenus ad finem uſque de noſtro Vercellenſi Alberto Hieroſolymitano Patriarcha.



Porro documentum Alberti Patriarchæ & Gualteri Acconenſis Epiſcopi eorum quidem ſignis firmatum continet latam ſententiam circa aliqua, quæ inter commune Januenſium, ac Piſanorum tunc agebatur Accone, & eſt ſequentis tenoris.

Albertus Dei gratia Patriarcha Jeroſolymitanus, Gualterus Epiſcopus Acconenſis, & Andreas Vicecomes Venetorum in perpetuum.

Cum inter Simonem Rufferium Vicecomitem Januenſium in Accon nomine ſui communis, & Bonacurtium Anſelmeti Conſulem Piſanorum in Accon. nomine ſimiliter ſui communis controverſia verteretur ſuper Burgeſia Agnetis Gaſtaldi, quam prædictus Vicecomes dicebat ad commune Januæ pertinere ratione domus quam in Ruga S. Laurentii tenebat ad cenſum à dicto communi. Præfatus vero Bonacurtius dicebat commune Januæ nihil poſſe petere à jam dicta Agnete præter ſolum cenſum, quem in ipſa domo habebat, nec aliud in ipſa domo à longiſſimis retro temporibus habuiſſe. Placuit utrique parti committere nobis cauſam ipſam noſtro judicio terminandam. Poſtea vero cum de compoſitione inter eos concorditer, & amicabiliter facienda cum utraque parte tractatum frequenter habuiſſemus, de unanimi ipſarum partium conſenſu in hunc modum fuit pacifice controverſia iſta ſopita. Videlicet quod prædictus Vicecomes cum juratis curiæ ſuę nomine ſui communis remiſit omnem offenſam, & jura quæ habere poterat adverſus prædictam Agnetem pro eo quod vocata ab ipſo Vicecomite noluerat venire ad eum, & quia vendiderat partem domus ſuæ ſine licentia ipſius Vicecomitis, & juratorum ſuorum, ſicut dicebat, venditionem vero prædictæ domus confirmavit Lucenſi uxori q. Bartholomæi de Dominis, ut eam de conceſſione ſua habere debeat ipſa Lucenſis ſub cenſu dimidii Biſantii prædicto Vicecomiti ſingulis annis præſtando. Reſiduo vero cenſu integraliter à prædicta Agnete ſolvendo, ita ſcilicet ut cenſus n. biſan. qui ex domo quę ſibi communis eſt, & filius Uberti de Maria conſanguineis ſuis debetur, computato prædicto dimidio biſan. compleatur. Ipſæ vero Agnes, & Lucenſis pro memoratis domibus ſuis præfato Vicecomiti & ſuæ Curiæ de Burgeſia, ſicut cæteri Burgenſes, de cętero reſpondebunt. Præterea ipſe Vicecomes & jurati ſuæ Curię juraverunt, quod bona fide, & ſine fraude tractabunt eas in cauſis, & negotiis qui coram eis fuerint habituræ, ſervantes eis juſtitiam ſuam juxta conſuetudinem curiæ ſuæ, nec aliquid fraudulenter machinabuntur in detrimentum juris earum. Si tamen aliquod privilegium de libertate domorum iſtarum, non obſtante iſta conventione, vires ſuas obtineant, quas debent habere. Facta eſt hæc compoſitio à prædicto Bonacurtio Conſule Piſanorum de aſſenſu Simonis Chimicoſi, & Burgundii de Bandino, & Sanuti, & Loterii Bubei, ac Morouei, & aliorum Piſanorum. Item ex alia parte facta eſt à prædicto Simone Vicecomite de aſſenſu Jacobi Mallonis & Othonis de Inſuſis Conſulum Januenſium, & Marini de Bulgaro,

B *& Guillelmi Buſcæ, ac Rubaldi de caſtello, & aliorum Januenſium, ii ſunt jurati curiæ Januenſis, qui prædictum juramentum fecerunt, magiſter Otho Fulcherius, Jacobus de Angla, Obertus Aſtalibeta, Jacobus de Roduan. Ut autem hæc perpetuæ memoriæ obtineat firmamentum, nos Patriarcha & Epiſcopus huic paginæ fecimus noſtras plumbeas bullas apponi, & ego Andreas Vicecomes eandem ſigillo meo cera impreſſo muniri.*

Datum Accon. in Palatio Epiſcopali anno Incarnationis Domini MCCXII. II. Idus Aprilis, indictione XV.

Sigillum Andreæ Vicecomitis pene exeſum, quid contineat non apparet: alterum verum Gualteri Acconenſis Epiſcopi ex plumbo ex una parte Acconenſis Eccleſiæ ſymbolum, in altera ejuſdem Epiſcopi imago, & nomen videtur. Cæterum ſcripſiſſe Albertum de ſitu, & ſtatu Terræ ſanctæ non contemnendos commentarios ſcribit Syxtus Senenſis in ſua Bibliotheca tom. p. lib. 3. ſed male refert
C Patriarcham floruiſſe anno 1190. ut ſupra vidimus.

65 LOTHARIUS Roſatius a Cremonenſis ab eodem Innocentio III. Alberto ſubrogatus eſt anno 1205. ad quem idem Pontifex anno 11. ſui Pontificatus literas dedit, illum docens, qua via, quo jure in devios ſibi ſubjectos juridicam ferret cenſuram. Juſſus ab eodem Pontifice Eccleſiam Albingaun. viſitavit cum Hipporegienſi Epiſcopo Petro, qui poſtea fuit Patriarcha Antioch. Abbateque de Tileto Ord. Ciſtercien. qui deinde factus Novarien. Epiſcopus evaſit ad purpuram. Tranſlatus deinde eſt Lotharius ad Piſanam Eccleſiam, ſucceſſitque deinde Hieroſolymitanæ Eccleſiæ Alberto anteceſſori ſuo ann. 1215. interfuitque Lateran. Concilio ſub Innoc. III. In noſtro 3. tomo de Archiep. Piſanis male dicitur ann. 1216. errore irrepto. Obiit Lotharius anno 1227. cui ſucceſſit Gerardus Gallus olim Abbas Moliſmenſis tunc Epiſcopus Valentinus. („ *Ad Vercellenſem Epiſcop. extant in* LXV
D „ *corpore juris Innocentii III. literæ cap.* qualiter,
„ & quando de judiciis. *Item c.* 27. de Præbend. &
„ dignit. C. 23. & 26. de Decimis. *Item* c. dilectus
„ de Sponſal. & c. qualiter de Accuſationibus.)

a De quo Ariſius in Cremona. liter. tom. 1. p. 100.

66 ALIPRANDUS Vercellen. Epiſc. adlectus eſt ann. 1208. Hic Othonem IV. Imp. in Italiam advenientem, honoris cauſa obvius excepit, Romamque proficiſcentem ad auguſtioris profectionis pompam eſt comitatus ab eodem Archicancell. effectus. Inde ab Innoc. III. Inſubrica legatione cohoneſtatus, ad Eccl. Mediol. poſtulatus, ad quam evaſit ex Innocentii placito Henricus Septala. Fato ceſſit 1213. 6. Kal. Octob. ex veteri Calend. Vercel. Eccleſiæ. LXVI

67 GUILLELMUS Aliprando ſucceſſit ann. 1213. eodemque anno vel paulo poſt diſceſſit, quo tempore floruit Franciſcus Ranzus Vercel. juris doctor famoſiſſimus. LXVII.

UGO



LXVIII. 68 UGO de Seſſa nobilis Rhegienſis Gerardi Epiſcopi Card. Albanen. germanus frater ad Vercellenſem Eccl. promotus eſt ann. 1214. eodemque anno Prætori Vercellen. Tridinii feudum attribuit, ex conſenſu Canonicorum S. Euſebii, ac S. Mariæ, perque idem tempus, ab utraque parte declaratus compromiſſarius, quaſdam propemodum inextricabiles lites inter Guilielmum Montis Ferrati Marchionem, ac Vercellenſem publicam rem feliciter omnino diremit. Anno vero 1216. qui Honorii III. Pontificatus primus fuit, ab eodem Pontif. confirmationem omnium privileg. tutelamque Vercellen. Eccl. promeruit. Nova ſalubriaque condidit ſtatuta, ut Canonicos Eccleſiaſtica cultos diſciplina contineret an. 1218. Annoque inſecuto Eccl. S. Andreæ Vercell. prima fundamenta fertur jeciſſe. Æſtuantes inter duo capitula diſcordias compoſuit an. 1224 Moniales Ciſtercien. è Briona in Eccl. S. Joannis Varolæ tranſtulit. Eidem Ugoni ſcribit Honorius III. an. 10. ſui pontificatus, qui fuit ſalutis 1225. ut nigros Monachos Benedictinos de Monaſterio S. Petri in cœlo aureo Papien. amoveat, & Canonic. Regul. Mortarienſes inibi introducat. Dat. Later. 5. Id. Sept. ex Reg. Vatic. ep. 4. fol. 84. Decretiſque aſſenſus eſt Guala Bichienus Card. Presb. tit. S. Martini in Montibus, Legatuſque Apoſtolicus. Deceſſit Ugo propria virtute Gerardi Card. fratris æmulator an. 1235. 2. Non. Novemb. De cujus morte in antiquis tabulis Vercellenſis Eccleſiæ hæc carmina notantur ad ejus ſepulchrum inciſa.

Hic jacet in tumulo Præſul clariſſimus Ugo
Urbis Reginæ, cujus origo fuit.
Caſtrum de Seſſo cognomina præbuit illi.
Egregia ſobole tranſit, & iſte genus,
Euſebii ſancti defendit jura potenter,
Quod nil deperiit, dum ſibi vita fuit.
Eccleſiæque ſtatus per eum ſtetit inviolatus,
Et ſine læſura defendit ſingula jura.
Atria conſtruxit, quibus eſt depicta vaſallos
Signans, qui debent in cunctis eſſe fideles.
Dapſilis ad dandum fuit ejus, aptaque dextra;
Et ſuper afflictos pia ſemper viſcera geſtans.
Fecit in urbe domos, Eccleſias, fecit & extra,
Inſuper & populum ſacro ſermone replevit.
Hujus Eccleſiæ per eum poſſeſſio crevit,
Proventu cujus locus hic ſemper veneretur.
Cunctis ſcripturis in tantum ſplenduit Ugo,
Qui fuit eximius doctor, lux maxima cleri.
Rexit & iſte probus bis denis; atque duobus
Annis, collatum Vercellæ Pontificatum;
Mundo Martha fuit D. ſcilicet Virgo Maria,
Parcat ei pater, & flamen, patriſque Sophia.
Ergo per has cauſas Paradiſum jure meretur,
Vivat, & in Chriſto præclara luce fruatur.

LXIX 69 JACOBUS Carnarius de Violardis nobilis Vercellen ex Canonico S. Mariæ, Præpoſitoque S. Euſebii, Vercellen. Epiſc. adlectus eſt 1235. Quam ille Eccl. ob defenſionem Eccleſiaſticæ libertatis multa paſſus ſatis ſtrenue adminiſtravit. Hic B. Jordanum Ord. Præd. Generalem eximie dilexit, ejuſdemque Ord. Fratres in urbe recepit, itemque Eremitanos Fratres, Minoreſque amplexus in eandem A introduxit ad oblectamentum Vercellen. & ſalutem. In oppido S. Agathæ diem poſtremam clauſit 1241. die 15. menſ. Febr. vacavitque ea ſedes uſque ad annum 1243 In quo interregno, ut laboranti ſub impio Federico II. Rom. Eccl. ſuccurreretur, ex Innoc. IV. mandato, Gregorius de Monte longo, Legatuſque aliquot bona, cum futuro aſſenſu ſeligendi Epiſc. divendidit, eoſdem pios ſumptus Vercellenſi civitate, territorioque juvante.

70 MARTINUS de Advocatis ex D. Querengnæ, civis Vercellen. patriæ Epiſcopus renunciatus eſt 1243. Sequenti anno Synodum celebravit. Interfuitq; Concilio Lugdun. ſub Innocentio IV. ſedit 24 annos cum laude prudentiæ, exceſſitque è vivis 1286 ſepultuſque eſt prope anteceſſorem Ugonem. ſepulchro his affixis carminibus, in codice citato in Ugone relatis: quibus ejus geſta recenſentur. LXX

Præſul Martinus Vercellis incathedratus,
Advocatorum generoſo ſanguine natus,
Moribus, & variis virtutibus irradiatus;
B *Obſequiis ſacris ſtudioſus invigilatus,*
Compatiebatur miſeris, viduis, & egenis.
At contra pravos dignis arcebat habenis;
Eccleſiam digne rexit ſua jura tenendo,
Ut prudens Paſtor Clerum populumque fovendo.
Cumque diu Cæſar Federicus iniquus inique
Eccleſiæ juris dirus prædator ubique,
Verucæ caſtrum, Bagellæ mœnia clara
Surripuiſſet, ea Præſul, prob præmia cara,
Ingenio, cura vigili, multoque labore
Eccleſiam ſolito lætari fecit honore;
Demum redditibus partis decoravit eamdem,
Debita naturæ juſſus perſolvere tandem,
Quem Pater, & Natus, quē ſacrum denique flamen
In grege juſtorum locet: omnis concinat. Amen.
Audiat ergo piæ mitiſſima Virgo Maria
Præſulis egregii vota, preceſque pii,
Hæc quem laudavit dum viveret, ac decoravit,
Ipſam digna coli, ducat in alta poli.
MCCLXVIII de menſe Julii obiit
C *D. Martinus Epiſc. Vercellen.*

71 AYMONEM Avogadrum Vercellenſem, vel ex D. Challanchi in valle Auguſtana Epiſc Auguſtanum Greg. X. tranſtulit ad hanc Eccleſiam an. 1272. die 12. Kal. Januarii poſt 4 annorum interregnum & controverſiam capituli, cum una pars Jacobum de Tonengo Canonic. Vercellen. alia Raynerium de Advocatis elexiſſet, quorum electionem Gregorius contra ſacros canones factam fuiſſe declaravit, ac de plenitudine poteſtatis Aymonem tranſtulit, ut habetur in Reg. Vatic E. 41. f. 88. ann. 2. Lugdunen. Concilio interfuit ſub eodem Pontif. 1274. In favorem ſibi concreditæ Eccl. vetera ſtabilivit ſtatuta, nova procudit 1276. Inter duo diſcordantia capitula fœdera pacis percuſſit 1287. Provinciali Mediolanenſi Concilio interfuit, ab Othone Archiepiſcopo agitato, ubi inter ipſum & Brixienſem Epiſcopum dignationis grave certamen interceſſit. Fratres Carmelitas Vercellis introduxit. Ipſe etiam anno 1288. Vercellenſem Synodum ce- LXXI
D lebravit, condidit teſtamentum an. 1299. Deceſſitque 1303.

72 RAYNERIUS de Advocatis Vercellenſis, ipſe idem forſan, quem ſupra diximus electum, ſed non confirmatum fuiſſe, ad Epiſcopalem patriæ dignitatem gradatim aſcendit: primum enim Clericus, poſtea Cantor, tum & Præpoſitus, demum Archidiaconus Cathedralis fuit, poſtulanteque Mediolanenſi Archiepiſcopo, à Populo Cleroque Vercellenſi ad patriæ ſedem ſubvectus eſt: cujus electionis cum per certos oratores Pontificem certiores feciſſent, repererunt ſibi eam electionem reſervaſſe Pontificem, quamobrem verſi ad preces orabant, ut jam facta electio Pontificio placito confirmaretur. Supplicantibus ea conditione annuit Pontifex, ut priori irrita declarata, per novam Pontificiam Raynerius intelligeretur creatus Epiſcopus. Id vero accidit anno 1303. 5. Idus Auguſti, ut in Reg. Vatic. E. 200. f. 358. ann. 9. Cæterum Ray- LXXII.

nerius adeo ſibi demandati muneris partes implevit, ut omnium votis cumulatiſſime reſpondiſſe videretur. Eluxit autem præcipue ejus conſtantia, Religioque, cum ſuccinctus armis Dulcinianam teterrimam ſectam, illorum pleriſque, vel occiſis, vel per Pontificem Clementem V. flammis exuſtis, profligavit anno 1307. die 23. menſis Martii. In ea enim expeditione theſauros propemodum effudit Raynerius. Clemens V. ut ejus indemnitati conſuleret, per gratioſum diploma poteſtatem eidem fecit in viſitationibus Eccleſiarum certam pecuniæ ſummam exigendi; eademque die altero gratioſo diplomate ab omnibus penſionibus, Romanæ ſedi perſolvi ſolitis, quoad vixiſſet, illum exemit, tertio vero diplomate eadem die procuſo, eidem jus fecit conferendi Canonicatus, dignitates, aliaque, ut vocant, ſimplicia ſacerdotia Eccleſiarum Cathedralium, Collegiatarum, Parochialium in Vercellen. Novarien. Aſtenſi, Hipporedienſi, Taurinenſi, ac Modetienſi diœceſibus. Diplomata ſunt, quæ ſequuntur, quæ abunde teſtantur apud Clementem V. quanti fuerit memoratus digniſſimus Præſul.

Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerabili fratri Raynerio Epiſcopo Vercellenſi ſalutem & Apoſtol. Benedictionem.

Conſiderantes magnæ devotionis affectum, & tuorum excellentiam meritorum, quibus te amabilem apud Apoſt. Sedem ob tuorum exhibitionem operum reddiſti diligentius arbitrantes, nec non æſtimantes damna rerum, & debita, quæ tu, & Eccleſia tua Vercellenſ. pro exterminatione iniquitatis filii, ac damnatæ memoriæ Dulcini, & ſectæ ejus, qui in partibus illis hæreſim erexerant incurriſtis, ac propterea volentes tuis, & ejuſdem Eccleſiæ læſionibus de alicujus opportuno conſolationis remedio benignius providere, tuis devotis ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ, ut pro hujuſmodi reparandis damnis, & jacturis illatis, ac pro debitis exinde contractis levius ſupportandis, poſſis quoad vixeris Eccleſias, & monaſteria, & loca Eccleſiaſtica, & perſonas tuarum civitatis, & diœceſis prout tibi competit, & anteceſſoribus tuis competiit ab antiquo quoties tempus viſitationis ingruerit per aliquam, ſeu aliquas perſonas id confeceris, viſitare, ac procurationes moderatas ratione hujuſmodi viſitationis tibi debitas in pecunia numerata recipere, & ab Eccleſiis, & Monaſteriis, locis, & perſonis ejuſdem taliter viſitatis auctoritate præſentium indulgemus non obſtantibus quibuslibet conſtitutionibus, & conſuetudinibus, vel ſtatutis contrariis, ſeu privilegiis, & indultis Apoſtolicis quibuſcumque conceſſis, de quibus, eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum oporteret in noſtris litteris fieri mentionem, & per quæ præſentibus non expreſſam, vel taliter non inſertam effectus hujuſmodi gratiæ impediri valeat, vel quomodolibet differri; nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Pictavii 4. Nonas Julii Pontiff. noſtri an. 2.

Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerabili fratri Raynerio Epiſcopo Vercellenſi ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cum ſicut aſſeris, & fide dignarum teſtimonio accepimus perſonarum, exorta dudum, & jam Domino adjuvante extincta perſecutione per deteſtabiles Dulcinum, & ſectam ejus in diœceſi Vercellen. & partibus ipſis diſcrimen in patrimonialibus, & ejuſdem Eccleſiæ bonis, tam ſtabilibus, quam mobilibus, caſtris, & villis irrecuperabilem læſionem ſub . . . . jacturam non abſque multorum ejuſdem Eccleſię vaſſallorum periculo perſonarum, ac proinde magna debita noſcamus contraxiſſe propter quæ tu, & Eccleſia ipſa in facultatibus non modicum diminuti conſueta onera ſupportare non poſſitis, vel poteſtis, nec ad eorundem reparationem damnorum & debitorum, & ſolutionem faciliter reſpirare. Nos ob id, ut tibi, & eidem Eccleſiæ in hac parte utilius conſulatur, volentes te, & Eccleſiam ipſam de alicujus conſolationis ſolatio relevare, te à quibuslibet Pontificalibus collectis, contributionibus, & procurationibus legatorum Apoſtolicæ ſedis auctoritate tibi, & ipſi Eccleſiæ impoſitis, aut etiam in poſterum imponendis quoad vixeris, Apoſtolica auctoritate eximimus, atque abſolutionis de gratia ſpeciali fraternitati tuæ, tenore præſentium concedentes, ut nec per noſtras, nec per Legatorum Apoſtolicæ ſedis litteras impetratas hactenus, etiamſi jam ſit per eos ad proviſionem proceſſum, vel de cætero impetrandas etiamſi contineatur in ipſis, quod earum impetrationibus qualibet Apoſtolica indulgentia non obſtet, vel quantumcumque alias pro eis præciſe ſcribatur in illis, niſi plene, & expreſſe de pręſentibus fecerint mentionẽ providemus ne ulterius quoad vixeris in proviſionibus, collectis, & procurationibus memoratis prædictæ ſedis Legatus aliquatenus tenearis nec poſſis ad hujuſmodi proviſiones, collectas, & procurationes, à quibus te duximus abſolvendum, per prędictas literas contrarias interdicti, & excommunicationis ſententias contra te quomodolibet forſitan promulgatas, de gratia Sedis Apoſtolicæ relaxamus, ac ſecus promulgandas decernimus ex tunc irritas, & inanes, & nullius penitus exiſtere firmitatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ exemptionis, abſolutionis, conceſſionis, relaxationis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Patavii 4. Non. Julii Pontificatus noſtri anno 2.

Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerabili fratri Raynerio Epiſcopo Vercellenſi ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Eximiæ devotionis affectus, quem ad nos, & Romanam Eccleam habere dignoſceris, promeretur, ut Apoſtolicæ ſedis conſueta benignitas perſonam tuam in his, quæ digne poſtulas favorabiliter proſequatur, & tibi ſe reddas ad gratiam liberalem. volentes itaque tuam honorare perſonam, ut per honorem tibi exhibitum aliis valeas providere, fraternitati tuæ auctoritate noſtra recipiendi hac vice prout ad te pertinet & faciendi per te, vel per alium, ſeu alios ex nunc in tua Vercellenſi, ac Novarienſi, Aſtenſi, Hipporegienſi, & Taurinenſi, Cathedralibus, & in ſancti Gaudentii Novarienſi, ſancti Secundi Aſtenſi, & in ſancti Joannis Modecienſi Mediolanenſis diœceſis, nec non in ſingulis tuarum Vercellenſis civitatis, & diœceſis in quibus duo, vel plures beneficiati habentur Eccleſiis, in ſingulis videlicet earumdem Eccleſiarum ſingulas perſonas idoneas in Canonicos recipi, & in fratres, ac providendi earum cuilibet de præbenda, ſeu beneficio eccleſiaſtico, & duabus ex iiſdem perſonis, aut aliis in duabus earumdem Eccleſiarum uni in una, & alteri in altera earum de dignitate cum cura, vel ſine cura, ſi quæ in Eccleſiis ipſis vacant ad præſens, alioquin præbendas, beneficia, & dignitates hujuſmodi, ſi non vacant ibidem reſervandi, eadem auctoritate tuæ collationi perſonis ipſis eodem modo cum vacaverint conferendi, & providendi eis de illis, ac inducendi perſonas eaſdem, vel procuratores ipſarum, in corporalem poſſeſſionem earundem prębendarum, beneficiorum, & dignitatum, quæ per te conferre contigerit, eiſdem, ac jurium, & pertinentiarum ipſorum, & defendendi inductos, nec non & faciendi perſonas illas, quibus de dictis præbendis, beneficiis, & dignitatibus duxeris providendum ad præbendas, beneficia, & dignitates eorundem cum vacaverint, prout eſt moris admitti, ac perſonis ipſis de Canonicatuum, præbendarum, beneficiorum, & dignitatum prædictorum fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus univerſis integre reſponderi, nec non & contradi-

Bo-

ctores auctoritate eadem approbatione poſtpoſita compeſcendi, non obſtantibus de certo Canonicorum numero, & quibuslibet aliis ſtatutis, & conſuetudinibus contrariis earundem Eccleſiarum juramentis, confirmationibus Sedis Apoſtolicæ, ſeu quacumque firmitate alia roboratis, aut ſi aliqui Apoſtolica, vel alia quavis auctoritate, in eiſdem Eccleſiis in Canonicos ſint recepti, vel ut recipiantur inſiſtant, ſeu ſi ſuper proviſione cuique facienda de dignitatibus, Canonicatibus, & præbendis aliis beneficiis Eccleſiaſticis in eiſdem Eccleſiis ſpecialiter, vel in illis partibus generaliter dictæ ſedis, vel legatorum ejus literæ ſint obtentæ, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, & decretum, vel aliàs quomodolibet ſit proceſſum, quibus omnibus præterquam auctoritate noſtra in eiſdem Eccleſiis receptis, aut præbendas, beneficia, & dignitates exſpectantibus perſonæ præferantur eidem, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem aliorum Canonicatuum, præbendarum, ſeu beneficiorum, & dignitatum præjudicium generetur, aut ſi venerabilibus fratribus noſtris Novarien. Aſten. Hipporegien. & Taurinen. Epiſcopis, aut dilectis filiis Capitulis prædictarum Eccleſiarum, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim à præfata ſit ſede indultum, quoad receptionem, vel proviſionem aliquorum minime teneantur, quodque ad id compelli, aut quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, ſive quod de Canonicatibus, præbendis, ſeu beneficiis, & dignitatibus earundem Eccleſiarum, vel ad eorum collationes, vel proviſiones, aut quaſvis alias diſpoſitiones conjunctim, vel ſeparatim ſpectantibus nequeat aliquibus provideri per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, ſeu quibuslibet aliis ejuſdem ſedis indulgentiis generalibus, vel ſpecialibus quorumcumque tenorum exiſtant, per quam præſentibus non expreſſam effectus hujuſmodi noſtræ gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri, de quibus, eorumque totis tenoribus in noſtris litteris habenda ſit mentio ſpecialis, vel ſi perſonæ præfatæ, vel beneficiatæ exiſtant liberam auctoritate præſentium concedimus facultatem.

Datum Pictavii 4. Non. Julii Pontificat. noſtri anno 2.

Deceſſit autem Raynerius circa aonum 1310. 13. Kal. Decembris ut citatum Kalendarium notat: cujus cadaver reperrum eſt incorruptum anno 1550.


LXXIII. 73 UBERTUS de Advocatis de Colloblano ad eandem dignitatem electus eſt 1310. Qui nondum conſecratus, reperitur adfuiſſe coeunti paci inter ſuos Advocatos, Titianoſque Vercellenſes primurios cives, quos diſcordia diuturnior exercuerat. Sicut poſtea Epiſcopus confirmatus, coronationi Henrici VII. Imperatoris Mediolani in Eccleſia S. Ambroſii à Caſtore Archiepiſcopo Mediolanenſi factæ pluribus præſentibus Epiſcopis, ubi cum redivivum dignationis certamen inter Vercellenſem, Brixienſemque Epiſcopos æſtuaſſet, qui ſcilicet illorum poſt Mediolanenſem Archiepiſcopum digniorem gradum teneret, Cæſar, utriuſque partis conſultiſſime perſpectis juribus, Vercellenſi adjudicavit, ejuſque rei voluit monumentum prodire, quod ſequens eſt, ex originali diligentiſſime erutum, allatumque ab Epiſcopo Feerario in ſuo Catalogo.

In nomine Domini Amen.

Anno ab Incarnatione ejuſdem currente 1311. Ind. 9. die 6. m. Jan. in feſto Epiphaniæ Domini in civitate Mediolani, in Eccleſia S. Ambroſii Mediolan. in præſentia Patrum venerabilium dominorum Caſtoni Archiepiſcopi Mediolanenſis, Archiepiſcopi Janmonſis, Archiepiſcopi Trever. Epiſcopi Leodienſis, Aymi Epiſcopi Gibenen. N. Epiſcopi Aſten. Taurinen. Uberti Epiſcopi Vercellarum, Uguc. Epiſcopi Novar. Pap. Epiſcopi Parmen. Epiſcopi Cumani, Epiſcopi Brixien. Epiſcopi Lauden. Hen. Epiſcopi Trident. Cancellarii domini Imperatoris, & illuſtrium virorum dominorum Ducis Auſtriæ, Ducis Bavariæ, Valer. Comitis de Luxemburch & plurium Comitum de Alemannia, Guidonis Comitis Flandriæ, Amodei Comitis Sabaudiæ, Ugi Delfini, Theodori Marchionis Montis Ferrati, & plurium aliorum Baronum, Comitum, & Marchionum Lombardiæ, & coram teſtibus domino Guglielmo de Moxo Canonico Vercellenſi, Jacobo de ſancto Paulo cive Vercellen. & pluribus aliis Clericis, & laicis ibidem congregatis in multitudine copioſa, occaſione coronationis ſereniſſimi Regis Romanorum domini Henrici in Imperatorem ſolemniter coronandi. Conſtitutus idem dominus Rex ibidem ad ſuſcipiendum devote benedictionem, inunctionem, & coronationem coronæ ferreæ juxta ſolitum morem conſtituendorum Romanorum Imperatorum, & ſicut celſitudinem Regiam concedebat, cum ut ad eum delatione ſibi facta ex parte venerab. patris domini Uberti Vercellenſis Epiſcopi, & Comitis ſupradicti, quod idem dominus Epiſcopus Vercellenſis eſſe debet, & ſtare, & ſedere conſuevit à dexteris domini Mediolanenſis Archiepiſcopi in Conciliis, conſecrationibus, & aliis tractationibus, & parlamentis ſolemnibus, in quibus Suffraganei Mediolanenſis Eccleſiæ requiruntur, ſicut apparet etiam in Porte Albo, ſeu Biroldo Mediolan. in Eccleſia S. Teclæ, & quod ex longiſſima, & inveterata conſuetudine, & obſervantia juxta morem diutius approbatum ad Epiſcopum Vercellen. tanquam ad præexcellentem, & honorabiliorem Suffraganeorum Lombardiæ, ſedere pertinet poſt Metropolitanum juxta Regem Romanorum Imperatorem conſtituendum, propinquiorem adeſſe prædictæ, & in ſolemnitate diadematis, ac prædictæ coronæ Regalis, & Imperialis, capiti propinquius miniſtrare ad dextrum latus ſerenitatis Regalis, & Imperialis, licet Epiſcopus Brixienſis ſe ingereret, & aſſereret potiorem. Volenſque Epiſcopo, & Eccleſiæ Vercellenſi reverentiam exhibere, ac ſedis, & ſui ordinis prærogativam debitam conſervare juxta morem Conſtantini prædeceſſoris ſui, quam magis venerantur honorari, & exaltari, quam proprium Imperium, terrenumque Thronum decet, jam Brixienſi Epiſcopo à prædicto prærogativæ beneficio excluſo, cum ipſe dictus Vercellenſis Epiſcopus cæteros Suffraganeos Mediolanenſis Eccleſiæ ordine debito antecedat, præmiſſa diligenti deliberatione, atque deliberato conſilio Procerum, Comitum, & Baronum ſuorum, præfatus dominus Rex Imperator conſtituendus, volens jus Vercellenſis Eccleſiæ illibate ſervari eum prædicta intellexit eſſe vera, voluit, & decrevit præfatum d. Epiſcopum Vercellenſem, eſſe, & coaſtare à dextris S. & prædicto Mediolanenſi Archiepiſcopo in Concilio, & officio benedictionis ſuæ, & coronationis præmiſſæ, decernendo idem d. Rex, quod prędictus dominus Epiſcopus Vercellenſis adeſſet, & miniſtraret in coronatione ipſius d. Regis, & Epiſcopus Brixienſis in coronatione Reginæ, & idcirco vocari ipſum dominum Epiſcopum Vercellenſem fecit per ill. virum d. Amadeum Comitem Sabaudiæ per hæc verba à dicto d. Comite juſſu dicti d. Regis Romanorum prolata, videlicet, mi domine Epiſcope Vercellenſis, veniatis ante, quia Dominus meus vult conſervare vobis jus veſtrum, & Eccleſiæ Vercellenſis, & locari eum fecit ad dexteram ſuam, eundo ad proceſſionem de caſtro ad Eccleſiam, deinde in Eccleſia ante altare S. Ambroſii ad dexteram d. Archiepiſcopi memorati in officio coronationis, præſente d. Epiſcopo Brixienſi, & ſic idem d. Ubertus Vercellen. Epiſcopus, præſente d. Epiſcopo Brixienſe, & aliis Suffraganeis de Lombardia Mediolanenſis Eccleſiæ, & locata ſede ſua in loco competenti à dextris domini Mediolanenſis Archiepiſcopi ſtetit, ſedit, & legit primam lectionem ſeu orationem, quæ ſibi per Archiepiſcopum delata & ordinata extitit, primo ante alios Epiſcopos Lombardiæ, de hiſque lecta, & dicta fuerunt in officio coronationis jamdicto. Idem recepit de manu ejuſdem enſem, quem Imperatori accinxit, & ſceptrum regale, virgam, pomum aureum, ſive deauratum. Quod qui-

dem ſceptrum, virgam, & pomum, poſtea manu ſua dextera porrexit, & dedit ipſi Regi, inſuper Coronam benedictam per præfatum Mediolanenſem Archiepiſcopum, idem dominus Epiſcopus Vercellenſis una cum d. Archiepiſcopo ſupradicto, capiti ejuſdem Regis impoſuit, & firmavit, & ſolus poſt Archiepiſcopum ſignis (tam in unctione Henrico Regi facta, quam in aliis ad ſolemnitatem coronationis Imperialis culminis) opportunis eidem Regi factis, & impoſitis, ad latus dicti Regis dextrum ſedit, & deinde expleto coronationis officio, ad ſedem ſuam ſubſequen. poſt alteram firmatam, & ordinatam . . . . Impeeatorem Cor. . . . . ubi ſedente ipſo Imperatore cum Imperatrice Regina . . . . redit ad ſedem ſuam & locum à dextra Archiepiſcopi memorati, . . . & officii inſignis conſecrationis . . . juris ſui, & honoris . . . . . juſſa fuerunt . . . . . Ego Jacobus de Rubino de Chalando Imperiali auctoritate Notarius . . . omnibus interfui, & rogat. . . . . tam . . . . firmavi & ſeripſi.

Cæterum Ubertus dedit manus, ut Philippinus Comes de Languaſco Vercellenſem civitatem exactis Tizonibus præpotentibus viris ſibi ſubjugaret imperio an. 1312. menſe Majo. Hiſtoriam refert Albertus Muſſatus, & pro Uberto, Simonem neſcio quem de Columbiano Epiſcopum Vercellenſem perperam ſcriptum reliquit: clare enim conſtat Ubertum ab an. 1310 uſque ad 1329. Vercellenſem Cathedram ſuſtinuiſse, ut ex Regeſto Vatic. & ex ſupra relatis facile colligi poteſt; quis vero fuerit iſte Simon Epiſcopus de Columbiano adhuc me latet: neminem enim ex Vercellenſibus Epiſcopis reperire potui, qui hoc nomine cognomineve inſigniretur in tabulis & monumentis ejuſdem Eccleſiæ apud Ferterium, alioſve. At ad Ubertum redeamus, is Capitulo S. Euſebii vetera ſtatuta confirmavit anno 1318. Capituloque S. Stephani de Bugella condidit nova. Anno vero 1320. cum inter Joannem XXII. Pontificem, ac Matthæum Vicecomitem Mediolani Dominum exarſiſſet contentio, ſequereturque Ubertus Pontificias partes, Matthæus valido exercitu, captaque arce, venit Ubertus in poteſtatem victoris, diuque mulctatus carcere, indeque poſtea exiens, priſtini propoſiti tenax, Raymundo Cardonio Cathalano Pontificii exercitus impigro in Inſubria Duci adhæſit, Joannique Pontifici imperanti magno uſui fuit. Fato functus eſt 1328. poſtrema parte ſeſe convolventis anni. Fuit vir plane militaris, & fortunatus.



LXX IV. 74 LUMBARDINUS, ſive Lumbardus de Turre Mediolanenſis ex Archipresbytero Modoetiæ & Capellano Joann. XXII. an. 1328. 17. Kal. Jan. per obitum Uberti fit Vercellenſis Antiſtes, ex Regeſt. Vaticano. Anno vero ſequenti poſtrema die menſis Januarii pollicetur ſe ſoluturum ſolitum ſubſidium ſacro Collegio, ex lib. ſolut. Prælator. Catalogus hujus Eccleſiæ hunc Epiſcopum tanquam egregiis virtutibus exornatum, haud vulgaribus laudibus extollit; illumque apud Joannem XXII. in magna exiſtimatione fuiſſe oportet, quando idem Pontifex ſcribens ad Epiſcopum Novarienſem, eundem illi commendat, cum Hipporegienſi, dominis Advocatis, illiſque de Arborio de Vercellis. A Benedicto XII. Pontifice teſtandi facultatem obtinuit 1338. 7. Id. Januarii, ann. vero 1339. Capitulo Vercellenſi vetera confirmavit ſtatuta, veteribuſque nova à ſe condita adjecit. Bugellæ deceſſit 1343. Sepultuſque eſt in eccleſia S. Stephani cum ſequenti epitaphio, dum transferretur altare, prope quod diu ſepultus jacuerat.

Mille trecenti quadraginta cum tribus annis,
A ſæclo vitæ migravit Epiſcopus iſte
Aprilis die nono ſicut carmine pono,
Ter nono menſis poſt hoc, Februique ſequentis
Hac poſitus petra ſignant præſentia metra.
Qui viguit clara fama, nunc aret in ara:
Flos Lumbardorum Lumbardus flos dominorum,
Stirpeque magnali de Turri Mediolani:
Quem genus, & mores, virtutes, ſenſus, honores
Ordine ditari, creverunt Pontificali,
Urbis erat Præſul Vercellarum extitit exul,
A quibus obſeſſus multum fuit, ac non oppreſſus,
Illis atque manum porrexit Mediolanum.
Hic bene certavit, Bugellam fortificavit
Turribus, & muris, epulis non defuit ullie.
Fortia caſtra fecit de novo, plura refecit.
Expulit inde guerras, protexit undique terras,
Tota ſub magnis poſita Regione Tyrannis
Magnanimo nam corde reſiſtit ſolus in orbe.

75 EMANUEL de Fliſco Genuenſis ex Canonico Eboracenſi proxime Lumbardino ſuffectus eſt anno 1343. die 6. Kal. Julii, ex Regeſto Vaticano epiſt. 158. ann. 2. Pontificat. Clementis VI. Plura huic Epiſcopo commiſſa reperiuntur, utpote qui uſque ad annum 1348. Nuntius fuerit, ſpoliorumque collector in Inſubria, quo ipſo anno è vivis exemptus eſt. LXX V

76 JOANNES de Fliſco, *a* Papæ Capellanus, Vercellenſi adlectus Epiſcopus anno 1348. 2. Id. Januarii, ex Regeſt. Vatic. ep. 204 fol. 96. ann. 7. Plura reperitur fiduciario jure diſtraxiſſe. Anno 1350. die 19. Januarii ſacro Collegio ſolitum ſubſidium adpromittit, ubi tantummodo electus appellatur. Ad hunc Innocentius VI. literas dedit, monens, ne quæ per Diœceſim ſuam, aliaque Eccleſiaſtica loca Bernabæ Vicecomiti belligeranti tranſmittenda permitteret, magis autem Aegidium Cardinalem legatum ſuum omni qua poſſet ope juvaret, ejuſdemque partes foveret ſub datum Avenioni 3. Kal. Junii anno ſui Pontificatus 8. ſalutis vero 1360. Eidem Urbanus V. inhibuit litis compoſitionem inter Joannem Montisferrati Marchionem, & Galeatium Vicecomitem, cum omnem rem hanc tranſigendam demandaſſet Abbati S. Juſti de Secuſia Taurinæ diœceſis, cum mandatis, ut compoſita lite, illos ad reſtitutionem compelleret, quæcumque aliquando Vercellenſi Eccleſiæ inverſis Juribus ademiſſent, ſub datum Avenioni 6. Id. Februarii 1363. Pontificatus 1. Innumeræ propemodum leguntur epiſtolæ Urbani V. Gregorii XI. ad hunc Joannem Epiſcopum, alioſque quamplures, quæ plane produnt, quam ſtrenue contra Galeatium Vicecomitem ſuæ Eccleſiæ jura defenderit. Siquidem non ſemel, collatis ſignis, Vicecomitum hoſtilem impetum Joannes repreſſerat, adeoque rediviva ſemper bellandi contumacia laceſſenti hoſti occurrebat Epiſcopus, ut perpetuo potius trahere bellum, quam vel tantiſper de ſuo jure cedere velle videretur; Itaque Urbanus Pontifex ut tandem aliquando tantis malis finem imponeret, Galeatio per literas pollicitus eſt, Joannem ſe ad Eccleſiam alteram translaturum, ubi ſe dediſſet occaſio, Ipſeque, quæ abſtuliſſet, Vercellenſi reddidiſſet Eccleſiæ 1365. Cæterum, apud S. Germanum inſignem de hoſte reportavit victoriam, ita ut hanc tantæ bellicæ virtutis fortunam illi gratularetur XI. Gregorius, illumq; adhortaretur, ut fortiori ſemper conatu concreditę ſibi Eccleſię jus

LXX VI

a De eo Ciaconius Oldoini t. 2. col. 665.

vel-

vellet eueri 1374. Tametſi autem Joannes pugnaciſſimi ingenii eſſet, conſultiſſimæque ſolertiæ, aliquando tamen à ſuis æmulis Bugellæ captus eſt, mulctatuſque annuo carcere 1377. Inde in gratiam Pontificis eductus, qui id per Nuntium ſuum enixius poſtulaverat, Urbano VI. deinde, qui ſuffectus fuerat, Antipapa Clemente damnato, ſemper obſequioſe favit, qui ab eodem, ut partes ſuas tanti viri acceſſione firmaret, Cardinalis creatus eſt, eidemque Vercellenſem commendatam Eccleſiam adminiſtrandam attribuit. Non me latet Ciaconium, Panviniumque ſcripſiſſe hunc Joannem à Gregorio XI. purpura fuiſſe cohoneſtatum, ſed aberraſſe illos in Epiſcopo Ibleto infra oſtendemus. Adminiſtravit autem Vercellenſem eccleſiam Joannes uſque ad annum 1384. aliquotque annos cum quodam Othone *a* intruſo certavit, idem etiam ſuſtinuit cum ſequenti Jacobo. Deceſſitque eo ipſo anno, immortali ſui ad poſteros relicta memoria.

a Othone Bruſato, de quo Cotta in Muſæo Novarien. p. 41.

77 JACOBUS de Caballis *b* Cremonenſis, alii Vercellenſem è S. Germano fuiſſe ſcribunt, Antipapæ Clementis aſſecla, ab eodem in Vercellenſem ſedem intruſus eſt, cum Joanni de Fliſco omnem epiſcopatus honorem abrogaſſet, quod Urbani VI. veri Pontificis partes ſequeretur ardentius, à quo fuerat renunciatus Cardinalis. Cæterum intruſus Jacobus collegio, quod Antipapæ parebat, pollicitus eſt ſe ſoluturum ſolitum ſubſidium, unde facile colligi poteſt, Vercellenſis Epiſcopatus iniiſſe illum poſſeſſionem, tametſi injuſte, 1379. ſedemque illam tenuiſſe contra Joannem de Fliſco, donec à Joanne XXIII. ad Severinenſem Epiſcopatum vocatus fuiſſet anno 1412. Eaque ratione Vercellenſis Eccleſiæ ſchiſma deſiiſſe, quæ, ut tres ſummi Pontifices inter ſe de ſummo Imperio decertabant, ſic tres Epiſcopi Vercellenſem ſedem habebant infeſtam.

b A nonnullis dicitur *de Cabellis*. omittitur que veluti intruſus.



LXXVII

78 LUDOVICUM de Fliſco *c*, ex Lavaniæ comitibus, Urbanus VI. Vercellenſem adlegit Epiſcopum anno 1384. ob deceſſum Joannis Cardinalis, eodemque anno eundem vocavit ad purpuram ſub titulo S. Adriani, attributa eidem Vercellenſis Eccleſiæ adminiſtratione ad beneplacitum Apoſtolicum. Conclavi interfuit, ubi Bonifacius IX. Pontifex renunciatus eſt, ad cujus imperium cum legatione Campaniæ fungeretur, conſilio, manuque promptus ſchiſmaticis Anagninam civitatem ademit. Deinde Genuam, ex ejuſdem Pontificis juſſu, legatus profectus eſt, ut eam civitatem in veri Pontificis obedientia confirmaret. Ibi ergo cum moraretur, Bonifacium importuna mors rapuit, ſuoque ſuffragio utpote abſens, ſeptimi Innocentii electionem non juvit. Contra quem cum Oratoribus Regis Galliæ, Genuenſibus civibus, ejuſdemque civitatis Epiſcopo rebellionis ſacramentum dixiſſet, Antipapæ Benedicti peſſimo exemplo partes adauxit. Itaque Innocentius ira percitus, Ludovico tam Cardinalatus, quam Epiſcopatus abrogavit honorem, altero Vercellenſi declarato Epiſcopo, in quem fructus Eccleſiaſtici cenſus redundarent 1406. Fliſcus intereà Avenionem ad Antipapam profectus, in ejus Cardinalibus numeratus eſt, ibidemque moratus eſt uſque ad annum 1409. Quo ipſo anno cum Piſanum Concilium coiiſſet, Ludovicum illuc profectum Patres Concilii tanquam legitimum Cardinalem excepere, abrogatiſque iis, qui Apoſtolicæ ſedis faſtigium vitio arripuerant, Alexandrum V. evexerunt ad ſedem; quo item mortuo, comitiis ſenatoriis Ludovicus interfuit, ſuoque ſuffragio Joannem XXIII. ſupremum promovit ad thronum. Cujus juſſu Bononienſi, Ferrarienſi, atque Flaminiæ legatione egregie functus eſt. Conſtantienſi demum Concilio interfuit, ubi Martinus V. Columna creatus eſt Pontifex, à quo poſtremam Siciliæ Legationem accepit. Fato functus eſt anno 1423. 3. Non. Aprilis Romæ, cujus corpus Genuam translatum, in ſuorum majorum ſepulchro, apud S. Laurentium ſepelierunt. Præſul ſane ingentis ſpiritus, magnarumque virtutum, niſi Gallorum, ac Genuenſium fortunæ obſecuturus, ſchiſmatica labe illas fœdaſſet.

c De eo Ciaconius Oldoini t. 2. p. 660.

79 MATTHÆUS Giſalbertus Plebaniæ Montis Calvi Præfectus, poſt abrogatum Ludovicum, ab Innocentio VII. hanc eandem ſedem accepit anno 1406 ut legitur in ſubſequenti diplomate, ubi lector, niſi omnino ferreus ſis, illorum temporum miſerias lachrymis proſequeris, quibus plures lupi rapaces, uni deglubendo gregi, ex ambitu violenter invadebant in ſedes. LXXVIII.

Innocentius, &c.

Dilecto filio Matthæo de Giſelbertis electo Vercellenſi ſalutem, &c. Divina diſponente clementia, &c. Dudum ſiquidem Eccleſia Vercellenſis ex eo vacan. quod fel. record. Urbanus Papa VI. Prædeceſſor noſter iniquitatis filium Ludovicum, olim Sancti Adriani Diaconum Cardinalem tunc electum Vercellenſem, licet abſentem, à vinculo, quo Eccleſiæ prædictæ, cui tunc præerat, tenebatur de plenitudine Apoſt. poteſtatis abſolvens ut ſecum onera univerſalis Eccleſiæ portaret, ad Cardinalatus honorem duxit auctoritate Apoſtolica aſſumendum. Idem prædeceſſor volens tam ipſi Vercellenſi Eccleſiæ de Gubernatore ſecundum cor ſuum idoneo, per quem circamſpecte regi, & ſalubriter dirigi valeret, quam ipſi Ludovico Cardinali de alicujus ſubventionis auxilio pro hujuſmodi ſupportandis oneribus providere, ipſam eccleſiam Vercellenſem ſic vacantem, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, per eum tenendam, regendam, & gubernandam ſibi uſque ad dicti prædeceſſoris beneplacitum, tam in ſpiritualibus, quam temporalibus auctoritate Apoſtolica commendavit; & ſubſequenter cum dictus Urbanus prædeceſſor durante hujuſmodi beneplacito, viam fuerit univerſæ carnis ingreſſus, ipſaque Vercellenſis Eccleſia propterea vacaviſſet, & vacaret tunc, piæ memoriæ Bonifacius Papa Nonus dicti Urbani immediatus ſucceſſor etiam prædeceſſor noſter, attendens quod nullus præter Romanum Pontificem ea vice de proviſione dictæ Vercellenſis Eccleſiæ ſe intromittere potuerat, ſive poterat, pro eo, quod dictus Urbanus prædeceſſor proviſiones omnium Eccleſiarum Cathedralium tunc vacantium, & in antea dum in humanis ageret, vacaturarum ordinationi, & diſpoſitioni ſuæ, & Apoſtolicæ Sedis reſervans, decrevit ex tunc irritum, & inane ſi ſecus ſuper his per quoſcumq; quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contingeret attentari, præfatam Vercellenſem Eccleſiam tunc etiam (ut præfertur) vacantem, ex certis rationabilibus cauſis ad id ſuum, ut dixit, inducentibus animum, eidem Ludovico tunc Cardinali cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis prædictis per eum ſimiliter tenendam, regendam, gubernandam in eiſdem ſpiritualibus, & temporalibus conceſſit, uſque ad ipſius Bonifacii prædeceſſoris beneplacitum in commendam. Tandem idem Bonifacius Prædeceſſor hujuſmodi commenda per eum, ut præfertur, facta, non revocata, ſicut Domino placuit extitit vita functus. Nos igitur qui ipſo Bonifacio prædeceſſore ſublato de medio, divina ſuffragante clementia fuimus ad apicem ſummi Apoſtolatus aſſumpti, proinde attendentes, quod dicta Vercellenſis Eccleſia adhuc ſecundum premiſſa vacare noſcatur

ſcatur , nulluſque de illa prætor Romanum Pontificem hac vice , &c. in obſiſtentibus ſupradictis ad ejuſdem Eccleſiæ Vercellenſis proviſionem celorem , &c. diligentem , demum ad te plebanum plebis montis calvi Vercellenſis diœceſis in ſacerdotio conſtitutum literarum ſcientia præditum , &c. oculos noſtræ mentis de perſona tua nobis , & eiſdem fratribus, &c. accepta eidem Vercellen. Eccleſię, de dictorum fratrum conſilio, auctoritate Apoſtolica, providemus. Teque illi in Epiſcopum præficimus , & Paſtorem , &c.

Datum Romæ apud S. Petrum Kal. Aprilis anno 2.

Cæterum Matthæus cum rebellionis ratem fidelitatis alliſiſſet, ad ſcopulum hoc eſt à Joanne XXIII. ad Gregorium XII. per Piſanum Concilium jam devolutum de ſede turpiter defeciſſet , ab eodem Pontifice honore Epiſcopatus ſpoliatus eſt 1412. egitque privatus uſque ad annum 1423. donec Martinus V. privatam hominis vitam miſeratus , ad Aquenſem Epiſcopatum eundem promovit .



LXXIX. 80 IBLETUS de Fliſco Genuenſis , poſt devolutum Matthæum , translatum Jacobum ad Severinenſem Eccleſiam , exſolutumque ab adminiſtratione Ludovicum Cardinalem à Joanne XXIII. Vercellenſis Epiſcopus adiectus eſt an. 1412. ingenti populi gratulatione , quippe quibus contigiſſet ſub legitimo paſtore degere uſque ad annum 1437. quo ipſo anno Ibletus exceſſit è vivis . Hic bullam Joannis XXIII. de electione hujus Epiſcopi libenter ſubiiciendam curavimus , quod inde colligat lector , quis rerum Vercellenſium ſtatus fuerit , quaſve ærumnas Vercellenſi ſedi intulerit ambitio ſubtile malum .

Joannes , &c.

Dilecto filio Ibleto de Fliſco electo Vercellenſi ſalutem , &c. Apoſtolatus officium . &c. Dudum ſiquidem cum quondam Urbanus Sextus in ſua obedientia nominatus bonæ memoriæ Joannem tituli ſancti Marci Presbyterum Cardinalem tunc Epiſcopum Vercellenſem à vinculo , quo Eccleſiæ Vercellen. cui tunc præerat tenebatur abſolvens , ipſum in Romanæ Eccleſiæ in hujuſmodi obedientia Cardinalem duxiſſet aſſumendum , Eccleſia Vercellenſi prædicta ſic vacante , ipſi Cardinali ſub certis modo , & forma per ipſum Urbanum etiam commendata quondam Clemens Septimus in ſua obedientia nuncupatus , de Venerabilis fratris noſtri Jacobi de Cavallis moderni Epiſcopi Severinen. primo , & deinde Cardinali præfato per eundem Urbanum de dicta Eccleſia aliàs non diſpoſito , vita functo , idem Urbanus de dilecti filii noſtri Ludovici Sancti Adriani Diac. Card. præfatæ Eccleſię per hujuſmodi aſſumptionem ut præmittitur vacanti , ac tandem dicto Ludovico Cardinali per ipſum Urbanum etiam à regimine Eccleſiæ Vercellenſis prædictæ abſoluto , & in hujuſmodi obedientia dicti Urbani in ejuſdem Romanæ Eccleſiæ Cardinalem aſſumpto quondam Innocentius Septimus in ſua obedientia nominatus eidem Vercellenſi Eccleſiæ, quam etiam tunc vacare dicebat , licet ipſi Ludovico Cardinali ſub certis modo , & forma auctoritate Apoſtolica commendata exiſteret , de Matthæi de Giſmbertis perſonis duxerunt providendum, præficientes eos illi ſucceſſive in Epiſcopos , & Paſtores , quomodolibet etiam Ludovici Cardinalis, nec non Jacobi , & Matthæi prædictorum in certa parte poſſeſſionis vel quaſi regiminis, & adminiſtrationis, ſive jurium , & bonorum dictæ Vercellen. Eccleſiæ ad præſens exiſtente. Cum itaque hodie ipſe Ludovicus Cardinalis hujuſmodi commendæ , ſibi relicta Vercellenſi Eccleſia , qualitercumque factæ , in manibus noſtris ſponte , & libere ceſſerit : noſque ceſſionem hujuſmodi eadem auctoritate duximus admittendam ; nec non Jacobum à vinculo, ſi quo eidem Vercellenſi Eccleſiæ tenebatur , auctoritate prædicta abſolventes, cum ad Eccleſiam Severinenſem tunc Paſtore carentem tranſtulerimus , cum etiam illi præficiendo in Epiſcopum, & Paſtorem , ac Matthæum prædictos ab omni regimine , & adminiſtratione ſibi poſita ratione ejuſdem Vercellenſis Eccleſiæ quomodocumque competentibus , pro eo quod iniquitatis alumno Angelo Corario olim in ſua obedientia Gregorio XII. nominato etiam poſt , & contra diffinitivam ſententiam in generali concilio , dudum Piſis celebrato contra dictum Angelum, necnon contra proditionis filium, Petrum de Luna olim in ſua obedientia Benedictum XIII. nominatum tunc de Papatu contendentes , latam , per quam inter cætera idem Angelus , & Petrus notorii ſchiſmatici , & pertinaces hæretici juſto Dei judicio declarati fuerunt, temere adhærere, & favere præſumpſit, auctoritate prædicta depoſuerimus , ac etiam amoverimus , & propterea ſecundum præmiſſa, dicta Vercellenſis Eccleſia vacaverit, & vacare noſcatur ad præſens nos ad ejuſdem Vercellenſis Eccleſię redintegrationem omnimodam, ejuſque proviſionem, de qua, &c. Demum ad te clericum Januenſem.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum 7. Kal. Septembris anno 3.

81 GUILLELMUS Diderius , Epiſcopus antea Bellicenſis, ad hanc Eccleſiam translatus eſt anno 1437. die 18. menſis Decembris. Baſileenſi Concilio interfuit , cujus Patres illi cum aliis Theologis demandarunt , ut Conſtantienſis Concilii acta uno volumine complecteretur . Vercellenſem ſedem adminiſtravit uſque ad annum 1452. ab eaque deinde voluntariam miſſionem impetravit . („ *Hic unus „ fuit ex electoribus aſſumptis pro Italica natione in „ Conciliabulo Baſileæ , qui contra Eugenium IV. „ æfariè ſuſtulit ad Apoſtolicum thronum Felicem „ V. an. 1439. Vide Ciaconium Oldoini tom. 2. fol. „ 930.*) LXXX.



82 JOANNES de Giliaco , Sabaudus , nobili gente natus , Apoſtolicæ Cameræ clericus , à Nicolao V. Pontifice Epiſcopus Vercellenſis renunciatus eſt 1452. die 13. menſis Octobris , à quo etiam in Sabaudiam Nuntius legatus eſt , Spoliorumque collector . Deceſſit 1456. Romæ ſepultus in Eccleſia S. Auguſtini ſub lapide marmoreo , qui adhuc reſtat cum hoc epitaphio . LXXXI.

Hic jacet R. P. in Chriſto Dom. Joannes de Gilliaco Epiſcopus quondam Vercellenſis & Comes ac Referendarius Ap. Sedis , qui die xxvi. Maji migravit è ſeculo Ann. D. M. CCCC. LVI. Pontificatus Domini Calliſti Papæ III. anno II.

GEOR-

LXXXII. 83 GEORGIUS de Giliaco ſupramemorati Joa. frater, ex Archid. Cathedralis, Vercellenſis evaſit Epiſc. an. 1456. poſtrema die Maii. Vitā finivit 1458.

LXXXIII. 84 AMEDÆUS de Nores nobili familia apud Cyprum Inſulam natus. Annæ Luſignanæ Joannis Regis Cypri filiæ, & Ludovici Sabaudiæ Ducis uxoris conſiliarius, cujus favore hanc eandem ſedem obtinuit à Calliſto III. 1458. die 20. Maii. Sedit uſque ad annum 1469. Habuit ſuffraganeos Henricum Alibertum Epiſcopum Acconenſem, Vercellen. Epiſcopatus adminiſtratorem, & Gabrielem Abbiatem Epiſcopum Bericenſem Vicarium Gener.

LXXXIV. 85 URBANUS Bonivardus, Monachus, & Abbas monaſterii S. Mariæ de Pinarolo Ordinis S. Benedicti, Commendatariuſque Prioratus S. Victoris extra muros Genevæ Amedæo ſuffectus eſt 1469. prid. Id. Maii, Paulo II. ſedente, ea tamen conditione, ut S. Victoris Prioratu abiret, retineret cœnobium. Hujus Epiſcopi temporibus Sixtus IV. Menſæ Epiſcopali adjecit Præpoſituram, & Eccleſiam S. Bartholomæi Ordinis S. Auguſtini e a ceſſione Latini Cardinalis Urſini, qui illam commendatam habebat 1472. 3. Id. Februarii. atque eodem anno 3. Kal. Aprilis Amedæum Sabaudiæ Ducem ſupremo officio demandavit, præſentibus Archiepiſcopo Tarantaſiæ, Epiſcopoque Taurinenſi: anno vero 1474. idem Sixtus IV. disjunxit à Vercellenſi Diœceſi Caſalem S. Evaſii, eamque Eccleſiam in Cathedralem erexit, pluſquam ſexaginta locis, Caſtelliſque eidem attributis. Eam amiſſionem lenius tulit Urbanus Epiſcopus, quod tametſi impari acceſſione, menſam ſuam augeri obtinuerit, Præpoſitura S. Gratiani Vercellenſis. Anno 1474. 14. Kal. Sept. Jolanda Duciſſa Sabaudiæ, Galliarum Regia ſoror, uxor vero Amedæi defuncti, in caſtello de Monte Caprello Vercellenſis diœceſis, exceſſit è vivis, ſepultaque eſt in Cathedrali prope virum jam pridem defunctum. Cæterum Urbanus per omnia pius, ac liberalis, ſex clericorum pauperum apud S. Mariam de Pinarolo erexit collegium, qui ibi, & divinum opus urgerent, & Eccleſiaſticis inſtitutis opportune imbuerentur. Anno 1493. die 24. menſis Aprilis, cum jam graviter ſeneſceret, obtinuit, ut Joannes Stephanus Ferrerius, cum futura ſpe ſucceſſionis, ſibi coadjutor adeſſet, dum ille Pinaroli clauſtro incluſus futuræ vitæ ſibi prçſidia compararet. Deceſſit an. 1499. ſepultuſq. eſt in Eccleſia ſui cçnobii in s. Luciç ſacello, in marm. ſepulc. cū hac ſubjecta memoria.

Urbani Bonivardi Vercellenſis Antiſtitis Ducum Sabaudiæ Conſiliarii, qui hujus monaſterii regimini, annis xxxiij. præfuit, Clauſtrum, Capellas, Chorum, Tinnas, duo molendina cum maſſinaſchi, & Renæ Grangiis erexit, Palatium adauxit. Hanc Divæ Luciæ aram dietina Miſſa perpetuo ante Conventualem celebranda dotavit Sixti IV. Pont. Max. ſex Innocentum collegium inſtituit, feliciterque obiit anno ſalutis M.CCCC. IC. die xvi. men. Julii.



LXXXV. 86 JO. STEPHANUS a Ferrerius de Bugella Sebaſtiani filius, Vercellenſis diœceſis Abbas Commendatarius S. Mariæ de Stafarda Ordinis Ciſtercienſis, Taurinenſis diœceſis, ſanctique Stephani de Citadella, Prothonotarius Apoſtolicus, Sacræ Romanæ Rotæ Auditor, Urbano Epiſcopo datus coadjutor 1499. eidem ſucceſſit, ſolemnique ritu ejus Epiſcopatus iniit poſſeſſionem die 17. menſis Jul. eodemque anno ſynodum celebravit, eccleſiaſticæ diſciplinæ ingenti augmento. Anno 1502. hanc Vercellenſem Eccleſiam cum Bononienſi commutavit, excepitque Vercellenſis ſedis ſucceſſorem Julianum Cardinalem Roboreum; dieque 28. menſis Julii, ab Alexandro VI. Cardinalis renunciatus eſt ad Tit. S. Vitalis; tametſi ab anno 1500. jam ad purpuram deſignatus, in pectore Pontificis latuiſſet. Interea eum Julianus Roboreus ſub nomine Julii II. ſupremam evaſiſſet ad ſedem, vacua Vercellenſis ſedes ad Ferrerium rediit, Bononienſi, aliiſque beneficiis ſibi reſervatis. Parentem Sebaſtianum in ædificatione Eccleſiæ, monaſteriique s. Sebaſtiani de Bugella opibus juvit, quod deinde nobili cenſu dotatum Canonicis Lateranenſibus attribuerunt. Vercellenſem Eccleſiam adminiſtravit uſque ad annum 1509. eandemque die 5. menſis Novembris, cum Hipporegienſi, cui præerat Boniſacius frater, commutavit. Romæ è vivis exemptus eſt ann. 1510. 3. Id. Octobris, ſepultuſque eſt apud S. Clementem, cujus titulo fuerat inſignitus, poſtea Bugellam fuit translatus in Eccleſiam S. Sebaſtiani. Hunc Cardinalem inter viros doctrina præſtantes ſummis laudibus extollit Joannes Trithemius: certe huic debent homines docti moralia Ariſtotelis, quæ publicæ utilitatis cauſa lucem aſpicere imperavit.

a De eo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 921. & Roſſotus in Syllabo ſcrip. Pedem. Montiſ.



87 JULIANUS Cardinalis Roboreus, b Epiſcopus Bononienſis, cum Joannis Bentivolii Bononiæ tyranni ſuperbiam ferre non poſſet, ſuam eccleſiam cum Vercellenſi commutavit, Joanne Stephano Ferrerio aſſentiente anno 1502. Quam ſedem Julianus adminiſtravit per Albingaunenſem Epiſcopum uſq; ad ann. 1503. Quo ipſo anno ſummus Pontifex eſt renunciatus. Julii II. nomine aſſumpto. LXXXVI.

b De eo Ciaconius Oldoini tom. 3. col. 46. & 219.

88 BONIFACIUS Ferrerius, c Cardinalis Joannis Stephani frater, Epiſcopus Hipporegienſis, ac Nicienſis Eccleſiæ adminiſtrator, cum fratre Hipporegienſem Epiſcopatum cum Vercellenſi mutavit anno 1509. die 5. menſis Novembris; vixque anno integro ſedem illam adminiſtravit; nam fratre mortuo ad Hipporegienſem iterum rediit, ad quam ſibi regreſſum reliquerat, Vercellenſique munere abiit, quod Auguſtino ejuſdem fratri à Pontifice collatum eſt. Cæterum Boniſacium Leo X. Cardinalem effecit ad Titulum SS. Nerei, & Achillei, quem vulgus Hipporegienſem Cardinalem deinceps vocavit 1519. Paulo vero III. ſummo Pontifice, cum Auguſtinus ejus frater exceſſiſſet è vivis 1536. iterum ratione regreſſus eccleſiam Vercellenſem adminiſtrandam ſuſcepit, quam poſt tres menſes in favorem Petri Franciſci nepotis renunciavit. Functus legatione eſt ad Concilium Vicentiæ celebrandum; deinde Bononiæ, ubi Pedemontis nobilium pauperum exciravit collegium, eique ſatis amplum cenſum attribuit, quod Ferrerium de nomine auctoris deinde vocarunt, ut ibi, qui ex illa natione deſtituti fortunis eſſent, nobilibus diſciplinis inſtituerentur. Palatii epiſcopalis protulit fines, adauxitque ſibi creditam eccleſiam nobili ſupellectili. Romæ exceſſit è vivis Epiſcopus Cardinalis Portuenſis 1543. menſe Januario, cujus corpus Bugellam delatum, prope fratrem Cardinalem in eccleſia S. Sebaſtiani conditum jacet. LXXXVII.

c De eo Idem Ciaconius t. 3. col. 351.

89 AUGUSTINUS Ferrerius, ſuperioris Car- LXXXVIII

dina-

A lus ſanctus, cui trepidiora negotia committere erat ſolitus, apud quem tantum gratiæ bonis artibus collegiſſe narratur, ut ex ejuſdem Caroli ceſſione, nobilem ac perantiquam Nonantulanam Abbatiam retulerit, & Signaturæ Præſul evaſerit. Quam deinde Abbatiam cum reſignaſſet, ad Vercellenſem Epiſcopatum promotus eſt, anno 1572. die 17. menſis Octobris, ac Mediolani inauguratus fuit à S. Carolo dominica Quinquageſimæ, ingenti ſancti illius lætitia, & gratulatione, qui nil lætabilius ducebat in vita, quam viros probos ſuæ metropolis ſuffraganeos ſpectare. Ubi primum ſibi creditam Eccleſiam cœpit adminiſtrare, montem Pietatis fundandum curavit, celebravitque ut plurimum abſens, quippe quem publica Romanæ Eccleſiæ negotia detinerent, undecim ſynodos. Vercellenſi clero auctor fuit Euſebianum officiũ relinquendi, celebrandi Romanum. Quartæ, quintæq; ſynodo Mediolanenſi interfuit, ſextæ vero per Procuratorem. Vercellas introduxit Clericos Regulares S. Pauli anno 1575. illiſque Eccleſiam, ac Seminarium attribuit, cum aliud ſeminariſtis domicilium parandum arbitraretur, quibus alendis exoravit B Pontificem, ut eiſdem dilargiretur prioratum S. Mariæ de Vezzolano. Obtinuit item à Pontifice, ut Vercellenſi Præſuli foret poteſtas utendi ſigillo cum Imagine S. Euſebii; omni ope qua potuit anniſus eſt, ut chori ſubſellia, quæ ſuus anteceſſor inceperat, abſolverentur. Collegium Jeſuitarum, ex Epiſcopalibus bonis annuo erecto cenſu, maxime juvit. S. Euſebii reperit corpus, quod omni pompa transferre concupiit. Cæterum hanc ejus egregiam voluntatem plura fregerunt incommoda. Prædivite Eccleſiaſtici cultus inſtrumento, vaſiſque argenteis cathedralem ornavit, atque adauxit. Novocomenſem, Novarienſemque Eccleſias, Eccleſiaſtica, Pontificiaque cenſura ſuccinctus perluſtravit. Nuntius Apoſt. fuit, primum ad Helvetios, ubi ad Trid. Concilii cotem, quod ab illis populis ſuſcipiendum curavit, & mores correxit, & clerum inſtituit. Qui fructus ut diuturnior foret, C introduxit Friburgum Jeſuitas, Alturſi vero Capuccinos. Anno 1581. ad Cæſarem Nuntius profectus eſt, quo tempore eidem Pontifex demandavit depoſitionem Truches Colonienſis Archiepiſcopi, quem turpiſſime Lutherana labes infecerat, quem Pontifex horrendo anathemate percuſſerat, canonicos item Præpoſitumque eadem peſtilentiæ lue attactos honore, officioq; per ſummum dedecus exuit. Capituloque auctor fuit, ut Erneſtum Bavariæ Ducem, catholica pietate inſignem, Archiepiſcopum denuntiaret, ut felici ſucceſſu evenit. Anno 1584. Gregorius in Flandriam illum legavit, ubi etiam Sixti V. temporibus ad duos annos moratus eſt, tanto catholicæ Religionis augumento, ut nil abſolutius, perfectiuſque facere potuiſſe videretur, ſi pro ſuggeſtu verbum Dei deviis illis populis enuntiaſſet. Leodii tandem fato ceſſit 1587. die 26. menſis Februarii; Montemque Pietatis omnium quæ poſſederat, hæredem inſtituit. Ejus corpus D Vercellas relatum, condiderunt in cathedrali, in ſepulchro, quod ſuis ſucceſſoribus adhuc vivus paraverat, ubi legitur hoc epitaphium.

Sepulchrum Epiſcoporum Vercellen. quo Joann. Franciſcus Epiſcopus pietatis, & religionis ergo Leodio in inferiori Germania ubi Nuntius Apoſt. agens animam Deo reddidit, ex teſtamento primus delatus eſt Anno Domini M. D. LXXXVII. ætatis ſuę LI. Epiſc. XV.

XCII. 93 Fr. CONSTANTIUS ex oppido Sarnano in Piceno, ex Ord. Minor. Conventualis, à Sixto V. creatus Cardinalis eſt, atque Epiſcopus Vercellenſis anno 1587. die 6. menſis Aprilis. Hic in Piceno natus eſt ſatis honeſtis parentibus an. 1531. die 4. menſis Octob. decenniſque Franciſcanum Inſtitutum exorſus eſt profiteri, evaſitque Theologus, & concionator ſpectabilis. Quamobrem Peruſiæ, Patavii, Romæque publice nobiliores artes profeſ- A ſus eſt cum laude ingenii. Sixto V. dum privatus ageret, familiariſſimus fuit, à quo ex inſperato factus eſt Cardinalis, ac Vercellenſis Antiſtes: quam ille Eccleſiam duos tantum annos adminiſtravit, deinde ab eo munere miſſionem impetravit, confugitque ad clauſtrum apud monaſterium SS. Apoſtolorum, ubi aliquot ſcholaſticæ diſciplinę monumenta compoſuit, quorum nonnulla protulit in lucem, aliis alia emittenda reliquit. Deceſſit anno 1595. poſtrema die Decembris; ſepultuſque eſt apud S. Petrum in Monte aureo: vir bonæ mentis, ingeniiq; in ſcholaſtico pulvere exercitatiſſimi, cæterum adeo ſimplex, ut plerumque dignus videretur, qui riſu circumſtantium exciperetur.

XCIII. 94 CONRADUS Aſinarius, nobilis Aſtenſis, filius Cæſaris, ac Violantis Rotariæ, Pio V. ſedente, Faventinis, Imolenſibus Foroque Julienſibus civile jus dixit. Sub Gregorio vero XIII. utriuſque Signaturæ Præſul fuit, Spoletum, Aſculum, ipſamque Romam adminiſtravit ad annos quinque: eidem commendata fuit Abbatia S. Alberti Tortonenſis: Peruſiam, Umbriamque B conſultiſſime gubernavit. Occultis, gravibuſque expediendis negotiis Dux Sabaudiæ ad Magnum Etruriæ Ducem illum legavit, atque à Sixto V. ex ceſſione Cardinalis Sarnani, denique Vercellenſis Epiſcopus effectus eſt ann. 1589. ſolemni ritu obtenti Epiſcopatus iniit poſſeſſionem. I. die exordientis Auguſti anno 1590. Eodemque anno Aſtæ, quo, tamquam ad patrium cœlum, excutiendo morbo confugerat, fato conceſſit, ſupra tertium quinquagenarius, ibidemque ſepulchrum accepit.



XCIV 95 MARCUS ANTONIUS Viſia, Bartholomæi, & Mariæ Palliæ filius, nobilis Aſtenſis, atque Cathedralis Eccleſiæ Archipresbyter, Priorq; Secuſiæ, Conrado ſuffectus eſt 1590. die 13. menſis Auguſti. Taurini munus conſecrationis recepit. Præfuit uſque ad annum 1599 deinde eo munere ſe exolvit. Poſt aliquot annos Taurini mortuus eſt, ſepultus in Eccleſia S. Mariæ de Platea, variantis fortunæ exemplar futurus.

XCV 96 JO. STEPHANUS Ferrerius patre Joanne Georgio, matre Dorothea Bertodona Cardinalis D Bobæ ſorore natus, hujus gentis ſextus Vercellenſis Epiſcopus, ad id muneris promotus eſt anno 1599. die 29. menſis Maji, Clemente VIII. ita cenſente ex Referendario utriuſque Signaturæ, Romæ conſecratur à Friderico Cardinali Borromæo in Eccleſia S. Mariæ de Angelis. Urbem ingreſſus eſt die S. Laurentii ſolemni pompa ſuſceptus. Synodum habuit anno 1600. Diœceſim illuſtravit, eamque in Vicarias diſtinxit. Ob egregias ejus virtutes à Clemente VIII. amatus, Apoſt. Nuncius in Germaniam ad Imperat. miſſus eſt à Paulo V. revocatus, ſeptimæ ſynodo Provinciali interfuit. Hic ad Eccleſiam ſibi creditam promovendam, viſus eſt cum majoribus ſuis clariſsimis Præſulibus de pietate certaſſe, confectoque catalogo, abſolutaque vitæ hiſtoria S. Euſebii, quam Clementi VIII. inſcripſit, cavit, ne præclara ſuorum anteceſſorum geſta tenebris oblivionis involverentur, nobiſque uberem paravit materiam, unde hæc


nostra

noſtra narratio haud elumbata prodiret. Obiit an-
nu 1611. relatus Biellam in ſepulchro patrum ſuo-
rum in Eccleſia S. Sebaſtiani ſepultus eſt.
XCVI 97 JACOBUS Goria è Villa Franca Aſtenſis
diœceſis, à Paulo V. Vercellenſis Epiſcopus adle-
ctus eſt anno 1611. menſe Auguſto die; 17. Præſul
omni laude digniſſimus Eccleſiam ſibi creditam an-
nos 37. adminiſtravit: cui dedicavit anteceſſorum
ſuorum commentariom Aurelius Corbellinus, opus
ſane non contemnendum, ſi vetuſta moumenta
ejus Eccleſiæ non ſemel indicata, nec ab aliis viſa in
eo recenſerentor. Deceſſit Goria pene capularis ſe-
nox ann. 1648.

A D D I T I O.

XC VII. („ HIERONYMUS *de Ruvere, Vercellenſis,*
„ *Abbas Commeudatarius Monaſteriorum S. Mariæ*
„ *de Pulcheria Tauriuenſis provinciæ, & S. Janua-*
„ *rii Vercellenſis Diœceſis, vir ſcientia, & rerum*
„ *agendarum peritia celebris, quique Oratoris mu-*
„ *nus apud Chriſtianiſſimum Regem pro ſereniſſimo*
„ *Sabaudiæ Duce ſtrenue obierat, ex Conſiliario*
„ *Status ejuſdem Ducis ad banc Eccleſiam promotus*
„ *eſt die 5. Majı 1660. & noudum exacto ſuæ paſto-*
„ *ralis curæ bieunio vale dixit huic ſeculo circa ini-*
„ *tium anni 1662.*
XC VIII. „ MICHAEL *Angelus Brolta, nobilis Tauriuen-*
„ *ſis, Abbas S. Mariæ de Pinarolo, Hieronymo ſucceſ-*
„ *ſit die 30. Julii 1663. cumque diutius ſuam admi-*
„ *niſtraſſet Eccleſiam obiit Vercellis m. Majo 1679.*
XCIX „ VICTORIUS *Auguſtinus Ripa, nobilis Tau-*
„ *rinenſis, utriuſque Signaturæ Referendarius, cum*
„ *plures Eccleſiaſticæ ditionis urbes laudabiliter re-*
„ *xiſſet, Æſium nempe, Beneventum, Firmum,*
„ *tandem Vercellenſem Eccleſiam gubernandam ſu-*
„ *ſcepit die 27. Novembris 1679. Carnis debitum*
„ *perſolvit Romæ 4. Novembris 1691.*
C. „ JO. JOSEPH *Maria Urſinus, nobilis Tauri-*
„ *nenſis, Congregationis Canonicorum Regularium*
„ *Lateranenſium Abbas, Viſitator, & Procurator*
„ *generalis, electus eſt Vercellenſis Epiſcopus die*
„ *24. Martii 1692. At vix enacto biennio deceſſit men-*
„ *ſe Auguſto an. 1694.*
CI. „ JOSEPH *Antonius Bertodamus, nobilis Ver-*
„ *cellenſis, Præpoſitus inſignis collegiatæ S. Stepha-*
„ *ni de Biella; Monaſteriorum S. Jacobi de Beſſa,*
„ *& s. Benigni Abbas, & ſereniſſ. Sabaudiæ Ducīſ-*
„ *ſæ Eleemoſynarius, hac infula ornatus eſt die 3.*
„ *Junii 1697. Quo jam defuncto ad hanc diem vi-*
„ *dua remanet hæc Eccleſia, novo nondum ſponſo*
„ *alligata.*)

VIGLEVANENSES
E P I S C O P I.



HAud procul à Ticino fluvio inter Papiam, Mediolanumque ſita eſt parva, ſed pulchra civitas Viglevanenſis; quam nonnulli vicum Veneris appellant, ut ſcribit Corius, teſtes accerſens Carioum, ac Merulam. Simonetta vero in Sfortiadibus illam appellat Vigevanum, quæ iterum Volaterraoo in Geographia Vegivaoum, & Veglivanum Dominico Macanto eſt. Vult autem Carinus hanc civitatem fuiſſe ędificatam à Marcello poſt cædem Virodomari Regis Gallorum, ac deinde Vicum Veneris fuiſſe appellatam, cujus narratio mihi pro fabula eſt, non ſecus ac fabulantur, qui Viglevani civitatis exordia io Mediolanenſes Duces rejiciuor, cum ii multo recentiores ſint, quam quæ in ſcriptoribus ejuſmodi civitatis memoria ſo-
A leat occurrere, ut ſcribit Volaterranus. Conſtat autem à Mediolaneoſibus hujus civitatis muros fuiſſe excifos anoo 1296. ac multo poſt à Sfortianis Dominis fuiſſe reſtauratos, ita ut ex illa munitiſsima, ſumptuoſaque Arce, quam ibi ædificarunt, illam ſtatuiſſe de novo poſsint videri. Papienſibus primum paruit, poſt Mediolanenſibus, eorundemque Ducibus, deinde à Ludovico XII. victore Jacobo Trivultio exercituum doctori egregio, dono data eſt. Poſt exactos autem ex Italia Gallos, ex dono Maximiliani Ducis, Cardinalis Sedunenſis illam poſſedit, qui paulo poſt à Franciſco I. Gallorum Rege ejus dominio ſpoliatus eſt; devolutaque deinde eſt ad Franciſcum Sfortiam; poſt quem Carolo V. præda ceſsit, ab eoque hæreditario jure ad Hiſpaniæ Reges pertinuit, atque ab eiſdem hactenus poſsidetur. Clemens VII. anno 1529. 17. Kal. Aprilis in gratiam Franciſci Sfortiæ Viglevanum Epiſcopali dignitate ornavit, S. Ambroſii Eccleſia erecta in cathedralem ea conditione, ac lege, ut ad Franciſcum, ejuſque ſucceſſores,
B Duceſque Mediolanenſes eligendi denominatio, juſque patronatus perpetuo pertineret. Viciſsim Franciſcus munificentia plane Regia ampliſsimam poſſeſsionem, cui Sforceſchæ cognomen eſt, Epiſcopali menſæ ſuffecturam attribuit. Cathedralis ſatis ampla, pulchraque eſt, ſanctoque Ambroſio conſecrata. Sacris in ea miniſtraot Canonici 18. è quibus eminent dignitate, Præpoſitus, Archidiaconus, Primicerius, & Cantor; è reliquis canonicis eſt Theologus; accedunt manſionarii duo, levitæ duo, ſacriſtæ quatuor, totidem capellani titulati, pueri Seminarii decem. In civitate præter cathedralem, in qua animarum curam Prępoſitus exercet, ſunt parochiales Eccleſiæ duæ, virorum cœnobia intra, & extra mœnia 5. ſanctimonialium unum, Xenodochia tria, & Mons pietatis: familiæ ibi degentium 1500. animæ plus minus 8000. Diœceſis exigua extat, in qua tres tantum parochiales Eccleſiæ continentur, & unum Monialium cœnobium, & hoſpitale, quod eſt Mortariæ, cum Abbatia Aquæ Longæ Ord. Ciſtercienſis epiſ-
C copali menſæ unita. Fidelium animæ totam diœceſim incoleotium 5000. Taxatur in lib. Camerę Apoſtolicæ floren. 900. verus valor redditus aſcendit ad quatuor millia ſcutorum Epiſcopi, qui in ea ſede floruerunt, jam inde ab ejus Eccleſię fundameotis, Archiepiſcopi Mediolanenſis Suffraganei ſunt, quorum ſeriem ex actibus Conſiſtorialibus ex fide modo dabimus. Diploma erectioois Epiſcopatus proferemus ex originali, quod extat in hunc modum.

Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum
Dei ad perpetuam rei memoriam.

Proexcellenti præeminentia Sedis Apoſtolicæ, in qua poſt Beatum Petrum Apoſtolorum Principem, quamvis imparibus meritis, pari tamen auctoritate conſtituti ſumus, in irriguo militantis Eccleſiæ agro, Romanum Pontificem, novas Epiſcopales Sedes, Eccleſiaſque plantare dignum arbitramur, ut per hujuſmodi novam plantationem, Populorum augeatur devotio, divinus cultus efflorcat, animarum ſalus ſubſequatur, & humilia loca, & præſertim quorum Incolas
D *præcipua devotionis integritas, & fidelitatis merita exornant, dignioribus titulis, & condignis favoribus illuſtretur, ut propagatione novæ Sedis, honoratique Præſulis aſſiſtentia, & regimine cum Apoſtolicæ auctoritatis amplitudine, ac orthodoxæ fidei profectu, & exaltationis populi ipſi propoſitum eis æternæ felicitatis præmium facilius valeant adipiſci, dignaque eorum retributio cedere poſſit aliis in exemplum Sane cum oppidum Viglevani, forſan partim Novarienſis, & partim Papienſis Diœceſis, Campaneæ Lumellinæ, temporali dominio dilecti filii nobilis viri Franciſci Sfortię Vicecomitis Ducis Mediolani ſubiectum, inter alia illarum partium oppida admodum inſigne, & notabile, ac benedicente Domino, plurium Prælatorum, doctorum, & aliarum notabilium perſonarum, populique generoſitate refertum, & in eo una collegiata Eccleſia etiam inſignis, & notabilis ſub invocatione Sancti Ambroſii dicata, & in illa una Præpoſitura, dignitas inibi principalis, necnon ſeptem canonicatus, &*

toti-

Google

A totidem præbendæ pro totidem perſonis exiſtant, adeo ut oppidum, civitatis, & eccleſia hujuſmodi, cathedralis nomine, titulo, & prærogativa merito decorari debeat; idque præfatus Franciſcus Sfortia Mediolani Dux ſummopere deſideret, ac nobis ſuper hoc humiliter ſupplicaverit; ac pro ipſius Eccleſiæ dote idem Franciſcus Sfortia Dux nonnullas in de la Sforzeſca, & dilectus filius magiſter Galeatius de Petra clericus Papienſis notarius noſter alias proprietates in Vallis viridis nuncupatis locis dictis Novarienſis Diœceſis conſiſtentes, & reſpective ad eos legitime pertinentes, aſſignare parati exiſtant. Nos attendentes, quod ſi oppidum in civitatem, & Eccleſia hujuſmodi in cathedralem Eccleſiam erigerentur, & inſtituerentur, id in ipſius oppidi, & dilectorum filiorum cleri, ac univerſitatis, ſingulorumque incolarum, & habitatorum ejuſdem decus, & amplitudinem, divinique cultus augumentum, & animarum ſalutem cederet, & Franciſci Ducis votis plurimum ſatisfaceret, ex præmiſſis, & certis aliis rationabilibus cauſis, habita deſuper cum fratribus noſtris deliberatione matura, de illorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, oppidum prædictum cum B illius diſtrictu, ac dictis Novarienſis, & Papienſis diœceſis Vercellenſis fratris noſtri Antonii Portuen. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis de Monte nuncupati, cui quoad vixerit omnimoda adminiſtratio in ſpiritualibus, & temporalibus Eccleſiæ Papienſi Apoſtolica Auctoritate reſervata exiſtit, & Joannis Mariæ, Papienſem Epiſcoporum ad hoc quoad partem oppidi, & diſtrictus hujuſmodi in dicta diœceſi Papienſi conſiſtentem dumtaxat, ita quod propterea dictæ eccleſię Papien. quoad reliqua præter hujuſmodi oppidum, & illius diſtrictum dumtaxat, ipſius Diœceſis Papienſis loca aliquod præjudicium non generetur, & nihil aliud de dicta diœceſ. Papien. ſine eorumdem Antonii Cardinalis, & Joannis Mariæ Epiſcopi conſenſu diſmembretur, nec non quæ ſimiliter partim Novarienſis, & partim Papienſis diœceſis prædictarum exiſtit Campaneam Lumellinam C prædictam, quoad illius partem in dicta diœceſi Novarien. conſiſtentem dumtaxat cum omnibus, & ſingulis ipſius campaneæ caſtris, villis, & locis, nec non oppidi diſtrictus, & partis campaneæ Novarienſis diœceſis hujuſmodi clero, populo, & perſonis, ac Eccleſiis, monaſteriis & locis piis, nec non beneficiis Eccleſiaſticis, cum cura, & ſine cura, ſecularibus, & ordinum quorumcumque regularibus, ab eadem diœceſis Novarien. ſalvis cenſibus, ſi qui in oppido, diſtrictu, & Novarien. diœceſi hujuſmodi reſpective Papien. & Novarien. Epiſcopis pro tempore exiſtentibus, debeantur Venerabilis fratris noſtri Joannis Angeli Epiſcopi Novarienſis ad præmiſſa quoad diœceſis Novarien. prædicta conſequi decernunt expreſſo accedente conſenſu, & auctoritate prædicta, tenore ſequentium ſeparamus, & ab omni juriſdictione, ſuperioritate, correctione, viſitatione, dominio, & poteſtate prædictorum, & pro tempore exiſtentium Papien. & Novarien. Epiſcoporum, nec non dilectorum filiorum Papien. & Novarien. Eccleſiarum capitulorum, eorumque Vicariorum, & officialium, ac à D ſolutione quorumcumque jurium eiſdem Epiſcopis, & capitulis per clerum, & alios prædictos ratione juriſdictionis, & ſuperioritatis debitorum penitus eximimus, & totaliter liberamus, nec non oppidum in civitatem, & Eccleſiam S. Ambroſii hujuſmodi in cathedralem Eccleſiam ac in illam Epiſcopalem dignitatem cum præminentiis, honoribus, & privilegiis quibus aliæ cathedrales eccleſiæ de jure, vel conſuetudine utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum, nec non Epiſcopali, & capitulari menſis, ac aliis cathedralibus inſigniis, & altra Præpoſituram, quam inibi dignitatem poſt Pontificalem majorem eſſe volumus, unum Archipresbyteratum pro uno Archipresbytero, & unum Archidiaconatum pro uno Archidiacono, & unum Decanatum dignitates inibi non majores poſt Pontificalem, pro uno decano, nec non ultra ſeptem canonicatus, & totidem præbendas, jam in ea conſtitutos, alios quinque canonicatus, & totidem præbendas pro aliis quinque canonicis ad omnipotentis Dei laudem, & ipſius S. Ambroſii honorem, totiuſque triumphantis Eccleſiæ gloriam, & fidei catholicæ exaltationem, & de ſimili conſilio, dicta auctoritate erigimus, & inſtituimus ac oppidum civitatis, eccleſiam cathedralis, nec non campaniam diœceſim, incolaſque, & habitatores prædictos civium nomine, & honore decoramus, nec non eidem eccleſiæ ſic in cathedralem erectæ oppidum pro civitate, & campaniam hujuſmodi pro diœceſi, nec non Eccleſias pro clero, & ſeculares perſonas inibi habitantes pro populo concedimus, & aſſignamus, ac civitatem, diœceſim, clerum, & populum prædictos Epiſcopo Viglevanen. qui pro tempore fuerit, quoad ordinariam omnem juriſdictionem, & ſuperioritatem etiam perpetuo ſubiicimus, nec non Epiſcopali pro illius unam vallis viridis valoris annui quadringentarum librarum imperialium monetæ Mediolanenſis octuaginta ducatos auri, vel circa, conſiſtentium ad Galeatium, & jam illi tot alias de la Sforzeſca locorum hujuſmodi, ex quibus tria millia librarum ſimilium, quam capitulari menſis prædictis, alias ejuſdem loci de la Sforzeſca proprietates ad Franciſcum Ducem præfatos legitime pertinentes, ex quibus pro dote Archipresbyteratus, Archidiaconatus, & decanatus ducentæ & quinquaginta, ac pro erectione canonicatuum, & præbendarum hujuſmodi centum & quinquaginta libræ ſimiles annuatim percipi poſſunt per eoſdem Franciſcum Ducem, & Galeatium concedendas, ex nunc, prout ex tunc, & e contra, cum conceſſæ & aſſignatæ fuerint; ita quod liceat Epiſc. Viglev. pro tempore exiſtenti, & capitulo Eccleſiæ hujuſmodi, per ſe, vel alium, ſeu alios corporalem poſſeſſionem proprietatum prædictarum illarumque jurium, & pertinentiarum propria auctoritate libere apprendere, & perpetuo retinere, illarumque fructus, redditus, & proventus in ſuos, & menſarum ac Archipresbyteratus, Archidiaconatus, decanatus, nec non & canonicatuum, & præbendarum erectorum prædictorum reſpective uſus, & utilitatem convertere, & cujuſvis licentia ſuper hoc minime requiſita, auctoritate, & tenore prædictis perpetuo applicamus, & appropriamus. Et inſuper præfato Franciſco, & pro tempore exiſtenti Duci Mediolani juſpatronatus in præſentandi nobis, & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti perſonam idoneam ad eandem Eccleſiam Viglevanenſem, quotiens illam, hac prima vice excepta, pro tempore vacare contigerit, per nos, & pro tempore exiſtentem Romanum Pontificem præfatum eidem eccleſiæ in Epiſcopum perficiendi, ac etiam præſentandi eidem epiſcopo Viglevanenſi pro tempore exiſtenti, alias perſonas idoneas ad Archipresbyteratum, Archidiaconatum, & decanatum, ac ſingulos canonicatus, & præbendas erectos prædictos tam hac prima vice ab eorum primæva erectione hujuſmodi vacantes, quam deinceps, quotiens illos pro tempore quovis modo vacare contigerit, per ipſum Epiſcopum Viglevanenſem ad præſentationem hujuſmodi inſtituendas, ſimilibus conſilio, auctoritate, & tenore reſervamus, concedimus, & aſſignamus. Decernentes juriſpatronatus hujuſmodi, ac ſi illud eidem Duci ratione veræ fundationis, ſeu plenæ dotationis competeret, etiam per ſedem prædictam, etiam conciſtorialiter, derogari non poſſe, nec derogatum cenſeri, niſi ad hoc ipſius Franciſci, & pro tempore exiſtentis Ducis Mediolani, expreſſus acceſſerit aſſenſus, & ſic per quoſcumque judices, ſublata eis quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari diffiniri debere, irritum quoque & inane, ſi ſecus ſuper his ab aliquo quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ſeparationis, exemptionis, liberationis, erectionis, inſtitutionis, decorationis, conceſſionis, aſſignationis, ſubjectionis, voluntatis, ampliationis, appropriationis, reſervationis, & decreti, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beato-

eum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Bononiæ anno Incarnationis Dominicæ 1529. decimoſeptimo Kal. Aprilis, Pontif. noſtri an. 7.

A

A D D I T I O.

(„ *Viglevanum, quod alii Levorum Vicum, Vicum Veneris, Viglivanum, Viglebanum, & Vergeminum appellant, quando, & à quibus conditum fuerit, enploſis fabulis, ignoratur. Ejus ambitus milliarium cum dimidio non encedit, aliique decem circiter mortalium millia. Cathedralis D. Ambroſio urbis patrono dicata eſt, ornaturque ſen dignitatibus, Præpoſito ſcilicet, cui animarum cura eidem Cathedrali annena incumbit, licet plerumque per Vicarium enerceatur, Archipresbytero, Archidiacono, Decano, Cantore, & Primicerio, duodecim Canonicis, quos inter adeſt utraque Præbenda, duobus Manſionariis, totidemque Curatis, & Levitis, 14. Capellanis, Sacellanis ſeptem, & decem Clericis, qui omnes choro intereſſe tenentur. Præter Cathedralem duæ aliæ in urbe viſuntur Parochiales Eccleſiæ* B *videlicet s. Dionyſii, & s. Chriſtophori; virorum autem cœnobia intra mœnia quatuor, ſcilicet Prædicatorum, Minorum Conventualium, Barnabitarum, qui literas publice profiteri tenentur, & Somaſchenſium, tria propè mœnia, Servitarum, Minorum Obſervantium, & Capuccinorum: Monialium vero ſepta intra urbem tria, & unica in duodecim puellarum Orphanarum cuſtodiam pia domus. Nec deſunt plures Laicorum confraternitates, quatuor Xenodochia, Mons Pietatis, & Clericorum Seminarium. Diœceſis perrexigua eſt, & in duas tantum Parochias extenditur. Epiſcopus autem pro tempore eſt Abbas Aquæ longæ, & Comitis Zemidæ, regiique conſiliarii titulis gaudet.*]



C

I. 1 **GALEATIUS** Petra, nobilis Papienſis, Abbas Commendatarius Monaſterii Aquæ Loogæ Ciſtercienſis Ordiois, Mediolanenſis Senator, ac ſummæ exiſtimationis Ducis Franciſci Conſiliarius, ad ejuſdem Ducis petitionem, primus Viglebaoenſis Epiſcopus adlectus eſt à Clemente VII. anoo 1530. die 16. menſis Martii, ut ex ſequenti diplomate liquet. D

Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Populo civitatis, & diœceſis Viglebanen. ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Hodie eccleſiæ veſtræ Viglebanen. quam nos etiam hodie ex collegiata eccleſia S. Ambroſii tunc Novarien. Diœc. in cathedralem eccleſiam, ex certis cauſis de fratrum noſtrorum conſilio, Apoſtolica auctoritate erectam erenimus, & inſtituimus, tunc à primæva ejus erectione hujuſmodi vacante de perſona dilecti filii Galeatii electi Viglevanen. nobis etiam, & eiſdem fratribus ob ſuorum exigentiam meritorum accepta, de ſimili fratrum eorumdem conſilio, auctoritate prædicta providimus, ipſumque illi in Epiſcopum præfecimus, & paſtoralem curam, & adminiſtrationem, & ipſius Eccleſiæ Viglevanen. ſibi in ſpiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, prout in noſtris inde confectis litteris plenius continetur. Quocirca univerſitatem veſtram monemus, & hortamur, attente vobis per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eundem Galeatium electum, tamquam Patrem, & Paſtorem animarum veſtrarum devote ſuſcipientes, & debita honorificentia pertractantes, ejus monitis & mandatis ſalubribus humiliter intendatis, ita quod ipſe Galeatius electus in vobis devotionis filios, & vos in eo per conſequens Patrem benevolum inveniſſe gaudeatis.

Datum Bononiæ anno Incarn. Dom. 1529. 17. Kal. Aprilis Pontific. noſtri anno 7.

Viginti & duos annos hanc adminiſtravit Eccleſiam. Hic tradito pie, ac liberaliter prædio, ac Abbatia, quæ Aquæ Longæ dicitur, Eccleſiam ſuam duplo, quam erat ditiorem fecit; deceſſitque nonagenarius, ſupra menſes undecim, dieſque 25. anno 1552. ſepultuſque eſt io cathedrali, in ſepulchro à ſe conſtructo, dum viveret, cum hac inſcript.

Galeatius Petra Ducalis primo, mox Cæſareus Senator comes, ac Viglevani Pontifen primus communis neceſſitatis memor hunc tumulum, V. S. F. C. vixit annos XC. menſes ni. dies xnv.

B

(„ *Galeatius Petra Franciſcum Brunorum hujus nominis primum, & Eliſabetham Rubeam e Comitibus s. Secundi parentes ſortitus eſt, editus in lucem die 2. Novemb. 1461. Diu vixit Romæ in aula Aſcanii Sfortiæ Cardinalis, electuſque Viglebanenſis Epiſcopus ſedis ſuæ poſſeſſionem inivit die 6. Decembris 1530. ejuſque prima cura fuit novam Cathedralem ſaluberrimis legibus inſtituere, quas quidem Clemens VII. edita Bulla an. 1537. ratas habuit. Anno 1533. die 27. Novemb. Cathedralis Altare majus ſolemni ritu conſecravit, ut ſequens proloquitur inſcriptio in marmoreo lapide exarata.*

„ Lap. hunc P. Franciſco II. Sfort. Duce Mediol. Fuodatore, dotatoreque jubente, Chriſtierna regis Daciæ filia Caroli V. avunculi id procurantis oepte deſpooſata, Galeatius Petra Viglevaneo. Epiſcopus in aræ ſundaneotis poſuit MDXXXIII. Ego Galeatius Petra Epiſcopus Eccleſiæ Cathedralis Viglevani primus, altare hoc conſecravi in honorem S. Ambroſii Archiepiſcopi, & reliquias ſanctorum Jo. Baptiſtæ, Jacobi, & Philippi Apoſtolorum, Catarinæ Virg. & Mart. in eo ioclufi, Chriſti fidelibus ſingulis hodie uoum annum, & io die anniverſario conſecrationis hujuſmodi ipſum viſitantibus quadraginta dies de vera indulgentia in forma Eccleſiæ conſueta concedens.

C

„ *Defuncti tumulo hæc addita fuit Epigraphe.*

„ *Reliquum Galeatii Petræ Epiſcopi Viglevani primi ſub hac petra quieſcit in ſpe reſurrectionis. Obiit anno 1552. menſe Octobr: die XXVII.*)

D

II. 2 **MAURITIUS** Petra, Papienſis, Galeatii nepos, Patruo ſuffectus eſt 1552. Vigintiquatuor præfuit annos, deceſſitque die 20. menſis Maji 1576. ſepultuſq. eſt in cathedrali in ſepulchro marm.

(„ *Mauritius Petra, nobilis Papienſis, 1514. die 21. Septemb. Cremonæ natus Franciſco Brunoro II. Catharinaque Blanca Stampa parentibus, enacta in liberalioribus diſciplinis ebibendis pueritia, mox ut Patrem ſibi rapi morte intercedente vidiſſet anno 1528. in Ducis Ferrarienſis Aulam ſe contulit. Quinquennio ibi moratus per biennium deinde Franciſci II. Sfortiæ Dux militiæ fuit; & mox Caroli V. Imperatoris aliquot militum turmas rexit. Sed à patruo è ſeculari ad ſacram militiam evocatus eidem poſtea ſuffectus eſt die 3. Decemb. 1552. A Pio IV. utriuſque Signaturæ Referendarius electus eſt, Spoletique Gubernator, mox ad Tridentinum Concilium miſſus. Sponſæ demum ſuæ reſtitutus Epiſcopale palatium enſtruendum curavit, diœceſim inviſit, Cleri mores*

„ *eeſor-*

„ *reformavit. Anno 1576. ad Concilium Provinciale à S. Carolo Borromæo indictum ſe contulit, e quo reverſus repentino propè fato obruitur die 20. Maii 1576. Poſt ſolemnes inferias ejus corpus in Cathedrali tumulatum eſt cum hac inſcriptione.* A

„ Mauritius Petra Dei gratia Silvani Comes, Mediolani Senator, Utriuſque Signaturæ Reſerendarius SS. D. N. Pii IV. Pont. Max. Viglevani Epiſcopus ſecundus, ultimum claudens diem hic in Domino quieſcit anno ætatis ſuæ LXII. menſe ſeptimo die XXIX. ab Incarnatione verò Domini currente MDLXXVI. menſe Maii die xx. nocte ſequenti, hora quarta.)



B

III. 3 ALEXANDER Caſalis, Patritius, ac Senator Bononienſis, à Gregorio XIII. hanc ſedem obtinuit die 1. exordientis Julii anno 1577. Præſul ſane tum literarum peritia, tum dexteritate agendi memorabilis. Itaque Pius V. Pontifex bis illum in Hiſpaniam legavit ad Regem Philippum II. apud quem tantum gratiæ collegit, ut eidem hanc Viglebanenſem Eccleſiam ſua nominatione contulerit. Statuit in Cathedrali majus Altare, ibidemque nobile ſacellum erexit. Viglebani defunctus eſt 1582. die 16. menſis Februarii, ſepultuſque eſt in Cathedrali cum hoc epitaphio. C


D. O. M.

Alexand. Caſalio Patritio Bononien. And. Com. Eq. Hieroſolymitani, & Sen. fil. Viglevanenſi Epiſcopo Pii V. Pont. Max. admiſſionum magiſtro, ac bis ad Philippum Reg. Hiſpan. Nuncio, ac ab eodem propter ſummam apud eum gratiam hac Eccl. decorata ſacelli hujus conditori, & totius Epiſcopatus amplificatori munificentiſſ. Vinc. Prot. Franciſcus Maria Eques, & Senat. & Martius Eques Fratri poſuerunt

M. D. LXXXII.

IV. 4 BERNARDINUS Breſcennius, Hiſpanus, ex Regis Philippi II. nominatione, ad hanc eandem ſedem aſſumptus eſt an. 1582. Quinque annos, & amplius præfuit, fatoque functus eſt an. 1588. die 11. menſis Auguſti. D

(„ *Bernardinus Bricennius ex Canonico Abulenſi Viglebanenſis Epiſcopus dictus eſt an. 1582. Antiſtes utique præſtantiſſimus, in quo neſcias quid potius admireris, exquiſitam ne doctrinam, variarumque linguarum uſum, an ſummam in rebus agendis dexteritatem. Hinc in pluribus, gravibuſque expediendis negotiis ejus operam, conſiliumque adhibuere Hiſpaniarum Reges, Romanique Pontifices. Et primò quidem pro Hiſpaniarum regibus in bello S. Quintini, aliiſque Commiſſarius generalis extitit. Tum à Pio IV. deinde à Pio V. ſummis Pontificibus ad Magnos Etruriæ Duces Coſmum, & Franciſcum Apoſtolicus Nuncius miſſus eſt. Mox apud eundem Franciſcum Philippi II. Hiſpaniarum regis Legatus diu ſedit. Denique ejuſdem Philippi Vice Legatus in aula Romana biennio moratus eſt. Quibus egregie defunctus muneribus, dignus viſus eſt, qui in Viglebanenſi throno fulgeret. Moriens non parvam pecuniæ vim legavit, ut coemptorum ex ea bonorum redditus in quatuor pauperum puellarum dotes quotannis erogarentur. In Cathedrali tumulatus eſt in D. Caroli ſacello nulla ad ejus ſepulchrum ſuperaddita inſcriptione.)*



5 PETRUS Faunus à Coſtacciario, Picenas, Epiſcopus Aquenſis, Senator, ac intimus Conſiliarius Ducatus Mediolanenſis, ad hanc Eccleſiam translatus eſt anno 1589. die 2. menſis Maii; qui jubente Pontifice, Genuenſi Reipublicæ maximo uſui fuit, Philippoque Regi, ubi ex bellis Italia titubaret. Tres annos hanc adminiſtravit Eccleſiam, deceſſitque 1592. die 9. menſis Septembris, ſepultuſque eſt in cathedrali cum hoc epitaphio. V.

Petro Fauno Coſtacciaro Epiſcopo prius Aquenſi, deinde Viglevanenſi, Sacræ Catholicæ Majeſtatis in dominio Mediolanen. Senatori, ac intimo Conſiliario, ejuſdemque, ac Sedis Apoſtolicæ œconomo generali, ad diſcordias quoque Reip. Genuenſis ſedandas, & in ſtatu Finalis Cæſareæ Majeſtatis Vicario, omnibus his muneribus ſtrenue, ac ſumma cum laude perfuncto, Bonaventura Faunus fratris fil. hæreſque ex teſtamento P. C. Obiit v. Id. Septem. M. D. LXXXXII. ætatis ſuæ anno LXVIII.



6 MARSILIUS Landrianus, Mediolanenſis, Franciſci viri clariſſimi filius, Fabritii Epiſcopi S. Marci nepos, ex Prothonotario Apoſtolico, S. Antonii Mediolanen. Abbate, Utriuſque Signaturæ Referendario, nobilitate generis, & virtute clarus, à Clemente VIII. Viglebanenſis Epiſcopus renunciatus eſt anno 1593. Hic in Eccleſiaſtico ſtatu pluribus muneribus perfunctus eſt, enituitque quam maxime in Vicelegatione Bononienſi. Graviter jam ſeneſcens, deceſſit anno 1609. ſepultuſque eſt in Cathedrali cum hoc epitaphio. VI.

Marſilius Landrianus Epiſcopus Viglevani frequentioribus cleri, populique, ac devoti fœminei ſexus precibus ſe commendatum cupiens, hoc loco vivens Monumentum ſibi elegit. Vixit annos LXXI. menſes

II. diem I. Præfuit Eccleſiæ Viglevani annos XVI. menſes IV. Obiit VI. Id. Sept. MDCIX.



VII. 7 PETRUS GEORGIUS Odeſcalcus, *a* nobilis Novocomenſis, antea Epiſcopus Alexandrinus, ad hanc Eccleſiam tranſlatus fuit anno 1610. die 26. menſis Maii. Rexit cum laude prudentiæ, ac propemodum Angelicis moribus Viglebanenſem Eccleſiam ad decem annos, plenuſq; diebus, ac immortalibus promeritis laudibus, exceſſit è vivis anno 1620. die 6. menſis Maji, ſepultuſque eſt in cathedrali. Memini, me plura dixiſſe de hoc egregio Præſule in Epiſcopis Alexandrinis, tametſi autem plura reſtent dicenda; ſuperſedebimus tamen, contenti amandaſſe lectorem ad Hieronymum Ghilinum nobilem, & eruditum virum Alexandrinum, qui Odeſcalchi laudes in ſuo Theatro virorum illuſtrium omnibus numeris abſoluto elogio enarravit. Cujus etiam meminit prius, doctus, & eruditus amicus noſter Hippolytus Maraccius To. 2. Bibliothecæ Marianæ.

a De eo Ariſius in Crem. liter. t. 2. p. 384.

(„ *Ad ejus tumulum ſequens proſtat inſcriptio.*

D. O. M.

„ *Petro Georgio Odeſcalco Patritio Novo-*
„ *com. Thomæ Reg. Senat. filio, Eccleſiæ,*
„ *Patriæ, & familiæ lumini. Hic utriuſ-*
„ *que Signaturæ Referendarius, Prothon.*
„ *de Particip. ad Helvetios Legati munera*
„ *feliciter obivit. Epiſcopus Alexandriæ,*
„ *poſtmodum Viglevani, ubique extructis*
„ *aris, ſcriptis codicibus, piiſque inſtitu-*
„ *tis, eximiæ pietatis in Deum, Deiparam, & Sanctos, glorioſa erexit monu-*
„ *menta; Paſtor, & pater ſemper vigilans,*
„ *& pius inter piorum lacrymas nunquam*
„ *ſatis lacrymatus, ut cœlo diutius vive-*
„ *ret, citius terris obiit Nonis Maii*
„ *MDCXX. Devotiſſimi teſtimonium pa-*
„ *renti optimo I. C. Raymundus Odeſcal-*
„ *cus P.*]



VIII. 8 Fr. FRANCISCUS Romerius, Hiſpanus, Carpentanus, Patria Matritenſis ex Ord. Carmelitano, paulo ante Archiepiſcopus Lancianenſis, ad hanc Eccleſiam tranſlatus eſt anno 1621. die 21. menſis Januarii; obtenti Epiſcopatus iniit poſſeſſionem die 4. menſis Februarii ejuſdem anni. Obiit anno 1647. („ *Obiit Matriti 16. Julii 1635.*]



9 JOANNES Guttieres, Hiſpanus, ſucceſſit Franciſco 1648. die 18. Maii *b*, poſt varios caſus, poſt tot diſcrimina rerum adverſantis fortunæ injurias expertus, ad ſedem Epiſcopalem tandem propria virtute ac regia munificentia aſcendit; quam quidem dignitatem vix elapſo anno cum morte commutavit *c*, dum pergeret in dies publicum populorum bonum augere. Jacet in ſua Cathedrali. IX.

b Deſignatus jam fuerat an. 1646.

c Die 10. Martii 1649.

A D D I T I O.

(„ JO. STEPHANUS *Cardinalis Dongbus,* X.
„ *Jannenſis die 4. Aprilis 1650. Viglebanenſis Epiſ-*
„ *copus renunciatus eſt. Sed aliquot poſt menſes ad*
„ *Æmiliæ Legationem promotus hoc onere ſe abdi-*
„ *cavit.*
Fr. GABRIEL *Adarcius de Santander, Matri-* XI.
„ *tenſis, Ordinis B. Mariæ de Mercede ex regio con-*
„ *cionatore ad hanc ſedem evectus eſt die 9. Martii*
„ *1654. ad Hydruntinam Metropolitanam deinde*
„ *tranſlatus 1657.*
„ ATTILIUS *Petraſancta, Mediolanenſis, Ab-* XII.
„ *bas S. Ambroſii Mediolani, congregationiſque Ci-*
„ *ſtercienſis Præſes, Gabrieli ſufficitur menſe Ju-*
„ *nio 1659. Romæ deceſſit 23. Novembris 1666.*
„ HIERONYMUS *Vicecomes, Mediolanenſis,* XIII.
„ *Archipresbyter, & Vicarius generalis Mediolani,*
„ *electus Novariæ Epiſcopus, ad Eccleſiæ hujus*
„ *Epiſcopatum aſſumptus eſt 3. Octob. 1667. Trien-*
„ *nio poſt diem clauſit extremum ſepultus in Cathe-*
„ *drali cum hoc Epitaphio.*

D. O. M.

„ Hieronymo Vicecomiti Eccleſiæ Me-
„ tropolitanæ Primicerio, Archipresby-
„ tero, Cremonæ primùm, deinde Me-
„ diolani Vicario generali, Viglevani E-
„ piſcopo, pietate, juſtitia, integritate
„ inſigni, inexpectata morte correptus,
„ Petrus Lucas, & Alexander Comites
„ fratri benemerenti hoc monumentum.
„ Obiit die VI. Octob. MDCLXX. ætatis
„ annorum LVII. in Epiſcop. III.
„ JOANNES *Raſinus, Mediolanenſis, patriæ* XIV.
„ *Metropolitanæ Archidiaconus, hac infula redimi-*
„ *tur 1. Junii 1671. Brevis Pontifex fuit, ſiquidem*
„ *die 18. Novembris inſequentis anni tranſivit ad*
„ *ſuperos. Ejus cadaver in Cathedrali terræ man-*
„ *datum eſt, ubi ad ejus ſepulchrum hæc legitur E-*
„ *pigraphe.*
„ Comiti Joanni Raſino, Archidiacono
„ Eccleſiæ Metrop. Mediolani, inde Vi-
„ glevani Epiſcopo, qui brevi anni unius
„ pontificatu, longum Civium fletum, &
„ perennem promeruit memoriam. Comes
„ Marcus Antonius Raſinus fratri dile-
„ ctiſſimo mœſtiſſimus poſuit an. 1672.
„ JOANNES *Caramuel Lobkovvitz Hiſpanus,* XV.
„ *nobilis Matritenſis, Adoleſcens Anacoreticæ vitæ*
„ *crepundia apud Ciſtercienſes ſuſcepit in regali*
„ *Monaſterio de Spina Palentinæ diœceſis. Deinde*
„ *in D. Bernardi Complutenſi collegio ſcientias om-*
„ *nes capeſcere ſtuduit, & doctrinales linguas O-*

rien-

rientalium nationum In Belgium profectus Dunenſe cœnobium Ciſtercienſe aliquandiu incoluit, & ſacræ Theologiæ lauream accepit in Lovanienſi Univerſitate; mox Melroſenſis Abbas in Scotia renunciatus per Angliam, Scotiam, & Hiberniam Progeneralis inſtitutus eſt ab Abbate Ciſtercii Ordinis Generale. Non multo poſt Diſſimbergenſis in Palatinatu inferiori, & ſuffraganeus Moguntini Archiepiſcopi, reducendis in ea Provincia ad Orthodoxam fidem aberrantibus ovibus omnes nervos contendit, innumeroſque Etherodoxos ad veritatis tramitem perduxit. Quare ejus prudentia, probitate, & doctrina illecti Auſtriaci principes, & præcipuè Ferdinandus III. Imperator ejus opera in quibuſdam difficilioribus negotiis extricandis uſi ſunt. Quo tempore cum apud Cæſarem Pragæ reſidentem Catholici regis Agens eſſet, ab eodem non modo Monſeratenſi Pragæ Benedictini inſtituti Abbatia locupletatus eſt, ſed etiam deſignatus Epiſcopus Rozonenſium, & Reginobratzenſium in Bohemia; quibus titulis in tota Pragenſi diœceſi Vicariam operam præſtitit Cardinali ab Harrach Pragæ Archiepiſcopo. Cæterum Romam cum veniſſet, Alexander VII. Campianenſi, & Sutrianenſi Eccleſiis ſacrorum Principem attribuit die 9. Julii 1697. De quo in ſupplici libello conſiſtoriali inter cætera legitur multum pro fide laboraſſe, in Bohemia 25. millia hæreticorum convertiſſe, factus Cæſareæ Majeſtatis concionator, & conſiliarius, regiſque Bohemiæ capellanus perpetuus. Cui deinde regimini cum libere reſignaſſet, poſtulante Catholico Rege ad Viglebanenſem tranſiit ſedem 25. Septemb. 1673. Mirum quot ſcripſerit, edideritque volumina, etiam alieno nomine, ut amicorum promoveret auctoritatem, ea ſpargens in vulgus. In his Herculeas ingenii, mentiſque vires exhauſtas quis non dixerit? At ejus calamus, ſicut reviveſcens ſemper arbor novos ſemper ad literariæ Reipublicæ commodum fructus emittebat: adeout nec cæcitas ſeni aſſiduis vigiliis, ſtudiiſque confecto oborta impedimento eſſe nequiverit, quin plura dictaret ab amanuenſibus excipienda. Laboribus demum nunquam intermiſſis fractus animam Deo reddidit in die feſto Nativitatis B.M.V. an. 1682. Ejus cadaver in Cathedrali ſepultum eſt hoc brevi ad tumulum inſcripto Epitaphio.

MAGNUS CARAMUEL
EPISCOPUS VIGEVANI.

At è regione ejus ſepulchri in ſacello Ss. Sacramenti hoc proſtat legentibus Elogium.

En ubi lingua ſilet, & calamus Magni
Joannis Caramuel, qui vel XI. ætatis
anno libros ſcribens, mox Monachus,
Pontificibus charus, ac Regibus XXX.
hominum millia revocavit ab hæreſi,
obſeſſam ingenio, & enſe liberavit Pragam,
linguas omnes edoctus, & diſciplinas
vitæ bonis æquavit volumina in
LXXVII. ita veges, ut nunquam otiatus,
demum ſuis in operibus immortalis
nuncio comete, tum nato cum obiit,
dum in hac Cathedrali Epiſcopi æternum
clari pro natæ Virginis feſto veſperæ
ſolvebantur, cœlo ortus terras reliquit
anno MDCLXXXII.

FERDINANDUS *Rocus, Hiſpanus, in ſacra Theologia Magiſter, & Eccleſiæ Caurienſis Canonicus Magiſtralis, Viglebanenſis Epiſcopus deſignatus eſt die 6. Decembris 1683. Obiit Præſul pauperum amantiſſimus vix exacto ſui regiminis biennio die 30. Decemb. 1685. ſummo totius populi fletu in Cathedrali contumulatus.* XVI

Fr. PETRUS *Marinus Sormanus, Mediolanenſis, totius Seraphici Ordinis miniſter Generalis, Viglebanenſis Eccleſiæ Epiſcopus regius ab Innocentio XI. creatus eſt 5. Id. Octob. 1688. Seminarium ad alendos, & inſtruendoſque Clericos ædificandum curavit, redditibuſque ditavit: quinque Capellanias in Cathedrali erexit, quam etiam plurima, nobiliſſimaque ſupellectili ornavit: Epiſcopales ædes refecit, magnificumque ſacellum in Eccleſia Minorum Obſervantium excitavit: Præfuit maxima pietatis laude ad annos 14. defunctuſque eſt die 12. Junii 1702. ac in Cathedrali ſepultus in ſacello S. Caroli, in quo erectum eſt hoc nobile elogium.* XVII

Petrus Marinus Sormanus Mediolanenſis
Cœnobita Minoris Obſervantiæ, S.
Sepulchri infulatus Cuſtos, catholico
cultui redemptu à Turcarum contemptu
facta aliqua Redemptionis loca, ſui ordinis
Generalis Miniſter, ſibi, & Seraphicæ
religioni, ſummi Pontificis, Imperatoris,
Regum benevolentiam, & patrocinium;
Viglevanenſis Epiſcopus ſeminario
novas ædes, & cenſum, templi
magni choro quinque ſacerdotia, aris ſacram
ſupellectilem adjunxit, poſt operam,
& opes, vitam quoque Deo reddidit
pridie Id. ſextiles an. ſalutis MDCCII.
ætatis ſuæ LXXII. Epiſcopatus XIV.

Ad ejus autem monumentum hæc legitur brevis inſcriptio.

Petri Marini Sormani, Epiſcopi Viglevani,
cujus merita honorarius lapis detegit,
hic oſſa tegit.

HIERONYMUS *Archintus, nobilis Mediolanenſis, ex patriæ Metropolitanæ Primicerio Viglebanenſis gregis curæ admovetur die 5. Martii 1703. Obiit die 22. Octob. 1710. Mortui cadaver in eodem ſacello s. Caroli conditum in Cathedrali hac inſcriptione ejus laudes proloquente.* XVIII

Hieronymus Archintus, Mediolanenſis,
Ordinis Patritii, I. C. C. ex Primicerio
templi Max. Mediol. à Cath. Majeſtate
Viglebii Epiſcopus electus, annos
fere VIII. hujus Eccleſiæ regimini
impendit. Obiit optimus Præſul XI. Kal.
Novemb. an. MDCCX. ætatis ſuæ
LXII.

GEORGIUS *Cattaneus, nobilis Mediolanenſis, I. V. & s. Theologiæ Doctor, patriæ Metropolitanæ Canonicus ad hanc Cathedram evectus eſt die 2. Martii 1712.)* XIX.

ITALIA SACRA
FERD. UGHELLI
Abbatis Ordinis Ciſtercienſis.

PROVINCIA OCTAVA
SIVE
LIGURIA.

In qua de Januenſi Metropoli, ejuſdemque Suffraganeis accurate tractatur.

LIGURIA in nobilioribus ITALIÆ Regionibus numerata, hodie apud nos illa cenſetur, quam Januenſem maritimam Oram appellamus. Hæc inter Varum, Macramque flumina interjacet, habetque ab Occaſu Alpes, quæ Narbonenſem Galliam, hodie Provinciam, ab Italia diſcriminat; ab Oriente proſpectat Hetruriam, à meridie Liguſticum mare, à Liguria ſic appellatum; à Septemtrione cum Liguribus Ciſapenninis, parteque Æmiliæ Apenninus illi occurrit. Hæc, de qua loquimur Liguria Tranſapennina eſt, à Ciſapennina, hoc eſt Montisferrati Regione, diſcriminata. Hodie ora maritima Genuenſis, ſive Liguria, in Orientalem, Occidentalemque tota partitur; Orientalis ab exciſa Luna Genuam uſque B protenditur; Occidentalis vero ab ipſa Genua uſque Monachum excurrit. Hæc magna ex parte, utpote montuoſa, & aſpera, & quæ Apennini limbum inſedit, ſterileſcit, perpetuoque contuitu mare proſpicit. Durior autem eidem antiquitus rerum omnium fuit proventus, ut Strabo ſcribit. Siquidem introrſus tota montuoſa, alendis tantum proceris arboribus commodum ſolum poſſederat, ex quibus compactæ rates incolas intra fauces Herculeas audaci curſu vehebant. Hoc

A tempore tamen expugnatum ſolum pertinaci cultura feliciorem omnium rerum copiam fundit, tametſi incolarum multitudini non ſuffecturam. Omnis generis abundat fructibus, præcipue autem maſſilicis, medicisque malis nobilitatur. Colles, ac valles ornant varietate gratiſſima, nunc continua, nunc intermiſsa tecta villarum; quæ præſtant multarum urbium faciem (ut Plinii Secundi de Laurentino ſuo utar verbis) ſive ipſo mari, ſive ipſo littore utaris, quod nonnunquam longa tranquillitas mollit, ſæpius frequens, & contrarius fluctus indurat. Gens ab antiqua diſſimilis, amœnitate morum, præſentia animi, Ingenii ſubtilitate, mercaturæque explicandis negotiis, Induſtria, arteque nautica, nulli ſecunda eſt. Hæc Januenſi Reipublicæ, ac Inſulæ Corſicæ æquiſſimas ſcribit leges, quæ poſt tot eluviones bellorum, civiles diſcordias, Italiæ rerum dominæ adhuc auſpicatiſſimæ libertatis jura tuetur: finitimis populis formidabilis, ultimis gentibus admiranda. Civitates hujus Provinciæ quæ Epiſcopali exornantur dignitate, ſex ſunt, quarum tres, Albinga ſcilicet, Brugnates, Naulumque Januenſis Præſulis Suffraganeæ ſunt: Savona vero, ac Vintimilienſis, Archiepiſcopo Mediolanenſi in ſpiritualibus ſubjectæ ſunt: Sarzanenſis vero, atque Lunenſis unam Apoſtolicam Sedem immediate venerantur, & colunt, quarum vice, Bobium in Ducatu Mediolanenſi, cum Mariana, Nebiaque in Corſica ſituatis eidem Archiepiſcopo Januenſi ſuffragantur.

METROPOLIS JANUENSIS

Cujus Suffraganei ſunt

Epiſcopatus
- Accienſis, nunc unitus cum Marianenſi
- Albingaunenſis
- Bobienſis
- Brugnatenſis
- Marianenſis
- Naulenſis
- Nebienſis.



JANUA, quam ob civium opes, ædificiorumque ſplendorem vulgus ſuperbam appellat, in antiquioribus Italiæ civitatibus numerari poteſt; inter maritimas vero, poſt Venetias, principem illam locum ſibi vindicare par eſt. Livius, Valerius Maximus, Strabo, Plinius, Ptolomæus, Romanaque Itineratia Genuam illam appellant. His autem poſteriores, qui propius fabulis acceſſerunt, Januam contendunt debere appellari tamquam à Jano ædificatam. Alii Gianum Genuum priſcum Italiæ Regem ejus civitatis faciunt auctorem, ideoque de ſuo nomen Genuam fuiſse nominatam. Nec defuere, qui reliquerunt ſcriptum, vel à Genuino comite Phaetontis, vel à Genuo filio Saturni, vel à Genua Promethei filia Genuæ duxiſſe nomen. Poſtremo arbitrantur nonnulli à janua Januam fuiſſe dictam, quippe quæ Italiæ janua videtur eſſe; ſeu potius mundi, ut in ejuſdem elogio cecinit Joannes Vicecomes.

Janua ab antiquo quondam quæ condita Jano
Dicitur, & vaſti narratur Janua mundi.

Sunt qui narrent, mille annos ante fundatam urbem Romam, Januam civitatem extuliſſe muros, quorum narratio cùm nullo certo innitatur fundamento, cuique relinquitur integrum, liberumque credere, quicquid velit. Antiquior de ea mentio, quæ apud Livium occurrit legentibus, habetur lib. 8. ſecundi belli Punici: narrat enim Magonem filium Hannibalis Carthaginenſis cum triginta triremibus in Italiam deſcendiſſe, atque ex inſperato Genuam nudatam præſidio cepiſſe, captamque crudeliter excidiſſe anno DL. à Romæ fundatione, ante Chriſtianam vero inchoatam ſalut. CCIII. Publio Cepione Scipione, Publioque Licino Craſſo Conſulibus, duoſque tantum annos manſiſſe exciſam, ut idem Livius narrat, deinde Senatu jubente, à Lucretio Spurio, cui ob id prorogarunt imperium, fuiſſe inſtauratam, Coſſ. Cn. Servilio Cepione

A Cneoque Servilio Gemino; deinde Romanorum
municipium fuiſſe factam prodit quoddam perantiquum
fideque dignum monumentum apud Dertho-
nam inventum. Romanis victoribus ſemper fi-
dem ſervaſſe, ideoque ſub eorum imperio crevisse
opibus, ædificiorumque amplitudine, eorumdem-
que cum exolevisset potentia, poſtliminio revoca-
tis Conſulibus, ſe in libertatem aſseruiſse. Ab ex-
teris, æque ac civibus plura amittendæ libertatis
adivisse pericula, quibus tandem prudentia, con-
ſilioque diſcuſſis, Reipublicæ quamdam perfectiſ-
ſimam formam inſtituiſse profiteri, cujus felicitati
cum Rotharis Rex Longobardorum invidiſset, flo-
renti civitati intulit excidium, quod grave incom-
modum deinde reſarcivit Carolus Magnus Italica-
rum civitatum à Longobardis exciſarum magnifi-
cus reſtaurator. Itaque eum opibus deinde, ac po-
tentia valuiſset, non modo Liguriæ caput effecta
eſt, ſed ad Orientis littora ingentibus impulſis claſ-
ſibus nobiliſſimis Syriæ civitatibus injecit frænum,
B Hieroſolymitano Regi auxilio futura. In Africam
expellendis Sarracenis curſum intendit, Theodo-
ſia hodie dicta Capha potita eſt; Cyprique Regno,
Lesbo, Scioque Inſulis, Galataque, nunc Pera,
Thraciæ civitate. Corſicæ autem juſta Princeps,
ac domina poteſt videri, quod inde Sarracenos exe-
gerit, eorumdemque Regem abduxerit in ſervitu-
tem. In eam denique ab ejuſdem armis, & claſſibus
protecti Reges, plura jura, illuſtriaque dominia
contulere. Sed nihil in ea ſic eminet, ac inter tot
bellorum diſcrimina, civiumque diſſipata ſtudia,
fortunæque vices conſervata *Libertas*. Conjectura
eſt, S. Barnabam Apoſtolum Genuam intuliſse ſa-
cra Chriſtiana, ibidemque ad Liguſticum littus
Nazarium, & Celſum inclytos Martyres appulſos,
primum publice ſacrum feciſse, quod in nulla an-
tea Italicarum civitatum (ſi ulla Genuenſibus ſcri-
ptoribus fides) publice, palamque acciderat. Adeo
Januæ fides Chriſtiana radicitus hæſit, ut etiam
C perſecutoribus deſævientibus ſe ſe vexatorum

Chri-

A Chriſtianorum præbuerit tutiſſimum aſylum, &
tunc eveniſſe conſtat, cum per totam Inſubriam
Arrianorum graſſante lue, Archiepiſcopum Me-
diolanenſem cum Clero majori, melioriqueparte
te nobilitatis per annos ſeptuaginta, Genua ejus
peſtis eaors, refovit, & aluit. Reddita pace Ec-
cleſiæ, cum inde Præſules Mediolanenſes cum Cle-
ro rediiſſent ad ſedem, credunt ea Mediolanenſi
nobilitatis parte, cui ibi commorari placuerat, mi-
rum in modum Genuam fuiſſe auctam, atque no-
bilitatam. Cæterum primus Epiſcopus, cujus me-
moria mortalibus non excidit, S. Salamon, ſive
Salonus eſt, qui cum aliquibus ſanctis ſucceſſoribus,
rariſſimis ſanctimoniæ exemplis hanc Januenſem
fundavit Eccleſiam, quæ uſque ad annum 1133.
Archiepiſcopum Mediolanenſem coluit, & vene-
rata eſt. Illam deinde, civium Genuenſium in A-
poſtolicam ſedem eaigentibus meritis, Innocen-
tius II. Metropolim Liguriæ renunciavit, eidem-
que ſuffraganeos attribuit, Marianenſem, Nebien-
B ſem, Accienſem in Corſica; cum Bobienſi, ac
Brugnatenſi, quem cum Accienſi noviter Epiſco-
patum erexerat. Primus autem hujus ſedis Archie-
piſcopus Syrus fuit, quem pallio donavit Innocen-
tius, Anaſtaſius vero IV. eundem Legatum natum
ultra mare creavit, quam dignitatem etiam ad ſuc-
ceſſores extendit. Eandem dignitatem Alexander
III. Syro affirmavit, ut poſtea dicemus. Inno-
centius vero III. an. 1213. Metropoli Januenſi Al-
bingaunenſem Epiſcopatum adjecit, quod ipſum
Gregorius IX. ratum habuit, idemque poſtea Pon-
tifex, majoris dignitatis gratia Januenſi Archie-
piſcopo Naulenſem ſuffragari mandavit. Cathe-
drale templum D. Laurentio martyri ſacrum in
umbilico civitatis decentiſſime eminet, adeo intus,
foriſque picturis, ſignis, marmoribuſque ſuperbe ex-
nrnatum, ut Januenſium civium pietatem in Deum
abunde teſtetur. De cujus inſtitutione hæc habet Jo-
annes Blakneus in libro de mundi ætatibus. *Sixtus
Papa Athenienſis, ex Urbe cum in Hiſpaniam per-*
C *vexiſſet ad Concilium Generale celebrandum, Cæſar-
auguſtam urbem præcipuam Regni Aragonici pervenit:
nit: & poſt celebratum Concilium ex eadem ſecum de-
talit s. Laurentium patria Oſcenſem, amboq; Januam
Liguſtici tractus civitatem primariam pervenerunt.
Nobilibus humaniter benigno hoſpitio excepti ſunt;
& in loco, ubi nunc extat Eccleſia divo Levitæ Lau-
rentio Chriſti martyri celeberrimo dicata. Quamo-
brem Januenſes conſcii de Martyrio S. Laurentii
ſub Decio Imperatore, in eodem loco hoſpitii primam
totius orbis Eccleſiam in honorem ejuſdem ædifica-
runt*. Hæc ille. De hoc Concilio Toletano nulla
eatat memoria apud Baronium, neque apud alios,
qui de Conciliis Generalibus ſcripſere. Cæterum
hæc Cathedralis Eccleſia abundat præcipue Inſi-
gnibus ſanctorum reliquiis, in quibus Præcurſoris
Domini S. Joannis Baptiſtæ ſemiuſtulata oſſa, cine-
teſque effulgent, quos Januenſes è Lyſia Myræ il-
luc tranſtulere anno 1098. Ibidem etiam requieſcit
corpus S. Syri Epiſcopi. Caput, brachia, cru-
D raque cum craticulæ non temnenda parte, ubi aſ-
ſatus S. Laurentius evolavit ad ſuperos, S. Barna-
bæ item caput, caputque s. Sebaſtiani, brachium
S. Matthæi, S. Georgii, ſanctique Triphonii,
Ss. Innocentium capita duo. Deatra manus S. Ja-
cobi minoris, crura s. Blaſii, denſq; viſendæ magni-
tudinis s. Chriſtophori, manus s. Patritii oſſaque
s. Hilarionis: ea Chalcedonio confectum vas quod
Innocentius VIII. Pontifea Max. huic Templo do-
no dedit, ibidem aſſervatur, viſiturque Smeraldina
peluis, vix ſatis à mortalibus celebrata, cum pluri-
bus aliis ſanctorum reliquiis, ac invidioſis fortunis.
Clerus nobilis eſt, in decem & ſeptem Canonicos
diſtinctus, ex quibus quinque inſigniti ſunt digni-
tatibus, Præpoſituræ nempe, quæ major eſt, Ar-
chidiaconatus, Majuſculatus, Archiprebyteratus,
& Primiceriatus, habitu hyemali ab Innocentio
VIII. æſtivo vero à Paulo V. Pontiff. Maax. in-
ſtar Prælatorum nobilitati; & triginta ſacerdotes

A Manſionarios, ſeu Capellanos habet, & Canto-
rum Collegium Apoſtolica auctoritate erectum à
Laurentio Fliſco Epiſcopo Montis Regalis. Per
civitatem plura templa ſparſa viſuntur, Cœnobia
Regularium omnium fere ordinum, & ſanctimo-
nialium Monaſteria viginti duo, Xenodochia qua-
tuor ampliſſima, quæ à nobilibus viris reguntur,
aliaque ſpectantur Oratoria, Januenſis pietatis
haud obſcura veſtigia. Viginti octo parochiales
Eccleſias civitas tota complectitur, quarum Mini-
ſtrorum opera ultra ſeptuaginta animarum millia
curantur, inter quas inſignior eſt Collegiata B. Ma-
riæ de vineis, nobili ſita loco, Præpoſito, novem-
que Canonicis, & ſexdecim Capellanis decorata;
Inſignis etiam habetur altera D. Donato ſacra.
Hujus Metropolis ampla diœceſis eſt, ac nobi-
lis, ſed aſperitate locorum, & Eccleſiarum mul-
titudine inter ſe diſſitarum difficilis; habet enim
fere in medio Sarzanenſis Epiſcopatus portum Ve-
neris, in Inſula Corſicæ Bonifacii nobile Oppi-
B dum, & in Montisferrati ditione Capriatam. Re-
cenſetur in ea ducentæ octuaginta duæ Parochiæ,
tres & triginta Archipresbyterales Eccleſiæ,
quibus ſubiiciuntur aliæ, continenturque ſub iis cen-
tum & ultra triginta hominum millia. Archiepiſco-
palis menſæ redditus ſatis tenues ſunt pro dignitate
tantæ Eccleſiæ; ad duo millia ſcuta illius monetæ
annui cenſus vix aſcendunt, taxatur vero in libris
Apoſtolicæ Cameræ ad mille florenos. Cæterum
ex hac Italiæ nobiliſſima urbe plures viri ſanctitate
celebres prodierunt. Plures ſummi Pontifices, Car-
dinales vero, Archiepiſcopi, Epiſcopi pluresque
alii Eccleſiaſtici Præſules, quorum numerus haud
facile finiri poteſt. Sed nec minus fœcunda fuit in li-
teratis hominibus producendis, ac bellicoſis, in qui-
bus illa duo Martis decora, Andreas Auria, Am-
broſiuſque Spinula ad poſteritatis invidiam peren-
nabunt. Omitto induſtrios mercatores ejus gentis,
qui ad peregrina littora impulſis ratibus, inde tan-
tum fortunarum, ac opum Januam intulerunt, ut
C vix in omni memoria alia gens ditior habeatur. Hos
tamen vincit civis unus Columbus, qui unius glo-
riæ, famæque immortalitatis impulſu, ad novum
Polum expanſis velis, novum nobis, incognitum-
que Orbem aſſeruit, ut iis, qui in tenebris, & um-
bra mortis infidelitatis jacebant, Chriſtiani Evan-
gelii lumen poſſet inferri. Quæ omnia ſi à Januen-
ſi civitate contigiſſet abeſſe, unus tamen Alber-
tus Ciſtercienſis Ordinis ſanctiſſimus Monachus,
unaque Catharina Fieſcha Adurnia, merita mu-
lier, divini amoris clariſſimis flammis, quibus ita
conſumpta eſt, ut tamen adhuc mortua levando
incendio hianti, incorruptoque ore auras videatur
colligere, potuiſſent Januam ad miraculum Illu-
ſtrare. Hujus civitatis amplitudinem, elegantiam-
que nobili elogio Franciſcus Petrarcha compre-
hendit: ſuorum vero civium res præclare geſtas
Jacobus de Voragine, Petrus Pizzanus, atque Au-
guſtinus Nebienſis Epiſcopus celebrarunt, præter
Sabellium, Volaterranum, Natalem de Comiti-
D bus, Ubertum Foliettam, Paulum Interamnium,
Jacobum Bracellum, Petrum Baptiſtam Burgium
eruditum amicum noſtrum, Scardeoneum in mo-
numentis Italiæ, Leandrum Albertum, Octa-
vianum Saulum, Federicum de Federicis, Au-
guſtinumque Calcagninum doctum Metropolita-
næ Eccleſiæ Canonicum, qui ejuſdem memine-
runt cum laude. Porro Epiſcopi, qui in ea flo-
ruerunt, ſunt, qui ſequuntur, tum ex iis aucto-
ribus, tum ex variis monumentis à nobis expi-
ſcati.

A D D I T I O.

(„ *Eccleſia Metropolitana D. Laurentio Martyri
„ Sacra. Hanc anno circiter 262. videlicet poſt ejuſ-
„ dem Martyrium ſtatim conſtructa aliqui probabili-
„ ter aſſerunt eodemmet loco, ubi ipſe ex Hiſpania
„ adveniens cum S. Sixto nondum Pontifice hoſpita-
„ tus eſt. Inde publico ære ad nobiliſſimam, & am-
„ plam redacta formam, anno 985. in Cathedralem*

„ fuit

„ fuit erecta, & poſteà à Gelaſio Papa II. anno 1118. A
„ conſecrata. Egregia, ſumptuoſaque decoratur facie,
„ à læva parte turrim Sacram ingentis altitudinis,
„ ex lapide, & marmore conſtam oſtentans,
„ quamvis non ſatis amplo pronao fruatur. Ad triplices
„ Eccleſiæ valvas gradibus lapideis, & marmoreis
„ patet aſcenſus, quæ valvæ ſuis tholulis
„ plateam verſus porrectis, & columnis ſtructilibus,
„ & verſicoloribus, ſtatuiſque marmoreis circumquaque
„ mirum in modum ornatæ exiſtunt. Celebre
„ ſacellum inter reliqua intus Eccleſiam conſpicitur,
„ ſtatuis præcelſæ artis mormoreis, columniſque
„ Porphyreticis, auroque ornatum ad ſervandos
„ SS. Præcurſoris Chriſti cineres conſtructum, in
„ cujus obſequium 26. argenteæ lampades perpetuo
„ lumine ardent. Chorus prægrandis adeſt, opere
„ ſegmentato, inſignis Franciſci Zabelli artificis formatus,
„ & dignus ut ab omnibus exteris conſpiciatur.
„ Canonici Eccleſiæ inſervientes, inter quos
„ quinque dignitates, ſeptem ſuprà decem numerantur,
„ hoc ordine. Præpoſitus, qui & prima poſt
„ Pontificalem dignitas, Archidiaconus, Magiſcola,
„ Archipresbyter, Primicerius, & hi conſti- B
„ tuunt quinque dignitates; indè ſequitur Pœnitentiarius.
„ Hi ſex ſtallum, & locum fixum tam in Choro,
„ quam in Capitulo occupant. Poſtea ſuccedit
„ Canonicus Theologus, qui loco fixo, neque in Choro,
„ neque in Capitulo gaudet, ſed tantummodo
„ Præbendam ſuam propriam habet, ſicuti Pœnitentiarius,
„ & quinque dignitates. Alii 10. Canonici
„ ex magis diuturno Eccleſiæ ſervitio ſibi ipſis reſpectivè
„ præcedunt, & ſuas Præbendas optant. Præclaro
„ habitu decorantur ad normam Canonicorum
„ D. Petri de urbe ipſis ab Innocentio VIII. qui fuit
„ dictæ Metropolitanæ Præpoſitus, conceſſo. Præter
„ Canonicos nulli Beneficiati exiſtunt. Verum
„ triginta Presbyteri, qui & Capellani, inſerviunt
„ Eccleſiæ, ſatis decenti, & nobili habitu ornati;
„ quatuor manſionarii, quorum tres à Capitulo electi
„ præferuntur reliquis, ſed ſunt amovibiles. Succedunt
„ ſeptem Clerici ad ſervitium Eccleſiæ deſti- C
„ nati, atque horum unus ſpecialiter ſacello Divi
„ Præcurſoris. Singulis autem diebus feſtivis, vel
„ quando aliquis ex Canonicis celebrat, Choro interſunt
„ Clerici omnes Seminarii, qui centeſimum numerum
„ circiter attingunt. Plurimas, & quidem
„ inſignes reliquias hæc Eccleſia matrix poſſidet;
„ nam præter tres partes notabiles SS. Crucis Reparatoris
„ noſtri, & tres Spinas ex Corona ejus Capiti
„ infixa, gloriatur ſe integrum Corpus D. Joannis
„ Præcurſoris in Cineres igne redactum, ejuſdemque
„ Brachium oſſatum ſingulariter poſſidere.
„ Potitur etiam manu dextera D. Jacobi Minoris
„ Apoſtoli, qui primus omnium creditur poſt Chriſtum
„ miſſa Deo ſacrificaſſe; manu læva D. Patritii
„ Hyberniæ Apoſtoli, & Epiſcopi, integro cranio
„ S. Barnabæ Apoſtoli, qui primus Genuæ Evangelium
„ promulgavit; cranio D. Andreæ Apoſtoli,
„ parte tibiæ, ſeù cruris, parte maxillæ, aliiſque
„ fruſtulis corporis D. Laurentii patroni, atque aliis
„ præcipuè ex Beatiſſima Virgine, & SS. Petri, & D
„ Pauli, Bartholomæi, Philippi, Stephani Prothomartyris,
„ Danielis, Simeonis, Zachariæ,
„ Sebaſtiani, aliorumque Sanctorum, & Sanctarum.
„ Cæterum intra nova mœnia Civitatis triginta
„ duo Parochiæ exiſtunt. Quædam ex his propter
„ temporis lapſum nil aliud hodierna die Collegialitatis
„ retinent, præter nomen, ut Eccleſia S.
„ Donati, Eccleſia Ss. Coſmæ, & Damiani, Eccleſia
„ Ss. Nazarii, & Celſi, ſive s. Mariæ Gratiarum
„ modo nuncupata. Non eſt omittenda Eccleſia D.
„ Matthæi, quæ quamvis non habeat veram rationem
„ Collegialitatis, regitur tamen ab Abbate
„ uſum mitræ habente, qui ſimul cum ſuis Capellanis
„ horas Canonicas quotidiè recitat in Choro; eſt
„ de jure patronatus DD. de Auria, & ipſorum Parochia.
„ Hæc Eccleſia fundata fuit anno 1125. à
„ Martino de Auria Monacho Caſinenſi s. Fructuoſi,
„ & olim erat illius Abbatiæ Prioratus. A D. Pio V.

„ ad preces Nicolai de Auria erecta fuit in Abbatiam
„ circa annum 1570. Pariter intra nova mœnia
„ Civitatis (præter cœnobia, alterum Presbyterorum
„ de Congregatione S. Philippi Nerii, alterum
„ Sacerdotum Miſſionum) quadraginta duo Monaſteria
„ Virorum exiſtunt; nempe quatuor Religioſorum
„ D. Auguſtini, & duo Excalceatorum ejuſdem
„ Regulæ, ſeptem ex religione D. Franciſci de
„ Aſſiſio, inter quæ tria, nempe amplum, & ſumptuoſum
„ cœnobium cum Eccleſia Ss. Annunciationis
„ B. Mariæ Virginis Minorum Obſervantiæ, Ss.
„ Conceptionis ejuſdem PP. Capuccinorum, & S.
„ Mariæ de Pace Reformatorum ſupra centum Religioſos
„ ſemper enumerant; duo ex Religione D. Benedicti;
„ unum PP. Olivetanorum ſub nomine S.
„ Stephani, quod olim erat PP. Benedictinorum,
„ ſed poſtea in Commendam tranſactum anno 1530.
„ à Giberto Epiſc. Veronen. Commendatario dictis
„ Olivetanis libere traditum eſt: unum Monachorum
„ D. Bernardi; unum Canonicorum Regularium;
„ duo Fratrum D. Dominici; tria Patrum è
„ Societate Jeſu; duo Carmelitarum, & tria Car-
„ melitarum Excalceatorum, inter quæ Novitiatus
„ ſub nomine S. Mariæ de ſanitate, fundatus à nobili
„ familia de Claris; duo Theatinorum; duo Patrum
„ de Somaſcha; unum Trinitariorum; unum
„ Fratrum Servorum B. Virginis; duo Barnabitarum,
„ nempè S. Pauli, & S. Bartholomæi dicti de
„ Armenis, in quo degebant Monachi Baſiliani, his
„ verò ab Innoc. X. ſuppreſſis, datum dictis Barnabitis.
„ In Eccleſia hujus Monaſterii adeſt Imago
„ Chriſti Domini Regi Abagaro ab ipſo Salvatore,
„ ut creditur, miſſa, miraculis frequentibus celebris
„ præcipuè ob nequiſſimos ſpiritus ab energumenis
„ expulſos. Demum duo Clericorum Regularium
„ Minorum, unum Patrum vocatorum de Scholis
„ Piis, & alterum Religioſorum S. Franciſci de
„ Paula; & duo Patrum Miniſtrantium infirmis ex
„ inſtituto ven: Camilli de Lellis. Extrà urbem adſunt
„ alia Monaſteria Virorum, ut Camaldulen-
„ ſium, Carthuſianorum, aliorumque. Monaſteria
„ verò ſanctimonialium 25. numerantur, videlicet,
„ ex Regula Auguſtiniana 5. ex Franciſcana 7. quorum
„ duo ſub regimine ſuorum Regularium vivunt.
„ Ex Regula D. Benedicti unum, quod centum circiter
„ Moniales ſemper alit; ex Regula Canonicorum
„ Regularium tria à ſuis Canonicis directa, tria
„ ex inſtituto Divi Dominici; atque hæc pariformiter
„ reguntur à Religioſis ejuſdem Ordinis; Duo
„ ex Regula Thereſiana à Carmelitanis Excalceatis
„ itidem recta; duo ex regula S. Birgittæ; tria ex
„ Regula Vener. Mariæ Strata, & Moniales vulgo
„ Turchine nuncupantur. Sunt hæc Monaſteria copioſo
„ Virginum numero referta; & ex his undecim
„ ſolis ex nobili ſtirpe procreatis aperta ſunt; reliqua
„ omnibus patent, excluſis vilibus perſonis. Adeſt
„ inter ſupranumerata Monaſterium Convertitarum.
„ Eorum reſpectivè Eccleſiæ, paucis exceptis,
„ copioſo argenti pondere, & pretioſa ſupellectili
„ divites exiſtunt. Præter hæc Monaſteria, perpetua
„ clauſura munita, adſunt octo Partenotrophia
„ ab antiquo erecta, quæ & Conſervatoria vocantur.
„ Præcipuum eſt illud, quod fundatum fuit
„ ab Emanuelle Brignole, cum fermè quingentas
„ Virgines alat. Adeſt etiam Domus ad paſcendos
„ pueros diſperſos, qui & orphani vocantur. Confraternitates
„ laicales non tot, quin plures Genuæ
„ reperiantur, principaliores tamen 24. computantur,
„ & demptis tribus, reliquæ 21 ſingulis annis
„ feria quinta Hebdomadæ ſanctæ, primo | veſpere
„ ad adorandum Sacramentum in ſepulchro Metropolitanæ
„ juxtà ritum Orthodoxæ Eccleſiæ reconditum
„ accedunt cum plurimis cereis accenſis aliiſque
„ ſivè Crucibus, ſivè myſteriis (ut vocantur)
„ artificioſiſſimè, & ſumptuosè elaboratis. Inter Opera
„ pia recenſendus Magiſtratus de Miſericordia
„ nuncupatus, cujus Præſes eſt Archiepiſcopus pro
„ tempore, qui cum quatuor nobilibus viris illum
„ conſtituit, & redditus adminiſtrat. Iſtiuſmodi

„ Magi-

,, Magiſtratus ad ſublevandam egenorum pauperta- A
,, tem, ad puellas maritandas, & alia charitatis
,, exercenda officia inſtitutus eſt; & incredibile di-
,, ctu, quantum ſingulis quibuſque annis in hæc ope-
,, ra auri effundat. Duo Noſocomia, ſivè valetudi-
,, naria pro viris, & mulieribus exiſtunt, nulli al-
,, teri ſaltem in noſtra Italia, vel magnificentiam ſpe-
,, ctes, & ægrotorum numerum, vel curam eidem
,, adhibitam, ſecunda. Primum & præcipuum Pam-
,, matonis appellatur, in quo colitur corpus B. Ca-
,, tharinæ Fliſcæ Adurnæ, & non tantum infirmis,
,, verum etiam alendis infantulis expoſitis, & ex
,, his maritandis, ſeu dotandis puellis inſervit. Al-
,, terum eſt ægrotorum incurabilium. Magna, & ſum-
,, ptuoſiſſima Fabrica ad alendos pauperes ſenes
,, principaliter, & ad alios pios uſus, adeſt, quæ
,, Magnum Hoſpitium communiter nuncupatur. Ne-
,, que omittendum eſt Xenodochium Eccleſiæ S. An-
,, tonii adnexum. Cæterum quatuor ſunt in noſtra
,, Civitate inſignia Beneficia Abbatialia; primum,
,, & pinguius S. Mariæ in via lata, juriſpatronatus B
,, familiæ nobilis de Fliſco, fundatum à Leonardo
,, Fliſco; alterum S. Antonii de familia Pallavicino-
,, rum, conceſſo jure Patronatus Babiliano Pallavi-
,, cino à Leone X. anno 1513. alterum S. Bernardi
,, Juris Patronatus nobilium Virorum de Lomelli-
,, nis; & s. Bartholomæi de Foſſato, ubi prius de-
,, gebant Monachi Vallumbroſani. Ex commendis
,, vero una ſolummodo adeſt, pertinens ad Religio-
,, nem equitum D. Joannis Baptiſtæ ſub nomine
,, ejuſdem Præcurſoris, ad quam pertinet parvula
,, Eccleſia Collegiata ab Henrico Ambuſono fundata,
,, ut ibi celebrent divina Officia ſex Capellani, anno
,, 1505. Demum propè Civitatem Orientem verſus
,, conſpicitur Hierocomium amplæ ſtructuræ. Civi-
,, tas Januenſis numerat animas 100. mille circiter;
,, ejuſque diœceſis animas ferè 200. mille. Ultrà præ-
,, dictas Eccleſias, & loca pia adſunt in Civitate duæ
,, principales Eccleſiæ ambæ Collegiatæ, quarum
,, altera ſub nomine S. Mariæ de Carignano Juriſ-
,, patronatus DD. de Saulis. Eccleſia in Colle de Ca- C
,, rignano ſita habet admirabilem ſtructuram; & Ab-
,, bas Mitratus, duodecim Canonici, quatuor Man-
,, ſionarii, & alii Capellani illam conſtituunt. Alte-
,, ra eſt Eccleſia Beatæ Mariæ in vineis. Hanc à
,, principio naſcentis Januæ fidei ſtructam ad for-
,, mam Capellæ in loco, in quo dicebantur vineæ Re-
,, gum, ubi complacuit Deiparæ Beatiſſimæ appare-
,, re, aliqui non temere aſſerunt. Eamdem Aſſum-
,, ptioni Virginis dicatam in ampliorem deindè for-
,, mam ex munificentia, & pietate Civium redactam
,, à Sabatino XII. Antiſtite Januenſi conſecratam
,, anno 916. Alii verò ab Oberto, & Guidone, ſivè Ivo-
,, ne de Carmandino à fundamentis extructam an-
,, no 980. probabilius affirmant, inter quos B. Jaco-
,, bus de Voragine, Stella, & Auguſtinus Juſtinianus
,, ſcriptores Januenſes. Ex publicis ſcripturis ad
,, hæc uſque tempora in Capitulo dictæ Eccleſiæ ſer-
,, vatis habetur anno 1100. ejuſdem gubernium, &
,, adminiſtrationem fuiſſe penes presbyteros ſæcula-
,, res, & anno 1137. illius Præpoſitum curam anima- D
,, rum exercere, ut ex diplomate Hugonis Archiepiſ-
,, copi. Tenet hæc Eccleſia nobiliorem locum Civita-
,, tis, & à parte dextera ejuſdem inſurgit Turris Sa-
,, cra ingentis altitudinis, lapidibus quadris con-
,, ſtructa, quæ ab arcu eorumdem lapidum tantum-
,, modo mirabiliter ſuſtinetur. Numerat in ſuo Paro-
,, chiali diſtrictu animas plus quam ſepties mille,
,, præter tria ſanctimonialium Cœnobia, alterum
,, Virginum in clauſura non viventium, dictum Con-
,, ſervatorium, duo alia Virorum Cœnobia, unum
,, nempè ordinis S. Benedicti ſub titulo S. Catharinæ,
,, alterum S. Pauli, cujus Eccleſia à Capitulo conceſ-
,, ſa fuit anno 1216. Nob. Theodoſio Camilla, & ab
,, ejus deſcendentibus ceſſa deinde PP. Barnabitis,
,, & etiam Eccleſiam S. Raphaelis ſacram, juſpatro-
,, natum Nob. Familiæ de Nigris eidem à Capitulo
,, conceſſam anno 1442. vigore cujus Beneficiatus
,, recipit à Capitulo inſtitutionem. Ejus ſtructura in-

A ,, ter nobiliores totius civitatis recenſetur. Adeſt in ea
,, propè altare majus à Cornu Epiſtolæ ſacellum Dei-
,, paræ Virginis undequaq; marmore verſicolori, plu-
,, ribuſque Columnis ornatum, ac variis æneis
,, figuris inauratis, & tabulis egregiæ picturæ
,, majeſtatem ubique redolentibus; in ea colitur ab
,, incredibili, & perpetuo Populi concurſu Statua
,, marmorea Beatæ Virginis altitudinis fermè natu-
,, ralis, ſuſtentans brachio dextero ejus Filium ex-
,, cellentis Artificis opus; ardent ſemper ad ejus al-
,, tare ſeu Cerei, & multæ lampades argenteæ ma-
,, gni valoris. Bis in anno, tertio ſcilicet Paſcha-
,, tis Feſto, & Præſentationis die coronantur Ma-
,, ter, & filius Coronis Aureis, gemmis pretioſiſſi-
,, mis ornatis. Aſſervantur hæc cum aliis muneribus
,, pretioſioribus argenteis in Eccleſiæ ſacrario ſub
,, cuſtodia duodecim Nobilium ad hoc pium opus ſpe-
,, cialiter deputatorum una cum Præpoſito dictæ
,, Eccleſiæ. Qualibet die Sabbathi exponitur in ea
,, Ss. Sacramentum, & in veſperis poſt ſermonem
B ,, cantantur à pluribus muſicis Litaniæ B. Virginis,
,, & benedicitur populus. Ab altera parte altaris
,, majoris extat aliud ſacellum Iuſpatronatus nobi-
,, lis viri Jacobi Squarciaficio Domino noſtro Ieſu
,, Chriſto Crucifixo dicatum, egregiæ, & nobilis for-
,, mæ, marmore undequaque ornatum, ac tabulis
,, duabus Paſſionem Chriſti repræſentantibus. In ea
,, conveniunt quotidie ex diſpoſitione prædicti nobi-
,, lis viri de mane quatuor Canonici, & octo Capel-
,, lani ad recitandum officium s. Crucis, & qualibet
,, die Veneris in veſperis exponitur Ss. Sacramen-
,, tum, fitque commemoratio Paſſionis Chriſti reci-
,, tando plures orationes, & benedicitur Populus.
,, Adſunt plura alia ſacella nobilis, & ſingularis
,, ſtructuræ ſive tabulis egregiis, & marmore, ſivè
,, ſculpturis ornata. Ejus ſuggeſtum habetur inter
,, principaliora Italiæ, & in ea concurrunt certa-
,, tim primi, ac celebriores ſacri Oratores. Habet
,, hæc Eccleſia Præpoſitum, & novem Canonicos,
,, quorum quatuor ſunt Presbyteri, duo Diaconi, &
C ,, reliqui ſubdiaconi. Præpoſitura eſt unica, & prin-
,, cipalis dignitas Eccleſiæ, cui eſt adnexa anima-
,, rum Cura privative quoad omnes. Ejus proviſio
,, ſpectat immediatè ad ſanctam Sedem, habetque
,, in Choro, & in Capitulo ſtallum, & ædes Cano-
,, nicales ſuas. Adſunt etiam quatuor Manſionarii
,, beneficiati, quorum proviſio ſpectat ad Archiepiſ-
,, copum, ultra ſexdecim Sacerdotes continuo inſer-
,, vientes Choro horis diurnis, & nocturnis, vocati
,, Capellani de maſſa, quorum electio ſpectat ad Ca-
,, pitulum dictæ Eccleſiæ, & quatuor Clerici, &
,, unus oſtiarius, qui pariter eliguntur à Capitulo.
,, Prope Eccleſiam extat clauſtrum antiquiſſimum
,, ubi omnes Canonici, Manſionarii, & plurimi ex
,, dictis Capellanis habeat proprias manſiones. Ob
,, ejus longævam antiquitatem dubitatum fuit ſupe-
,, rioribus annis de ejus Collegialitate, cum poſt
,, diuturnam litem ſacra Rituum Congregatio edi-
,, dit decretum tenoris ſequentis.

,, Januen. Præcedentiæ.

D ,, Cùm in cauſa Ianuen. præcedentiæ ſuper contro-
,, verſiis ortis inter Præpoſitum, & Canonicos Eccle-
,, ſiæ Collegiatæ s. Mariæ Vinearum ex una, & Ca-
,, nonicos Eccleſiæ Ss. Fabiani, & Sebaſtiani de Ca-
,, rignano, necnon Parochos Civitatis Ianuen. Par-
,, tibus ex altera, ſuper inſcriptis dubiis per Emi-
,, nentiſſ. D. Cardinalem Barberinum iterum pro-
,, poſitis.
,, Primò an conſtet de Collegialitate cum qualitate
,, inſignitatis Eccleſiæ s. Mariæ Vinearum Genuæ.
,, Secundò an liceat Canonicis ejuſdem Eccleſiæ
,, Capitulariter cum eorum Præpoſito incedere Pro-
,, ceſſionibus, & aliis functionibus Eccleſiaſticis, &
,, quatenus affirmativè.
,, Tertio an eis debeatur præcedentia adverſus Pa-
,, rochos Urbanos, & Canonicos Eccleſiæ S. Mariæ,
,, & Ss. Fabiani & Sebaſtiani de Carignano ejuſdem
,, Civitatis.
,, Cum ſacra Rituum Congregatio die 19. Iulii

,, 1710.

A ,, 1710. *partibus tam in ſcriptis, quam in voce acriter informantibus, auditis reſcribendum duxerit affirmativè in omnibus. Cumque hujuſmodi reſolutioni prædictæ Parochi Urbani acquieverint, ſolumque Canonici Ss. Fabiani, & Sebaſtiani de Carignano obtemperare recuſaverint, coram Auditore Ss. pro Supruſſeſoris inſtiterunt ad effectum adeundi Signaturam Gratiæ, vel prædictæ cauſæ avocatione, illiuſque remiſſione ad Sacram Rotam, ut Sacra Rituum Congregatio de voto procederet. Verum ab eodem Auditore Ss. Congregat. particulari loco Signaturæ Gratiæ aſſignata prædicta Congregatio inſtantiam partis rejecit, cauſamque ad Sac. Rituum Congregationem pro nova audientia remiſit. Hinc demum repropoſita hujuſmodi Cauſa ab Eminentiſs. & Reverendiſs. D. Card. Barberino ſuper infraſcripto dubio: An ſit ſtandum, vel recedendum à reſolutis die 19. Julii 1750.*

B ,, *Sacra eadem congregatio, partibus tam in ſcriptis, quam in voce informantibus auditis, viſiſque Iuribus noviter adductis, reſcribendum cenſuit in deciſis & amplius in omnibus, & ita decrevit, & ſervari mandavit. Die 9. Maii 5716.*

,, *F. Cardinalis de Abdua Præfectus N. M. Tedeſchi Epiſcopus Liparitanus Sac. Rit. Cong. Secr.*

I. *a Oldoinus in Athen. Ligul. Salonium circa annum 450. floruiſſe exiſtimat, quo tamen tempore ſedebat Paſchaſius.*

1 S. SALOMON, quem Salonem *a* alii vocant, primus Epiſcopus Januenſis fuit, cujus memoria dimanaſſet ad poſteros. Vetus traditio eſt, vixiſſe illum priſcis illis temporibus, quibus fides Chriſtiana in Januenſibus, tamquam in bene ſubacto ſolo, altiores cœpit radices agere. Ejus ſacrum corpus in Metropolitana honorifice aſſervatur, celebraturque ejus feſtus dies 4. Kal. Octobris Illius meminerunt Rom. Martyrologium, Baronius in notis, Petrus in Catalogo lib. 12. cap. 265. Jacobus de Voragine in vitis SS. Epiſcoporum Januenſium ſuorum anteceſſorum. Cæterum poſt Salonis exceſſum, decurrerunt propemodum ſecula vacua illorum Epiſcoporum memoria, qui in Januenſi ſede proculdubio ſucceſſere. Meminit tamen S. Proſper D. C Auguſtini coætaneus Camilli, ac Theodori Januenſium presbyterorum, quibus ſcripſit librum, quem adtitulavit; Ad excerpta Januenſium ex Auguſtini operibus, quo tempore quis Januenſem Eccleſ. adminiſtraverit, incertum an ii loco Epiſcopi Eccleſiaſticam rem ibidem exegerint. Poſt Salonem s. Valentinum dabimus, non quod ille ſtatim eidem in Epiſcopatu ſucceſſerit, vel ſecundus in ordine fuerit, ſed quia quintus Januenſis Epiſcopus dicatur à pleriſque, lateantque eorum nomina, qui eidem anteceſſerunt.

II. *b De eo Acta Ss. Maii tom. 3 p. 273. & Julius t. 7, pag. 544.*

2 S. VALENTINUS, *b* patria Januenſis, (s) priſcis temporibus ob eximiam ejus vitæ ſanctimoniam Epiſc. Januenſis effectus eſt v. Præfuit ſancte annis XII. menſ. XI. & VI. Nonas Maii in pace quievit, ætatis ſuæ an. quinto ſupra ſeptuageſimum, ſepultus in Eccleſia SS. Apoſtolorum, cui deinceps s. Syri nomen fecerunt. Ejus ſacrum corpus diviD nitus repertum temporibus Jo: Epiſcopi, hujus nominis II. honorificentiori loco reconditum fuit an. ſalutis 985. ut teſtatur vetus auctor vitæ ejuſdem: *Hujus*, inquit, *talis ac tanti Valentini Præſulis latuit mortalibus corpus humatum intra S. Syri Eccleſiæ ſinum, ſed ſicut ab antiquioribus noſtris didicimus, dum in eodem locello ignoto, euntium, & redeuntium pedes deambularent, quaſi quidam concavitatis ſentiebatur ſonus, terraque tremere, unde quamplurimi magnæ vitæ virorum, ſicuti & erat quieſcere opinabantur, qui cauſa devotionis, quadrificæ compoſitionis incaſtraturam ligneam ſuperius extruentes, ab injuria ſancti omnium remoti ſunt pedes, quæ ita permanſit noſtris uſque temporibus, donec curam paſtoralem obtinuit Joannes hujus civitatis Januenſis Epiſcopus. Cum igitur omnium bo-* A *norum inventori placuiſſet, ut tam egregii viri vita quam corpuſculum panderetur, dum memoratus Epiſcopus Eccleſiam S. Syri in Monaſticæ inſtitutionis ordine ordinari cuperet, & populus dirutam Eccleſiam jam in melius reſtauraret, ac fundamenta jaceret, repererunt corpus ſanctiſſimi Valentini in loco, de quo jam diximus integrum veſtibus, & corpore, quod citis greſſibus illico Epiſcopo nunciatum eſt, qui celerius Diaconum ſuum miſit, ſcire cupiens, utrum ita res ſe haberet, indicens in mandatis, ut diligentius inquireret an ſanctus anulum in manu haberet a quem juſſit ut ſibi detuliſſet, qui veniens adhuc in eodem loco corpus ſanctum reperit, & cauſa cupiditatis ut juſſus fuerat anulum abſtulit, partemque aliquam carnis cum veſte rapuit, ſed eam illico ſuper altare poſuit, anulum vero Epiſcopo detulit, & partem quam de corpore ſancti tulerat, & quod ſuper altare depoſuerat, per ordinem pandit; in eumque idem Epiſcopus invexit, quia ſtulte fecerit, atque præcepit in mandatis, ut quamcitius carnem cum veſte in* B *ſepulchro juxta corpus reponeret, unde abſtulerat, quod fecit. Dominus autem Epiſcopus cum ſacro ordine Clericorum & multitudine populorum exinde glebam ſancti auferens cum omni reverentia juxta altare majus poſuit, quoad uſque locus, ubi inde recondeto, aptiſſime perficeretur, quod Domino annuente completum eſt & ab omni plebe donatione larga tantum largitum eſt, unde camera totius Eccleſiæ pene ad finem perfecta eſt, de loco autem ubi ſanctus jam pridem jacuerat, tabula inventa eſt marmorea, in qua ejus nomen, & vita decenter eſt ſcripta, quæ permanet uſque hodie ad multarum notitiam.* Hactenus ille. Tranſlatum deinde fuit venerabilis Præſulis corpus ab æde S. Syri ad novum Cathedralem S. Laurentii, quod Joannes Archiepiſcopus reperit ibidem anno 1240. atque honorificentiori loco excepit.

3 S. FELIX Januæ natus, ſacriſque literis nobiliter eruditus, patriæ adlectus eſt Epiſcopus, quo tempore, adhuc nos latet, eamque ſedem egregia C ſanctitatis laude adminiſtravit, educavitque s. Syrum, qui illi in Epiſcopatu ſucceſſit, eumque pluribus miraculis coruſcaiſſet, vigeſimo anno, quam præſidere cœperat, evoluvit ad ſuperos die 9. menſis Julii, ſepultuſque eſt in Eccleſia XII. Apoſtolorum, quam poſtea de nomine (ut dictum eſt) s. Syri placuit appellare, ubi anno 1283. ejus ſacras reliquias repererunt, cum hac inſcriptione. III.

Hic requieſcit Sanctus Felix Epiſcopus Januenſis qui vixit an. LXX. rexit Epiſc. XX. receſſit VI. Id. Julii.

Loquitur de s. Felice Jacobus de Voragine, tabulæ Januenſis Eccleſiæ, & antiquus codex ejuſdem, in quo ſextus Epiſcopus Januenſis fuiſſe traditur S. Valentini ſucceſſor.

IV. *c De hoc Acta m. Junii t. 5. p. 475. quem putat eſſe illum Syrum, de quo in Actione I. Concilii ſub s. Sylveſtro an. 324. habiti, cepetique an. 343.*

4 S. SYRUS *c* in quodam loco prope Januam natus eſt, quem hodie Stroppam appellant, olim Æmilianum. Filius fuit Æmiliani, qui illum s. Felici D Epiſcopo tradidit educandum. Igitur Felix edocuit Syrum bonas literas, inſtituitque ad omnem pietatem, ut deinceps poſſet pluribus præeſſe cum fructu: præviderat enim ex Divino inſtinctu ſibi ſucceſſurum. Quod cum deinde eveniſſet, haud minori pietatis laude, quam magiſter feciſſet, Januenſem Eccleſiam gubernavit, pleniſque meritis, ac miraculis clarus, ſanctiſſime vitam finivit 3. Kalend. Julii, ſepultuſque eſt prope s. Felicem: ejuſdem deinde corpus repererunt cum hac inſcriptione.

Hic requieſcit Corpus S. Syri Epiſcopi Januenſis. Obiit III. Kal. Julii. Filius Aemiliani.

Hujus meminit Magnus Gregorius lib. 4. Dialog. cap. 51. illumque Martyrem appellat, dum de ipſius Eccleſia inſtitutam haberet narrationem. De quo

(s) Papebrochius in Actis Ss. Maii tom. 3. p. 452. putavit s. Valentinum ſub s. Sylveſtro floruiſſe: ſed cum agens de s. Syro ad tom. 5. Junii attentius conſideraret in Ss Felicis, Syri, & Romuli vitis nullam fieri mentionem Arrianorum totum Occidentem turbantium, cum quibus illis aliquid negotii fuerit, relegenſque in Actione I. Concilii Romani ſub s. Sylveſtro Papa habiti an. 324. Syri nomen, hunc s. Syrum Januenſem Epiſcopum fuiſſe conjectaret, cenſet s. Valentinum Ss. Syro, & Romulo poſtponendum, qui fuerit ordinatus circa an. 342. obieritque an. 355.

quo etiam Mombritius, Martyrol. Rom. Baron. in notis, Voragine, Ferrarius, & alii. Ejus dies feſtus celebratur 6. Julii ab Eccleſia Januenſi.

V. 5 S. ROMULUS, patria Januenſis, ſancto Syro ſucceſſit, vir ſanctimonia vitæ illuſtris, miraculiſque, quæ vivens patravit, longe clariſſimus; dum diœceſim ſuam inviſeret in villa Matutiana, quæ deinde S. Romuli de ejus nomine appellata, diſceſſit 3. Id. Octobris, ſepultuſque eſt in Crypta S. Syri prope B. Ormiſdam. Verum, poſt hanc villam à Sarracenis combuſtam, Januam, illius corpus tranſtulerunt prope S. Felicem, Epiſcopo Sabatino ſedente ad clavum. Hunc autem illum eſſe arbitrantur, qui deinde prope S. Felicem repertus eſt ſine ulla inſcriptione an. 1283. de ipſo parce, ac breviter Voragine, Ferrariuſque in Catalogo. Ejus tamen acta, & tranſlationis Hiſtoriam è veteri M. S. habuimus, quæ hic placuit ad verbum referre.

(Vitam B. Romuli Epiſcopi ſcripturi chariſſimi, non noſtræ præſumptionis audaciæ obſecramus imputari, verum ejus piæ mentis clementiæ, qui & vita, & moribus ita claruit, atque luculenti ſermonis dulcedine quanta pietate floruerit apparuit. Benignitas enim, dilectiſſimi, illius, adeo erga omnes protendebatur, ut veriſſime de illo proferri poſſet ſe omnimoda charitatis magnificentia repleri, de qua dicitur: Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritus gratiam, qui datus eſt nobis. Illius ergo ſanctiſſimæ converſationis audita clementia, qua Felicis & Syri prædeceſſorum beatiſſimorum normam ſecutus fuerat à Januenſi plebe uti dilectus adoptatur & eligitur ac pontificali infula ſublimatur. Gaudent Januenſes tanti Præſulis dignitate ſublimati, qui Dei ſubveniente gratia, non tanto fruſtrati fuerunt patrono, cui ſe ſuaque committere prævalerent, atque cęleſtia ſe docente beatiſſimæ vitæ eruditione, & collocutione ſe adepturos confiderent. Gaudeamus & nos dilectiſſimi Januenſi urbi tantum patronum beatiſſimum Romulum per plures annos præſediſſe ac divini verbi pabula populo miniſtraſſe. Tempore ſiquidem quo huic mundo beatus Romulus ſuperſtes extitit tanta caſtitatis præfulſit prærogativa, ac charitatis efficacia, ut univerſis Januenſibus potius pater crederetur quam dominus, & amicus præcipuus: quamvis dominatione utens vir præpotens & Epiſcopus eſſet.

Animadverſione benignitatis illius univerſi animabantur & ad virtutum magnitudinem, animo ac ſi pedum acceſſu piis admonitionibus progrediebantur, ac ſi Dei gratia univerſaliter ad ſublimiora provehebantur. Nulli denique quovis iræ ſtimulo commoto fuerat civium beatiſſimo ſciente Romulo ad Solis protendere Occaſum, quin prius pacis oſculo frueretur ac dæmonis præcipitio in noctis tenebras præcipitaretur; non utique oblivioni beatiſſimus Romulus tradiderat ſermonis melliflui pietatem, qua Dominus ſuos diſcipulos paſſionis tempore commonuerat. In ipſius namque diſceſſionis ſuæ articulo Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ſuis recolebat dixiſſe diſcipulis: Pax vobis: atque pace attributa addidit, Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.

Neque oblivioni tradiderat de qua pace dictum fuerat. recordatus quod ſequitur, non quomodo hic mundus dat, ego do vobis. Præterea vero tanta juſtitiæ virtute pręcellebat, ut nulli alii quamvis injuriam liceret facere vel quovis modo vi facta comprimere: inæſtimabili etenim animi beatiſſimus Romulus vigebat charitate, præpollebat ſiquidem conſilio, & induſtria, qua declarabatur illius caſtimoniæ magnificentia atque juſtitiæ, & miſerationis clementia, pupillorum denique ac viduarum pater agnoſcebatur, pauperum vero, & orphanorum eximius procurator.

Simplicitatis vero ac bonitatis humanitas ita beati Romuli ornaverant proſapiam, ut veri in Chriſto aſſererentur Chriſticolæ, qui de illius fuerant progenie. Venerabatur ac reverenter excolebatur ab omnibus uti patronus & amicus præcipuus, ore luculentus, ſermone conſpicuus, omnibus bonis præ-

A fulgens moribus. Coepiſcopis autem ſummæ reverentiæ habebatur. Clerici vero patrem dilectum, Laici defenſorem, & patronum pupilli, & orphani. Mulieres vero quæ vere viduæ erant in Chriſto charitatem mirabantur patris eximii. Crebra fama ſanctitatis eximiæ omnes hortabatur provehi ad meliora, ad quos illius benigniſſima fama pervenerat.

Divulgabatur enim illius benignitatis clementia in omni Januenſium & provincialium affinitate, & ad beati Romuli totius religionis affines commonitionem confluebant, ſanctitatemque admirantes & charitatem omni dignum honorificentia præ nimia illis exhibita charitativa reverentia illum proclamabant: ſibique re modis omnibus committebant, quem reverebantur, & diligebant. Affines enim de pia illius gaudebant admonitione, proximi lætabantur in charitativa mentis habita affectione. Advenæ ſuper impenſa clementiſſima dilectione. Quodam vero tempore cum ad Matutianam plebem viſitationis B gratia frequenter adiret, ac progrediens aliquantiſper moratus illas benigniſſime alloqueretur, contigit viribus corporis repente deſtitui, denique ſui obitus imminere diei depoſitio contigit. Tunc beatiſſimus Romulus Epiſcopus ſe totius carnis viam ingredi animadvertens viribus quibus valuit ſpiritu ac mente ſuperna deſiderans ſe Domino commiſit, ſicque virtutibus plenus tertio Idus Octobris ætherea regna feliciter penetravit regnaturus cum Chriſto, cujus cohæres ad gloriam migravit. Sepultus eſt autem in Villa Motutiana in Crypta Beatiſſimi Syri Januenſis Epiſcopi archa tophea juxta Beatum Ormiſdam, quorum orationibus plurima uſque in hodiernum diem exhibentur beneficia. Cęci illuminantur, dæmones effugantur, leproſi mundantur, cæteraque alia peraguntur. Verum peccatis exigentibus Saracenis à Mauritania egreſſis ad Hiſpanos fines ac univerſa regione circumquaque depopulata, Roderici Regis palatium, paganorum vi facta accipitur, atque ipſe Rex morti traditur. C Eo vero occiſo Saracenorum gens regnandi poteſtate accepta, diverſas ejuſdem provinciæ Urbes accepit, quas nemine prohibente poſſedit. Verum illi (Dei diſponente gratia) gens Gallicana reſtitit. Saracenorum autem gens ſuper iis quæ ſibi proſpere acciderant non modicum læta ſagenis aſcenſis, pro more piraticam exercens Arelatem Urbem invaſit, provincialeſque depopulans, uſque ad Fraxenetum pervenit. Quo latibulo latrocinandi invento reſedit, vaſtavit vero in fines progrediens circumquaque in Forojulienſem Urbem, & Antipolim, Nicea Caſtella uſque ad Albingaunum: pedeſtri itaque itinere alpes ingreſſa valles, & Civitates Ebrodunenſemque terram, Maurienam ſentiam cis citraque deſtruxit, & uſque triennium habitatoribus interemptis Elimanniam ad nihilum redegit. Italiam poſt hæc ingreſſa per ducentorum ferme annorum ſpacia, multos Romam orationis gratia progredientes, gens Saracenorum interfecit; diverſis itaque potita gazis, ac captivorum multitudine ad D Fraxenetum repedavit, ſpoliiſque naves, ac captivis repletas in Hiſpaniam delegavit. Sicque Matutiana depopulata uſque ad præſens tempus omni privatur habitatore. Verum modernis temporibus Sabbatinus Januenſis Cathedra Epiſcopali ſublimato, æſtu nimio eundem Epiſcopum contigit vexari, & quod Beatiſſimi corporis Romuli in Villa Matutiana omni habitatore privata, ac ſacerdotali tanto tempore officio deſolata inviſa haberetur. Conſilio itaque accepto tam populis utriuſque ſexus, quam Clericis, navibus aſcenſis in Villa Matutiana, Clero, & populo comitante acceleratur, & Beati viri corpus ſarcogapho erupto, in capſa cum omni ſtudio diligenter collocatum ad naves perducitur. Sicque cum hymnis, & laudibus proſperis navigantes velis in Januenſem Urbem cuncti lætantes revertuntur. Pontifex itaque præfatus Sabbatinus cum diligenti cura Deo gratias retulit, & epitaphium hexametris, & pentametris verſibus pere-

git, marmoriq; inſcriptos, fronti arcæ, qua Beati corpus Romuli continetur, impoſuit. Sepultus autem in eadem Crypta præſente præfato Epiſcopo, & univerſis Januenſibus tam populo circumſtante quam Clero gratuitos univerſis hymnos & laudes Deo referentibus pro tanti Pontificis reliquiis ſibi conceſſis. Referimus etiam & nos Deo gratias omnipotenti, cui nos committimus, ut illius patrocinio, & precibus nobis præſentis vitæ tribuat meliora ac futura concedat optima, ipſo præſtante cui eſt honor & gloria, virtus, & imperium in ſæculorum ſæcula. Amen.

In tabulis Eccleſiæ Januenſis habetur, quod octavus fuerit ejuſdem Epiſcopus: in cujus honorem præclarum & amplum Oppidum S. Romuli, vulgo, ſancto Remo, in ora Liguſtica inter Albintimilium, in cujus diœceſi eſt, & Tabiam Oppidum, exædificarunt.

VI. 6 DIOGENES hujus Eccleſiæ Epiſcopus fuit, interfuitque Aquilejenſi Concilio cum S. Ambroſio anno 381. Porro Diogenis, & ſequentium Epiſcoporum res adeo obſcuræ ſunt, ut vix nomina ac ſeriem habeamus. Nulla enim apud Januenſes vetera monumenta ſunt, quæ illorum temporum ſtatum obſcuriſſimum demonſtrent. Nudam habent ſeriem Epiſcoporum nec aliquando ſine errore, cum in iis aliquos repererim, qui Genuenſes in Sabaudia fuerunt Epiſcopi, non Januenſes, ut Maximus, Optandus ad quem ſcribit Joannes VIII. Pontifex ep. 281. Ind. 14. & alii, quos conſulte prætermittimus. Annos quibus ſederunt ex vulgatis tabulis deſumpſimus, licet non ſemel cæcutiant earum auctores.

VII. 7 PASCHASIUS temporibus Leonis I. papæ vixit an. 440. (*„ Anno vero 452. ſubſcripſit Epiſtolæ Euſebii Mediolanenſis Archiepiſcopi ad Leonem Papam.*)

VIII. 8 JOANNES, hujus nominis I. Concilio Romano ſub Agathone Pontifice ſubſcripſit anno 680.

IX. 9 VIATOR vixit anno 732.

X. 10 DIONYSIUS anno 798.

XI. 11 SIGIBERTUS anno 864.

XII. 12 SABBATINUS *a* in Synodo Ticinenſi clarus an. 876. Hujus meminit Joannes Papa VIII. in epiſtola ad Carolum Mannum Ind. 11. anno 878. Hic, ut diximus, corpus B. Romuli ex Villa Matutiana in Eccleſiam S. Syri ſumma religione tranſtulit, (*„ Anno 877. interfuit Concilio Ravenenſi.*)

a De hoc Oldoinus in Athen. Liguſt. Manuſcr.

XIII. 13 THEODULPHUS hujus nominis I. anno 930. de eo etiam anno 952. *Apud aliquos anno 932.* (teſte Dandulo) *in civitate Januæ fons ſanguinis largiſſime fluxit in loco, qui uſque in hodiernum diem Fontanella dicitur, futuræ cladis præſagium. Veniunt namque Sarraceni de Africa, & urbem capiunt, & omnes homines occidunt adultæ ætatis, mulieres vero, & infantes ſecum captivos ducunt.* Hæc ille.

XIV. 14 RAMPERTUS, vel Lambertus Theodulphi ſucceſſor an. 968.

XV. 15 THEODULPHUS II. ſubſtituitur in locum Ramperti anno 970. Fundatum eſt ab hoc Epiſcopo ann. 972. Cœnobium S. Stephani Ord. S. Benedicti, quod præterito ſæculo Mattheus Gilbertus Epiſcop. Veronenſis Commendatarius, concedente Clemente VII. Monachis Olivetanis incolendum tradidit. Acceperat olim Cœnobium privilegia inſignia ab Innocentio, & Cœleſtino II. Pont. in eoque colitur Stephani Prothomartyris ſiniſtra manus, argentea theca incluſum brachium quoque Ampelii; corpus fama tenet in eodem templo conditum. De hoc Cœnobio legendus Secundus Lancellottus lib. 2. Hiſtor. Olivetanæ.

XVI. 16 JOANNES II. *b* anno 985. (1) quo quidem anno corpus S. Valentini prædeceſſoris repertum juxta altare majus in Eccleſia S. Syri collocandum curavit. Circa hæc tempora idem Joannes Epiſcopus ſedem Epiſcopalem tranſtulit ex eadem S. Syri Eccleſia ad ædem S. Laurentii intra urbis mœnia. Landulphus vero ejus ſucceſſor in eadem Eccleſia S. Syri Benedictini Ord. Monachos ſub Abbate Petro conſtituit, extructoque Cœnobio, ubi per multa ſæcula ſumma religione Monaſticus viguit ordo, donec Commendatariorum injuria Cœnobium pene collapſum, amotis Monachis anno 1575. Eccleſiam illam Clerici Regulares Teatini in laxiorem, firmioremque formam redegerunt, nobili è regione conſtructo Cœnobio, ubi priſtinam illam Apoſtolicam vivendi formam ex integro redditam ſancte, pieque colunt. Porro qui præfuerunt Benedictini Abbates à Petro primo uſque ad extremum, ne cum Cœnobio in perpetua oblivione remaneant occluſi, hic ſeriem damus.

b De hoc etiam Oldoinus.

1 Petrus primus Abbas an. 994.
2 Anſaldus anno 1036.
3 Berardus 1089.
4 Adelbertus 1107.
5 Albertus 1137.
6 Bertrandus 1156.
7 Bertrandus II. an. 1188.
8 Daniel 1202.
9 Bertrandus III. an. 1205.
10 Matthæus 1243.
11 Ogerius de Inſula 1267.
12 Matthæus an. 1269.
13 Ogerius II. anno 1277. eoque vivente die 8. Januarii 1283. cum S. Syri reſtitueretur altare, quod perfracta eſſet ejus menſa lapidea, tres loculi diſtincti reperti ſunt, in quibus tria ſanctorum corpora recondita erant. In quorum primo plumbea loquente inſcriptione S. Syri, in ſecundo S. Felicis Januenſium Epiſcoporum corpora jacebant, in tertio autem loculo nulla erat inſcriptio, ſed corpus illic inventum exiſtimatum fuit S. Romuli civitatis ejuſdem Epiſcopi.
14 Franciſcus 1286.
15 Alguiſius 1293.
16 Boniſacius 1303.
17 Bernardus de Marrano Parmenſis anno 1307.
18 Teditius de Marrano ſuperioris nepos anno 1316. à ſede Apoſtolica proviſus.
19 Lanfrancus de Zaccia vel Sacciis Papienſis an. 1350. qui inde Januenſis Archiepiſcopus fuit anno 1377.
20 Ludovicus Card. de Fliſco primus Commendatarius ab Urbano VI. conſtitutus an. 1383.
21 JOANNES de Currenſibus an. 1412.
22 Quilicus Bondenarius ex Monacho Abbas conſtituitur an. 1430.
23 Gregorius Bondenarius Quilici nepos monachus ejuſdem Monaſterii, obiit an. 1477.
24 Joannes Baptiſta Cibo Card. ann. 1477. qui fuit Innocentius VIII. Pontifex Max.
25 Laurentius Card. Cibo Innocentii nepos an. 1484.
26 Bandinellus Card. Saulus an. 1504.
27 Innocentius Card. Cibo ann. 1519.
28 Joan. Baptiſta Cibo ex ceſſione Cardinalis an. 1529.
29 Albericus Cibo 1540. qui relicta toga ducta uxore Maſſæ & Carrariæ Princeps fuit, ille qui noſtro ſæculo centenario major diſceſſit.
30 Hippolytus Card. Eſtenſis anno 1551.
31 Jo. Baptiſta Cardinalis Cicada anno 1565.
32 Jo. Baptiſta de Auria anno 1570.
33 Fr. Vincentius Card. Juſtinianus anno 1575. ultimus Abbas Commendatarius, qui cum nepoti ſuo renunciaſſet Commendam, Eccleſiam Cœnobiumque ſemidirutum, amotis nigris Monachis, nigris Clericis regularibus ex Apoſtolica auctoritate tradidit excolendam, ut ſupra diximus.

Nn Eodem

(1) Vivebat adhuc Jo. an. 1001. die 24. Octobris, quo præſens fuit Papiæ judicio cuidam Ottonis ſacri Palatii Comitis, ut conſtat ex documento apud Muratorium Antiq. Eſten. t. 1. p. 125.

A Eodem fere tempore, quo Joannes Epiſcopus Cœnobium S. Syri conſtruxit, Adelagia, vel Adelitia Imperatrix, Rodulphi Regis Burgundiorum filia, Othonis III. Imp. uxor præclaram donationem fecit inſigni Monaſterio S. Fructuoſi Martyris, quod pridem in Januenſi territorio pii fideles eædificarant, qui corpora Ss. Fructuoſi, ſociorumque ejus Auguſtii, & Eulogii divinitus à Tarracona acceperant, Benedictinis Monachis excolendum tradiderant. Hæc nobilis Abbatia, nunc Commenda eſt Jurispatronatus Principum Auriæ domus. Cæterum Adelagiæ Auguſtæ donatio eſt hujuſmodi, ſcripta ann. 986. qui fuit III. Othonis 3.

In nomine Domini Noſtri Dei & Salvatoris Jeſu Chriſti.

Tertius Otho Dei gratia Imperator Auguſtus, anno Imperii ejus Deo propitio tertio, prima die Aprilis Ind. 14. Monaſterio S. Fructuoſi, quod eſt conſtructum in comitatu Januenſi prope littus maris, locus qui dicitur Caput Montis, ubi nunc dominus Madelbertus Abbas præordinatus eſſe videtur. Ego Adelagia Imperatrix Auguſta filia bonæ memoriæ domini Rodulphi Regis Burgundiæ, & relicta bonæ memoriæ domini Othonis Imperatoris, quæ profeſſa ſum ex natione mea lege vivere ſalica, offertrix, & donatrix ipſi Monaſterio propterea dixi. Quiſquis in ſanctis locis, & venerabilibus ex ſuis aliquid rebus contulerit juxta actoris in hoc ſeculo centuplum accipiet, inſuper & quod melius eſt, vitam poſſidebit æternam. Ideoque ego quæ ſupra Adelagia Imperatrix dono, & offero à præſenti die in eodem Monaſterio S. Fructuoſi pro anima prædicti q. domini Othonis Imperatoris viri mei, ſeu mercede, & pro fomento filii mei Ka oli, quem Dominus Deus, & Salvator noſter Jeſus Chriſtus reddidit mihi de fluctibus maris turbidi vivum, & ſoſpitem, per merita beatiſſimi Fructuoſi, & per orationes bonorum virorum ibidem Domino famulantium, & ordine ſicut hic ſubtus legitur. Id eſt petiam unam de campo aratorio juris mei, & habere viſa ſum in loco, & fundo Urtæ, vel ejus territorio & jacet in loco ubi dicitur Ponticelus, quod eſt petia ipſa . . . . . . per menſuram juxta . . . . . 112. & hæret ei ab una parte pratum, ab alia fontana Sperondei & Orbenella, à tertia pratum longum, à quarta pratum & Orbenella, & petiam unam terræ aratoriam, & jacet loco ubi dicitur Brugatu in fundo Urtæ, & ipſa peria per menſuram juxta vices S. O. cohæret ei de duabus partibus terra mea, quam in mea reſervo poteſtate, De reliquis duabus partibus vias publicas ſibique alter ſunt coherentes in Comitatu Januenſi totum pratum Delphinum, cum acceſſibus, & aggreſſibus, cum ſuperioribus, & inferioribus ſuis, & cum omni juriſdictione cum Piſcaria, falconeria, & omnibus venationibus Capitis montis. Ita quod nullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Caſtaldio, ſeu datio, Decanus, Conſul, nullaque perſona magna vel parva poſſit auferre fodrum, ſeu collectam vel ducitam aliquam in ipſo loco nec tenere placita de hominibus habitantibus ſive degentibus in eodem loco. Sed Abbas Monaſterii nominati habeat noſtra conceſſione & confirmatione, nulla obſtante exceptione, plenam juriſdictionem cauſas cognoſcendi, & ſententias definiendi fodrum & collectas imponere moderatas omnes antiquas rationabiles conſuetudines regales ab habitatoribus ipſius capiendi habeant facultatem. Inſulam namque ipſius loci in eodem Monaſterio dono, & offero pari mercede. Quæ omnia ſuperius nominata ab hoc die dono, & offero in eodem ſancto & venerabili Monaſterio, ut dixi, pro animarum noſtrarum mercede ad uſumfructum, & monachorum ſumptum qui ibidem pro tempore Deo famulantium ſervierint. Inſuper per cultellum friſtruen. . . . . notatum . . . . terræ atque ramum arboris, & amphoram plenam aquæ maris ibidem exinde legitimam facit donationem, & traditionem, & veſtituram foris me expelli, & exinde . . . & ab ſarcito ſo . . . & pars ipſius Monaſterio pro animarum noſtrarum mercede relinqui facientes exinde proprietario nomine quicquid voluerint ſine omni mea, & hæredum ac prohæredum meorum contradictione, vel repetitione ad tenendum, habendum, poſſidendum, uſufructuandum & in perpetuum poſſidendum. Si quis vero quod futurum eſſe non credo, ſi ego ipſa Adelagia Imperatrix, quod abſit, & nulli de hæredibus & prohæredibus meis ſeu quilibet oppoſita perſona contra hanc chartulam offerſionis ne quandocumque tentaverimus, aut eam per quodvis ingenium infringere quæſierimus, vel ab unoquoque hoc non defenſaverimus, tunc inferamus pars ipſius monaſterio, vel contra quam exinde litem retulimus mulcta, quod eſt pœna auro optimo unciæ duodecim argenti ponderis 24. & quod reperi . . . . . & vindicare non valeamus, ſed præſens hæc chartula offerſionis meæ ſicut ſuperius legitur firma maneat atque perſiſtat inconvulſa cum ſtipulatione ſubjunxit, & pergamena cum atramentario de terra elevans me paginam tu Oderico Notario, & judex ſacri palatii tradidi, & ſcribere rogavit, in qua ſubtus confirmans, teſtibuſque obtulit robarandam.

B *Actum in Sancto Fructuoſo loco qui dicitur Caput montis prope urbem Januæ feliciter.*

Signum manus Adelagiæ Imperatricis, quæ hanc chartulam offerſionis fieri rogavit ut ſupra, & relicta eſt ei.

Signum manuum Vvilig Maguntini Archiepiſcopi, Ravizonis comitis, Petri, ſeu Stephani, atque Adam teſtes.

Signum manuum Gaudentii, & Azonis, & Angelberti omnes lege viventes Salicites.

Ego Odericus Notarius, & Judex ſacri Palatii, & ſcriptor hujus chartulæ offerſionis poſt tradita rogatus complevi, ſcripſi, & dedi.

17 LANDULPHUS ann. 994. a idem reperitur ſubſcriptus Synodo Romanæ ſub Benedicto Papa VIII. an. 1015. XVII

a Poſt an. 1001.

18 CONRADUS primus anno 1036. de quo etiam an. 1045. XVIII

C 19 OBERTUS, qui Umbertus eſt, & Albertus, Gregorius VII. Papa Umbertum appellat lib. 1. epiſt. 48. anno 1074. Concilio Romano interfuit ſub Nicolao II. anno 1059. ubi nomen Uberti appoſuit, dum ſe eidem ſubſcriberet Concilio, ut ex membrano codice Vaticanæ Bibliothecæ. At in donatione, quam ipſe vetuſtæ Eccleſiæ s. Syri anno 1052. liberaliter egit, Obertum ſe vocat. Hanc libenter hic damus ex copiali Archivi Ianuenſis Eccleſiæ ab Auguſtino Calcagnino Canonico viro erudito, antiquarumque rerum perito nobis exhibitam. XIX.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis

Obertus Dei gratia Januenſis Eccleſiæ Præſul indignus ad vos univerſos clericos, & laicos præſentes, & futuros noſter ſermo dirigitur, à quibus Januenſi Epiſcopo ſubditis obeditur. Facile intelligimus omnes ad officium Epiſcopi pertinere erga omnes, qui illius curæ commiſſi ſunt paternam pietatem impendere, & de ſalute omnium pervigilem curam, & ſollicitudinem gerere, & omnibus miſericordiæ auxilio indigentibus manum miſericordiæ prout poteſt, extendere, & illius præcipue, qui relicta hujus ſeculi vanitate omnipotentis Dei ſervitio corpus, & ſpiritum intelligantur conſecraſſe. Nos igitur qui cunctarum Januenſis Epiſcopatus Eccleſiarum curam ſuſcipimus, B. Syri confeſſoris Eccleſiam negligere non debemus, quæ & Epiſcopatus hujus extitit caput, nam hujus Pontificatus ſanctiſſima, atque glorioſiſſima ſedes ea fuiſſe cognoſcitur, & in qua etſi paupertatis onere præmitur tamen juxta ſanctiſſimi Patris Benedicti inſtituta diligenter vivitur, & ſpiritualis militiæ diſciplina ſub Domino Anſaldo Abbate non inſtrenua cuſtoditur. Pro his itaque aliis rebus dignum ſatis, & juſtum eſſe videtur, ut abundantiori circa illa caritate flagaremus, & ejus beatæ paupertati miſericorditer condeſcendentes, aliquod ſolatium præſtemus. Ergo dum apud nos metipſos cogitando revolvimus quid prædictæ Eccleſiæ, unde ejus paupertas tem-

pere-

peretur, addere valeamus, ecce ſubito ad nos, quidam ut credimus, inſpiratione commoniti venerunt, præcantes, & poſtulantes, ut ipſorum decimas eidem Eccleſiæ concedamus, & rogant ut pro anima Domini Imperatoris hoc faciamus, & ibi ſe libenter, ſi hoc fecerimus, & ſumma cum devotione decimas daturos promittunt, ubi parentum ſuorum defunctorum corpora requieſcant. Horum autem decimas anteceſſores noſtri nulli unquam dederunt, ſed quaſi ad ſuum opus retinuerunt, nihil tamen ex eis aliquando habuerunt; nam cum ſint nobiles, ac potentes pro contentionibus, quas cum anteceſſoribus noſtris ſemper habuerant, numquam ſuas illis decimas dederunt, ſed pro ipſorum arbitrio, quibus voluerunt ſemper eas dederunt. Hi vero qui ſunt, paulò poſterius dicitur. Eorum igitur petitioni, re ipſa diligenter conſiderata, libenter aſſenſum præbemus, ipſorumque decimas illi ſancto loco tribus de cauſis donare opportune judicamus. Quarum prima eſt ut fratres, qui ibi propter divinum opus commorantur corporalibus ſubſidiis ſufficienter adjuti, quæ ſpiritualia ſunt liberius proſequantur. Altera eſt, ut animæ omnium ſacratiſs. Impp. noſtrorum, atque omnium prædeceſſorum ſucceſſorumque noſtrorum & noſtra ab iiſdem fratribus quotidiano orationum ſuffragio adjuventur, & maxime illorum eorumque parentum, à quibus eidem ſancto loco decimæ perſolventur. Tertia vero hujus donationis cauſa eſt, ut ab eiſdem decimatoribus amplius peccata de ipſis decimis non contrahantur, & eorum quæ contracta ſunt, veniam conſequantur. Decimatores autem ſunt omnes Senioris Migerii filii filiorumque, & poſteri eorum. Et omnis Senioris Oberti fratris ejus filii, filiorumq. & poſteri eorum. Horum igitur omnium decimas ſecundum voluntatem, & petitionem ipſorum propter cauſas ſuperius enunciatas præfato cœnobio cum gaudio tribuimus, & en poteſtate ipſorum decimarum nobis divinitus conceſſa in jus, poteſtatemque ipſius antedicto jure ac poteſtate per interventum D. Anſaldi ejuſdem loci Abbatis irrevocabiliter donando transferimus, ut idem domnus Abbas Anſaldus omneſque illius ſucceſſores harum decimarum ſempiternam habeant poteſtatem, eaſque ad utilitatem ſancti loci prout eis viſum fuerit, diſponant, atque pertractent, & ſi qui hanc ſanctiſſimam devotionem, quam flamma Sancti Spiritus conflavit, atque firmavit pro æterna ſalute illorum omnium, qui dicti ſunt ſupra, violare præſumpſerit, vel dominio, ac poteſtate Beatiſſimi Syri cœnobium privare auſus fuerit, ſi quis hoc veniale peccatum perpetrare non timuerit, ſive clericus, ſive laicus fuerit, ira & maledictio Dei omnipotentis ſuper illud decidat, ac maneat, repentinus interitus illum abſorbeat de terra viventium, illius memoria pereat, & cum illis qui erunt in parte ſiniſtra æternæ damnationis animadverſionem ſuſcipiat. Ut vero donationis noſtræ chartula non fluctuare, ſed immobiliter in uno eodemque loco conſiſtere videatur, veluti quadam tenaciſſima anchora manus noſtræ ſubſcriptione firmatur, & hanc chartulam Joanni noſtro clerico ſcribere præcepimus.

Obertus humilis Epiſcopus in hac chartula donationis ſubſcripſit anno ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti mileſimo quinquageſimo ſecundo indict. v.

Actum eſt hoc autem in civitate Ianuæ menſe Iulio die Dominico feliciter in Domino. Interfuerunt clerici de ordine Sanctæ Ianuen. Eccleſiæ Chriſti Gairardus, & Bonusfilius, & Ioannes, & Dado præsbyteri, & Bonamatus, & Gulielmus, & Berardus, & Conradus Diaconi, & Guido, & Ioannes, & Guiſo, & Aldo clerici, qui omnes hanc chartulam donationis laudando confirmaverunt, & in confirmatione ſe ſubſcribi rogaverunt dicentes fiat fiat.

XX 20 CONRADUM ſecundum Mezanellum infulam, & cathedram Epiſcopalem tenuiſſe traditur ann. 1084. cujus cum laude perſeverat memoria apud Canonicos cathedralis eccleſiæ S. Laurentii, ob donationem, quam ille fecit ann. 1087. eiſdem de Eccleſia Ss. Geneſii, & Alexandri cum omnibus ad eam pertinentibus in hunc modum.

In nomine Dei miſeratoris, & Pii.

Conradus divina favente clementia Jauuenſis Epiſcopus. Si Eccleſiarum Dei curam gerimus, & ad earum reſtaurationem operam damus, Epiſcopi noſtri ſtatum perficere, & perennis vitæ coronam adipiſci nequaquam ambigimus. Quocirca omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorumque præſentium, & futurorum devotio noverit, qualiter Eccleſiam ſancti Geneſii, quorundam iniquorum invaſione inofficioſa permanſit. Conſiderantes igitur præfatæ Eccleſiæ calamitates ad hoc ſummo opere laboravimus, ut divina verbi pabula populis ibi convenientibus cum ſumma diligentia miniſtrarentur. Nunc autem pro Dei amore, animæque noſtræ remedio hoc noſtrum decretum fieri juſſimus, per quod Deo, & Canonicæ S. Laurentii conferimus, & donamus prædictam Eccleſiam S. Geneſii, & Alexandri inſimul cum terra vacua, & cum omnibus Luminariis, votis, & oblationibus, ut dictum eſt eidem Canonicæ concedimus, confirmamus, & donamus, & à nobis noſtriſque ſucceſſoribus ſequeſtramus, & ſanctæ Januen. Canonicæ, ubi præſunt Aribertus Archipræsbyter, & Bonamatus Archidiaconus iis, & aliis eorumque ſucceſſoribus, relinquimus, atque concedimus libellario nomine in perpetuo poſſidendum; eo vero ordine, ut ejuſdem Eccleſiæ ego & ſucceſſores mei eundem honorem habeam quam ex prædicta Eccleſia S. Laurentii. Præcipientes itaque jubemus, ut nullus Epiſcopus, vel alicujus ordinis perſona hoc noſtrum decretum infringere audeat. Si quis igitur meorum ſucceſſorum, vel aliqua magnaque perſona hoc noſtrum decretum violare tentaverit componat auri optimi libras centum, medietatem cameræ Domini mei Henrici Imperatoris, & medietatem prætaxatæ Canonicæ, qui inſuper anathematis vinculo vinciatur in perpetuum; quod ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur, manu propria ſubtus confirmavimus anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti 1087. menſe Decembri Indictione undecima.

† Conradus Epiſcopus ſubſc.

Ego Anſelmus Judex ſacri Palatii interfui.

Vualdus, & Grexentius, Lambertus de Conditio, Baldus Germanus amicus interfuerunt.

21 CYRIACUS conſtitutus eſt Epiſcopus Januenſis poſt Conradum circa anno Domini 1090. Eam Eccleſiam rexit ann. 4. Ad hunc ſcribit Urbanus II. cap. Notificamus 35. q. 6. ſic enim legendum pro eo quod eſt in margine, Cyprianus, & male in textu Richardus. XXI.

22 AUGURIUS, aliis Ogerius, obeunte Cyriaco. Januen. Epiſc. creatus creditur anno 1095. florida ſane tempeſtate, quod ejus ætate Januenſis civitas, ſacris cineribus Joannis Baptiſtæ Præcurſoris ditata ſit, è Myra Lyciæ civitate, à Januenſibus, qui hortatu Urbani II. ſummi Pontificis valida, ac præpotenti triremium claſſe ad bellum ſacrum profecti fuerant, delatis, & in cathedrali honorificentiſſime collocatis. Accidit hoc eo ipſo ann. 1098. quo Ogerius ex hac mortali vita diſceſſit teſte Auguſtino Juſtiniano lib. pr. Januen. Hiſt. quo etiam anno Boemundus Guiſcardus Antiochiæ Princeps Ianuenſibus, ob egregiam in ea civitate debellanda operam navatam, Eccleſiam S. Ioannis cum triginta domibus, & pertinentiis ſuis elargitus eſt. Donationis hæc ſunt verba ex Archivio Eccleſ. Ianuen. XXII.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

Hæc eſt charta de donatione, quam ego Boemundus Roberti Guiſquardi Ducis Apuliæ filius facere, & confirmare curavi. Igitur ego Boemundus bono animo promptaque voluntate dono, & perpetim habenda in primis omnibus hominibus Januæ in civitate Antiochia Eccleſiam ſancti Ioannis, quæ eſt in ſtrata, qua recto tramite tenditur ad Baſilicam S. Petri cum fondico, & puteo, & cum triginta domibus quæ ſunt in platea junta præfatam Eccleſiam habita cum omnibus earum pertinentiis ſine ullo uſu, vel conſuetudine. Sic dono vobis prænotatis hominibus omnia præſcripta, ut ea habeatis, teneatis, & poſſideatis,

& quibus ea cum veſtris uſibus commendaveritis ſuper hæc omnia ob veſtram probitatem dimitto vobis omnes uſus, & conſuetudines, vel rectirudines, quos alii homines dederunt, vel in antea dabant in Anriochia, & in omni ipſius pertinentia.

Actum eſt hoc anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo nonageſimo octavo indictione 6. menſe Julii die 14.

† *Signum mei Bormundi, qui hanc chartam donationis fieri juſſi, firmavi, & teſtes firmare rogavi.*
† *Signum Epiſcopi Adriani.*
† *Signum Roberti de Surla Valle.*
† *Signum Roberti de Anza.*
† *Signum Rodulphi Rufi.*
† *Signum Boelli de Carvato.*

Cæterum Ianuenſes pro hac donatione hanc cum Boemundo pactionem fecerunt.

Hæc eſt convenientia, quam boni homines Januæ Domino fecerunt Bajamundo Anſelmus Ruſnocherius, Lanfrainchus Drubeſei, Lambertus Magnus, Conradus filius Tujonis, Bellacoſa filius Adelardi, Otbo Clericus, Lambertus Medicus per conceſſionem quam fecit eis in Antiochia & donum omnibus hominibus Januæ, ſcilicet quod præſcripti, & cæteri omnes, qui in civitate erunt Antiochiæ, vel ut in tali loco, quod poſſint juvare, juvabunt civitatem tenendum, & defendendum contra omnes homines qui invadent, tollendum, qui in civitate erunt ſine obſonio, qui extra ſecundum ſalutem illorum, præter comitem S. Ægidii. Et ſi comes auferre voluerit, nos dabimus conſilium concordiæ ſecundum noſtrum ſeaſum, ſin autem, neutrum juvabimus.

Capta fuerat Antiochia teſte Fulcherio 3. nonas Julii, paulo ante Augerii noſtri Epiſcopi obitum.

XIII [illegible]

23 AYCARDUS, ſive Ayraldus a Guaracchus Canonicus Regularis è Præpoſito Mortarienſis Canonicæ ad Januenſem cathedram vocatus ann. 1099 Cujus mentio habetur apud Landulphum de ſancto Paulo in Chronic. Mediolan. cap. 17. cum fuiſſet Eccleſiæ Mediolanenſis Vicarius anno 1111. Fertur vixiſſe ad ann. 1117. Non una tamen eſt de Aycardi tempore ſententia: alii habent illum annum 1106. exceſſiſſe, eidemque ſucceſſorem faciunt Othonem I. ſequenti anno; poſt hunc, Aycardum alium ſtatuunt Epiſcopum anno 1111. Valde hic, alliſque in locis turbata eſt Januenſium Epiſcoporum ſeries. Crediderim ego unum tantum Arialdum, vel Aycardum, uni cum Othonem, non duos Arialdos, Otthoneſque fuiſſe juxta vetuſtiſſimi catalogi noſtri fidem, quam in enarrandis Epiſcopis ſequimur. Hujus Epiſcopi tempore, anno ſcilicet 1101. à Principe Tancredo Normando, Januenſibus, ac Cathedrali Eccleſiæ S. Laurentii ſequens bonorum, ac jurium in partibus Hieroſolymitani Regni donatio facta eſt, ex copiali.

Ego Tancredus juro vobis Conſulibus Januenſibus aliiſque veſtris ſociis, aut cui vos dederitis tertiam partem cinctis reditus Solini q. recte inde exierit maris & terræ, & Rugam Antiochiæ una cum Eccleſia ſancti Joannis per bonam fidem ſine malo ingenio ſicut Bojamundus conſignavit à torrente uſque ad rugam Malphitanorum ſalva obedientia ſancti Petri Antiocheni. Et ſecunda pars portus Laodiceæ maris, & terræ, ut de ſolino, rugam cum Eccleſia ſimiliter ut de Antiochia, à prædio ubi eſt puteus uſque ad murum portus cum caſtro ſancti Eliæ, & grotis, & omnium illarum civitatum, & portuum, qui ſupra mare ſunt, quas vobiſcum acquirere potero vel cum aliis Januenſibus venientibus, & de illis ſupradictis terris, ac portibus, vel de cæteris, quas annuente Deo adquirere potero vobiſcum aut ſine vobis nullum commercium auferam, vel auferri faciam Januenſibus Sagonenſibus, neque Nolaſcis. Et ſi aliquis ex ſupradicto dato alicui veſtrum tortum fecerit infra quadraginta dies, poſtquam clamor ad me venerit, emendare faciam, niſi per legale impedimentum remanſerit. Tranſacto impedimento infra alias quadraginta dies emendare faciam niſi per ejus parabolam remanſerit. Præter ſupradicta dono ego qui

A *ſupra Tancredus Eccleſiæ ſancti Laurentii, in civitate Gibelot fundum unum in portu, villam unam extra civitatem nomine . . . . . & ſi deinceps aliquo tempore ſtolus Januenſium Syriam venerit, & in toto vel in parte mihi ferj fecerit, ſi emendare voluerit infra triginta dies recipiam, quod ſi reſtiterit, & emendare noluerit pro eis nihil accipiam de omnibus rebus Januenſium, & Eccleſiæ ſancti Laurentii donec requiſitionem faciam per legationem meam eis qui fuerint in civitate Januæ, & tunc juſtitiam, & laudem Epiſcopi, & conſulum recipiam. De ſupradictis autem ego expectabo juſtitiam ſicut ſuperius ſcriptum eſt, excepto eo, cui legaliter, & ſine occaſione comprobatum, vel per ſe confeſſus fuerit feciſſe traditionem parſonæ meæ. Et de eo qui ſic convinctus, & confeſſus fuerit, ego cum conſilio Domini Patriarchæ & Baronum meorum, & illorum Ianuenſium, qui tunc temporis aderunt, ego recipiam juſtitiam, alio modo minime. Manuum iſtorum offertorum, qui hanc chartulam fieri rogaverunt ut ſupra. Teſtes Gulielmus Carpenter, Ricardus Conſtabulus, Gulielmus*
B *Acutapan. Olivier de Alvei.*

Signum manus ſupradicti Tancredi, qui eandem chartulam conſenſit, & confirmavit.

Ego Anna Notarius de foro ſubſc.

Donus † *Patriarcham hanc crucem feci.*

Princeps † *Rogerius confirmando hoc ſacramentum manu propria hanc crucem feci.*

Teſtes Radulphus Dun, Adam Coneſtallo, Toroldus Vicecomes, Robertus filius Roſtachin, Poncius de Roca Maura, Guaifredus filius Ruinfredi, Amefridus Amiral, & plures alii: & hoc ſacramentum Princeps Rogerius fec. in Palatio ſancti Petri.

Interea Januenſes magna nominis exiſtimatione in Syria apud Balduinum Regem, cæteroſque Hieroſolymitani Regni proceres floruiſſe, & ob egregiam operam navatam in Ptolemaidis, aliarumque civitatum expugnatione, plura jura eo in regno pro ſe, prove Eccleſia cathedrali acquiſiviſſe docent monumenta, quæ adhuc in eorum Archivio
C extant incorrupta, è quibus hic exſcribam perpauca: *Anno ab Incarnatione Domini 1105. 7. Kal. Julii præſidente Hieroſolymitanæ Eccleſiæ D. Deiberto Patriarcha, regnante Balduino tradidit dominus civitatem Accon per manus ſuorum ſervorum Januenſium glorioſo ſepulchro qui ſuorum exercitu Francorum primi venientes viriliter præfuerunt in acquiſitione Hieruſalem, Antiochiæ, Laodiceæ ac Tortoſæ; Solinum autem, Gibellum, Cæſaream, & Aſſur per ſe ceperunt, & Hieroſolimitano Regno addiderunt. Huic igitur tam glorioſæ genti Balduinus Rex inviciſſimus dedit in Hieruſalem vicum unum perpetuo jure poſſidendum, in Joppe autem alium, tertiam vero partem tam Cæſareæ, & Aſſur quam Acrone, & Gibellum, in totum libere dimiſit, &c.* Porro quæ deinde Balduinus Rex, & Baltramus S. Ægidii comes Eccleſiæ cathedrali S. Laurentii Januenſis anno 1109. tradiderunt, in eorum documentis ita ſunt exſcriptæ.

Ego Balduinus Rex Judææ, & Hieruſalem, ac defenſor Sancti Sepulchri Domini Noſtri Ieſu Chriſti,
D *jurando trado Januenſi Eccleſiæ B. Laurenti Plateam unam in civitate ſancta Hieruſalem, & in Joppe aliam juxta gratuitam voluntatem mei quam Ianuenſium, & tertiam partem civitatis Azur interius cum tertia parte illius territorii uſque quo diſtenditur Leuga una, & unum caſale in eadem, & in civitate Ceſareæ ſimiliter, & tertiam partem civitatis Acharon, cum tertia parte redditus portus, & Civitatis, & illius territorii uſque quo diſtenditur leuga una, ac tercentos Biſantios commutatione caſalium in unoquoque anno, & tertiam partem unius cujuſvis civitatis, quas Deo juvante auxilio Ianuen. quinquaginta, vel plurimorum, cum tertia parte redditus terræ illarum civitatum uſqueque diſtenditur leuga una, & caſale unum, in unaquaque quod melius elegerint exceptis duobus, & tertiam partem civitatis Babiloniæ cum tribus melioribus caſalis quæ elegerint ſi ea auxilio Ianuenſium cepero, et acquiſiero. Et vobis Iannenſibus juro quia nec aliquis homo meo con-*

filio

ſilio auferet vobis vitam, aut membrum, vel captionem faciet, aut aliquid de veſtro, & ſi forte contigerit me, vel aliquem meorum hominum in his delinquere, infra triginta dierum ſpatium à veſtro legato præmonitus, nulla præpediente inexcuſabili cauſa vobis ſatisfacere non renuam. Commercium nullum dabitis in tota terra quam habeo, vel acquirere potero, neque Saonenſes, neque Nolenſes, neque Albinganenſes, neque Domus Gandulfi Piſani, filii Tropiæ. Et ſi forte aliquis veſtrorum hominum vel iſtorum ſupradictorum ubicumque poteſtas noſtra extenditur, vel dilatabitur, præmortuus fuerit prout ordinaverit res ſuas concedam, ſi autem morte præoccupante abſque teſtamento diſceſſerit, ſociis ſuis violenter nil auferam, ſi vero aliqua Galea veſtra amore Dei cauſa in partibus meis manſerit, quidquid deprædaverit eis non auferam, Ugo de Tabaria, Ugo de ſancto Abraham, Gervaſius Dapifer, Gualterius Macomet, Fredericus de Carbolio, Paxellus Vicecomes, Gualfredus de Turre, nam eandem ſecuritatem cuicumque dedero terram meam facere vobis faciam duos homines jurare Januenſibus pro Rege 1109

Pateat univerſo Orbi terrarum, quoniam nos Januenſes Conſules juramus tibi Balduino Regi, ac defenſori civitatis ſanctæ Hieruſalem, quia neque nos, neque aliquis homo noſtro conſilio auferet tibi vitam, aut membrum, aut capi faciet vel aliquid de honore Regni quodmodo habes, vel acquirere poteris in maritimis regionibus à civitate Sidonia uſquequo verſus Orientales, & meridianas plagas dilatabitur. Et ſi (quod abſit) aliquis homo in prædictis regionibus Regnum tuum uſurpare tentaverit, qui eo tempore in partibus tuis ex noſtris fuerint contra omnes mortales à te vel ab aliquo tuorum permoniti ac defenſores fieri non recuſabunt. Et hanc eamdem ſecuritatem faciemus cuicumque dederis prænominatam terram.

Donatio Beltrami comitis S. Aegidii Eccleſiæ Cathedrali S. Laurentii.

Notum ſit filiis univerſalis Eccleſiæ tam præſentibus quam poſteris, quod ego Beltramus ſancti Aegidii comes dono, & concedo Eccleſiæ ſancti Laurentii Ianuen. totum Gibellet cum omnibus pertinentiis ſuis, & caſtrum Rogerii, & Stabularii cum omnibus pertinentiis, & tertiam partem Tripolis ab uno mari uſque ad aliud prout Regis Buſamaria determinat, cum Inſulis ipſius civitatis, Portu in manibus Gulielmi cognomine Embriaci, Oberti Uſo de mar, Ingonis de Pedegola, Anſaldi caput Burghi, & hoc in præſentia Regis Balduini Hieroſolimitani à me factum eſt, & ab ipſis receptum, promiſi autem eis quocumque hoc donum tyrannica perſuaſione, aut qualibet fraudulenta occaſione, ſeu quolibet modo caſſare præſumente, me illis adiutorium dare, & pro poſſe meo remota omni occaſione defendere. Inſuper conceſſi eis, ut nullus Iannenſium, nec aliquis Saonenſis ſive Naulenſis, aut Albigaunenſis, à Nizza uſque ad Portum Veneris, nec etiam quiſlibet Lombardus eis in ſocietate adjunctus, ullum tributum donet in mea terra, præter illos, qui hinc alicubi debent transfretare peregrinos, & hoc de ipſis tantum peregrinis: pepigi etiam illis, ut nullus horum poſtquam in terram meam venerit membra, vel vitam perdat, per aliquem, meorum hominum injuriam patiatur, nec tradatur captioni, aut aliquomodo diſturbetur. Quod ſi factum fuerit per induſtriam ſive per ignorantiam, & mihi fuerit notiſicatum, datis xv. dierum induciis, aut infra à me corrigatur quod corrigendum fuerit, & quod reſtaurandum reſtauretur. Hanc terram ſuperius ſcriptam, & hoc terræ donum Ego Beltramus comes Sancti Aegidii propria manu juravi illi ſecuritatem quemadmodum ſuperius ſcriptum eſt, & ſine omni fraude intelligi poteſt, & cætera quemadmodum à me ipſo in terra mea adquirere potuerint, hoc & ipſum ejus in pactum potuit, ut quiſquis me morituro hunc honorem habere debet, & eis, prout ego juravi, juret, & talem ſecuritatem illi faciat. Facta eſt hæc charta in anno 1109. ſexto Kal. Iulii indictione 2.)

A Anno 1116. qui ultimus vitæ ſuæ fuit, hanc donationem Eccleſiæ cathedralis liberaliter egit, quæ adhuc extat in Archivio in hunc modum.

Anno ab Incarnatione Domini noſtri 1116. menſe Auguſti Indictione 8. Eccleſiæ S. Laurentii, quæ eſt conſtructa infra civitatem Januæ. Ego Ayraldus Epiſcopus ejuſdem Eccleſiæ propterea dixi, quod ad meritum animæ meæ . . . . . poteſt neceſſe eſt mihi ſemper illud agere unde in hoc, & futuro ſæculo plenam apud Deum poſſim conſequi mercedem, ut quiſquis in ſanctis, ac venerab. locis ex ſuis aliquid contulerit rebus, juxta auctoris vocem in hoc ſæculo centuplum accipiet, & inſuper quod melius eſt vitam poſſidebit æternam: Et ideo ego qui ſupra Ayraldus Epiſcopus dono in eadem Eccleſia ad ſumptum, & ſubſidium Canonicorum, qui in eadem Eccleſia præſunt vel dehinc in antea ibi eſſe debent, hoc eſt terram illam vacuam, in qua Eccleſia Sancti Geneſii conſtructa fuit ad honorem Dei ſicut mihi pertinet per quodlibet ingenium una cum acceſſionibus, &
B *ingreſſoriis, vel exitibus ſuis ſimul cum omnibus ibi pertinentibus. Inſuper ſimiliter per hanc chartam meæ donationis in eadem Eccleſia ſimiliter ad ſumptum, & ſubſidium canonicorum dono decimam unam navis de ſale de Sardinia, vel de Provincia. Ita quod canonica ejuſdem Eccleſiæ faciat exinde quicquid voluerit, ſine omni mea, & ſucceſſorum, & meorum contradictione, ubi illis melius viſum fuerit, illam accipere, quam vero chartam meæ donationis marchioni Judici ſtruendam rogavi, in qua ſubtus confirmans teſtibus obtuli roborandam.*

Actum in Pal. caſtri ejuſdem civitatis Januæ fel.

† Signum manus Domini Ayraldi Epiſcopi, qui hanc chartam donationis fieri juſſit.

† Signum manus Domini de Platea longa Lambertus ejus frater, Guarachus, Ugo de Turre, Lanfranchus Guerzo, Baldizon, Ingo Saliens in mare, Marches de Bonſilio. Oglerius de Radulfo rogati teſtes.

Ego Marchio Iudex interfui, & ſubſc.

C 24 OTHO nobilis heros, Regis Gallorum propior affinis, qui antea Monachus & Abbas S. Victoris Maſſilienſis Ordinis S. Benedicti fuerat, conſtituitur poſt Aycardum anno 1117. Epiſcopus Januenſis. Non deſunt qui ſcribant, poſt Aycardi exceſſum, Jannenſem populum, clerumque S. Bernardum Clarevallenſem Abbatem adlegiſſe Epiſcopum, quem ſibi delatum honorem, & onus detrectaſſe ſubire; quod tamen ex iis, quæ dicemus, ſatis refellitur. Vix enim credi poteſt iis temporibus Januenſem Epiſcopum fuiſſe adlectum Bernardum, cum per id tempus ad Clarevallenſe conſtruendum cœnobium totus incumberet; ideoque nondum viſa Italia, intra Gallicos fines, tantum cognitus ſuis moraretur. Cœperat enim nobile cœnobium ædificare anno 1115. 7. Kalen. Julii, Theobaldo Campaniæ comite juvante, ætatis ſuæ vigeſimo quarto. Magis mihi vero ſimile eſt, poſt exceſſum Sigefredi, qui Othoni ſucceſſit, ad id oneris fuiſſe vocatum, quod tunc Bernardus ſanctimo- XXIV
D niæ fama inclytus, quaquaverſus fulgeret: Januæque fuiſſet confirmandis civibus, ne Innocentio II. vero Pontifice deſerto Anacletum Antipapam impie ſequerentur. Tunc Bernardus onus, & honorem Jannenſis Eccleſiæ detrectavit, tametſi Januenſem populum ſanctus ita amaret, ac veneraretur in paucis, ut illius numquam delituram memoriam, tutelamque polliceatur: *In æternum*, inquiens, *non obliviſcar tui plebs devota, honorabilis gens, civitas illuſtris*, epiſt. 129. Qua pollicitatione Januenſis Senatus admonitus, cum non ita pridem, hoc eſt anno 1625. ad ſtatim eruptum bellum exhorruiſſet Italia, Januenſeſque tamquam periculo propiores, libertati ſuæ timerent, confugerunt ad ſanctum, illumque ex publico Senatus decreto Januenſis populi Divum Tutelarem renunciarunt die 27. menſis Aprilis ejuſdem anni, deſtinato ad ſanctum in Gallias Oratore Auguſtino Centurione nobiliſſimo Senatore, qui quatuor millium ſcutato-

rum pondere ejus ſepulchro argenteam lampadem dono deſerret, addito annuo cenſus unde ante illius ſacrum corpus continenter arderet. Centurionem autem Abbas Clarevallenſis Claudius Argenterius, cum monachis, ita honorifice excepit, ut ex conſenſu eorundem monachorum, adaperto S. Bernardi ſepulchro, legatum cum Januenſi populo coſta, ex ſancti corpore detracta, donandum cenſuerit, tanto gratius Januenſi popolo donum futurum quanto conſtabat, nemini hactenus contigiſſe, vel ſublato lapide à monumento ſancti Bernardi corpus oculis uſurpare, vel ejuſdem reliquias à cæteris membris divulſas ſecum auferre. Ceterum delatam Januam ſancti corporis coſtam tantus populi concurſus excepit, ut illis ſupplicationibus nil fieri potuerit magnificentius, incluſamque argenteo vaſe ad ſancti promerendam tutelam perpetuam, in metropolim intulere. Inde collige lector, alicujus alterius S. Bernardi fuiſſe oportet illa dua brachia, quorum alterum Caſſinenſes monachi S. Catharinæ Jannæ, alterum Fratres Prædicatores apud S. Mariam Novellam Florentiæ ſe gloriantur habere. Siquidem ſpectante Legato Centurione, Claudioque Abbate, numeroſaque Clarevallenſis cœnobii monachorum multitudine, conſtat ita integrum, illibatumque S. Bernardi corpus fuiſſe repertum, ut ne minima quidem pars cætero corpori excidiſſe videatur. Tametſi autem Bernardus Januenſibus preeſſe non fuiſſet aſſenſus, exoratus tamen ab iiſdem civibus, Ciſtercienſium ſuorum monachorum tranſmiſit coloniam ibidem nobile Ciſtercienſis Ordinis cœnobium fundaturam: Hoc ipſum feliciter evenit apud S. Andream de Seſtri, ſexto à Januenſi urbe milliario, quod nobile cœnobium per plures annos protulit, aluitque viros & doctos, & graves, quodque caput eſt, inſigni ſanctimonia vitæ præſtantes, In quibus S. Albertus enituit ab Innocentio IV. ſummo Pontifice in numerum ſanctorum relatus. cujus dies feſtus in hac Januenſi diœceſi celebris habetur octava Julii. Cumque deinceps procul à civitatibus, frequentiaque, unique divinarum rerum commentationi fere deditum genus illud vitæ apud vecordes exoleviſſet, S. Andreæ inſigne monaſterium commendari eſt ceptum, quorum Commendatariorum incuria, primum cœnobium, deinde Eccleſiam ipſam funditus ejecit, haud ſine Jannenſis populi nota immemoris animi, qui tam celebre inter ipſos, ſanctumque Bernardum monumentum, ac prope fœdus paſſus fuiſſet excidi. Viſus tamen eſt Januenſis Senatus munifice hoc tempore præteritum incommodum reſarciſſe, cum S. Bernardo nobile erectum Templum monachis ex Ordine Ciſtercienſi attribuit, qui quamquam Clarevallenſes non ſint, Ciſtercienſe tamen ſub emendato veſtium cultu, profitentur inſtitutum, ea ſanctimonia, vitæque integritate, ut digni videri poſſint, qui impetrent à Sancto, ut unicæ dilectæ Reipublicæ Januenſis non obliviſcatur in æternum.

Cæterum Otho Epiſcopus anno 1118. interfuit conſecrationi ſuæ Cathedralis à Gelaſio II. Pontifice factæ, cum profecturus in Galliam, illac tranſiret, ut præſert perantiqua tabula manuſcripta è ſacrarii parte pendens, ubi hæc ſequentia verba leguntur.

Sexto Idus Octobris, anno Dominicæ Incarnationis 1118. Indict. XII dedicatio Eccleſiæ Beatiſſimi Laurentii, atque ſanctiſſimi Syri Iannenſis Epiſcopi. Quæ conſecrata fuit à D. Gelaſio Papa primo anno Epiſcopatus ſui, cum pluribus Epiſcopis, cum Othone videlicet Ianuenſi, & cum Placentino Aldone, atque Landulpho Aſtenſi, & Azone Aquenſi, multiſque Abbatibus, plurimiſque aliis religioſis ſacerdotibus, diaconibus, atque clericis. In qua conſecratione laude omnium virorum religioſorum, fecit remiſſionem cunctorum peccatorum ex parte Dei omnipotentis, Beatæque Dei Genitricis Mariæ, & omnium ſanctorum, & ſua in quantum potuit, omnibus defunctis maſculis, & fœminis, qui mortui ſunt in vera confeſſione, & ſunt ſepulti in cœmeteeio ejuſdem Eccleſiæ, & ſepelientur uſque in finem hujus ſæculi, omnibuſque illis, qui venerint ad celebrandum hujus dedicationis diem, condonavit annum unum, & quadraginta dies, in quibus jejunare debent, pro pœnitentia injuncta eis.

Anno 1119. ſub Othone Epiſcopo, Eccleſia Cathedralis S. Laurentii, canonicorumque capitulum hæc cepit incrementa. Guillelmus enim Calaritanus in Sardinia Archiepiſcopus pleraque contulit iiſdem perpetuo poſſidenda, affirmavitque ſua auctoritate, quæ Marianus Calaritanus prius contulerat, quia ad Hiſtoriam illius temporis, notitiamque locorum, virorumque faciunt, per ordinem annotamus ex authentico copiali.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Oportet nos juſtis petitionibus annuere, & illud ſemper agere, unde in præſenti, & in futuro ſemper plenam apud Deum miſericordiam conſequamur. Quapropter ego Guilelmus Calaritanus Eccleſiæ ſervus atque Archiepiſcopus, amore Dei, & redemptione animæ meæ pro precibus necnon Villani Præpoſiti amici noſtri, & omnium fratrum ſuorum canonicorum, & pro amore ab eis mihi & anteceſſori meo exhibito, pro precibus etiam Domini Mariani Judicis, cui Januenſis populus multum ſervitii intulit reſtituendo eum in regnum ſuum, pro mercede inſuper animæ ipſius, & Dominæ Pretioſæ uxoris ſuæ, & patrum ſuorum omnium, atque parentum attribuo & concedo Eccleſiæ S. Laurentii Ianuenſi, ſcilicet Canonicis præſentibus, & futuris Eccleſiam Sancti Ioannis in loco qui nominatur Arſemina cum Eccleſiis ſuis, ſibi pertinentibus, cum univerſis ſcilicet ſervis, & ancillis, cum vineis, & terris, aut cultis vel incultis, cum domeſticis herbis, pratis, ſylvis, paſcuis, cum beſtiis necnon omnibus ſuis utriuſque ſexus, & cum omnibus rebus ſuis, & conditionibus, quæ videntur ſibi aliquo modo pertinere, ut in futuro ſemper prædictas libere habeant, & poſſideant cum eadem Eccleſia ad honorem Dei, & ſubſidium prædictorum canonicorum, ſine omni noſtra, vel noſtrorum ſucceſſorum contradictione, vel requiſitione. Habeant etiam in eadem Eccleſia poteſtatem eligendi fratres, & ponendi, atque regendi ſecundum arbitrium ſuum, & quicquid prædicta Eccleſia habet vel in futurum adquirere poterit, libere ſemper habeat, & poſſideat. Excepto quod unoquoque anno perſolvat matrici Eccleſiæ Archiepiſcopatus noſtri denarium unum lucenſem, & candelam unam, & omnia quæ ſuperius diximus, volumus, & affirmamus, ut prædicti canonici tam in futuro quam in præſenti ſemper habeant & poſſideant, ſine omni requiſitione, ac redemptione, ac datione, & ſic quod nullus ſucceſſor meus, nullus judex, nullus procurator, non aliqua vivens perſona habeat poteſtatem inferendi vim de ſupradictis rebus præfatis canonicis, ſalva reverentia catholici Archiepiſcopi, & quicumque hoc decretum noſtræ donationis, & bonæ voluntatis fregerit, & non emendaverit, gladio Sancti Spiritus percaſſus, & anathematizatus à conſortio cæterorum Chriſtianorum ſit ſeparatus. Factum eſt hoc menſe Novembris Indictione XII anno Domini 1119.

Ego Gulielmus Calaritanus Archiepiſcopus ſubſc.

Hanc donationem aliaſque probavit Calliſtus Papa ſecundus anno 1121. præſente Villano Præpoſito Januenſis Eccleſiæ hoc modo.

Calliſtus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Villano præpoſito, & canonicis matricis Eccleſiæ Beati Laurentii Januenſis tam præſentibus, quam futuris in perpetuum. Bonis ſecularium ſtudiis non tantum favere, ſed ad ea ipſorum debemus animos incitare, qui pro noſtri officii debito ſaluti omnium providere compellimur. Marianus ſiquidem Calaritanus Judex tam animæ ſuæ remedio quam pro ſui reſtitutione honoris veſtræ Beati Laurentii Matricis Eccleſiæ ſeu juris ſui curtes, videlicet Quartum, Arſemina, Caput terræ, Sepullum, Aquam frigidam, Fontana de Eughs cum omnibus ad ea pertinentibus obtulit. Ex quibus poſtea tres ſibi,

con-

conſenſu veſtro, accipiens, ſeu alias videlicet Sebatbur, Paudus, Baral, Tracaſali, Fercella, Sanctam Victoriam de Villa Pupulci, ubi dicitur Tereſte cum omnibus pertinentiis ſuis pro contracambio earum trium, ſcilicet Quarti, Caput terræ, & Aquæfrigidæ Eccleſiæ veſtræ reſtituit. Ita tamen, ut veſtra Eccleſia detrimentum in eodem contracambio pateretur, tres priores collatas ſibi curtes cum pertinentiis ſuis ſine calumnia, & contradictione acciperet. Hanc nimirum oblationem, atque conceſſionem, nos dilectionis veſtræ precibus annuentes, auctoritate Sedis Apoſtolicæ confirmamus, & ratam in perpetuum manere ſancimus. Confirmamus etiam vobis Eccleſiam S. Joannis Arſeminæ cum Eccleſiis ſuis, & cæteris ad eam pertinentibus, quæ nobis à venerabili fratre noſtro Gullielmo Calaritano Archiepiſcopo tradita, & ſcripti ſui munimine confirmata eſt, ipſo Iudice cum uxore ſua Pretioſa, & conſanguineis parentibus collaudante, & inſtantius exorante. Quæcumque præterea veſtra Eccleſia in præſenti legitime obtinet, vel in futurum largiente Deo juſte, atque canonice poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus ſemper, & illibata decernimus conſervari. Nulli ergo omnino hominum liceat veſtram Eccleſiam temere perturbare aut ejus poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum pro quorum ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Si quis igitur noſtræ confirmationis hujus tenore cognito, temere, quod abſit, contraire tentaverit, honoris, & officii ſui periculum patiatur, & excommunicationis ultione plectatur, niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit.

Ego Calliſtus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Datum Laterani per manum Chryſogoni Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis, ac Bibliothecarii Non. Ianuarii Ind. XIV. Incarnationis Dominicæ anno 1121. Pontificatus autem Domini Calliſti II Papæ anno II.

His fere diebus, dum matrix Eccleſia Iannuenſis in Sardinia à Guillelmo Calaritano Archiepiſcopo bonis, ac juribus ditaretur, populus ipſe Senatuſque Januenſis juſta æmulatione accenſus atrox Piſanis populis moverat bellum, dum novum Piſanum Archiepiſcopum jure conſecrandorum Epiſcoporum, in Corſicæ eorum Regno, exornatum à Romano Pontifice Urbano, Gelaſioque intellexiſſet, ac nunquam ſe conciliatum iri juraverat, ni Calliſtus, qui proxime Gelaſio in Petri cathedra ſucceſſerat, Piſanum Archiepiſcopum ea exuiſſet dignitate, & præeminentia, qua Daibertus primus Archiepiſcopus ab Urbano condecoratus fuerat. Annuit pro neceſſitate Calliſtus, & ne belli flamma latius graſſaretur, Piſano Archipræſuli, Urbani, Gelaſiique Secundorum indultum revocavit. Calliſto è medio ſublato Honorius II. ejus ſucceſſor, Piſanorum excitatus lamentis, coacta Synodo, juribuſque diſcuſſis, Piſanum Archiepiſcopum, ex patrum ſententia, nobilique excuſo diplomate priſtinæ reſtituit dignitati. Rem totam retulimus in 3. noſtro tomo, dum de Archiepiſcopis Piſanis plura ſcripſerimus, dedimuſque Honorii diploma. Hic vero ad majorem rei cognitionem viſum eſt non inutile Calliſti duo alia diplomata in medium proferre, e Januenſis Eccleſiæ Archivio exſcripta, quibus Piſano Archipræſuli in Corſicanis Epiſcopis jus ademptum eſt, indeque ab Honorio reſtitutum, ut diximus. Porro primi diplomatis exemplar tale eſt.

Calliſtus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Dilectis fratribus, & Coepiſcopis per Inſulam Corſicæ conſtitutis eorumque ſucceſſoribus in perpetuum. Nec facilitati, nec injuſtitiæ deputandum eſt, ſi quandoque pro rerum neceſſitate diverſo licet modo aliqua diſponantur. Romana enim Eccleſia omnium Mater, & caput ab ipſo capite noſtro Domino Ieſu Chriſto conſtituta Eccleſiarum omnium, & populorum paci, & ſaluti debet diſpenſationis ſuæ moderamine providere. Quamobrem nos qui licet indigni Domino diſponente Apoſtolicæ adminiſtrationis curam gerimus, quæ vel à nobis, vel à prædeceſſoribus noſtris minori cautela, & conſilio facta ſunt ne forte aliis exemplum obſtinate præbeamus in ſtatum decrevimus meliorem per Dei gratiam reformare. Felicis ſiquidem memoriæ Dominus Prædeceſſor noſter Urbanus Papa multis, & gravioribus neceſſitatibus coarctatus pro dilectione, atque ſervitio à Piſana Eccleſia, & civitate Romanæ Eccleſiæ abundanter, ac frequenter impenſo, eandem Eccleſiam non liberalitate Sedis Apoſtolicæ diſpoſuit honorare, unde conſecrationem Epiſcoporum Corſicanæ Inſulæ Piſano Antiſtiti collata pallii dignitate conceſſit. Super qua nimirum conceſſione inter Piſanos, & Januenſes gravis oriebatur diſſenſio. Ipſi etiam Corſicani Epiſcopi ad Piſani Antiſtitis conſecrationem accedere penitus recuſabant. Hac profecto diſcordia prædictus Dominus Urbanus Papa vehementer timens, & gentis veſtræ lamentationi, quæ diu Epiſcopalis officii adminiſtratione caruerat, debita benignitate compatiens, eorumdem Epiſcoporum conſecrationem ad Romanum Pontificem revocavit, & in ſua poteſtate retinuit, & ex tunc toto tam ipſius, quam ſucceſſoris ſui Sanctæ memoriæ Paſchalis Papæ II. Corſicani Epiſcopi à Romano tamen Pontifice conſecrati ſunt, licet Piſanus ſæpenumero ejuſdem Domini Paſchalis Papæ aures pro negotio iſto pulſaverit.

Poſtea vero piæ recordationis Papa Gelaſius pari, ac majore etiam neceſſitate compulſus, & ab eiſdem Piſanis expetitus prædicti Pontificii Urbani ſtatuta conceſſionis ſuæ privilegio renovavit.

Cujus nos veſtigia ſubſecuti cum ad Piſanam Eccleſiam convenisſemus, devotionem populi, & cleri attendentes, & eorum petitioni clementius annuentes, id ipſum favoris noſtri aſſertione firmavimus. Unde tanta inter Piſanos, & Januenſes crevit diſcordia, ut deprædationes, & bella, & multa ſanguinis effuſio facta ſint. Hujus quippe occaſione diſcordiæ tanto Saracenis acceſſit audacia, ut Italiæ fines totius invadentes, nonnulla in maritimis loca, gladio, & igne vaſtaverint, multoſque viros, mulieres, & parvulos captivos abduxerint. In ipſa etiam Urbe Romana tam cleri, & populi turbatio facta eſt; adeo ut ante ipſum Beati Petri corpus, in pleno, quem celebravimus, conventu, hujus rei revocationem pene omnis clerus, & populus poſtularent, eo quod Romana Eccleſia detrimentum in prædictorum Epiſcopatuum amiſſione patiebatur, & totius ſcandali, & guerræ cauſa, & ſeminarium videbatur. In eodem etiam conventu clerici, & laici ejuſdem inſulæ cum litteris affuere id ipſum à nobis ſuppliciter poſtulantes. Cauſa igitur inter fratres diebus plurimis ventilata, diligenterque diſcuſſa, communi Epiſcoporum, Cardinalium, & Clericorum, atque Nobilium Romanorum deliberatione cum non parvo populi favore ſancitum eſt conceſſionem illam non debere in poſterum efficaciam obtinere, quia & ad Romanæ Eccleſiæ detrimentum extra Urbem cum paucis facta fuerat, & multa inde, ut dictum eſt, ſcandala & pericula procedebant. Ad honorem igitur omnipotentis Dei, & ſanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli cum Epiſcoporum, Cardinalium, & clericorum conventu Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ut conſecratio Epiſcoporum Corſicanæ Inſulæ, à Romano tantum Pontifice futuris temporibus celebretur. Prohibentes vos, ac ſucceſſores veſtros vel Piſanos, vel cuilibet alii Epiſcopo, vel Archiepiſcopo ſubiacere, ſed ſolius Romani Pontificis obedientia, & ſubjectione, atque conſecratione in perpetuum maneatis.

Si qua igitur in futurum Eccleſiaſticæ ſæculariſque perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita ſi non ſatisfactione emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat

ream-

reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, ac ſanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni anathematis ſubjaceat. Cunctis autem eandem conſtitutionem ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen. Scriptum per manus Gervaſii Regionarii, & Notarii ſacri Palatii.

Ego Calliſtus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
† *Ego Creſcentius Sabinenſis Epiſcopus ſubſc.*
† *Ego Petrus Portuenſis Epiſcopus ſſ.*
† *Ego Vitalis Albanus Epiſcopus ſſ.*
† *Ego Bonifacius cardinalis presbyter tit. S. Marci ſubſc.*
† *Ego Robertus presb. card. s. Sabinæ ſſ.*
† *Ego Gregorius presb. card. tit. s. Priſcæ ſubſc.*
† *Ego Deſiderius presb. card. s. Praxedis ſubſc.*
† *Ego Joannes presb. card. s. Chryſogoni ſubſc.*
† *Ego Petrus presb. card. s. Sixti ſubſc.*
† *Ego Benedictus presb. card. s. Eudoxiæ ſſ.*
† *Ego Joannes presb. card. s. Cæciliæ ſubſc.*
† *Ego Divizo card. tit. s. Equitii ſſ.*
† *Ego Theobaldus presb. cardin. tit. Pamachii ſubſcripſi.*
† *Ego Rainerius presb. card. tit. Ss. Marcellini, & Petri ſubſc.*
† *Ego Deusdedit presb. card. tit. s. Laurentii in Damaſo ſubſc.*
† *Ego G. G. presb. cardinalis tit. Lucinæ ſſ.*
† *Ego Hugo presb. card. tit. ss. Apoſtolorum ſſ.*
† *Ego Ioannes presb. card. tit. s. Euſebii ſſ.*
† *Ego Amicus presb. card. tit. s. Crucis in Ieruſalem ſubſc.*
† *Ego Gregorius diac. card. s. Euſtachii ſſ.*
† *Ego Romoaldus diac. card. Eccl. s. Mariæ in Vialata ſſ.*
† *Ego Aldo diac. card. ss. Sergii, & Bacchi ſſ.*
† *Ego Romanus diac. cardin. s. Mariæ in Porticu ſubſcripſi.*
† *Ego Stephanus diac. card. s. Mariæ Scholæ Græcæ ſubſc.*
† *Ego Ionathas diac. card. Ss. Coſmæ, & Damiani ſubſc.*
† *Ego Gualterius diac. card. s. Theodori ſſ.*
† *Ego Gerardus diac. card. ſanctæ Luciæ ſſ.*

Datum Laterani per manum Chryſogoni Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis, ac Bibliothecarii 3. Non. Ianuarii Ind. XIV. Incarnat. Dom. anno 1121. Pont. autem D. Calliſti II an. 2.

Alterum diploma Calliſti anno 1123. datum eſt hujuſmodi.

Calliſtus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Dilectis fratribus, & Coepiſcopis per Inſulam Corſicæ conſtitutis eorumque ſucceſſoribus in perpetuum. Quot mutationes, quot ſcripta inter ſe diverſa de veſtris facta ſint conſecrationibus, tota jam pene cognovit Europa. Unde peccatis exiſtentibus, multa ſcandala, multæ cædes, & rapinæ, multa etiam homicidia atque perjuria provenerunt. D *Quamobrem Romana Eccleſia levitatis, & inconſtantiæ à compluribus arguebatur, eo quod ipſa diſcordiæ hujus ſeminarium, & occaſio videbatur. Nos itaque in præterito, quod nuper celebravimus Laterani Concilio totius negotii hujus ſeriem coram univerſis fratribus, qui nobiſcum aderant, expoſuimus, videlicet quoniam felicis memoriæ prædeceſſor noſter Papa Urbanus neceſſitate quadam compulſus Corſicanorum Epiſcoporum conſecrationem per privilegium ſuum Antiſtiti Piſano conceſſit; qui tamen poſtmodum, & Romanæ Eccleſiæ ſcandalum pertimeſcens, & gravem inter Piſanos, & Ianuenſes oriri diſcordiam videns, conceſſionem ipſam mutavit, & anteceſſores veſtros, ſicut moris fuerat, ſuis manibus conſecravit.*

Poſt hunc, piæ recordationis Dominus Papa Paſchalis, quamquam in multas, & graviſſimas deveniſſet A *neceſſitates, nullis tamen precibus, aut promiſſionibus ad hoc induci potuit, ut prædictas Piſanis firmaret conceſſiones, ſed prædeceſſorum veſtrorum conſecrationes Romanæ Eccleſiæ conſervavit.*

Cujus ſucceſſor Papa Gelaſius majori, & graviori neceſſitate Romam exire coactus tranſmontanas partes navigio adeundo, Privilegium idem, quod à Domino Papa Urbano de conſecratione veſtra Piſanis collatum fuerat, cum Piſas veniſſet, renovavit. Quod tamen poſtmodum eandem Piſanorum, & Januenſium perturbationem proſpiciens annullavit.

Nos etiam, qui eorum loco, imo B. Petri, licet indigni, ſucceſſimus, de ultramontanis partibus ad Urbem accelerantes, Piſas devenimus, ubi eorundem prædeceſſorum noſtrorum Urbani, & Gelaſii veſtigia ſubſecuti, ejuſdem populi precibus, ac devotione devicti, eandem innovavimus conceſſionem. Cum vero ad Urbem per Dei gratiam veniſſemus de facto non . . . . cleri, & populi commotionem invenimus, eo quod in conceſſione illa, quæ extra Urbem, & cum paucis facta fuerat, B *Romana Eccleſia diminutionem patiebatur, & totius diſcordiæ, ut dictum eſt, miniſtrare fomitem videbatur. Nos itaque poſt multam, & diutinam deliberationem, communicato conſilio cum fratribus noſtris Epiſcopis, & Cardinalibus, atque Nobilibus Romanorum, nec non multa cleri, & populi multitudine, eaſdem evacuavimus conceſſiones, & vobis, ac ſucceſſoribus veſtris Apoſtolicæ Sedis privilegio antequam reſtituimus libertatem, & fratrem noſtrorum Sagonen. Epiſcopum noſtris tamquam Beati Petri manibus conſecravimus, quæ tandem ſcripta ab Apoſtolica Sede utrique parti collata in præſentia Piſanorum, & Ianuenſium, quos pro ejuſdem negotii deffinitione ad Concilium vocaveramus, coram univerſis Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, ac reliqua cleri, & populi multitudine fecimus recitare, & factum noſtrum de quo nulli mortalium judicare conceſſum eſt, fratrum noſtrorum conſilio, & judicio commiſimus finiendum. Ex quibus electi ſunt judices, qui omni videbantur ſuſpicione carere: quorum nomina ſunt hæc.* C *Patriarcha Veneticus, Vienenſis, Ravennat. Capuanus, Salernitanus, Narbonenſis, Sypontinus, Panormitanus, Barenſis, Neapolitanus, Tarraconenſis, Senonenſis, Burdegalenſis Archiepiſcopi, Epiſcopi Vivarienſis, Trojanus, Magolanenſis, Aſtenſis, & alii complures, qui in partem Lateranenſis Palatii ſecedentes, & cauſam totam utrinque diligentius indagantes, poſt multam deliberationem, & conſilium communi aſſenſu, & Privilegia ſuper hoc Eccleſiæ Piſanæ collata caſſari, & ultimum, quod Corſicanus Epiſcopus à nobis ad aliorum correptionem, & ad Beati Petri patrimonium recuperandum factum fuerat, proprium obtinere robur debere dixerunt.*

Quod conſilium venerabilis frater noſter Vualterius Ravennae Archiepiſcopus vice judicum electorum, nobis, & reliquis fratribus recitavit, idem conſilium aſſeverans vim obtinere judicii. Porro hoc, quod à prænominatis fratribus noſtris deliberatum fuerat, in noviſſimo Concilii die coram univerſa ſynodo recitari præcepimus. D *Cumque ab omnibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Abbatibus, & reliqua cleri, & populi multitudine placere ſibi frequenter acclamatum fuiſſet, nos cognita eorum ſententia, & cleri, & populi Romani voluntate perſpecta, ſancti Spiritus cenſura, & auctoritate Apoſtolica, ſcripta de veſtra conſecratione Piſanæ Eccleſiæ collata, damnavimus, & quod à nobis de veſtra libertate ſtatutum fuerat, eadem auctoritate firmavimus: Piſanis perpetuum ſuper hoc ſilentium ſub anathematis vinculo imponentes.*

Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat; & à ſacratiſſimo corpore Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat,

atque

atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eam ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Calliſtus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
† *Ego Robertus Cardin. tit. S. Euſebii ſubſc.*
† *Ego G. G. card. tit. SS. Apoſtolorum ſubſc.*
† *Ego Benedictus card. tit. S. Eudoxiæ ſſ.*
† *Ego Anaſtaſius presb. tit. B. Clemen. ſſ.*
† *Ego Joannes presb. card. tit. S. Cæciliæ ſſ.*
† *Ego Theobaldus tit. Pamachii card. ſſ.*
† *Ego Deſiderius presb. Card. tit. S. Praxedis ſſ.*
† *Ego G. G. presb. Card. tit. Lucinæ ſſ.*
† *Ego Theobaldus presb. card. tit. S. Anaſtaſiæ ſſ.*
† *Ego Joannes card. S. Chryſ. interfui, & ſſ.*
† *Ego Petrus presb. card. tit. S. Marcelli ſſ.*
† *Ego Creſcentius Sabinenſis Epiſcopus.*
† *Ego Petrus Portuenſis Epiſcopus ſubſcr.*
† *Ego Vital. Albanus Epiſcopus ſubſcr.*
† *Ego Præneſtinus Epiſcopus ſubſc.* B
† *Ego Aegidius Tuſculanus Epiſcopus ſſ.*
† *Ego Petrus card. presb. tit. S. Calliſti ſſ.*
† *Ego Creſcentius card. presb. tit. SS. mart. Marcellini, & Petri ſubſc.*
† *Ego Gherardus presb. card. S. Priſcæ & Aquilæ ſubſc.*
† *Ego Sigizo presb. card. S. Sixti ſſ.*
† *Ego Deuſdedit presb. card. tit. S. Laurentii in Damaſo ſubſc.*
† *Ego Roſſemannus card. diac. S. Georgii ad velum aureum ſubſc.*
† *Ego Comes diac. card. S. Mariæ in Aquira ſubſc.*
† *Ego G. G. diac. card. S. Angeli ſubſc.*
† *Ego Romanus diac. card. S. Mariæ in Porticu ſubſc.*
† *Ego Stephanus diac. card. S. Mariæ Scholæ Græcæ ſubſc.*
† *Ego Jonathas diac. card. SS. Coſmæ, & Damiani ſubſc.* C
† *Ego G. G. diac. & card. SS. Sergii, & Bacchi ſſ.*
† *Ego Joannes diac. S. Nicolai ad Carceres ſubſc.*
† *Ego Ubertus diac. card. S. Mariæ in Via Lata ſubſc.*
† *Ego Gregorius diac. card. S. Luciæ ſeptem Solii ſubſc.*
† *Ego Angelus diac. card. S. Mariæ in Dominica ſubſc.*
† *Ego Gregorius diac. card. S. Viti ſſ.*
† *Ego Matthæus diac. card. S. Adriani ſubſc.*

Datum Laterani per manum Guidonis Romanæ Curiæ Camerarii 8. Id. Aprilis Indict. 1. Incarnationis Dominicæ an. 1123. Pontificatus autem D. Calliſti II. Papæ anno 5.

Hoc ipſo anno 1123. quo Calliſtus hoc diploma confecit, Otho Epiſcopus Januenſis ex hac luce migravit, poſt diutinam cum Januenſi ſenatu diſſenſionem, ob quam exulare coactus, & ab Epiſcopo Parmenſi, Tiletique Abbate Ordinis Ciſtercienſis Pontificiis delegatis paulo antea, ut ſcribit Folieta, in ſua ſede reſtitutus, ibidem exceſſit ſepultus in cathedrali. Sunt nihilominus, qui eum obiiſſe tradant anno 1119. ac tres annos ſedem vacaviſſe; ſed revera valde à vero aberrant, dum conſtat illum anno 1121. in ſua ſede reſtitutum fuiſſe à Pontificis Summi delegatis. D

XXV. 25 SIGEFREDUS ſucceſſit ann. 1123. Præfuit annis ſex, vacavitque Januenſis ſedes per annum integrum, ut Nebienſis Epiſcopus eſt auctor in hiſt. Januen.

XXVI. 1 S. SYRUS *a* homo ſanctiſſimus anno 1130. præſentibus Innocentio II. ſanctoque Bernardo Claravallenſi Abbate, qui ſuæ ad eundem honorem electioni fuerat refragatus, adlectus fuit Januenſis Epiſcopus, interfuitque cum idem Pontifex Eccleſiam S. Aegidii conſecraret, initoque Pontificatu multa dedit bona canonicis ſuæ cathedralis, attribuitque decimas, quas in ſua nobili donatione

a Huic ſcribit Alexander III. c. 30. de Appellat. c. 15. de Præbend. & dignit. cap. de illis de Deſponſ. impub. & c. ... de Symoniacis.

A hiſce verbis expreſſit, documento anno 1132. confecto à conſulibus Januenſibus confirmata.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Amen.

Ego Syrus Dei gratia Januenſis ſervus, & Epiſcopus, licet indignus, Sancti Spiritus amore concepto deſiderium ſanctæ religionis humiliter providere decrevimus, atque ea quæ ab exordio ſanctificata, & divino cultui tradita ſunt, ſi forte per negligentiam ſeu aliquo caſu à ſuo jure pereuntur, ne aliis exemplo obſtinate præbeamus in ſtatum decrevimus meliorem per Dei gratiam reformare, & juri ſuo firmiter commendare. Unde Religioſorum noſtrorum canonicorum, & fratrum Eccleſiæ Beati Laurentii Villani Præpoſito eorumque fratrum piis precibus annuere & ſacris vocibus aſſentiri curavimus, quocirca jamdictis fratribus canonicis ſancti Laurentii eorumque ſucceſſoribus in perpetuum auctoritate Sancti Spiritus, & noſtri Pontificatus damus, & concedimus atque corroboramus, ſcilicet totam decimam de cunctis do- B *minicatis, quæ ipſi, qui habitant, & habitarunt in civitate Januæ & Burgo, & in caſtro, fecerint tam in præſentibus quam in futuris temporibus per terminos à flumine Beſagni, uſque ad flumen Sturlæ, & deſuper per ſtratam Romeam uſque ad mare, & ita ut in eodem loco jam dictu decima ſit eis, vel illorum miſſo data, & conſignata. Inſuper concedimus eis, & confirmamus, plenuiſque corroboramus totam decimam de Calignano, tam de domnicatis, quam de aliis locis per quemlibet laboratis, & ſimul cum tota decima de Raveca per terminos à flumine Beſagni uſque ad mare, & per viam quæ venit à Beſagno ante ſanctum Martinum, & ante hoſpitale ſancti Stephani uſque ad portam civitatis in ſimul cum tota Raveca uſque ad mare, ita ut in eodem loco ſit eis vel miſſo eorum datu, & conſignata, & non in alienis partibus tranſmutata. Facta eſt hæc donatio, & confeſſio, atque affirmatio in anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo trigeſimo ſecundo, ſeptimo idus Novemb. Indict. decima.*

C *Ego Bonus Infans Notarius, & Januenſis curiæ cancellarius præcepto Domini ſupramemorati Syri Epiſcopi hanc paginam ſcripſi.*

Ego Syrus Januenſis Epiſcopus ſubſc.

Januenſium vero conſulum Syri donationis confirmatio eſt hujuſmodi.

Poſtea vero in eodem menſe fuit Dominus ſupranominatus Syrus Epiſcopus in Eccleſia ſancti Laurentii juxta altare præſentibus Villano Præpoſito, & fratribus canonicis ejuſdem Eccleſiæ nec non conſulibus civitatis, pluribuſque bonis hominibus, & ſupraſcriptam donationem, & conceſſionem jam dicto præpoſito, & fratribus ſuis eorumque ſucceſſoribus in perpetuum corroboravit. Ibique conſules Januenſes videlicet Otho filius Gandulfi, & Gulielmus de Volta atque Ogerius de Guidone, voluntate, & præcepto Domini ſupramemorati Epiſcopi laudaverunt, & affirmaverunt ut ſicut ſuperius ſcriptum eſt, ita Canonici S. Laurentii habeant illam decimam per terminos à flumine Sturlæ per ſtratam Ro- D *meam, atque ad flumen Beſagni, & uſque in mare de cunctis Domnicatis habitantium in civitate, & in burgo, & in caſtro, & de tota decima à flumine Beſagni per viam de S. Martino, uſque ad civitatem, & de Raveca uſque in mare, tam de Domnicatis, quam & de laboratoribus, omnia ſicut in ſuperiori ſcriptione determinata ſunt. Teſtes Iterius Pedegola, Lambertus Ghezo, Lanfrancus Roza, Vuillelmus Piper, Oliverius de Tertoſca, Guiſebardus de Caſchifelau. Bonusvaſſalus de Odone, Obertus Tacun.*

Ego Bonus Infans Notarius, & Januenſis curiæ Cancellarius per præceptum Conſulum ſſ.
Ego Oglerius ſubſc.
Ego Guillelmus Vicecomitum ſubſc.
Ego Guillelmus de Volta.
Ego Marinus . . . .
Ego Otho Gontardi . . .
Ego Gulielmus de Mauco ſubſc.

Anno 1133. Syrus idem ipſe primus Januenſis

Ai-

Archiepiſcopus renunciatus eſt, tum ob eximiam vitæ ſanctimoniam, tùm ob præclara in ſedem Apoſtolicam Januenſis populi, Senatuſque promerita. Siquidem Innocentius II. Cathedralem Januenſem erexerat in Metropolim, attributis eidem tribus Suffraganeis in Corſica, alteriſque duobus circumvicinis, ut in hac ſequenti Bulla habetur, quam ex originali erutam, nobis communicavit Petrus Maria Burgius Januenſis amicus noſter.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerabili fratri Syro Januenſi Archiepiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum.

Juſtus Dominus, & juſtitiam dilexit, æquitatem vidit vultus ejus. Si pro homine perdito humanatus eſt Dei filius, & pro ejus redemptione, atque ſalute mortem ignominioſam pertulit; Catholica igitur, & ſancta Dei Mater Eccleſia ne filii ſui damnentur perpetuo, bona ſua hilari vultu, & mente jucunda, quoniam id ipſum æquitatis, & juſtitiæ ratio poſtulat debet impendere. Quocirca ſacroſancta Sedes Apoſtolica animarum ſaluti providens, quoniam pro diſcordia, & guerra, quæ inter dictam Ianuenſem civitatem & Piſas olim argutiſſimo id favente inimico humani generis orta eſt, incomparabiles hominum clades, Chriſtianorum captivitates, & Eccleſiarum deſtructiones innumeræ provenerant, ut de cætero tam deteſtabilis lis, & diſſenſio conquieſcat, perſonam tuam, & per te Ianuenſem Eccleſiam à præfata civitate, quæ Beato Petro ac ſanctæ Romanæ Eccleſiæ fidelis, & adſerviendum prompta extitit, & de cætero ſe id facturam propenſius pollicetur, decorem, & exaltationem, prærogativa glorioſa ſublimat. Te igitur frater chariſſime Syre Archiepiſcope Pallii genio decorantes, & gratia ampliori donantes, in Archiepiſcopum promovemus, & tres Epiſcopatus in Corſica, Maranen. videlicet, Nebolenſem, & tertium, cujus ſedem conſtituimus Eccleſiam ſancti Petri de Acei, qui habeat unam plebem de Marana, & aliam de Meria, atque Vobzenſem, & illum de Brunate, quem modo novum ſtatuimus tibi, tuiſque ſucceſſoribus metropolitico jure ſubiicimus. Verumtamen Epiſcopatum Ianuenſem, & te videlicet, ac poſteros tuos ab omni emancipatos ſubjectione in manu propria libere retinemus, ſtatuentes, ut Ianuenſis Archiepiſcopus eo ordine, quo & Piſanus à ſolo Romano Pontifice conſecretur. Quod ſi forte Piſanus Archiepiſcopus à ſuis Suffraganeis fuerit conſecratus, Ianuenſis quoque à ſuis nihilominus ſimiliter conſecretur. Deinde vero infra Eccleſiam præferens, videlicet diebus Cœnæ Domini, & Paſcha, Aſcenſione Domini, Pentecoſte, in feſtivitate Apoſtolorum Petri, & Pauli, S. Laurentii, tribus feſtivitatibus S. Mariæ, Natali Domini, Epiphania, & in die anniverſarii conſecrationis tuæ. In conſecrationibus, quoque Epiſcoporum, Baſilicarum, & ordinationibus clericorum. Abbatiam quoque de Tyro ad meliorationem, ſalva ſanctæ Romanæ Eccleſiæ proprietate, ac conſenſu tibi venerabilis frater Archiepiſcope Syre committimus. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſæculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam, ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubiaceat. Cunctis autem hæc noſtra ſtatuta ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Guillelmus Præneſtinus Epiſc.
Ego Ioannes Oſtienſis Epiſcopus.
Ego Rudolphus Ortanus Epiſc.
Ego Ioannes tit. S. Chryſogoni presbyter Card.
Ego Anſelmus presb. card. tit. S. Laurentii in Lucin.
Ego Lucas presb. card. tit. SS. Ioannis, & Pauli.
Ego Martinus presb. card. tit. S. Stephani in Cælio Monte.
Ego Rainerius Senenſis epiſc.
Ego Rolandus Roſſellanus epiſc.
Ego Udizo Saonenſis epiſc.
Ego Romanus diac. card. s. Mariæ in Porticu.
Ego Gregorius diac. card. ss. Sergii, & Bacchi.
Ego Guido diac. cardin. s. Mariæ in Via lata.
Ego Oddo diac. card. s. Georgii ad velum aureum.
Ego Guido diac. card. ss. Coſmæ, & Damiani.

Datum Groſſeti per manum Aymerici S. R. E. Diaconi Cardinalis, & Cancellarii 14. Kal. Aprilis Indict. 11. Incarnationis dominicæ anno 1133. Pontif. vero D. Innocentii PP. II. anno 4.

Igitur Innocentius pacem inter Piſanos, & Ianuenſes compoſuit, eorumque Eccleſias Metropolitanas effecit, parte altera Epiſcoporum Corſicæ contributa, quæ res adhuc diſcordiam inter eas civitates aluerat. Syrus vero cum Archiepiſcopus fuiſſet declaratus, adeo pie, ſancteque ſibi creditum munus adminiſtravit, ut inter præcipuos ejus Eccleſiæ Præſules merito à ſuis adnumeratus ſit, curavitque, ut Januenſis Eccleſiaſticus Ordo illuſtrior eſset, plura gratioſa diplomata à ſummis Pontificibus impetrare, in illum ipſum conferenda. Primum, quod occorrit, eſt ejuſdem Innocentii II. ad favorem Guidonis Præpoſiti & Canonicorum Cathedralis Eccleſiæ, ubi bona & immunitates enumerantur, & confirmantur, quod, cum ſit fere eiſdem verbis conceptum, ac ſuperius, ſubſcriptiones tantum Cardinalium, & Datum proferemus. Incipit enim:

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Guidoni præpoſito & Canonicis matricis Eccleſiæ ſancti Laurentii Ianuenſis tam præſentibus quam futuris in perpetuum. Apoſtolicæ ſedis nos monet auctoritas &c. Statuimus enim ut qualeſcumque poſſeſſiones &c. In quibus hæc propriis nominibus annotanda &c. Nulli &c. Si qua igitur &c. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
† Ego Gulielmus Præneſtinus Epiſcopus.
† Ego Theodevinus S. Rufinæ epiſc.
† Ego Anſelmus presb. card.
† Ego Lucas presb. card.
† Ego Guido indignus ſacerdos.
† Ego Gregorius diac. ss. Sergii & Bacchi,
† Ego Guidus diac. card. s. Adriani.
† Ego Chryſogonus diac. card. s. Mariæ in Porticu.

Datum Piſis per manum Aymerici S.R.E. Diac. Card. & Cancellarii VII. Idus Decembris Ind. XIV. Incarn. dom. anno MCXXXVI. Pontificatus vero D. Innocentii Papæ II. anno 7.

Interea Syrus antiquas non ſolum donationes ſuorum anteceſsorum confirmavit Eccleſiæ Cathedrali, ſed & novas addidit an. 1145. hoc condito monumento.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis Syrus Ianuenſis Eccleſiæ Archiep. Ugoni Archidiacono, Præpoſito, & ceteris ſancti Laurentii noſtris Canonicis in perpetuum.

Prope eſt Dominus omnibus invocantibus eum in veritate. Voluntatem timentium ſe faciet, & deprecationem eorum exaudiet. Ex Præſulatus noſtri officio nobis auctore Deo injuncto decet nos providere, ut Eccleſia Ianuenſis aliarum mater Eccleſiarum, quæ in honorem beati Laurentii Martyris, & beatorum Confeſſorum Syri, & Romuli eſt dedicata decimis, & prædiis, & honoribus ſemper augeatur & creſcat, ut videlicet Clerus in ea Deo ſerviens, multitudine & numero amplietur & habeat abundanter, unde ſine moleſtia ſuis neceſſariis uſibus ſatisfaciat. Quocirca pro intuitu ſacræ deliberationis, & digno favore noſtræ liberalitatis inſtituimus atque concedimus ut cives noſtri Ianuenſes, qui aliis Eccleſiis non ſunt obnoxii perſolvere partes aliquas decimarum, quorum nomina in præſenti pagina videlicet habentur ſupraſcripta ipſis utique &

filii, & hæredes eorum vobis Canonicis ſancti Laurentii de fructibus, & redditibus omnium ſuarum terrarum decimas de cætero vobis perſolvant, [devote ſine moleſtia ſicut annuatim facultas abundaverit eis per gratiam Dei. Hæc autem ſunt nomina illorum hominum, de quorum prædiis & laboribus ſancimus & decernimus Eccleſiæ S. Laurentii debere decimas in perpetuum aſſignari. Filii Cebellinæ de Petris. Petrus de Campo & frater ejus Ido. Anſaldus Gabbo filius Oberti Gabbi. Vaſſalus de Campo, & nepotes ejus. Odezonus de Venerando, Amicus Clericus, Eribertus Corillator, filii Ganduiſi de Solario. Opizo Fillamonica, Giſla de Pavone Cibba, Marchio Pedeſalanga, Petrus Golia, Ingo Lercarius, Jonathas filius Merlonis de Bondoni, filii Burgi, Jo: Tozico, filii Lanceæacutæ, Scarfala, Gulielmus de Nigro, Gulielmus Guercius, Piza in Cuenza, Brigida de Mari, Bonifacius Buguzo, Bonus Vaſſallus de Antiochia, Guiſcardus filius Guale, Falco Ferratello, Bonusinfans & frater ejus, Guillelmus Bruno, Anſaldus Grillo, Gulielmus de Retajana, Bonus Joannes Rapazzino, filii boni Joannis oculi, filius Ruſtici colli, filii Othonis Belli oculi, Petrus de Alexandria, Gandulphus Alpan, filii Forte, Pecie Capellanus, Marchio Simia. Gulielmus Enganna Deus. Bonus Ioannes, Buſſerius Domus Albericorum, Bellon Regius, Rubaldus Cavarunco, filii Odonis de Gardo, Triginta Vellate Zurlo, Bonus Ioannes de Dandalo, filii de Amico, Guido Panem in ſinu, Vaualllus de Paxia, Gulielmus Buſagno, Ioannes Nivedella. Ut vero nullus queri poſſit, quod de præſenti privilegii pagina ſibi aliquid præjudicium fiat, quæ prædicta ſunt, hoc tenore poſito, atque ſubſcripto taxavimus, ſalva ſcilicet ſacrorum Canonum auctoritate, & privilegiis Romanæ Eccleſiæ, atque prædeceſſorum noſtrorum ſcriptis & donationibus, ſalvis ſi quas forte ipſi fecerunt Eccleſiis & Capellis tam majoribus, quam etiam minoribus, ac in ſuo robore, ac firmitate perſeverantibus præſcriptionibus quæ ſunt, vel fuerint per legitima tempora terminatæ. Præterea omnes alias decimationes, quas prędicti fratres noſtri Canonici S. Laurentii juſte poſſident, eadem auctoritate firmamus; verum ut illibata ſervetur iſta donatio, pręcipimus auctoritate Patris, & Filii, & Spiritus Sancti & omnium Sanctorum iſta ſervari in pręſentibus & futuris temporibus, quatenus ipſi qui tenuerint, & ſervaverint in regno Dei cum ſanctis plenam percipiant remunerationem. Amen. Anno ab incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo centeſimo quadrageſimo quinto Indictione octava decimo Kalendas Decembris.

† *Ego Syrus Ianuenſis Archiepiſcopus ſubſcripſi.*

Idem Syrus poſt aliquot annos iterum ſuis Canonicis eandem donationem affirmavit, addiditque omnes decimas habitantium tum intra urbis Januenſis mœnia, tum in ſuburbiis, & Caſtello, hoc diplomate ſignato.

Ego Syrus Dei gratia Januenſis Eccleſiæ ſervus & Archiepiſcopus licet indignus, Sancti Spiritus amore concepto, deſideriis ſanctæ religionis humiliter providere decrevimus, atque ea quæ ab exordio ſanctificata, & divino cultui tradita ſunt ſi forte per negligentiam, ſeu aliquo caſu ſuo jure privatur ne aliis exemplum obſtinantiæ præbeamus, in ſtatum decrevimus meliorem per Dei gratiam reformare, & juri ſuo firmiter commendare. Unde noſtrorum religioſorum Canonicorum, & fratrum Eccleſiæ B. Laurentii videlicet O. Præpoſiti, nec non V. Archidiaconi eorumque fratrum piis precibus annuere & ſacris vocibus aſſentire curavimus. Quocirca jam dictis fratribus Canonicis S. Laurentii, eorumque ſucceſſoribus in perpetuum auctoritate Sancti Spiritus, & noſtri Pontificatus damus, & concedimus atque corroboramus totam decimam eorum, qui habitant, & habitaverint in civitate Januæ & in caſtro, & in Burgo, atque ſuburbiis tam in præſentibus quam in futuris temporibus, præter eas quas dominus Papa vel prædeceſſores noſtri aliis Eccleſiis intuitu pietatis conceſſerunt; ita ut in eodem loco prædicta decima ſit jam dictis fratribus, & eorum ſucceſſoribus, vel ſuis miſſis data, & conſignata, & non in alienis partibus tranſmutata. Qui vero hanc noſtræ paginæ inſtitutionem, atque conceſſionem ſeu donationem auſu nefario infringere tentaverit, ſit maledictus, & excommunicatus, atque à limitibus ſanctæ matris Eccleſiæ, omniumque Chriſtianorum conſortio ſeparatus, quamdiu Deo & pręfatis Canonicis digna ſatisfactione atque juſta vacatione non ſatisfecerit. Fiat. Fiat. Fiat.

Facta eſt autem hæc donatio & conceſſio, atque affirmatio in anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo quinquageſimo octavo, Indictione 6. xv. die Kal. Aprilis.

† *Ego Syrus Ianuenſis Archiepiſcop. ſubſcr.*

Anno 1148. Raymundus Comes Barchinonenſis ob inſignem fidem, & ſinceram Januenſis populi amicitiam, non exigua contulit donaria Eccleſiæ S. Laurentii Cathedralis, partes duas ſcilicet Inſulæ Iberi fluminis juxta civitatem ſuam Dertuſam poſitæ, tertiam vero contulit populo, Reipublicæque, aſſentiente Guillelmo Montis Peſſulani Domino potentiſſimo. Hic ille idem Guillelmus eſt, qui demortua uxore Sybilla Monachus effectus eſt Ord. Ciſtercienſis in monaſterio Grandiſylvæ; egregiis virtutibus vivens, mortuus crebris miraculis clarus effulſit, è cujus corpore jam tumulato lilium pulcherrimum prodiit literis aureis *Ave Maria*, undique decoratum, quem ut Guillelmus de Balada Anglus Abbas, & hiſtoriæ produnt, nil latinitatis præter illa duo vocabula *Ave Maria* ſciviſſe, cujus genealogiam accuratiſſime contexuit Chriſtophorus Butkerus Antuerpienſis Monachus Ciſtercienſis, eam ad omnes Principes, qui hodie Chriſtianam Rempublicam moderantur, deducens, quam ad calcem ſui Monologii Ciſtercienſis repoſuit Chryſoſtomus Henr.quez. Ejuſdem inter alios meminit Franciſcus Petrarcha lib. de laudibus ſolitudinis. Porro Raymundi Barchinonenſis Comitis donatio eſt hujuſmodi, ex Archivio Cathedralis exſcripta.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Ego Raymundus Dei gratia Comes Barchinonenſis, Princeps Aragonenſis, & Marchio ob inſignem fidem, & ſinceram amicitiam ſtrenuiſſimi populi Ianuenſis dono & offero majeſtati Dei, & Eccleſię B. Laurentii duas partes Inſulę, quæ ſita eſt ante civitatem Tortoſæ in flumine Iberi per conſenſum domini Gulielmi Montis Peſſulani, atq; Gulielmi Raymundi Dapiferi. Ut prædicta Eccleſia habeat & provideat jure proprietario ſupradictam Inſulam libere, & ſine ullo onere ſine contradictione mea, & meorum hæredum & ſine contradictione domini Guillelmi Montis Peſſulani, & filiorum ejus, & ſine contradictione Gulielmi Raymundi Dapiferi & omnium perſonarum per eos; ita ut quod ſi in prædicto flumine pontem, aut molendina fieri contigerit, præfata Eccleſia vel aliquis per eam prohibere non poſſit, quin pons in ripa Inſulę firmetur, & funes molendinorum ibi applicentur. Hanc autem donationem perpetuo firmam & ſtabilem eſſe volo, & per me meoſque hęredes ab omni perſona defendere promitto. Inſuper eidem Eccleſię prefatę Inſulę poſſeſſionem trado per Vaſſallum presbyterum ejuſdem Eccleſiæ Nuntium, atque Canonicum. Facta iſta charta in pręſentia Bernardi Tarrachonenſis Archiepiſcopi & Gulielmi Barchinonenſis Epiſcopi, atque Beringarii Gerundenſis Epiſcopi, nec non & Petri Auſonenſis Epiſcopi aliorumque virorum nobilium in obſidione civitatis Tortoſæ pariter aſſiſtentium, menſe ſcilicet Novembris anno Domin. Incarnat. 1148. Ind. xi.

Si † gnum Raymundi Comitis
S. † Guillelmi Montiſpeſſulani.
S. † Guillelmi Raymundi Dapiferi.
S. † Arnaldi Beringarii de Angleſola.
S. † Gauſerandi de Pinos.
Petrus Dei gratia Auſonenſis Epiſc.
S. † Geraldi de Jorba.

S. † Bernardus de Belog.
S. † Gauſerande Sales.

Fuerunt teſtes ibi Jordantus de Porta, Guillelmus Bucronu, tunc Conſules, Ugo Embriacus, Marinus de Caſtro, Simon Anſaldi de Auria.

Signum Pontii ſceiptoris Comitis Barchinonenſis qui hanc chartam ejus mandato conſcripſit menſe, & anno præſcripto.

Documentum donationis tertiæ partis ejuſdem Inſulæ Iberi, quam tenebat Januenſis Reſpublica, eidem Eccleſiæ S. Laurentii factæ anno 1150. ita reperitur firmatum.

In Capit. S. Laurentii Conſules Vuillemus Niger, Caſarus Beſalza, Obertus Spinula, Vuillelmus Ventus, laudaverunt & affirmaverunt quod Eccleſia S. Laurentii ſine contradictione conſulum, & communis Januę & omnium perſonarum per eos habeat, & quiete poſſideat tertiam parte Inſulæ Tortuoſæ, quæ ad commune Januæ pervenit. Ita quod venturi Conſules nullo modo ea impedire poſſint. Si vero Balduinus de Caſtro, & Vuillelmus Tornellus, & eorum ſocii qui dimiſerunt Tortuoſam uſque ad annos vigintiquinque per mille novecentum biſantios eam recuperaverint, tantum teneantur dare Eccleſiæ S. Laurentii de illis mille novecentum biſantiis, quantum exierit de tertia Inſulæ, ſi voluerint recuperare, ſin autem, in poteſtate Eccleſiæ ſit, cujus eſt. Hanc vero laudem iſti Conſules ideo fecerunt, quoniam Raymundus Barchinonenſis Comes duas partes Inſulæ dederat Eccleſiæ S. Laurentii, & inhoneſtum videbatur eis ut tenerent tertiam partem, cum Comes duas partes illorum matrici Eccleſiæ dederat; & ideo cum majori parte conſiliariorum civitatis Januæ, & eorum Inſulam Eccleſiæ S. Laurentii ut ſupra laudaverunt firmum & ſtabile eſſe omni tempore MCL. Menſe . . . . Ind. XIII.

Ego Gulielmus de Columba Notarius per præceptum iſtorum Conſulum ſcripſi.
Ego Guido Laudenſis Judex ſubſc.
Ego Oglicro Vento ſubſc.
Ego Vaſſallus Giſulfi filius.
Anſaldus Mullo ſubſc.
Ego Guillelmus Mullo ſubſc.

Eodem modo Bonvaſſallus Januenſis civis ſuo, aliorumque nomine jus omne quod habebat in eadem Inſula Iberi, dimiſit, & vendidit Canonicis S. Laurentii coram Gaifredo Dertuſenſi Epiſcopo, ut in documento habetur.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.

Notum fieri volumus omnibus Eccleſiæ filiis, quod Bonus vaſſallus filius Moronis fecit refutationem per ſe, & ſuos hæredes & per omnes homines, qui pro prædicto Bonovaſſallo inquietare voluerint, de tertia parte Inſulæ, quæ ſita eſt in medio Iberi juxta civitatem Dertuſæ, quam Lanfranchus Bucha, & Opizo Scaramancha ex præcepto Conſulum Januæ dederunt jam dicto Bonovaſſallo pro pignore. Quam tertiam partem prædictæ Inſulæ Conſules Januæ cum majori parte de Conſiliatorum Canonicis S. Laurentii Januenſis Eccleſiæ dederunt. S. Laurentii Januenſis Eccleſiæ Canonici unum è fratribus Albertum presbyterum videlicet ad deliberationem jam dictæ Inſulæ miſerunt & placitum fuit ſtatutum inter prædictum ſacerdotem, & Bonumvaſſallum coram domino Gaifredo Dertunenſis Eccleſiæ Epiſcopo, & L. Bucha, & O. Scharamandi, aliiſque multis Januenſibus, & Bernardo de Caſtellech, & Gulielmus de Caponis, atque duobus militibus militiæ & multis aliis hominibus cognitaq; ratione, laudatum eſt ut Canonici S. Laurentii vel Conſules prædicto Bonvaſſallo pro pignore mille ſolidos perſolverent, & rogatu nominati presbyteri, Salamon cum filii ſuis mille ſolidos manu levavit & perſolvit. Poſt hæc in Eccleſia s. Mariæ Dertuſæ coram jam dicto Epiſcopo, multiſque Januenſibus, aliiſque probis viris, prædictus A. presbyt. petiit à Bonvaſſallo chartam pignoris, ipſe vero non potuit dare chartam propter pignus balneorum quod ibi continebatur, ideoque præfatus Bonvaſſallus coram domino Epiſcopo, & aliis probis hominibus hanc chartam refutationis facere rogavit.

Actum eſt hoc in eccleſia S. Mariæ Dertuſæ anno ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti MCLVIII. VIII. Kal. Maii.

Ego Gaufredus Dertuſenſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Teſtes . . . . Lanfranchus Becha . . . Gulielmus Navaſſe . . . Bruno . . , Anſaldo Dulcebelle, Salamon Gotifredo filii ejus . . . , Gulielmus de Capo, Gerarolus de Salvaguer . . . . . Petrus Stephanus, Petrus Aldegerii, Oler. de Tamarit, Bernardus presbyter, & Canonicus eccleſiæ S. Mariæ Dertuſenſis qui hoc ſcripſit die, & anno.

Eodem anno 1150. Eugenius III. Guiberto Præpoſito & Canonicis S. Laurentii amplam omnium bonorum, ac jurium, tum & Raymundi Comitis donationis confirmationem elargitus eſt, quam hic non pigebit referre.

Eugenius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Guiberto Præpoſito, & cæteris Januenſis Eccleſiæ Canonicis tam præſentibus quam futuris canonice ſubſtituendis in perpetuum. Officii noſtri hortatur auctoritas pro Eccleſiarum ſtatu ſatagere, & earum quieti, & utilitati ſalubriter auxiliante Domino providere. Dignum namque & honeſtati conveniens eſſe cognoſcitur, ut qui ad Eccleſiarum regimen aſſumpti ſumus, eas & à pravorum hominum nequitia tueamur, & B. Petri atque Apoſtolicæ ſedis patrocinio muniamus. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & B. Laurentii Eccleſiam, in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Statuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium ſeu aliis juſtis modis, Deo propitio poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Eccleſiam ſanctæ Mariæ Magdalenæ, Eccleſiam S. Salvatoris de Sanzano, Eccleſiam S. Iacobi de Calignano, Eccleſiam S. Bartholomæi de Stajano, Eccleſiam S. Mariæ de Quarto, Eccleſiam S. Stephani de Parieſi, decimas quoque quas in tota Januenſi diœceſi legitime poſſidetis, & tres partes totius territorii, quod vocant ſanctus Romulus cum omnibus pertinentiis ſuis, quemadmodum à bonæ memoriæ Theodulfo Januenſi Epiſcopo, Eccleſiæ veſtræ rationabiliter conceſſæ, & ſcripti ſui auctoritate firmatæ ſunt. Preterea Inſulam in Ibero flumine poſitam juxta civitatem Tortuoſam, ab illuſtri viro Raymundo Barchinonenſi Comite, & à Conſulibus veſtræ civitatis eidem Eccleſiæ juſte conceſſam, vobis pariter confirmamus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temere perturbare, aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur veſtris, & aliorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolicæ auctoritate, ac diœceſanorum Epiſcoporum canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire tentaverit, ſecundo tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honoriſque ſuæ dignitatis careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat. Servantibus autem ſit pax, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen.

Ego Eugenius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.
† Ego Conradus Sabinenſis epiſc. ſubſc.
† Ego Theodevinus Portuenſis epiſcopus ſubſc.
Ego G. Præneſtinus epiſcopus ſubſc.
Ego Hugo Oſtienſis epiſc. ſubſc.

Ego Nicolaus Albanus epiſc. ſubſc.
Ego Ugo tit. in Lucina presbyt. Cardinalis ſubſc.
Ego Bernardus presbyt. card. S. Clementis ſubſc.
Ego Iordanus præsbyt. card. s. Suſannæ ſubſc.
Ego Gregorius tit. Calliſti presbyt. card. ſubſc.
Ego Hubaldus presb. cardin. t. Praxedis ſubſc.
Ego Oddo diac. card. S. Georgii ad Velum aureum ſubſ.
Ego Octavianus diac. card. s. Nicolai in Carcere Tulliano ſubſc.
Ego Rodulphus diac. card. s. Luciæ in Septiſolis ſſ.
Ego Ioannes Papaeo diac. card. S. Adriani ſubſc.
Ego Gregorius diac. s. Angeli ſubſc.
Ego Guido diac. card. S. Mariæ in Porticu ſubſc.
Ego Hyacinthus diac. card. s. Mariæ in Coſmedin ſubſc.

Dat. Laterani per manum Boſſonis S. R. E Scriptoris XVIII. Kal. Maii Indictione XIII. Incarn. Domin. anno MCL. Pontificatus vero D. Eugenii III. Papæ anno 5.

Forte eodem anno Eugenius Syrum Archiepiſcopum, ſuoſque ſucceſſores ſub Apoſtolicæ ſedis protectione ſuſcepit, confecitque diploma, cujus exemplar ad noſtras devenit manus, ſine dato, & anno, quod hic tamen tale exhibemus.

Eugenius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerabili fratri Syro Ianuenſi Archiep. ejuſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum.

Ex commiſſo nobis à Deo Apoſtolatus officio, fratres noſtros Epiſcopos tam vicine quam longe poſitos debemus diligere, & Eccleſiis, in quibus Domino militare noſcuntur, ſuam juſtitiam conſervare & quemadmodum fratres vocamus in nomine, ita nihilominus comprobemus in opere. Eapropter venerabilis frater in Chriſto Syre Archiepiſcope tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & glorioſi martyris Chriſti Laurentii, & S. Syri Eccleſiam, cui Deo auctore preſides, ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona in præſentiarum juſte & canonice poſſides aut in futurum rationabilibus modis Deo propitio poteris adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Redditus videlicet de mari, & decimas, quæ ab hominibus civitatis, & totius Epiſcopatus Ianuen. ab antiquis temporibus prædeceſſores tui, & ipſe hactenus quiete poſſidetis, de illis ſcilicet hominibus, qui à portu Piſano in Orientem, & à portu Monachi in Occidentem, ſeu in terram Sarracenorum, vel Chriſtianorum extra prænominata loca maritimas negotiationes exercent. Caſtrum S. Romuli cum ſuis pertinentiis. Caſtrum Molacianenſe cum curte, molendinis & pertinentiis ſuis, curtem Bazali, curtem de vico molatio. Curtem de Bavoli. Curtem de Nervi. Caſtrum Medolici cum curte, & pertinentiis ſuis, & molendinis. Curtem S. Petri de Arena cum ſuis pertinentiis. Domum cultam de S. Vincentio cum molendinis, & quicquid habes in Corti. Curtem S. Michaelis in Lavania, & domum cultam juxta mare, & quicquid habes in valle Lavaniæ, & Sigeſtri, medietatem de Roccataliata cum medietate montis de Comallo. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat &c. Salva &c. Si qua igitur &c. Amen.

Adrianus quoque IV. Pontifex an. 1158. eodem modo, iiſdemque omnino verbis, quo fecerat Eugenius Ugoni Archidiacono, & Oberto Præpoſito, cæteriſque Canonicis Januenſis Eccleſiæ bona, & jura aſſeruit, ac ſub ſua & Apoſtolicæ Sedis tuitione ſuſcepit.

Datum Sutrii per manum Rolandi S. R. E. Presbyt. Card. & Cancellarii XVII. Kal. Iulii Indict. VI. Incar. Dom. anno MCLVIII. Pontificatus vero D. Adriani Papæ IV. anno 4.

Ego *Adrianus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſſ.*
† Ego *Hubaldus presb. card. tit. S. Praxedis ſubſc.*
† Ego *Julius presb. card. tit. S. Marcelli ſubſc.*
† Ego *Bernardus presb. card S. Clementis ſubſc.*
† *Ego Octavianus presb. card. S. Cæciliç ſſ.*
† *Ego Gerardus presb. card. s. Stephani in monte Cælio ſubſc.*
† *Ego Ildebrandus presb. card. Baſilicç XII. Apoſtolorum ſubſc.*
† *Ego Guido presb. card. tit. s. Calliſti ſſ.*
† *Ego Albertus presb. card. tit. S. Laurentii ſubſcripſi.*
† *Ego Boſo diac. card. SS. Coſmæ & Damiani ſubſcripſi.*
† *Ego Cynthius diac. cardin. S. Adriani ſſ.*
† *Ego Petrus diac. card. S. Euſtachii juxta templum Agrippæ ſubſc.*
† *Ego Raymundus diac. card. S. Mariæ in Via lata ſubſcripſi.*

In eundem fere modum iiſdem Ugoni Archidiacono, & Oberto Præpoſito ſcripſit Alexander III. anno 1162. hæc addens. (*Salva tamen canonica juſtitia illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Adhæc antiquas & rationabiles conſuetudines Eccleſiæ veſtræ vobis nihilominus confirmamus. Prohibemus autem ut ſi aliqui Parochianorum veſtrorum in alia Eccleſia ſibi elegerint ſepulturam, nullus eorum niſi ſalva canonica juſtitia Eccleſiæ veſtræ audeat ſepelire, quod ſi aliquis eorundem Parochianorum veſtrorum, qui in veſtro conſuevit cœmeterio ſepeliri, inteſtatus deceſſit, nuſquam niſi tantum in veſtra Eccleſia tumuletur. Interdicimus etiam in blanditiis quibuslibet vel munuſculis nullus Parochianos veſtros præſumat allicere, ita quod propter hoc ad aliam Eccleſiam, ut ibi ſepeliatur, debeat declinare. Si vero Januenſis Eccleſia proprio Paſtore vacaverit vel Archiepiſcop. aut alius loco ejus conſtitutus in toto Januenſi Archiepiſcopatu non fuerit, liceat Præpoſito, Archidiacono, & Canonicis in malefactores, & rebelles, qui à ſua noluerint malignitate deſiſtere, & excommunicari pro ſuis maleficiis meruerint, excommunicationis ſententiam promulgare. Decernimus ergo &c. Si qua igitur &c.*

Ego *Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.*
† *Ego Gregorius Sabinenſis epiſc. ſubſc.*
† *Ego Hubaldus Oſtienſis epiſc. ſſ.*
† *Ego Bernardus Portuenſis epiſc. ſſ.*
† *Ego Gualterius Albanenſis epiſc. ſſ.*
† *Ego Joannes presb. card. tit. s. Anaſtaſiç ſſ.*
† *Ego Albertus presb. card. tit. S. Laurentii in Lucina ſubſc.*
† *Ego Hyacinthus diac. card. s. Mariç in Coſmedin ſubſcripſi.*
† *Ego Ardicius diac. cardin. S. Theodori ſſ.*
† *Ego Boſſo diac. cardin. ss. Coſmæ & Damiani ſubſcripſi.*
† *Ego Cinthius diac. cardin. s. Adriani ſſ.*
† *Ego Joannes diac. cardin. S. Mariæ in Porticu ſubſcripſi.*

Dat. Januæ per manum Hermanni S. R. E. Subdiaconi & Notarii XI. Kal. Aprilis Indictione X. Incarn. Domin. MCLXII. Pontificat. vero D. Alexandri Papæ III. anno 3.

Quanta vero valuerint gratia Syrus Archiepiſcopus populuſque Januenſis apud Alexandrum III. Pontificem, duo inſignia diplomata, quibus merita Januenſis Reipublicæ, Syrique Archiepiſcopi recenſentur, abunde teſtantur. Primum datum eſt ann. 1159. alterum anno 1161. duobus ante annis, quam è vita diſcederet Syrus, & confirmationem Archiepiſcop. dignitatis obtineret. Hæc eruta ſunt ab originario exemplari in Reipublicæ Januenſis Archivio aſſervato.

Alexander &c.
Venerabili fratri Syro Archiepiſcopo, & dilectis filiis Canonic. Conſulibus & univerſo Clero & populo Januenſi ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Quod non prius Apoſtolicæ ſalutationis alloquium per noſtra vobis ſcripta dependimus, non negligentiç ullatenus adſcribendum, ſed manifeſtæ neceſſitati noveritis imputandum: nam ſicut per dilectos

filios noſtros nobiles concives veſtros, qui ad ſervitium noſtrum de gratia veſtra venerunt, noviſſe vos credimus, cum parte familiæ noſtræ in Iaſula Liguriæ, barca noſtra remanſerat, nec eam propter inconvenientiam temporis recipere aliquatenus pateretur. Nunc autem vos tanquam chariſſimos, & ſpeciales Eccleſiæ filios literis Apoſtolicis viſitantes, omnimodas gratiarum actiones veſtræ ſinceritati referimus, quod ita vos in obſequio beati Petri, ac noſtro conſtanter expoſuiſtis, ut ſacroſancta mater veſtra Romana Eccleſia, ſicut plurima jam de vobis commoda, & incrementa ſuſcepit, ita & de cætero in veſtra ſecurius probitate confidat, ac inter cæteros Cath. veritatis filius præcipue vobis, & ſpecialiter innitatur. Vos enim non eam labiis tantum honorantes, & verbo, imo ipſam opere, & veritate diligere, & plenis viribus magnifice ſatagitis exaltare. Licet ergo hanc ſinceritatis conſtantiam, hunc veſtræ devotionis fervorem, nec frangi poſſe, nec tepeſcere cogitemus, eam tamen præſentibus literis duximus confortandam per Apoſtolica ſcripta rogantes, monentes, & exhortantes in Domino, quatenus de ſummi Regis auxilio confidentes, nullius terroris formidine, nullius vanæ commnationis impetu deſiſtatis quo minus tanquam viri Catholici, & ſtrenui defenſores Eccleſiæ in devotione ipſius veſtræque libertatis tuendæ propoſito perſiſtatis, confidimus enim, atque ſperamus quod illa ſuperni dextera conditoris qua ſemper Eccleſiam ſuam regit, & protegit & ſub pedibus ejus univerſos conterit inimicos, vobiſcum erit ſemper, & operabitur ut cunctos adverſarios veſtros ejus auxilio potiſſime ſuperetis. Nos autem Eccleſiam & civitatem veſtram tamquam propriam & ſpecialem cameram B. Petri, ac noſtram diligere, honorare, ac modis omnibus exaltare volentes, per Reges, & Principes terræ, atque alios Eccleſiæ filios efficere non ceſſabimus, ut omne conſilium, & auxilium quod nobis gratia divina conceſſerit, vobis ſemper ampliſſime conferatur.

Datum apud Montem Peſſulanum IX. Kal. Madii MCLIX.

Diploma Januenſis Archiepiſcopatus confirmationis.

Alexander &c.

Venerabili fratri Syro Januen. Archiepiſc. ejuſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum.

Superna, & ineffabilis providentia Majeſtatis ſacroſanctam Romanam Eccleſiam omnium Eccleſiarum matrem inſtituit, & magiſtram, ut prælata cæteris merita reſpiceret ſingulorum, & ad ſimilitudinem æterni, & juſti Judicis unicuique pro meritorum qualitatibus reſponderet. Unde & eadem ſancta Eccleſia, eos quos fideles filios reperit, clementiori tractare gratia conſuevit, & quos ferventiores circa ſuum obſequium intuetur, multiplici prærogativa honoris eſt ſolita ſublimare. Nos igitur qui in Sede Apoſtolica beato Petro Apoſtolorum Principi licet non ſuffragantibus meritis, ex divina diſpoſitione ſucceſſimus, quantam devotionem, reverentiam, ſedulitatem obſequii tempore iſto procelloſo, & turbido Januenſis Eccleſia, & tota civitas omni terrore poſtpoſito nobis, noſtriſque Nuntiis exhibuerit, & quanta nos magnificentia, & honore ſuſceperit, diligentius attendentes: conſiderantes etiam quanta nobis, & ſucceſſoribus noſtris incrementa, & commoda per ſublimem, & inclytam Januenſem civitatem poterunt provenire, anteceſſores noſtri felicis memoriæ Innocentii Papæ veſtigiis inhærentes, qui perſonam tuam, & poſt te Ianuenſem Eccleſiam glorioſa dignitatis excellentia ſublimavit ad honorem exaltatum in gloria, & ſervitium quæ B. Petro, & S. Romanæ Eccleſiæ fideliſſima, & ad quieſcendum et ſicut dictum eſt, promptiſſima perſeverat, & de cætero id te facturum promptius pollicetur, eandem dignitatem tibi, & ſucceſſoribus tuis de communi fratrum noſtrorum conſilio danimus confirmãdam. Quod enim te frater Archiepiſcope jam dictus anteceſſor noſter Innocentius privilegio decoravit, & in Archiepiſcopatum promovens inſignem te gratiam reddidit ampliorem, nos ratum habemus auctoritate Apoſtolica roborantes Epiſcopatus in Corſica, Marianenſi, Nebienſi, & tertium cujus ſedem memoratus Innocentius Eccleſiam S. Petri de Acci conſtituit, & cui unam plebem de Marana, & alia de Aleria conceſſit. Bobienſem quoque Epiſcopatum, ac illum de Brumiate cum Eccleſiis ſuis, quas circa ſe in caſtellis ſuis habet, quem idem anteceſſor noſter de novo conſtituit tibi, tuiſque ſucceſſoribus, ſicut & ipſe anteceſſor noſter feciſſe dignoſcitur, Metropolico jure ſubiicimus. Veruntamen Epiſcopatum Janarnſem, & te videlicet, & poſteros tuos ab omni emancipatos ſubjectione in manu propria libere retinemus. Statuentes ut Jannenſis Archiepiſcopus à Suffraganeis ſuis Epiſcopis conſecretur, Pallium Pontificale, ad officii plenitudinem à Sede Apoſtolica recepturus. Præterea illam ſinceriſſimam devotionem tam tuam, quam civitatis tuæ, & multimoda obſequiorum officia, quæ nobis hactenus fideliter, & liberaliter impendiſtis, & jugiter etiam exhibetis, in memoria retinentes, ut Ianuenſis Clerus, & populus ad ſervitium & honorem Eccleſiæ tanto ferventius accendantur, quanto Eccleſiam, & civitatem Iannenſem à Sede Apoſtolica cognovit amplius honorari, communicato fratrum Concilio legationem tranſmarinam tibi tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum duximus concedendam. Ita quidem ut ſingulis octennis cum Epiſcopo, vel Cardinali Romanæ Eccleſiæ illac accedere debeatis, à nobis & à Catholicis ſucceſſoribus noſtris, eandem auctoritatis, & poteſtatis plenitudinem recepturi, quam Epiſcopus, & Cardinalis habuerit, qui à nobis, & ſucceſſoribus noſtris illuc de corpore Eccleſiæ fuerit deſtinatus. Monaſterium quoque quod in Iaſula Gallinaria ſitum eſt, ad jus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſpecialiter pertinens, & Eccleſias in caſtro, & ſuburbio Portus Veneris à juriſdictione Lunenſis Epiſcopi eximentes tibi & his, qui poſt te ſucceſſerint, in perpetuum Apoſtolica auctoritate concedimus, & præſenti privilegio confirmamus. Albigaunenſem inſuper Epiſcopatum tibi, & ſucceſſoribus tuis concedimus, ita quod à biennio poſtquam fuerit Eccleſiæ reſtitutus, eundem Epiſcopatum perpetuo habeatis. Denique ut Ianuenſis civitas, quæ cæleſtis numinis adjuta favore de inimicis Crucis Chriſti triumphum frequenter, & victoriam reportavit, & plurimas eorum urbes mira quadam, & invincibili potentia ſubiugavit, ampliori honoretur faſtigio dignitatis, equo cum navo albo in proceſſionibus uti, & Crucem Dominicam per ſubjectam vobis Provinciam portandi, ſicut prænominatus anteceſſor noſter Innocentius conceſſiſſe dignoſcitur, tibi, tuiſque ſucceſſoribus licentiam damus, & liberam concedimus facultatem. Pallio vero infra Eccleſiam perfrueris his diebus, in Cœna Domini, Paſcha, Aſcenſione, Pentecoſte, in feſtivitate Apoſtolorum Petri, & Pauli, S. Ioannis Baptiſtæ, S. Laurentii, tribus feſtivitatibus B. Mariæ, & ſolemnitate Omnium Sanctorum, S. Syri, Nativitatis Domini, Epiphania, in die anniverſarii conſecrationis tuæ, in conſecrationem quoque Epiſcoporum, Baſilicarum, & ordinationibus Clericorum. Abbatiam quoque de Tyro ad melioramentum, ſalva ſanctæ Romanæ Eccleſiæ proprietate, ac cenſu, ſicut & ſupradictus prædeceſſor etiam Innocentius feciſſe cognoſcitur, tibi frater Archiepiſcope, tuiſque ſucceſſoribus duximus committendam. Si qua igitur in poſterum Eccleſiaſtica, ſæculariſve perſona, hanc noſtræ conſtitutionis, & confirmationis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo tertiove commonita, ſi non ſatisfactione debita & congrua emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem hæc noſtra ſtatuta ſervantibus, ſit

pax

pan Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant.

Ego Alenander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Hubaldus presb. card.
Ego Joannes presb. card. S. Anaſtaſiæ.
Ego Gregorius Sabinenſis epiſc.
Ego Hubaldus Hoſtienſis epiſcop.
Ego Bernardus Portuenſis epiſc.
Ego Gualterus Albanenſis epiſc.
Ego Hyacinthus diac. card. S. Mariæ in Coſmedin.
Ego Arditius diac. card. S. Theodori.
Ego Riſo diac. card. SS. Coſmæ & Damiani.
Ego Cynthius diac. card. S. Adriani.
Ego Joannes diac. card S. Mariæ in Porticu.
Datum Laterani per manum . . . . . . 5. Idus Aprilis Indict. *1x. Incarn. Dom. 1161. Pontificatus vero D. Alenandri Papæ* III. *anno 2.*

Vix autem ex eo, quo Syrus ab Alexandro III. fuerat nobili privilegio exornatus, effluxerant menſes quindecim, cum idem Syeus paucis ante diebus quam ex hac mortali vita diſcederet, in ſignum ſuæ dilectionis Canonicos ſuos, Eccleſiamque Cathedralem hoc munivit privilegio.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Syrus Dei gratia Ianuenſis Archiepiſcopus, vobis O. Præpoſito V. Archidiacono, cæteriſque Canonicis Eccleſiæ B. Laurentii in perpetuum. Cum in Eccleſia B. Laurentii martyris noſtri Archiepiſcopatus ſedes ſit à Domino conſtituta, merito ad honorem ejus reſpicimus, & ad ipſius utilitatem quantum recta conſcientia poſſumus aſpiramus. Videntes itaque quod in decimis quas ipſa conſuevit Eccleſia obtinere, patiamini non modicum detrimentum, cum ob ſingulas prædiorum alienationes, quorum conſuevistis decimarias habere temerarie fere quiſque præſumat ab utilitatibus veſtris decimas ipſas abducere, & ipſius juri Eccleſiæ tam illicite derogare, dignum duximus hujuſmodi abuſioni penitus contraire, ne ad inſtar fluctuantis naviculæ, quæ pro ſucceſſione ventorum qualibet conſuevit deflecti, prædiorum varia translatione jus decimarum pereat Eccleſiæ ſupradictæ. Atque ideo præſenti privilegio decernimus & firmamus, ut locorum omnium, vinearum, & prædiorum, quorum hodie decimas canonice poſſidetis, ad quæcumque Monaſteria vel quaſcumque Eccleſias, aut Eccleſiaſticas, vel ſeculares perſonas veſtris in perpetuum habeatis. Si qua ergo clericalis, laicaliſve perſona vos inde, quod abſit, inquietare, moleſtare præſumpſerit, de Sancti Spiritus gratia confidentes, ipſam anathematis vinculo obligamus quamdiu ad dignam ſatisfactionem inde perveniens hoc vobis curaverit emendare.

Actum eſt hoc apud caſtrum in Palatio domini Archiepiſcopi. Anno Dominicæ Incarnationis 1163. 21. die Septemb. indict. 12.

† *Ego Syrus Ianuenſis Archiep. ſubſc.*
† *Ego Oglierius Bobienſis epiſcopus ſubſcripſi, qui vice domini Archiepiſcopi ex mandato ejus ſubſc.*
† *Ego Henricus epiſcopus Accienſis ſubſc.*
Ego Ioannes Notarius juſſu domini Archiepiſcopi ſubſc.

Præfuit utiliſſime Syrus præcipua morum ſuavitate, & innocentia, rerumque geſtorum gloria illuſtris an. triginta tribus, ac anno 1163. poſtrema die menſis Decembris decedens, civibus Januenſibus inconſolabiles excivit lachrymas, ſepultuſque eſt in Cathedrali. Ubertus Folieta lib. 2. Januenſis hiſtoriæ ſcribit Syrum exceſſiſſe è vita anno 1162. & tamen allata Syri donatio narrat illum inter vivos fuiſſe anno 1163. die 21. Septembris. Genuinam hanc documentorum calculationem alii ſervant, obſervantque rerum antiquarum periti. Poſt Syri obitum, ut idem narrat Folieta, clericalis Senatus jus eligendi ſucceſſorem tribuit SS. Benedicti, Syri ac Stephani Cœnobiorum Abbatibus, nec non S. Mariæ de Vinea, S. Donati Præpoſitis, una cum Rectoribus S. Joannis, S. Damiani, ac S. Mariæ in caſtello, tribuſque Metropolitanæ Canonicis Rubaldo, Anſelmo, & Dodoni, invocatoque ab iis Spiritus Sancti auxilio, ſumma omnium conſenſione Hugo proxime ſequens evectus eſt ad ſedem, dignuſque habitus eſt, ut Syri ſanctiſſimi Archipræſulis inſulam teneret.

2. HUGO eximius civis, & Archidiaconus Januenſis ſucceſſit Syro anno 1163. die 31. menſis Decembris, eodemque die in ſede inthronizatus arridente populo. Sedit laudabiliter ann. 25. ad quem ſcribit Alexander III. cap. 11. de præſumptionibus, & cap. 3. de ſepulturis. Sub eodem Pontifice Lateranenſi Concilio aſſedit anno 1179. una cum Lodio Marianenſi Epiſcopo ſuffraganeo ſuo. Januenſes cives inter ſe diſſidentes luculenta oratione, & auctoritate, qua pollebat, pacavit ann. 1168. Exceſſit è vivis anno 1188. ſepultuſque eſt in Cathedrali prope altare S. Nicolai. Eo Præſule Bareſonus Rex Sardiniæ, ad gratæ poſteritatis exemplar, Januenſi populo, Hugoni Archiepiſcopo, & Eccleſiæ S. Laurentii liberaliter, & ſponte plura contulit in Sardinia perpetuo poſſidenda, hoc ſcripto documento. XXVII.

Alexander III. Archiep. Januen. reſpondet c. ſuper eo de Teſtibus cogendis, & c. 11. de præſumpt.

[*Anno 1164. 16. Sept. Ego Bareſonus Rex Sardiniæ univerſitati Ianuenſ. amicitiam requirens, experius etiam quod animoſe & efficaciter me adjuverint in meæ perceptione coronæ & in confirmatione ipſius, juro honorem in perpetuum communis ac civitatis Ianuæ, & quod pro exercitibus, ac guerris, quas commune Januæ deinceps fecerit, dabo eis pro centum millibus libris, & ſingulis annis dabo communi Januæ ad Natale Domini quadringētas marchas argenti, pro quibus aſſignabo communi Januæ tot introitus in uno, vel in pluribus Judicatibus Sardiniæ ut præelegerit. Duboetiam Operi S. Laurentii duas Curtarias, quas Conſules Ianuæ præelegerint in tota Sardinia, ex quarum redditibus ipſa Eccleſia perficiatur: qua expleta, unam habeat Archiepiſcopus Ianuæ, & alteram canonica beati Laurentii, ſicut Conſules Januæ ordinaverint: & ædificabo mihi Januæ palatium Regium infra triennium poſtea quam Conſules prædicti aream mihi de communi voluerint providere, & in omni triennio ſemel Januam viſitabo in mea perſona, niſi remanſerit licentia conſulum communis Januæ: ac etiam juro quod ſi Ianuenſ. voluerint laborare ut Archiep. eorum obtineat primatum, & legationes Sardiniæ, bona fide inde ſibi auxiliabor. Item dabo caſtrum Arculenti, & Mamille, & tantum terræ in Aureoſtagno quantum bene ſufficiat Januenſ. negotiatoribus ad manſiones centum ubi honorifice maneant, & negotiationes ſuas exerceant. Hæc omnino convenio, & promitto Ego Bareſonus Rex per me, & heredes meos ſine fraude obſervanda in perpetuum, & juro corporaliter tactis ſacroſanctis Evangeliis, complere ſub pœna dupli, pro qua & Arboream, & omne regnum meum commune Ianuæ habeat deinceps pignori obligatum & quod à me & ſucceſſoribus meis perpetuo obſervetur & faciam jurare Archiep. de Aureſtagno, & Epiſcop. omnes regni mei & Prælatos Eccleſiarum, & uſque in centum de melioribus, & nobiliorib. terræ meæ firmamentum pacti hujus, & ab omnibus filiis meis poſtea quam ad duodecim annos pervenerint, & ſimiliter ab omnibus illis, ad quos credidero Regni mei ſucceſſionem venturum. Ad hoc ego Ar. Regina juro ad ſancta Dei Evangelia quod ero in opere, facto, vel conſenſu, quod conjux meus Bareſonus Rex contra aliquid de prædictis faciat, & faciam jurare illum ex filiis meis quos habeo, vel habebo, cui Regnum daturus erit, antequam Regnum Gallurie accipiat, quod præſcripta omnia adimpleat, & inconcuſſa perpetuo obſervet. Actum &c. anno Domini 1164. 16. Septembris.*

Simili modo Petrus Rex, & Judex Arboreæ Bareſoni filius juravit ann. 1189. & quæ pater contulerat, Januenſibus ampliavit. Alexander vero III Pontifex Ugoni Archiepiſcopo, & ſucceſſoribus, attendens Syri anteceſſoris, Cleri, & populi Januen

ſis fidei conſtantiam, & devotionem erga ſe, Apoſtolicamque ſedem, Monaſterium Inſulæ Gallinariæ perpetuo dedit poſſidendum, prout ipſi ex copiali authentico excerpimus, ut appareat, quanta fuerit Alexandri in Januenſem populum & Eccleſiam liberalitas, ac pietas, atque Syri, Ugoniſque Archipræſulum, populique Ianuenſis in Romanum Pontificem obſequium, & reverentia. Diploma majoris lucis gratia hic adjungo.

Alexander &c.

Venteabili fratri Ugoni Januenſi Archiep. ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Nulli amplius quam Romano Pontifici convenit memorem eſſe accepti obſequii, & cuique ſecundum merita reſpondere. Tunc enim quiſque in devotione conſtantior redditur, & in obſequio promptior invenitur, cum bene acta ſua laudari conſpicit, & digna remuneratione foveri cognoſcit. Attendentes itaque fidei, & devotionis conſtantiam, quam bonæ memoriæ Syrus anteceſſor tuus, tu quoque ac Clerus, & populus civitatis tuæ nobis & fratribus noſtris ardenti deſiderio imminente neceſſitatis articulo impenderitis & jugiter exhibitis, vobis cupimus pro meritis digna rependere, & tam eccleſiam, quam civitatem tuam quadam ſpeciali gratia & prærogativa dilectionis in noſtro & beati Petri obſequio confovere, vobis meliora in poſterum largiente Domino proviſuri. Inde eſt quod nos de communi fratrum noſtrorum conſilio tibi, & ſucceſſoribus tuis, & per te eccleſiæ tuæ Monaſterium de Inſula Gallinaria, quod nulli fuit hactenus niſi Romano Pontifici ſubditum, ad regendum, & diſponendum, & gubernandum concedimus, & deinceps ipſum in veſtra tanquam proprii epiſcopi diſpoſitione, & ordinatione firmiter & in perpetuum manere ſancimus, & veſtræ ſupponimus ditioni. Statuentes ut ibi, & correctionem habeatis, & jus Pontificale libere & ſine ullius contradictione exercere poſſitis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat hanc noſtræ conceſſionis paginam temerario auſu infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtol. ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Beneventi v. Calend. Septembris.

Hoc fere tempore Boemundus II. Antiochiæ Princeps, Boemundi I. donationem Ianuenſibus factam anno 1098. quam ſupra retulimus, affirmavit. Donationis, vel potius ratificationis diploma extat, ut ſequitur.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Notum ſit omnibus hominibus tam præſentibus quam futuris, quod ego Boemundus Principis Boemundi filius Dei gratia Princeps Antiochenus, dono & concedo, atque confirmo omnibus Januenſibus omnia illa quæ ipſi tenent in Antiochia, & Laoditia, & in portu Suidini, quemadmodum in privilegio domini Boemundi Principis filii Roberti Guiſcardi ſunt aſſignata. Hæc autem ſunt illa. In Antiochia ruga una cum Eccleſia ſancti Joannis, quæ eſt inter duas aquas, & via eſt ex utraque parte. In Laoditia fundicum, & ruga una, & omnia alia quæ ipſi habent ibi. Tertiam partem de redditibus portus, & tertiam partem in Suidino, ſi autem aliquid eorum auxilio adquiſiero, illud idem quod in Laoditia habent, in illis, quæ adquiſiero, eos habere concedo. De his autem, & de aliis, ſi quis injuriam eis fecerit, ita quidem quod clamor mihi ſit factus infra quadraginta dies, vel concordiam, vel juſtitiam eis faciam, niſi fuero impeditus rationabili neceſſitate. Tranſacto ergo impedimento meo, infra quindecim dies, aut per concordiam, aut per juſtitiam ſecundum uſus, & inſtitutiones curiæ meæ fieri facia, & damna illorum emendare faciam. Commercium autem concedo habere omnibus Januenſibus in omni terra illa, quam modo habeo, & quam ego adquiſiero eorum auxilio. Inſuper volo ut ipſi Januenſes, & eorum omnia ſecura ſint in omni terra mea, & ego eos, & omnes eorum poſſeſſiones ſalvabo, protegam, atque cuſtodiam. Et quoniam ego illos multum diligo, & volo, ut ipſi magis frequentent terram meam, & maneant in ea, ex conſilio Baronum eorum, hæc ſupradicta omnia, me eis obſervanda concedo. Et ut res firmior fiat, ſtabiliorque conſiſtat, cum juramento meo, & principali ſigillo meo eis confirmo & corroboro. Et propter hoc meum ſacramentum atque confirmationem præſentis privilegii, quod ego feci Januenſibus, juravit mihi Lanfrancus Albericus vir nobiliſſimus prædictæ civitatis, ejuſque totius Senatus ac Conſulum venerabilis legatus pro ſe, & pro communi famoſiſſimæ civitatis Ianuenſium, quod ipſi me adjuvarent, & honorem meum diligerent & augumentarent, meoſque homines, eorumque poſſeſſiones, & omnia mea pro poſſe ſuo ubicumque poſſent, defenderent, & contra omnes homines cuſtodirent, ac manu tenerent. Hujus rei teſtes ſunt Sylveſter principis cognatus, Robertus filius Gaufridi, Eſchiciarum Dapifer, Vvillelmus de Moei pincerna, Vvillelmus Tyren. Mareſcal, Ioannes de Salr, Bonabins, Raginr de Suideval, Vvillelmus Baufrei, Dux Randulfus de Naun, Vvillelmus de Ceoiſi, Gaufridus Falſart.

Datum eſt autem privilegium iſtud per manum Bernardi Cancellarii anno principatus mei vi. & ab Incarnatione Dominica MCLXIX. Indictione 2.

Anno 1180. Obertus Præpoſitus, & Boniſacius Archidiaconus, cæterique Canonici Januenſis Eccleſiæ ab Alexandro III. ſub Apoſtolica protectione fuerunt recepti, & privilegio exornati, quod iiſdem verbis, quemadmodum Eugenius Adrianuſque Pontifices antea fecerunt, exſcriptum eſt.

Datum Tuſculani pee manum Dauferii S.R.E. Sub. Idibus Ian. Ind. 13. Incarn. Dom. MCLXXX. Pont. vero D. Alexandri Papæ III. an. xxii.

Ego *Alexander Cat.* Eccleſiæ Epiſc. ſſ.

† Ego *Hubaldus Hoſtienſis, & Velliternenſis* Epiſc. *ſubſc.*

† Ego *Theodevinus Portuenſis & S. Rufinæ ſedis epiſc. ſubſc.*

† *Ego Paulus Præneſtinæ Eccleſiæ epiſc. ſubſc.*

† *Ego Petrus presb. card. tit. S. Suſannæ ſubſc.*

† Ego *Vivianus tit. S. Stephani in Cælio Monte presb. card. ſubſc.*

† Ego *Cenſius presb. card. tit. S. Cæciliæ ſubſc.*

† Ego *Arduinus presb. card. tit. S. Crucis in Hieruſalem ſubſc.*

† Ego *Laborans presb. cardin. S. Mariæ Transtyberim tit. S. Calliſti ſubſc.*

† Ego *Hyacinthus diac. card. S. Mariæ in Coſmedin ſubſc.*

† Ego *Raynerius diac. card. S. Georgii ad Velum aureum ſubſc.*

† Ego *Gratianus SS. Coſmæ & Damiani diac. card. ſubſc.*

† Ego *Ioannes diac. card. S. Adriani ſubſc.*

† Ego *Matthæus S. Mariæ Novæ diacon. card. ſſ.*

Anno 1184. Ugo Archiepiſcopus in ſua diœceſi fundavit Monaſterium de Broſono, illud pluribus bonis locupletavit, ſubjecitque Abbati Caſædei Lantelmo, ejuſque ſucceſſoribus, pactis, & conditionibus ſuperadditis, ut divinus cultus quotidie augeretur. Porro Abbatia Caſædei Ordinis s. Benedicti in diœceſi Claramontenſi fundata fuit à s. Roberto, cujus feſtum agitur 24. Aprilis in Martyrologio Gallic. Rancone Epiſcopo Claramontano, Henrico primo Rege Galliæ, Leone Papa IX. ubi Clemens Sextus Papa fuit Abbas. Aliæ item in Gallia ejuſdem nominis Abbatiæ recenſentur, una in diœceſi Auſcenſi Ord. Præmonſtratenſis, altera in diœceſi Conteranenſi ejuſdem inſtituti. Cujuſnam horum Cœnobiorum fuerit Abbas Lantelmus, mihi incompertum, puto tamen Claramontani illum fuiſſe, tunc temporis celeberrimi, cum ex iis, qui ſo documento ſubſcripſerunt, Calliſtus beati Roberti Sacriſta notetur. S. Robertus Claramontanæ Abbatiæ fundator extitit, cujus vita extat

apud Surium. Fundationis vero Broſonæ Abbatiæ monumentum eſt hujuſmodi tenoris.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis. Amen.

Nos Ugo divina gratia Januenſ. Archiepiſcopus cum fratribus noſtris, quorum nomina infra leguntur, annuentes piis petitionibus domni Abbatis Caſæ Dei Lantelmi, & fratrum ſuorum, quibus ſupplicabant, ut eis Eccleſiam concederemus in parocchia noſtra, ut Deo deſervirent, atque ſacrificium laudis offerrent pro nobis, & aliis ſibi benefacientibus, atque pro omnibus fidelibus Chriſtianis, concedimus ſibi monaſterium de Broſono cum omnibus ad ſe nunc, & in futurum pertinentibus, ſalvo omni jure noſtro noſtræque matricis Eccleſ. ſub forma inferius ponenda, ut ſpiritualiter & temporaliter ab eis, & eorum ſucceſſoribus ordinetur, regatur & exaltetur. Abhinc ergo & deinceps in perpetuum Abbas Caſæ Dei cum fratribus ſuis eliget Abbatem in Broſono, & electum cum litteris ſuis nobis, & fratribus noſtris, vel nobis ſuccedentibus repræſentare faciet, ut ipſum ad ejus poſtulationem confirmemus, atque in prædicto Monaſterio inſtituamus, præfigentes ei diem certum, ad quem ſine contradictione conſecrandus accurret, ut ſtatim poſt benedictionem obedientiam, quam epiſcopi noſtri ſuffraganei faciunt, ipſe quoque ſuper textum Evangelii faciat. Prior autem eandem nihilominus faciet quam tantum obſervare tenebitur in Abbatis abſentia, vel morte donec redeat vel ibi inſtituatur modo ſupradicto. In collectis etiam communibus, quas faciemus ſecundum quantitatem à nobis impoſitam juxta menſuram aliarum Eccleſiarum noſtrarum pro ſua facultate nobis reſpondebit, atque ſolvere tenebitur. In recipiendo quoque tam nos, quam fratres noſtros, in eundo, & redeundo undecunque honorem debitum ſicut aliæ noſtræ capellæ, & plebes nobis exhibebunt, quando vero nos vel Archidiaconus noſter, vel aliquis ex latere noſtro Epiſcopium viſitationis cauſa circuierit, debitum ſimiliter honorem exhibebit. Ad Synodum vel Capitulum vocatus ſine dilatione veniet, niſi neceſſitate rationabili fuerit impeditus, quam per aliquem ex fratribus ſtatim ſignificare curabit. Abbas autem Caſæ Dei cum fratribus ſuis ſua ſpontanea voluntate promiſit ſe facere per ſingulos annos in feſtivitate beati Laurentii duos Marabutinos offerre Abbati de Broſono per ſe, vel per ſuum nuncium ſuper altare ejuſdem beati Laurentii, unum pro Archiepiſcopo, alterum pro Canonicis. Si vero Abbas, vel Eccleſia Caſæ Dei prædicta non obſervaverit, vel contravenire per privilegium impetratum, vel favore alicujus perſonæ vel aliquo jure tentaverit, conceſſio iſta omnino ſit irrita, & Eccleſia de Broſono eo ipſo in jus, dominiumque Januenſis Eccleſiæ revertatur omni contradictione, & appellatione ceſſante. Si autem Abbas Broſonis ſimiliter contravenire tentaverit, ſi vocatus canonice ſatisfacere neglexerit, poteſtas ſit nobis eiiciendi eum perpetuo de Abbatia, & excommunicandi, ſi rebellis noluerit exire, omni contradictione, & appellatione ceſſante. Et Abbas Caſæ Dei cum fratribus ad ſuggeſtionem noſtrarum literarum teneatur alium eligere, & mittere ut ſupra. Si vero Monachus, vel alius de Broſonis Monaſterio contra ſimiliter venerit, tunc Abbas de Broſono teneatur eum cogere ſatisfacere pro voluntate noſtra rationabili. Hanc autem compoſitionis formam jurabit Abbas de Broſono ſe obſervare, cum faciet obedientiam, ut ſupraſcriptum eſt, & poſt factam obedientiam Abbatiæ de Broſono à Monachis, vel aliis fratribus præcipiet omnibus ſub vera obedientia, ut compoſitionem iſtam obſervent, & hoc tenebitur facere quandocunque monachum vel fratrem recipiet, & poſt triduum. Capellanus quoque vocatus ab Archiepiſcopo, & fratribus ſuis de plebe Lavaniæ ad Capitulum veniet, & omnem reverentiam, & honorem debitum ac conſuetum exhibebit. Et nos promittimus monaſterio Caſę Dei, quod ſi quis aliquando hanc noſtram donationem perturbaverit, vel in acquiſitis, vel acquirendis illud moleſtare, vel diminuire præſumpſerit, nos, & ſucceſſores noſtri, & conſilium, & ſubſidium canonicum fideliter impendemus, & ſi lamentationem nobis fecerint, nos & ſucceſſores noſtri tenebimur eam recipere, & canonice definire. Si vero ante alium judicem lamentatio tractabitur, donationis à nobis factæ teſtimonium perhibebimus. Et ſi qua perſona Eccleſiaſtica vel ſæcularis hanc noſtræ compoſitionis paginam infringere, vel turbare præſumpſerit, indignationem Dei omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & Beatæ Mariæ Virginis, & Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & B. Laurentii martyris, & omnium ſanctorum ſuper ſe hic, & in futuro ſentiat, niſi digne in hac vita reſipuerit. Fiat. Amen.

Actum in curia Januenſis Archiepiſcopi anno Dominicæ Nativitatis M.C.LXXXIV. Indict. 2. 17. die Junii.

† Ego . . . . . *de Portu Veneris notarius rogatus ſcripſi.*

† *Ego Ugo Archiepiſcopus Januenſis ſſ.*

† *Ego Lantelmus Caſedei Abbas ſubſc.*

† *Ego Gerardus de Manziaco Caſedei Prior ſſ.*

† *Ego petrus de Billiaco Caſedei Prior 2. ſſ.*

† *Ego Villelmus de Sancto Medardo Caſedei prior tertius ſubſc.*

† *Ego Petrus Cervandus Caſedei Præcentor ſubſc.*

† *Ego Ugo magiſter Noviciorum Caſedei ſſ.*

† *Ego Arnaldus de Duneira Caſedei decanus ſſ.*

† *Ego Durantus de arcu Cellarius major Caſedei ſubſc.*

† *Ego Vvillelmus de S. Bonito Oſtiarius Caſedei ſſ.*

† *Ego Pontius de Sartinis Caſedei Operarius ſubſc.*

† Ego *Theobaudus Camerarius Caſedei ſubſc.*

† *Ego Berardus quondam Abbas S. Sixti ſſ.*

† *Ego Fr. Otho C.D.M. ſubſc.*

† *Ego* Eldinus *Caſedei M. ſubſc.*

† *Ego Beltrandus Caſedei Infirmarius ſubſc.*

† *Ego Calliſtus Beati Roberti Sacriſta ſubſc.*

† *Ego Albertus Prior Vallis tranſverſæ ſubſc.*

† *Ego Vvillelmus de Bonafonte ſubſc.*

† *Ego Fr. Guido de Lavania ſubſc.*

† *Ego Fr. Opicio ſubſc.*

† *Ego Fr. Gerardus Caſedei ſacriſta major ſubſc.*

† *Ego Petrus Tarmamira Caſedei Hebdomadarius ſubſc.*

† *Ego Ugo de Sartinis Hebdomadarius Caſedei ſubſc.*

† *Ego Stephanus de Dora Cuſtos Ordinis ſubſc.*

† *Ego Fr. Joannes Caſedei M. ſubſc.*

† *Ego Fr. Vvillelmus Caſedei M. ſubſc.*

Hodie hæc Abbatia ſecularibus clericis commendatur. Nec ſilentio obruendum puto quod eo ipſo anno, quo bonus Ugo Archiepiſc. * hanc Abbatiam fundavit, Urbanus III. Pontifex, Priorem, Canonicoſque S. Sepulchri Hieroſolymitanæ Eccleſię coarguit, quod aurea illa verba in circuitu altaris exculpta, quæ ſtatuta inter Balduinum Regem Hieroſolymitanum, & Januenſes continebant, per ſummam malitiam præſumpſerant delere, ut rei geſtæ memoriam tollerent, compellitque ad reſtitutionem iis literis datis.

* Ex App. tom. 4.

Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Priori, & canonicis Dominici Sepulchri ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Gravis & culpabilis præſumptionis enormitas ad audientiam noſtram Ianuenſium civium conqueſtione pervenit, quod quidam de canonicis veſtris auream ſcripturam, quæ ſtatuta bonæ memoriæ Balduini Regis, inter eum, & ipſos Ianuenſes continebat de circuitu altaris, ubi præfatæ literæ cadebant, damnabili præſumpſerint iniquitate delere, ut rei geſtę memoriam tollerent, & præfatis Ianuenſibus diſſenſionis, & ſcandali materiam generaverint, cum nulla fere portio Chriſtiani Orbis ignoret, quod ſicut de ipſorum concordia, Terra Hieroſolymitana multis modis commodum, ex diſcordia, & turbatione ipſorum grave poteſt accidere detrimentum; quapropter diſcretioni veſtræ

A *per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus eos qui prædictæ fuerant obliti rutionis auctores ſcripturam quam diximus, reficere compellatis, aut ſi illi mortui ſunt, vel alias forſan non comparerent, vos ad reſtaurationem ejus impenſas idoneas de communibus facultatibus miniſtretis, & prædictis Ianuenſibus eam reſtaurare volentibus nullum omnino præſtetis obſtaculum, quo minus in literis, denuo reparatis conſtitutionis antiquæ renovent monumentum, quod cum fuerit auctore Domino renovatum, caveatis omnimode, ne in prædicta ſcriptura ſimilis præſumptionis innovetur exceſſus*

Datum Veronæ 3. idus Martii anno 1184.

Supra in Airaldo Epiſcopo pacta retulimus, quæ inter Jauuenſes, & Balduinum Regem interceſſerunt, quorum meminit Urbanus in allato diplomate.

Anno 1187. qui fere ultimus fuit Ugonis Archiepiſcopi. Gregorius VIII. Pontifex ſimili diplomate, quo Eugenius, Adrianus, & Alexander Pontifices Januenſes Canonicos ſub Apoſtolica tuitione ſuſceperant, eoſdem & ipſe recepit, iiſdemque conceptis vobis. B *Datum Piſis per manum Moyſi Lateranenſis vicem agentis Cancellarii 3. Idus Decembris Ind. 6. Incarn. Dom. anno 1187. Pontificatus vero D. Gregorii Papæ VIII. anno I.*

Ego Gregorius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſſ.
† *Ego Paulus Præneſtinus Epiſc. ſubſc.*
† *Ego Theobaldus Oſtienſis & Velletren. Epiſc. ſſ.*
† *Ego Laborans presb. card. S. Mariæ Tranſtyberim tit. Calliſti ſubſc.*
† *Ego Melior presb. card. SS. Joannis, & Pauli tit. Pammachii ſubſc.*
† *Ego Jacobus diac. card. S. Mariæ in Coſmedin ſſ.*
† *Ego Gratianus SS. Coſmæ, & Damiani diac. card. ſubſc.*
† *Ego Octavianus SS. Sergii, & Bacchi diac. card. ſubſc.*
† *Ego Petrus S. Nicolai in carcere Tullian. diac. card. ſubſc.*
† *Ego Rodulphus S. Georgii ad velum aureum diac. card. ſubſc.* C

Eodem anno 1187. Hugo Parochiam aſſignavit Præpoſito, & canonicis S. Mariæ de Vineis ſequenti documento.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis. Patris, & Filii, & Spiritu Sancti. Amen.

Hugo divina dignatione Januenſis Archiepiſcopus, dilecto in Chriſto fratri Othoni Præpoſito Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Vineis, & ejuſdem eccleſiæ canonicis filiis benedictionem in perpetuum. Libenter bonis omnibus prebemus aſſenſum, quotiens eſt vox juſta poſcentium. Proinde conſiderata devotione, quam erga nos, & Eccleſiam Januenſem, nec non & honorificabilitudinitate Eccleſiæ tuæ, Parochiam quam Eccleſia jam dicta in præſentiarum noſcitur obtinere, & à quadraginta annis poſſedit, tibi, & ſucceſſoribus tuis confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Decernimus ergo præſcriptam Parochiam à Balneo Balduinis Guercii inferius, à domo Alpanum cum Carubio corrigialtum ex utraque parte, uſque ad litus maris, omnes ſtationes Malocelli, atque domum quondam Petri capellani. Deinde littus maris continue uſque ad Carubium Sardenarum, & ipſum Carubium totum & inde uſque ad domum quondam Embronis. Inſuper à domo piperum cum domo Benedicti Latabræ inferius. Populus vero deſuper via à domo piperum uſque ad domum Guilielmo de Litero inferius cum tota domo Ribaldi de Pinaſca, & eorum qui habitant in Inſula filiorum de infantibus cum toto locali, & parte Mortedi, & cum vertigine campi Liberi, uſque ad domum filiorum Donati, quondam patris Oliverii ſeptem linguæ, cum eadem domo. Iterum domum Joannis Loripedis, & ipſum Carubium inferius ex utraque parte à domo Guillelmi Sagonen. undique inferius. Præterea à domo quondam Rainaldi Auriæ totum inferius cum eadem domo. Tandem Carubium totum de Reſtatis à domo Nebularii inferius, & omnes qui habitant infra prædictos fines parochianos ſanctæ Mariæ de Vineis de cætero firmiter decernimus. D *Nulli omnino liceat hanc Parochiam invadere, ac temere perturbare, ſeu Oratorium aliquod infra præſcriptam parochiam ædificare. Ut autem cunctis hæc confirmatio liqueat, eam ſcribi fecimus, & noſtro ſigillo muniri mandavimus milleſimo centeſimo, octogeſimo ſeptimo, indictione quinta 8. Kal. Decembris.* A

Ego Hugo Januenſis Archiepiſcopus ſubſcripſi.

Hanc determinationem confirmavit deinceps Innocentius III. Datum Laterani 13. Kal. Julii Pontif. 16. apud Franciſcum Boſquetum lib. 4. Reg. 16.

3 BONIFACIUS a ex Archidiacono Januenſem Eccleſiam regendam ſuſcepit anno 1188. ab iiſdem fere electoribus, qui Ugonem evexerant ad ſedem, ab Anſelmo & Auguſtino præsbyteris, una cum Ruſtico diacono Canonicis, in locum Robaldi, & Dodonis defunctorum canonicorum, electus. Qui annos quindecim bene functus ſuo munere deceſſit B anno 1203. die 22. Septembris, ſub quo corpora SS. Syri, Felicis, & Romuli ante ducentos annos in Eccleſiam S. Laurentii tranſlata, honorificentius ſub majori altari collocata ſunt. Hujus tranſlationis meminit Juſtinianus lib. 2. ſuæ Hiſt. Eodem Bonifacio cathedram Epiſcopalem regente Joricus Archiepiſcopus Tyrenſis, id expoſcente Conrado Montisferrati Marchione, accedente capituli ſui aſſenſu, Januenſibus conceſſit, ut capellam in Tyro ædificare poſſent, juſque Parochi nominandi in Canonicos Januenſes perpetuo tranſtulit ann. 1190. Extat diploma pluribus ſigillis obſignatum in canonicorum Januenſium Archivio hujus tenoris.

XXVIII.

a Ad hunc ſcribit Innocent. III. Decretal. l. 1. de elect. tit. 6. c. 22. & c. 25. de Jurejurando item Can. Fraternitatem de ſepulturis Can. Significaſti, qui matr. ... Clemens III. &c. per veſtras de donat. int. virum & uxorem;

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Notum ſit omnibus tam præſentibus quam futuris, quod Jocius Dei gratia Eccleſiæ Tyrenſis Archiepiſcopus cum aſſenſu capituli ſui ad petitionem domini Conradi Marchionis concedit Januenſibus in Tyrenſi civitate novam fundare capellam, in qua liceat Januenſi Eccleſiæ pro voluntate ſua inſtituere, & deſtituere capellanum qui in capella prædictis Januenſibus divina miniſtret. C *Ita tamen quod capellanus à Januenſi Eccleſia ibi inſtitutus obedientiam Tyrenſi Archiepiſcopo, & ſucceſſoribus ſuis promittat, & reverentiam exhibeat. Si conveniatur ab aliquo, ſive in civili, ſive in criminali cauſam coram eo, aut ſucceſſoribus ſuis, juri pareat. In criminali tamen ſi fuerit condemnatus, lata ſententia, interim ſecundum tenorem ſententiæ ab officio ſuo ſeu beneficio, ſive ab utroque abſtineat. Januenſis vero Eccleſia eum revocet, non reſtituta eundem in capella illa niſi per Tyrenſem Archiepiſcopum. Addet etiam in præmiſſa capella quod jus matricis Eccleſiæ ſervabit illæſum, nec illud in aliquo occupabit tam in pœnitentiis, quam in ſepulturis nec non baptiſmo, & benedictione ſponſarum & purificationibus mulierum. Concedit tamen capellano Tyrenſis Archiepiſcopus civium Januenſium pœnitentias, qui Parochiani Tyrenſis Eccleſiæ non ſunt. Hac tamen conditione omnia prædicta Januenſibus concedit Tyrenſis Archiepiſcopus, quod ſi* D *forte Ianuenſis Archiepiſcopus, aut cleri Ianuenſes, aut etiam cives Ianuenſes contra ea quæ præſcripta ſunt, aliquid attentaverint, omnia eis ab Archiepiſcopo Tyrenſi conceſſa, caſſa, & irrita habeantur; ita tamen ſi tertio commoniti non reſipiſcant. Hoc etiam addito contra ea quæ præſcripta ſunt, neque per ſe, neque per alium privilegium, aut ſcriptum aliquod impetrabunt, neque etiam impetrato, aut ſibi ab aliquo conceſſo contra hanc factam eis conceſſionem uti præſumant. Promittit etiam præfatus Iocius Archiepiſcopus Tyrenſis tam per ſe, quam per ſucceſſores ſuos, & per Eccleſiam ſuam, quod nihil penitus de rebus ipſius capellæ Ianuenſium auferet, neque ad res ſacerdotis, ſeu clericorum ibi commorantium manus extendet, niſi forte cauſa pecuniaria condemnati eſſent, & alias ſententiæ pareri non poſſent, aut forte ære alieno preſſi creditoribus non ſatisfacerent, & de rebus eorum relevari de-*

bitum

bitum oporteret. Præterea promiſerunt Januenſes Jocio Archiepiſcopo Tyrenſi, quod omnia in præſenti ſcripto comprehenſa à ſummo Pontifice, abſque omni vexatione, vel ſumptu Tyrenſi Eccleſiæ facient confirmari, & confirmationem impetratam Tyrio Archiepiſcopo tradent. Quod ut magis ratum, & firmum habeatur & ex utraque parte maneat inconcuſſum, chirographo per abvrderium deſtinato conſcriptum fuit, & auctoritate ſigilli, tam Tyrenſis, quam Januenſis Archiepiſcopi, & capituli Januenſis Eccleſiæ, & Conradi Marchionis, & conſulum Januenſium, & Guidonis Spinulæ conſulis Januenſis præſentis. Actum eſt hoc autem apud Tyrum præſentibus teſtibus ſubſcriptis VV. Accouenſi Decano, & Cenomanenſi Archidiacono, G. Tyrenſi Archidiacono, P. Tyrenſi Præcentore, G. Tyrenſi Theſaurario, Ioannes, & Euſtachio canonicis; Præſentibus etiam teſtibus Ianuenſibus, præfato Guidone Spinula conſule, Vv. Marchione de Boſco, Rufo de Volta, Anſaldo de Nigro, Opicione de Sauri, Tardano Presb. & magiſtro Blanco Ianuenſibus canonicis. Anno ab Incarnatione Domini milleſimo centeſimo nonageſimo, indictione 8. menſe Aprili 18. Kal. Maii.

Anno 1192. Cœleſtinus III. Canonicis Januenſibus petentibus confirmationem harum rerum, quæ Jocius Archiepiſcopus conceſſerat, juxta eorum pacta elargitus eſt hoc diploma.

Cœleſtinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis O. Præpoſito, & univerſo capitulo Ianuenſi, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Sacroſancta Romana Eccleſia devotos, & humiles filios ex aſſuetæ pietatis officio propenſius diligere conſuevit, & ne pravorum hominum moleſtiis agitentur, tamquam pia mater protectionis ſuæ munimine confovere. Proinde dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus annuentes conceſſionem, quam venerabilis frater noſter Tyrenſis Archiepiſcopus de capella in Tyrenſi civitate fundanda conceſſit, ſicut in ejus autentico continetur, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, cujus tenor talis eſt. In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis, Patris, & filii, & Spiritus Sancti. Amen. Notum ſit omnibus, tam præſentibus quam futuris, quod Iocius Dei gratia Eccleſiæ Tyrenſis Archiepiſcopus, &c. ut ſupra. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam, &c. Si quis autem, &c. Datum Romæ apud s. Petrum Kalendis Februarii Pontificatus noſtri anno 1.

Porro Jocius Archiepiſcopus Tyrenſis, ſtatim atque exædificandi prædictam capellam in Tyrenſi Civitate Januenſibus jus conceſſiſſet, Bonifacium Januenſem Archiepiſcopum per ſuas litteras certiorem reddidit, quæ dignæ viſæ ſunt, ut hic perennentur, prout in originali proſtant.

Venerabili in Chriſto Patri Bonifacio Dei gratia Archiepiſcopo Ianuenſi Iocius Divina potentia Tyrenſis Eccleſiæ miniſter humilis æternam in Chriſto ſalutem cum dilectionis obſequio. Acceſſerunt ad nos quidam Eccleſiæ veſtræ canonici cum Domino Guidone Spinula Ianuenſi conſule conſtruendi capellam in civitate Tyrenſi noſtram quærentes licentiam. Quorum petitiones Domini Marchionis interventu benigne ſuſcipientes, juſtis eorum deſideriis annuimus, & conſtruendi capellam licentiam dedimus. Cui de jure noſtro quantum nobis viſum fuit, conceſſimus, reliquum vero retinuimus, prout inter nos conſtat eſſe ſtatutum, & utriuſque partis aſſenſu privilegio determinatum. Hæc autem diſcretioni veſtræ dignum duximus intimare, rogantes ut quæ ſunt inter nos ſtatuta, ſicut in privilegio continetur, nobis teneri faciatis. Vobis ſiquidem certum eſſe volumus, quod nos ad exhibendum vobis honorem, & veſtram promerendum benevolentiam pronam gerimus voluntatem, parati juxta poſſe noſtrum obſequi veſtræ voluntati.

Eodem anno 1190. Boemundus Princeps Antiochenus nobile hoc dedit privilegium Januenſibus, quod maxime juvat ad illorum temporum cognitionem, ab authentico exemplari exſcriptum in canonicorum archivio.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.
Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

Notum ſit omnibus in Chriſto fidelibus, quod ego Boamundus Princeps Antiochiæ Raymundi bonæ memoriæ principis filius voluntate, & conceſſione Dominæ Sibyllæ Principiſſæ uxoris meæ, & omnium hæredum meorum dono, & concedo conſulatui Januenſium, & toti terræ Januenſis communitatis hanc libertatem per totam terram meam in Antiochia, Laodicia, Gabulo, & in alia terra ſi eam per Dei voluntatem conquiſiero, ut de omnibus illis rebus, ſive mercimoniis, quæ veniunt ad commune nullam omnino in eundo, & redeundo, in vendendo, & emendo reddatur curiæ principali conſuetudine. Hanc libertatem ut dixi per totam meam terram eis concedo, & per hoc privilegium confirmo, quod ut ratum ſit, & de cætero inconcuſſum permaneat, ſigilli mei principalis impreſſione muniri præcepi, & ſubſcriptis teſtibus corroborari. Hujus rei teſtes ſunt Hugo de Logiis, Petrus de Baſardo, Oliverius Comaſti, Bartholomæus Mareſchalcus, Odo de Maira, Hugo de Corbubo, Guillelmus de s. Paulo tunc temporibus Dux Antiochiæ. Actum eſt hoc privilegium anno Incarnationis Dominicæ M.C.XC. Indict. 8. prima die menſis Septembris. Datum per manum Auberti Tharſenſis Archiepiſcopi, & principalis curiæ Cancellarii. Ego Ioannes Amici de Saxilia auctoritate Imperiali notarius authenticum præſentis privilegii vidi, & legi bullatum bulla plumbea pendenti cum ſeto vermilio, ſanum, & integrum tam in charta, & litera, quam bulla ex ſeto non canzelatum, non abolitum, non vitiatum, non corruptum, & ſicut in eodem continebatur authentico, ſic hic fideliter ſcripſi, de mandato nobilis viri Domini Guillelmi Auriæ Poteſtatis,





& vicecomitibus Ianuenſium in cæteris partibus ciſmarinis nihil addito vel diminuto, quod mutet ſenſum vel variet intellectum. Adhoc ut præſeas tranſumptum perpetuo velut originale robur firmitatis obtineat, in ipſa quoque bulla ſcripta erat ab una parte imago militis armati ſuper equo ſedentis, tenentis venillum in manu cum litteris circumferentibus, dicentibus poſt ſignum Crucis BOEMUNDUS PRINCEPS ANTIOCHENUS, *ab alia parte ſculptæ erant imagines ſanctorum Petri, & Pauli cum nominibus eorum, & ad majorem cautelam præſens tranſumptum cum originali prædicto coram venerabilibus patribus Domino fratre Bonacurſo de Ordine Prædicatorum Dei gratia Archiepiſcopo Tyrenſi, Domino Bartholomæo Dei gratia Epiſcopo Berithenſi, & nobili, & egregio viro Domino Joanne de Monforti Domino Tyri, & Thoronis, in hujus rei teſtimonium huic præſenti publico inſtrumento ipſorum ſigilla dunimus apponenda.*

Porro Plumbeum ſigillum Boemundi in Archivio Canonicorum Januenſium adinventum, mihique ab Auguſtino Calcagnino ejus exemplar ceræ impreſſum tranſmiſſum, cum ſit valde pulcherrimum, & in poſteriori parte expreſſæ ſint imagines SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli, in Boemundi pietatis ſignum incidi fecimus, ut hoc loco in gratiam ſtudioſorum venerandæ antiquitatis apponeretur.

Inſigne, Boniſacio Archiepiſcopo ſedente, privilegium obtinuerunt Januenſes canonici à Cœleſtino III. anno 1193. quo non ſolum omnia eorum bona, & jura recenſentur, quæ ab aliis Pontificibus fuerunt conceſſa, verum & alia eximia ſunt addita. Privilegii ex authentico copiali canonicorum tabularii eſt talis tenor.

Cœleſtinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Dilecto filio Ogerio Præpoſito, Othoni Archidiacono, & Canonicis Januenſibus tam præſentibus quam futuris canonice ſubſtituendis in perpetuum. Effectum juſta poſtulantibus indulgere, & vigor æquitatis, & ordo enigit rationis, præſertim quando petentium voluntates, & pietas adjuvat, & veritas non relinquit. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus & Lanuenſem Eccleſiam, in qua divino eſtis obſequio mancipati, ad enemplar prædeceſſorum noſtrorum felicis recordationis Alexandri, Urbani, & Gregorii Romanorum Pontificum ſub Beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſte, & canonice poſſidet aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus enprimenda vocabulis: eccleſiam videlicet S. Laurentii in Accon. cum pertinentiis ſuis: eccleſiam ſanctę Marię Magdalenæ cum pertinentiis ſuis: eccleſiam ſancti Iacobi de Calignano cum pertinentiis ſuis: Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Quic. cum pertinentiis ſuis: eccleſiam de Veguli, & eccleſiam ſancti Bartholomæi de Stallano cum pertinentiis ſuis: eccleſiam ſancti Antonini de Auripalatio cum omnibus pertinentiis ſuis: eccleſiam ſancti Salvatoris de Sarzano cum omnibus pertinentiis ſuis: eccleſiam ſancti Joannis de Sento cum decimis, & poſſeſſionibus ejuſdem loci. Donationes Gibelleti, & aliorum locorum, quas Bertrandus comes ſancti Ægidii rationabiliter eccleſiæ veſtræ fecit, ſicut in ejus inſtrumento habetur, & vos legitime poſſidetis. Conceſſionem præterea, quam bonæ memoriæ Syrus Januenſis Archiepiſcopus ſuper decimis, & terris decimalibus civium Januenſium vobis fecit, ſicut rationabiliter facta eſt, & in autentico ſcripto ipſius Archiepiſcopi continetur ratam eſſe decernimus, & obtinere præcipimus firmitatem. Honeſtas etiam, & rationabiles conſuetudines, quas in oblationibus vivorum, & in candelis, aliiſque oblationibus defunctorum, ad quorum enequias invitamini, hactenus habuiſtis, necnon antiquam conſuetudinem, & rationabilem, quam in perceptione antiquarum oblationum eccleſiæ, vel in aliis proventibus, vel proceſſionibus eccleſiæ ipſius habetis, ratas habemus, & eas vobis, veſtriſque ſucceſſoribus auctoritate Apoſtolica confirmamus. Præterea beatæ memoriæ Lucii Papæ prædeceſſoris noſtri veſtigiis inhærentes, ut miſſam pro defunctis ſequenti die poſt eorum tumulationem in Eccleſia, in qua ſepulti fuerint celebrare poſſitis, quando videlicet in enequiis ipſis aliquo impedimento detenti non celebrabitis. Et ut præſente Archiepiſcopo, ſi ipſe pro aliquo impedimento miſſam celebrare nequiverit, vos etiam libere celebretis. Atque ut idem Archiepiſcopus in nullum canonicorum ſine aliorum conſilio ſententiam ferat, & ſi tulerit, minime teneat, ſicut vobis ſtatutum, & hactenus obſervatum, firmum, & inviolabile manere ſancimus. Concedimus inſuper, & auctoritate Apoſtolica confirmamus, ut inſtitutio, quę aſſenſu, & voluntate bonæ memorię Hugonis Januenſis Archiepiſcopi ſuper numero clericorum in Eccleſia veſtra recipiendorum providere facta eſt incuſſa, & ſtabilis perſeveret: niſi forte in tantum augeri contigerit eccleſiæ facultates, ut merito poſſit, & debeat etiam canonicorum numerus augmentari. Illam quoque ordinationem qua proviſum eſt inter vos, ut capitulum veſtrum puniendi canonice fratrem ſuum, qui ſe in utilitatibus Eccleſiæ pertractandis à communitate capituli nequiter ſegregaverit, habeat poteſtatem, in ſua firmitate concedimus permanere. Sententiam inſuper quæ pro vobis circa Eccleſiam ſancti Bartholomæi ſuper legato Vuillelmi Gatæ per judices à Sede Apoſtol. delegatos rationabiliter noſcitur promulgata, ſicut in ſcripto autentico continetur, auctoritate Apoſtolica confirmamus. Compoſitionem prætereа quæ facta eſt inter eccleſiam veſtram, & Abbatem S. Syri de loco benedictionis, & forma obedientiæ ſicut abſque pravitate facta hinc inde recepta eſt, & in ſcripto publico continetur, ratam eſſe cenſemus & præſenti privilegio roboramus.

Sententiam quoque ab Abbate s. Andreæ de Sexto inter vos, & fratrem Juſtum en delegatione Apoſtolica canonice promulgatam auctoritate Sedis Apoſtolicæ confirmamus: adjicientes etiam indulgemus, ut liceat Eccleſiæ veſtræ Præpoſito de conſilio Archiepiſcopi ſui, eos, qui eidem Eccleſiæ decimas ſubtrahunt, vel res ejus auferre præſumunt, vinculo anathematis innodare. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis januis, enclnſis excommunicatis, & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſa voce divina officia celebrare.

Auctoritate quoque Apoſtolica prohibemus, ne quis in vos, vel Eccleſiam veſtram excommunicationis, ſuſpenſionis vel interdicti ſententiam ſine manifeſta, & rationabili cauſa promulgare præſumat. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſionem auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet venationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis Apoſtolicæ auctoritate, & diœceſani Epiſcopi canonica juſtitia, & Januenſis Archiepiſcopi debita reverentia. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correnerit, poteſtatis, honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio eniſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, ac ſanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in entremo enamine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Cœleſtinus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcop. ſſ.

† *Ego Albinus Albanenſis Epiſcopus ſſ.*

† *Ego Octavianus Hoſtienſis, & Velletrenſis Epiſcopus ſubſc.*
† *Ego Joannes Præneſtinus Epiſcopus ſſ.*
† *Ego Petrus Portuenſis, & S. Raffinæ Epiſc. ſſ.*
† *Ego Pandulphus Baſilicæ XII. Apoſtolorum presb. card. ſubſc.*
† *Ego Mel. ss. Jo. & Pauli pres. car. tit. Pammac. ſſ.*
† *Ego Jordanus peesb. card. s. Pudentianæ tit. Paſtoris ſubſc.*
† *Ego Joannes tit. S. Clementis card. Tuſcanenſis Epiſc. ſubſc.*
† *Ego Joannes Fel. tit. S. . . .*
† *Ego Romanus tit. s. Anaſtaſiæ presb. card. ſſ.*
† *Ego Joannes tit. s. Stephani in monte Cœlio presb. card. ſubſc.*
† *Ego Cinthius s. Laueentii in Lucina peesb. card. ſubſcripſi.*
† *Ego Fidantius tit. s. Maveelli presb. card. ſſ.*
† *Ego Grat. ss. Coſmæ, & Damiani diac. card. ſſ.*
† *Ego Gregorius s. Mariæ in Poetieu diac. card. ſubſc.*
† *Ego Gregorius S. Maciæ in Aquiro diac. card. ſubſcripſi.*
† *Ego Gregorius s. Georgii ad Velum aueeum diac. card. ſubſc.*
† *Ego Lotharius Se. Sergii, & Bacchi diac. card. ſubſcripſi.*
† *Ego Petrus s. Mariæ in Via lata diac. caed. ſſ.*
† *Ego Cencius s. Luciæ in Orffca diac card. ſſ.*

Datum Laterani per manum Ægidii s. Nicolai in carcere Tulliano Diaconi Cardinalis IX Kal. Maii Indictione XI Incarnationis Dom. an. M.C.XCIII. Pontiſc. vero D. Cœleſtini Papæ Teetii anno 3.

Graviſſimæ aliquando Bonifacii Archiepiſcopi cum Canonicis ſuis contentiones fuerunt, quæ tandem Alberto Vercellenſi Epiſcopo, & Petro Locedienſi Abbate Ord. Ciſtercienſis, Apoſtolicæ ſedis delegatis, ann. 1201. die 30. Maii compoſitæ fuerunt. Concordiæ documentum extat in canonicorum tabulario, quemadmodum & Cœleſtini diploma delegationis ad pacem, & concordiam diſſeminandam Vercellenſi Epiſcopo, & Locedienſi Abbati inſcriptum, cujus exemplar eſt hujuſmodi.

Cœleſtinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Venerabili fratri Alberto Vercellenſi Epiſcopo, & dilecto filio Petro Abbati de Locedio ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Laudabile propoſitum bonitatis, & immobilis fidei puritatem, quam in bonis actibus exercetis, provida meditatione penſantes ad multorum ſervitium vos ſæpius incitamus, & plura negotia, quæ vobis fiducialius committimus exequenda. Sane ad veſtram volumus notitiam pervenire, quod cam Eccleſiam & civitatem Januenſem in quocumque fuerimus officio conſtituti, quadam ſemper dilexerimus ſinceritatis prærogativa perſonas etiam arctiori fuerimus chaeitatis vinculo amplexati, de unanimi concordia, & vera pacis tranquillitate, quę Domino cooperante hactenus in eadem viguit civitate, de qua, & ipſis primum, & poſtmodum univerſæ Chriſtianitati multa commoda pervenerunt, ſicut ex manifeſtis rerum indiciis poteſt perpendi, gaudio magno ſumus, & exultatione gaviſi, voluntate promptiſſima exoptantes, quod à tam laudabili propoſito, & opera commendabili, ullo tempore non ceſſarent; verum humani generis inimicus qui unanimes non diligit voluntates, ſed & in cordibus diſſidentium habitat, & ad ſciſſuras faciendas nequiter elaborat, zizania inter venerabilem fratrem noſtrum Bonifacium Januenſem Acchiepiſcopum, & ejus Canonicos ſeminavit, & qui fuerant per concordiam filii, à paterna gratia facti ſunt alieni, & paternus amor more ſolito non blanditue. Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ad ſupradictā civitatem perſonaliter accedentes ad reformaadum inter eos pacem, & concordiam propenſius laboretis, ipſum Archiepiſcopum diligentius inducentes, ut à corde ſuo conceptum rancorem amoveat, & canonicos ſuos paterna benignitate diligens, ſi quam, eundem offendendo, culpam contraxiſſe videntur, non ad animum revocet ſed ea ex cordis affectu omnino relaxet, & tanquam bonus Pater ſuis filiis compati, & miſereri addiſcat. Poſtmodum vero commonitionem veſtram ad ipſos canonicos convertentes eoſdem inducere ſtudeatis, ut Archiepiſcopum tamquam Patrem, & animarum ſuarum Rectorem diligant propenſius, & honorent, & ejus correctionibus inhærendo ſalubribus monitis obedire procurent, & à ſua non diſſentiant voluntate. Demum vero (quod Deus avertat) ſi partes commonitionibus veſtris acquieſcere forte noluerint, ſed in ſua duxeeint duritia perſiſtendum, audiatis quæ hinc inde propoſita fuerint, & ſecundum quod Deus veſtris cordibus inſpiraverit, & noveritis expedire, quæſtiones inter illos exortas ſine appellationis obſtaculo mediante juſtitia terminetis.

Dat. Later. 5. Id. Julii Pontificatus noſtri ann. 6.

4 **OTHO**, Alexandrinus patria, Bobienſis Epiſcopus, à Januenſi Capitulo expoſtulatus, Archiepiſcopatum Jannen. adeptus eſt anno 1203. ab Innocentio III. confirmatus peculiari Epiſtola, quæ extat in Regeſto Vaticano numero 117. fol. 84. anni 6. data 4. Kalendas Decembris. Cui pallium miſit per Angelum Ordinis Ciſtercienſis monachum. Ejus memoeia extat in Cap. de arbitrio; eidemque Innocentius inſcripſit librum de Donationibus inter virum, & uxorem. Commiſit præterea Innocentius, ut Januenſes diris devoveret, niſi miſſa ſibi munera à Balduino Imperatore Conſtantinopolitano, & ab ipſis ablata reſtituerent, de qua re legendus Odericus tom. 13. Annal. Eccleſiaſt. ann. 1204 quo etiam præſule idem Pontifex Innocentius ad favorem Januenſis Capituli Tyrenſi Achiepiſcopo, Patriarchæ Hyeroſolymitano, Acconenſique Epiſcopo ſequentes ſcripſit literas, quæ hactenus in Canonicorum tabulario ſunt conſervatæ. XXIX

Innocentius, &c.

Venerabili fratri .... Acchiepiſcopo, & dilectis filiis Capitulo Tyrenſi ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Dilecti filii canonici Januenſes transmiſſa vobis petitione monſtearunt, quod vos in Eccleſia B. Laurentii, quam apud Tyrum habeee noſcuntur, paeochianos eorum libere ſepelire, & ibidem Eccleſiaſtica percipere ſacramenta contra juſtitiam prohibetis, in eorum, & ſuorum præjudicium non modicum, & gravamen: quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus dictam Eccleſiam ſuorum parochianorum libeeam ſepulturam, & alia Eccleſiaſtica ſacramenta, quæ ad eandem parochiali jure pertinere noſcuntur, habere ſine moleſtia permittatis. Tu denique fratee Archiepiſcope ſupee te ipſo, & grege tibi credito taliter vigilare procures, extirpando vitia, & plantando virtutes, ut in noviſſimo diſtricti examinis die coram tremendo judice, qui reddet unicuique ſecundum opera ſua, dignam poſſis eeddere eationem. Dat. Lat. 10. Kal. Febe. Pontif. noſtri ann. 15.

Innocentius, &c.

Venerabili fratei .... Pateiarchæ Jeroſolymitano Apoſtol. Sedis legato ſal. & Apoſt. ben. Cum in Carthaginenſi probibeatur Concilio, ne quis Epiſcopoeum peo modico balſami, quod benedictum pro ſacramento baptiſmi datur Eccleſiis, aliquid præſumat accipere, miramur, quod ſicut ad audientiam Apoſtolatus noſtri pervenit venerabilis feater noſter .... Epiſcopus, & dilecti filii capitulum Acconenſis Eccleſiæ S. Laueentii, quam apud Accon dilecti filii Januenſe capitulum ſe habere peoponunt, chriſma gratis denegant exhibere. Quia vero venalitates hujuſmodi abominatur religio Eccleſiaſticæ honeſtatis, cum ſacris obvient inſtitutis, eiſdem Epiſcopo, & capitulo dedimus in præceptis, ut à tam inhoneſto, & interdicto commercio deſiſtentes, chriſma gratis de cæteeo Eccleſiæ memoratæ concedant. Quocieca fraternitati tuæ per Apoſt. ſcripta mandamus, quatenus ad hoc eos efficaciter moneas, & inducas. Tu denique frater Patriarcha ſupee te ipſo, & credito tibi grege talitee vigilare pro-

cures,

cures, &c. Dat. Later. 3. Id. Januarii Pontif. noſtri ann. 16.

Innocentius, &c.

Venerabili fratri... Epiſcopo, & dilectis filiis capitulo Acconenſi ſal. Ap. ben. Cum in Carthaginenſi prohibeatur Concilio, ne quis Epiſcoporum pro modico balſami, quod benedictum pro ſacramento baptiſmi datur Eccleſiis, aliquid præſumat accipere, miramur, quod ſicut ad audientiam Apoſtolatus noſtri pervenit, Januenſi capitulo conquerente, Eccleſiæ S. Laurentii quam apud Accon ſe habere proponunt, Chriſma gratis conferre non vultis. Quia vero venalitates hujuſmodi abominatur religio Eccleſiaſticæ honeſtatis cum ſacris obvient inſtitutis, per Apoſtolica vobis ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus à tam inhoneſto, & interdicto commercio deſiſtentes Chriſma Eccleſiæ memoratæ gratis de cætero conferatis. Tu denique frater Epiſcope ſuper te, &c.

Dat. Lat. 3. Id. Jan. Pont. noſtri ann. 16.

Anno 1213. Albingaunenſem Eccleſiam Otho excepit pro ſuffraganea, quod jus Alexander III. ab anno 1178. eidem detulerat, ratumque deinceps eſſe juſſerunt Cœleſtinus, Clemens, Innocentiuſque III. ſummi Pontifices; Honorius vero III. anno primo ſui Pontificatus, Othoni confirmat omnia jura, & privilegia ſuæ Eccleſiæ 8. Kal. Maji an. 1217. ut in Reg. Vat. fol. 101.

Honorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Othoni Januenſi Archiepiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum. Superna, & ineffabilis providentia majeſtatis divinæ ſacroſanctam Romanam Eccleſiam omnium Eccleſiarum matrem inſtituit, & magiſtram, ut prælata cæteris merita reſpiceret ſingulorum, & ad ſimilitudinem æterni, & juſti Judicis, unicuique pro meritorum qualitatibus reſponderet. Unde, & eadem Sancta Eccleſia eos, quos fideles filios reperit, clementiori tractare gratia conſuevit, & quos ferventiores circa ſuum obſequium intuetur, multiplici prærogativa honoris eſt ſolita ſublimare. Nos igitur, qui in Sede Apoſtolica Beato Petro Apoſtolorum Principi, licet non ſuffragantibus meritis ex divina diſpoſitione ſucceſſimus, reverentiam, devotionem, & ſedulitatem obſequii, quam Januenſis Eccleſia, & tota civitas Eccleſiæ Romanæ, &c. Ipſe neceſſitatis exhibuit diligentius attendentes, conſiderantes etiam quanta nobis, & ſucceſſoribus noſtris incrementa, & commoda per Januenſem civitatem potuerunt provenire, & antecceſſoris noſtri felicis memoriæ Innocentii Papæ veſtigiis inhærentes, qui Januenſem Eccleſiam Archiepiſcopalis dignitatis excellentia ſublimavit ad honorem, exaltationem, & gloriam præfatæ civitatis, quæ Beato Petro, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ fideliſſima, & ad ſerviendum ei, ſicut dictum eſt promptiſſima perſeverat, & de cætero idem ſe facturum propenſius pollicetur, ad exemplum tam ipſius Innocentii, quam felicis recordat. Alexandri, Clementis, Cœleſtini, & Innocentii prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum, eandem dignitatem tibi, & ſucceſſoribus tuis communi fratrum noſtrorum conſilio duximus confirmandam. Quod enim jam dicti anteceſſores noſtri, Innocentius, Alexander, Clemens, Cœleſtinus, & Innocentius Januenſem civitatem inſignem reddiderunt, gratia ampliori nos ratam habentes, & auctoritate Apoſtolica roborantes. Tres Epiſcopatus in Corſica, Maranen. videlicet, Nebolen. & tertium cujus ſedem memoratus Innocentius, Eccleſiam S Petri de Accio conſtituit, & cui unam Plebem de Maranna, & aliam de Aleria, conceſſit. Bobienſem quoque Epiſcopatum, & illum de Bruniate cum Eccleſiis ſuis, quas circa ſe, & in caſtellis ſuis habet, quem idem anteceſſor noſter de novo conſtituit, tibi, tuiſque ſucceſſoribus, ſicut & ipſe anteceſſor noſter feciſſe dignoſcitur, metropolitano jure ſubjicimus. Verumtamen Epiſcopatum Januenſem, & te videlicet, ac poſteros tuos ab omni emancipatos ſubjectione in manu propria libere retinemus. Statuentes, ut Januenſis Archiepiſcopus à ſuf-

A fraganeis ſuis Epiſcopis conſecretur, Pallium Pontificale, ſcilicet officii plenitudinem à Sede Apoſtolica recepturus. Præterea illam ſinceriſſimam devotionem, tam tuam, quam civitatis tuæ, & multimoda obſequiorum ſervitia, quæ Rom. Eccleſiæ fideliter, ac liberaliter impendiſtis, in memoria retinentes, ut Januenſis Clerus, & populus ad ſervitium, & honorem Eccleſiæ tanto ferventius attendatur, quanto Eccleſiam, & civitatem Januenſem à Sede Apoſtolica cognoverit amplius honorari, communicato fratrum conſilio, ad exemplar jam dictorum Alexandri, Clementis, Cœleſtini, & Innocentii prædeceſſorum noſtrorum legationem transmarinam tibi, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum duximus concedendam; ita quidem ut ſingulis octennis cum Epiſcopo, vel Cardinali Romanæ Eccleſiæ illuc accedere debeatis, à nobis, & catholicis ſucceſſoribus noſtris, eandem auctoritatis, & poteſtatis plenitudinem recepturi, quam Epiſcopus, vel Cardinalis habuerit, qui à nobis, vel ſucceſſoribus noſtris illuc de corpore Eccleſiæ
B fuerit deſtinatus. Monaſterium quoque, quod in Inſula Gallinaria ſitum eſt, ad jus S. R. E. ſpiritualiter pertinens, & Eccleſias in caſtro & ſuburbio Portus Veneris à juriſdictione Lunenſis Epiſcopi eximentes, tibi, & iis, qui poſt te ſucceſſerint, in perpetuum Apoſtolica auctoritate concedimus, & præſenti privilegio confirmamus. Albingaunenſem inſuper Epiſcopatum tibi, & ſucceſſoribus tuis, ad exemplar jam dictorum Anteceſſorum noſtrorum Alex. Clementis, Cœleſtini, & Innoc. concedimus nihilominus, & confirmamus. Denique ut Januenſis civitas, quæ cœleſtis Numinis adjuta favore, de inimicis Crucis Chriſti triumphum frequenter, & victoriam reportavit, & plurimas eorum urbes mira quadam, & invincibili potentia ſubjugavit, ampliori honoretur faſtigio dignitatis, Equo albo cum Navo albo in proceſſionibus uti, & crucem, vexillum videlicet Dominicum per ſubjectam vobis provinciam portandi, ſicut prænominati anteceſſores noſtri conceſſiſſe noſcuntur, tibi tuiſque ſucceſſoribus licen-
C tiam damus, & liberam vobis concedimus facultatem. Ad hæc Januenſi civitati medietatem Inſulæ Corſicæ, ad exemplar eorundem prædeceſſorum noſtrorum concedimus, ita ſcilicet, ut nobis, noſtriſque ſucceſſoribus Januenſis populus, cum exinde fuerit requiſitus, fidelitatem juret, & pro penſione unam libram auri ſingulis annis nobis, & ſucceſſoribus noſtris exſolvat, ſalvis nimirum feudis tam veſtris, quam Piſanorum, ſicut à 10. annis, & ſupra obtinuiſſe noſcuntur. Pallio vero infra Eccleſiam perfruari s his diebus, in Cœna Domini, Paſcha, Aſcenſione Domini, Pentecoſte, B. Mariæ, in ſolemnitate omnium Sanctorum, s. Syri, & Beati Confeſſoris Nicolai, Natali Domini, Epiphania, & in anniverſa ioſuæ conſecrationis die, in conſecrationibus quoque Epiſcoporum, Baſilicarum, & ordinationibus clericorum. Abbatiam quoque de Tyro ad meliorationem, ſalva S. R. E. proprietate, ac cenſu, ſicut prædicti anteceſſorec noſtri Innocentius, Alex. Clemens, Cœleſtinus, & Innocentius feciſſe noſcun-
D tur, tibi frater Archiepiſcope, tuiſque ſucceſſoribus duximus committendam. Si qua igitur, &c. uſque ſubjaceat. Cunctis autem, &c. uſque inveniant, &c. Amen.

Dat. Later. per manum Raynerii S. R. E. Vicecanc. 8. Kal. Maii Indict. 5. Incarnat. Dominicæ an. 1217. Pontif. vero D. Honorii Papæ Tertii anno 1.

Otho Archiepiſcopus, mandante Gaufrido tit. s. Marci Presb. Card. tunc in Longobardia legato, Cœnobium s. Catharinæ Ord. s. Damiani Januæ condiderat, quod anno 1231. de conſenſu capituli ſui ab omni prorſus Epiſcopali juriſdictione tam ſpirituali, quam temporali exemit, nihil quoq; pro ſe ſuiſque ſucceſſoribus in eo Cœnobio reſervans, ut in publico documento habetur. Datum Januæ eodem anno ind. 4. die ſabbati 13. m. Sept. coram Opizone Turritan. electo, Simone Albingan. Epiſcopo, & Raynaldo s. Stephani Abbate, aliiſque teſtibus. Hanc donationem, exemptionemque

con-

confirmavit, amplo conceſſo monialibus privilegio, Alexander IV. anno 1255. Pontif. primo, 2. Kal. Maji, quod integrum affert ex Reg. Vat. Vvaddingus Annal. Min. Sub eodem etiam Othone numerum canonicorum in Eccleſia Januenſi perpetuo deſignavit Gregorius IX. iis litteris ſcriptis Capirulo Januenſi an. 1233. quas ex Reg. Vat. eruimus anno 7. pag. 12. Capirulo Januenſi.

Gregorius, &c.

Eccleſiarum utilitati, & tranquillitati conſulitur cum numerus perſonarum Domino famulantium in eiſdem earum facultatibus provide coaptetur. Cum igitur ſicut veſtra petitio nobis exhibita continebat, in Eccleſia veſtra decem, & ſeptem præbendarum ſit numerus inſtitutus, & vos neceſſitate, ac utilitate ipſius Eccleſiæ provida deliberatione penſatis duxeritis ſtatuendum, ut de præbendis eiſdem duæ cum eas primo vacare contigerit, ſex manſionariis iu ea ſervituris continue deputentur, quartodecimo canonicorum numero in ſuo robore duraturo, nos veſtris ſupplicationibus inclinati, ſtatutum ipſum ſicut provide factum eſt auctoritate Apoſtolica & firmitate, &c. uſque communimus. Statuentes ut nequis abſque Apoſtolicæ Sedis mandato faciente de confirmatione hujuſmodi mentionem, ad majorem numerum vos compellat invitos, niſi adeo ampliari contingeret ipſius Eccleſiæ facultates, quod etiam perſonarum numerus eſſet merito ampliandus. Auctoritate ſedis Apoſtolicæ ſemper ſalva. Nulli ergo, &c. Siquis, &c.

Datum Laterani 11. Kal. Maii anno 7.

Deceſſit tandem Otho poſt quam laudabiliter Januenſem Eccleſiam ſex & triginta annis rexiſſet, hoc eſt anno 1239.

XXX 5 JOANNES de Cuturno ex Archidiacono Othoni ſucceſſit ann. 1239. Narrat Nebienſis Epiſcopus in Januenſi Hiſtoria, Joannem hunc ſtatim electum, veloci conſcenſo lembo, viginti quatuor horarum ſpario perveniſſe Romam, quo curſum intenderat, moraque tantum trium dierum fuiſſe à Gregorio IX. confirmatum, inauguratum, pallioque exornatum, addiditque litteratum fuiſſe, atreq; Medicinæ in ſui ſæculi præcipuis habitum. Cujus temporibus Andreas de Fliſco nobilis Januenſis plus quam civili munificentia monaſterium s. Franciſci alumnis ædificavit: de quo videndus noſter doctiſſimus Vvaddingus to. 1. Annal. Min. Quo etiam Præſule Innoc. IV. Pontifex Lugdunum iter agens ad generale Concilium celebrandum, Januam venit, magnifice à Joanne Archiepiſcopo, clero, populoque exceptus, & ſplendide hoſpitatus eſt. Cineres ſacros Præcurſoris Domini veneratus, triginta ſex argenteas lampades obtulit, nt perpetuo ibidem arderent, & ad novam eorundem translationem, quam Joannes tunc excogitabat, omnes Chriſtiani Orbis Præſules his litteris excitavit, ex originali Januen. Capit. Arch. exſcriptis.


Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Venerabilibus fratribus Archiepiſcopis & Epiſcopis, & dilectis filiis Abbatibus, Decanis, Prepoſitis, Archidiaconis, Archipresb. & aliis Eccleſiarum Prælatis præſentes litteras inſpecturis ſal. & Ap. bened. Cum generalis Eccleſia plurimum apud omnipotentem ſanctorum ſuffragiis adjuvetur, tanto amplius unaquæque regio ſpeciali debet prærogativa lætari, & ſecurius expectare veniam de commiſſis, quanto digniores ante Divinam majeſtatem interceſſores habuerit, qui meritis, & devotione fidelium de iis, quæ ſeminant in terris, fructum centuplum retributionis æternæ precibus ſuis obtinent in excelſis. Pervenit autem ad Nos, quod cum olim cives Januenſes ab expeditione Antiochiæ triumphatores de inimicis Chriſti redirent, applicantes prope Pateram, reliquias B. Joannis Baptiſtæ ac præcurſoris Domini ibidem inventas ſecum Januam ſupplici devotione portarunt. Propter quod felicis recordationis Alexander Papa prædeceſſor noſter, intellecto quod iidem cives intendebant eaſdem reliquias ſolemniter revelare, Archiepiſcopis, & Epiſcopis per Tuſciam, Lombardiam, & Provincias conſtitutis ſuas, prout

A *nobis plane conſtitit, direxit literas continentes, ut id nuntiantes in Eccleſiis eorundem, populum eis commiſſum, ut ad eandem civitatem in die revelationis accederent, monerent, ac inducerent diligenter. Cum igitur Venerabilis frater noſter, & dilecti filii capitulum Januenſe, ſicut eis referentibus intelleximus Dominico die proximo ſequenti poſt Aſcenſionem Domini reliquias ipſas auctoritate Apoſtolica duxerint cum multa ſolemnitate, ac reverentia revelandas, univerſitatem veſtram rogamus, monemus, & hortamur attente, ac per Apoſtolica vobis ſcripta mandamus, quatenus prædictæ revelationis diem, ut in veneratione de cætero habeatur, publicantes in Eccleſiis veſtris, ac facientes etiam publicari, commiſſos vobis populos, ut ad prædictam civitatem in eadem die accedant, ipſius Baptiſtæ imploraturi ſuffragium, moneatis attentius, & efficaciter inducatis. Nos enim cupientes, ut idem glorioſus Præcurſor congruis honoribus frequentetur, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui ad Januenſem Eccle-*
B *ſiam ubi prædictæ reliquiæ ſub veneranda cuſtodia conſervantur in ſolemnitate revelationis ipſarum devote acceſſerint, annuatim de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, in die revelationis annum unum, & octo diebus ſequentibus quadraginta dies annis ſingulis de injuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus. Datum Januæ 2. Non. Auguſti Pontificatus noſtri anno 2.*

Sacrorum Cinerum Præcurſoris Domini Hiſtoriam nuper evulgavit ſæpe citatus Auguſtinus Calcagninus. Præfuit Joannes Archiepiſcopus cum laude 14. annis; Eccleſiam ſuam in bono ſtatu reliquit, exuitque mortalitatem an. 1253. die 16. m. Sept.

C



6 GUALTERUS ex nobilibus de Vezzano, XXXI.
Archidiaconus Lunenſis, & Innocentii IV. Capellanus, in Archiepiſcopum Januenſem an. 1253. ab ipſo Innocentio, quem capitulo Jannenſi commendat in epiſtola 640. ſol. 370. Regeſt. Vatic. Dat. Peruſii 9. Kal. Maji, Pont. 10. eligitur. Hic
D eodem anno Januam ingreſſus, benigne ab omnibus exceptus, eam Eccleſiam inſigni pietate ann. 21. rexit, & ut vixerat obiit ann. 1274. die 6. Sept. Quo ſedente Alexander IV. Papa ann. 1255. diploma dedit Populo Januenſi valde inſigne, quo confirmavit ea, quæ Innocentius IV. liberaliter conceſſerat. Diplomatis exemplar exſcripſimus ab alio exemplari Bibliothecæ Barberinæ tomo 1314. talis tenoris.

Alexander &c.

Poteſtati, & Populo Ianuenſi ſalut. & Ap. ben. Eccleſiam Dei olim perſecutiones multiplices, & graviſſimas patenter.... Vos in fide, ac devotione ipſius, conſtantiam firmiſſimam, & clariſſimam habuiſtis, ita pro omni virtute reſiſtendo ejus hoſtibus, plurima rerum incurriſtis diſpendia, & diſcrimina perſonarum multis materiam admirationis habentibus, quod inter tot adverſorum fulmina tanta fuiſtis animi firmitate conſpicui, & tandem per Dei gratiam victoria præcla-

ra famoſi. His etenim magnis meritis quædam alia magnifica indefeſſo ſpiritu adjeciſtis, quod videlicet tranſmarinis partibus illa quæ honorem Eccleſiæ, ac robur Eccleſiaſticæ libertatis, nec non defenſionem & ampliationem catholicæ fidei reſpicere videbuntur, ſub innumeris expenſis, & laboribus grandi ſtudio, & vigilanti ſollicitudine promoviſtis. Meritorum ſiquidem præmiſſorum cumulus quaſi quoddam ſydus in conſpectu Sedis Ap. refulgens, eam reddidit ſæpe ſollicitam, ut vos talibus extollat honoribus, & gratiarum ubertate confoveat, quod exinde vobis, & poſteris veſtris perpetuæ jucunditatis materia producatur. Cum itaq; fel. rec. Inn. Papa prædeceſſor noſter cum fratribus ſuis per civitatem veſtram perſonaliter trãſiens, fuerit in multis de præmiſſis meritis informatus, & gaviſus per evidentiam operis agnoviſſe quam ſinceram, & obſequioſam devotionem circa dict. ſedem haberet, in vobis dignum eſſe providit, ut juxta veſtrum deſiderium vos ſuæ gratiæ privilegio muniret per quod in vobis exinde reverenter in ſedem ſemper accreſcat affectio, & in generalem deducatur notitiam quod inter charos vos memoratu ſedes reputat ſibi chariſſimos, & quod idem in affectu potiſſimum ut affuiſtis pro ipſo votivam retribuere magnitudinem præmiorum. Unde idem prædeceſſor per ſuas conceſſit litteras, ut veſtris inclinati precibus, nos quatenus de gratia plenitudine reputamus favoris univerſitati veſtræ ad inſtar prædeceſſoris ipſius, auctoritate Pontificia indulgemus. Quod in Regno Siciliæ pertinente ad jus, & proprietatem ſedis ejuſdem, ac Ducatu Spoleti, Marchiæ Anconitanæ, Patrimonio B. Petri in Tuſcia, & omnibus terris Eccleſiæ Romanæ à datiis, exactionibus, & collectis, ſeu pedagiis ad vos pertinẽtibus, & cujuslibet onere ſervitutis in perpetuũ liberi penitus, & immunes. Nulli ergo noſtræ cõceſſionis, &c.

Datum Neap. 6. Id. Jun. 1255. Pont. noſtri anno 1.

XXII. 7 BERNARDUS Parmenſis, ex Pontificio Capellano, & Narbonenſi Archidiacono, Januenſis eſt renunciatus Archiepiſcopus anno 1276. Erat vir doctus, & prudentia ſingulari prædirus, qui muneri huic utiliter, & ſummæ integritatis Archiepiſcopus annis 11. præfuit. Epiſcopale Palatium ædificiis adauxit, alterumque in villa Marozana extruxit ad delitias. Rebus humanis exceſſit anno 1287. duorumque annorum conſecutum eſt interregnum; nam cum Canonici ad electionem proceſſiſſent, alii Nicolinum de Camillo Papæ Capellanum, alii fratrem Jacobum de Voragine Ordinis Prædicatorum, nonnulli Theodoricum de Fliſcu Linconienſem Canonicum, cæteri Othobonum Spinulam Catalaunenſem Canonicum, poſtularunt. Nicolinus & Jacobus de Voragine ſuum noluerunt præbere conſenſum, Theodoricus, & Othobonus electioni libere renunciarunt. Nicolaus vero ſummus Pontifex Obizonem ſequentem, tunc Antiochenum Patriarcham à Sarracenis deturbatum de ſede, in adminiſtratorem Januenſis Eccleſiæ elegit, quouſq; eidem provideretur Eccleſiæ, ita 10 epiſt. 70. fol. 18. Reg. Vat. an. 1. eidẽ Obizoni ſcripta 2. Non. Jun.



XXXIII. 8 OBIZZO è Fliſca Jannenſi nobiliſſima, ac pervetuſta gente, Innocentii IV. & Adriani V. ſummorum Pontificum nepos, Antiochenus Patriarcha, cum diu à ſua ſede exulaſſet, à Sarracenorum ſecta deturbatus, Tranenſis primum Eccleſiæ curæ admotus, inde ad patriæ ſuæ ſedem miniſtrandam vocatus, factus deinde Archiepiſcopus an. 1288. Nicolao IV. eximie charus obiit an. 1292. Refert Bzovius, eo ipſo ann. 1288. quo Obizzo ad Januenſem Eccleſiam evectus fuerat, Genuenſium plurimos, Duce Rogerio Auria, hactenus contra Carolum Siciliæ Regem, & Eccleſiam ſub ſignis merentes, Siculiſque anathematis damnatis plurimam opem tuliſſe, iiſdem diris ſe ſe implicuiſſe, domum reverſos cum eos pœnitentia criminis cepiſſet Eccleſiæ conciliari, & ſacris communicare poſtulaſſe, ſuppliceſq; factos obtinuiſſe, ut à fratre Jacobo de Voragine Ord. Prædicatorum viro inſigni, qui Obizzoni deinde ſucceſſit, à vinculo excommunicationis abſolverentur.

9 Fr. JACOBUS de Voragine [a] Ordinis S. Dominici, inſignis Sacræ Theologiæ Doctor, & egregius verbi Dei concionator, cum ſui Ordinis Provincialis eſſet in Inſubria, unanimiter à ſacro Jannenſi Senatu Archiepiſcopus electus, inauguratuſque eſt à Latino Card. Urſino Apoſtolicæ Sedis Legato anno 1292. Sede Apoſtolica vacante juſſu Sacri collegii diſſidentes inter ſe Guelphos Gibellinoſque Januenſes factiones compoſuit, & civitatem per quinquaginta omnino annos laceſſitam ad tranquillum pacis portum ſua dexteritate perduxit. Vir fuit Jacobus & ſanctimonia vitæ, & doctrina clarus, ediditque plures ſermones, vitaſque Januenſium Præſulum ſuorum anteceſſorum, aliaque ingenii ſui monumenta poſteris reliquit, ut notat Trithemius, Sixtus Senenſis in ſua Bibliotheca, s. Antoninus, & alii. Septem omnino annos Januenſem perbelle rexit Eccleſiam, & ut vixerat ſancte obiit anno 1298. menſe Junii, ſepultus in Eccleſia s. Dominici, cujus alumnus fuerat. Quis, quantuſque fuerit Jacobus, deſcripſit Bzovius tom. 13. Eccl. Annal. *Jacobus*, inquit, *doctrina, vitæ integritate, & pauperum cura longe magis quam ſcriptione, quamquam & ſcriptis clariſſimus. Fuit vir multæ variæque lectionis, propria lingua materna mire facundus, hiſtoriarum quoque non contemnendus ſcriptor, & D. Auguſtini doctrinæ ita ſtudioſus, ut omnia ejus volumina pene memoria tenuerit. Utriuſque teſtamenti divina volumina primus omnium in Italicam linguam ſumma fide ac diligentia transfudit. Ferunt eo tempore quo is ad Genuenſem Eccleſiam adminiſtrandam acceſſerat, redditus Epiſcopii locupletiſſimos fuiſſe. Cæterum egenorum, & pauperum præſertim in Xenodochiis decumbentium, & variis ægritudinibus confectorum tantam multitudinem civitati Genuenſe infudiſſe, ut eis alendis, veſtiendis, curandis, medicandiſque Regiis opibus, & facultatibus opus foret. Eorum itaque tum neceſſitatibus, tum infirmitatibus miſerantem Jacobum ſeſe & Epiſcopium omnibus poſſeſſionibus, paucis exceptis, exuiſſe, eaſq; in uſum hoſpitalium pia prodigalitate contuliſſe.* Hactenus ille ex Annal. Ord. Præd. XXIV.

[a] De quo videndi Maraccius in Bibl. Mariana par. 1. p. 649. Oudin de Scriptoribus à Bellarmino omiſſis p. 518 & Fontana in Theatro Domin. Mandoſ.



10 Fr. PORCHETTUS Spinula, Januenſis, XXV.

Ordi-

Ordinis Minorum, doctrina, & generis nobilitate præclarus, à Bonifacio VIII. in locum Jacobi conſtituitur Archiepiſcopus Januenſis 3. Non. Februarii anno 1299. Hic tamen (hæc ſunt verba doctiſſimi VVadingi to. 2. Annal. Minor.) varias paſſus eſt in dignitate viciſſitudines cedens aliquando oneri, & Papæ indignationi, aliquando ad ſedem ſuam reſtitutus turbato, & tumultuoſo Reipublicæ ſtatu, Spinulis, & Auriis familiis primariis hoſtiliter ſe invicem appetentibus. Narrant Blondus, Platina & alii hunc Archiepiſcopum, at fabuloſe fortaſſis, ad Bonifacium acceſſiſſe, cum prima Quadrageſimæ die Chriſtianorum capitibus ſacratos cineres imponeret, ut poſtremi vitæ exceſſus ſalutariter recordarentur, Pontificemque ex odio Gibellinæ partis in Porchetti oculos cineres injeciſſe, cum hujuſmodi exprobratione; Memento homo quia Gibellinus es, & cum Gibellinis morieris, eo quia putaret Cardinalibus Columnenſibus anathemate damnatis, & ſibi valde infenſis receptum apud ſe dediſſe: nec deſunt qui ſcribant ob eandem cauſam ipſum extorrem actum, & Archiepiſcopatu mulctatum eſſe; ſed paulo poſt anno 1303. ob ejus præclaras virtutes tum ob navatam recenter ab ipſo, ſuaque Spinula familia operam, ut Januenſes in obſequium Romanæ Eccleſiæ redirent, fœduſque cum Carolo Siciliæ Rege jungerent, dignitati ſuæ reſtitutus, juſſuſque eſt Aſiaticam expeditionem adverſus Chriſti inimicos promovere, & profecturos in Terram Sanctam Apoſtolica auctoritate cruce ſignare. Nec ſilendum quod hoc tempore Januenſes Matronæ prænobiles primum Chriſti cultum Paleſtinæ reſtituere aggreſſæ ſunt, nobilique exemplo ad claſſem in Sarracenos inſtruendam, muliebrem ornatum obtulerunt, magna Chriſtianorum Principum infamia, tam glorioſo opere à fœminis ſuperari. Harum nomina ad æternitatem ſuis in Annalibus Eccleſiaſticis conſecravit noſter Odericus tom. 13. qui & Porchetti virtutes non tacuit. Anno 1308. non longe ab Urbis mœniis introducti ſunt Monachi S. Baſilii de Armenia in locum ab Oberto Purpurerio eis conceſſum, ad Eccleſiam, & Cœnobium ædificandum; primum lapidem in Eccl. D. Bartholomæo ſacra, die 16. Martii impoſuit Porchettus Archiepiſcopus præcipuus benefactor, Cœnobium piorum eleemoſynis conſtructum fuit, ubi hactenus prædicti Armeni Monachi ſteterunt: Armeni nuncupati, cum ex Armenia à Sarracenis exacti, Januam tranſmigraſſent ab Archiepiſcopo, & populo benigne recepti ſunt. In hac Eccleſia aſſervatur religioſiſſime ſacra Domini noſtri Jeſu Chriſti Imago non manufacta, ab eodem Chriſto Salvatore ad Abagarum Edeſſæ Regem miſſa: de qua infra redibit ſermo. Porro Archiepiſcopus Porchettus poſt vigeſimum primum ſui Præſulatus annum obiit in Oppido Sextri die 12. Maii anno 1321. ſepultus eſt Januæ in Eccleſia S. Franciſci.

XXXVI. 11 BARTHOLOMÆUS ex Rhegio Lepidi, Canonicus Eccleſiæ Cathedralis fit Archiepiſcopus Januenſis an. 1321. Præfuit cum laude 15 annis: mortalitatem explevit anno 1336. poſt cujus deceſſum clericalis ſenatus Gotifredum Spinulam ſuum Archidiaconum poſtulavit, qui juri ſuo libere ceſſit, remiſitq; electionem ad ſummi Pontificis judicium.

XXXVII. 12 DINUS ex comitibus Radicoſani Tuſcus, Patriarcha Gradenſis, à Benedicto Papa XII. ad hanc eccleſiam tranſlatus 6. Kal. Februarii anno 1337. ut in Regeſto ejuſdem notatur, epiſt. 1. ann. 2. Præfuit ann. 5. tranſlatuſque deinde eſt ad Piſanum Archiepiſcopatum anno 1342. de quo ſupra in noſtro 3. tomo plura.

XXXVIII. 13 JACOBUS de S. Victoria à Saſſina Albenſis, Præpoſitus Monaſterii S. Petri de Mortara Ordinis S. Auguſtini, Clementis VI. Capellanus, vir doctus, & prudentia clarus, Archiepiſcopus adlectus eſt Januenſis ab eodem Pontifice an. 1342. Kalend. Decembris ex Regeſt. Vatic. Intravit Januam ſolemniter 8. die Junii 1343. præfuitque annos 6. Exceſſit anno 1349.

14 BERTRANDUS Beſauduri Gallus de S. Maximino, Narbonenſis diœceſis, Canonicus Tolonenſis Januenſis Archiepiſcopus electus eſt à Clemente VI. anno 1349. 3. Non. Septemb. ex eodem Regeſt. defunctus eſt anno 1358. XXXIX.

15 GUIDO Scetten Lunenſis, paulo ante Cathedralis Eccleſiæ Archidiaconus, eandem ſedem aſſecutus eſt anno 1359 6. Non. Julii, ut perſpicue eruitur ex Regeſt. Vatic. epiſt. 28. Ad hunc ſcribit Franciſcus Petrarcha epiſt. 2. de mutatione temporum. Protulit ætatem uſque ad annum 1368. Jacet in Eccleſia S. Hieronymi de Silvana ſeu Cervaria prope portum Finem, ut vocant, Ord. S. Benedicti, cujus Eccleſiæ & Monaſterii extitit fundator, ubi extat epitaphium. Fuit vir doctus, Eccleſiaſticæ diſciplinæ ſeverus proſecutor, Cleri lumen, omnibus virtutibus inſignis Præſul, æternaque memoria dignus. XL.



16 Fr. ANDREAS à Turre *a*, ſive Turrianus Mediolanenſis ex Ordin. Prædicatorum, Urbani V. Pœnitentiarius, ab eodem præfectus eſt Januenſi Archiepiſcopatui anno 1368. 3. Kal. Martii ex Reg. Vat. vir mitis, caſtus, doctus, Eccleſiæ ſuæ amplificator, omnibuſque virtutibus Præſule dignis ornatus. Synodum celebravit in Metropolitana anno 1375. die 15. Maji, in qua ſtatuit, ut Dominica prima poſt Aſcenſionem Domini feſtum revelationis ſacrorum cinerum Præcurſoris Domini perpetuo per totam ſuam diœceſim ſolemniter ageretur. Deceſſit an. 1377. Quo Gregorius XI. Pontifex Max. cum ad Urbem proficiſceretur in Cœnobio S. Hieronymi de Cervaria prope Portum Finem hoſpitatus, in ſignum gratitudinis, eidem Eccleſiæ indulgentiam elargitus eſt. XLI

a De eo Altamura in Bibliotheca Dominic. p. 115. & Fontana in Theatro. Manuſc.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.
Univerſis Chriſtifidelibus præſentes literas inſpecturis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Splendor æternæ gloriæ, qui ſua mundum illuminat ineffabili claritate pia vota fidelium de clementiſſima ipſius pietate ſpectantium, tunc præcipue pio favore proſequitur, cum devota ipſorum humilitas ſanctorum precibus & meritis adjuvatur. Cupientes igitur, ut Eccleſia Monaſterii S. Hieronymi de Cervaria Ord. s. Benedicti Januenſis diœceſis, in quo cum ad Urbem ſacram proficiſceremur, in die feſto celebritatis Omnium Sanctorum hoſpitati fuimus & Monachorum ibi Deo ſervientium eximiam devotionem, & religioſam vitam conſideravimus, & in ipſis fuimus jucundati, congruis honoribus frequentetur, & ut Chriſtifideles libentius cauſa devotionis confluant ad eandem, quo ibidem uberius dono cœleſtis gratiæ conſpexerint ſe refectos, de omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis qui in dicta celebritate Omnium Sanctorum Eccleſiam ipſam devote viſitaverint annuatim, unum annum, & quadraginta dies de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer relaxamus.

Datum in dicto Monaſterio Kal. Novemb. Pontificatus noſtri anno ſexto.

Aliis gratiis, & privilegiis munivit Gregorius eadem die Monaſterium ipſum, Monachoſque, ac præcipue, quod quandocumque Monaſterium per obitum Prioris vacare contigiſſet, non obſtantibus quibuſcumque reſervationibus generalibus jam factis per Apoſtolicam ſedem, libere ad electionem Prioris procedere poſſent.

XLII. 17 LANFRANCUS Saccus nobilis Papienſis, & Abbas S. Syri Ord. S. Benedicti ſucceſſit Andreæ anno 1377. qui vel parum dignitatem tenuit morte præventus, vel ad aliam translatus Eccleſiam, nullam de ſe ad poſteros reliquens memoriam.

XLIII 18 Fr. BARTHOLOMÆUM de Cucurnio, ſive de Cuthurno a, ex Clavari Liguriæ Oppido, Ordinis Minorum illuſtrem Theologum, eximiumque Concionatorem, adlectum Archiepiſcopum Januenſem, Urbanus VI. etiam vocavit ad purpuram 1378. inſignivitque titulo S. Laurentii in Damaſo. Extat illius memoria in quadam Bulla ejuſdem Urbani 1383. die 14. Martii, ubi illum Urbanus appellat Archiepiſcopum Januenſem, & Cardinalem, dum illi faceret poteſtatem aliis impertiendi facultatem, ut octo millium florenorum valore mercimonia poſſent impune ad terras, locaque Soldani Babylonici deferre. Unde conſtat tenuiſſe illum Januenſem ſedem uſque ad annum 1383. Quo ipſo anno Jacobus Fieſchus illi ſuffectus eſt. Siquidem cum Bartholomæus alienati animi, corruptæque fidei Urbano veniſſet in ſuſpicionem, ut irati Pontificis effugeret iram, coactus fuit profugus, & erro, omnique honore, & fortunis ſpoliatus, ſæpius ac ultro mutare exilia, quem cum deinde exoratus Urbanus à Carolo Rege Neapolitano, in priſtinum gradum gratiæ reſtituiſſet, ſive quia ille haud bona fide redierat in gratiam, ſive quia ſuſpicioſi Pont. non in totum exciderat ira, paulo poſt initæ conſpirationis in caput ſuum cum aliis quatuor Cardinalibus peregit reum, juſſitque Nuceriæ comprehendi Januario menſe 1383. varieque ac crudeliter tortum, deductum Januam, ubi Archiepiſcopali fulſerat dignitate, ſub lictore cæſum in mare demergi.

a De quo Chronicul D'Aquin. 9. 2. col. 613.



XLIV 19 JACOBUS Fliſcus præcipua nobilitate clarus, Januenſis Archiepiſcopus adlectus eſt an. 1383. ab Urbano VI. cujus in patrimonio S. Petri Vicarius fuit anno 1388. Præfuit annis 17. obiitque an. 1400. Felix Archipræſul, cujus tempore potiſſimus Januenſis civitatis theſaurus excellentia, & miraculorum fama conſpicuus, imago, inquam, Salvatoris noſtri precioſiſſima, non manufacta, quam ipſe Chriſtus Dominus Abagaro Edeſſæ Regi dono petenti tranſmiſerat, Eccleſiæ S. Bartholomæi Apoſtoli Ord. S. Baſilii Armenorum per Leonardum Montaldum Januenſium Ducem anno 1384. relicta, ut præcipuo cultu adoraretur, veneraretur que à Chriſtifidelibus, publici juris factus eſt. Hiſtoria ſic ſe habet ex Auguſtino Juſtiniano Nebienſi Epiſcopo: Leonardus Montaldus Januenſium duarum triremium Dux ſtrenuiſſimus

A accerſitus ab Imperatore Conſtantinopolitano recuperand. gratia nonnulla Oppida ab infidelibus occupata, quæ cum ille oppugnaſſet, & ingenii atque armorum vi hoſtes deviciſſet, tamquam de Imperio optime merito, hanc Chriſti Domini faciem ſanctiſſimam Imperator eſt elargitus, quam ille læto animo ſuſcipiens, ſecum in patriam detulit, & per annos plurimos magna devotione in propria domo, veluti cœleſtem thæſaurum adoravit. Reipub. Januenſis Dux, & gubernator electus, cum diem mortis ſibi imminere conſpiceret, hanc eandem Chriſti faciem coloribus vehementiſſimis ſplendentem anno ſalutis 1384. ſuo in teſtamento legavit Eccleſiæ S. Bartholomæi Armenorum cum perpetuis redditibus trecentarum librarum Jann. Jo: vero Eſchius in Inchiridion adverſus hæreticos tractatu de Imaginibus, de hac imagine ita loquitur: Euſebius Cæſarienſis, & Damaſcenus referunt Chriſtum miſiſſe imaginem faciei ſuæ Abagaro Edeſſenorum Regi, & ſervatur Januæ in Eccleſia S. Bartholomæi. Bzovius item de

B hac precioſiſſima imagine hæc ad annum 1384. ſcriptum reliquit tom. 15. Annal. Eccl. Apud Genuenſes Baſilica Divo Bartholomæo dicata hoc anno aucta eſt ſacro Sudario Redemptoris miranda imagine inſigni. Expreſſa eſt in eo hæc imago Chriſti Domini ex illius ſudore cum os ſibi eo linteo abſterſiſſet. Hanc Abagaro Regi efflagitanti ipſum Dominum miſiſſe, ſacræ hiſtoriæ tradunt. Montaldus Dux Genuenſium domi compreſſerat atque in ædium penetralibus religioſe aſſervarat hactenus: febre peſtifera correptus cum diem ſibi ſupremum cognoſceret, Reipublicæ dono dedit, ut in Æde Bartholomæjana reponeretur. Alii ſunt magni nominis viri, hæc etiam atteſtantes: legendus Auguſtinus Calcagninus in hiſtoria Edeſſanæ Imaginis, ubi perbelle probat, hanc eandem omnino eſse, quæ Januæ aſſervatur. Cæterum Joannes Damaſcenus lib. de fide Orthodoxa, Nicephorus lib. 16. hujus ſacratiſſimæ faciei mentio-

C nem faciunt, ob innumera quæ emanarunt miracula, à Patribus in Concilio Niceno II. relata: hanc etiam receptam fuiſse à Stephano Pontifice Max. in Concilio Romæ habito probat Adrianus primus in ſcripto de Imaginibus, quod ad Carolum Magnum fecit. De ejus translatione ab Edeſſa ad urbem Conſtantinopolitanam ann. 944. tempore Conſtantini Porphyrogeniti, adnotavit Aloyſius Lippomanus Veronæ Epiſcopus in Simone Metaphraſte, & Laurentius Surius ad decimam ſextam diem Auguſti, ut in Menologio Græcorum eadẽ die.

Primo hujus Antiſtitis anno fundari cœptum eſt Monaſterium S. Hieronymi de Quarto non procul a Janua Ord. Montis Oliveti. Primi promotores tres fuerunt Ordinis D. Auguſtini fratres profugi ab Hiſpania, & iram Joannis Caſtellæ Regis declinantes, Genuam ædificandi Cœnobium facultatem ab Urbano VI. obtinuerunt in hunc modum.

Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.
Dilectis filiis Sancio, & Turribio de Serra
D *fratribus domus s. Mariæ de Agnano*
Ord. s. Auguſtini Palentinæ diœceſis ſalutem, & Apoſtolicam
benedictionem.

Sacræ religionis ſub qua devotum, & ſedulum exhibetis Domino famulatum, promeretur honeſtas ut votis veſtris, illis præſertim per quæ divinus cultus augeri, & veſtra religio propagari valeat, favorabiliter annuamus. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, quod dudum iniquitatis filius Joannes, qui pro Rege Caſtellæ & Legionis ſe gerebat, & gerit, propriæ ſalutis immemor deliberaſſet, & aſſeruiſſet ſe & gentes Regnorum Caſtellæ & Legionis velle, & debere maledictionis alumno Roberto olim Baſilicæ duodecim Apoſtolorum preſbytero Cardinali, nunc Antipapæ, qui ſe Clementem Papam auſu temerario nominare præſumit, etiam poſt, & contra proceſſus per nos contra ipſum Robertum, & ſequaces, & fautores ſuos atque

adhæ-


A *adhærentes factos, & ſolemniter publicatos, per
quos eundem Robertum, tamquam hæreticum, &
ſchiſmaticum pronunciatum ſententialiter condemna-
vimus, tamquam Romano Pontifici . . adhærere,
ac favere, & ejuſdem Roberti Antipapæ mandatis
obedire; voſque attendentes quod in domo S. Mariæ
de Aganno Ordin. S. Auguſtini Placentinæ diœceſis,
cujus tunc tu fili Sancii Prior eras, propter tyranni-
dem dicti Joannis, qui perſonas Eccleſiaſticas com-
pellebat de facto ad obedientiam præfato Roberto,
non poteratis, prout nec poteſtis, ſalva conſcientia,
commode remanere, vos duo, & quidam alius ejuſ-
dem Ordinis profeſſor ad civitatem Januenſem in
noſtra, & Sedis Apoſtolicæ obedientia perſiſtentem
tranſtuliſtis. Cum autem ſicut eadem petitio ſubjun-
gebat, vos cupiatis in dicta civitate, vel diœceſi Ja-
nuenſi unum Monaſterium ejuſdem Ordinis, ſub vo-
cabulo S. Hieronymi, in quo poſſitis altiſſimo devo-
tum reddere famulatum, fundare, & conſtrui face-
re cum Eccleſia, campanili, campana, cœmeterio,
B ac domibus, & aliis neceſſariis officinis, pro parte
veſtra fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut vobis fa-
ciendi præmiſſa de ſpeciali gratia concedere digna-
remur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus incli-
nati, vobis fundandi & conſtruendi, ſeu fundari,
& conſtrui faciendi hujuſmodi Monaſterium cum cam-
panili &c. in loco ad hoc congruo, & honeſto &c. Nul-
li ergo &c.*

*Datum Romæ apud s. Petrum Non. Auguſti Pontif.
noſtri anno quinto.*

Interea dum Cœnobium ædificaretur, accidit,
ut Alphonſus de Vadaterra Hiſpanus Geennenſis
Epiſcopus ab eodem Rege Joanne deſæviente decli-
nans, Genuam conceſſerit, inventiſque ibi So-
dalibus Auguſtinianis inopia laborantibus pium
opus, tam propriis quam fidelium eleemoſynis ab-
ſolvendum curavit, & Eccleſiam in D. Hiero-
nymi nomen excitatam, defunctoque Sancin pri-
mo Priore, ex ſummi Pontificis voto Olivetanis
Monachis Monaſteriumque poſſidendum tradidit,
C pauloque poſt die 19. Auguſti 1388. mortalitatem
explevit, ſepultuſque eſt in eadem Eccleſia, ubi in
marmore parieti inſerto hæc leguntur verba.

*Hic jacet Reverendus Pater dominus Al-
phonſus de Vadaterra, natione Hiſpanus,
qui diſperſo patrimonio proprio propter
DEUM, relictoque Epiſcopatu Geenenſi,
ut pauper Chriſtum pauperem ſequeretur,
Eremiticam vitam duxit. Tandem Ja-
nuam veniens eleemoſynis fidelium ſub vo-
cabulo B. Hieronymi hanc fundavit Eccle-
ſiam, quam regi obtinuit per venerabiles
Monachos Ordinis M. Oliveti. Demumque
migravit ad Dominum, An. MCCCLXXXVIII.
die XIX. Auguſti.*


D



XLV. 20 PILEUM de Marinis, Ambroſii filium,
nobilem patritium Januenſem, Canonicum Patavi-
num, ac S. Sedis Apoſtolicæ Notarium, Boniſa-
cius IX. Januenſibus præfecit Antiſtitem an. 1402.
2. Kal. Decembris. Narrat Bzovius in Eccl. An-
nalibus ad annum 1404. hunc Archiepiſcopum ſim-
plicitate magis, quam maligna voluntate decep-
tum, cum Januenſi Clero defeciſse ad Benedictum
XIII. Pſeudo pontificem, idenque dignitate ſuiſse
exutum. Ceterum ut erat candidiſſimis moribus,
rectioris conſilii admonitum ſtatim reſipuiſse inque
Etruriam deſcendiſse, ut Eremiticam vitam ex-
coleret. Videtur tamen ad ſuam dignitatem reſti-
tutus fuiſse cùm Piſano Concilio anno 1409. &
Conſtantienſi deinde 1415. Italicæ nationis Procu-
rator interfuiſset. Oportet etiam illum paulo poſt
è vivis exceſſiſse, cum in libris Prov. Prælat. ſub
Martino V. anno 1418. quidam Clemens habeatur
Januenſis electus, de quo nulla extat mentio in
tabulis Januenſis Eccleſiæ. Marinum ſummis lau-
dibus extollit Folietta in elogiis, eumque auctorem
facit Magiſtratus miſericordiæ, cujus munus eſ-
ſet, bonorum Eccleſiæ quotannis diſtribuendorum,
tanta ſumma ex illis Archiepiſcopo relicta, quan-
ta ad cultum modice tuendum ſufficeret, reli-
B quam in uſu pauperum abſumere. Qua ſanctiſſima
lege (verba ſunt auctoris) Romani quoque Pontifi-
cis auctoritate, & decreto comprobata, atque ſan-
cita, facultatem bonis Eccleſiæ abutendi, illa-
que per luxuriam, & faſtum profundendi ſibi ipſe,
vir in primis memorabilis, & colendæ memoriæ,
ac ſucceſſoribus Genuenſibus Archiepiſcopis præ-
cidit. Ampliſſima enim Genuenſis Eccleſiæ vecti-
galia non in privatum cultum, domeſticumque
ſplendorem, aut in ſuorum opibus amplificandis ver-
tenda; ſed ad egentium inopiam ſublevandam à
piis hominibus relicta intellexit Pileus bonus Ar-
chiepiſcopus.

21 CLEMENS promotus legitur in lib. provi- XLVI
ſionum Prælatorum ad Januenſem Archiepiſcopa-
tum à Martino V. anno 1418. 5. Martii, de quo al-
tum ſilentium hactenus tenuere Januenſes ſcrip-
tores.

22 PETRUS, dictus Petrochinus, de Georgiis XL
Papienſis, ex Epiſcopo Terdonenſi, Novarienſis VII.
C Præſul fuit, ad hanc Archiepiſcopalem ſedem fuit
translatus anno 1429. menſe Novembr. paulo poſt
pro Mediolanenſi Duce functus legatione eſt apud
Rempublicam Florentinam. Haud diuturnior Pon-
tifex fuit.



D

23 GEORGIUM deinde Fliſcum ex Comiti- XL
bus Lavaniæ, antea Marianenſem in Corſica E- VIII.
piſcopum, ad Januenſem Eccleſiam tranſtulere
an. 1436. Eugenio IV. ſedente, annoque inſecuto
eidem etiam Senatorium detulit Galerum ad titu-
lum S. Anaſtaſiæ, factuſque Legatus Liguriæ, de-
ceſſit Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis anno 1461. cu-
jus corpus Januam relatum ſepelierunt in Cathe-
drali cum ſequenti epitaphio.

a De eo Ciaconius [illegible] tom. 2. col. 991.

*Sepulchrum Reverendiſſimi D. D. Georgii
Epiſcopi Oſtienſis Cardinalis de Fliſco Ar-
chiepiſcopi & Provinciæ Genuen. Legat.
Qui obiit in Chriſto MCCCCLXI. die XI.
Octob.*

Rexerat Januenſem Eccleſiam plus minus annis
tribus, & cum regreſſu dimiſerat anno 1439.

XLIX

a Laudatur à Creſcentio in Corona nobil. Ital. par. 2. p. 73. ubi plura habes de natalice familiæ pag. Plautia. Manuſcr.

24 JACOBUS Imperialis, a nobilis Januenſis, Abbas S. Stephani in ſuburbiis Ord. S. Benedicti ad Archiepiſcopalem patriæ ſedem ſublectus eſt an. 1439. die 23. Decembris ex ceſſione cum regreſſu Cardinalis de Fliſco, non ſine omnium Januenſium applauſu, ac congratulatione, qui muneri huic laudabiliter, utiliterque Archipræſul duodecim annis præfuit, obiitque anno 1452. Memorabilis eſt Jacobi tempore, ædificatio Cœnobii Fratrum Ordinis Prædicatorum de Obſervantia S. Mariæ de Caſtello, cum ſuppreſſione vetuſtiſſimæ Parochialis præbendæ, inſtantibus Thoma de Campo Fregoſo Duce, aliiſque nobilibus ex familia Juſtiniana: totum in diplomate Eugenii IV. quod oculis & manibus tractare mihi licuit, in hunc modum recenſetur.

Eugenius &c.

Venerabili fratri Epiſcopo Accien. & dilecto filio Priori Prioratus ſancti Theodori extra muros Januenſem ſalutem & Apoſtol. benedictionem.

Romani Pontificis providentia circumſpecta cunctarum Orbis Eccleſiarum ſolicitudinem gerens circa ea, quæ illarum directionem concernere noſcuntur, diligenter intendit, nec non ſublatis ab ipſis diſpendiis ſingulis, & univerſis circumſtantiis debite compenſatis nonnumquam proni etiam id pro divini cultus augumento, & Religionis propagatione, ac alias ſalubriter expedire conſpicit earum ſtatur alternat, atque commutat, grataque in eiſdem Deo plantaria ſubrogat, ut exinde Eccleſiæ ipſæ proſperis gratulentur eventibus, ac felicia in ſpiritualibus, & temporalibus ſuſcipiant incrementa.

*Sane pro parte dilectorum filiorum nobilis viri Thomæ de Campofregoſo Ducis, ac nonnullorum nobilium de Juſtinianis civium Januenſium nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet Collegiata ac Parochialis Eccleſia Beatæ Mariæ de Caſtello Januen. una ex antiquioribus Eccleſiis in civitate Januen. conſiſtentibus, ac alias nobilis, & inſignis, nec non in ea una Præpoſitura, quæ dignitas inibi principalis, ac curata, & electiva exiſtit, & quatuor Canonicatus, & totidem præbendæ, & nonnullæ perpetuæ ſine cura Capellaniæ pro uno Præpoſito, & quatuor Canonicis, nec non certis Capellanis inibi intromiſſis, & aliis divinis officiis perpetuo ſervire debentibus inſtituti fore noſcantur, tamen à multis annis citra Præpoſitus, Canonici, & Capellani interim exiſtentes dictæ Eccleſiæ, ſeu eorum major pars debitam apud eam reſidentiam facere neglexerunt, ac negligunt, illaque propterea, ac alias diverſimode in miſſarum celebratione, & divinorum exhibitione defectum non modicum, nec non plura in ſpiritualibus, & temporalibus ſuſtinuit, prout hodie ſuſtinet, detrimenta. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, Dux, & qui Parochiani dictæ Eccleſiæ ſunt cives prædicti provide conſiderent, ac ſperent, quod propter vitam laudabilem, nec non virtutes, & opera fructuoſa Religioſorum Ordinis fratrum Prædicatorum ſub illius regulari obſervantia degentium Eccleſia ipſa ſi illa, ſuppreſſis in ea Præpoſitura, Capellaniis, ac Canonicatibus, & præbendis prædictis, in domum Conventualem ejus Ordinis erigeretur, dictorumque ſupprimendorum res, & bona omnia ad uſum Prioris, & fratrum in domo ipſa pro tempore commorantium, & alias ad fabricam, & utilitatem dictæ domus perpetuo concederentur, & applicarentur, non ſolum exinde reformationem, & augmentum ſuſciperet, ſed univerſi de civitate prædicta, & alii fideles in ea pro tempore commorantes plurima ſuarum animarum utilitates, conſolationes, & gaudia ſentire debeant. Quare pro parte Ducis, & civium prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſuper his opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur cultus, & augumentum, ac Religionis propagationem hujuſmodi noſtris potiſſime temporibus, ubique locorum vigere intentis deſideriis affectantes, ac alias de præmiſſis certam notitiam non habentes hujuſmodi ſupplicationi inclinati diſcretioni veſtræ per apoſt. ſcripta mandamus, quatenus de præmiſſis omnibus, & ſingulis, ac eorum circumſtantiis univerſis, vos vel alter veſtrum auctoritate noſtra diligenter vos informetis, & ſi per informationem hujuſmodi ea vera eſſe reperietis, ſuper quo veſtram conſcientiam oneramus, Præpoſituram, necnon omnes, & ſingulos Canonicatus, & præbendas, ac capellanias prædictas, quarum omnium fructus, redditus & proventus centum, & quinquaginta florenorum auri de Camera, ſecundum communem æſtimationem, & valorem, ut ipſi Dux, & cives aſſerunt, non excedunt, in dicta prorſus, & omnino ſupprimere, & extinguere, illiſque ſuppreſſis, & extinctis Eccleſiam præfatam cum habitationibus, hortis, officinis, & pertinentiis ſuis omnibus, & contiguis, & ad ipſam ſpectantibus in domum Conventualem prædicti Ordinis pro uſu, & habitatione perpetua quorumdam fratrum Ordinis, & obſervantiæ prædictam creare, & erigere, nec non omnia, & ſingula Eccleſiæ, Præpoſituræ, Capellaniarum, & Canonicatuum, & præbendarum præfatorum, poſſeſſiones, cenſus, reſponſiones, & bona mobilia, & immobilia, nec non libros, calices, paramenta, cæteraque eccleſiaſtica ornamenta, domui erigendæ, ac fratribus præſentibus, & futuris Ordinis, & obſervantiæ hujuſmodi perpetuo, ac libere donare, applicare, & appropriare eadem auctoritate curetis. Ita quod liceat illis ex fratribus ipſis, quos magiſter Generalis pro tempore exiſtens dicti Ord. ad id duxerit eligendos, per ſe, vel alium, ſeu alios Eccleſiæ cum contiguis habitationibus, hortis, officinis, & pertinentiis, ac libris, calicibus, paramentis, & ornamentis hujuſmodi quamprimum ipſa Eccleſia in domum Conventualem per nos vigore præſentium erecta fuerit, ut præfertur, nec non Priori, & fratribus in dicta erigenda domo pro tempore degentibus quam primum ſimul, vel ſucceſſive veri Præpoſitus, Canonici, & Capellani Eccleſiæ præfatæ ceſſerint, vel deceſſerint, ſeu alias Præpoſituram, Canonicatus, & præbendas, ac Capellanias ipſas quomodolibet dimiſerint, etiam ſimul, vel ſucceſſive bonorum poſſeſſionum, cenſuum, reſponſionum, juriumq; & pertinentiarum prædictorum poſſeſſionem auctor. propria libere apprehendere, & perpetuo retinere, nec non illorum omnium, & ſingulorum fructus, redditus, & proventus ad uſum, fabricam, & utilitatem prædictos convertere, & exponere, inibique ſtructuras, & ædificia ad conventualitatem neceſſaria, & opportuna conſtrui facere, nec non ipſis præſentibus, & futuris fratribus in domo prædicta perpetuo habitare, & morari diœceſani loci, & cujuſcumque alterius ſuper hoc licentia minime requiſita, non obſtantibus privilegiis, ac literis per ſedem Apoſtolicam, vel alias quomodolibet Eccleſiæ Præpoſito, Canonicis, & Capellanis prædictis conceſſis, quorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus inſerti forent, haberi volumus pro expreſſis, nec non felicis rec. Bonifacii Papæ Octavi prædeceſſoris noſtri, illa præſertim, qua inter cætera prohibetur, ne fratres de Ordinibus Mendicantium in aliqua civitate domum de novo recipere præſumant abſque Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali, non faciente plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de prohibitione hujuſmodi mentionem, & aliis Apoſtolicis conſtitutionibus, nec non Eccleſiæ, & Ordinis prædictorum juramento continuatione Apoſtolica vel quacumq; firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus cæteriſq; contrariis quibuſcumque, aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de Præpoſitura, ac Canonicatibus, & præbendis, nec non Capellaniis hujuſmodi ſpeciales, vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus generales præfatæ ſedis, vel Legatorum ejus literas impetrarint, etiam ſi per inhibitionem, reſervationẽ, & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum; quas quidẽ litteras proceſſas ad Præpoſituram, Canonicatus, & præbendas, ac Capellanias præd. volumus non extendi, ſed nullam per hoc eis quoad aſſecutionem dignitatum, Canonicatuũ & præbendarũ, vel beneficiorum aliorum præjudiciũ generari, & quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis, & literis Apoſt. general. vel ſpecialibus quorũcũq; te-

norum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Nos enim ſi erectionem prædictam per vos vigore præſentium fieri contigerit, Priori, & fratribus in domo pro tempore degentibus hujuſmodi, ac eidem domui, ut omnibus, & ſingulis privilegiis, exemptionibus, indultis, & gratiis per ſedem prædictam, & alias quomodolibet aliis Ordinis hujuſmodi domibus, Prioribus, & fratribus generaliter conceſſis, uti valeant pariter, & gaudere, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium de ſpeciali gratia indulgemus, ac volumus, & ordinamus, quod propterea cura Parochianorum pro tempore exiſtentium Eccleſiæ prædictæ nullatenus negligatur, ſed per unum ex fratribus prædictis, vel ſecularem à Priore pro tempore exiſtente domus hujuſmodi ad id pro tempore deputandum ſacerdotem idoneum laudabiliter exerceatur.

Dat. Florentiæ anno Incarn. Dom. 1441. XVIII. Kal. Julii Pontif. noſtri anno XI.

Sunt in hac Eccleſia ſepulti plures ex Juſtiniana nobiliſſima familia viri clariſſimi, inter quos Paris Henrici filius ſacelli majoris fundator, qui ſibi, ſuiſque ſepulchrum poſuit, & Andreas Januenſium Dux.


Eodem anno 1441. Jacobus Archiepiſcopus, ut Eccleſiæ S. Bartholomæi, ubi ſacroſancta facies Salvatoris noſtri aſſervatur, venerationi conſuleret, & devotione permotus omnes Chriſtifideles per ſuas literas incitavit, iiſque gratiis, & indulgentiis exornavit, qui manus adjutrices apponerent ad theſaurum ſpecioſiſſimum conſervandum, congruiſque honoribus excolendum.

Jacobus Dei gratia Archiep. Januenſis.

Univerſis Chriſtifidelibus præſentes literas inſpecturis ſalutem, & benedictionem. Licet is de cujus munere venit, ut ſibi à fidelibus ſuis digne, & laudabiliter ſerviatur de abundantia pietatis ſuæ quæ merita ſupplicum excedit & vota bene ſervientibus ſibi multo majora retribuat, quam valeant promereri, nihilominus tamen deſiderantes Domino populum reddere acceptabilem, & bonorum operum ſectatorem fideles ipſos ad complacendum ei quaſi quibuſdam allectivis muneribus indulgentiis videlicet, & remiſſionibus invitamus, ut exinde reddantur divinæ gratiæ aptiores. Cupientes igitur ut Eccleſia S. Bartholomæi Ordinis fratrum S. Baſilii noſtræ Januenſis diœceſis, in qua ſacroſancta facies noſtri Redemptoris, Regi Abagaro in ſuæ fidei glorioſum præmium ut ipſa viſa à diuturna qua detinebatur liberaretur infirmitate, exitit collocata, congruis honoribus frequentetur, & ut Chriſtifideles ad eamdem Eccleſiam libentius confluant, & ad dictam faciem debite collocandam manus porrigant adjutrices, quo ibidem uberioris dono cœleſtis gratiæ viderint ſe refectos, de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ac beati Laurentii Martyris patroni noſtræ Eccleſiæ Januenſis meritis, & auctoritate confiſi, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui quolibet anno in feſtis principalibus, videlicet, in Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti, Circumciſione ejuſdem, Epiphaniæ, Reſurrectionis, Aſcenſionis, & Pentecoſtes, & in omnibus Beatiſſimæ Mariæ Virginis Matris feſtivitatibus, ac ejuſdem B. Bartholomæi ſolemnitate, nec non ſingulis diebus Dominicis, Duodecim Apoſtolorum, & ſanctorum Quilici, & Juditæ, & s. Georgii ſanctiq; Baſilii feſtivitatibus devote viſitaverint, annuatim & quotieſcumq; prodicta ſacroſancta facie collocanda manus porrexerint adjutrices, quadraginta dies de injunctis eis pœnitentiis auctor. noſtra in Domino miſericorditer relaxamus.

Datam Genuæ in palatio noſtro Archiepiſcopali de ſancto Laur. ſub noſtro Pontificali ſigillo in teſtimonium præmiſſorum anno à Nativitate milleſimo quadrageſimo primo, die nona menſis Auguſti pontifi-

catus ſanctiſſimi in Chriſto patris, & domini noſtri D. D. Eugenii divina providentia Papæ IV. anno II.



(a) 25 PAULUS de Campo Fregoſo, ex Prothonotario Apoſtolico Jacobo ſuffectus eſt anno 1453. die 7. Id. Feb. eodemque anno Januenſis Reipublicæ Dux adlectus atque à Sixto deinde IV. Cardinalis creatus, legatuſque contra Turcas, qui Hydruntum ceperant. Januenſem autem Rempublicam Dux & Archiepiſcopus incredibili præſentia animi adminiſtravit, pluresque conſpirationes oppreſſit. Sub Alexandro VI. Campanica legatione functus eſt. Romæque deceſſit ſub eodem Pontifice anno 1498. 13. Kal. Aprilis, ſepultuſque eſt in Eccleſia ſanctorum Apoſtolorum. Hujus Cardinalis elogium Folietta eleganter perſcripſit, ejuſdemque meminit Garimbertus lib. 5. capit. 4. Piuſque II. in comm. Leander Albertus, omneſque qui de Januenſium rebus ſcripſere. L.

a De a Ciaconius Oldoini t. 3. col. 73




26 JOANNES MARIA Sfortia, quem Ammiratus Polydorum appellat, ex damnato concubitu filius Ducis Franciſci Mediolanenſis, frater Galeazzii, patruuſque Ludovici Mori Mediolanenſium Ducum, ad Januenſem ſedem pervenit anno 1498. die 25. menſis Martii Alexandro IV. Pontifice. Obiit anno 1513. quo præſule claruit ſanctitate morum Jacobi Fliſci Neapolitanorum Proregis filia, Juliani uxor, quæ migravit ad Dominum anno 1510. 8. Kalend. Octobris, cujus corpus integrum in majore Hoſpitali ſervatur religioſiſſime. LI.

27 INNOCENTIUM Cibum, (b) Franciſci Comitis Angullariæ, ex Magdalena Medicea Leonis X. ſorore filium, patruus Pontifex Maximus, & Cardinalem, & Januenſem Archiepiſcopum adlegit anno 1513. inſuper S.R.E. Camerarium, Bononiæ Æmiliæque legatum. Eo tempore quo Clementem VII. in Hadriana Mole durior obſidio cinxit, plures Innocentius civitates Eccleſiaſtici juris in fide continuit, ne ad hoſtes deficerent, inque Parmenſi congreſſu, ubi plures Cardinales Apoſtolicam Sedem Avenionem reducendam cenſebant, eam præcipitem deliberationem optimis rationibus, conſiliiſque ex præteritorum temporum ca- LII.

b De eo Ciaconius Oldoini tom. 3. col. 341.

(a) Sunt, qui volunt, Antoniottum Pallavicinum Januenſem Archiepiſcopum creatum an. 1489. ut notat Ciaconius Oldoini tom. 3. col. 139.



calamitate ſapienter petitis, opportuniſſime jugulavit. Nec minus viriliter ſe geſſit, cum in ea Reipublicæ Florentinæ converſione, ac perturbatione rerum poſt cædem Alexandri Medicei, Coſmum Medicem adoleſcentulum, tamquam defuncti propiorem affinem ejus Reipublicæ Ducem creandum curaverit; à quo pro tanto beneficio accepto petiit ſulum, ut juſtitiæ propugnator, Imperatori obſequens, & ad ejus cummoda paratus, ultorque parricidæ Laurentini Medicis eſſe vellet, quæ omnia ut facile prudentiſſimus Princeps facturum ſe eſt pollicitus, ita deinde cum mulra laude, ac fructu ſuo, ſuæque familiæ cumulate præſtitit: hoc egregio facto eximie ſibi Caroli Imperatoris voluntatem devinxit, adeoque eharus fuit, ut inter intimos præcipuoſque amicos Principes ab eodem habitus ſit, ut ſcribir Folieta in elogiis. Cæterum Innocentius omnes ſui ſæculi Cardinales opibus, titulisque ſuperavit, quippe qui Alerienſem, Marianenſem, Vintimilienſem, Bertinorii, Taurinen. Maſſilien. Eccleſias, pluraque alia opima ſacerdotia ſuſcepiſſet adminiſtranda. Romæ deceſſit anno 1550. Sepultuſque eſt in Eccleſia S. Mariæ ſuper Minervam ad pedes Pontificis Patruelis, ubi hęc leguntur in marmorea tabula.

D. O. M.

Innocentio Cibo Januen. Diac. Card. Bonifacii IX. Tomacelli Pont. Max. agnato, Innocentii VIII. Pont. Max. nepoti, Leonis X. Pontif. Max. Sor. Germanæ F. Clementis VII. Pont. Max. Sor. Patruelis F. Vixit an. LVIII. m. VII. d. XIX. Card. XXXVII. an. fuit. Deceſſit idibus Aprilis an. MDL. ſui poſuere. Vivite ut morituri.



LIII. 28 HIERONYMUS Saulius Januenſis, præcipua nobilitate clarus, nec poſtremum ſuæ generis decus, Barenſis Archiepiſcopus ad patriam ſedem translatus eſt à Julio III. Pont. Max. anno 1550. die 18. menſis Aprilis. Hic Patres ſocietatis Jeſu Januæ ad pietatem, & eruditionem diſſeminandam excepit anno 1553. Cujus facti meminit Orlandinus lib. 13. hiſt. Societatis. Hieronymus tandem bene functus ſuo munere annis novem, deceſſit anno 1559. ſepultus in majorum ſepulchro. De Saulia familia legendus Octavianus Saulius lib. 3. ſelect. Carm.



29 Fr. AUGUSTINUS Salvagus nobilis Januenſis, Ordinis Prædicatorum inſignis Theologus, & præcipua bonitate clarus, ex Epiſcopo Accienſi in Corſica, ex delectu Pauli IV. Pontif. Max. ad Januenſem Archiepiſcopatum translatus eſt anno 1559. die 17. menſis Aprilis. Interfuit Concilio Tridentino. Mortuus eſt omnium bonorum luctu anno 1567. & ſepultus in Metropolitana cum hoc epitaphio. LIV

D. O. M.

Auguſtinus ex nobili atque priſca
Salvagorum familia ortus
Genuenſium Antiſtes, ſacræ paginæ
profeſſor,
pietate, ac moribus ornatus,
Obiit anno à partu Virginis MDLXVII.
Pridie Cal. Octobris.



30. CYPRIANUS Pallavicinus a Patritius Januenſis ad hanc eandem ſedem promotus eſt an. 1567. die 13. menſ. Nuvembris, plures annos illam eximie rexit, accitoque coadjutore Antonio Saulo, cum ſpe futuræ ſucceſſionis, mortuus eſt, ex cujus clariſſima familia duo item Cardinales, cum plurimis aliis Illuſtriſſimis Preſulibus prodiere, in quibus (verba ſunt Folietæ in elogiis) Petri Franciſci, & Cypriani virtus enituit, quorum ille Aleriæ Epiſcopus, dum in paſtoris muneribus obeundis nihil ſibi parcit, morbo ex Corſicæ noxio cœlo contracto exceſſit. Hic Genuenſem Eccleſiam Archiepiſcopus regit, quaque diſciplina ſibi commiſſos ſacerdotes formare contendit, ejus ipſe præclarum ſpecimen vita & moribus exprimit; Petrus Franciſcus peracri, & vivido ingenio fuit eximius Pontificii, & Cæſariani juris interpres neque elegantis eruditionis expers. Cyprianus primos annos politioribus literis, Philoſophiæ ſtudiis dedit, mox ſe ad ſacram doctrinam convertit, in qua haud contemnendos fecit proceſſus. Hæc de Cypriano Archipræſule, LV.

a De hoc Oldoinus in Athen. Ligustico. Manusc.

ejuſ-

ejuſdemque fratre Petro Franciſco Epiſcopo Alerienſi. Obiit Cyprianus anno 1586. Sepultus in Cathedrali, prope ſacellum ſanctorum Petri & Pauli humatus, cum hoc epitaphio, quod hic præfigo.

C. P. A. G.
mortem præ oculis ſemper habens vivens ſibi poſuit. MDLXXV.

Ibidem.

Cyprianus Pallavicinus Archiep. Jan. auctoritatis & modeſtiæ ſuæ triſte patriæ deſiderium relinquens. Obiit anno M. D. LXXXVI. ætatis vero ſuæ LXXVI.

Eodem Cypriano ſedente, Sixtus Senenſis Dominicanus obiit Januæ 1569. ibique ſepultus in Conventu ſui Ordinis S. Mariæ de Caſtello, & Obertus Folieta hiſtoriarum patriæ ſuæ clariſſimus ſcriptor ann. 1581. Nec prætereundum, quod Cyprianus cineres ſacros Joannis Baptiſtæ Præcurſoris Domini in hierotheca argentea incluſit, in qua hæc ſunt inſculpta verba.

Divi Præcurſoris cineres atque oſſa quæ in capſula argentea ſparſæ jacebant Cyprianus Pallavicinus Archiepiſcopus Ianuenſis, ac Iacob. Vtvaldus, & Io. Paulus Iuſtinianus & Conſiliarii Sodalitatis ejuſdem Præfecti, in hunc venuſtum modum componi curarunt, procurante Io. Antonio Taccio MDLXXVI.

Porro Sodalitas ſanctiſſimi Præcurſoris in Cathedrali fuit inſtituta anno 1299. Archipræſule Porchetto, quam gratiis, & privilegiis exornavit, conſentiente Capitulo: idem fecerunt plures alii Archiepiſcopi, pluresque ſummi Pontifices, quorum gratias recenſentur ab Innocent. VIII. in ſuo diplomate Datum Romæ apud ſanctum Petrum an. 1485. 6. Non. Maji Pont. 1. quod extat in hiſt. Præcurſoris edita ab Auguſtino Calcagnino.

LVI. 31 ANTONIUS Saulius, a filius Octaviani Senatoris, lectiſſimæque feminæ è gente Juſtiniana, à primis annis Florentiæ, Bononiæ Patavíique literis operam dedit, Romamque inde profectum, Pius IV. utriuſque Signaturæ Referendarium effecit. Sub Gregorio vero XII. Neapoli ſtataria legatione functus eſt, ubi cum quinque annos commoratus fuiſſet, libertatis Eccleſiaſticæ acerrimum defenſorem ſe geſſit, ita ut idem Pontifex in Luſitaniam illum legaverit ad Henricum Cardinalem, & Regem, ut ei potiſſimum auctor eſſet ſucceſſorem Regni eligendi, ne poſt ejus exceſſum, pœnitenda, exitioſaque Luſitaniæ Regno converſio rerum conſequeretur. Quo defuncto apud Philippum II. Regem eodem legationis munere functus eſt, donec intentatis armis Luſitaniæ Regno tum belli, tum hæreditatis jure potiretur. Rediit deinde Romam, eundemque gratiæ gradum apud Sixtum V. obtinuit, quem ſibi apud Gregorium præclare geſtis aperuerat. Itaque an. 1585. die 27. menſis Novembris ab ipſo coadjutor Cypriani Archiep. Januenſis adlectus eſt, cum futuræ ſpe ſucceſſionis, eidemque defuncto, in Archiepiſcopatu ſucceſſit. Anno vero 1587. die 8. menſis Decemb. presbyt. Card. ad titulum S. Vitalis renunciatus, legatuſque Pontificiæ claſſis quam Sixtus V. contra Turcas, Pirataſque, qui Romana littora latrociniis, raptuque habebant infeſta, adornandam curavit: ei negotio parem ſe præbuit Saulius. Quamobrem apud ſucceſſores Pontifices eodem gratiæ gradu, per tot annos, quibus floruit in Romana Aula dignitatem ſuam tutatus eſt. Igitur apud Greg. XIV. titulum s. Stephani in monte Cœlio adeptus eſt, Januenſique Archiep. munere cum aulicis diſtentus negotiis Eccleſiam illam non niſi abſens poſſet adminiſtrare, libens volenſque abivit anno 1591. Porro quæ fuerit Saulii vigilantia, & eximia virtus in Januenſi Eccleſia adminiſtranda, marmorea inſinuat tabula in Archiepiſcopio affixa eo ipſo anno, quo ille ad purpuram fuerat evocatus à Sixto, in hunc modum.

a De eo Ciaconius, Oldoini t. 4. col. 159. & citatus Oldoinus Athenæo [illegible]

Quod S. R. Eccl. Sereniſſ. Januen. Reipub. ac bonis omnibus fauſtum, felix, fortunatumque ſit. Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. Antonius Saulius dum univerſa diœceſi procurata, cultu Dei aucto, ſacris ceremoniis reſtitutis, cleri controverſiis ſedatis, legibus ad religionem ac tranquillitatem ſacris virginibus, confratribuſque compoſitis, harum quoque ædium pavimenta, porticus, parieteſque decorandos curavit. Romam à S. D. N. Sixto V. ultro accerſitur incredibili omnium conſenſu ex Archiep. Januenſi S. R. E. Card. pronunciatus eſt anno à Nat. Domini MDLXXXVII. menſe Decembris.

Deinde Saulius Romanas omnes Congregationes ſuffragio, votoque ſuo conſultiſſime juvit. Anno 1601. à titulo ſanctæ Mariæ Transtyberim, ad Albanenſem Epiſcopatum tranſivit, deinde ad Sabinenſem, mox & ad Portuenſem, donec 1620. Oſtienſi titulo inſignitus eſt, ætatis dignitatiſque honore ſacri Cardinalium Collegii Decanus declaratus. Comitiis ſummorum creandorum Pontificum octavum interfuit, poſtremo autem ubi Urbanus Octavus declaratus eſt, annorum, ſpeique plenus Gregorio XV. ſuccedendi, ex incommodis Conclavis febre contracta deceſſit, non ſine totius Romanæ Aulæ dolore, quæ ſingularis prudentiæ Cardinalem ſe querebatur amiſiſſe. Incidit ejus obitus in diem 24. menſis Auguſti an. 1623. depoſitumque ejus cadaver eſt apud S. Mariam de Populo, ut vocant, deinde relatum Januam exceperunt majorum ſepulchro.



32 ALEXANDER Centurionus, nobilis Januenſis, Apoſtolicæ Cameræ clericus, anno 1591. die 9. menſis Auguſti patriæ ſedis ſublectus eſt Archiepiſcopus. Quinque omnino annos Januenſem prudenter adminiſtravit Eccleſiam, deinde miſſionem obtinuit. Romæ jus dixit cum titulo Gubernatoris an. 1596. functuſque eſt Vicelegatione Ferrarienſi, anno 1598. vir magno ingenio, eximiæque exiſtimationis apud omnes. Tribus ante annis ab Alexandri inauguratione Joannes Auguſtinus Centurionus ejus gentilis, proprio ære Genuenſem Clerum ab Apoſtolicæ Cameræ debito perpetuo liberavit, ut marmorea inſcriptio in Cathedrali prope majorem portam proloquitur, quam hic exhibendam duximus ad viri clariſſimi, & de Januenſi clero benemeriti perennandam memoriam. LVII.

D. O M.

Jo. Auguſtino Centuriono F. Danielis Juris Utriuſque Doctore D. prioratus ſancti Victoris perpetuo commendatario, majoris Eccleſiæ Canonico, & protonotario Apoſtolico, quod ex ære proprio Genuenſem Clerum Sixto V. P. M. annuente ab Apoſtolicæ Cameræ debito liberavit ſpolio, idem tanti muneris ergo perenniter duraturum poſuit, dignaque ob id alta in Joannis Anto-

nii


nii Recataliata Not. actis anno MDL XXXVII. die xvii. Novemb. dicavit.



LVIII. B 33 **MATTHÆUS** Rivarola, nobilis Januenſis, Abbas S. Antonii Parmenſis, ex Centurionis ceſſione patriæ Archiepiſcopus conſtituitur à Clemente VIII. anno 1596. die 10. menſis Martii. Deceſſit autem anno 1600. Parmæ, in Cathedrali vero Januenſi prope ſacellum ſancti Joannis Baptiſtæ hoc ad tumulum cenotaphium lapidi inſculptum legitur.

Matthæo Rivarolæ Vincentii F. qui reſtituto Parmæ D. Antonii Cœnobio pieque gubernato, ſacra ibidem præſervatarum virginum familia, ex ſuo cenſibus perpetuis fundata, Januenſi Archiepiſcopatu per imperium Clem. VIII. Pont. Max. invite ſuſcepto, nec ſancte minus, quam laborioſe geſto, novaque ædium ædificatione, redditibuſque aucto, Parmæ morbo gravi oppreſſus an. Jub. MDC. ætatis ſuæ vero LXIV. Ut in cœlo viveret mortuus eſt.

C



LIX. 34 **HORATIUS** Spinula a, Januenſis, patritia nobilitate clarus, utriuſque Signaturæ Referendarius, Bononiæque Vicelegatus Rivarolæ ſucceſſit anno 1600. die 8. menſis Decemb. Bononiæque inauguratus fuit ab Alphonſo Paleotto illius civitatis Archiep. prima die ineuntis Aprilis ſequentis anni. Poſt exceſſum Clem. VIII. Cuſtos conclavis à ſacro Cardinalium Collegio adlectus eſt, Burghique Gubernator, cumque Paulus V. Burgheſius evaſiſſet ad ſedem, prolegatione Ferrarienſi fungi juſſus eſt. Anno vero 1606. Purpura ſenatoria eſt inſignitus, ac legatione à Latere Ferrarienſis Ducatus, quem ſumma cum laude prudentiæ decem annos adminiſtravit. Novam arcem ibi, novis extructis aggeribus, adjectiſque novis munitionibus, reddidit inexpugnabilem. Portam Paulam aperuit, alteramque quam in honorem Pauli Pontificis Burgheſiam appellari mandavit. Religioſos Ordines æque ſemper dilexit, Capuccinos fratres autem præcipue, quorum firmandæ Eccleſiæ primum lapidem jecit. Revocatus Romam, publicoque Conſiſtorio honorifice exceptus, Non. Februarii anno 1616.

a De eo Ciaconius Oldoin. t. 3. col. 406.

A laudatus à Pontifice roſeum pileum excepit ad titulum S. Blaſii cumque poſt aliquot menſes Januam profectus fuiſſet, ut Eccleſiæ ſibi commiſſæ adminiſtrationi præſens admoveret manus, levi primum morbo contracto, ingraveſcenti deinde febri non ſine lachrymis ſuorum brevi deceſſit è vivis die 24. menſis Junii ejuſdem an. 1616. Sepultuſque eſt in Metropolitana. Antiſtes ſane, cujus memoriam percolere poſſit omnis poſteritas, quique ſuis majoribus æmula virtute ſimilis aliis è ſua gente purpuratis futuris incomparabile exemplum prudentiæ ad imitandum reliquerit.

[,, *Horatius filius Ioannis Spinulæ, ac Hierony-*
,, *mæ Auriæ ſororis ſtrenui ducis Ioannis Andreæ*
,, *utroque genere nobiliſſimus, à puero humanioribus litteris in ſeminario Romano, juriſprudentiæ*
,, *in Ticinenſi, ac Patavina Academiis operam de-*
,, *dit. Lauream Doctoratus perfectis ſtudiis conſe-*
,, *cutus Neapolim aliquantiſper relaxandi animi*
,, *gratia ad ſuos ibi Conſanguineos præclariſſimos*
B ,, *ejuſdem Regni Dynaſtas contendit. Et ut erat pro-*
,, *penſo ad pietatem animo, nobiliſſimo Ss. Trinitatis*
,, *ſodalitio ea in urbe ad peregrinorum, & convale-*
,, *ſcentium commodum recens inſtituto, nomen ſuorum exemplo illicò dedit, illudque integerrimæ*
,, *vitæ ratione, opibuſque collatis plurimum auxit.*
,, *Romam verò cum rediiſſet, ne uſquam ab incœpto*
,, *deſiſteret, Archiſodalitio ſub eodem auguſtiſſimæ*
,, *Trinitatis auſpicio, in Urbe florenti adſcribi vo-*
,, *luit. Autumnalibus autem feriis cum Neapolim*
,, *reverteretur, ibi unicè illi in votis, atque adeo*
,, *in deliciis fuit ſodalitatem ſuam Peregrinorum*
,, *frequenter inviſere, ac pietatis officiis ſedulo illic*
,, *vacare. Curam denique omnem, ſtudiumque eo*
,, *ſemper intendit, ut aut abſens per litteras, aut*
,, *præſens exemplo eximium hoc Chriſtianæ pieta-*
,, *tis opus, quoad fieri poterat, promoveret. Ma-*
,, *ximo ad hoc incitamento illi fuere præſignes, ac*
,, *ſpectatæ per id temporis ſanctimoniæ viri Franciſcus Maria Tauruſius S. R. E. poſtmodum Cardi-*
C ,, *nalis, Iuvenalis ab Ancina, qui Salutiarum An-*
,, *tiſtes obiit, Alexander Borla, Antonius Talpa,*
,, *aliique id genus Oratorii primum Romani à D.*
,, *Philippo Nerio inſtituti, Neapolitani deindè de-*
,, *cora, & ornamenta, qui Ss. Trinitatis ſodalitium*
,, *ſpiritu communis ſ. conditoris imbuerant. Adju-*
,, *tor etiam non levis momenti in omnium Chriſtianarum lucro virtutum Horatio itidem fuit Joan-*
,, *nes Franciſcus Araldus unus è Societate Jeſu, qui*
,, *Neapolim non ſine magno animorum fructu jam-*
,, *pridem advenerat, ac ſodalitatem illam tunc ſpi-*
,, *ritualiter procurabat. Has igitur dotes latere in*
,, *Horatio neutiquam paſſus eſt Sixtus V. P. Max. il-*
,, *lum enim U. S. Referendarium, & S. Iacobi incu-*
,, *rabilium protectorem, Clemens VIII. Bononiæ*
,, *Vicelegatum, quam Urbem Summo omnium plau-*
,, *ſu ſolus aliquando rexit, adminiſtravitque, &*
,, *1600. die 6. Decembris Genuenſem Archiepiſcopum*
,, *renunciavit. Poſt Clementis VIII. obitum cuſtos*
,, *conclavis à ſacro Cardinalium collegio, Burgique*
D ,, *Gubernator adlectus. Paulus V. qui tunc Ponti-*
,, *fex evaſit, prolegatione Ferrarienſi fungi juſſit,*
,, *& 1606. Purpura Senatoria inſignivit cum lega-*
,, *tione à latere ejuſdem Ferrarienſis Ducatus, quem*
,, *ſumma cum laude prudentiæ per 11. ferè annos ad-*
,, *miniſtravit. Novam arcem ibi novis extructis ag-*
,, *geribus, adjectiſque novis munitionibus reddidit*
,, *inexpugnabilem. Duas portas aperuit, unam*
,, *Pontificis nomine Paulam, alteram cognomine*
,, *Burgheſiam appellari voluit; Religioſos Ordines*
,, *omnes ſemper dilexit, Capuccinos autem Fratres*
,, *præcipuè, quorum firmandæ Eccleſiæ primum la-*
,, *pidem jecit. Revocatus Romam inter Presbyteros*
,, *Cardinales exceptus Nonis Februarii An. 1616.*
,, *laudatus à Pontifice roſeum pileum cum titulo S.*
,, *Blaſii de Anulo accepit. Poſt aliquot menſes Ge-*
,, *nuam ſe contulit, ut Eccleſiæ ſibi commiſſæ admi-*
,, *niſtrationi præſens admoveret manus, quam li-*
,, *cet abſens, ſemper tamen rexerat magna cum vi-*

,, gilan-

gilantia, & auſteritate; erat enim ita Eccleſiaſticæ Diſciplinæ rigidus exactor, ut non pauci Clerici vitæ liberioris ſtudioſi Patriam desererent aliò migrantes. Rigorem hunc, quem junior in ſodalitio Neapolitano Ss. Trinitatis induerat, & in vita privata, & in magiſtratibus, quos geſſit, ſemper ſibi par ſervavit. Levi tandem morbo primum contracto, ingraveſcente dein febri, non ſine lachrymis omnium ævo dignus è vivis exceſſit eod. An. 1616. die Sacra Natalitiis Ioannis Baptiſtæ, in cujus ſacello, Cinerum dicto, ſingulari Reipublicæ beneficio collocatus. Antiſtes moribus, & vultu conſpicuus, nil niſi ſemper de Chriſtianæ Religionis incremento meditatus, cujus ſanè memoriam percolere poſſit omnis poſteritas, quique ſuis majoribus æmula virtute ſimilis, aliis è ſua gente Purpuratis futuris incomparabile exemplum prudentiæ ad imitandum reliquerit. Nulla dies accidere poterat Neapolitano ſodalitio Ss. Trinitatis hac luctuoſior, quæ illam filio orbavit tot, tantiſque nominibus de ſe benemerentiſſimo. Et ut in ejus funere Genuæ oravit Hieronymus Geſſi, ita & Neapoli Gregorius Maſtrilli ambo oratores clari è Societate Ieſu, hac inſuper epigraphe illius meritum coronavit.


Horatio Spinulæ, Archiepiſcopo Genuenſi, & S. R. E. Cardinali, generis nobilitate, magniſque in Chriſtianam Rempubl. meritis præclariſſimo, quod hanc ſodalitatem, cui admodum juvenis nomen dederat, præſens Virtutum exemplis, abſens ſingulari Beneficentia cumulavit, Primicerius, & Cuſtodes grati animi ergo.



LX. 35 DOMINICUS de Marinis, *a* vetuſta nobilitate, & propria virtute clarus, Epiſcopus Albingauenſis, ad patriæ ſuæ ſedem Januenſem translatus eſt die 18. menſis Julii anno 1616. Paulo V. ſedente. Sub Urbano Papa VIII. diuturniori mora Romanam Urbem adminiſtravit, à quo factus eſt Patriarcha Hieroſolymitanus. Deceſſit autem Dominicus Januæ, dum ſibi creditam Eccleſiam diligentiſſime adminiſtraret anno 1635. Sepultus in Metropolitana paterno tumulo cum hoc epitaphio.

a De quo Oldoinus in Athen. Liguſtico, Mendoſ.

Dominicus de Marinis
Patriarcha Hieroſolymitanus,
Archiep. Ianuenſis
novem Pontificatus varia fortuna emenſus
plurium per pontificiam ditionem
Provinciarum ipſiuſque
Romæ mutua bonorum gratulatione Præfect.
xx. ferme annis
in patria boni Antiſtitis, ac boni civis
muneribus apprime perfunctus.
Obiit an. MDCXXXV.
oſſibuſque ſuorum, & ſua juſſit oſſa componi
ex Sen. Conſ. P.



36 STEPHANUS Cardinalis Durazzius, *b* Petri Januenſium Ducis filius, ex Theſaurario Apoſtolico vocatus eſt ad purpuram ab Urbano VIII. Pontif. Max. à quo item Januenſem Archiepiſcopalem ſedem obtinuit anno 1635. 2 die Maji, Ferrariæque legationem. Adeo pie, ſancteque Januenſem gubernat Eccleſiam, ut ab Urbano Pontifice Januenſis populus nihil melius videatur potuiſſe expetere, quam ſub tanto Paſtore vitam tranſigere. LXI

b De Cardinalis Oldoinus t. 4. col. 591.

ADDITIO.

Stephanus Cardinalis Duratius Clericorum Seminarium multo patrimoniali ære conſumpto circa annum 1658. conſtruxit, opus ſanè conſpicuum, & inter principaliora Genuæ ædificia adnumerandum; pro alendis Clericis ſufficientes redditus reliquit, & in præſentiarum propter egregiam regnantis Archiepiſcopi curam, centum Clericos numerat, quinque ad eos erudiendos aſſignatis magiſtris, quorum unus nuperrimè ab Eminentiſs. Cardinali Archiepiſcopo adauctus. Multa alia ad ſui gregis ædificationem Religioſa Cœnobia, partim exornavit, partim extruxit, aſſignato etiam ad Religioſorum ſuſtentationem perpetuo ſuſſidio. Poſt viſitatam diœceſim Synodum celebravit anno 1643. die 21. Aprilis; & tandem Romæ virtutibus, & meritis plenus obiit die 22. Julii 1667.

JOANNES *Baptiſta Spinula, qui aſſumpto Archiepiſcopali onere, & honore Eccleſiam per annos 17. prudentiſſime gubernavit, licet interea Gubernatoris in urbe, & Congregationis Epiſcoporum, & Regularium negotiis præpoſitæ munus laudabiliter exercuerit, hac deinde in manus Innocentii XI. reſignata ab eodem ad Sacram Purpuram evectus eſt anno 1681. die 1. Septembris ſub titulo Cardinalis ſanctæ Ceciliæ.* LXII

JULIUS *Vincentius Gentilis ex Illuſtriſſima Prædicatorum familia Archiepiſcopus anno 1681. creatus à S. memoriæ Innocentio XI. Præſul omnium memoria dignus, propter egregias animi dotes, propter ſingularem pietatem, & erga ſuam Eccleſiam, & Clerum benevolentiam, & propter eminentem Theologiæ ſcientiam, quam in propria Religione ad annos 13. & ultra feliciſſimo omnium plauſu docuit. Synodum Diœceſanam convocavit anno 1683. die 6. Aprilis, quam poſt tres dies dimiſit, firmatis in ea optimis decretis, & ſtatutis. Univerſæ carnis domum ingreſſus eſt anno 1694. die 16. Julii; ejuſque corpus quieſcit in Eccleſia S. Mariæ de Caſtello ſuæ Religionis, ejuſque tumulo ſequens ſuperſcriptio appoſita.* LXII

D. O. M.

Illuſtriſsimus & Reverendiſsimus D. Julius Vincentius Gentilis è ſacra Prædicatorum familia ad Genuenſis Archiepiſcopatus inſulam aſſumptus, cum vivens ſuæ immortalitati virtutum omnium cultu conſuluiſſet, moriturus, nominis æternitate contempta, ſeſe Religioſiſsimo exemplo amatiſsimæ Religioni in hunc tumulum modeſtia reſtituit. Tu quantus hic ſit, ex eo quod fue-

rit,

„ rit, & eſſe noluerit, metiri viator, & cineres venerare.

LXIV „ JOANNES *Baptiſta Spinula q. Felicis ab Eccleſia Lunen. & Sarzanen. ubi erat Epiſcopus, ad Januenſem vocatus ab Innoc. XII. anno 1694. die 7. Septembris. Præſul Eccleſiaſticæ juriſdictionis acerrimus, & conſtantiſſimus defenſor, poſt paſtum laudabiliter gregem per annos II. circiter ad immortalem vitam ſenio confectus tranſitum fecit anno 1705. die 7. Januarii, ſepultus in Eccleſia S. Catharinæ Monachorum Caſinenſium, ad altare B. M. Virginis de Monteferrato ipſius familiæ.*

LXV „ LAURENTIUS *Fliſcus, Avenionenſis Archiepiſcopus, & apud Ludovicum XIV. Francorum regem extraordinem Nuncius Apoſtolicus, ad hanc Metropolitanam ſedem tranſlatus eſt die 18. Maji 1705. anno inſequenti à Ss. D. N. Clemente XI. die 17. Maji inter S.R.E. Cardinales cooptatus ad tit. S. Mariæ de Pace.*]

ACCIENSES EPISCOPI.

IN Corſica Etruriæ adjacente Inſula Accienſis civitas ſita eſt, olim frequentia populi celebris, nunc vero ſuis ipſis ruinis ex deſide, inſalubrique cœlo tantum vota mortalibus. Olim Epiſcopali dignitate inſignita erat, Januenſique Metropolitanæ ſuffragabatur, Illam in Cathedralem erexit Innocentius II. anno 1133. pro cathedrali eidem attribuens Eccleſiam S. Petri de Atho, proque Diœceſi Plebaniam Marianenſem, alteramque Alerienſem, ea conditione, ac lege ut Metropolitanum Januenſem agnoſceret, ac veneraretur, ut ejuſdem Pontificis habet diploma ſuperius à nobis allatum in Archiepiſcopis Januenſibus. Cæterum Accii ſola Cathedralis, domuſque Epiſcopalis ſuperſtes eſt, quam ad ſummam propemodum redactam pauperiem, Pius IV. Pontifex Maximus Marianenſi propiori Epiſcopatui adjungendam decrevit, Accienſis dignitatis titulo ſuppreſſo, quo per tot ſæcula fulſerat ſeries Prælatorum. Accienſis Eccleſia olim taxata erat in libris Cameræ ad florenos 33 cum dimidio. Epiſcopi vero illius, quorum ex Actibus Conſiſtorialibus, aliiſque monumentis eruere memoriam potuimus, ſunt, qui ſequuntur, uſque ad ejus tituli ſuppreſſionem.

I. („ MARTINUS *Epiſcopus Accienſis poſt deſolationem iſtius urbis à Gothis factam à S. Gregorio ad Sugonen. Eccleſiam tranſlatus eſt an. 591. cujus meminit idem Gregorius l. 3. Ep. 55.*

II. „ NICOLAUS *memoratur in privilegio Berengarii conceſſo Abbatiæ Ss. Benedicti, & Zenobii an. 900.*

III. „ RICCOBONUS *ex monumentis vivebat an. 930.*)

IV. a Quartus. 1 HENRICUS primus a eſt Accienſis Epiſcopus, qui occurrat legentibus, qui ſubſcripſit donationi factæ canonicis Januenſibus ab eorum Archiepiſcopo Syro anno 1163. an hic primus fuerit hujus ſedis Epiſcopus, ignoro. Poſt hunc triginta, & centum annorum ſpatio deſunt, qui eidem præfuerint Eccleſiæ.

V. („ HIMERIUS *Guardalupus, Theologus celeberrimus, à teneris annis Franciſcanam familiam profeſſus, Gregorio X. ſummo Pontif. prædilectus, quam multis graviſſimis ejus nomine legationibus obitis, & præcipuè ad Genuenſes, & Venetos, ut pacis fœdera componeret, Epiſcopus Acciæ in Corſica electus fuit. Poſtmodum una cum eodem Gregorio Lugdunenſi Concilio an. 1274. adfuit. Tandem Pariſiis evolavit ad ſuperos, in qua quidem urbe ejus cadaver à Min. Convent. aſſervatur. Ejus meminit Antonius Campus in hiſt. Cremon. l. 3. ad an. 1282. Toſſignanus in hiſt. Seraph. Relig. l. 3. Vvaddingus in Annal. aliique.* Ariſius in Cremona liter. tom. 1. p. 131.)

2 BENVENUTUS Monachus Ciſtercienſis Ordinis fuit Accienſis Epiſcopus anno 1297. Hic cum in Inſubria moraretur conſecravit altare Ss. Joannis Baptiſtæ, & trium Magorum in Eccleſia S. Mariæ de Morimundo b, nobiliſſimo Ordinis Ciſtercienſis Cœnobio in valle Ticini constructo. Adhuc in hujus monaſterii Archivio membranea extat memoria hujuſce conſecrationis, quam ipſe dum illic degerem, oculis uſurpavi, ita exſcriptam. VI.

Altare, quod eſt inferius in ſacriſtia Morimundi ſiti inter utrumque Ticinum, conſecratum fuit anno Domini 1297. die Jovis 3. Kal. Julii à Domino Nonno Benvenuto quondam Ciſtercienſi Monacho, nunc Accienſis Eccleſiæ Epiſcopo ad honorem Beatiſſimi Joannis Præcurſoris Domini, & trium Magorum atque ſanctorum Innocentium martyrum. In quo altari ſunt reliquiæ infraſcriptæ, ſcilicet de oſſibus S. Ioannis Baptiſtæ, de oſſibus, & capillis trium Magorum, de Oſſibus Ss. Innocentium, de ligno Crucis Domini, & de veſtimentis ipſius, de lecto, & indumentis Matris Domini, de oſſibus beatorum martyrum Stephani Prothomartyris, Laurentii Archidiaconi, Georgii, Blaſii, Victoris, Fabiani, & Sebaſtiani, Naboris, & Felicis, Theodoſii, Abundi Levitæ, Siſini martyris, de pulvere corporis, & de caſula B. Thomæ Epiſcopi, & martyris, & aliorum plurimorum ſanctorum. Hæc omnia in ſcriptura appoſita ſunt ad murum prope illud altare.

Duo alia altaria ibidem conſecravit Benvenutus, ut ex eadem membrana.

Altare primum eſt juxta ſacriſtiam dicti Monaſterii, quod conſecratum fuit prædicto anno die Veneris prid. Kal. Junii ab antedicto Epiſcopo Accienſi in honorem omnium Ss. Apoſtolorum, & Evangeliſtarum, in quo quidem altari ſunt reliquiæ infraſcriptæ, videlicet de menſa Domini, ſuper quam cum illo comederant diſcipuli, de reliquiis ſanctorum Petri, & Pauli, & de ligno crucis B. Petri, & de pulvere Jacobi Alphæi, de oſſibus Apoſtolorum Andreæ, Bartholomæi, Jacobi Zebedæi, Philippi, Thomæ, & Simonis Chananæi, de ſepulchro Domini, de ligno Crucis, & Præſepi Domini, de ſanguine Chriſti conſecrato in altari, de oſſibus beati Joſeph ab Arimathia, S. Materni Archiepiſcopi Mediolanen. Hæc omnia in ſcriptura fuerunt appoſita ordinate ad murum juxta illud idem altare.

Altare quod eſt primum in ſiniſtra parte altaris conventus, conſecratum fuit dicto anno die Sabbati in Kal. Junii, ab eodem ſupradicto Epiſcopo Accienſi in honorem & memoriam S. Michaelis Archangeli, & omnium ſanctorum Angelorum. In quo ſunt reliquiæ, de ligno Crucis, clamyde & veſte Domini, de Petra Quarantenæ & ſepulchro Domini, de lapide quo requievit Chriſtus quando expectavit Petrum, de cingulo, veſtimentis, & ſepulchro B. Mariæ Virginis, de oſſe B. Pantaleonis martyris, de oſſibus, & pulveribus Sanctorum Chriſtophori, Georgii, Chryſanthi, & Dariæ, S. Hilarii Epiſcopi, S. Materni Archiepiſcopi Mediolanen. Cæciliæ, & Priſcæ virginum, de oſſibus undecim millium Virginum, & aliorum plurimorum ſanctorum. Hæc omnia in ſcriptura fuerunt ordinate appoſita ad murum juxta illud idem altare.

Cætera altaria ejuſdem Eccleſiæ conſecravit Fr. Franciſcus de Biſtagno Ordinis Prædicatorum Epiſcopus de Verſentia die 5. Decemb. 1339. Cæterum Benvenutus protulit ætatem uſque ad annum 1332. cujus memoria extat in Vaticano Regeſto Joannis XXII. Quem noſter Gaſpar Loogelinus in Elogiis Epiſcoporum Ordinis Ciſtercienſis habet, Benvenutum fuiſſe Epiſcopum Aſtenſem in Longobardia, ſed re vera hallucinatur, cum ille Accienſis in Corſica Epiſcopus fuerit, ut ſupra clare demonſtratū eſt.

3 Fr.

VII. 3 Fr. ANGELUS ex Ordine Minorum Benvenuto ſuffectus eſt an. 1332. 12. Kal. Octobris ex Reg. Vaticano, obiit anno 1344.

VIII. 4 NICOLAUS Epiſcopus Zitonenſis huc translatus anno 1344. 5. Kal. Junii ex eodem Reg. Deceſſit Avenione anno 1348.

IX. 5 Fr. FRANCISCUS de Queſto, Ordinis Minorum ad eandem dignitatem adlectus eſt anno 1348. 3. Id. Februarii, de quo in citato Regeſt.

X. 6 PHILIPPUS ſucceſſor Franciſci, mortalitatem explevit an. 1351.

XI. 7 Fr. VINCENTIUS de Taſſonis ex Ordine Minorum eandem ſedem obtinuit anno 1351. 13. Kal. Julii, qui clauſit diem poſtremum antequam inauguraretur, ex lib. Oblig.

XII. 8 MICHAEL memoratur anno 1386. 29. Octob. in iiſdem libris.

XIII. 9 PETRUS, cujus extat memoria in lib. de Beneficiis vacantibus Bonifacii IX. anno 1392.

XIV. 10 Fr. NICOLAUS Ord. Præd. ſucceſſit Petro, ex eodem lib.

XV. 11 RAYMUNDUS ejuſdem ſedis Antiſtes ſua abſentia per decem annos anceps reliquit, an adhuc viveret, au fato fuiſſet ſublatus. Quamobrem Bonifacius IX. Pontif. Max. ne deſertæ Eccleſiæ aliquod inferretur diſcrimen, Franciſco Bonacurſio Ordinis Minorum Gravinæ Epiſcopo illam adminiſtrandam attribuit, eo conſilio, ut à Gravinenſi ad hanc tranſiret Eccleſiam. Cæterum cum ille procudendis diplomatibus cunctatius repræſentaret pecuniam, Pontifex de Raymundi exceſſu certior factus, viduatæ Eccleſiæ præfecit Paſtorem, & eruitur ex eodem libro de Beneficiis vacant. fol. 272.

XVI. 12 Fr. LUDOVICUS Interamnenſis, cujus Ordinis, non exprimitur in lib. Oblig. ad eandem ſedem promotus eſt ann. 1401. 17. Kal. Aprilis: quem deceſſiſſe narrant antequam obtenti Epiſcopatus iniret poſſeſſionem.

XVII 13 Fr. MATTHÆUS Patria Bononienſis, Ordin. Minorum alumnus, Accienſis adlectus Epiſcopus fuit eodem anno 8. Kal. Aug. ex eodem libro.

XVIII („ ANTONIUS, *Corſus, Ordinis Minorum* „ *de Obſervantia electus fuit Epiſcopus Accienſis à* „ *Martino V. an. 1418. ut aſſerit Paulus Olivenſis in* „ *libello, cui titulus:* Ragguagli Serafici, e Cro- „ nicali della Provincia Min. Oſſervante di Cor- „ ſica.)

XIX. 14 Fr. ANELLUS, ſive Agnellus Neapolitanus, Carmelitani Ordinis Theologus inſignis, eodem dignitatis gradu inſignitus fuit anno 1421. 3. Kal. Maii, Martino V. Pontif. Max. Præfuit laudabiliter ann. 20. Obiitque anno 1441. de quo Acta Conſiſtorialia.

XX 15 Fr. ALBERTUS de Caſinia („ *Ordinis* „ *Prædicatorum*) Agnello ſubrogatur anno 1441. idib. Februarii: cujus ordinis fuerit, ac patriæ non exprimitur in Act. Conſiſt. („ *Corſum, & Ordinis* „ *Minorum fuiſſe teſtatur ſupracitatus Paulus Oli-* „ *venſis.*)

XXI. 16 ANTONIUS ad eandem ſedem promovetur anno 1451. 27. Febr.

XXII 17 BARTHOLOMÆUS ad eundem dignitatis gradum aſſumptus anno 1480. 3. Id. Martii. De quo Act. Conſiſt.

XXIII 18 DOMINICUS („ *de Valletariis*) eandem obtentam ſedem reſignavit an. 1521. ibidem.

XXIV 19 BENEDICTUS Boccaureatus *a*, alibi dicitur Fr. Bernardinus de Luca Ordinis Prædicatorum, electus Accienſis Epiſcopus anno 1521. die 16. Octobris. Hanc ille rexit Eccleſiam uſque ad annum 1545. ab eoque munere miſſionem impetravit.

a De Nobilibus dicitur in Cedulis Conſiſt. non autem Buccaureatus.

XXV. 20 HIERONYMUS Buccaureatus de Nobilibus ſucceſſit anno 1545. die 26. m. Aug. cum Vaticanæ Baſilicæ Canonicus eſſet. Obiit anno 1547. („ *Hic in Cedulis Conſiſtorialibus Buccaureatus* „ *tantum, non vero de Nobilibus appellatur, dici-* „ *turque Clericus Camerinen. Familiaris Papæ, &* „ *Prothonotarius de numero Participantium. Fuit* „ *vero, ut me admonuit patriæ ſuæ rerum callen-* „ *tiſſimus Bernardus Gentilius, patria Sanſeveri-* „ *nas, Franciſci Buccaureati, & Lauræ Caccia-* „ *lupæ filius, Commendatarius Prioratus s. Pauli* „ *Sanſeverinatis, s. Petri de Urbe Canonicus, &* „ *Pauli III. Vicedatarius.*)

XXV. 21 PETRUS Aſſatatus, Caſſiani decanus, ad hanc eandem ſedem pervenit anno 1547. die 14. menſis Februarii, & poſt ſex annos ad Minotenſem Eccleſiam translatus.



XXVII. 22 Fr. AUGUSTINUS Selvagus nobilis Januenſis, ex Ordine Prædicatorum, doctrina moribuſque illuſtris, creatur Epiſcopus Accienſis 1553. die 18. menſis Auguſti. Quem deinde anno 1559. die 18. menſis Auguſti ad Archiepiſcopalem Januenſem tranſtulere ſedem.

XXVIII. 23 Fr. JULIUM Superchium Mantuanum Carmelitanum ſuffecere Selvago anno 1560. die 5. menſis Februarii: qui deinde translatus eſt ad Eccleſiam Caprulanenſem. Ann. 1563. Tridentino Concilio interfuit.

XXIX 24 NICOLAUS Cicada Januenſis, Marianæ Epiſcopus, Accienſem Eccleſiam ſuſcepit adminiſtrandam 1563. die 30 *b*. menſis Januarii: cujus temporibus Pius IV. Pontifex hanc Eccleſiam redditibus, fortuniſque exhauſtam Epiſcopatui Marianenſi conjunxit, antiquiſſimi olim Epiſcopatus obliterato titulo.

b Die 29.

ALBINGAUNENSES

EPISCOPI.



AB Occidentali ora Liguſtici maris, quinto milliario diſtans, inter Savonam, & Vintimiliam, in ubere, explicataque planitie, quam Centa flumen alluit, antiqua civitas Albinga ſita eſt; cujus incolæ adeo inſalubri cœlo utuntur, quod Cannabum, quod ſolum illud abunde fundit, macerare conſueverunt. Hujus civitatis priſcos habitatores, teſtatur Strabo fuiſſe appellatos Ligures Ingaunes, indeque civitatem ipſam modo Albingaunum, modo Albium Ingaunum traxiſſe cognomen. Accedit enim propius ad Albios Montes, quos Incolæ Ingaunos vocant. Ejus etiam nominis cenſentur apud

Livium lib. 28. dum narrat Magonem Annibalis filium adjunaiſſe ſe Liguribus Ingaunis, qui belligerabantur cum Epanteriis Montanis. Libro autem 30. memorat coiiſſe pacem cum Publio Ællo Conſule, Liguribuſque Ingaunis. Tametſi autem arbitrentur nonnulli temporibus Magni Pompeji hanc civitatem fuiſſe ędificatam, antiquiorem tamen fuiſſe conjectura eſt, atque à Liguribus Ingaunis, ut ipſum nomen prodit, ſuum ſumpſiſſe exordium. Illius meminerunt, præter citatos auctores, Plinius, Ptolomæus, Pomponius Mela, Antoninus, Romanaque Itineraria, & alii. Civitas perantiqua eſt, ſed ædificiorum nobilitate ſpectabilis, humanoque victui rerum opportunitate inſtructa, caputque olim totius Liguriæ fuit, ſi ulla Petrarchæ in Itinerario fides. Quem illi honorem aſſeruit, confirmavitque Conſtantius, quem alii volunt fuiſſe Magni Conſtantini filium; nonnulli vero contendunt comitem Conſtantium fuiſſe, qui temporibus Honorii Imperatoris floruit, à quo retulit Auguſti titulum, poſt exactos è Gallia Gothos, ut ex quibuſdam carminibus eruitur in quadam marmorea tabula inciſis, quæ quondam prope Pontem Longum, quo idem Conſtantius Centam flumen conjunxerat, ſpectabatur; hoc autem tempore tamquam venerandæ antiquitatis reliquia aſſervatur apud comitem Octavium Coſtam. Verſus autem ſunt, qui ſequuntur.

Conſtanti virtus, ſtudium, victoria, nomen
Dum recipit Gallos, cinxit conſtituit Ligurse.
Mœnibus ipſe locum, dunitque recenti
Fundamenta ſolo; curaque parta dedit.
Cives, tecta, forum, portus, commercia, portas
Conditor extractis ædibus inſtituit.
Dumque refert Orbem, me primam protulit Urbem;
Nec renuit titulos limina noſtra loqui.
Et rabidos contra fluctus, genteſque nefandas
Conſtanti manum nominis appoſuit.

Paruit Romano Imperio, ac deinceps ſub Cæſaribus Reipublicæ quandam imaginem induit, quam ut cum dignitate tueretur, retulit ab iiſdem quamplurima gratioſa diplomata, præcipue autem ab Othone IV. anno 1200. Qui illius juriſdictionem in ſe traxit, decrevitque ad cæteros Romanos Imperatores pertinere. Numiſmata procudebat, ſuoque in territorio dicebat jus incorrupte, donec 1165. ſive ut alii tradunt 1175. à Piſanis capta, dirutaque, civibuſque Piſas in ſervitutem abductis, jus, priſtinamque dignitatem illam ſuam amiſit. Recuperavit autem non multo poſt, paucis illis civibus, qui remanſerant, ſatagentibus, ſubſtorentibus Januenſibus, qui præclarum illud opus promovendum curabant, ita ut priorem illam amplitudinem, dignitatemque viſa ſit ſuperaſſe. Itaque ſub honorificis, æquiſſimiſque conditionibus Januenſium leges accepit, quas Innocentius deinde IV. qui ejuſdem Albingæ olim fuerat Epiſcopus, ratas eſſe imperavit, cujus confirmationis diploma adhuc in civitatis Archivio aſſervatur. Comitatus titulo inſignitur, illiuſque juris ſunt oppida quatuor, pagique vigintiduo, ubi per conſules adminiſtratur juſtitia. Prætores, vicarios, judiceſque ex Januenſi nobilitate ipſi Albingaunenſes & eligunt, & cum occaſio tulerit, ſupprimunt. Hanc civitatem protuliſſe Proculum Imperatorem, teſtantur Flavius Vopiſcus, Spartianus, & Eutropius, in cujus etiam Alumnis, & civibus Ælius Pertina a numerari poteſt, utpote qui fuerit natus, ut narrat Capitolinus in Villa Martis, quinto ab Albinga civitate lapide diſtante, quibus etiam lector adjunges alios quamplures viros, in omni virtutum genere præſtantes. In ea civitate Chriſti Evangelium S. Barnabam Apoſtolum diſſeminaſſe, hancque antiquam illorum populorum fuiſſe traditionem, teſtatur Carolus à Baſilica Petri in Hiſtoria de Metropolitana Eccleſia Mediolanenſi, adduntque aliquando hujus facti extaſſe memoriam in antiquo quodam M.S. Breviario, aliiſque monumentis, quæ vetuſtas, incendia, bellaque corruperunt, Ingaunoſque Ligures vetuſtiſſimam

A tantum retinuiſſe traditionem, ab Apoſtolo, ſcilicet Barnaba Evangelico lumine fuiſſe perfuſos, indeque Albingaunenſem Eccleſiam ſuum fuiſſe ſortitam exordium, anno ſcilicet à fundata ſalute 51. Quamobrem in Apoſtolum Barnabam hæc civitas ſingulari pietate deflagrat, feſtamque ejuſdem diem iis canticis, Hymniſque concelebrat, quæ illius late ſpectantem prædicationem explicent ad pietatem excitandam. Ejus ampliſſima diœceſis menſuratur per circuitum centum, & eo amplius milliariis, longitudo autem ejuſdem quinquagintaquinque continetur. Centum ſexaginta ſex Parochiales Eccleſiæ in ea ſpectantur, quarum octo inſignes ſunt, duæque collegiatæ, decem, & octo Præpoſituræ, quatuorque titulo exornantur Archipresbyteratus. Olim Epiſcopus in valle Unchia temporali juriſdictione potiebatur, cum caſtello, & villis de Baſtagno. Ponte Accio, cum villis S. Petri de Terſico, Podio Bottano, Plauſanico, Gazallio, Lodano item cum caſtellis Taurano, ac Juſtenice:
B quæ omnia oppida, juraque Urbanus VI. Pontifex cum aliis locis Naulienſis, ac Savonenſis Epiſcopatus, triginta florenorum pretio de camera addixit Januenſibus, Epiſcopis tamen reſervatis decimis, redimendique jure. Statim à plantata Chriſtiana fide Præſules Albingaunenſes eſſe cœperunt, tametſi dæſevientibus perſecutionibus, nulla illorum memoria occurrat uſque ad annum 377. Epiſcopus olim ſuffraganeus erat metropolis Mediolanenſis, uſque ad annum 1180. quo ipſo anno in Lateranenſi Concilio Alexander III. illum à Mediolanenſi exemptum, Januenſis Archiepiſcopi juſſit ſpectare arbitrium. Quamquam autem hanc Alexandri III. deliberationem, Cœleſtinus III. Clemenſque item III. ſua auctoritate ſanaerint, confirmarintque, numquam tamen Archiepiſcopus Januenſis hujuſmodi acquiſito jure uti potuit, niſi ſub Innocentio III. qui cum iterum idem ſanxiſſet decretum, Otho Archiepiſcopus ea auctoritate potitus eſt, ac deinceps exercuit anno 1213. menſe Decembri, ut
C narrat Epiſcopus Nebilen. in lib. 3. Hiſt. Januen. Princeps hujus civitatis Templum, antiquitus ſpurciſſimum fanum Deorum, S. Joanni Evangeliſtæ deinde à novis Chriſtianis conſecratum, per plures annos pro cathedrali Albingaunen. Præſulibus fuit, donec haud procul novam cathedralem S. Michaeli Archangelo conſecrarunt elegantiſſimæ ſtructuræ Templum, nec laxitatis temnendæ. In ea quindecim canonici cum tribus dignitatibus, Archidiaconatu ſcilicet, Archipresbyteratu, ac Præpoſitura, divinum opus perurgent; ex Baſileenſis Concilii ſanctione, laxiori, breviorique, ac ſuperhumerali pallio induti, dum in cathedrali divinum opus perſolvunt. Reliquiis ſanctorum locuples eſt, ac præcipue S. Verani Epiſcopi corpore, qui dum Roma reverteretur, illic exceſſit è vivis ſub Honorato Epiſcopo, qui ſedem illam per id tempus adminiſtrabat, patratiſque quampluribus miraculis, dignus habitus eſt, quem pro tutelari Divo Albingaunenſes revererentur. Ibidem etiam ſpectatur
D Eccleſia S. Mariæ appellata de Fontibus, ex multiplicitate Fontium, qui in ipſa ſcatebant. Ibi S. Benedicti hujus civitatis Epiſcopi corpus honorifice aſſervatur, quinque ibidem religioſorum cœnobia reperiuntur, monialium vero unum ex Ordine S. Claræ, ubi ſancti Caloceri martyris ſacra oſſa quieſcunt, qui anno 122. 14. Kal. Maji extra civitatem prope litus Maris, è regione civitatis, ac Inſulæ Gallinariæ pro Chriſto martyrium paſſus eſt. Hæc illa, Inſula eſt, ubi S. Martinus Turonenſis à Maxentio in exilium pulſus, vitam Eremiticam duxit, ut teſtatur Baronius in Annal. Eccleſ. quamque Hilarius Pictavienſis Epiſcopus ſerpentibus expurgavit, illuc haud ſine Divino numine à furenti mari ejectus, dum è Concilio Seleuciæ rediret in Gallias. Hæc inſula Abbatiæ SS. Martini, & Mariæ de Gallinaria ſubjecta eſt. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus Scut. mille ex bonis emphiteoticis, præter caſtra, & oppida nonnulla, quæ ab Epiſco-

polai.

po laici nobiles in feudum obtinent; ejus vero taxa in lib. Apoſt. Cameræ aſcendit ad florenos 800. Præſulum hujus Eccleſiæ Catalogum, ex fide dignis monumentis in unum coegit Epiſcopus Landinellus, ſimulque cum peracta ſynodo, emiſit in lucem; inde majori diligentia ex ejuſdemque Eccleſiæ monumentis Joannes Ambroſius Panierus Canonicus pœnitentiarius ipſius Eccleſiæ, vir pius, & doctus, eundem retexuit, & adauxit. Inde noſter hic atq; ex Actibus Conſiſtorialibus auctior prodiit, præludens jam memorati Panieri abſolutæ de ea Eccleſia Hiſtoriæ, quam ſtudioſi omnes avidius præſtolari videntur.

I. 1 HONORATUS, ille ipſe, qui S. Veranum dum Roma reverteretur, excepit hoſpitio an. 377. ut in hujus ſancti actibus plane legitur.

II. 2 QUIRITIUS *a* provinciali Mediolanenſi ſynodo interfuit, celebratæ ſub Euſebio ejuſdem civitatis Archiepiſcopo anno 451. *b* Hujus Sigonius meminit de Regno Italiæ lib 12.

a Al. Quintius, an. 451.

III. („ GAUDENTIUS *interfuit Concilio Romano „ ſub Hilario Papa an. 465. habito ibique corrupte „ Albingenſis pro Albingaunenſis appellatur.*)

IV. 3 SALVIUS interfuit Concilio Romano anno 586.

V. 4 BONUS Concilium ſub Agathone Pontifice ſuo ſuffragio juvit ann. 679.

VI. 5 S. BENEDICTUS Tabienſis *c* Rovellorum gentis alumnus, plenus meritis, celebriſque miraculis evolavit ad ſuperos anno 900. die 13. menſis Februarii. Illius ſacrum corpus conquieſcit in Eccleſia S. Mariæ de Fontibus, illuc deportatum anno 1409. Non. Decemb. ut in epitaphio legitur ibidem affixo.

c De eo Acta SS. Februarii tom. 2. pag.

Marmoreo in tumulo requieſcunt hic Benedicti
Oſſa Beati, cujus ſolvit tempora carnis
Mors, anniſque novem centum urbs hæc noſtra beata
Et merito quoniam ſibi Paſtor Pontificalis
Electus fuit, & egenis quaſcunque ſalutes
Concedebat enim munitus amore ſuperno.
Inter millenos quatricentos, atque novenos
Facta fuit translatio quinta luce Decembris
Corpus ejus, qui nos protegat, atque gubernet.

VII. („ INGULFUS *Albingaunenſis Epiſcopus circa „ an. 940. ſubſcripſit inſtrumento Attonis Vercellen. „ Epiſcopi apud Areſium in ſerie Cronol. Abbatum „ S. Ambroſii majoris Mediolani inter privilegia „ pag. 36.*)

VIII. 6 ERIMBERTUS interfuit ſynodo Papienſi ad favorem Epiſcopi Veronenſis celebratę an. 1046. 8. Kal. Novembris ut infra.

IX. 7 DEODATUS vixit ann. 1079.

X. 8 TUCCIUS 1106.

XI. 9 BONIFACIUS, cui ſuffectus eſt

XII. („ ADELBERTUS *de quo infra Ughellus numero 20.*

XIII. 10 OTHO 1123. ſubſcripſit ſententiæ Olrici Archiepiſcopi Mediolanenſis ad favorem Alderici Epiſcopi Laudenſis contra Petrum Terdonenſem Epiſcopum latæ. Hic aliquas terras attribuit monachis S. Petri de Vamſella, ut eorumdem cœnobio uſui eſſent, eaque in donatione hujuſmodi titulo inſignitur, Otho Epiſcopus S. Joannis Albingaunen. Eccleſ. Ejuſdem etiam mentio extat anno 1137. cum aliquot terras hominibus de Biſantio in emphiteuſim daret. Anno 1142. Pontificis permiſſu, Monaſterii S. Stephani Januæ monachis donavit Eccleſias s. Stephani de Villa Regia, & s. Stephani de s. Romulo cum poſſeſſionibus, iiſque, quæ, ad eas pertinerent.

XIV. 11 ODOARDUS hanc eandem Eccleſiam adminiſtravit anno 1150. Indulſitque decimas aliquot locorum ſuæ diœceſis Raymundo, Philippoque ex comitibus Vintimillienſibus, ſicut etiam an. 1153. aliquot loca Anſelmo conceſſit, qui primus fuit familiæ Linguilienſis.

XV. 12 ROBERTUS floruit anno 1159.

XVI. 13 LAUTERIUS: *d* hic in uſum ſuæ Eccleſię à Guillelmo, Goffredoque Urſarolæ, ac S. Joannis de Olivaſtro territoria coemit ann. 1175. Interfuitque Lateranenſi Concilio 1179. Quo Præſule inter conſules Piſanos, & Albingaunenſes pax perpetuo firmata fuit additis conditionibus, quæ leguntur in documento anno 1178. firmato, quod cum faciat ad Hiſtoriam hujus temporis, ac civitatis, hic exhibemus ab originali.

d Al. Lanterius.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui eſt vera pax. Amen.

Ego Gageranus conſul civitatis Piſanæ per omne & omnes ſocios meos conſules urbis Piſanæ una cum conſilio, & auctoritate nobilium civium Piſanorum, ſcilicet Rainerii Gajetani, & Benedicti Vernacii pro bono pacis, & emendatione totius mali, & totius offenſionis, quam Piſani fecerunt ſuper Albigaunen. Convenio atque promitto pro communi Piſæ vobis Arnaldo Lanfredi, & Arnaldo Guarmondi conſulibus Albenginæ, & nobilibus civibus veſtris, qui nobiſcum ſunt, videlicet Romando Caroli, & Guilliermo Salamonis pro vobis, & pro communi Albenginæ dare, ſolvere libras ſeptingentas Lucenſis, vel Piſanæ monetæ ab hodie uſque ad proximum Paſcha Reſurrectionis Domini futurum. Præterea vobis facio finem pro communi Piſæ de Dacita, quam Albinginenſes ſoliti erant dare in Piſis, ita quod nulla perſona civitatis Albengiaæ, vel ejus diſtrictus à præſente die in antea toatatur, vel cogatur prædictum datium dare, uſque in ſempiternum, nec alium penitus datium vel uſagium, ſive ripam: decretum quoque de cætero non faciemus ſuper Albinginenſes, nec ſuper homines totius diſtrictus Albinginæ, niſi talem, qualem faciemus ſuper cives urbis Piſanæ. Hæc omnia ſupraſcrita do, atque convenio vobis, qui ſupra Albenginenſium conſulibus, & ſociis veſtris pro vobis, & pro communi Albinginæ propter dictæ offenſionis emendationem & pro bono pacis obſervandæ ſicut ſuperius legitur. Præterea ego qui ſupra Gageranus conſul Piſanorum, & nos Rainerius Gajetanus, & Benedictus Vernacii cives Piſani, per nos & per omnes conſules urbis Piſanæ, & pro toto ejus communi, atque populo convenimus, atque permittimus vobis, qui ſupra Arnaldo Lanfredi, & Arnaldo Guermondi conſulibus Albenginæ, & pro nobilibus civibus veſtris Ramondo Caroli, atque Guilliermo Salamonis pro vobis, & pro omni communi Albenginæ, & pro omnibus hominibus veſtri diſtrictus, quod à præſenti die, & hora in antea firmam, & veram pacem tenebimus tam in perſonis, quam in rebus, in terra, in aqua, & non offendemus, nec offendere faciemus, nec offenſionem fieri conſentiemus alicui civi Albengin. vel alicui perſonæ diſtrictus Albengin. in perſonis, vel in rebus, in terra, ſeu in aqua, & eos ſalvabimus atque eorum res in terra, & in aqua per totum noſtrum diſtrictum, & per totam noſtram fortiam. Si vero quod abſit, aliquis Piſanus civis, vel aliqua perſona diſtrictus civitatis Piſanæ offenderit alicui Albenginenſi civi, vel alicui perſonæ totius diſtrictus civitatis Albengiaæ in perſona, vel in rebus, nos Piſani conſules infra dies quadraginta poſt factam querimoniam ante Piſanum conſulatum per nuntium; vel nuntios Albengin. vel literas ſigillatas ſigillo communis Albengin. illud de quo fuerit querimonia, aut reddemus, vel reddere faciemus, aut juſtitiam exinde faciemus, vel fieri faciemus, aut conventionem, ad voluntatem partium, & ſententiam datam, vel conventionem factam, firmam, & ratam habebimus, & tenebimus, & tenere faciemus, & hæc omnia ſicut ſuperius ſcripta ſunt facturos poſt conſules ſe obſervaturos jurare faciemus, & quod illi alios poſt ſe futuros conſules, & alii alios, & ſic per ordinem omni anno ſequentes conſules hoc idem uſque in perpetuum jurare faciant, & unum hominem ad vocem ſuper animam populi, quod omnia prædicta firma tenebit jurare faciemus. Inſuper ducentos cives Piſanos quod omnia prædicta obſervabunt jurare faciemus, illos videlicet, quos conſules vel conſul Albengin. aut eorum notarius nobis manifeſtabitur, aut per ſcriptum, aut viva voce,

aut convenieus cambium ſi forte aliquis eorum jurare A
non poterit. Hæc omnia ſumpta bona fide ſine fraude, & malo ingenio, & ſub oſculo pacis, quod vobis damus firmiter obſervare promittimus, quod ſi ita non obſervaverimus vobis ſtipulantibus mille marchas argenti pro pœna dare promittimus qua compoſita pœna, conventionem prædictam, & pacem non ideominus firmam tenere promittimus.

Actum in Saona civitate in Eccleſia S. Petri, anno Dominicæ Incarnationis 1178. tertio decimo die inſtan. Novemb. convocatis, & rogatis teſtibus de Saona Guilliermo Græco, Guilliermo Teſco, Barumondo Trinchere, Joanne de Nicia, Bonoiraane Vicio Cocacoppa, Petro Auriei, Baldo Africæ, Falceto Grugnicello Piſanorum ſcriba, Monticello Piſano, &c.

Ego Arnaldus Cumanus Sacri Palatii notarius, & Saonæ ſcriba rogatus interfui, & hujus conventionis, & pacis duas chartas ſcripſi diviſas per A B.C.

XVII („ *ALEXANDER confirmavit conceſſionem prædeceſſoris Adelberti, de quo Ughellus.*)

XVIII 14 ALRAUDUS ejuſdem ſedis Epiſcopus fuit 1189. B

XIX. 15 AIRALDUS, ſive Airaudus 1196. Hunc ſuſpicor eundem eſſe cum ſupramemorato Alraudo.

XX. 16 TUCCIUS a hujus nominis II. floruit 1199.

a Seû Truccus. XXI. 17 OBERTUS eandem obtinebat ſedem anno 1206. Hunc illum arbitror Albingaunen. Epiſcopum eſſe, qui in latrones, fureſque adeo deſævire ſolitus erat, ut illorum quempiam aliquando candenti ferro uſque ad manus uſtionem Inditia vel levia latrocinii purgare compulerit. Cujus atrocioris, quam pro Epiſcopo facti, apud Innocentium III. Pontificem expoſtulatus, tamdiu ab Altari ſuſpenſionis ſubiit pœnam, quamdiu per Gerardum Novarienſem electum, clarius cognita veritate, eidem altaris officio reſtitueretur. Literam hic ſubiiciendam exiſtimavimus, quam Pontifex ad Gerardum tranſmiſit anno 13. ſui Pontificatus, qui fuit anno 1210. à fundata ſalute, ex lib. 1, Regeſt. 13. epiſt. 134. C

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Novarienſi electo, &c. Ex literis venerabilis fratris noſtri Patriarchæ Antiochen. tunc Yporienſis Epiſcopi, & tui tunc de Tilleta Abbatis, meminimus recepiſſe, quod cum dudum ad Albigaunenſem Eccleſiam, unacum venerabili fratri noſtro . . . . . Piſano Archiepiſcopo, tunc Epiſcopo Vercellenſi acceſſiſſetis, viſitationis officium impleturi . . . . . Albingaunen. Epiſcopus inter cætera quæ propoſita fuerant contra ipſum, hoc vobis ore proprio eſt confeſſus: quod cum quidam in villa quadam ad ipſius juriſdictionem ſpectante, infamaretur de furto, & idem illud inficiaretur omnino, offerens quod candentis ferri judicio ſe purgaret, adiiciendo, ut ſuſpendio puniretur, ſi deficeret in eodem. dictus Epiſcopus à Judice requiſivit, quid ſuper hoc videretur eidem, & cum Judex reſpondiſſet, ut fieret prout fur ipſe petierat, ferrum candens in ipſius Epiſcopi præſentia eſt allatum, quod cum arripuiſſet fur ille combuſtus eſt. Unde judex expavefactus, quid ſibi ſuper hoc videretur, Epiſcopum conſuluit in memoratum, qui reſpondit quod ſi fur ſic evaderet, malum eſſet; quamquam per litteras, quas nobis tunc idem direxit Epiſcopus, affirmarit, ſe talibus verbis uſum fuiſſe, auditus quantus eſt clamor populi omnes dicunt malum eſt ſi evaſerit impunitus, & ſic Epiſcopus, & judex eandem villam cum multitudine populi ſunt egreſſi. In quorum præſentia fur prædictus ipſius fuit Epiſcopi auctoritate ſuſpenſus; propter quod eundem cum veſtris litteris ad noſtram præſentiam deſtinaſtis, ſed ipſe nihil unquam ſuper his propoſuit coram nobis. Quinimo ſtatim ut dictus Archiepiſcopus ad Apoſtolicam Sedem acceſſit, qui nobis rei ſeriem plenarie indicavit, D *idem Epiſcopus noſtra diſceſſit præſentia, & perquiſitus non potuit inveniri. Unde nos cum fratribus noſtris deliberatione habita diligenti, quia ſæpefatum Epiſcopum non ſolum in candentis ferri judicio, verum etiam in iuris ſuſpendio graviter intelleximus deliquiſſe, cum his nos tantum auctoritatem præſtiterit, ſed etiam præſentiam exhibuerit corporalem, ipſum reputavimus miniſterio altaris indignum. Et quia Pontificale officium, abſque altaris miniſterio non poterat adimplere, ſupradicto Patriarchæ, ac tibi tunc dedimus in mandatis, ut ad ceſſionem eundem Epiſcopum moneretis; alioquin auctoritate noſtra, ipſum ab Albingaunenſi eccleſia, ſublato appellationis obſtaculo amoventes, faceretis eidem de perſona idonea per electionem canonicam provideri: Dictus vero Epiſcopus poſtmodum ad Sedem Apoſtolicam rediens, apud quam moram feciſſe dignoſcitur diuturnam, & ſe multipliciter ſatagens excuſare, inter cætera propoſuit coram nobis, quod aliter rei veritas ſe habuerat, quam in litteris fuerit ſupradictis expreſſum, quod ſe propoſuit opportuno tempore probaturum. Quocirca devotioni tuæ præſentium auctoritate mandamus, quatenus auditis quæ ſuper præmiſſis idem Epiſcopus duxerit proponenda, & probationibus ejus admiſſis; ſi de his tibi per probationes legitimas ſufficiens fuerit facta fides, per quas conſtet veritatem rei ſe aliter habuiſſe, quam in litteris fuerit ſupradictis expreſſum, & ſuper præmiſſis abſolvens, officium ſuum exequi libere permittas eundem: alioquin quod à nobis dudum ſuper hoc extitit diffinitum, facias appellatione remota executioni mandari. Contradictores ſi qui fuerint, vel rebelles cenſura eccleſiaſtica appellatione poſtpoſita compeſcendo.*

Datum Laterani Kal. Octobris anno 13.

18 HENRICUS, aliquot ſui Epiſcopatus bona XXII.
commutavit cum quodam Cevola anno 1213. direxitque ad eundem Innocentius III. literas anno 15. ſui Pontificatus, qui fuit noſtræ ſalutis 1212. Quibus illum adhortabatur, ut pro ſuo Metropolitano C Januenſem Archiepiſcopum exciperet, debitumque illi deferret obſequium.

19 OBERTUS hujus nominis II. Caſtellum de XXIII
Petra cum omnibus juribus ejuſdem pertinentiis coemit ab Henrico Savone marchione, ut plane perſpici poteſt in ejuſdem emptionis inſtrumento.

20 ADELBERTUS (1) Eccleſiæ S. Nicolai collegiatæ de Caſtello Diario conjunxit Eccleſias SS. Petri, Syri, & Nazarii, ſalva obedientia, quam conceſſionem confirmarunt deinde plures alii Albingaunenſes Epiſcopi non notato tempore, in hunc modum.

† *Ego Otho Albingaunen. Epiſcopus.*
† *Ego Lanterius Albingaunen. Epiſc.*
† *Ego Alexander Albingaunen. Epiſcopus confirmo, & concedo.*
† *Ego Truccus Albingaunen. Epiſcopus, confirmo, & concedo.*

21 LANFRANCUS Albingaunenſibus præ- XXIV
D fuit anno 1225.

22 OBERTUS autem 1226. XXV.

23 TAGLIAFERRUS ex Marchionibus Clau- XXVI
ſanæ hanc eandem Eccleſiam Præſul adminiſtravit anno 1233. Hic ille eſt, quem incolæ vallium Aroſæ, & Huneliæ exegerunt, deturbaruntque de ſede. Quique Januenſium fidem, opemque implorans, ab iiſdem pares inimicis ſuppetias impetravit, ut narrat Ubertus Folietta in Januen. Hiſt.

24 DESIDERIUS Albingaunen. Epiſcopus cre- XXVII.
ditur vixiſſe poſt Tagliaferrum.

25 SINIBALDUS de Fliſco b nobilis Jannenſis, XXVIII.
S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, hujus Eccleſiæ Epiſcopus fuit anno 1235. Qui poſtea ſummus Pontifex renunciatus, Innocentius IV. dictus eſt. Hic inter Al- b De quo Ciaconius Oldoini t. 2. col. 81. & 99. conſulendus,

(1) Ex Epiſcopis, qui deinde Adelberti conceſſionem confirmarunt, facile inducor ut credam reponendum eſſe Adelbertum ante Othonem. Oportet etiam hunc, ſicut & reliquos tres Lanterium ſcilicet, Alexandrum, & Truccum floruiſſe poſt Adelbertum, ſi ejus ſubſcripſerunt conceſſioni.



ubi alii Sinibaldum fuiſſe aſſumptum ad hunc Epiſcop. ab Honorio III.

Albingaunenſes, Januenſeſque, ſancita conventa ſua auctoritare firmavit, rataque eſſe juſſit, ut ſupra dictum eſt.

XXIX 26 SYMON floruit ann. 1238. nomineque Epiſcopalis menſæ in caſtello Taurano plura bona, juraque coemit.

XXX 27 LAUTERIUS hujus nominis II. præſidebat anno 1250.

XXXI 28 Fr. LANFRANCUS de Nigro de Albinga, Ord. Minorum, contra Nicolaum de Bulgaris Canonicum Januenſem ab nna parte Capituli poſtulatum, ab altera parte electus ab Alexandro IV. 13. Kal. Martii an. 1. confirmatur ex Reg. Vat. ep. 144. fol. 18. Patriæ ſedem aſſecutus eſt anno 1255. Hic caſtelli Lodani fiduciarium jus attribuit Oberto filio Petri Auriæ Januen. quod ad Albingaunenſem Eccleſiam pertinebat, ea conditione, ac lege, ut qui illud poſſiderent Albingaunenſi Epiſcopo, tamquam Domino, obſequium, fidemque præſtarent. Tranſtulit etiam hic idem Epiſcopus è ſubterraneo monumento confeſſionis ad altare, ad honorem ejuſdem ſancti, magnifice erectum, corpus S. Caloceri martyris, ut hæc ſubjecta carmina præcipue declarant.

Mille gerant anni curſum ſimul atque ducenti
Octoginta quidem ſen, & ſocientur eiſdem,
Quando fuit facta translatio, vel celebrata
Caloceri ſancti ſolemniter hic tumulati.
Præſul Lanfrancus translator noſcitur hujas,
Cujus & inventor fuit Abbas ipſe Joannes.

Deceſſit autem Lanfrancus, ut Vaticanum prodit Regeſtum, anno 1291. Poſt ejus obitum magna fuit altercatio inter electores Canonicos de ſubrogando Epiſcopo; quatuor enim fuere electi, Fr. ſcilicet Pombertus Ordinis Minorum, Benedictus de Nigravalle Canonicus Tripolitanus, Fr. Cherubinus Ordinis Prædicatorum, qui electioni acconſentire renuit, & Othobonus Spinula Canonicus Cathalaunenſis, ille ipſe, qui anno 1288. ad Januenſem poſtulatus fuit. Hos omnes tamquam vitio creatos, Nicolaus IV. rejecit, ac ſequentem Nicolaum de plenitudine poteſtatis vocavit ad ſedem, ut habetur in Reg. Vatic. ep. 698. fol. 139. anno 4.

XXXII. 29 Fr. NICOLAUS Vaſconus Cevenſis, ex Ordine Minorum, Lanfranco ſubrogatus eſt ann. 1291. 5. Kalen. Februarii. Hic ſui Epiſcopatus plura loca cum ſuis territoriis divendidit Federico Nicolaoque de Auria, præter caſtellum de Vaelia. Vitam protulit Nicolaus uſque ad annum 1306.



XXXIII. 30 EMANUEL Spinula ejuſdem ſedis Antiſtes A electus anno 1306. 3. Id. Maji, menſæ Epiſcopali adiiciendum curavit monaſterium s. Petri de Monte, quod non multo ante Monachi deſeruerant; quod feliciter ceſſit auctoritate Juliani Archipresbyteri de Taurano delegati legati Clementis V. Pontificis. Anno vero 1315. Archidiaconatui Cardinalis adjunxit Eccleſiam de Luſignano. Anno autem 1318. Canonicorum cathedralis ſtatuta confirmavit. Quem demum anno 1320. ſive ut Folieta ſcribit 1321. perſtrepentibus civilibus armis inter Guelphos, Gibellinoſque in Andoſia ad litus maris tradunt fuiſſe occiſum: quod vix cohærere poſſe videtur, cum in ſucceſſoris electione reperiatur ante annum 1320. exceſſiſſe è vivis. Scribit Epiſcopus Neblenſis ann. 1317. Albingæ fuiſſe Epiſcopum Petrum Spinulam, filium Renaldi. Unde hoc hauſerit, mihi incertum; illud conſtat Emanuelem ab anno 1306. uſque ad annum 1320. Albingaunenſem adminiſtraſſe Eccleſiam. Nec vero dicendum duos fuiſſe Emanueles, inter quos, B Præſul extiterit hic Petrus Spinula, ut nonnulli contendunt, ſed unum tantùm, ut è lib. Proviſ. Præl. perſpicue eruitur, qui in Vatic. aſſervantur.

31 Fr. JOANNES ex Ordine Minorum, defuncto Emanueli ſuffectus eſt anno 1320. 15. Kal. Auguſti, ex Reg. Vatic. epiſt. 1359. anno 5. Fato functus eſt 1328. Poſt cujus exceſſum Albinganenſis Eccleſia commendatur ad beneplacitum Sedis Apoſtolicæ Frederico Epiſcopo Saonenſi à Joanne XXII. an. 1328. 4. Kal. Decemb. ex Reg. Vat. XXXIV.

C



32 FRIDERICUS de Ceva reperitur electus anno 1330. 2. Non. Decemb. cum diſpenſatione ſuper defectum ætatis, erat enim in vigeſimo ſecundo anno conſtiturus. Hic Archidiaconatui adjunxit Eccleſiam s. Mariæ de Ponte Longo. Obiit 1349. XXXV.

33 JOANNES Franciſci Marchionis Cevæ filius, hanc eccleſiam aſſecutus eſt defuncto Friderico ann. 1349. 12. Kal. Martii, ex Reg. Vat. ep. 97. fol. 60. ann. 8. Clementis VI. adminiſtravitqne uſque ad an. 1364. quo ipſo anno translatus eſt ad epiſcopatum Dertonenſem. XXXVI.


34 JOANNES de Fliſco Joanni ſucceſſit anno 1364. Id. Septembris, ex Regeſt. Vatic. extatque D illius memoria in monumentis hujus eccleſiæ ann. 1388. Hic ille eſt, qui aliquot feudalia bona confirmavit Rinaldo, & Petro Ventimilliæ comitibus. Poſt hunc Joannem, citatus M. S. catalogus ſubiicit quendam Jacobum Sualenſem, qui an. 1390. eccleſiæ s. Catharinæ de Triaria indulgentiam dilargitus eſt, ut legitur in quadam marmorea tabula, ubi aliquot carmina inciſa ſpectantur. Quod autem attinet ad verbum, Sualenſem, arbitror mendum eſſe ab antiquitate, dum ea carmina corroſiſſet, invectum. Fortaſſe enim in illis illibatis carminibus legebatur, ſive Scalenſis, ſive Savonenſis, ſive aliquid aliud legentibus non incognitum. Cæterum ſi verbo ſuo germana non excidit lectio, aut incogniti nobis alicujus Epiſcopatus nomen eſſe fatemur, aut patriæ, aut gentis memorati Jacobi: qui tamen inde haud arguitur Albingaunenſis fuiſſe Epiſcopus. Hujus tamen rei, ne nimis ſapere videamur, cordatioribus decrevimus re- XXXVII.

relinquendum judicium. Verſus autem ſunt qui ſequuntur.

Millibus trecentis annis nonaginta redemptis
Hæc fuit inita Domini domus inde finita
Sumptibus Antonii quondam Oberti Capout
Trinitas, Unitas, ſancta Catharinaque dicta.
Hic autem primus fertur fundaſſe lapillum.
Tunc in feria ſena, Novembris quarta ſerena
Jacobus Epiſcopus Sualcnſis nomine dictus
Hanc viſitantes, atque juvantes crimina ſolvens
Monſtrat ut hæc ita manu ſua littera ſcripta.
Poſt hæc ſerenus cardinalis Bartholomæus
Papæ vice noni Bonifacii Antiſtitis Romæ
Hanc domis multis ſua dotata litera ſculptis,
Hæc notarius notavi Manuel Sardus.

XXXVIII. 35 GIBERTUS de Fliſco ad hunc dignitatis gradum promotus eſt circa annum 1390. Hic ad Conſtantienſe Concilium Dominicum Arpinam Alexandrinum ſuum Procuratorem legavit anno 1416. de quo Acta Conciſtorialia.

XXXIX. 36 ANTONIUS de Ponte, Venetus, Paulo ante Epiſcopus Sibinicenſis, ad Concordienſem Eccleſiam translatus eſt anno 1402. 3. Kal. Martii. Anno vero 1409. à Gregorio XII. Aquilejenſis Patriarcha renunciatus eſt, contra Antonium Panciarinum verum Patriarcham, quem idem Pontifex accerbius inſectabatur, cum tamen ad ejus Patriarchatus pacificam poſſeſſionem numquam potuerit pervenire; quamobrem ea expectatione fruſtratus, fractuſque litibus, ad Eccleſiam ſuam redeundi cœpit conſilium, unuſque deinde fuit ex Italicæ nationis Procuratoribus, cum Patres Conſtantienſis Concilii Martinum V. Apoſtolicam evexerunt ad Sedem. A quo Antonius ad Archiepiſcopatum Hydruntinum translatus eſt an. 1418. ac 6. Kal. Aprilis ejuſdem anni Albingaunenſem eidem detulit ſedem, quam ille adminiſtrabat 1424. Quod hactenus ex fide narravi, hauſi ex Act. Conſiſ. libriſque Oblig. Prælat. Bonifacii IX. Alexandri V. ac Martini V. Scriptor Catalogi Præſulum hujus Eccleſiæ, qui nondum lucem aſpexit, narrat Antonium patria fuiſſe Aquenſem, è Sigiſmundorum familia, fuiſſeque è Bibicenſi Epiſcopatu, ad hanc Albingaunenſem ſedem translatum, annoq; 1424. Aquienſi Cathedrali, cujus olim Canonicus fuerat, argenteum Tabernaculum dono dediſſe, ubi haud negaverim, potuiſſe illum, quamquam exterum, Aquenſis canonicatu nobilitari, dummodo intelligant Hiſtoriarum periti Venetum fuiſſe illum, è nobiliſſima familia de Ponte, primumque illius Epiſcopatum Sibinicenſem fuiſse, non Bibicenſem, qui utique nullus eſt, indeque ad alios dignitatis gradus perveniſse, ut Acta Conſiſtorialia ab omni dubio procul teſtantur.




XL. 37 MATTÆUS de Caretto Albingæ Epiſcopus fuit anno 1429. 10. Februarii. Sacro Cardinalium collegio ſolitum pendit ſervitium, ut habent libri Obligationum Prælatorum. Hunc illum arbitror fuiſse Matthæum Albingæ Epiſcopum, qui coram Patribus Baſileenſis Concilii in honorem S. Spiritus bis ſacrum fecit, anno 1433. die 19. menſis Februarii, ſeſs. 10. & ſeſs. 13. die 13. menſis Septembris ejuſdem anni. Crediderim per idem tempus Damiano reſignaſse Epiſcopatum. Reperi item hunc Matthæum, dum apud Eugenium IV. Florentiæ demoraretur, tamquam Judicem delegatum tuliſse ſententiam in favorem Abbatiæ S. Salvatoris de Septimo Ordinis Ciſtercienſis, ubi ejuſdem ſpectatur ſigillum cum quatuor faſciis oblique ſcutum ſecantibus. Deceſſit autem Matthæus anno 1448. ut Acta Conſiſtorialia Nicolai V. affirmant. Cæterum haud hactenus videre potui, unde quidam Damianus in Catalogum tum manuſcriptum, tum à Landinello impreſsum hujus Eccleſiæ Præſulum irrepſerit, qui Michaeli de Germanis Vicario ſuo Generali imperaverit diviſionem bonorum inter Præpoſitum, Canonicoſque Eccleſiæ collegiatæ de Friaria ſanciendam, cum conſtet die 19. menſis Febr. ejuſdem anni Matthæum Baſileenſi Concilio interfuiſse, anno 1434. demoratum fuiſse Florentiæ, ſublectumque ad Albingaunenſem ſedem an. 1430. fatoque ceſſiſse 1448. niſi forte dicendum ſit per idem tempus hunc Damianum Matthæi fuiſſe coadjutorem, exceſſiſſeque è vivis, vel ad aliam Eccleſiam fuiſse translatum, aut numquam extitiſse in vivis.



XLI. 38 GEORGIUS de Fliſco, a Presbyter Cardinalis, tituli S. Anaſtaſiæ, poſt exceſſum Matthæi de Caretto, hanc Albingaunenſem Eccleſiam commendatam habuit ann. 1448. 2. Kal. Auguſti; eamdem tenuit uſque ad ann. 1459. de quo vide ſupra in Archiepiſcopis Januenſibus.

a De eo Ciacconius Oldoini t. 2. col. 905.

XLII. 39 NEAPOLEON de Fliſco, Naulenſis antea Epiſcopus, ex ceſſione ſupramemorati Cardinalis, ad hanc Eccleſiam fuit translatus, anno 1459. die 21. menſis Dec. Hic ſacra oſsa s. Verani ex veteri ſepulchro prope ſacram Turrim, tranſtulit ad Altare, quod ipſe magnifice conſtruxerat, exornaveratque 6. Id. Junii, quo ipſo die quotannis ejus feſtum concelebratur. Epiſcopale Palatium etiam elegantiſſime reſtauravit 1463. ut legitur in quadam memoria muro affixa. Fato functus eſt 1467.



XLIII. 40 JO: VALERIUS de Calderinis, Januenſis, paulo ante Epiſcopus Savonenſis, ad hanc eandem Eccleſiam translatus eſt 1467. ſepultuſque eſt in cathedrali 1472. die 14. menſis Januarii, ut catalogus manuſcriptus refert. Memini me

hujus

hujus Valerii Albingæ Epiſcopi litteram ad Senenſes legiſſe, ab ipſo exaratam anno 1491. die 3. menſis Januarii; inde mihi fuit conjectura, huic Eccleſiæ Valerium remiſiſſe nuntium anno 1472. ac deinceps diuturniori mora vixiſſe.

XLIV 41 HIERONYMUS Baſsus *a* Roboreus, Savonenſis, Sixti IV. ex ſorore nepos, hujus Eccleſiæ adlectus Epiſcopus eſt anno 1472. Præfuit uſque ad annum 1476. deinde ad Recanatenſem translatus eſt, ac paulo poſt Cardinalis evaſit. Deceſſit Romæ Epiſcopus Cardinalis Præneſtinus anno 1507. De quo ſupra.

a De eo Ciaconius Oldoini tom. 3. col. 64.

XLV. 42 LEONARDUS Marcheſius, nobilis civis Albingæ, Canonicus cathedralis, ex ceſſione Cardinalis Hieronymi, patriæ ſedem aſſecutus eſt anno 1476. die 18. menſis Octobris, Sixto IV. ſedente; vir nobilioribus diſciplinis nobiliter excultus. Præfuit ſumma cum laude prudentiæ annos 37. Sacrarium nobili ſupellectili locupletavit, auxitque Eccleſiaſticum chorum codicibus elegantiſſimis. Deceſſit 1513. poſtrema die menſis Julii.



XLVI. 43 BENDINELLUM Cardinalem Saulium *b* nobilem Januenſem Julius II. præter Senatoriam purpuram Hieracenſem, ac Melitenſem Epiſcopum fecit; Leo vero X. Albingaunenſem anno 1513. ut pote quem ob egregias animi dotes in paucis diligeret, adhiberetque Pontificatus gravioribus conſiliis. Cæterum Saulius cum Petruccianæ conſpirationis contra Leonem ut complex fuiſſet inſimulatus, primum baratro Hadrianæ molis concluſus eſt, mox roſei Pilei honore ſpoliatus, ac cenſu; tum etiam in priſtinæ dignitatis gradum reſtitutus, cum ex diligentius habita quæſtione judices prævidiſſent Saulium, tantum auribus peccaviſſe, non item atroci voluntate in Principem, ut narrat Jovius, Garimbertus, ac noſter Nicolaus Baccetius Abbas Ciſtercienſis in ſuo Monacho Severo defenſo, quem Thomas Porcachius tamquam conſpiratorem cum Saulio in ſuis ad Areoſtum commentariis fæde traduxit ad poſteros, nulla alia firmiori conjectura fulſultus, quam quod Monachus Severus, cum Joanne Baptiſta Cattanea. Paulo Jovio, aliiſque magni nominis literatis in Bendinelli Aula pro Theologo verſatus fuiſset. Baccetii opus, Romanis rotundis characteribus graphice exaratum, aſservatur, in Ciſterciana Bibliotheca Florentiæ. Plus autem potuit apud generoſum Bandinelli animum contumelia amiſſi decoris, quam de recuperata iterum dignitate totius Romanæ Aulæ gratulatio. Siquidem poſt violenti fati diſcuſsum periculum, brevi Romæ ex mœrore deceſſit an. 1517. ſepultuſque eſt apud S. Sabinam, cujus titulo fuerat inſignitus. Illius meminere Folieta in Elogiis, Jovius, Guicciardinus, Garimbertus, Acta Conſiſtorialia, pluresque alii, præter ſupra citatos auctores.

b De quo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 297.



XLVII 44 JULIUS Cardinalis Mediceus *c*, qui poſtea Apoſtolicam evectus ad ſedem, Clemens VII. appellatus eſt, hanc Eccleſiam perpetuo ſuſcepit adminiſtrandam 1517. quam ille tenuit ſedem uſque ad ann. 1518. deinde eo munere ſe abdicavit.

c De quo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 118. & 443.

XLVIII. 45 Jo: JACOBUS Comes de Gambarana Papienſis, Gubernator Romæ à X. Leone hanc ſedem obtinuit ann. 1518. die 5. menſis Maji. Hic ſolemni ritu tranſtulit corpus S. Caloceri martyris anno 1523. 3. Non. Novembris. Quam ille Eccleſiam egregie adminiſtravit, uſque ad annum 1538. quo ipſo anno Papiæ defunctus eſt, ibidemque ſepultus.

XLIX. 46 HIERONYMUS Grimaldus, Januenſis, à Clemente VII. factus Cardinalis 1527. Venaſtenſem Eccleſiam ſuſcepit adminiſtrandam, à Paulo vero III. Albingaunenſem Epiſcopatum, anno 1538. die 14. *d* menſis Novembris. Barii etiam, Archiepiſcopus fuit, legatuſque Liguriæ, Januæ vitam finivit 1544. ubi non ſine lachrymis, non modo filiorum, quos ante Sacerdotium ex honeſtiſſimo conjugio ſuſtulerat, ſed etiam cæterorum mortalium, qui morum candorem Grimaldi ſuſpiciebant, ſepulchrum accepit. Illius elogium ſcripſit Folieta, & nos ejuſdem meminimus in noſtris ad Ciaconium Additionibus, tametſi Grimaldæ nobilitati, totius Liguriæ primariæ, longe imparem attulerimus laudationem.

d Die 15. ex Actis.



L. 47 Jo: BAPTISTA Cicada *e*, Januenſis, Apoſtolicæ Cameræ Generalis Auditor, ſub Paulo III. Albingaunenſis Epiſcopus fuit *f*. Anno 1551. ſub Julio III. purpuratus evaſit ad titulum S. Clementis. Præfuit uſque ad annum 1560. *g* eoque deinde munere ſe abdicavit. Fato functus eſt 1570. 6. Id. Aprilis Romæ, cum per id tempus Epiſcopus Sabinenſis eſset, ſepultuſque eſt apud S. Mariam de populo, ubi legitur epitaphium ejus ſepulchro à Carolo nepote affixum. Conſule, quæ ſupra de eo ſcripſimus in Epiſcopis Cardinalibus Sabinenſibus.

e De quo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 779.
f Electus die 5. Decemb. 1545
g 1554.

LI. 48 CAROLUS Cicada Patruo Cardinali ſucceſſit anno 1560. Concilio Tridentino interfuit. E vivis eximitur an. 1572. („ *Carolus Cicada, Canonicus Januen. Legum profeſſor, die 30. Martii* „ *1554. cum eſſet an. 24. deputatus eſt Adminiſtrator, donec ad ætatem 27. an. perveniſſet, & deinde præfectus eſt in Epiſcopum. Anno vero 1572.*

„ *ceſſit regimini, ſibi nomine, & denominatione Al-*
„ *bingaunenſis Epiſcopi reſervatis.* ex Actis. *Cla-*
„ *ruit Apoſtolicus Nuncius apud Magnum Etruriæ*
„ *Ducem. Sed de eo legendus Petrus Ricordatus in*
„ *hiſt. Monaſt.*

LII. 49 CAROLUS Grimaldus, nobilis Jauenſis, è Sagonæ Epiſcopo, ad Vintimillienſem tranſivit Eccleſiam; ab ea autem, ad hanc Albingaunenſem deinde fuit tranſlatus anno 1572. die 26 menſis Novembris, ubi ſeminarium erexit ex Concilii Tridentini præſcripto, cujus decreta jam tum Saonenſis Epiſcopus ſubſcripſerat. Januæ poſtremam diem obiit 1581. cujus cadaver ex teſtamento Albingam relatum, tumulaverunt in cathedrali.



LIII. 50 HORATIUS ex Marchionibus Maleſpinis, ad eandem ſedem ſubvectus eſt 1582. die 8. menſis Januarii. Hic cum Florentiæ pro Gregorio XIII. apud Franciſcum Magnum Etruriæ Ducem fungeretur legatione intra paucos dies exceſſit è vivis, antequam obtenti Epiſcopatus poſſeſſionem inire potuerit.



LIV. 51 LUCAS Fliſcus ex Lavagnæ comitibus, ex Adriæ Epiſcopo, ad hanc Eccleſiam tranſlatus eſt 1582. Gregorio XIII. ſedente, die 28. menſis Martii, Hic S. Caloceri Martyris Moniales extra Albingam degentes, intra civitatis muros includendas curavit, quo cautius hujuſmodi ſepimento earum Virginum pudori conſuleretur anno 1593. Præfuit annos 28.



LV. 52 DOMINICUS Marinus *a*, Januenſis à Paulo V. ad hanc eandem ſedem promotus eſt anno 1610. *b* qui tamen ſibi creditam Eccleſiam nunquam præſens potuit adminiſtrare, Umbrica legatione, aliiſque pro Romana Eccleſia diſtentus muneribus, quæ poſtquam ex voto Pontificis obiiſſet egregie, ab eodem Archiepiſcopali Januenſi throno meruit nobilitari, anno 1616. De quo ibi.

a De quo

b Oldoinus in Athen. Ligustico. Mandos. b 1611. die 21. Aprilis.

LVI. 53 VINCENTIUM Landinellum *c* Sarzanenſem Paulus V. primum collectorem ſpoliorum in Luſitaniam deſtinavit, mox & Albingæ Epiſcopum renuntiavit 1616. 3. Aug. Qui cum Albingam profectus fuiſſet, omnem diœceſim ſuam diligentiſſime perluſtravit, celebrataque ſynodo 1618. quamplura condidit ſalubriora decreta, eaque ad publicam Cleri utilitatem juſſit lucem aſpicere, addito ſuorum anteceſſorum, illo brevi quidem, ſed diligenti Catalogo, qui ejus Eccleſiæ deinceps ſcribendæ plurimum lucis, ut nos experti ſumus, poſſit adferre. Erat Landinellus Paulo V. charus in paucis ob exaggeratas animi dotes, quæ eidem videbantur ampliorem deſtinare fortunam. Hanc Eccleſiam adminiſtravit uſque ad annum 1624. Quo ipſo anno ad Pontificis Urbani VIII. arbitrium renunciavit, cumque S. Petri in Vaticano ab eodem Pontifice Vicarius fuiſſet deſignatus morte ſubſtractus eſt an. 1627. menſe Januario, ſepultuſque eſt in templo Servatori Jeſu dicato. Hæredem inſtituit Philippum Caſonem, ex ſorore nepotem, ſacri Collegii procuratorem, nunc Epiſcopum S. Domnini, & quem ob egregias animi dotes, nullus dignitatis gradus ſit, qui non videatur poſſe decere. Quod ad nos attinet, certe Caſoni æterna obligatione devincti ſumus, quod nos generoſa adhortatione incitavit ad hoc opus, nobiſque oſtenderit viam, acta conſiſtoralia, monumentaque ſacri Collegii perſcrutandi, ut inde ſacram hanc noſtram Italiam proferremus uberiorem, feliciuſque errorum, in quos in tam varia ſupputatione temporum, certum erat poſſe incidere, technas devitaremus.

c De hoc pariter Oldoinus in Athen. Ligust. Mandos.

LVII. 54 PETRUM FRANCISCUM deinde Coſtam, filium Comitis Octaviani, Lauræque Spinulæ Albingaunenſem nobiliſſimum civem, ad hanc Eccleſiam evexit Urbanus VIII. 1624. die 29. menſis Martii.

ADDITIO.

(„ *Diem clauſit extremum Coſta* 1655. 14. *Martii*,
LVIII. „ FRANCISCUS *de Marinis, nobilis Januen-*
„ *ſis, utriuſque Signaturæ Referendarius, poſtquam*
„ *Fanum, Fabrianum, & Urbemveterem ditionis*
„ *Eccleſiaſticæ urbes rexiſſet, ad ſedem Albingau-*
„ *nenſem promotus eſt die* 11. *Auguſti* 1655. *ad Mel-*
„ *phitenſem deinde translatus* 29. *Martii* 1666.
LIX. „ Jo: THOMAS *Pinellus, Melphitenſis Epiſ-*
„ *copus, huic Eccleſiæ attributus eſt* 29. *Martii* 1666.
„ *in cujus gremio deceſſit an.* 1688.
LX. „ Fr. ALBERTUS *Botti, nobilis Ianuenſis, Or-*
„ *dinis Carmelitarum Theologus, & Prior Monaſte-*
„ *rii S. Mariæ Tranſpontinæ de urbe, Pinello defun-*
„ *cto ſuffectus eſt die* 24. *Ianuarii* 1689. *At nondum*
„ *exacto biennio vale dixit huic ſeculo menſe No-*
„ *vembri an.* 1690.
LXI. „ GEORGIUS *Spinula, nobilis Ianuenſis, I.U.*
„ *D. adhuc Clericus annorum circiter* 35. *Epiſcopus*
„ *Albingaunenſis dictus eſt* 1691. *Diu hanc Eccle-*
„ *ſiam cum laude adminiſtravit, & fato ceſſit menſe*
„ *Septembri* 1714.
LXII. „ CAROLUS *Maria Joſeph de Furnariis, Ale-*
„ *rienſis Epiſcopus, ad Præſulatum Albingaunen-*
„ *ſem tranſlatus eſt* 20. *Februarii* 1715.)

BOBIENSES EPISCOPI.

BOBIUM Civitas in nona Italiæ Regione in Apenninis, Cottiis Alpibus quadraginta millibus ab urbe Ticinenſi in Ducatu Mediolanenſi ſita, quem locum veterum traditio Bobium nuncupabat, ob Rivum eo in loco nomine fluentem, amnemque alium profluentem, nomine Treviam, ſuper quem olim Annibal hyemans, hominum, equorum, elephantorumque atrociſſima damna ſenſit. Hic S. Columbanus Abbas favore Agilulphi Longobardorum Regis, Monaſterium, & Eccleſiam B. Virginis Deiparæ ex ligneis tabulis ad formam corporis ſui conſtruere cœpit, quam Ailulphus poſtea lapideam ædificavit. Ejus celebri ſanctitate adlecti, tum ipſi Reges, tum finitimi populi, ita opibus, divitiiſque juvarunt, ut brevi tempore in celeberrimum monaſterium evaſerit, & oppidum prope ipſum non ignobile ædificatum, Bobium dictum fuerit. Verum poſt aliqua ſæcula ſubcreſcentia malitia pravorum hominum, tum finitimorum Epiſcoporum, jura ejuſdem Cœnobii invadere anhelantium temporaneus Bobiaiis populis datus eſt Epiſcopus, ut invidorum moleſtias procul à ſancto Cœnobio faceret, redigeretque ad priſtinam tranquillitatem, ſarta tecta juraque S. Columbani illibata ſervaret. Henricus ſanctus Imperator ibidem Epiſcopatum inſtituit perpetuum de licentia Comprovincialium Epiſcoporum, Benedicto VIII. Pontifice annuente an. 1014. ut Ditmarus refert lib. 7. diœceſim deſignarunt & Epiſcopalem menſam ex bonis ejuſdem Monaſterii quod deinceps ſub protectione & immediata ſubjectione Apoſtolicæ Sedis permanſit, & ad noſtram uſque ætatem Abbas in Cœnobio, Epiſcopus in civitate, ſuaque diœceſi jus ſuum, dignitatemve ſervavit ex ſententia Romani Pontificis, apud quem non ſemel de juriſdictione certarunt, ut infra ex monumentis dicemus. Epiſcopus Bobienſis poſtquam ſuam ſedem firmavit, diu fuit Archiepiſcopi Ravennatis Suffraganeus, ut innuit Sigonius, donec Innocentius II. anno 1133. novæ Metropolitanæ Januenſi attribuit. Templum primarium Deiparæ, & Petro Apoſtolo dicatum, antiquæ ſtructuræ, undecim habet Canonicatus, inter quos, duas dignitates, Præpoſituram videlicet, & Archidiaconatum, alioſque plures minoris dignitatis Clericos. In eo Ss. Blaſii, & Chriſtophori reliquiæ venerantur fideles. In civitate unum Monialium, virorum tria numerantur Cœnobia, inter quæ ſupramemorati S. Columbani inſigne D. Benedicti Ordinis, multorum Cœnobiorum caput, ubi Ss. Columbani, & Attalæ, Bertulfi, & Bubuleni Abbatum corpora requieſcunt; cujus Bibliotheca infinitis propemodum M.S. Codicibus referta fuiſſe narratur, nunc ſqualore fœdata, & nuda jacet. Epiſcopus ſatis amplam habet diœceſim, ejuſdemque civitatis priſcis illis primis temporibus, Comes, & dominus, inter Imperiales Dynaſtas numerabatur; nunc Anteceſſorum incuria, temporali juriſdictione ſpoliatur; in ſignum & memoriam tantæ amiſſæ dignitatis, Epiſcopus, & Comes ſe ſubſcribit, etſi Bobii domini ſint Vetmenſes Comites, qui plura caſtra, locaque hujus Eccleſiæ in feuda retinent Hujus civitatis meminit Paulus Diaconus lib. 4. Jonas in vita S. Columbani, Merula, Corius, Leander aliique, ſed pauca referunt. Series Epiſcoporum ex variis monumentis à nobis collecta, eſt hujuſmodi.

I. ſ ATTO primus hujus Eccleſiæ Epiſcopus anno 1014. ordinatus; cujus mentio habetur in privilegio Conradi Imperatoris Bobienſi Eccleſiæ conceſſu.

II. a SIGIFREDUS, quo ſedente anno 1027. Con-
A radus Imperator privilegium, quod ſequitur Bobienſi Eccleſiæ conceſſit, cujus authographum in epiſcopali archivo aſſervatur.

In nomine ſummi, & æterni Dei.

Chuonradus ejuſdem benigniſſimo gratia inſuperabilis Romanorum Imperator Auguſtus. Si impeirare voluerimus divinam gratiam minime adipiſci dubitamus. Quapropter notum fieri volumus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus, noſtriſque præſentibus, ac futuris omnibus, Giſlam dilectiſſimam noſtram conjugem Imperatricem Auguſtam, pio affectu noſtram exploraſſe clementiam, quatenus ejus conjugalitatis amore, noſtra præceptuli concederemus pagina ſanctæ Dei Eccleſiæ Epiſcopii, quæ eſt dicata titulo nominis Beatæ Dei Genitricis Virginis Mariæ, ſanctique Petri Apoſtolorum Principis, omnia utenſilia ipſius Eccleſiæ, ad uſum ſacri ordinis pertinentia, ſcilicet libros, ſacerdotalia, pontificalia, levitica veſtimenta, campanas, altariorum indumenta, ſacra vaſa, ſe ipſam ab omnibus penitus illæſam, & cætera
B *ſimilia. Ad hæc autem jungimus ea, quæ duarum chartularum offerſionum, vel donationum in ſe omnino continere retinere videntur. quas domnus Atto, & Sigefredus prælibatæ Eccleſiæ Præſules eidem puro animo, & ſincero corde pro ſe, omniumque fidelium Chriſtianorum tam vivorum, quam & defunctorum remiſſione obtulerunt, confirmaverunt, ultaque in futuro omnia, quæ jam d. Eccleſia habere cognoſcitur, hæc præceptali ſcripto ſcribi eodem modo præcipimus, eorum nomina, quæ chartulæ in ſe continent ſcripta, dicamus per ſingula. Cortem quæ dicitur de Cademma unam in ipſiſe jure poſitum cum capella ejuſque dote in integrum, aquis, rivis, paſcuis, cultic, & inculeis, fruſcariis, aquarum diſcurſibus, nec non famulis inibi reſidentibus. Novos omnes juncos qui ſunt poſiti in loco, & fundo Viguli cum illorum integris decimis, qui accepto Epiſcopo à domno Attone adjungendi, fructum cœperunt creſcere; manſum unum in loco Cuntolo qui laboratur . . . per Canettum Maſſarium, vinzolam curtali, molendina tria*
C *ſuper Bobium, Caſammencella duo, quæ recta laborata per Volandum presbyterum. Hæc prænominata prior retinet chartula, quæ inferiora continet, altera integram quartam portionem, deinde quam Bobienſe hoſpitale conditionaliter recipere ſolet, nihilominus de Epiſcopi domnicato non quartam, ſed integram manſos a. in loco qui dicitur Augendi vineam, quæ eſt juxta prælibatam Eccleſiam, undique circumdatam via, ſortes quatuor, quæ ſunt poſitæ in loco: & fundo Albiniano, & quintam in loco, & fundo Caſulæ. Tres vero in fundo Murlæ ubi Alfoganum dicitur, & unam in Aqueſe, quæ cunctæ adultæ, perfectæque nunc ſunt. Hæ vero de precario jure Odolberti fuerunt per precaria jura has ſortes prædictas, & manſos adimpletum, vel completum uſq; tempus, ſine omni contrarietate, ipſe Odolbertus, & ſui hæredes tenuerunt, & quicquid libitum inde fuit fecerunt. Hæc omnia prælibata jure ipſius prædicti Epiſcopii, & noſtri Imperii recte videntur eſſe, hac igitur præceptali auctoritate concedimus, ro-*
D *boramus eidem Eccleſiæ præfatæ omnia, quæ ſuperius fata, ejuſdem Præſules pro animæ noſtræ redemptione, noſtrorumque ſucceſſorum, & omnium fidelium Chriſtianorum, tam vivorum, quam & defunctorum obtulerunt, dedicaverunt, vel ſi qui alii Deum timentibus, & Eccleſiam Dei diliantis, daturis, & qualeſcumque res ei habere viſa fuerit, ſanctæ vero Dei Eccleſiæ Bobienſis Epiſcopii, quæ eſt dicata titulo nominis Beatæ Dei Genitricis Virginis Mariæ, ſanctique Petri Apoſtolorum Principis, omne jus, poteſtatem, diſtrictum, placita tenendi, & omnia, quæ uſus ipſius terræ nunc videtur habere, & viſurus erit, eo videlicet ordine donamus, penitus confirmamus de his ſupradictis, & aliis futuris rebus, ſcilicet de omnibus utenſilibus rebus, quæ ad ſacrum miniſterium, & ordinem ipſius multipliciter præfatæ Eccleſiæ pertinere videntur, videlicet libris, cappis, campanis, ſacris vaſibus, altariorum indumentis, omnibus Pontificalibus, Sacerdotalibus, Leviticis veſtimentis,*

& cæ-

& cæterorum ſimilium, quæ modo non poſſumus per ſingula diſcernere. Iterum de aliis rebus, non . . . . quas præfati ſupertus ſumus. De Decademcurte cum capella, ejuſque dote, & cum omnibus ſuis appendicibus in integrum omnibus Runcis novis, cum ſuis intimis decimis manſo 1. viniola 1. molendinis 3. Caſammentellis duo. Quarta portione decimæ in integrum. Tota de Domaicato Epiſcopi ejuſdem Eccleſiæ manſis 2. alia vinea, ſortibus, & manſis 9. de precario jure cum omni ſuorum diſtrictu, & poteſtate, atque omnibus rebus ad ipſam jam dictam Eccleſiam quandocumque tempore venientibus, noſtra, noſtrorumque ſucceſſorum, & cunctorum ſacratorum, & in ſacratorum hominum inquietudine, moleſtatione, contrarietate remota, & ſecluſa, præcipientes itaque jubemus, hac ratione vero ſancimus, & nulla noſtri Imperii magna, parvaque, ſacrata, & inſacrata omnium hominum perſona, præfatam Eccleſiam diveſtire, infringere, inquietare tentet, & præſumat ſine Imperiali judicio. Si quis violator temerarius auſu nefario hanc noſtram præceptalem auctoritatem quandoque infringere, aut contraire tentaverit, aut huic noſtro Imperiali non obedierit præcepto, ſciat ſe compoſiturum auri libras centum, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem præfato Epiſcopio, & ut præceptalis auctoritas diligentius ab omnibus noſtris fidelibus obſervetur, ſigillo noſtro ſubter inſigniri juſſimus.

Signum Domi- . Romanorum Auguſti.  *ni Chuonradi Imperatoris*

Bruno Cancellarius vice domni Endonis Archiepiſcopi, & Archicancellarii recognovit.

Datum 10. Kal. Novembris anno Incarn. D. N. I. C. 1027. regnante D. Chuarado anno regni 2. Imperii vero 1. indict. 11. Actum Triauli ia Dei nomine fel.

III. 3 LUIZO ſucceſſit Sigifredo ao. 1046. 8. Kal. Novemb. intereſt Syodo Papienſi. Fuit vir doctus, & pius, cuius in veteri membrana extat donatio, Canonicis ſuis facta, de nonnullis bonis, cuius tenor eſt huiuſmodi.

Dei miſericordia Luizo ſanctæ Dei Bobienſis Eccleſiæ Epiſcopus.

Pius, & Redemptor Dominus multis modis dignatus eſt nobis remiſſionem concedere peccatorum. Ad auxilium inſuper noſtræ fragilitatis, hoc etiam largiri dignatus eſt, ut ſuffragia Sanctorum, & orationes Clericorum apud eum nobis valeant ſubvenire, unde ſi Ordinariis ſanctę Dei Genitricis Marię, & noſtræ matris Eccleſiæ aliqua beneficia concedimus, in præſenti, & futuro ſæculo nobis proficuum eſſe, minime dubitamus. Quapropter omnibus cognitum ſit Catholicis tam præſentibus, quam etiam futuris, quod cum tractaremus de utilitate ordinariorum ejuſdem Eccleſiæ noſtræ, divino inſpirante conſilio eorum neceſſitati conſulentes, ut magis eſſent debitores Domino pro nobis ſupplices perſolvere orationes, pro animæ noſtræ remedio, ad honorem quoque, & commemorationem ſancti Syri clementiſſimi Confeſſoris Chriſti, per hoc noſtrum confirmando decretum conceſſimus, donavimus prædictis Ordinariis in proprium jus, & dominium ad communem uſum, & utilitatem, omni moleſtia, & contradictione remota. Videlicet Cortem de ſancta Maria cum omnibus inibi pertinentibus ad noſtrum domnicatum, cum operibus, ſervitiis, ficto vnaatis, cæteriſque aliis quæ per uſum, & conditionem perſolvuntur; quatuor etiam manſos in valle Bobienſi. Primum manſum de Goſterto in loco Marcolaſco. Secundum de Magagnolo in loco de Gadani. Tertium de Buccolino in integrum. Quartum manſum in loco, & fundo ſancti Ambroſii in integrum, ſicut fuit laboratus per Lampertum, & ſuos filios. Inſuper partem unam de Contonario quę fuit Vvidonis filii Alberti Comitis, cum omnibus diſtrictis, placitis, fictis, ſervitiis, & cæteris aliis, quæ per uſum redduntur. Si quis autem hoc noſtrum decretum violaverit, niſi digna ſatisfactione emendaverit, anathematis vinculo conſtrictus, Ananiæ, & Saphiræ ſubjaceat damnationi. Fiat. Fiat.

Luizo Dei gratia Bobienſis Epiſcopus in hoc decreto à me facto ſubſcripſi.

Ego B. Archidiaconus ſubſc.
Anſebertus Diaconus, & Præpoſitus ſſ.
Andreas Diaconus Cantor ſubſc.
Joannes Archipresbyter ſubſc.
Benedictus presbyter ſubſc.
Lampertus presbyter ſubſc.

Ejuſdem Luizonis habetur mentio in ſententia lata, juſſu Henrici II. Imperatoris, à Petro Epiſcopo Derthonenſi miſſo domini Imperatoris, de quibuſdam controverſiis inter ipſum, & Vvidonem Piacentinum Epiſcopum anno 1048. 3. Kal. Auguſti Indict. 1. apud Brunam. Hic primus eſt, qui Comitis civitatis titulo inſignitus legatur.

4 UGLERUS Epiſcopus, & Comes vixit an. 1060. neque de ipſo ulla habetur mentio: quo ſedente eodem anno Obertus, ſive Obizo Marchio in Etruria die 5. Kal. Feb. ſua bona reliquit Epiſcopatibus Bobienſi, Cremonenſi, Parmenſi, Regienſi, Mutinenſi, Lucenſi, Piſano, Tortoneoſi, & Januenſi. Actum in caſtro Rivaroli. Extat monumentum in Canonicorum Lucenſium tabulario. *a* Porro Oberti, qui & Opizo, meminit noſter Franciſcus Maria Florentinus in vita Matildę Comitiſſæ lib. 3. Alterius Oberti Marchionis Patrem fuiſſe ex quodam monumento refert. IV.

a Et refertur à Muratorio in Antiquit. Eſten. t. 1. p. 165.

5 HUGO. V.

6 ODDO anno 1118. ſequens hic conceſſit Indultum Eccleſiæ s. Albani ſuæ diœceſis. VI.

Die Sabbati, quæ eſt 7. dies Madii in Bobienſi civitate in porticu palatii Epiſcop. in præſentia D. Petri Bobienſis Eccleſiæ prępoſiti domini Anſald. Diaconi, Bernardi Canonici, atque in præſentia, & in teſtificatione horum hominum nomina quorum inferius ſunt. Domnus Oddo Bobienſis Eccleſiæ Epiſcopus, & Comes civitatis, conceſſit, & licentiam dedit Eccleſiæ ſancti Albani per Archipresbyterum Bernardum . . . . ipſius Eccleſiæ quod ipſe ex parte Eccleſiæ ſuæ adquirat quandocunque potuerit, vel quoquo modo potuerit de feudo, quod à Bobienſi Epiſcopo tenetur in curia de Verde, ſeu per . . . . ſive perpetuum, vel ad fictum, aut per donationem, & quodcumque de predicto feudo adquiſierit in prædicta Eccleſia ſancti Albani omni tempore permaneat ſine omni inquietatione ſupraſcripti domni Epiſcopi, vel ſui ſucceſſoris. Inde actum eſt hoc anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſſimo decimo octavo ſupraſcripto die Indict. undecima. Interfuere teſtes, Iſimbardus de Porcile, Oto, & Majolio Scutiferi R. D. & Bernardus de ſancto Albano. Subſcripta cum Tabellionatus.

Ego Joannes Rubeus Notarius interfui, & hoc breve ex mandato d. Oddonis Epiſcopi ſubſcripſi, & dedi.

7 N. Epiſcopus Bobienſis, Anacleti partibus ſeditioſe acceſſit, quamobrem Innocentius Papa II. in Piſano Concilio illum deturbavit de ſede ann. 1134. ut acta ejuſdem Pontificis teſtantur, quæ extant in Biblioth. Vatic. VII.

8 SIMEON Malnicinus ex Abbate S. Columbani Epiſcopus creatus an. 1134. quod cæteri ſui anteceſſores in S. Columbani Cœnobium egerant, & ipſe ſuæ profeſſionis immemor fecit, diuque vexavit, tandem ad cor reverſus de patratis injuriis pœnitens, plura beneficia, bonaque eidem contulit Monaſterio, & in ſenectute bona ſub Eugenio III. mortuus eſt & in Cathedrali humatus. Cujus beneficio II. anno 1143. Ogliero Abbati, ac ſucceſſoribus S. Columbani bona, juraque omnia confirmavit, ut infra videbimus. VIII.

OGLIE-

IX. 9 OGLIERUS Malvicinus nepos, eiuſdemque in Abbatia S. Columbani, & in Epiſcopatu ſucceſſor, Eugenio III. Pontif. Max. ſedente. Is beati Columbaoi beneficiorum immemor, ingrati animi vitio ad finem uſque vitæ ſuæ fœde laboravit, acerrimuſque Colnmbani Cœnobii extitit perſecutor. Sed non deſuit in ingratum filium ultio patris, ſic permittente Deo, ut in extremis poſitus cum ad expiationem ſuorum peccatorum per humilem confeſſionem excitaretur à ſuis, miſerabiliter impœnitens propriis à ſe corroſis manibus expiravit, & inglorius in Cathedrali ſepelitur, cæteris ſucceſſoribus exemplar futurus; cujus facinora in Divum Columbanum, mortem, cæteraque ab ipſo patrata memorantur, io ſolemni proceſſu, quem juſſu Innocentii III. Sicardus Cremonenſis Epiſcopus Apoſtolicus delegatus an. 1207. confecit. In eo enim præter cætera narratur, quod Joannem quemdam Columbani Cœnobii Monachum ab Abbate ad Fridericum Imp. miſſum, cum privilegiis à Pontificibus, & Imperatoribus liberaliter eidem Cœnobio elargitis, ut proſpiceret Cæſar, quam iojuſte Bobienſis Epiſcopus jura præclariſſimi Cœnobii evertere conaretur, per ſummam malitiam comburi fecit. Aliis antea injuriis excitati Præpoſitus, & Monachi ad Fridericum has literas dederunt, quarum exemplar ex eodem Columbani Cœnobii Archivo exhibemus.

Friderico inclyto, & glorioſo Imperatori Romano.

L. in Eccleſia B. Columbani Præpoſitus, & omnes illius Congregationis Monachi, & ſervi veſtri, omnibuſque Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, atque optimatibus veſtris in curiam degentibus, humilima ſicut eutnante in Solis ardore umbram declinant, & in mari periclitantes, portum deſiderant, & manima infirmitate conſtituti ſalutem expectant, ita nos ſervi veſtri refrigerari, & ad finem deduci, & ſalutem adipiſci omnium peccatorum, & tribulationum in quibus maxime ſumus in adventu ſperamus. Sed qualiter ſe habet ees hoc ideo evenit, quia ad veſtram majeſtatem videlitet ire auſi ſumus, unde valde pertenti, & conturbati iterum ad veſtram Imperialem dignitatem confugimus, credimus enim vobis, & veſtris intimatum qualiter dominus Arnulfus Rex tradidit beatiſſimo Columbano, qui nominatur Bobium ad habitandum & poſſidendum ſibi, & qui poſt ipſum inibi Deo deſerviunt, ubi Eccleſiam ædificavit in honorem beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & aliorum cunctorum, circa quæ ab omni parte quatuor miliaria ſine omni contentione inhabitandi, & poſſidendi deſignavit. Quod factum per multa duravit tempora, ſubcreſcentibus veco malis viſum fuit utile quandam diviſionem de eebus prædictæ Eccleſiæ ad tempus faceee ſicut in noſtris privilegiis ſtabilitum fuit: nam concedente Imperatore Epiſcopus ad tempus datus eſt, qui de poſſeſſionibus hujus Eccleſiæ viveret, & male facientes, & Cœnobium inquietantes, & diſturbantes ſic repelleret, & ad dignam quietem, pacemque redigeret, poſt reſtitutionem cum ad priorem iterum ſtatum deveniret, eeſtituta poſſeſſione, quam prius cauſa neceſſitatis ad tempus fuerat conceſſa Epiſcopo, & infeſtatione pravorum hominum deficiente Epiſcopali dignitate de eodem loco, quæ ut dinimus in noſtris peivilegiis ſcripta tenemus, ſed poſt quam terra hæc inſolentia verſa eſt, quod pro bono facta eſt, in contearium verſum eſt, nam ibi fuerunt, qui plurimum diſturbaverunt Cœnobium alii parum, ſed qui multum infeſtaverunt, numquam pœnitentiam recipere potueenut in morte, quod Dei judicio, & meritis B. Columbani factum credimus. Denique beatiſſimus iſte confeſſor anathematizavit aliquem qui vellet hunc locum in alio ſtatu tranſmutare, ideſt de Abbatia Epiſcopatum, vel Canonicam inſtituere, vel de omni prædicta poſſeſſione pro jam dictis negotiis aliquid detinero, vel diminueee, quam ſententiam firmavit B. Gregorius Romanæ Urbis Antiſtes in privilegio ſuo ſcripto Columbani Cœnobium corroboravit, & confirmavit, ut indiſſolubiliter anathematis vinculis datores, & actores eſſent colligati. Malignus vero hoſtis, ideſt diabolus, qui calidas hominum mentes decipit, obcæcavit omnes illos, qui contra hoc præceptum ire auſi fuerunt hac de cauſa, quia poteſtatem terrenam dilenerunt, & cum debuerunt prodeſſe, laboraverunt præeſſe, & per ſuam tyrannidem Dei gloriam prodideenut, etſi diu anathemate S. Columbani, & S. Gregorii conſtricto, nunquam ad veram ſatisfactionem pervenerunt. Baebanus autem iſtius qui nunc præeſt Epiſcopus diu Abbatiam tenuit, & poſt ad Epiſcopatum venit: ſed poſt paucos annos pœnituit ſe ſuſcepiſſe & quid quid à ſacerdotibus illius terræ injunctum fuit mirifice obſervavit. Iſte Epiſcopus quidem qui Oglerius vocatur ſuplevit quicquid ab aliis in enplicatione fuit, nam alii partem ſibi vendicaveenut, nec ſe, nec Eccleſiam alicui ſuppoſuerunt, iſte vero omnia, quæ ſunt Monaſterii, ſua eſſe dicit, & omnes fidelitates, quas omnes homines hujus terræ & vaſſalli ſoliti eeant facere ad reverentiam confeſſ. & Monaſterii ſibi ſingularitee accepit, quia ſe ſe Januenſi Epiſcopo ſuppoſuit ad hoc laborat, ut Cœnobium quod liberum, nec ſub alicujus poteſtate niſi in veſtra tuitione in mineralibus, & Romanæ Eccleſiæ in ſpiritualibus eſſe debet, prædictæ Eccleſiæ poteſtate ſubjiciat. Inſuper noſtros homines placeat bannum, fodrum, frumentum, annonam, boves, aſinos, capras, pecora, porcos, & galinas, nunc veeo colleſtrum tollit, & ſic expoliat eos, quod cum aliquid volumus accipere, nequimus, dicunt enim ad tantam inopiam deveniſſe pro Epiſcopali eeectione, quod nullo modo ſeevire poſſunt, ſic ſervitia illorum fere ex toto perdidimus, aquarum etiam decurſus, & molendina, qua turbati ſunt & fiunt, quam ſemper de Monaſteeio fuere omnium obtulerunt. Ex quibus tractis homines jam mortui ſunt, itaque ad veſtram Imperialem majeſtatem fugimus, & privilegium noſtrum expetivimus, & accepimus per manus Conſtantienſis Epiſcopi, quod ad reverentiam veſtræ majeſtatis complevit, & veſtro ſigillo notavit, pro quo ad libertatem reſtitui credidimus, quod itaque tunc tempoeis nihil nobis profuit, nam quando illud vidit pro nihilo duxit: quando iterum in Juncaria ad vos venimus, & ſicut evenerat annunciamus, quibus auditis Placentinis ut nos tuentibus injunxiſtis, prædictus vero Oglerius de Januenſib. partibus vobis in Aſtenſi civitate ſe præſentavit & privilegium poſtea accepit, in quo oſtendit omnia, quæ nobis firmaſtis irrita eſſe, & ſic inelatus de tanta acquiſitione venit, & clauſtrum noſtrum intravit, & ut ei obedientiam, Abbatis amodo, faceremus peæcepit, quod facere noluimus, quia non debuimus. Nos itaque theſaurum quod in Eccleſia habebamus cauſa timoris illius in eadem Eccleſia abſcoaderemus, iterum alio die reverſus nobis omnem poteſtatem abſtulit, claves eapuit, Eccleſiam irruit, & tamdiu quæſivit ut theſaurum inveniì, & poſtea jueamenta ſibi fieri præcepit, & clericis, & laicis, qui juramenta fecerunt commendavit, monachoſque ſe & per alios verberare minatus eſt, & ſic factum eſt quod tres de Monachis noſtris jam eeceſſeee, & omnes parati ſunt recedere, niſi veſtra ſubveniat pietas, quam propter hos mittimus Monachos, ut eos patienter audiatis per Deum.

Hactenus Monachorum ad Fridericum ſupplicatio, quæ ante annum 1155. miſſa oportet, cum in ea de Joanne Monacho ab Hugone Placeotino Epiſcopo, in gratiam Oglieri, carcere mancipato, nulla habeatur mentio. Hugo eoim Perleoneus ad Placentinam ſedem pervenit ao. 1155. defunctuſque eſt ann. 1166. Epiſcopus Cardin. Tuſculanus, ut in p. tom. retulimus. Memoratur tamen lo ea Imperiale præceptum, & privilegium à Friderico paulo ante Cœnobio Columbiano donatum, quod cum ſatis illuſtre ſit ad hujuſce Monaſterii jura agnoſcenda, hic ab exemplari authentico, quod extat in tabulario non pigebit referre, cujus tenor talis eſt.

In

In nomine ſanctæ, & individuæ Teinitatis.
Fridericus divina favente clementia
Romanorum Rex Auguſtus.

Si ſanctam Dei univerſalem Eccleſiam, noſtram ſcilicet matrem, ſecundum quod ipſum jus noſtræ poteſtatis expetit, dando ſupplementum ex altare, immo vero noſtrie pro viribus augumentato ſtuduerimus magnum noſtræ animæ proficuum, anteceſſorumque noſtrorum remedium fore indubitate cognoſcimus, augumentatur quippe Dei Eccleſia, cum poteſtas quælibet Regalis, maxime quicquid habet, quicquid jure poſſidet viriliter tueatur, & ea quæ ipſi Eccleſiæ competere dignoſcitur, Dei obſervando mandata Eccleſiæ pietatis regaliter intueatur, incueri, etenim jure debemus, cum in hoc mundo ac doctrinam continuo à ſuis uberibus ſuſcipientes, in futuro ea præmia æternam recompenſationem expetamus. Itaque omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorumque præſentium ſcilicet, ac futurorum noverit univerſitas, & dilectiſſimi noſtrique fideles, videlicet Henricus Maguntinus Archiepiſcopus ſupremuſque noſter Conſiliarius, & Archicancellarius, Arnoldus ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archipreſul, Ottoliebus Baſilienſis Epiſcopus, Hermanus Marchio de Badiz, Lidolvicus Comes de Lonzeburd, humiliter noſtram expetierunt celſitudinem. Quatenus pro eemedio animæ noſtræ Anſelmo Abbati Cœnobii E. Bobienſis fidelique noſtro Comiti confirmationem privilegiorum juſta felicium deceſſorum noſtrorum Auguſtorum Lotharii, ſcilicet ac Ludovici filii ejus, Karoli Mani, & fratres ejus Karoli, Ottonis III. Henrici Quarti, & digni recordationis Conradi Secundi, concedere dignaremur, de Comitatu Bobien & ejus juribus univerſis.

Nos ergo conſiderantes æternæ eetributionis emolumentum ob eeverentiam Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, in quorum honore ipſum Cœnobium dignoſcitur eſſe fundatum, Sanctorumque Chriſti Confeſſorum Columbani, Attalæ, atque Bertulfi, qui ibidem humiti quieſcunt, propter interventum quoque ac piam poſtulationem ſupraſcriptorum fidelium noſtrorum ob petitionem etiam prætaxati Abbatis Anſelmi, dilectique noſtri Comitis libenter adſeaſum tribuentes, hanc noſtram confirmamus paginam, perenniter, & immutabiliter conſervandam fieri juſſimus. per quam concedimus, & confirmamus eidem Abbati, & Comiti ejuſque ſucceſſoribus in perpetuum jure honorabilis feudi, & inveſtituræ Comitatum Bobienſem cum omni honore, jure, & juriſdictione, cum caſtris, villis, terris, & locis omnibus, & vallem, in qua idem Monaſterium ſitum eſt, conſiſtentibus, prout Comitatus ipſe prætenditur, per fines de prætalia, & de Alpe peninæ cum finibus ſuis, deſcendentibus in petra gragia pee viam publicam, deſubtus petrapedarſa, veniente in coſta eransdignæ per ſummam coſtam deſcendentem in Fluvio Treviæ ad membrata cum ipſa inſula aſcendentem per clapetum, & ſummam ſerram majorem de Caſiolo in foſſa luparia, deinde ambulante per ſummam combreviam uſque in petra urſicina, & in montem calvum; indeque per deſignata loca in tres petrelas, indeque in Canevallia deſcendeate uſque in Tilechio, Teansgravanarola ad fines de Metelia, ac Caſale Domnino, quæ per circuitum per deſignata loca, & teclaturas percuerunt, quos etiam terminos, & fines prænominatos eidem Monaſterio. Concedimus, & confirmamus cum omni integritate, & cum omnibus ad ſe pertinentibus, molendinis, piſcationibus, montibus, planitiebus, ſilvis, ſtalareis, atque aquis, aquarumque decurſibus. Concedentes, ac etiam roborata authoritate confirmantes præfato Abbati, & Comiti, ejuſque ſucceſſoribus merum, & mixtum Imperium ſuper jam dicto Comitatu, & ejus omnibus pertinentiis. Omnia quæ igitur ad eundem Comitatum aſpicere videntur, vel quæ noſtri juris ibi fuerunt, vel eſſe videntur, libenti animo, ac pleniſſima voluntate à die præſenti indulſimus & confirmamus per Abbatem præfatis Cœnobii, vel per ejus miniſtros quiete ordine perpetuo tenenda, & poſſidenda, & ſecundum Deum, & juſtitiam rationabiliter diſponendi, ſine noſtra noſtrorumque ſucceſſorum, vel aliquorum fidelium noſtrorum contradictione, vel inquietatione. Decernentes itaque, & Regali authoritate volentes ſancimus, ut idem Abbas, & Comes, vel qui pro tempore ei fuerit ſucceſſurus poſſit, & valeat à noſtra curia ubicunque fuerit pro victu, & veſtitu, ac nutrimento, & alimonias pro ſe ſuiſque ſervitoribus, & equis, quotieſcumque ſibi placuerit, condignas, & ſufficientes, nec non ſexaginta libras boni, & puri argenti omni anno pro adjuncta feudi ſupraſcripti accipere. Inſuper autem quemadmodum Imperatores, ſive Reges noſtri Regni anteceſſores Auguſti, videlicet Otto Primus, Otto Secundus, & Otto Tertius, Henricus Quartus, & Coradus ſecundus abſolverunt Rectores præſ. Cœnobii à præſtatione fidelitatis, ſicut in eorum auctoritatibus, inſertum eſſe cognoſcimus; ita & nos pro remedio animæ noſtræ, ac reverentia, & honore præfati Monaſterii Bobienſis ſupraſcriptum Abbatem, & Comitem, ejuſque ſucceſſores perpetuis futuris temporibus abſolvimus à præſtatione dictæ fidelitatis, & eis ipſam omnimode remittimus, & perdonamus, ita prorſus, ut pro prædictis juribus, & honore ad præſtationem ipſius fidelitatis ac de cætero non teneantur. Confirmamus & omnia privilegia à Romanis Pontificibus, & à noſtris anteceſſoribus eidem Cœnobio hactenus indulta, conceſſa, & collata; ſtatuentes itaque & Regali auctoritate præcipimus, ut nulla omnino perſona alta, vel humilis, Eccleſiaſtica, vel ſecularis, nullum quoque Commune hoc noſtræ Majeſt. privilegium audeat violare, nec aliquibus calumnietur injuriis, vel damnis occaſione contributionis, vel conſuetudinis, ſeu ſtatutum Civitatis, vel alicujus loci attentare præſumat. Quicumque vero horum aliquid violare præſumpſerit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras mille quingentas, medietatem palatio noſtro, & medietatem Cameræ Abbat. Et ſi ullo unquam tempore, qui ex ſucceſſoribus noſtris, aut Princeps, aut aliquis homo huic confirmationi contraire, aut hoc noſtrum privilegium diſrumpere conatus fuerit, anathematis ultione mulctatus partem cum Juda traditore in fine extremi examinis habeat. Itaque ut hæc noſtræ confirmationis pagina inconvulſa impoſterum maneat, ac diligentias ab omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, & noſtris fidelibus obſervetur, manibus propriis roborantes aurea bulla noſtræ Majeſtatis communiri præcipimus. Hujus autem confirmationis, & conceſſionis teſtes fuerunt ſupra nominati fideles. Itemque Epiſcopi, Hermanus Conſtant. Gunterius Spirenſis, Conrandus Vermacienſis, Hadelgotus Curienſis, Anſelmus Neubergen. Conradus Auguſtanus, Arditio Cumanus, & Romanæ Eccleſiæ Cardinales, & legati Beenabardus presbyter in titulo ſancti Clementis, Gregorius diaconus ſancti Angeli, Rodulpho Dux Spoleti, & Murchio Thuciæ, Ferdelchus Abbas Auguſt. Guiboldus Abbas Corbin. aliique Comites quamplures, cum multa principum, & nobilium frequentia.

Signum domini Friderici Romanorum Regis Aug. invict.

Ego Arnoldue Canc. Vice Henrici Maguntini Archiepiſc. & Archicanc. recognovi anno Dominicæ Incarnat. 1153. indict. prima regnante domino Feiderico Romanorum Rege invictiſſimo anno vero regni ejus ſecundo.

Datum Conſtantiæ V. Kalen. Aprilis in Chriſto feliciter. Amen.

Paucis ante diebus, hoc eſt X. Kalend. Aprilis 1153. aliud Columbaniæ Eccleſiæ privilegium donarat Fridericus ad petitionem Hermani Conſtantienſis Epiſcopi, eamdemque ſub protectione Imperiali receperat, confirmaveratque, quicquid hactenus divæ memoriæ Regum, & Imperatorum iure tenuerat, ac poſſederat, in hunc modum.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.
Fridericus divina favente clementia
Romanorum Rex Auguſtus.

Si Sanctam Dei univerſalem Eccleſiam noſtram, ſcilicet matrem ſecundum quod jus ipſum noſtræ poteſtatis expetit dando ſuplementum ex altare, imo vero pro juribus augumentare ſtuduerimus, maximum noſtræ animæ proficuum anteceſſorumque noſtrorum remedium fore indubitanter cognoſcimus. Augumentatur quippe Dei Eccleſia cum poteſtas qualibet Regalis maxime quicquid habet, quicquid jure poſſidet utiliter tueatur &c. ex quibus indiget Dei obſervando mandata oculis pietatis regaliter intueatur. Intueri etenim jure debemus cum in hoc mundo lac doctrinæ à ſuis uberibus ſuſcipientes in futuro ea præmia æterna recompenſatione expectemus. Quapropter, tam præſentibus, quam remotis, tam finitimis, quam longinquis notitiam inducimus, quatenus conſilio, & petitione dilecti, & fidelis noſtri Conſtantienſis Epiſcopi Hermani Eccleſia Beati Columbani, quæ eſt dedicata ad titulum Petri Apoſtolorum Principis quicquid hactenus tempore prædeceſſorum noſtrorum divæ memoriæ Regum, & Imperatorum jure tenuit, & poſſedit deinceps teneat ſine omni contradictione, atque poſſideat. Scilicet curtem ſancti Martini cum caſtro, quod nominatur Petra Cacana cum ſuis omnibus adjacentibus, & Curtem ſancti Salvatoris cum ſuis omnibus pertinentibus, & curtem de Garda cum omnibus pertinentiis cum operibus, ſervitiis, diſtricto, ficto, placito, cæteriſque aliis, quæ per conditionem, & uſum perſolvuntur, Mediano in ſarto. totam Eccleſiam, medietatem mercati, & cætera omnia in integrum, quælibet pertinent. Eccleſiam novam cum ſuis pertinentiis Eccleſiam infirmorum cum ſuis appenditiis, & Lazarello, curtem de Ceuce, & Eccleſiam cum ſuis adjacentiis. Curtem quæ nominatur Gomorga. Caſteum quod nominatur Vignale. Curtem quæ nominatur Careli. Curtem ſancti Martini de Purpuraria. Curtem ſancti Antonini de Braida cum ſuis omnibus pertinentibus. Omneſque alias cellulas, curtes, portes, maſſaritios, ſervos, & ancillas, andiones quoque & alias. Omnes inſuper res, ac prædia longe lateque regni noſtri per diverſas poſita partes ad præf. Bobienſe Cœnobium pertinentia, vel reſpicientia quæ à noſtris prædeceſſoribus, vel ab aliis hominibus ibidem ſpectata, collata, necnon etiam præcepta, privilegia, ac nomina certa inde pertinentia confirmamus, & plenius corroboramus. Statuimuſque itaque ut in uſum, & ſumptum Abbatis, & Monachorum, atque utilitatem ejuſdem Cœnobii habeantur, ita ut nulli unquam Abbati prolibello, vel aliquo ſceptionis titulo res ejuſdem Eccleſiæ alicui homini conferre liceat, unde Eccleſia præfata damnum pati videatur. Inſuper etiam decrevimus, ut juxta privilegia à Romanis Pontificibus collata præfatum Cœnobium ſuum jus, ac vigorem teneat, ita ut Epiſcopo ſubjaceat, neque aliquid obſequium præbeat, ſed cum neceſſe fuerit quem Epiſcoporum voluerit Abbas, vel congregatio adeat, propter conſecrationem, vel criſmatis dationem. Igitur Abbatem, cunctamque congregationem, omneſque res, prædia, ac familias ejuſdem Cœnobii ſub noſtram defenſionem, ac tuitionem præcipientes, ut nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Epiſcopus, Archiepiſcopus, aut aliqua Regni noſtri magna parvaque perſona, prædia, res, & familias præfati Cœnobii diſtrahere, poteſtative tenere, ſeu invadere audeat interdicimus, ſed liceat præfato Cœnobio cuncta, quæ ſibi videntur cum omnibus diſtrictis, collectis, placitis, cæteriſque reſponſionibus tenere, jureque ſemper poſſidere, omnium hominum contradictione remota. Si quis vero hujus confirmationis preceptum cujuſcumque conditionis ſit aliquo in tempore violare tentaverit ſciat ſe compoſiturum libr. mille auri, rediturus meditatem Palatio noſtro, & meditatem præfato Cœnobio. Nec licet, nec convenit, ut ſupraſcripta ſancita regalis auctoritas aliquatenus violetur cujuslibet præſumptione. Ne vero id contingat perhibet in hujus ceræ materia per ſigillum expreſſa noſtri vultus imag. Teſtes autem, qui aderant ſubter nos. juſſimus, quorum hæc ſunt nomina Arnoldus Colonienſis Archiepiſcopus, itemque Epiſcopi Heremanus Conſtantienſis, Ortolibus Baſilienſis, Guntherius Spirenſis, Conradus Vuormacenſis, Adelgotus Euetenſis, Anſelmus Havelbertenſis, Conradus Auguſtenſis, Ardino Cumanus, & Romanæ Eccleſiæ Cardinales, & Legati Bernardus presbyter in titulo S. Clementis, Gregorius Diaconus S. Angeli, Vuelpho Dux Spoleti, & Marchio Tuſciæ, Fridelobus Abbas Auguſtienſis, Vutboldus Abbas Corbienſis, Heremanus Marchio de Badin, Odalricus Comes, Deleuzeburch, aliique Comites quamplures cum multa Principum, & nobilium frequentia.

Signum domini Friderici Romanorum Regis Auguſti invictiſſimi.

Ego Arinoldus Cancellarius Vice Henrici Magontini Archiepiſc. & Archicancell. recognovi.

Anno Dominicæ Incarnationis 1153. Indictione I. Regnante D. Friderico Romanorum Rege invictiſſimo, anno vero Regni ejus 2. Dat. Conſtantiæ X. Kal. Aprilis in Chriſto feliciter. Amen.

Cæterum Oglierius nunquam quietus, per mortem quievit circa annum Domini 1176. Manfredo S. Columbani Abbate vivente.

10 GANDULPHUS anno 1177. Ogliero ſucceſſit, nonnullos Bobienſis Eccleſiæ vaſſallos ad fidelitatis juramentum admiſſit die 20. Januarii 1184. Exceſſit eodem an. 1184. S. Columbani Cœnobio minus infeſtus.

11 B. ALBERTUS de Caſtro Gualterii, Canonicus Regularis, Mortarıæque Præpoſitus, hujus Eccleſiæ eligitur Pontifex an. 1184. Abbatem, Monachoſque Columbanos coram Lucio Papa coarguit, efficitque, ex ſententia ejuſdem Pontificis, ut quod olim Eugenius III. ſancierat, illum tanquam verum Bobienſem Epiſcopum venerarentur, ut fuſius narrat Innocentius III. in epiſtola, quam modo dabimus in ſucceſſorem. Hæc Alberti initia in Bobienſi præfectura, nec amplius ſacere ei permiſſum, cum ad Vercellenſem Eccleſiam, ante quam in Bobienſi inaugurararetur, tranſlatus eſſet, ac deinceps factus Hieroſolymitanus Patriarcha, per martyrium tandem ad cœlos aſcendit, cum prius Honorii III. Papæ juſſu Carmelitis Fratribus vivendi normam dediſset. De quo vide quæ ſupra de ipſo retulimus in Epiſcopis Vercellenſibus.

12 OTTHO, Alexandrinus patria, hujus Eccleſiæ fuit Antiſtes anno 1185. ad Archiepiſcopalem Januen. ſedem fuit tranſlatus an. 1203. de quo ibi. („ *Huic mandat Innocentius III. ut una cum* „ *Archiepiſc. Januen. & Placentino Epiſcopo confir-* „ *met electionem Epiſcopi Savonenſis, ſi eam cano-* „ *nicam eſſe comperiat, ex decret. l. 1. c. 6. de elect.* „ *c. 21.*]

13 UBERTUS, ſive Obertus Rocca, Placentinus, antea Placentinæ Eccleſiæ Archidiaconus tunc Regularis Canonicus S. Crucis de Mortario Othoni electus in ſucceſſorem anno 1203. Statim is conſecrationis munus accepit, Anteceſſorum ſuorum veſtigiis inhærendo, Cœnobium S. Columbani vexare cœpit, verſaque vice Abbas & Monachi in ipſum Ubertum conjunctis animis conſpirarunt, eundemque apud Innocentium III. tamquam alienæ meſſi manus imponentem, accuſarunt, totiſque viribus, diu ſuper juribus tam Monaſterii, quam Epiſcopatus Bobienſis agitatam litem, ſententiamque ab Eugenio III. prolatam evertere conati ſunt. Delegavit Innocentius Sichardum Cremonenſem Epiſcopum, & Joannem Bonum Abbatem Omnium Sanctorum an. 1207. ut prævia teſtium diſcuſſione, eos ad Apoſtolicam ſedem definitivam ſuper iis ſententiam recepturos dimitterent. Productis coram delegatis, pro Epiſcopo, pro Cœnobio, proque Romana Eccleſia, cui immediate ſuberat, pluribus teſtibus,

cum

cum Epiſcopus ad Apoſtolicam ſedem appellaſſet juxta Apoſtolicum mandatum, acta, cæteraſq; ſcripturas ad ipſum Innocentium tranſmiſerunt, cum ſubjecta Epiſtola, quæ extat in iiſdem actis.

(Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti 1207. die Martis 12. Kal. Decemb. Indict. XI. in civitate Cremonæ in palatio Epiſcopii in præſentia Giamcreti de Bonicino, D. Pontii Parni, & D. Buccardi Caſelaſchi teſtibus rogatis. D. Sicardus Dei gratia Epiſcopus, & D. Joannes Bonus Dei gratia Abbas Monaſterii Omnium Sanctorum Cremonæ, ſuper quæſtionibus, quæ vertebantur, ſeu vertuntur inter magiſtrum Cremonianum presbyterum S. Galli nomine Romanæ Eccleſiæ procuratorem ex una, & magiſtrum Marcherium S. Martini Bobienſis Epiſcopi procuratorem ex altera, ſuper Monaſterium ſancti Columbani Bobienſis, & ſuper damnis, & injuriis in dicto Monaſterio irrogatis per dictum Epiſcopum, fecerunt & conſtituerunt ſuum nuncium dominum Conradum Monachum de Bobio ad portandum teſtimonia producta in cauſa præfata, & literas infraſcripta ſigillis eorum ſigillatas, & ad præſentandam eas cum dictis teſtimoniis domino Innocentio Dei gratia ſummo Pontifici, quarum literarum tenor & forma talis eſt.

Venerabili patri & domino Innocentio Dei gratia ſummo Pontifici.

Sicardus divina miſeratione Cremonenſis Epiſcopus, licet indignus, & Joannes Abbas Eccleſiæ Omnium Sanctorum debitam in Dominum reverentiam. Præcepit nobis Paternitas veſtra, quod ſi nobis conſtaret venerabilem Epiſc. Bobienſem, Monaſterium s. Columbani indebite gravare aliquem procuratorem Sedis Apoſtolicæ idoneum ſtatueremus, & partibus convocatis, & auditis hinc inde propoſitis uſque ad diffinitivæ ſententiæ calculum, appellatione poſtpoſita, cauſam ſufficienter inſtructam ad veſtram præſentiam remitteremus præfixo termino partibus competenti, quos ſe veſtro conſpectui repræſentarent, ſententiam dante domino excepturæ. Ut igitur de gravaminibus ſi qua forent evidentius nobis conſtare valeret, jam dictum Epiſcopum citavimus, citatus venit, & domino Conrado Monacho prædicti Monaſterii, per Monaſterium gravamina portante de ſictis, & decimis caſtris, villis, Eccleſiis, molendinis, vaſſalibus, & reverentia ſolita Monaſterii exhibenda in ſancta Maria Candelarum, in Dominica Palmarum & .... indulgentia peregrinorum ubique concurrentium. Reſpondit Epiſcopus jam dictum Conradum, & etiam totum Conventum ſeu collegium excommunicatum, & ideo non habere perſonam in judicio ſtandi, & exinde Sedem Apoſtolicam appellavit. Nobis autem appellationi quæ in mandatis veſtris propoſita fuit non deferentibus, & ut ſuper gravaminibus reſponderent Epiſcopum diligentius commonentibus, Epiſcopus reſp. recuſavit, & præfatum excommunicatum ſe velle probare propoſuit: adiicimus igitur inter loquendo, ut utraque pars tam de excommunicatione quam de gravaminibus nobis fidem faceret veritatis; multiplicatis igitur utrinque teſtibus & teſtimoniis diligenter inſpectis, communicato ſapientum conſilio virorum clericorum, & laicorum in utroque juri peritorum pronunciavimus procuratorem Conradum non eſſe excomunicatum, & Monaſterium per Epiſcopum depoſitis gravaminibus gravatum, idtoque procuratorem Sedis Apoſtolicæ M. Cremoxianam presb. S. Galli virum honeſtum & idoneum ſuper principali negotio ſtatuimus, qui pro Sede ſancta Apoſtolica proponebat Monaſterium ſancti Columbani fundator ipſius Monaſterii ipſum Romanæ obtuliſſe Eccleſiæ, quæ & ipſum multis privilegiis dotaverat adjacebat, quam ipſam Romanam Eccleſiam ipſius eſſe Monaſterii poſſeſſorem, quando petebat procurator ſupradictus ne Epiſcopus Bobienſis pro ſuo Epiſcopio ſedem Apoſtolicam inquietaret, ſi erat in poſſeſſione vel quaſi, etſi non eſſet reſtitueretur, & ſi in poſſeſſione deficeret id non agebat ad hoc præſentialiter admo-

A *nuit epiſcopus ut reſponderet, et ſi aliquam probationem vel defenſionem haberet oſtenderet, ad ſedem Apoſtolicam appellavit dicens ſe velle contra Eccleſiam ipſam contendere, & velle Sedem Apoſtolicam adire, paratum Apoſtolicis obedire mandatis, quæ per ſubterfugia potius quam pro veritate credimus allegata & per ipſum propoſita. Cum igitur etiam ſub interminatione cenſuræ Eccleſiaſticæ in hoc principali noluerit reſpondere negotio, nollens deferre quæ remota fuerat appellationi ſicut potuimus inſtructioni noſtræ per infraſcripta privilegia Monaſterii teſtes, ut cauſam nobis ſignificaremus recepimus, vidimus igitur cartulam continentem oſſertionem quam beatus Columbanus fecit in Romanam Eccleſiam de omnibus illis rebus, quæ ſibi obventrant per præceptum à religioſiſſimo Rege traditum Agilulſo quæ adjunt juxta flumen Treviæ in valle quæ nominatur Bobium, & ſunt per legitimam menſuram milliaria quatuor en omnibus partibus, & de omni eo quod ipſe ſuique* B *ſucceſſores acquiſierint, ut ſit in defenſione & immunitate ſanctiſſimæ ſedis. Vidimus quoque privilegia ſanctæ memoriæ ſummorum Pontificum plumbeis bullis pendentibus ad ipſa privilegia, videlicet dominorum Honorii, Theodori, Martini, Gregorii, Zachariæ, Sergii, Joannis, Formoſi, Leonis, Sylveſtri, Paſchalis, Innocentii, & Adriani Quarti, in quibus omnibus interdicunt Epiſcopis vicinis vel procul ab ipſo Monaſterio conſtitutis, ut nihil uſurpent nihilque præſumant contra hæc, quæ privilegia eorum & inſtituta decernunt, ut Epiſcopum quem pater Monaſterii, vel congregatio invitaverit ad celebranda ſolemnia, clericos ordinandos, tabulas conſecrandas accedat, criſma tribuat, & quidquid ad ſacra noſcitur miſteria pertinere, ut nullus habeat poteſtatem Epiſcopi in rebus Monaſterii, vel perſonis niſi quem congregatio regulariter elegerit: vidimus præterea literas bonæ memoriæ Anaſtaſii Tertii, Lucii Secundi, Eugenii Tertii, & Anaſtaſii Quarti bullata, per quas mandabatur Papienſi,* C *Placentino, Parmenſi & Regino Epiſcopis, ut electis Monaſterii ſancti Columbani, quod nullo mediante ad Romanam profitentem Eccleſiam pertinere munus benedictionis impedirent, ad quorum mandatum ſicut in inſtrumentis publicis à nobis viſis & lectis continetur, dicti Epiſcopi prout, pro tempora dicta receperunt mandata Abbates illorum temporum benedixerunt & conſecrarunt. Denique vidimus multa Regum, & Imperatorum privilegia bullata ſcilicet Agilulſi, Adjuvaldi, Caroli, Ludovici, Lotharii, Carolomani, Berengarii, Arnulſi, Ugonis, Ottonis, Conradi, & Friderici continentia rationem, & confirmationem rerum dictarum ſupraſcripto Monaſterio à prædeceſſoribus ſuis, in quibus etiam ſit commemoratio privilegiorum à Sede Apoſtolica indultorum continentium, ut ſecundum tenorem privilegiorum Apoſtolicorum nulli Epiſcoporum ſubjaceat ſæpe fatum Monaſterium, quorum aliqua ſunt in parte corroſa propter vetuſtatem, ſed per plures publicos notarios* D *ſimiliter olim ſolemniter authenticata fuerunt auctoritate domini Manfredi S. Georgii ad Velum aureum diaconi Cardinalis, tunc Apoſtolicæ Sedis Legati. Demum cognovimus per aſſertionem multorum clericorum, & laicorum de Bobio, quod ibi habuit Epiſcopum ab Imperatoribus cantum, & ſic perſeveravit uſque huc, quod horrendum omnimodis eſſe videtur, nec non ſicut omnes Epiſcopi plurimum infeſtaverunt ipſum Monaſterium, & ſicut in fine pœnitentiam habere nequierunt, quod Dei judicio & meritis ſancti Columbani eſſe videtur, qui anathematizavit illos, qui dictum Monaſterium tulerint de immunitate ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, & omnes qui de rebus ipſius Monaſterii inſtituere præſumpſerint Epiſcopatum, vel canonicam: & hanc ſententiam confirmavit B. Gregorius Romanæ Urbis Antiſtes, ut indiſſolubiliter anathematis vinculo datores, & acceptores eſſent colligati, ſicut in inſtrumentis publicis à nobis viſis & lectis continetur per magnam quorumque teſtium*

multi-

multitudinem, & privilegiorum multorum productionem, ac de communi publica fama acquiſitionis poſſeſſionum Monaſterii & libertatis ejuſdem inſtructionem exhibitam cum prædictis argumentis & teſtimoniis ſuper gravaminibus, damnis, injuriis innumeris, & uſurpationibus caſtrorum, villarum, poſſeſſionum multarum oſtenſis paternitati veſtræ, ſigillis noſtris mittimus ſigillatum, termino præfixo utrique parti, ante veſtram clementiam iter arripiendi ad octavam ſancti Andreæ proxime venturam, ne autem propter viarum diſcrimina, & pericula præſens ſcriptura amitteretur ad inſtantiam partium, & ad majoris roboris firmitatem, præſentes litteras, & teſtimonia in dicta cauſa recepta in actis publicis per Joannem notarium noſtrum fecimus regiſtrari, & in publicam formam redegi. Datum Cremonæ in Epiſcopali palatio anno ab Incarnatione Domini Noſtri Jeſu Chriſti 1207. die Martis 12 Kalendas Decembris Indictione XI. Præfatus vero D. Conradus nuncius ſuprascriptus habuit & recepit litteras ſuprascriptas, & juravit ad ſancta Evangelia tactis ſanctis Evangeliis ſe fideliter portaturum, & præſentaturum ipſas litteras, & teſtimonia ſupra nominata dicto domino ſummo Pontifici ex parte dictorum delegatorum, qui delegati ſupraſcripti ad requiſitionem, & inſtantiam ſupradictorum procuratorum, ibi præſentium præcepit mihi Joanni infra ſcripto notario quatenus prædicta omnia in publicam formam redigerem ad perpetuam rei memoriam & probationem de prædictis literis, & contentis in eis perpetuo faciendis. Signata cum grupo.

Ego Joannes ſacri Palatii & nunc dictorum delegatorum notarius prædictis omnibus præſens interfui, & ipſis delegatis mandantibus dictas literas, & eorum tenorem, & formam, rogatus etiam à prædictis procuratoribus ibi præſentibus, exemplavi, autenticavi, & in publicam formam redegi, & hoc meo proprio ſigno, & conſueto ſignavi. †

Hactenus delegati ad Innocentium in epiſtola, qui cum eſſet emunctæ naris equiſſimus Pontifex, ad favorem Uberti Epiſcopi ſententiam tulit, confirmavit Eugenii III. judicium, ut deinceps Abbas, & monachi Bobienſi Epiſcopo ſint diœceſana lege ſubjecti & tum in ſpiritualibus, quam in temporalibus eidem tamquam diœceſano ſuo debeant reſpondere. Innocentii adjudicatam cauſam, Uberto Epiſcopo inſtante Honorius III. anno 1218. ſequenti diplomate confirmavit, quod ex Regeſto Vaticano ejuſdem Pontificis fol. 231. excripſimus.

Honorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Venerabili fratri Uberto Epiſcopo Bobienſi, &c. Cum per ſedem Apoſtolicam terminantur judiciali calculo quæſtionis, litterarum debent memoriæ commendari, ne lapſu temporis in antiquam contentionem cujuſquam poſſint malitia revocari. Eapropter diffinitivam ſententiam quam felicis recordationis I. Papa Prædeceſſor noſter ſuper monaſterio S. Columbani contra Oddonem quondam Accolitum, & Capellanum, ac Procuratorem Romanæ Eccleſiæ conſtitutum prote dignoſcitur, de fratrum ſuorum conſilio promulgaſſe auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Tenorem cujus de verbo ad verbum præſentibus inſerendum duximus, qui eſt talis. Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerabili fratri Uberto Epiſcopo Bobienſi ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Tempore felicis recordationis Eugenii Papæ prædeceſſoris noſtri inter bonæ memoriæ O. Bobienſem Epiſcopum, & Abbatem, & monachos S. Columbani ſuper ſubiectione ipſius monaſterii, ac multis aliis quæſtione ſuborta, dictus prædeceſſor noſter utriuſque partis rationibus, & allegationibus diligenter auditis, & plenius intellectis, communicato fratrum ſuorum conſilio, monaſterium ſancti Columbani ſuadente juſtitia dicto prædeceſſori tuo adjudicare curavit confirmationem Abbatis, benedictionem quoque, ac correctionem monaſterii regularem, altarium etiam Eccleſiarum, ſeu Baſilicarum conſecrationem, monachorum, & clericorum promotionem, tam in capite, quam in membris ad ipſum Epiſcopum, & ſucceſſores ejuſdem pertinere decernens. Oleum etiam & candelas juxta quod à ſuis teſtibus fuerat comprobatum eidem Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus ſolvi præcepit, videlicet tantum olei, quod in tribus quadrageſimis curiæ ſuæ honeſte ſufficeret, ac per duas partes anni diebus ſingulis unum brachium candelarum. Proceſſu vero temporis cum Abbas, & monachi monaſterii antedicti latæ contra eos ſententiæ pertinaciter contraireut, venerabilis frater noſter Patriarcha Hieroſolymitanus, tunc Bobienſis electus in præſentia felicis memoriæ Lucii Papæ prædeceſſoris noſtri de ipſis propoſuit quæſtionem, ac tandem in Regeſto Eugenii Papæ reperta ſententia memorata, idem Papa Lucius Abbatem S. Columbani, & monachos, ac ſucceſſores eorum ad obediendum ipſi electo, & ſucceſſoribus ejus, ſicut propriis Epiſcopis, de communi fratrum conſilio condemnavit, auctoritate Apoſtolica ſententiam antedictam confirmans, ſicut in ejus authentico manifeſte perſpeximus contineri. Præterea quoniam Privilegia felicis memoriæ Anaſtaſii, & Adriani Pontificum Romanorum Eccleſiæ Bobienſi collata, partim malitioſe abraſa fuerant in ipſius Eccleſiæ detrimentum, idem Papa Lucius volens indemnitati ejus in poſterum providere, decrevit, ut propter illas raſuras nullo unquam tempore dicta privilegia reprobentur, quæ omnia poſtmodum per piæ memoriæ Urbanum Papam prædeceſſorem noſtrum auctoritate fuerunt Apoſtolica confirmata prout in ejus privilegio plenius continetur. Cum autem fere in noſtræ promotionis primordio ad noſtram audientiam perveniſſet, quod præfatum S. Columbani monaſterium ad Romanam Eccleſiam nullo mediante ſpectaverat, ac licet contra ipſum fuerit ſententia promulgata, nullum tamen Apoſtolicæ ſedi debuerit præjudicium generari, cum res inter alios acta, aliis præjudicare non poſſit. Venerabili fratri Noſtro Archiepiſcopo Janvenſi, tunc Bobienſi Epiſcopo, dedimus in mandatis, ut ſi haberent aliquod munimentum, per quod dictum monaſterium ex conceſſione Sedis Apoſtolicæ ſuo diceretur Epiſcopio fuiſſe ſubjectum, illud ad certum terminum nobis per proprium nuncium mittere non differret, ac cum propter hoc ipſe ad noſtram præſentiam perſonaliter acceſſiſſet coram nobis, & fratribus noſtris ſuas curavit proponere rationes, & quæ unquam ſuper ipſo negotio habebat oſtendere munimenta. Nos igitur attendentes devotionem ipſius, & paupertatem etiam Eccleſiæ Bobienſis, quæ licet Pontificali ſit prædita dignitate, in redditibus tamen eſſe proponitur modica, & exilis, à proſecutione quæſtionis illius, quam ſuper præfato monaſterio movebamus, tunc duximus deſiſtendum, præcipientes, ut idem monaſterium juxta tenorem ſententiæ Eugenii Papæ exhibere ſibi reverentiam, & obedientiam procuraret, ita tamen quod ex gratia ſibi facta, à proſecutione queſtionis præmiſſæ, illo tempore deſiſtendo, nullum poſſet Sedi Apoſtolicæ præjudicium generari, quominus cum vellet ſuam poſſet proſequi rationem. Procedente vero tempore C. & V. monachi ejuſdem cœnobii ad noſtram præſentiam accedentes, nobis ex parte Abbatis, & conventus humiliter ſupplicarunt, ut cum dictus Epiſcopus cui gratiam illam perſonaliter duximus faciendam, eſſet ad Eccleſiam Janvenſem translatus, & tu eos multipliciter aggravares, jus Sedis Apoſtolicę ſupra ipſo negotio proſequi dignaremur, cum ſententia prælibata in nullo debuerit Sedi Apoſtolicæ præjudicium generare, præſertim cum eum promulgavit eamdem ex officii debito, & juris neceſſitate ſupra queſtione de qua cognoverat opportuerit judicare, nec res judicata illis obeſſe poterat inter quos non extitit judicatum. Cum igitur Sedis Apoſtolicę habita cuſtodire, ac invaſa recuperare ſpiritualiter teneamus, venerab. fratri noſtro Epiſcopo, & dilecto filio Abbati omnium ſanctorum Cremonen. dedimus in mandatis, ut ſi conſtaret eiſdem, te ipſum monaſterium in

debite aggravare, aliquem ſupra eodem negotio procuratorem idoneum Apoſtolicæ Sedis ſtatuerent, & partibus convocatis, & auditis hinc inter propoſitis, uſque ad diffinitivæ ſententiæ calculum Apoſt. poteſt. procedentes;, cauſam ſufficienter inſtructam ad præſentiam noſtram remitterent, præfixo termino partibus competenti quando ſe noſtro conſpectui præſentarent, ſententiam dante Domino recepturæ. Memorati ergo Epiſcopus, & collega, ſicut per ſuas nobis litteras intimarunt, evidentius cognoſcentes dictum à te cœnobium ſupra multis indebite aggravari, cum in negotio juxta mandati noſtri tenorem vellent procedere, tu ne procederent, ſedem Apoſtolicam appellaſti. Sed ipſi appellatione contempta, in negotio procedentes, quemdam monachum cum privilegiis, & ſcriptis aliis, quæ ad cauſam facere videbantur, ad noſtram præſentiam tranſmitterent. Cumque propter hoc eſſet apud ſedem Apoſtolicam conſtitutus, ac poſtularet inſtanter proceſſum dictorum Cremonenſi Epiſcopi, ac collegæ, ut pote lite minime conteſtata, & poſt appellationem ad nos legitime interpoſitam attemptatum cenſeri prorſus irritum, & inane, nos utriuſque partis volentes parcere laboribus, & expenſis, & ne hujuſmodi quæſtio in recidivæ contemptionis ſcrupulum relabatur, provida cupientes ſollicitudine præcavere, Dilecto filio Oddone Acolito, & capellano noſtro Procuratore Romanæ Eccleſiæ conſtituto, ac coram nobis, & fratribus noſtris lite ſolemniter conteſtata, & procurator ipſe quoddam privilegium ſub bulla felicis memoriæ Formoſi Papę produxit in medium quod tanta fuerat vetuſtate conſumptum, ut in eo de monaſterio ſancti Columbani, nec mentio fieret, nec etiam veſtigium appareret, ac cum pee illud ſuam vellet intentionem fundare, cum fundamentum illud penitus nullum eſſet, totum quod ſuper ædificatum fuerat, irritum apparuit, & inane. Unde nos utriuſque partis rationibus, & allegationibus plenius intellectis, privilegiis etiam, & ſententiis prædeceſſorum noſtrorum, diligenter inſpectis, communicato fratrum noſtrorum conſilio, te & Eccleſiam Bobienſem ab impetitione procuratoris jamdicti ſententialiter duximus abſolvendum, ac ſententiam Eugenii Papæ pro Bobienſi Eccleſia contra ipſum monaſterium promulgatam, auctoritate Apoſtolica confirmantes, præcipimus, & ſancimus ut Abbates & monachi, qui pro tempore in ipſo monaſterio fuerint, tibi, ac ſucceſſoribus tuis diœceſana ſint lege ſubjecti, & tam in ſpiritualibus, quam temporalibus Bobienſi Epiſcopo tamquam diœceſano ſuo debeant reſpondere, ac ut omnis impoſterum auferatur materia jurgiorum. Super quæſtione iſta cuilibet iis adverſari volenti perpetuum ſilentium imponentes. Statuimus, ut ſi qua deinceps reperta fuerint inſtrumenta, quæ pro monaſterio, & contra Epiſcopum facere videantur, omnino juribus careant, & inutilia reputentur. Decernimus ergo, &c. uſque noſtræ diffinitionis, confirmationis, & conſtitutionis paginam infringere, vel ei, &c. contraire. Si quis autem, &c. Datum Lateran. VII. Kal. Martii, Pontificatus noſtri anno 10. Nulli ergo, &c. paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, &c. incurrat.

Dat. Lat. 17. Kal. Apr. Pont. noſtri an. II. Indict. IV.

Rebus ita compoſitis deinceps inter S. Columbani monachos, Epiſcopoſque Bobienſes cœpit coire pax, quilibet illorum, ex diſpoſitione Apoſtolica, ſua jura ſervantes; ſic Bobienſis Epiſcopatus robur, & firmamentum accepit, labore, & induſtria Uberti Epiſcopi. Hic anno 1209. ab Othone IV. Imperatore cum omnibus bonis Epiſcopatus, ac Bobienſis comitatus ſub Imperiali protectione ſuſcipitur. A Federico vero II. Imperatore anno 1221. 9. Octobris Indictione 10. ampliſſimo privilegio de comitatu, omnique juriſdictione, & honore Bobienſis civitatis, totiuſque vallis Bobii inveſtitur, ac decoratur. Datum in caſtris, prope caſtrum S. Petri. Ipſe vero Ubertus anno 1230. die 12. Maji, tam nomine ſuo, quam Epiſcopatus Bobii per annos 50. conceſſit, & locavit poteſtati Communis Placentiæ, nomine ipſius Communis, omnem temporalem juriſdictionem, quam ipſe, & Epiſcopatus ejus habebat in Bobio, & diſtrictu, & merum, & mixtum Imperium ſub annua penſione in feſto S. Martini, vel infra ejus Octavam ſolvendi in Bobio, vel in Zaccararello, ubi prædictus voluerit Epiſcopus, libras quadraginta Placentinorum, & pro inveſtitura fuit confeſſus habuiſſe libras 150. Placen. quas proteſtatus eſt verſas fuiſſe in utilitatem Eccleſiæ Bobii, & Epiſcopatus, uti ſolutas creditoribus dicti Epiſcopatus; ita in parvo Regeſto communis Placentiæ pag. 193. Jam prius Placentinum Commune temporalem hujus civitatis juriſdictionem ardenti deſiderio concupierat, populumque Bobienſem, in proprium Paſtorem (quem per triennium miſerabiliter exulare coegerat) excitaverat, eidemque rebelli populo, ſola cupiditate adipiſcendi juriſdictionem in Epiſcopum, favorem, & auxilium impenderat, de qua re ſic minacem Honorii Papæ III. ad ipſos datam epiſtolam in Reg. Vatic. legimus fol. a 32. an. 2.

Conſulibus, Conſiliariis, & Populo Placentino,

Induratum eſt cor populi Bobienſis, ita ut corruptus, & abbominabilis factus, dixiſſe videatur in corde ſuo, & opere, non eſt Deus. Ecce enim poſſeſſiones & redditus Bobienſis Eccleſiæ matris ſuæ, cui tam temporali, quam ſpirituali, in juriſdictione ſubjacere noſcuntur, jam per triennium abrupto fidelitatis vinculo, & cura ſalutis ſuæ poſthabita, detinentes, ipſius Epiſcopum Paſtorem, & Dominum eorum cogunt miſerabiliter exulare. Cumque idem Epiſcopus tantis provocatus injuriis interdicti, & excommunicationis ſententias tulerit in eoſdem, & in Jacobum Pugiſium civem Placentinum, qui tunc ipſorum Bobienſium regimen obtinebat, ſatagens eos per hujuſmodi pœnam ad viam ab invio revocare, ipſi præfatis ſententiis per biennium jam contemptis, nequaquam ſunt ad ſe percutientem reverſi, operum exhibitione monſtrantes ſe de illorum eſſe numero, de quibus à Domino dicitur; percuſſi eos, & non doluerunt, attriti, & renuerunt accipere diſciplinam. Porro nos ſicut dolentes accepimus, eos in tanta iniquitate fovetis, cupiditate adipiſcendi juriſdictionem in epiſcopos in præjudicium præfatæ eccleſiæ, ad quam ſpectat, & jura ipſius eccleſiæ invadendi, eis favorem, auxilium impendendo non attendentes quod par pœna factores complectitur, & fautores, ut igitur vos excommunicatos hujuſmodi evitantes, ſimilis laquei vinculum evitetis, & ipſi ſubtracto ſibi participio veſtro confuſi, à ſua iniquitate citius reſipiſcant V. V. rogamus, monemus, & hortamur in Domino, & per Apoſtolica vobis ſcripta firmiter præcipiendo mandamus, quatenus cum ipſis in hujuſmodi duritia perſiſtentibus, nullum exercentes commercium, vel contractum, nec regimen ipſius loci ab aliquo civium, aut ſubditorum veſtrorum recipi permittatis. Obertum Strictum civem Placentinum, qui de novo dicitur ipſorum regimen recepiſſe, ad id dimittendum temporali diſtrictione cogentes. Ad hęc cum Bobienſis eccleſia ſpiritualem, & temporalem juriſdictionem in Bobienſi habeat civitate, nullam vobis juriſdictionem univerſalem, vel particularem in illam conquirere attemptetis, nec conquiri à veſtris civibus, aut ſubditis permittatis, relaxantes, & relaxari facientes juramenta, & obligationes alias ſi quibus præfatæ civitatis homines, & alii Eccleſię præfatæ vaſſalli vobis, aut veſtris univerſaliter, aut particulariter in ipſius Eccleſiæ præjudicium ſunt aſtricti, ac abſolventes Oddonem, & Daneſium de Rocca, & Americum de Barbagelata Caſtellanos dicti Epiſcopi à vinculis juramenti, & banni quibus Lanfrancus tunc poteſtas veſter illos aſtrinxit occaſione Bobien. prædictorum, ipſiſque Bobien. contra Bobienſem Eccleſiam matrem, & Dominam ſuam nullum omnino favorem, vel auxilium impendentes, nec à ſubditis veſtris permittentes impendi, aut impedientes quominus vaſſalli, & propinqui ejuſdem Epiſcopi

con-

conſiſtentes in veſtro diſtrictu eidem præſtent conſilium, & auxilium ad recuperandu Eccleſiæ ſuæ jura, preces, & mandatum noſtrum taliter impleturi, quod nec offendatis Dominum, in cujus injuriam Eccleſia ipſa taliter conculcatur, nec alicujus difficultatis articulum incurratis. Nos enim qui tantæ iniquitatis abuſum tolerare ulterius in patientia nec volumus, nec debemus, dilecto filio Præpoſito Papienſi noſtris damus litteris in mandatis; ut ſi monitis, & precibus noſtris præſumpſeritis, quod non credimus contraire, ipſe vos à præſumptione hujuſmodi per cenſuras Eccleſiaſticas, appellatione remota, compeſcat.

Datum Laterani 5. Non. Martii anno 2.

Interfuit Ubertus anno 1218. 2. Decembris in Eccleſia majori Laudenſi una cum Fulcone Papienſi, Vicedomino Placentino, Homobono Cremonenſi, Opizone Parmenſi, aliiſque nonnullis Epiſcopis, ac Henrico Mediolanenſi electo, dum Hugolinus Cardinalis Oſtienſis Apoſtolicæ Sedis Legatus, conſulibus, & oratoribus Mediolanenſibus, Placentinis, Cremonenſibus, & Parmenſibus, præcipiendo mandaverat, ut pacem inter eos initam ſervarent. Ubertus vero, cum ſediſſet laudabiliter annis 30. vitam cum morte commutavit anno ſalutis 1233.

XIV. 14 ALBERTUS, qui & Ubertus de Andito, electus anno 1233. De quo nil aliud memoratur, niſi quod pluribus annis ut electus, hanc adminiſtraverit Eccleſiam, & caſtrum Montis Fulconis in feudum conceſſerit; tandem in manibus Gregorii X. libere ceſſerit, ita in Reg. ejuſdem Pontificis. Ad ipſum electum ſcribit Innocentius IV. die 5. Kal. Julii ann. 4.

XV. 15 JOANNES Gobbus [a] Placentinus, Canonicus Regularis Ordinis S. Auguſtini, ex Præpoſito S. Euphemiæ, Gregorio X. ita cenſente, Bobienſis evaſit Epiſcopus anno 1274. 15. Kal. Februarii, ex Regeſt. Vatic. E. 6. f. 94. ann. 3. Hic, ut vetus habet membrana, anno 1278. Indict. 7. relocavit ad alios 50. annos Communi Placentiæ omnem temporalem juriſdictionem Bobii, & diſtrictus ejuſdem ſub annuo cenſu lib. 40. quemadmodum Obertus ſuus anteceſſor fecerat. Idem anno 1290. à Nativitate 14. Februarii, dum Placentiæ in caſtro S. Gervaſii eſſet, attento quod Commune Placentiæ locum, & caſtrum, ac Burgum Zavarelli, poſſeſſionemque, & juriſdictionem dicti caſtri, jura dicti Epiſcopatus occuparet, & detineret per Ubertinum Landum, abſque eo quod illa à dicto Epiſcopatu recognoſceret, per generalem exercitum obſidendo dictum Ubertinum, & ſequaces, cum maximo labore, & impenſis, ea tandem recuperavit, inveſtivit ad fictum perpetuum dictum Commune Placentiæ de dicto Caſtro, loco, & Burgo Zavatarelli, ac terris & villis ad illum pertinentibus ſub fictu, ſeu Canone lib. 70. Placent.

[a] De hoc agit Campius in hiſt. Placent. par. 2. p. 275. & 461. *Mandoſ.*

XVI. 16 Fr. PETRUS de Rubiano Placentinus, Ordinis Prædicatorum, hanc obtinuit ſedem anno 1296. De quo S. Antoninus in Chronic. aliique, qui de viris Illuſtrib. Ord. S. Dominici ſcripſerunt. In Regiſtris de eo nullam mentionem factam invenimus.

XVII. 17 Fr. JORDANUS de Monte Cucco Placentinus, Ordinis Prædicatorum, ex Longobardiæ Inquiſitore anno 1324. die 8. Kal. Octob. rejecto Henrico Durantis Præpoſito Eccleſiæ S. Brigidæ Placentiæ à Capitulo electo, huic Eccleſiæ præficitur à Joanne XXII. Quo jubente, pro recuperatione Terræ ſanctæ Cruciatam publicavit. Cœnobium S. Columbani tam in capite, quam in membris reformavit, Albertumque Abbatem depoſuit. Hic fuit adminiſtrator Abbatię S. Mauri de Pulcheria, inter Gazenum & Taurinum ſitam, olim Benedictini Ordinis nobile Cœnobium, quod noſtra tempeſtate Clericis commendatur, antiquis monachis ſeclusis.

XVIII 18 CALVUS de Calvis, Placentinus olim Canonicus, & Vicarius Placentinæ Eccleſiæ, ad hanc ſedem promotus ex Cathedralis Præpoſito anno 1339. Fuit Epiſcopus an. 25. diem obiit anno 1364.



19 ROBERTUS de Lanfranchis nobilis Piſanus ab Urbano V. huic ſedi præficitur anno 1364. De eo in tabulis ejuſdem Eccleſiæ hæc habentur. Hic multas conceſſiones, & inveſtituras fecit, & caſtra, oppida, proprietates, decimas, & jura Eccleſiæ, ac temporalem juriſdictionem ſatis amplam in terris, locis, territoriis, caſtris, villis Romagneſii, Zavatarelli, Ruini, Trebechi, Lazarelli, Caſſaldæ, Moraſchi, Caſtellorum, & dependentium D. Jacobo de Verme militi Veronenſi conceſſit; & anno 1386. 28. Maji cum Placentiæ moraretur in domo equitis Dondaſii Maluccini de Fontana, dictus Robertus Epiſcopus eundem Dondaſium, & ejus filios legitimos maſculos, & deſcendentes in perpetuum de caſtro Durbechi, Monte Roſſo, & ejus caſtro, & toto territorio, ac omnibus pertinentiis inveſtivit. Ex hoc ſæculo migravit anno 1396. XIX.

20 UBERTUS de Toranno, natus nobilis viri Franciſci civis Placentini, ex Præpoſito Placentinæ Eccleſiæ, à Bonifacio IX. electus anno 1396. 4. Id. Januarii. Sedit annos 7. Bobii migravit anno 1404. ex lib. obligat. XX.

21 Fr. ALEXIO de Seregnio [b] Mediolanenſi, Ordinis Minorum inſigni Theologo, Innocentius VII. hoc idem dignitatis onus demandavit an. 1404. 6. Kalend. Octobris, quem Alexander V. an. 1409. tranſtulit ad Eccleſiam Vapicenſem in Galliis; ac poſtremo Placentiæ throno nobilitatus eſt anno 1412. de quo ibi. XXI.

[b] De quo videndus Campius in hiſt. Placent. p. 3. pag. 181. & ſeq. *Mandoſ.*

22 Fr. LANCELLOTTUS Fontana [c] Placentinus, Ordinis Minorum, ſub eodem Alexandro V. eodem munere functus eſt, electus an. 1409. die 5. menſis Octobris. Finem vitæ fecit anno 1418. ex lib. obligat. XXII.

[c] De hoc idem Campius par. 3. p. 192. *Mandoſ.*

23 DANIEL de Paganis Canonicus & civis Dertonenſis, à Martino V. eandem ſedem accepit anno 1418. 12. Kal. Decembris. Ætatem extendit uſque ad annum 1447. ex lib. obligat. XXIII

24 MARLIANUS de Bucarinis, Derthonenſis, Præpoſitus S. Mariæ de Canalibus, Bobienſibus juſſus eſt jus divinum dicere 1447. 8. Id. Septembris à Nicolao V. Ejus auſpiciis, opera, & auctoritate Monachi S. Benedicti Congregationis S. Juſtinæ de Padua in Monaſterio S. Columbani introducti fuerunt. Palatium Epiſcopale erexit, Cathedralem mirum in modum auxit. Obiiſſe dicitur anno 1465. [d] XXIV

[d] 1461.

(„ ANTONIUS *Bernutius, Parmenſis, J.U.*
„ *D. Patriæ Cathedralis Canonicus, & Archipreſ-*
„ *byter, Vicariuſque Generalis Delphini à Pergula*
„ *Parmenſis Epiſcopi, defuncto jam ante annum*
„ *1463. Marliano de Buccarinis ſuffectus eſt Bo-*
„ *bienſis Epiſcopus. Deceſſit minimè conſecratus,*
„ *ut patet ex Codicillo, quod morti proximus eo-*
„ *dem anno 1463. condidit, ubi electus Bobienſis ap-*
„ *pellatur. Codicilli vero Authenticum inſtrumen-*
„ *tum extat apud doctiſſimum virum Carolum Va-*
„ *ghium Carmelitam, qui ad comprobandam Ber-* XXV.

,, nutii ad hanc ſedem electionem perhumanitee ſequens mihi tranſmiſit exemplum.

,, In Chriſti nomine Amen. Anno à Nativitate ejuſdem 1463. Ind. XI. die 16. menſis Julii, Pontificatus Sanctiſſ. in Chriſto Patris & D. noſtri D. Pii divina providentia Papæ II. an. 5. Cum Rever. in Chriſto Pater D. Antonius Bernutius de Parma electus Bobienſis dicat ſe hodie teſtamentum condidiſſe, in quo ſibi quoſdam ejus nepotes hæredes univerſales reliquit, & inſtituit, prout in inſtrumento ſuper inde confecto, & per Antonium Jacobi Sancteſis Notarium Tiburtinum rogato dicitur contineri, recogitans nunc alium habere nepotem, cui etiam multum afficitur, de quo in ipſo teſtamento nullam fecit mentionem, videlicet Vener. virum D Hilarium Bernutium Clericum Parmenſem, filiumque Jo: & intendens, ac volens eumdem D. Hilarium ſibi una cum aliis in dicto teſtamento nominatis æquali portione ſuccedere, mandat, vult, & ordinat præfatum D. Hilarium aliis cohæredem eſſe. & ſic mente ſanus, ac intellectu, licet corpore languens illum æquis portionibus cum aliis inſtituit, & ore proprio cohæredem nominavit, juſſitque, & rogavit de hac pura mera, & ultima voluntate ſua per me Notarium infraſcriptum confici debere publicum inſtrumentum. Actum Tibure in domo ejuſdem Domini teſtatoris reſidentiæ, præſentibus ibidem magnificis viris militibus, & doctoribus DD. Othone de Carreto Marchione Saonæ, & Auguſtino Rubeo de Parma Illuſtriſ. D. Ducis Mediolani apud ſummum Pontificem Oratoribus, Venerabilibus viris presb. Leonardo de Platis Mediolanen. & Fr. Alberto de Guidobonis de Terdona Ord. S. Benedicti, ac Don. Simone de Tarapborellis de Caſtello novo Parmen. Diœceſ. necnon Jacobo de Scircolis q. Jo: de Parma, & Jacobo de Verſio filio Joan. de Parma, teſtibus omnibus idoneis ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis.

,, Et ego Paganinus Guaſonus de Montecaſtello Canonicus Cumanus publicus Imperiali auctoritate Notarius, quia præmiſſis omnibus & ſingulis dum ſic, ut præmittitur, fierent, & agerentur una cum prænominatis teſtibus præſens interfui: ideo rogatus hoc præſens publicum inſtrumentum tradidi, ſcripſi, & publicavi, ſignumque meum conſuetum appoſui in fidem, & teſtimonium omnium, & ſingulorum præmiſſorum.)

XXVI 25 Fr. STEPHANUS (cujus ordinis non exprimitur) de Ghilinis nobilis Alexandrinus ad hanc ſedem promotus anno 1465. Exceſſit anno 1472.

XXVII. 26 JOANNES de Mundanis Placentinus, Canonicus, Præpoſitus, & Archidiaconus Placentinæ Eccleſiæ juris utriuſque doctor celebris, qui diu in Mantuana Eccleſia Vicariatum geſſit ita laudabiliter; & honeſte, ut majorum, minorumque animos, ſibi redderet complicatos, unde à Sixto IV. anno 1477. 17. Kal. Maii hujus Eccleſiæ Epiſcopus renunciatus, cum retentione Canonicatus, & Archidiaconatus de gratia ſpeciali; utrobique pietatis ſuæ, & Religioſæ converſationis plura reliquit poſt ſe documenta. Pretioſa ejus mitra, baculus paſtoralis, aliaque argentea munuſcula Bobii aſſervantur, tum & liber M.S. Pontificalis. Corpus s. Columbani decenti loco tranſtulit pridie Kalen. Septemb. anno 1482. pauloque poſt aliorum ſanctorum corpora Bobienſis Monaſterii tranſtuliſſe narratur in ſequenti monumento.

In nomine Domini Amen.

Anno ab Incarnatione ejuſdem 1482. Indictione XV. die Sabbati ultimo m. Auguſti Bobii vid. in Tiburiis Eccleſiæ S. Columbani præſentibus Hieronymo de Villori filio Joannis Antonii, & Joanne de Beloſio fratribus fil. q. Bartholomæi, Domenegbino de Schajono fil. q. Bartholini, & Chriſtophoro de la Turre filio Johephale, omnibus civibus Bobienſibus, ac teſtibus idoneis notis rogat. & vocat.

Ibique Reverendiſſimus in Chriſto pater & Dominus D. Ioannes decretorum doctor Dei & Apoſtol. Sedis gratia Epiſcopus Bobienſis & comes, inductus more prælatorum, una cum Rev. in Chriſto Patre, & Domino D. Ioanne Antonio de Papia, Dei gratia Abbate monaſterii S. Columbani prædicti, & comite, ac venerabilibus viris D. Thoma de Cicadis, Antonio de Ruris, D. Bernardo de Legio, D. Andrea de la Turre, D. Paulo de Piperis, canonicis Bobien. ac aliis presbyteris capellanis, ac D. Raphaele de Ianua Priore clauſtrali dicti monaſterii, D. Franciſco de Ianua, D. Ioanne de Papia, D. Gregorio de Pedemonte, D. Cornelio de Bobio, D. Benedicto de Bobio, D. Columbano de Bobio, D. Placido de Riturbio, D. Iacobo de Bobio, D. Bernardo de Bobio, D. Io. Petro de Bobio, D. Hieronymo de Bobio, D. Luca de Bobio omnibus monachis profeſſis in dicto monaſterio cum præfato Reverendiſſ. D. Epiſcopo, exiſtentibus ad laudem, gloriam, & honorem altiſſimi, & omnipotentis, & æterni Dei, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ac B. Virginis Mariæ ejus Matris, ac Beatiſſimi Confeſſoris, & hujus civitatis fundatoris, & Patroni Columbani, obſervatis tamen omnibus ſolemnitatibus, quæ in talibus requiruntur, & ſervari ſolent, corpus præfati Sancti Columbani de monumento ſuo veteri ibidem ſito ſublevavit, & translavit, & repoſuit in quadam capſeta lignea fulcita, & ſete ornata, pro majori parte, & in parte retento de capite, pulvere, oſſibus, & dentibus translatandi animo, et reponendi in quodam tabernaculo æreo deaurato ad hoc præparato, & ipſa capſeta animo translatandi, & reponendi die craſtina in arca marmorea ſolemni ad hoc præparata, poſita ſupra altari ſub vocabulo Sancti Columbani ibidem ædificata deverſus orientem. Inſuper præf. Reverendiſſ. D. Epiſcopus de omnipotentis Dei miſericordia, ac precibus, & meritis glorioſæ Virginis Mariæ ejus matris, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, nec non præfati Sancti Columbani, confidens, omnibus vere penitentibus confeſſis, & contritis, qui dictæ translationi craſtina die fiendæ, & celebrandæ fuerint, necnon ſemper, & in perpetuum in anniverſario dictæ translationis, quæ erit dies prima menſis Septembris cujuslibet anni, necnon in feſto ſancti Columbani ſimiliter cujuslibet anni, Eccleſiam prædictam, ac altare prædictum viſitaverint, & manus adjutrices pro fabrica monaſt. porrexerint, quadraginta dies de injunctis eis penitentiis in Domino miſericorditer relaxavit. Quibus omnibus ſic peractis præfatus Reverendiſſ. D. Epiſcopus juſſit mihi Columbano de Cachaſtino Not. infraſcripto ſimul cum præfato D. Abbate, ut de prædictorum ad æternam eci memoriam publicum conficiam inſtrumentum.

In nomine Domini, amen. Milleſimo ſupraſcripto die Dominico prima menſis Septembris Bobii vid. in ſacriſtia monaſt. prædicti S. Columbani præſentibus Domino Copelino de Brugnadello fil. q. D. Jo. Jacobi, D. Jo. Maria de Monticellis fil. q. Daguani, D. magiſtro Franciſco de Villori artium, & medicinæ doctore, D. Corado Buella fil. q. D. Bartholomæi, D. Iacobino de Georgiis fil. q. D. Ioannoti omnibus civibus Bobien. ac teſtibus idoneis, notis, rogatis, & vocatis. Ibique Rev. in Chriſto pater Dominus D. Ioannes Antonius de Papia Dei gratia Abbas monaſt. S. Columbani Bobien. prædicti, & comes, inductus more prælatorum, cum eo exiſtentibus quampluribus ex ſuis monachis, partem capitis cum dentibus ſeptem, ac oſſibus in notabili quantitate, cum certo pulvere corporis S. Columbani noſtri patroni repoſuit in quodam tabernaculo novo æreo, deaurato, retent. extra duobus dentibus loco, & tempore fulciendis, & guarniendis. Quibus omnibus ſic prædictis ad æternam rei memoriam præfatus Dominus Abbas juſſit mihi notario infraſcripto, ut de prædictis publ. conficiam inſt. præſentibus, teſtibus ſupraſcriptis, ac aliis quampluribus perſonis.

In

In nomine Domini, amen. Anno, menſe, & die ſupraſcriptis Bobii vz. in Tiburniis dictæ Eccleſiæ, præſentibus Petro Dodis fil. q. Columbini, Columbano de Falino fil. q. Pagani, Antonio de Barbarino fil. q. Bartholomæi, Girardino de Cichatis fil. q. Aluiſii, & Bartholomęo de Albedo fil. q. Antonii omnibus civibus Bobien. ac teſtibus idoneis, notis, rogatis, & vocatis, Rev. in Chriſto Pater, & Dominus D. Joannes Antonius de Papia Deigratia Abbas Monaſterii prædicti, & comes inductus more prælatorum cum eo exiſtentibus certis ex ſuis monachis, & præſente alia magna populi multitudine, facta prius hodie paulò ante per Reverendiſs. in Chriſto Patrem, & Dominum D. Joanaem Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopum Bobienſem, & comitem debita, ac devota, & ſolemni translatione, & proceſſione, una cum ipſo Domino Abbate, & cum clero Bobienſi, ac immenſa populi multitudine, & luminaribus, ac cereis accenſis in forma Eccleſiæ conſueta, per civitatem cum corpore ſanctiſſimi Columbani noſtrum patroni exiſtente primo in quadam capſeta lignea ornata ſetæ, & tabernaculo novo aurato, ipſum corpus exiſtens, in dicta capſeta, & ipſam capſetam translatavit, & repoſuit in archa marmorea nova ad hoc præparata exiſtente ſuper altare ſub vocabulo S. Columbani verſus orientem ibidem poſitam, ſervatis omnibus ſolemnitatibus quæ in talibus requiruntur, & ſervari ſolent. Quibus omnibus ſic peractis ad ęternam rei memoriam præfatus Dominus Abbas juſſit mihi Notario infraſcripto, ut de prædictis publicum conficiam inſtrumentum.

In nomine Domini, amen. Anno ab Incarnatione ejuſdem 1482. Indictione XV. ſecundum curſum Bobii, die Veneris 7. menſis Martii. Bobii vz. in Tiburiis Eccleſiæ S. Columbani, præſentibus Ven. D. Aluiſio de Verme Præpoſito Eccleſiæ Bobii, Magiſtro D. Thadeo de Verme fil. q. recolen. memoriæ Ill. Domini Aloiſii, D. Juliano de Villanis I. V. D. Domino Melchione de Medits barbis olim poteſtatem Bobii, D. Io. Michaele de Medicis Vicario civitatis Bobii, D. Copelino de Brugnadello fil. q. Io. Jacobi, D. Jo. Maria de Monticellis fil. q. Dagnani, & D. magiſtro Alberto de Succits Phiſico, teſtibus idoneis, notis, rogatis, & vocat. Ibique Rev. in Chriſto Pater, & D. Io. Antonius de Papia Deigratia Abbas monaſt. S. Columbani Bobien. & comes inductus more prælatorum, divina canendo officia, una cum pluribus monachis de capitulo, & conventu ſuo cum eo exiſtentibus, ad honorem Dei, & beatæ virginis Mariæ matris, ac Beati Columbani patroni dictæ civitatis, nec non beati Athalæ confeſſoris, ſucceſſoris præfati S. Columbani, obſervatis tamen omnibus ſolemnitatibus, quæ in talibus requiruntur, & ſervari ſolent. Reliquias, & ſeu corpus præf. S. Athalæ alias de ſuo monumento ſublevatas translatavit, & repoſuit in quadam archa ſatis condecenti ad hoc præparata, exiſtente à parte dextra verſum meridiem dictorum Tiburiorum. Quibus omnibus ſic peractis ad æternam rei memoriam præfatus Dominus Abbas juſſit mihi notario infraſcripto, ut de prædictis publicum conficiam inſt. præſentibus teſtibus ſupraſcriptis, ac magna populi multitudine.

In nomine Domini, amen. Milleſimo ſupraſcripto die Dominico 16. menſis Martii ſupraſcripti Bobii in loco ſupraſcripto, & præſentibus ſupraſcriptis D. Copelino, D. Io. Maria, D. magiſtro Alberto de Succits, D. Conrado Buella, Antonio Caziæ notario fil. q. Joannis, Antonio de Cachaſtino fil. q. Parmarii, Contardo de Odone fil. q. Joannis, & Bartholomæo de Balletis fil. q. Joannis omnibus civibus Bobien. ac teſtibus idoneis not. rogat. & vocat. Ibique Rev. in Chriſto Pater, & Dominus D. Jo. Antonius de Papia Deigratia Abbas monaſt. S. Columbani Bobien. & comes inductus more prælatorum divina canendo officia una cum pluribus monachis de capitulo, & conventu ſuo cum eo exiſtentibus. Ad honorem Dei, & Beatæ Virginis Mariæ ejus matris, ac B. Columbani patroni hujus civitatis, nec non Beati Bertulphi tertii Abbatis dicti monaſt. obſervatis tamen omnibus ſolemnitatibus quæ in talibus requiruntur, & ſervari ſolent. Reliquias, & ſeu corpus præfati S. Berthulphi alias de ſuo monumento veteri ſublevatas, & ſeu ſublevatum translatavit, & repoſuit, in quadam archa ſatis condigna ad hoc præparata exiſtente à parte ſiniſtra verſus Aquilonem dictorum Tiburiorum. Nec non reliquias, ſive corpora in cinere reducta Sanctorum monachorum, & Sanctarum Virginum infraſcriptorum vz. S. Vvalcharii, S. Alo, S. Chuniberti, S. Suniberti, S. Theoperti; S. Tuniprandi, S. Rataldi, Sanctæ Petronillæ Virginis, S. Suniverga Virginis, S. Rotradæ Virginis, Sancti Andreæ, S. Joannis, Sancti Petri, S. Leonis, S. Bladulphi, S. Maronei, S. Agibodi, S. Theodebaldi, S. Baudacharii, S. Leopardi, omnium monachorum olim dicti monaſterii alias ſublevata de quodam monumento veſtri exiſtent. tunc poſt ſepulchrum ſancti Athalę, & ipſa translatavit, & repoſuit in quadam archa ſati ſufficienti exiſtente à parte dextra verſus meridiem quaſi prope Archam S. Athale in loco ſupraſcripto. Quibus omnibus ſic peractis præfatus Rever. Dominus Abbas juſſit mihi notario infraſcripto ad æternam rei memoriam, ut de prædictis publicum conficiam inſt. præſentibus teſtibus ſupraſcriptis, & alia magna populi, & perſonarum Eccleſiaſticorum, & laicorum multitudine.

In nomine Domini, amen. Anno ab Incarnatione ejuſdem 1483. indict. prima die martis, 25. menſe Martii, Bobii vz. in loco ſupraſcripto præſentibus Ven. D. Aluiſio de Verme Præpoſito in Eccleſia Bobii, mag. D. Juliano Villanis I. V. D. D. Io. Michaele de Marolis Vicario Bobii ſupraſcriptis D. Copelino de Brugnadello, D. Io. Maria de Monticellis, D. Mag. Alberto de Succits, D. Conrado Buella, D. Iacobino de Georgiis, & Antonio de Cazii omnibus teſtibus, idoneis, notis rogat. & vocat. Ibique Rever. in Chriſto pater, & D. Ioannes Antonius de Papia Deigratia Abbas Monaſterii ſancti Columbani Bobien. & comes, inductus more Prælatorum divina canendo officia, una cum pluribus D. Monachis ſuis de conventu exiſtentibus cum eo. Ad honorem Dei omnipotentis, ac Beatæ Virginis Mariæ ejus matris, nec non B. Columbani hujus civitatis patroni, nec non infraſcriptorum ſanctorum obſervat. tamen omnibus ſolemnitatibus quæ in talibus requiruntur, & ſervari ſolent, & debeat, Reliquias, ſeu corpora ſanctorum monachorum vz. ſancti Romani, & ſancti Cumiani, ac ſancti..... alias ex quadam archa lapidea ſublevata translatavit, & repoſuit in quadam archa lapidea ad hoc præparata exiſtente in muro, ſeu pariete muri à parte ſiniſtra altaris Sancti Columbani verſus mane. Ac Reliquias, & ſeu corpus Sancti Bobuleni Abbatis alias ex ſuo monumento, ſive ſepulchro ſublevatum translatavit, & repoſuit in alia archa affixa à parte dextra in muro dicti altaris S. Columbani verſus orientem. Quibus omnibus ſic peractis præfatus Rever. D. Abbas ad æternam rei memoriam, juſſit mihi notario infraſcripto ut de prædictis publicum conficiam inſtr. præſentibus teſtibus ſupraſcriptis, ac alia perſonarum, tam Eccleſiaſticarum, quam laicarum multitudine.

Ego Columbanus de Cachaſtino publicus Imperiali auctoritate Notarius Bobienſis, ac præf. Domini Abbatis, & monaſterii prædictis omnibus, & ſingulis dum ſic agerentur, & fierent interfui, & rogatus ſupraſcripta ſex præſentia publica inſtrumenta translationum, & repoſitionum ſanctorum horum de quibus in dictis inſtrumentis fit mentio juſſus tradidi, breviavi, finivi, & ita ſcripſi, & in fidem, ac teſtimonium præmiſſorum me ſubſcripſi cum meo ſolito ſigno.

Hoc eodem 1482. anno Placentiæ 15. ejuſdem menſis valedixit huic mortali ſæculo, non ſine opinione ſanctitatis noſter Io. Epiſcopus, ibidemque in cathedrali ſepulturam accepit juxta chorum in marmoreo tumulo, muro in eminenti loco infixo, ad lævam altaris Divo Alezio dicati, ub eodem Epiſcopo prębenda, & capellania perpetua ſub ejuſdem ſancti invocatione dotati cum hoc epitaphio.

Antiſtes, & Placentiæ Archidiac. & Canonicus, decedens in æterna fact. memoria venerand. Cineres locare ſuos juſſit, quod ipſi poſteri eum effectu at vides cavarunt. Benevale quis es anno Domini M. CCCC. LXXXII. XV. Dec.

Ejus corpus ann. 1614. Kal. Decembris in reſtanratione chori dum archa movenda eſſet, inventum eſt integrum, & incorruptum, magnum ſanctitatis documentum, quod opinionem bene actæ ejus vitæ apud mortales auxit non parum.



XX VIII. 27 LUCHINUS de Trottis, *a* Archidiaconus Alexandrinus, ad honorem hujus ſedis promotus anno 1482. die 14. Decembris. Exceſſit ann. 1494. Vermenſes Dominos ob defectum legitimorum ſucceſſorum è caſtris, & terris Eccleſiæ Bobienſis ejicere curavit, cum Galeatium Sanſeverinum ad feuda vocaſset. Hic paſſim in monumentis ejuſdem Eccleſiæ comes Trebiæ vocitatur.


a Hujus meminit Lotta in Heroibus Alexandr. p. 167. Mendoſ.

XXIX 28 BERNARDINUS Ilicinus *b*, Etruſcus, de Monte Politiano, Canonicus Regularis S. Auguſtini *c*, Mediolani Ducis à confeſſionibus, in Epiſcopum electus ab Alexandro VI. in gratiam ejuſdem Ducis ann. 1494. Vitam liquit 1500.

b Laudatur ab Ingurgerum Pompis Senenſ. par. 3. 9. ... Mendoſ. c Eremitanus S. Auguſtini.

XXX 29 JO. BAPTISTA Bagorottus, nobilis Placentinus, Canonicus, & Archidiaconus ejus Eccleſiæ, electus in Epiſcopum Bobienſem ann. 1500. die 8. Aprilis, olim Innocentio VIII. cui charus fuerat, litterarum Apoſtolicarum Scriptor, earundem Regeſtri magiſter. Strenuus Eccleſiæ ſuæ vindex fuit, redditus auxit, caſtra, & loca Epiſcopatus, remotis Vermenſibus, primo comiti Lignano, deinde Galeatio Sanſeverino in feudum perpetuum conceſſit. In cathedrali Placentina canonicalem præbendam ad altare ſub invocatione s. Joannis decollati ex propriis redditibus inſtituit, alterumque ss. Gregorio Papæ, Sebaſtiano martyri, ac Roccho confeſſori, ibidemque ſolemni rito dicavit anno 1509. ultima Octobris. Mediolani debitum naturę perſolvit anno 1519. cum huic Eccleſiæ præfuiſset annos ferme 19. humatus jacet ibidem in Eccleſia s. Mariæ de Pace, prope ſacellum Beatiſſimæ Deiparæ Aſsumptæ ab ipſo exornatum, ubi tumulum habet marmoreum, ſane non inelegans, cum ſequenti epitaphio, quod ſibi vivens poſuerat.

Jo. Baptiſta Bagarottus Epiſcopus Bobienſis, & Comes dum ſe mortalem animo volvit viveas ſibi P. Ann. M. D. XIX. Ne quid expectes amicos, quod tu per te agere poſſis.



XXXI. 30 AUGUSTINUS Cardinalis Trivultius *d* hanc Eccleſiam perpetuo adminiſtrandam ſuſcepit anno 1522. die 26. menſis Septembris. Cæterum cum per duos omnino annos præfuiſset, eo munere, reſervato ſibi regreſsu, ſe abdicavit.

d De quo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 410.

XX XII. 31 AMBROSIUS Trivultius, ſpectatiſſimi Ducis Joannis Jacobi Trivultii filius, ex ceſſione Auguſtini Trivultii Cardinalis Bobienſem ſedem eſt aſsecutus 1524. die 27. menſis Maji. Hic primum ſub patre in Gallicis caſtris illuſtria ſtipendia meruit, iiſque militaribus gradibus eſt ſubvectus, qui ſummum deinceps Ducem viderentur adpromittere. Sed cum amœniores literæ vel inter arma jam pridem Ambroſii leniiſsent animum facile inde fuit Eccleſiaſticæ vitæ ſtatum tranquilliorem illum amplecti, è ſtrenuoque milite, ſtrenuiorem ſe paſtorem præbere. Præfuit igitur Bobienſi Eccleſiæ uſque ad 1546. Quo ipſo anno dicitur exceſſiſſe è vita.



XX XIII. 32 BORSUS de Merlis ex Corrigio Inſobriæ, Archipresbyter S. Laurentii in Lucina, Canonicuſque S. Mariæ Majoris Romæ, Trivultio ſubrogatus eſt, aſſentiente Cardinali Trivultio, cui ad hanc Eccleſiam redeundi jus erat ann. 1546. die 15. menſis Novembris. Catalani Trivultii in Placentina Eccleſia ſuffraganeus fuit. Sedit an. 14. Epiſcopatu ſe abdicavit ann. 1560. Romæ poſtremum diem obiit 1563. ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Laurentii in Lucina, cum ſequenti epitaphio.

D. O. M.

Borſio Merlo Frac. F. Corrigien. hujus ædis Archipresb. Sanctæ Mariæ Majoris Canonico, Epiſcopo Bobienſi, & comiti, Jo. Peregrinus frater, & hæres P. Annum agens LXXVII. M. D. LXIII.

XX XIV. 33 SEBASTIANUS Donatus ex Borſi reſignatione ad hanc eandem ſedem pervenit anno 1560. 29. menſis Novembris. Rexit illam Eccleſiam paulo minus duobus annis; Mediolani deceſſit; ibidem tumulatus fuit.



XX XV. 34 FRANCISCUM Abundium Caſtiloneum *e* Mediolanenſem Pius IV. Bobienſem ſubvexit ad ſedem an. 1562. *f* quem etiam pro celebratione Concilii Tridentini ob ingentes exantlatos labores, ac in memoriam Cœleſtini IV. ſummi Pontificis, qua-

e De quo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 974. f Die 9. Januarii.

tuor-

A

tuorque aliorum Purpuratorum ejuſdem gentis, creavit Cardinalem 1565. qui tamen breviſſimus Cardinalis ſuit. Deceſſit enim 1568. Romæ, accepitque ſepulchrum apud S. Mariam de Populo, ubi nobili monumento ſuffixum legitur ſubjectum epitaphium, in quo etiam memoratur Joannes Jacobus Batii Archiepiſcopus ibidem tumulatus, prope vas luſtralis Aquæ ad dextram ſub prægrandi marmoreo lapide, ſtemmata Caſtilonea præſeferente, epitaphiumque ingredientium veſtigiis ſemiexeſum. Cardinalis autem epitaphium eſt hujuſmodi.

D. O. M.

Franciſco Abundio Caſtiloneo Mediolanenſi Hieronymi Senatoris Mediolani Præſidis filio S.R.E. Presb. Card. Cœleſtini IV Pontif. Max. Octaviani, Gothifredi, Brandæ, & Joannis Cardin. gentili. Pio IV. Pont. Max. valde charo, atque ab eodem ob fidem, ac pietatem, quam Epiſcopus Bobienſis in Trid. Concilio præſtitit in ampliſſimum Collegium cooptato. vixit ann. XLV. Obiit anno M. D. LXVIII. viii. Kal. Decemb. Joſeph Caſtilionæus I. C. hæres patrueli, & Ioanni Iacobo Archiepiſcopo Barenſi expecto donec veniat immutatio mea.

B

XXXVI. 35 EUGENIUM Camutium è Lugano, Novocomenſis ditionis. Pius V. Bobienſem Epiſcopum adlegit 1568. die 19. menſis *a* Decembris. Sedit 34. annos. Deceſſit Romæ anno 1602. relicta Eccleſia non parum perturbata, Epiſcopioque ruinis, & ſqualore deformato.

a Novemb. ex Actis.

XXXVII 36 CAMILLUS Aularicus *b* Alexandrinus, inſignis collegiatæ Eccleſiæ S. Joannis Modoetiæ Archipresbyter, utriuſque Signaturæ Referen. eandem ſedem conſcendit anno 1602. die 26. menſis Aug. Synodum non ſemel habuit, Diœceſimque ſumma charitate inviſit, poſtremo cum Apoſtolicus Viſitator Papienſis Eccleſiæ eſſet, eo in munere diem ſuum obiit an. 1607. 11. Januarii.

b Aularius dicitur à Porta in Regnibus Alexandr. ubi plura de eo. Mandiſ.

C

XXXVIII 37 MARCUS ANTONIUS *c* Bellinus, in Oppido Goruſſi diœceſis Novar. natus, Philoſophiæ, ac utriuſque juris prudentiæ operam dedit. Dum Mediolani Advocati munus exerceret, à S. Carolo Archiepiſcopo clericus, mox Canonicus Ordinarius Metropolitanæ Eccleſiæ, & Archiepiſcopalis Cancellarius factus: eoque defuncto, à Duce Lotharingiæ ad conſilia aſcitus, inde in Hiſpaniam concedens, Eboren. Eccleſiam titulo ſupremi Præſidis rexit. In Galliam à Cardinali Lotharingiæ Legato vocatus, Auditoris, ac Datarii munere apud ipſum diu manſit. Romam evocatus, in Camilli Cardinalis Burgheſii patrocinium ſe recepit, qui mox ſummus Eccleſiæ Pontifex renunciatus ſub Pauli V. nomine, Bellinum inter intimos connumerari juſſit, pauloque poſt Bobienſis Eccleſiæ Epiſcopum pronunciavit anno 1607. 15. Feb. Præfuit laudabiliter an. 11. Obiit 1618. ætatis ſuæ 62.

c De quo Cotta in Muſæo Novarien. pag. 22. Mandiſ.

D

XXXIX. 38 FRANCISCO MARIÆ Abbiati *d* Mediolanenſi, Canonico Regulari Lateranenſi, Paulus V. idem dignitatis onus demandavit anno 1618. die 3. Decembris. Romæ conſecratur à Joanne Gratia Mellino Cardinali in ipſo feſto S. Thomæ Apoſtoli. Natus patre Franciſco, & Celidonia Ruſca, in ſeminario clericorum adſcitus ad liberalium artium educationem. Factus Canonicus Regularis, Philoſophiæ, Theologiæ, ac juri Pontificio in Academia Patavina operam dedit, celebriſque verbi Dei enunciator evaſit, & in præcipuis Italiæ urbibus evangelizavit. Abbas S. Mariæ Albæ Caſoratti prope Mediolanum; & S. Caroli Monatii prope Larinum lacum creatus, à Paulo V. ad munus Epiſcopale deligitur. Bobienſem Eccleſiam pene deformatam reſtituit, auxit, & ornavit; templum D. Mariæ de Auxilio extra mœnia erexit. Epiſcopale palatium pene collabens in nobiliorem formam reduxit. Remotiores Valles Mediolanenſis Archiepiſcopatus juſſu Federici Borromei Card. inviſit, ut omnibus modis poſteritati prodeſſet in ſua diœceſi nullis laboribus pepercit.

d De eo Campius in hiſt. Placent. tr. 1. p. 91 & Mandiſ.

XL 39 * ALEXANDER Porrus, Mediolanenſis, electus Epiſcopus Bobienſis ab Innocentio X. an. 1650. die 5. Decembris, ſucceſſit Franciſco Mariæ Abbiati jam diu defuncto.

** Ex App. tom. 4.*

ADDITIO.

(„ *Alexander Porras, Theatinorum jam in* „ *ſacra Theologia Magiſter, cum per decennium* „ *hanc Eccleſiam laudabiliter rexiſſet, obiit men-* „ *ſe Septembri 1660. Cujus cum laude meminere* „ *Picinellus in Athen. Litteratorum Mediolanen.* „ *& Silos in Hiſtoria Clericorum Regularium par.* „ *2. & 3.*

XLI. „ BARTHOLOMÆUS *Capra, Mediolanen-* „ *ſis, Advocatus Conſiſtorialis, & Cubicularius ho-* „ *norarius Innocentii PP. X. & utriuſque Signatu-* „ *ræ Referendarius, cum Metropolitanæ Mediola-* „ *nenſis Eccleſiæ Archipresbyter eſſet, ad hanc ca-* „ *thedram evectus eſt die 9. Auguſti 1661. deceſſit* „ *Mediolani 1693.*

XLII. „ CAROLUS *Joſeph Morozzius, Congregatio-* „ *nis reformatæ S. Bernardi Ordinis Ciſtercien-* „ *ſium Monachus, & ſacræ Theologiæ profeſſor,* „ *Montisregalis ex nobilibus parentibus ortus, cum* „ *plura Ordinis ſui muniatum Monaſterii Aſtenſis* „ *Prior, & Taurinenſis Abbas, tum Pedemontii,* „ *& Sabaudiæ Provincialis, & Procurator genera-* „ *lis Ordinis ſui, denique ſuæ Congregationis Ge-* „ *neralis impleſſet, hac infula decoratus eſt 22. De-* „ *cembris 1693. translatus deinde ad Salutienſem* „ *Eccleſiam 27. Januarii 1698.*

XLIII „ AMBROSIUS *Cruce, Mediolanenſis, Con-* „ *gregationis Caſinenſis Theologus, & S. Columba-* „ *ni Bobienſis Abbas, hanc ſedem aſſecutus eſt 15.* „ *Septembr. 1698. quam deinde vacuam dereliquit* „ *defunctus an. 1713.*

XLIV „ CAROLUS *Franciſcus Gallerinus in Oppido* „ *Cannabio Mediolanenſis diœceſis ortus, Auditor* „ *primum Cardinalis de Comitibus tunc ad Rheni* „ *tractum, & deinde Portugalliæ Nuncii, tum A-* „ *venionenſis Legationis Datarius, & tandem ejuſ-* „ *dem Legationis generalis Auditor, ex Rectore* „ *Carpentoratenſi promotus eſt ad Eccleſiam Bo-* „ *bienſem 17. Januarii 1714. Ad Superos adiit an.* „ *1716. menſe Septembri.*

XLV. „ IDELPHONSUS *Manara, Mediolanenſis,* „ *eximius Verbi Dei concionator, Congregationis* „ *Clericorum Regularium S. Pauli Præpoſitus Gene-* „ *ralis, hanc Cathedram conſcendit 7. Decembris* „ *1716.*]

BOBIENSES
ABBATES.

ME non extra chorum ſaltare æquus cenſebit lector, ſi poſt enumeratos Bobienſes Epiſcopos, Bobienſis cœnobii Abbatum ſeriem breviter concinnabo, precipuave Pontificum, Cæſarumq; privilegia, juraque recenſebo, quibus eximie aucta nobilis Abbatia, Epiſcopatus inde dignitas proceſſit; plurimi enim faciunt, tum ad hujus Eccleſiæ originem, incrementumque agnoſcendum, tum vero ad tantorum, & ſanctitate, & virtute illuſtrium virorum oblivionem vindicandam. Bobiani Cœnobii (ut non ſemel diximus) fundamenta jecit Columbanus ille Pictorum Apoſtolus, vir egregiæ ſanctitatis, cujus opera propagatum monachiſmum in Galliis, & in Italia cæteri ejuſdem inſtituti viri ſancti, ejus diſcipuli mirum in modum auxerunt, quorum vitæ Jonas Abbas ſcripſit,

reci-

Ego Meliaderus presb. & monach.
Ego Romanus diaconus ſignum al.al.al.
Leoni, & Simroni, & Audotrſtes ſignum al.al.al.
Leoni, Zachariæ Epiphoni *trſtes.*
Ego Petrus diaconus, & uotarius ſanctæ Sedis Apoſtolicę has chartulas offenſionis ſeripſi, publicavi, complevi, & dedi.

Porro Privilegium, ſive prima donatio Flavii Agilulfi Longobardorum Regis Venerabili S. Columbano de territorio Bobienſi per millia quatuor ab omni parte conceſsum, de quo mentio in chartula ejuſdem Columbani, ita ſcriptum eſt.

Flavius Agilulphus vir excellentiſſimus Rex, Venerab. Columbano vel ſociis ejus. Ptam nobis eredimus ab omnipotenti Domino viciſſitudinem repenſari, ſi ſacerdotes in Regno noſtro ſalubri ordinatione Domino ſua valuerint vota complere. Ideoque ad Baſilicam Beati, ac Principis Apoſtolorum Petri ſitam in loco, qui nuncupatur Bobio, per hoc generale noſtrum prçceptum cedimus tuę ſanctę Paternitati ibidem in Dei nomine licentiam habitandi ac poſſidendi, undique ſicut deceruimus ab omni parte per circuitu milliaria quatuor ſive culto, ſive inculto, prçter tantum medietatem putei, quod fundavit per noſtrę donationis præceptum conceſſum habemus. Nam aliud omnes fines illos, quos ſuperius nominavimus. Baſilicæ Beati Petri, vel vobis, ſeu qui ibidem tibi tuorumque deſervierit ducibus, caſtaldis, ſeu actionariis noſtris omnimodis in mandatis, ut nullus eorum contra hoc præceptum noſtræ paginæ ire quandoque præſumat, quatenus pro ſalute, & ſtabilitate Regni noſtri Dominum valeatis die, noctuque deprecaro.

Data Mediolani in Palatio ſub die nono Kal. Auguſti anno Regni noſtri feliciſſimi octavo per indictione quinta.

Ex dictu Domini Regis, & ex dictu Agiderii not. ſcripſi ego Linuus.

a S. ATTALA, *ſive Attalas* (ait Jonæ compendiolum) *ex Burgundia, Abbas monaſterii Bobienſis, qui ſucceſſit B. Columbano in monachorum regimine, prius fuit monachus Luxovienſis, & B. Columbani ſocius peregrinationum ejus ad partes Italiæ, vir magnæ ſcientiæ, ac præditus multis virtutibus, plurimos ęmulos habuit, rigorem zeli ejus non ferentes, diverſis moribus juſto Dei judicio inſervierunt. Inter cæteras ejus virtutes has refero. Fluvius, Bobius nomine, à montibus defluens nimium excreſcens, inundationibus ſuis totum alveum occupabat, ita ut fragoribus ſuis ruinam molendini monaſterii minaretur. Tunc Agibardus monachus, cuſtos dicti molendini, rapido curſu ſtuduit indicare B. Attalę: voca celerius Synoaldum, & tu ad ſtratum vadem laxa membra tua quieti. Accipe baculum meum, & vadem, & fluvium imperante voce præcipe, prius ſigno crucis edito, ut has dimittat ripas, ſed alicrſum defluat nobis nullas moleſtias inferens. Tunc mirum dictu, fluvius paulatim alium de ſe ducens, molendinum monaſterii inconcuſſum reliquit. Gramericus monachus præfati viri, dum terram vomeris excoleret, aſperitate duræ glophæ ſcipha ſemota eſt, quam dum aptare vellet ſubito ex inopinato ex ferramento pollex levę prçſcinditur, quem ille videns terra cooperiens ad monaſterium pergens veniam petiit. Qui ille ubi eſt fruſtum pollici tui: vade cito, & mihi ducito. Quo oblato, ſaliva ſuppoſita ſanavit. Multaque alia per eum Dominus operans, Cœlos petiit 5. Idus Martii. Quieſcit prope beatum Columbanum, vixitque temporibus Gregorii magni, Sabiniani, Bonifacii 3. & 4. ſanctorum Pontificum.* Hactenus compendiolum. Hujus meminit Martyrol. Roman. ad 6. Id. Martii; cujus vitam fuſius deſcripſit idem Jonas Abbas, quæ habetur apud Bedam tom. 3. quam & Surius retulit in tom. 2. Adhuc etiam extat privilegium, ſive confirmatio Flavii Adivaldii Regis de Territorio Bobienſi per milliaria quatuor, & de Montepenicis.

Flavius Adivald. Excellentiſſimus Rex Monaſterio Beatiſſimorum Apoſtolorum Petri, & Pauli ſito in

A *Ebobio, & V. B. Attalanæ Abb. & omnibus monachis ejus. Dum devotionis cauſa pro noſtris facinoribus deprecandum Beatorum Apoſtolorum aulam veniſſemus, ubi bo. mem. pater noſter Dominus Columbanus corpore quieſcit, petiit nobis tua veneratio, omniſque ſimul ſervorum Dei alma congregatio, & præ manibus oſtendiſtis nobis præceptum Domini, & Genitoris noſtri Agilulfi Regis, continebaturque in eo quod Genitor noſter locum iſtum Beato Columbano tradiderat ad inhabitandum, & poſſidendum ſibi, & qui poſt ipſum perpetuo Domino inibi deſervierint pro tempore, quod & nos ſimul modo, ut faceremus veſtra omnium ſancta poſtulavit paternitas. Nos itaque æternam expectantes remunerationem, decrevimus acclamare preſentia, ut mereamur æterna, & ſine fine manſura. Et ideo veſtram omnium audientes petitionem confirmamus, atque cedimus vobis ad nomen Beatorum Apoſt. Petri, & Pauli, Baſilicam ſitam in Bobio in Dei nomine licentia inhabitandi, & poſſidendi. Decernimus itaque ſinos ab omni*

B *parte Baſilicæ ipſius milliaria quatuor, ſicut Dominus genitor noſter per ſuum præceptum Beato Columbano inſtituit habere. Pręter tantum medietatem putei, quod idem Genitor fundavit venerabilis memorię vir, conceſſit vel ligua ad ſales coquendas, quod & nos ſimili modo concedimus atque firmamus poſſidendum. Similiter Alpecellam, quæ appellatur Pennice, ubi Domina, & genitrix noſtra Theodolinda Glorioſſ. Regina ob amorem Patris noſtri Columbani aſcendit ad locum iſtum prævidendum. Poſtulavit à nobis ut in veſtro ſancto monaſterio ipſam concederemus Alpecellam, quod & nos ipſius rogationem audientes libenti animo decrevimus dare, datumque in perpetuum vobis, & qui poſt vos ibi Deo militaturi fuerint, volumus permanere. Ideoque æternam nos conſiderantes retributionem per hoc poteſtatis noſtræ prçceptum confirmamus in veſtro ſancto monaſterio vel veſtræ venerationi jam ſuper jus terminatos fines cum ipſa Alpecella monte Pennice cum finibus ſuis percurrente per ipſos fines uſque in petra de Gra-*

C *gio, indeque revertente ſubtus petra Pedenna in coſta antequam perveniatur in petra de Digna, & ex inde per ipſam jam dictam coſtam uſque in fluvio Treviæ per noſtras recentiores apices identidem poſſidendum dono noſtro firmamus. Quatenus deinceps nullus ex judicibus, comitibus, gaſtaldiis, vel agentibus noſtris exinde minuere præſumat aliquid, ſed ea, quæ Deo auſpice contulimus in ipſo ſancto, ac venerando loco, tam feliciſſimis noſtris temporibus, quam etiam & futuris ſtabili ordine ipſo ſanctus locus, vel tua beatitudo, ſeu qui decedenti tempore tibi fuerit ſucceſſurus inviolabiliter valeamini poſſidere. Ex dictu Domini Regis, & ex dictu Agiderii notarii ſubſcripſi ego Pron.*

Dat. Ticino in Palatio ſub die 8. Kal. Aug. anno feliciſſimi regni noſtri 6. Indict. 9. feliciter.

8 S. BERTULFUS *Abbas* (inquit compendiolum) *S. Attalæ in monaſterii regimine ſucceſſit, nobilibus parentibus ortus, conſanguineus B. Arnulfi Metenſis Epiſcopi, qui poſtpoſitis, ſpretiſque*

D *pompis hujus ſeculi ad B. Euſtaſium Abbatem Luxovienſem venit, quo diu ſubjectus ſanctæ regulæ, religioneque gratus omnibus manſit. Exinde adventante B. Attala ex Auxoviæ partibus Luxovium venit, cum pace, & voluntate Euſtaſii, ejus ſocietati ſubjunctus eſt, abiens cum præfato Beato Attala in Ebobienſi monaſterio ſub obedientia B. Attalæ manſit, quo ad ſuperos evocato, ex communi voluntate monachorum B. Bertulfus in Abbatiali honore ſublimatus, & annis 13. diligenter præfatum monaſterium gubernavit, cęlos petens, corpus terris dereliquit 14. Kal. Septembris, ubi ibi humatus quieſcit.* Hæc compendiolum. Cætera ejuſdem ſancti acta fuſius concinnavit idem Jonas. Meminit ejuſdem Baronius ad ann. Chriſti 629. retulitque ex Jona, Bertulfum ab Honorio I. Papa privilegium retuliſſe, quatenus nullus Epiſcoporum in Bobienſi Cœnobio quolibet jure dominari conaretur. Ejus vero documēti exemplar hucuſq; aſſervatum eſt hujuſm.

Ho-

Honorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Fratri Bertulpho Abbati Presbytero. Si ſemper ſunt concedenda, quæ piis deſideriis congruunt, quanto potiſſimum ea, quæ per cultus prærogativam, noſcuntur non ſunt omnia abneganda, quæ ſunt in largitoribus non ſolum poſtulanda, ſed vi charitatis proculdubio exigenda. Petis nos igitur ut monaſterio SS. Petri, & Pauli in Eccleſia Bobio *conſtituto, quo præeſſe dignoſceris privilegia Sedis Apoſtolicæ largiremur, quatenus ſibi juriſdictione ſanctæ noſtræ Eccleſiæ, cui Deo auctore, præſedimus Eccleſiæ conſtitutum nullius Eccleſiæ juriſdictionibus ſubmittaris, pro qua re piis votis facilites, ac noſtra auctoritate, id quod à tua dilectione expoſuimus affectui mancipari, & idro omnem cujuslibet Eccleſiæ ſacerdotem in prædicto monaſterio dictionem qualibet auctoritate ne extendere, atque ſua auctoritate niſi à Præpoſito monaſterii fuerit invitatus, miſſarum ſolemnitate celebrare omnino probibemus. Curæ ergo tuæ ſit monaſterii fratres quo poteris egregiis moribus, ac vita inreprenſibili exornare, ut profecto juxta id quod .... Apoſtolicis privilegiis maluit inconcuſſr dotandos, deſideret potius, & anbelet inviolabili cæleſtis afluentiæ munere, diurnis ſanctæ diſplinæ precibus decorandos; ſit profecto communis, & ſincera vita, ſit ſobria, communis ſinceritas, ut quibus eſt mortuus mundus, ac ſepultus, pro incentiva contentionis vitia minime ſunites? qua in caſſum quis, & fruſtra laborare cognoſcitur, ſi ſuperbiæ vitiorum autrici colla ſubmittere ſentiat: ſit excelſa inde humilitas quia per hanc cæleſti artem, celeſtium munerum poſſidere. Sit igitur ante oculos mentis, & corporis traditionum regula paternarum, & uniſquiſque Prælatus noverit qualiter debeat imperare ſubditis, ne dum aſpera, & nec unicuique fratri aptiſſima ratione impleri uſque ad complementum ..... Dei imperantes indiſcretione ſubjecti ſit, itaque moderata vivacitas, ſit ſollicitudinis ſuper eminens in fratribus ſtrenuitas, ut dum regulariter omnes qui Deo integerrime conferuntur per obedientiæ lineam bene ſervientes exhibeant temporalia, ad gaudia celeſtis patriæ proveniant ſempiterna. Et hæc quidem, quæ ad ſollicitudinem pertinent dixiſſe ſufficiant: ante omnia cum Redemptoris noſtri miſericordiam, cui ingemiſcere redemptionem noſtram expectantem, enixius cum ſingultis, & gemitibus expectamus, ut ea quæ pietas flagitat fragilitas humanæ conditionis ſufficienter, atque confidenter de ſui auctoris ſuffragatione adimpleat. Bene valete.*

Datum 3. Id. Januarii Imperii Domini piiſſimi Aug. Eraclio. Anno 8. P.C. ejuſdem anni 18. atque Eraclio Conſtantino novo filio ipſius an. 16. Ind. 1.

Datum fuit hoc privilegium anno Chriſti * 638. Bobienſe Cœnobium rexiſſe Bertulphum Flavii Adiuvaldi temporibus, teſtatur etiam charta ejuſdem Regis ad ipſum datam in hæc verba.

* Ex Append.

Flavius Adjuvald. Excellentiſs. Rex Venerab. Bertulpho Abbati, vel omnibus monachis ejuſpiam, nobis credimus ab omnipotenti Domino viciſſitudinem recompenſari, ſi ſacerdotes in Regno noſtro ſalubri ordinatione Deo ſua valuerint vota complere. Ideoque ſicut pietati noſtræ Dominus Agilulfus Rex Genitor noſter vos, vel præceſſores veſtros ſanctæ memoriæ Domino *Columbano, vel Attalæ Abbatibus* Bobii *ad Baſilicam* Beati*, ac Principis Apoſtolorum Petri conceſſit habitandum per hoc generale noſtrum præceptum redimus vobis ad limen* Beati *Petri ibidem in Dei nomine habitandi licentia, & poſſidendi undique fines decernimus ſicut à Domino, & genitore noſtro ſanctæ memoriæ* Domino *Columbano, vel Attalæ conceſſum, vel traditum fuit, ab omni parte per circuitum milliaria quatuor, ſeu culto, vel inculto, præter tantum medietatem putei, quodque ſuaderie deceſſer, & genitor noſter Agilulfus Rex conceſſit, vel ligna ad incendendum inibi ad ſales coquendas. Sed & quod vobis à Ruſone pro donatione, atque cum ditione evenit nos ea dono noſtro in veſtro monaſterio confirmamus; ſed etiam fines illos, quos ſuperius nominavimus, Baſilicæ B. Petri, vel vobis tribuimus habendi uſque in petra de Gragio, & exinde ſubtus petra de Pedrna in coſta antequam perveniatur ad Digna, & per ipſam coſtam uſque in fluvio Treviæ. Quapropter dantes in mandatis omnibus Ducibus, Gaſtaldis, ſeu Actionariis noſtris, ut nullus eorum contra hanc præcepti noſtri paginam ire quandoque præſumat. Quatenus pro ſalute, & ſtabilitate Regni noſtri Dominum valeatis die ac nocte deprecare. Scripſi ego Bonus notarius.*

Datum Papiæ in Palatio ſub die 16. menſis Auguſti anno Regni noſtri feliciter 7. Indictione 10.

4 S. BOBULENUS Abbas ſucceſſit S. Bertulpho, cujus vita hiſce verbis eſt conſcripta in eodem libello, quod Jonæ compendiolum dicitur; verum hæc ab alio longe diverſo à Jona contemporaneo tamen ejuſdem Bobuleni, videtur deſcripta.

Incipit vita Bobuleni Abbatis.

Atticorum a ex genere oriundus nobilis Bobulenus monachorum præſule cœnobiis paterno amore ſemper Chriſti rexit famulus.

a Burgundionum ex Mabil. Annal. Bened. t. p. 376.

Bonus Paſtor ad regendas oves ſibi creditas, verbum vitæ enunciandum aluit quotidie ipſas, illæſus, ad valvas Chriſti duxit commode. Corde toto, & virtute, & ex tota anima Dominum diligens, & cunctos ut ſe ipſum, in Chriſti præceptum Domini implevit primum, quod præceptum eſt.

Dogma primorum antiquorum ſancitum à patribus ſuis totum patravit verbis, quos admonuit, & confirmavit ipſos quidem.

Edoctus à Sancto Dei Columbano præſule, cui poſt quanto in loco meruit ſuccedere, doctrinam ſequens, rectum tenet tramitem.

Fortis inter cœtum fratrum operando moribus cum ipſis ſemper ſudans laborum admeruit ipſe præibat inopis feſtinuſque cæteris.

Gratia ſuperna illi tantum dedit ut diem ferret laborem, vigilabat per noctes deditus orationi, promptus in jejunio.

Hic non ſurdus obauditor Pauli vocem ſubſequens, inſtanter ſemper laborans, ne gravaret quempiam è ſuo vivens labore, verus ut debet monachus.

Igne Domini accenſus, lucerna emicuit ſuper candelabrum poſita, lumen præbet omnibus in domo Domini conſiſtens, bona luxit opera.

Igne Domini accenſus, igne amantiſſimo, igne quem Dominus in terram miſit, volens, ut ardeat corda ſervorum ſuorum myſtico ſeptemplici.

Charitate connectenda fratrum, & conſortium alternumve unquam vitam voluit oſtendere, niſi qualem ipſe vivens talem omnes fuerunt.

Capiendo crebro uno ipſe cum ſodalibus Apoſtolorum doctrinam ſuis monſtrans Monachis, regulariter vivendo omnia communiter.

Languentium membra fratrum condolet, ut propria, ipſe viſitans, mitis, bonus, ac benignus vultu ſemper hilari, pacificus, manſuetus, lenis, peritiſſimus, ſimplex, & moderatus, morum flores conferens, & ſtudet, curam gerens congruam ſuis filiis, ut pater ſemper adfuit. Nam ſervivit mente Chriſto devotus, & corpore, cui ſua membra ſacra mortificans ſubdidit, mundi hujus refutando pompas, & delitias.

Omnia factus, ut lucrum omnibus proficeret, formam ſumpſit, jam præfati Apoſtoli egregii, quin ut Petrus Chriſti. Agnos diligendos.

Pauperum, & peregrinorum amator, & egenorum, pater vero Orfanorum, ſuſceptio oſpitum, parvulorum pedagogus, ſolator triſtantium.

Quanta ejus erga omnes adfuiſſet bonitas, nullus lingua laudare, ipſi tandem ſufficit, ſtilo numquam exarare poterit per ſingula.

Rector igitur, & Paſtor monachorum, ſedulo conſervator recordatus, amans ſemper ſeriem, qui culpantes poſt correptos noxam nunquam recolit.

Serpens latens in fructeta, ipſumque momorſerat ſuis manibus expreſſit viros, quos emiſerat non ſanavit ipſe cicatrix nec paruit.

Totam gratiam curandi illi Deus contulit, ut à la-

pide

A *pide precioſo artus unius monachi ſaliva ſoſpitati dedit.*

Vas unum quod refertum deorſum reverſum eſt cumulum ſurſum reſtauravit terris, nec effuderat ararium ipſum detegit ſuus, qui comperiens.

Chriſti lumen intempeſta noctis dum vigilias conſuetus pervagaret perhibet, ut filios Iſraelis protegente columna ignis ferens.

Hymnis pſalmis, canticiſque modulatis, vocibus concinnavit imolandi Deo ſacrificium, ſpirituales ſemper laudes Regi Regum obtulit.

Zelo zelans charitatis zelum, plenus Domini antiquo hoſte deceptore in triumpho caruit ſe ſe cœlos conditori collo.

Gloriam Deo cantemus, orationem, & pariter, ut qui eum coronavit ipſius pro meritis nobis veniam concedat, paradiſi gaudia. Amen.

Hacteous hiſtoria rudi quidem ſtilo, ſed veraciter ſcripta. In Chronico Bobienſi M.S. quod extat in Bibliotheca Aniciana, de Bobuleno habetur. *De eo*
B *non celebratur quamquam fecerit miracula, ut in antiquis libris habetur.* & ipſius tempore, *In præfato Monaſterio erant centum quadraginta Monachi militantes ſub eegula divi Benedicti ut pates ex privilegio Theodori Papæ.* Porro in ipſius offendimus privilegii exemplar, ex tabulario ejuſdem Cœnobii mihi impertitum, quod cum ſemel attenta conſideratione perſcrutaſſemus, in mentem venit fuiſſe io parte vitiatum, additumque, quod refert Bobienſis Chronica, & habetur in exemplari, nempe illa verba: *In quo Monaſterio Monachi ſub regula ſanctæ memoriæ Benedicti, vel prædicti eeverendiſſimi Columbani fundatoris loci illius converſari videntur* (1) Addita pro certo mihi videntur ab alio aliquo parum cauto. Quid enim illa ſignificant: *Reverendiſſimi Columbani fundatoris*, cum jam cœleſtibus fuiſſet adſcriptus, veluti Benedictus, quem *ſanctæ memoriæ* vocat? Iudicet lector an Theodoro Pontifici ignotum potuerit eſſe, quam regulam Bobienſes profiterentur Monachi, an Columbani ab
C ipſo præſcriptam filiis, diſcipuliſque nuper, vel Benedicti, monachis omnibus traditam. In Bobien. moonumentis oullum invenire potui teſtimonium de Benedicti regula eo Cœnobio tradita uſque ad Lucii II. Pontificis tempora. Is in literis ſuis datis anno 1143. Idib. Martii divi Benedicti regulam perpetuo in Bobiano Cœnobio ſervandam ſancivit, ut videbimus. Porro Theodori privilegii exemplar hujuſce tenoris conſervatur.

Theodorus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Vener. Bobuleno Presbytero & Abbati vener. Monaſterii Beati Petri Apoſtolorum Principis, è Bobio conſtituto; ejuſque Congrationi in perpetuum. Quanquam priſcæ regulæ decreta nos doceant, quæ oportet perenniter cuſtodiri, & Patrum conſtituta indiminuta ſervari; at tamen, & nos ſupra hoc regulariter decernentes vota ſupplicum, & maxime orthodoxa fide fulgentium, juſto in omnibus debent effectui mancipari, quatenus eorum pia devotio Apoſtolicis inviolata permaneat inſtitutis, atque decretis.
D *Dum igitur excellen. filius noſter Rotharis Rex, & glorioſiſſima filia noſtra Gundiberga Regina gentis Longobardorum, pia, & religioſa devotione proſpicui, nos ſcriptis poſtulaſſe noſcuntur, ut Apoſtolicæ Sedis privilegium Monaſterio beatiſſimorum Petri, & Pauli in loco qui dicitur è Bobio conſtituto, in quo vir vener. Columbanus, ex partibus Hiberniæ, in quibus ortus fuerat, ſanctis ſtudiis fervens cum largitate regia in regno gentis Longobardorum, poſtquam alia fundavit Monaſteria, accedens, Monaſterium conſtruxiſſe perhibetur. Ubi non*

A *parvam Congregationem Monachorum inſtituens circa ſe cum eis paribus piæ devotionis ſtudiis mancipavit. In quo nunc vir vener. Bobulenus presbyter, & Abbas una cum centum quinquaginta Monachis converſari videtur, & in Dei laudibus, uno regulæ Spiritu ſuperna inſpiratione commotus, ad laudem omnipotentis Dei pium exhibet famulatum, conferre deberemus. In quo Monaſterio, Monachi ſub regula ſanctæ memoriæ Benedicti, vel prædicti Reverendiſſimi Columbani fundatoris loci illius converſari videntur. Pro qua re ſupplici expetierunt deprecatu, ut privilegium Apoſtolicæ ſedis noſtræ in eodem mirificæ ſanctitatis Monaſterio concedere deberemus. Quod ſalubriter annuentes, nec non etiam, quia, & charitatis debito provocamur, & Apoſtolicæ Sedis benignitate, ac benevolentia incitamur honorem fratribus exhibere, & ſpecialibus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ filiis ſpecialioris prærogativæ gratiam elargiri, ut hominibus ſpectabiliores appareant, & commiſſas ſibi Eccleſias Apoſtolicæ dilectionis familiaritate ſuf-*
B *fulti tutius regant, atque ipſorum ſubditi majorem eis reverentiam, & honorem exhibeant, hoc privilegium, perenni auctoritate, ſervandum ipſi Monaſterio, & ejus Eccleſiæ alacriter indulgemus; ut videlicet liceat Abbati ejuſdem vener. loci mitra, & aliis pontificalibus uti. Et quia etiam de Beati Petri, & noſtræ dilectionis gratia diſpoſuimus ipſum Monaſterium, & ejus Eccleſiam peramplius honorare, ex Apoſtolicæ Sedis liberalitate concedimus, ut Abbas ejuſdem Monaſterii infra ſacra myſteria conſtitutus ſignaculo S.Crucis valeat præmuniri. Ita quod ad honorem Dei, & ipſius Monaſterii, & ejus Eccleſiæ ſupradicta valeat exercere, ſicut à prædeceſſore noſtra Apoſtolicæ recordationis Honorio eidem Monaſteria indultum eſſe conſpicitur. Hæc enim nova poſtulantium, vel indulgentium eſt auctoritas privilegium largiendi, dum profecto cunctis Apoſtolicæ Sedis non ſolum ſub ditione noſtra conſtitutis, ſed etiam in cæteris longius regionibus poſtulata ſemper indulgenda ſanxerunt, præſertim in vicinitatem noſtram, id eſt*
C *in Regno Longobardorum, & præcipue glorioſiſſimæ filiæ noſtræ Gondibergæ Reginæ, ſuper hoc litteris expetiti poſtulata concedimus. Interdicentes omnibus Epiſcopis vicinis, vel procul ab ipſo Monaſterio cõſtitutis, nihil uſurpare nihilq; præſumere contra hæc, quæ tenor huius privilegii, & norma decernit, ut videlicet Epiſcopus, quem pater Monaſterii, vel cuncta congregatio voluerit ad celebrandum miſſarum ſolemnia, aut conſecrationes præsbyterorum ſeu Diaconorum, vel etiam tabularum, in quibus miſſæ debeant celebrari, habeat facundiam in eodem monaſterio ingrediendi tantum ad pii opus Monaſterii. Quo peracto nihil contingens ſed gratis omnia peragens ad propria mox ingredi non moretur, nihil ſicut diximus uſurpans de rebus Monaſterii, non de ſacris altaribus, non de paramentis, neque de vaſibus, neque de ſacris voluminibus, nec quicquam majus, vel exiguum, ſed nec concupiſcere atemptet, quia ſi privata concupiſcere ſatis eſt noxium, quanto magis ſacra auferre, vel deſiderare, &*
D *juri ſuo mancipare Deo eſt inimicum? Interdicentes etiam Epiſcopo, in cujus Parochia eſſe videtur prædictum Monaſterium conſtitutum, ut nihil contra tenorem præſentis decreti pia poſtulatione indulti, quicquam atemptet, neque ulla modo ejus baptiſmales Eccleſias, ſeu decimas ſibi vindicet, nec ipſe ſuique ſucceſſores præſumant prohibita contingere. Criſma igitur, vel quidquid ad ſacra miniſteria pertinet, ſi à parte Monaſterii fuerit poſtulatum à quibuſcunque præviderit concedimus præſulibus tribuendum; & ut ſuperius dictum eſt, & ſæpe dicendum eſt*

(1) Non placent hæc verba Ughello indigne ferenti, quod Columbanus pro Sancto habitus, à Pontifice duntaxat Reverendiſſimus appelletur, & quod mentio fiat de regula S. Benedicti, de qua nullum apud Bobienſes teſtimonium à ſe repertum dicit ante Lucii II. pontificatum, denique quod ſub disjunctione regulam S. *Benedicti*, vel *Columbani* nominet, quaſi *Theodoro Pontifici*, ait Ughellus, *ignotum eſſe potuerit, quam regulam Bobienſes profiterentur*. At mirum eſt ignorare potuiſſe virum doctum, qui tot vetera inſtrumenta legerat, hanc particulam disjunctivam paſſim conjunctive uſurpari. Jam vero S. Columbanum *Reverendiſſimum* appellari à Pontifice non magis ejus Sanctitati obſtat, quam quod Gregorius Magnus S. Germanum Capuanum Epiſcopum, cujus animam in Cœlos evolantem S. Benedictus inſpexerat, virum Reverendiſſimum vocat. Ceterum non omnia monumenta cœnobii Bobienſis vidit Ughellus, qui ſi librum de miraculis S. Columbani medio ſeculo decimo ſcriptum, ſi Gerberti Epiſtolas perlegiſſet, amplius 200. ante Lucium II. annis regulam S. Benedicti apud Bobienſes, & quidem cum omnium retro memoria receptam: imo in ipſo, de quo agitur, Theodori Pontificis privilegio, uti jam tum credebatur, expreſſam [illegible] compeniſſet. *Mabillon. Annal. Benedict. tom. 1. p. 176.*

Digitized by Google

eſt, nullam poteſtatem habere permittimus Epiſcopos in eodem Monaſterio neque in rebus, vel in ordinandis perſonis, ſed quod cuncta congregato elegerit poſt mortem patris Monaſterii, ipſe debet in eodem Monaſterio ordinari. Super hoc neque presbyteros, neque diaconos, nec quamlibet perſonam in eodem monaſterio habere ullo modo poteſtatem immutare quicquam, vel agere. Cognoſcentes quod ſub Apoſtolica Sede id eſt Beati Petri Apoſtoli ex prædicti Regis, ſeu Reginæ conſenſu, & poſtulatione, ſub quorum defenſione eſſe videtur. Noſtrum præſentis privilegium indulta concedere. Rogatus vero Epiſcopus à Patre monaſterii vel à cuncta congregatione ſuam exhibeat præſentiam, non autem petitus, ad ſecreta monaſterii accedere non præſumat, ne quietam monachorum vitam, qui ſolitariam propter Deum ſtudia peragere decreverunt, frequens ſacerdotum inſolentia irrumpat, ut in Dei laudibus converſantes, pro incolumitate S. Sedis Apoſtolicæ noſtræ, & pro excellentiſſimis Regibus pia poſtulatione poſcentibus aſſidue Dominum deprecare non ceſſent. Si autem quod non optamus monachi in eodem monaſterio conſtituti tepidi in Dei amore, & in inſtitutis Patrum torpentes quandoque conſpiciantur exiſtere: ſecundum regulam ab Abbate, id eſt à Patre monaſterii, corrigi debeant. Si autem, & ipſe Abbas in ignavia aliqua contra inſtituta patrum, & regulæ tenorem fuerit deprehenſus, & in aliquam ſiniſtram partem inclinatus, à Sede Apoſtolica, ſub cujus conſtitutis conſiſtit, corrigatur. Nec enim cuidam Epiſcopo damus licentiam ſub obtemptu reprehenſionis aliquam in ſupra ſcripto monaſterio ſuam extendere poteſtatem, ſed ejus capiti id eſt Apoſtolicæ Sedi ſi certo zelo Dei, & inſtinctu pietatis innititur ſuis epiſtolis debebit ſuggerere-us quid Pontifici Romanæ Sedis Apoſtolicæ placuerit juxta ſuam prudentiam prævideat reſpondendum. Quo facto tunc irreprehenſibiliores videntur exiſtere, conſtituta Sedis Apoſtolicæ inviolabiliter cuſtodiendo ſi ſtuduerit, quæ contra hunc tenorem agi perſpexerit fideliter nunciare, & non ſemetipſos, & in eorum machinatione quandoque emergere: quod ſi quidam calliditate aliqua, vel avaritiæ inſtigatione quicquam de prohibitis præſumpſerit adtentandum, & contra ſuperius decreta quoquomodo obviandum; primum quidem ſui ordinis gradu, & dignitate privabitur: & ex Beati Petri Apoſtoli auctoritate, qui ligandi, ſolvendique in cælo, & in terra meruit poteſtatem, ſit, à participatione Dom. noſtri Jeſu Chriſti, corpor. & ſanguinis immunis, ac noſtro conſortio ſecluſus, & etiam excellentiſſimi, qui pro tempore fuerit, Regis nihilominus ſubmovendus, quatenus, & quæ ſtatuta ſunt perpetua poſſint diffinitione manere, & temeratores præſentis decreti de ſua temeritate pœnis multiplicibus ſubjacere. Bene valete.

Dat. 4. Nonas Maii imperii D. piiſſimi Auguſti, Conſtantini anno 11. Conſolatus 2. Ind. 2.

5 CONGELUS quidam Abbas Babulenum conſecutus eſt in Bobienſi Cœnobio, de quo nil aliud reperimus. Poſt quem ad annum uſque 846. plures deſiderantur Abbates. Vixit tamen in eo monaſterio Luitprandi Regis temporibus, Cumianus Epiſcopus: ibique ad cœlum evolavit, abdicato ſacerdotio, monachus jam factus: de quo in Chronic. Bobienſ. hæc habentur, *Sanctus Cumianus Epiſcopus in Scotia 75. annum jam agens, Dei amore ignitus, ad fines Italicos devenit, locatus in monaſterio Bobio, videlicet S. Columbani. In quo quidem monaſterio ſub dogmate, id eſt conſtitutionibus S. Columbani, annis viginti, & plus ſtrenue miniſtravit; fuit enim mitis, prudens, pius fratribus atque pacificus; moritur ibi ætatis ſuæ annis completis 95. menſibuſque quatuor, temporibus Luitprandi Regis Longobardorum, qui fabricari fecit in honorem ipſius notabile munumentum inſcriptos hos verſus continens.*

Hic ſacra beati membra Cumiani ſolvuntur,
Cujus cælum penetrans anima cum Angelis gaudet.
Iſte fuit magnus dignitate, genere, forma,
Hunc miſit Scotia fines ad Italicos ſenem
Locatus e Bobio domini conſtrictus amore,
Ubi venerandi dogma Columbani ſervendo,
Vigilans, jejunans, indefeſſus ſedulo orans,
Olympiadis quatuor, uniuſque curriculo anni.
Sic vixit feliciter, ut felix modo credatur,
Mitis, prudens, pius, fratribus pacificus cunctis,
Huic ætatis anni fuerunt nonies deni,
Luſtrum quoque unum, menſeſque quatuor ſimul.
At pater egregie potens interceſſor exiſte,
Pro glorioſiſſimo Luitprando Rege, qui ſuum,
Precioſo lapide, tymbum decoravit devotus.
Sit manifeſtum almum, ubi tegitur corpus
Opus eſt hic domnus Cumianus Epiſcopus.
XIV. Kal. Septemb. fecit Joannes.

In Calendariis ejuſdem cœnobii, ejus feſtum legitur 5. idus Junii. Joannes Colganus vir doctus, qui nuper acta ſanctorum veteris, & majoris Scotiæ ſeu Hiberniæ inſulæ ſcripſit, agit de hoc ſancto Cumiano ad diem 12. Januarii, nihilque definit, cujus Eccleſiæ fuerit Epiſcopus.

7 HILDUINUS ſeptimus Abbas Bobienſis, & comes. Lotharii Imperatoris Archicancellarius, ad quem ſequitur ejuſdem Lotharii diploma in favorem Bobienſis cœnobii, primus reperitur comitis titulo inſignitus, vir quidem inſignis, & auctoritate ſumma apud Aulam pollens de quo nil aliud reperitur.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni.

Hlotarius divina ordinante providentia Imperator auguſtus. Cum petitionibus procerum noſtrorum, maximeque virorum Eccleſiaſticorum ob honorem Dei favoris noſtri aſſenſum prebemus, nimirum ob hoc ſupernum nobis, Imperioque noſtro conciliamus auxilium. Ideoque omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorumque præſentium ſlz. ac futurorum compeciat ſolertia, quia vir Venerab. Hildovinus Archicancell. noſter, dilectuſque Co. & Abb. monaſterii Bobienſis, quod eſt conſtructum in honorem Apoſtolorum Petri, & Pauli ubi Clariſſ. Chriſti confeſſor Columbanus corpore quieſcit, ſuppliciter noſtram expetiit celſitudinem, quatenus comitatum Bobienſ. cum ſuis juribus, quem Divæ memoriæ Dominus, & Genitor noſter Hludovicus Imperator eidem ven. loco per ſua privilegia conceſſerat, & confirmaverat, noſtra auctoritate in præfato Monaſterio firmaremus, quatenus ipſa conceſſio, & confirmatio ſtabilis inviolabiliſque futuris temporibus permaneret. Nos vero conſiderantes Dei omnipotentis miſeric propter emolumentum animæ noſtræ noſtræque prolis, ac ſtabilitatem regni noſtri, fru & devotum ſervitium fidelis noſtri Hilduini præfati: eidem ſancto loco ipſum comitatum Bobien. cum omni ſuo honore, & poteſtate, cum caſtris, villis, terris, locis, & rationibus univerſis, quæ dici, vel nominari poſſunt, & quæ noſtri juris ibi eſſe videntur, una cum mero, & mixto imperio per hanc noſtræ auctoritatis conſcriptionem concedimus, & confirmamus, & de prædictis omnibus jure honorabilis feudi præfatum Abbatem, & Comitem per noſtrum annulum inveſtimus. Interdicentes omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, & noſtris tam præſentibus, quam futuris, ut nullam moleſtiam prædictis conceſſis, & confirmatis inferre præſumant prædicto Cœnobio vel ejus miniſtris, ſed liceat fideli noſtro Hilduino Abbati, dilectoque noſtro Comiti, ejuſque ſucceſſoribus ſupradictum comitatum cum omnibus ſuis juribus, & honoribus tenere pariter poſſint, ac quiete, & perpetuo poſſidere ſine noſtri, noſtrorumque fidelium contradictione; ſi vero, quod nullatenus fieri credimus, quiſquam magnæ vel parvæ contradictionis adverſum præfatum Abbatem, & comitem, ejuſque ſucceſſores aliquid moleſtiæ conferre præſumpſerit, ſciat ſe centum librarum auri optimi eſſe mulctandum, inſuper, & noſtram offenſionem incurrere. Ut autem hæc noſtra conceſſio, ſeu confirmatio, firma, ſtabiliſque permaneat more noſtro manibus propriis ſubter eam firmavimus, & ſigillo noſtro plumbeo muniri præcepimus. Subſc. cum ſigno ſolit. Imperii Holotharii ſereniſſ. Imperat.

Eichar-

Eicbardus Notarius ad vicem Agbilmarii recognovi.

Dat. xv. Kal. Septemb. ann. ab Incar. DCCCXLVI. Indict. 9. anno Chriſti propitio Imperii domini Hlotharii Imperat. in Italia xxviii. & in Francia vii. Actum Gondulfi villa in Palatio Regio in Dei nomine feliciter. Amen.

7 ALMARICUS Epiſcopus Comenſis, Papienſis patria *a*, Bobienſis Abbas fuit an. 847. ut in diplomate Lotharii Imperat. quod exſcripſimus infra in Catalogo Comenſium Epiſcoporum, ejuſdem habetur mentio. A Ludovico Imperatore peramplum privilegium obtinuit in hunc modum.

a Gallus dicitur in Comenſibus.

In nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni.

Ludovicus divina ordinante providentia Imperator Auguſtus. Cum petitionibus procerum noſtrorum, maximeque virorum Eccleſiaſticorum, ob utilitatem ſervorum Dei, favoris noſtri præbemus aſſenſum: nimirum ob hoc supernum nobis, imperioque noſtro, conciliamus auxilium. Igitur omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ, & noſtrorum præſentium, futurorumque noverit univerſitas, quia vir venerabilis Amalricus ſanctæ Comenſis Eccleſiæ Epiſcopus, & Abbas Monaſterii Bobienſis, quod eſt conſtructum in honore Beati Petri Principis Apoſtolorum, ubi clariſſimus Chriſti Confeſſor Columbanus corpore quieſcit, detulit obtutibus noſtris præceptiones, & privilegia Regum Longobardorum id eſt Agilulfi, Adaluvoldi, Grimoaldi, Chuniperti, Luitprandi, Ratechiſi, Haiſtulfi, & Deſiderii, qui præfatum Monaſterium Bobienſe de redditibus ſuis, poſſeſſionibuſque detulerunt: & cum omnibus ad eundem venerabilem locum pertinentibus ſub immunitatis defenſione tenuerant, ſed etiam auctoritatis divæ memoriæ atavi noſtri Caroli Auguſti, ſimulque avi Ludovici, Auguſti, & feliciſſimæ recordationis domini, genitoriſque noſtri Lotharii Imperatoris, per quas ipſi præfatum Monaſterium cum rebus, & poſſeſſionibus ſuis, & hominibus liberis, ſive colonis, & familiis utriuſque ſexus in ſuo Mundeburdo, & tuitione receperant. Nam etiam auctoritate, qua ſub prædeceſſore ſuo venerabili, Colonicæ Eccleſiæ vocato Archiepiſcopo, idem monaſterium defenſandum, tuendumque dominus, & genitor noſter Lotharius recepit, obſecrans ut ſuo tempore ſimiliter noſtram immunitatem eidem loco ſancto concedere, & cuncta, quæ ad eum pertinerent inibi, dignaremur, more ſolito, confirmare. Cujus precibus pro amore Dei, & Domini noſtri Jeſu Chriſti & reverentia beatiſſimi Principis Apoſtolorum, ſanctique Columbani, & ob ipſius venerabilis Epiſcopi promptiſſimam erga nos devotionem, tranquillitatemque ſervorum Dei in memorato loco degentium libenter aſſenſum tribuentes, hos apices auctoritatis noſtræ fieri juſſimus, per quos omnibus fidelibus noſtris notum eſſe volumus: quia nos jam dictum Monaſterium cum rebus ſuis, & familiis utriuſque ſexus, hominibus etiam liberis, colonis, ſervis, gaſtaldionibus ad ejus jus pertinentibus, cunctiſque, quæ hactenus poſſediſſe, & adhuc poſſidere dignoſcitur, vel quæ deinceps eidem loco pietas divina bonorum hominum largitate, & devotione contulerit, in noſtræ tuitionis immunitate, & Mondeburdo, ac pleniſſima defenſione receptum habemus. Præcipientes ergo jubemus, & omnino decernimus, atque ſancimus, ut nullus judex publicus, neque diſcurrens miſſus, nec cujuslibet poteſtatis perſona in eccleſias, xenodochia, curtes, villas, loca, vel agros ſeu reliquas poſſeſſiones Monaſterii, quas præſenti tempore, in quibuſcunque pagis, & territoriis, infra noſtri Imperii ditionem poſſidere cognoſcitur, vel quæ ejus juri pietas divina deinceps augeri voluerit, ad cauſas judiciario more audiendas, vel feuda, aut teloneum exigendum, ſive manſiones, vel paratas faciendas, aut parafredos, vel fidejuſſores tollendos, ſive homines ipſius Monaſterii ingenuos, commendatos, vel ſervos diſtringendos, aut ullas redibitiones, vel occaſiones exquirendas ullo unquam tempore ingredi audeat. Sed liceat memorato Epiſcopo, & Abbati Amalrico, ſuiſque ſucceſſoribus ipſum Monaſterium, cum rebus ſuis, quiete ſub noſtra immunitate, & integerrime poſſidere, & monachos ibi degentes libere Chriſto famulari, ac pro noſtra, conjugiſque, & prolis noſtræ, totiuſque noſtri Regni ſtabilitate Domino ſupplicari. Quicunque vero horum aliquid violare præſumpſerit, ſciat ſe pœna perſolvendarum triginta librarum argenti optimi ſecundum morem veterum eſſe mulctandum; & inſuper noſtra offenſione plectendum. Si quis vero hominum ipſius Monaſterii utilitatibus famulantium liber, commendatus, ſive ſervus aliquid commiſerit, unde fiſcus noſter quidpiam ſperare poſſit; totum hoc parti ipſius ſancti loci concedimus; & ne à quoquam exigatur, penitus interdicimus. Confirmamus etiam foreſtem quandam, quæ dicitur Mons longus, cum curte juxta ſe poſita, & appendiciis ſuis, ſicuti à domino, & atavo noſtro per ejus præceptum conceſſum, & confirmatum eſſe cognovimus.

B *In quo etiam præcepto continetur, ut omnes res, & poſſeſſiones, quæ per præcepta, & inſtrumenta, vel munimina curacterum, eidem loco ſancto, juſte, & rationabiliter olim delegata fuerunt, vel quæ futuris temporibus in ejus venient ditionem, per idem præceptum rectores ipſius Monaſterii tenerent, & ſtabiliter poſſiderent, & quidquid pro utilitate ejuſdem loci ſervorum Dei in eo degentium, ex eis agere voluiſſent, libero potirentur arbitrio, quod & nos ſimiliter conceſſiſſe, & pleniſſime per hoc noſtrum roboraſſe præceptum, cunctorum fidelium noſtrorum comperiat generalitas. Intimatum etiam nobis eſt à ſæpe dicto venerabili Epiſcopo Amalrico, quod quædam mancipia, in loco, qui Nuxitus dicitur, olim ſe fraudolenter ex ſervitio præfati Monaſterii ſubtraxiſſent, ex quibus jam pars major per judicium, & teſtimonia legaliter exquiſita, pars aliqua, adhuc per fugam ſe debito ſervitio ſubtrahere conatetur. Unde nunc præſenti auctoritate noſtra firmamus, ut & illa pars, quæ jam redacta eſt, &*

C *recepta, ſecundum tenorem judicati exinde editi omni tempore in ſervitio loci ipſius permaneat, & illa, quæ adhuc ſubterfugit, mox ut inventa fuerit, legaliter per hanc noſtram præceptionem comprehenſa priſtino ſervitio mancipetur. Sed & res quorumdam hominum, quas s. Petro Apoſtolo, & s. Columbano tradidiſſe noſcuntur, Roberti videl. & uxoris ejus Regentrudis, Fularii quoque & Tetradradæ conjugis ipſius, ex quibus legalis inveſtitura manifeſte, & coram teſtibus recepta eſt, & retenta; per præſentem præceptionem noſtram eidem loco confirmamus, ut ſecundum judicata ipſorum hominum, quæ manifeſte coram teſtibus ediderunt, in jure Monaſterii ipſius, rectorumque ejus omni tempore ſine alicujus perſonæ redargutione permaneat. Eodem modo de rebus Teudeldi, & Teutberdoldi Epiſcoporum hac noſtra auctoritate promulgamus. Itemque de rebus, quas Arideus tradidit, tam in Oxilis, quam in diverſis per Italiam locis ſecundum quod judicata ſunt, & curte ipſorum prodeunt. Similiter res,*

D *quas Auguſtinus Clericus in Genolenſi tradidit, quas poſtea pars Monaſterii legaliter vindicavit, & adhuc retinet, auctoritate noſtra ſtatuimus, atque ſancimus. Item de rebus quorundam hominum hoc eſt Teutprandi presbyteri, qui & zelo ductus eſt, Thruſonis presbyteri in Auliano; aut ubi ſecundum ipſorum inſtrumenta; ſed Giſemperti filii ejus Petri in Caſellis; ſed & de rebus Leofredi, & Leoprandi Monachorum in pecoraria, quam ipſi tradiderunt; & de rebus quas in eodem loco Bererada vidua per venditionem tradidit; ſicut de ſupra comprehenſis rebus, & poſſeſſionibus decernimus, atque ſtatuimus, ut ſine contradictione, vel refragatione alicujus omnino perſonæ in ipſius loci ſancti ditione permaneant. Eodem modo confirmamus, atque ſancimus de rebus illis in Rodelaſcingo, quas Petrus infantulus in extremis poſitus tradidit, quas poſtea ejuſdem Monaſterii teſtimonia, & judicata evindicavit & legitimo jure poſſedit, paſcuaque, quæ memo-*

cati germani Leofredi, & Leoprandi Monachi adquiſiere immemorata. Pecoraria & ingreſſum, qui per columnes memoratas, quas ipſi tradiderunt, ducit, & reducit, ipſi loco ſancto confirmamus, atque ſtatuimus, vel quidquid ad ipſam cortem pecorariam pertinere videtur, & quidquid inibi poſſediſſe iidem germani, & teadidiſſe noſcuntur. De monte etiam, qui appellatur Caride, unde contentio orta fuit inter partem S. Petri, ſanctique Columbani, & Vuifredum Comitem Placentinum, decernimus, ut per illos fines, quos antiquitus memorati loci poteſtas obtinuit; Ideſt per terram, quæ deſcendit de monte Mojolaſca, ubi terminus ſtat, & inde per tranſverſum per deſignata loca ad pedem, & finem montis Tomaruli, atque inde per ſummum montem inter duas vias, ex quarum parte una eſt poſſeſſio S. Petri Cellæ aureæ, & altera S. Columbani; ubi etiam ſtat platanus, in qua clavus eſt fixus, & inde in tranſverſum ad pedem montis Cudulæ per rivum, Morſicum uſque ad deſcenſum fluminis Cenæ: per hæc, ut diximus, loca, fines, & termini antiqui inter poteſtatem S. Petri, ſanctique Columbani, & Comitatum Placentinum cuſtodiantur. Nullusque Comitum, aut miniſtrorum ipſius Comitatus eos tranſgredi, & immutare præſumat. Medietatem quoque memorati fluminis Cenæ ex illa parte, ad quam fines ſæpe dicti Monaſterii perveniunt, uſque fines Monaſterii S. Marini jus ipſius loci, & poteſtas obtineat. Concedimus ut ob utilitatem & honorem ipſius loci ſancti, naves ejuſdem poteſtatis per Padum, & Ticinum publicum tranſitum habeant: nullus judex, aut miniſter rei publicæ exinde quippiam exigat; & ut mercatus annuus in villis aliquibus ejuſdem Monaſterii ſub diſpoſitione, & poteſtate rectorum ejus, & miniſtrorum, ſecundum quod opportunum fuerit, fiat. Et neque in ipſo mercato, neque in profectione, aut redditu ab ipſo mercato, aut etiam ad tranſitum navium ſupra comprehenſo, vel in redditu ab ipſo tranſitu, quiſpiam exigere præſumat, præter ipſius Monaſterii poteſtatem. Concedimus etiam, atque ſtatuimus, ut in ponte Ticini non aliud opus, quam antiqua conſuetudo fuit, poteſtas ſæpe dicti loci facere compellantur; hoc eſt forts, & juxta aridam atque in pontis Mintio arcam, non pilam in flumine. En ea videlicet pontis regione quæ vicina, & prope contigua eſt Eccleſiæ S. Germani. Cæterum quia intimatum nobis eſt, quod in Peſcharia illa, quæ eſt in fine Gardenſi, in flumine Mintio, & appellatur Burbure, quam Rachiſus Rex per præceptum ſuum ſe præfato loco conceſſit & nullum aliud opus ibi fieret, quod eandem Piſchariam impediret edicto ſuo decrevit; olim Notingus venerabilis Epiſcopus Brixienſis Eccleſiæ novum opus ædificatum haberet, quod, neque ipſi profuiſſet, & poteſtatem S. Columbani plurimum obfuiſſet; quod ab hoc piiſſime rememorationis dominus, & genitor noſter Lotharius funditus ſua auctoritate ſubrui præcepiſſet; ideo, & nos præſenti auctoritate noſtra, per omnia perſtruimus, ut nec pars prædictæ Eccleſiæ Brixienſis, nec ullus omnino ibi ulterius aliquod opus ædificare, aut aliam præter ipſam Piſchariam facere, aut crates ponere, vel retia trahere præter legitimam poteſtatem ſancti Columbani præſumat, ſicut in memorati Regis Rachiſii præcepto pleniſſime continetur. Sed & hoc, quod Luitprandus Rex de Corte ſua Gardenſi, eidem loco pro ſua portione conceſſit, hoc eſt annuatim in piſcibus, auri ſolidos decem, præcipimus, ut & Beraardus Comes, qui nunc eandem Gardenſem curtem obtinet, & quicunque eam poſt ipſum poſſederit jam dictum cenſum decem ſolidorum annuatim ſine ulla omnino contradictione perſolvant; quatenus ſervi Dei in eodem loco ſancto degentes, in rebus, & ſubſidiis neceſſariis competenter adjuti pro noſtra, & conjugis, proliſque noſtræ proſperitate, totiuſque noſtri imperii conſervatione, Domino devote, & aſſidue ſtudeant ſupplicare. Et ut hoc auctoritatis noſtræ pragmaticum firmiſſimum omni tempore vigorem obtineat, & diligenter à poſteris noſtris cunctiſque miniſtris Reipublicæ Italiæ conſervetur, more noſtro ſubter confirmavimus, & de bulla noſtro ſigillari præcepimus.

Signum † D. Ludovici piiſſimi Auguſti.

Adalbertus Cancellarius ad vicem Remigii. Actum Maritigo Palatio Regio in Dei nomine feliciter Amen.

Dat. Nonis Octobris, anno Chriſti propitio 863. Imperii Ludovici piiſſimi Auguſti 12. Indict. 14.

De Amalrico plura infra retulimus in Epiſcopis Comenſibus, qui exceſſit poſt annum 865.

8 AGILULPHUS Comes, & Abbas Bobienſis: hujus notitium mihi dedere diplomata tria. Primum Caroli III. Imperat. conceſſum anno 883. Secundum Lamberti Imperat. datum ann. 895. Tertium Vvidonis item Imperat. ann. 985. quæ, viſum fuit, hoc loco reponere, ad ſtatum hujus Abbatiæ tunc temporis agnoſcendum. Caroli porro documentum tale eſt.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Carolus divina favente clementia Imperator Auguſtus.

Igitur notum ſit omnibus fidelibus S. Dei Eccleſiæ, & noſtris, tam præſentibus, quam futuris, quod & Reverendiſſimus Liutardus ſanctæ Vercellenſis Eccleſiæ Præſul noſtræque Signaturæ Conſiliarius, & Archican. & Vvibodus ſanctæ Parmenſ. Eccleſiæ Ven. Pontifex noſtram expetierunt celſitudinem. Quatenus ven. Agilulpho Abbati Bobien. Cœnobii fidelique noſtro Comiti confirmationis privilegium juxta felicium deceſſorum noſtrorum Auguſtorum concedere dignaremur de Comitatu Bobien. & ejus juribus & honore. Nos itaque conſiderantes æternæ retributionis, mercediſque futuræ gratiam ob reverentiam Beatiſſimorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, in quorum honore ipſum Monaſterium cognoſcitur eſſe fundatum, ſanctique Columbani, qui ibidem humatus quieſcit, propter interventum quoque præfatorum fidelium noſtrorum, ob piam etiam poſtulationem prælibati Abbatis, fideliſque noſtri Comitis libenter aſſenſum præbuimus, & hanc noſtræ confirmationis paginam perenniter conſervandam conſcribere juſſimus, per quam imperiali largitione concedimus, & confirmamus ipſi jam dicto Abbati, & Comiti, ejus ſucceſſoribus in perpetuum jure honorab. feudi, & inveſtituræ Comitatum Bobien. cum caſtris, villis, & terris omnibus intra vallem, in qua idem Monaſterium ſitum eſt conſiſtentibus, prout Comitatus ipſe prætenditur per fines, & cohærentias jam pridem apertas, ſive deſignatas, cum omni juris honore, & juriſdictione, poteſtate, & utilitate, quæ noſtri juris ibi fuer. vel eſſe videntur cum rationibus, & Juſtitiis eidem honori quomodolibet pertinentibus, & reſpicientibus. Inveſtientes ipſum Abbatem, & Comitem per annulum aureum de præfato Comitatu, & ſuis juribus, & honoribus univerſis. Confirmamus etiam omnia privilegia à noſtris deceſſoribus eidem Monaſterio conceſſa, & collata. Præcipientes ergo jubemus, ut nulla perſona magna, vel parva, eccleſiaſtica, vel ſecularis hanc noſtræ confirmationis paginam audeat violare. Quicumque vero horum aliquid attentare præſumpſerit, centum librarum auri obrizi componat, medietatem cameræ noſtræ, aliamq; medietatem cameræ Abbatis. Ut autem hoc noſtræ ſanct. privilegium perpetuo obſervetur, more noſtro, ſubtus firmavimus, & ſigillo plumbeo muniri præcipimus. Qui Agilulfus Abbas, & Comes dicto D. noſtro Imperatori juravit fidelitatem, atque omnimodam reverentiam, & honorem contra omnes homines de mundo, ſalvo ordine ſuo, & ſalvis honore, & reverentia, obedientia, & fidelitate quam ad D. Papam & Eccleſiam Romanam omnimode ſervare tenetur, corporaliter ab ipſo præſtito ſacramento eidem delato per me Ingentum Imp. Aulæ Not. ad vicem Luitardi præfat. Epiſcopi totius Italiæ Archicancellarii. Hujus autem rei teſtes ſunt Epiſcopi ſupradicti. Item Archiepiſcopi Andreas Remen. & Geroldus Ebredunen. Itemq; Epiſcopi Bernardus Camelacen. Englibertus Limonicenſ. Lambertus Abbas

Bre-

Bremetenſ. Bero Comes, & Mareſcalcus Aulæ Imperat. Adalingus Comes Leodens. & alii quam plures Principes, & Comites.

Signum domi-  *ni Caroli ſe-*
reniſſimi Im- *perat. Auguſti.*

Jugenius Not. ad vicem Luitardi Archicancellarii recognovit decimo Kal. Maji anno ab Incarnat. domini noſtri Jeſu Chriſti 883. Indictione 1. anno vero regni Caroli, quinto, Imperii autem ſecundo . . . feliciter. Amen.

Vidonis diploma ita ſe habet.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.
Vvido divina favente clementia
Imperator Auguſtus.

B *Decentiſſimum, atque firmiſſimum fore arbitramur, venerabilium Monachis locorum auguſtalis opem tribuere dignitatis, & ſubſidium attribuere quietis, quatenus incurſionum ſemotis illecebris pio Domino regulari dediti diſciplinæ famulari jugiter delectes, & pro nobis, atque ſtatu Regni noſtri, fidiſſimiſque optimatibus noſtris ipſius clementiam exorare ne pigeat. Itaque omnium fidelium S. Dei Eccleſiæ noſtrorum ſimul, ac futurorum noverit univerſitas, quia glorioſiſſima conjux noſtra Agolotarda adiit clementiam noſtram, quatenus venerabili Abbati Agilalpho Ebobienſis Cœnobii, ejuſque congregationis ibidem degenti præceptum juxta felicium deceſſorum noſtrorum Auguſtorum innovare ſanciremus. Nos itaque conſiderantes æternæ retributionis emolumentum ob reverentiam beatiſſimorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, in quorum honore ipſum Monaſterium cognoſcitur eſſe fundatum, ſanctique Co-*
C *lumbani, qui ibidem humatus quieſcit; libenter aſſenſum præbuimus & hanc noſtræ auctoritatis firmationem perenniter, & inviolabiliter conſervandam fieri juſſimus. Et quia minus quædam in eiſdem præceptionibus tantum, ſive fratribus præſcripti S. Cœnobii conſtituere noſcuntur, ob interventum reverendiſſimæ conjugis noſtræ ad petitionem prænominati venerabilis Abbatis Agilalphi, famulorumque Dei, & quæ congruere neceſſitatibus eorum, & expedire videntur, hac noſtra largitione confirmamus, per quam conceditur, ut in quibuslibet pagis, ac territoriis de rebus ſupradicti Cœnobii aliqua orta fuerit contentio, cui vero ſit inquiſitio neceſſaria en noſtra fiat auctoritate per idoneos homines, quorum teſtimonium probabile ſit, ne aliqua interveniente injuria, vel occaſione, eadem Eccleſia de facultatibus ſuis aliquid cogatur amittere, quod ei juſte competit. Omnia quoque quæ inferius adnotantur irrefragabiliter abſque cujuſque inquietudine, ſeu immutatione concedimus habenda, & ordinanda per Abbatem, qui pro tempore fuerit noſtra*
D *largitione, & eorum electione ipſo ſancto loco ſubſtitutus ſecundum Dei voluntatem, eorumque in omnibus competentem utilitatem. Id eſt Monaſterium cum cellulis ſuis infra vallem in qua ſitum eſt, conſiſtentibus, turrem, Bochum, Salomanum, Montana, & marittima cum cellulis, pariter cum Turrio, & Carelio, Comerga, & Caſtilione, Ranci cum Caſacho, & Cariano atque Brione & Viepontio, Virdini cum Eccleſia S. Pauli in Nizza, & ſancti Albani in Candubio, Montem longum cum Hemoriola; & omnibus appenditiis ſuis. Tovatino cum Eccleſia S. Pauli in Saturiano, prato Silvano cum Eccleſia S. Antonini, & ſancti Severi, pecorarii cum plantas & proprium Gontelini & Paderno Teavino cum Alſiano, & Anchaciano, & Eccleſiam S. Salvatoris in Lavezzano, Rovaclas, & Eccleſiam ſanctæ Reſurrectionis, cum his, quę ad eam pertinent, Auliano cum proprio deſalcario, & Teoturde Peeliſcum, Romarſiaſcum, propeio Dealbininno, Gorlaſcum, En-*

A *tiatium Garda cum Ardabaſio, Feaninetum, & porcum Mantuanum, propriumque quondam Sabatinus Veneticus in Comado S. Columbano tradidit, propriumque quondam Thodaldus, & Thivobaldus ipſi Monaſterio tradiderunt cum Inſula Teplenſi. Xenodochium cum Eccleſia in Papia cum omnibus ad eam pertinentibus, per ledum Satinariam crucem, atque Gemum. Omnia igitur quæ ſuperius inſerta ſunt ſicut ad eundem ſanctum, & venerabilem locum vel ligata, & tradita noſcuntur, ita cum omni integritate, cum omnibus ad ſe pertinentibus cum maſſaritiis, & familiis, ſeu cunctis adjacentiis ſub omni integritate abſque ulla diminutione, ſive ſubtractione, & quæque deinceps ipſi hac induſtria, vel quorumlibet Chriſtianorum legitima collatione acquiſiſſe inconvulſa, ac perpetua ſtabilitate conceſſiſſe haberi, poſſideri, & ad votum ipſorum religioſe, rationabiliter, & Domino placite ordinari: ſed & privilegia Apoſtolica auctoritate eidem ſancto loco largita hoc pragmatico confirmamus, & nullus Epiſcoporum, vel ex quolibet Ec-*
B *cleſiaſtico ordine violare, vel irrumpere attentare omnino interdicimus. Igitur quæ pro ſummis Reip. neceſſitate, pacis tranquillitate quædam de rebus jam facti Cœnobii ad horam . . . . promiſſimus, jubemus atque omnimodis ſtatuimus, ut de illa parte, quam in uſu Monachorum delegavimus, interim dum Domino annuente ad priſtinum revocetur ſtatum. Nullus Judex publicus, nullus miſſus diſcurrens aliquam præfatis Monachis eorumque familiis violentiam, vel inquietudinem inferri præſumit; quos cum omnibus rebus, ac familiis ſub noſtra conſtat recepiſſe immunitate & tuitionis Mondiburdo. Si quis cum hominum ipſius Monaſterii utilitatibuſque famulantium ingenuus, commendatus, ſive ſervus aliquid comiſerit, unde fiſcus noſter quidpiam ſperare poſſit, totum hoc parti ipſius ſancti loci concedimus, & ne a quoque exigatur penitus abnegamus: Quique eum aliquid horum violare præſumpſerit, ſciat ſe pœnæ perſolvendarum 60. librarum auri optimi eidem loco eſſe emalctandam, & inſuper noſtra offenſione plecten-*
C *dum. Nullaſque autem redditiones aut publicas excubias, nullas angarias facere, ſive perſolvere cogantur, nullas pontium vel veteres ſtructiones, ſeu reſtructiones augere, vel renovare compellantur, quæ nos univerſa ideirco conceſſimus, & perdonavimus, ut omnipotenti Deo pro noſtra totiuſque Imperii augumento, & ſtabilimento devotius, placidius ac delectabilius, omni excluſa neceſſitatis occaſione valeant ſupplicare. Ut autem hæc noſtra ceſſionis præceptio rata, ac ſtabilis per futura tempora maneat manu noſtra ſubter firmari juſſimus & annulo noſtro juſſimus ſigillari.*

Signum † domini Vvidonis ſereniſſimi Imperat. Auguſti.

Dat. Id. Aprilis anno ab Incarnat. Domini 895. Ind. 13. ann. vero Regni ejus 5.

Actum Papiæ in Dei nomine feliciter. Amen.

Alterum Lamberti diploma, quod vidimus, eſt hujuſmodi ex eodem tabulario.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.
D *Lambertus divina favente clementia*
Imperator Auguſtus.

Decentiſſimum, atque ſacratiſſimum fore arbitramur venerabilium Monachis locorum Auguſtalis opem tribuere dignitatis, & ſubſidium attribuere quietis, quatenus incurſionum ſemotis illecebris, pio Domino regulari dediti diſciplinæ famulari jugiter delectet, cum pro nobis, & ſtatu regni noſtri, fidiſſimis optimatibus noſtris, ipſius clementiam implorare ne pigeat. Itaque omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorum ſimul, ac futurorum noverit univerſitas, quia dilectiſſimus Marchio noſter, atque fideliſſimus Comes Anſcharius adiit clementiam noſtram, quatenus venerabili Abbati Agilulpho Bobienſis Cœnobii, ſuiſque congregationi ibidem degentibus, præceptum juxta felicium prædeceſſorum noſtrorum Auguſ. Lotharii ſimul, & Ludovici, Carlomani, ac fratris ejus Caroli, nec non & domini Vidonis divę memoriæ genitoris noſtri innovare ſanciremus.

Nos itaque conſiderantes æternæ retributionis emolumentum ob reverentiam Beatiſſimorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, in quorum honore ipſum Monaſterium cognoſcitur eſſe fundatum, ſanctique Columbani qui ibidem humatus quieſcit, propter interventum quoque, ac poſtulationem prædicti Marchionis noſtri Anſcharii, ob petitionem etiam prætaxati venerabilis Abbat. Agilulphi famulorum Dei libenter aſſenſum præbuimus, & hanc noſtræ auctoritatis inſtitutionem perenniter, & inviolabiliter conſervandam fieri juſſimus, & ea, quæ congruere, atque expedire neceſſitatibus eorum videritis, hac noſtra largitione inviolabiliter perſiſtenda ſancimus, per quam concedimus, ut in quibuslibet pagis, ac territoriis de rebus ſupradicti Cœnobii aliqua orta fuerit contentio; cui vera ſit inquiſitio neceſſaria ex noſtra fiat auctoritate per idoneos homines, quorum teſtimonium probabile ſit, ne aliqua interveniente injuria, vel occaſione eamdem Eccleſiam de facultatibus ſuis aliquid cogatis ommittere quod ei juſte competit habere. Omnia quæ inferius annectuntur irrefragabiliter cujuſque inquietudine ſive immutatione remota concedimus habenda, & ordinanda per Abb. qui pro tempore noſtra largitione, & eorum electione ſubſtitutus ſecundum Dei voluntatem, eorumque omnibus competentem utilitatem cum cellis ſuis infra vallem in qua ſitum eſt conſiſtentibus turrem, Rocbum, Salemanum, Moatana, maritimamque cum cellis, Carice, cum Turrie, Corelio, Comerga, & Caſtilione, Ranzi cum Caſaco, & Camiane, atque Brieni, & Vicopoutio, Virdim cum Eccleſia ſancti Pauli in Nizza, & S. Albani in Candubrie, Montelongum cum Memoriola, & omnibus appendiciis ſui, Jancia cum Eccleſia S. Pauli in Sartociane, Prato Silvanecum Eccleſia S. Antonini, & S. Petri Pecerari, Compalantas, & proprio Gontelini, & Paderno, Travano cum Alſiano cum Thecariane, & Eccleſia S. Salvatoris in Clauzano, Zonuclas, & Eulanum ſanctæ Reſurrectionis cum his, quæ ad ea pertinent, Auliaum cum proprio Defulcanum, & Icotrade, Caſſianum, ac Capellas, Sorlaſcum, Pultaticum, Crarda, cum Adardaſio, Feaninetum, & portum Mantuanum, & proprium quod Sabatinus Veneticus in Comade ſancte Columbano tradidit, propriumque quod Theovaldus, & Theobaldus Epiſcopus Monaſterio tradiderunt, Xenodochium etiam in Papiacum omnibus ad ſe pertinentibus per Ledum medii Feriuariam, crucem, atque Genuam, omnia igitur quæ ſuperius inſerta ſunt, ſicut ad eundem ſanctum & venerabilem locum delegata & ordinata noſcuntur, ita cum omni integritate, cum omnibus ad ſe pertinentibus, cum maſſaritiis, vel familiis, ſeu curtis adjacen. ſub omni integritate abſque ulla diminutione, ſive ſubtractione, & quæ deinceps ipſi ſana induſtria, vel quomodolibet Chriſtianorum legittima collatione acquiri potuerint inconvulſa, ac perpetua ſtabilitate concedimus haberi, poſſideri, ut ad votum ipſorum, religioſe, rationabiliter, & Deo placite ordinari, ſed & privilegia Apoſt. auctoritate eidem ſancto loco largita per hoc pragmaticum confirmamus, ut nullus Epiſcopus vel ea quolibet Eccleſiaſtico ordine violare, vel irrumpere attentare omnino interdicimus, igitur quæ pro ſumma reipublicæ neceſſitate, paciſque tranquillitate quadam diviſionem de rebus jam fati Monaſt. ad horam fieri permiſſimus jubemus, atque omnimodis ſtatuimus ut de illa parte, que in uſus Abbatis, vel de legalibus Monach interim dum Domino auxiliante ad priſtinum revocetur ſtatum. Nullus judex publicus, nullus miſſus diſcurrens, aut quælibet perſona noſtra Auguſtali largitione jure beneficiario aliarum rerum partem, vel diviſionem obtinens aliquam ſæpedicto Abbati, vel monachis eorum familiis violentiam vel inquietudinem in via, vel in agre aut in domibus inferre præſumat, quorum omnibus rebus, & familiis ſub noſtra conſiſtat nos recepiſſe immunitatem ac tuitione, Mondeburdo. Si quis cum hominum, ipſius monaſterii, utilitatibuſque famulantium ingenuus commendatus, ſive ſervus aliquid commiſerit, unde fiſcus noſter quidpiam ſperare poſſit totum hoc parti ipſius ſcilicet loci concedimus, & ne à quoque exigatur penitus abnegamus. Quique cum aliquid horum violare præſumpſerit ſciat ſe perſolvendarum 60. librarum auri optimi eidem loco mulctandum, & inſuper noſtra offenſione plectendum, nullaſque redditiones, aut publicas excubias, nullas parvas angarias facere, ſeu perſolvere cogantur, nullus ponticum, vel veteres ſtructiones innovare compellantur, quæ nos univerſa idcirco conceſſimus atque mittimus, ut Omnipotenti Deo piis, totiuſque imperii noſtri augmento, & ſtabilimento, devotius, ac delectabilius omnia ſecluſa neceſſitatis occaſione valeant ſuplicare: ut autem hæc noſtra ceſſionis perceptio rata, ac ſtabilis per futura tempora maneat, manu noſtra ſubter firmavimus, & annuli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.

Signum † domini Lamberti ſereniſſimi Imperat. Auguſti.

Ainglenus Cancellarius jubente Domino Imperat. fieri recognovi.

Dat. 8. Kal. Aug. ann. Incarnat. Dominicæ 896. Domini Lamberti V. ſereniſſimi Imperat. Ind. 14. Actum curte Meania in Dei nomine feliciter. Amen.

9 THEODOLISIUS nonus Abbas, & Comes Bobienſis temporibus Berengarii Regis anno 903. reperitur, cujus intuitu Berengarius ſuperiorum privilegia Bobienſi Eccleſiæ elargita ſuis item diplomatibus confirmavit, quæ etſi eadem contineant, quæ in aliis habentur, tamen digna, ut perpetuo in hoc noſtro qualecunque labore conſerventur, viſa ſunt & hic ad verbum addere.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis
Beringarius divina favente clementia Rex.

Notum ſit omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, & noſtro: quia Theodolitius venerabilis Abbas Monaſterii Bobienſis, quod eſt conſtructum in honore Beatiſſimorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, atque Andreæ, ubi corpus B. Columbani Confeſſoris Chriſti humatum quieſcit, noſtram deprecatus eſt clementiam, ut ubicumque neceſſitas poſtulaverit, vel rebus ejuſdem Monaſterii, ac famulo, ſeu comendatus injuſte privatus, inquiſitionem fiendam concederemus per veraces, idoneaſque perſonas in quibuſcumque hujuſmodi eſt res examinanda, ne propter aliquam occaſionem, ſeu diſceptationem judicii ab eodem ſancto Cœnobio aliquid auferat injuſte, quando ei rationabiliter habere competit, vel ea noſtra donatione receptum aliquid habent, vera, & inconvulſa permaneat, cujus petitioni ob illius ſacri loci venerationem adquieſcentis hos ſerenitatis noſtræ apices juſſimus fieri, quibus concedimus, ut in quibuslibet pagis, vel territoriis de rebus ſupradicti Cœnobii aliqua orta fuerit contentio, cui vera ſit inquiſitio neceſſaria ea noſtra fiat auctoritate per idoneos homines, & veraces, quorum teſtimonium probabile ſit, ne aliqua interveniente injuria aut occaſione ad eandem Eccleſiam de facultatibus ſuis aliquid cogatur amittere, quod ei juſte habere competit confirmamus, & Mondeburdum, ſicut à nobis jam alia vice ipſo venerabili Abbati ſuiſque fratribus, ſeu ſancto Cœnobio per præceptum pro mercede animæ noſtræ conceſſum habemus; & ut hæc ſublimitatis noſtræ juſſio verius ab omnibus credatur, & diligentius obſervetur, de annulo noſtro ſubter juſſimus ſigillari.

Ambroſius Cancellarius ad vicem Ardingi Epiſcopi, & Archicancell. recognovi.


Dat. 14. Kalend. Novemb. anno Dominicæ Incarnationis DCCCCIII. regni Domini Berengarii 16. Actum in Papia civitate palatio Tirinenſis Indict. 7. feliciter. Amen.

In nomine Omnipotentis Dei æterni.
Berengarius divina ordinante clementia Rex.

Decentiſſimum, atque ſacratiſſimum fore arbitramur venerabilium monachis locorum auguſtalia opem tribuere, dignitatis, & ſubſidium attribuere quie-

tie,

A tis quatenus incurſionum eemotis illecebris, pio Domino regulaei deditì diſciplinæ famulari jugiter delectent, ac peo nobis, atque ſtatu cegni noſtei, & dilectiſſimæ conjugis noſtræ fidiſſimiſque optimatibus noſteis ipſias clementiam exorare ne pigeat. Itaque omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorum ſimul, ac futurorum noveeit univeeſitas; quia dilectiſſima coniux noſtra Beetila, & conſors noſtei Regni humiliter noſtram adiit clementiam, quatenus ven. Abbati, & ſaceedoti Theodolaſio noſtro, noſtroque fideliſſimo ac Bobienſis Cœnobii ejuſque Congregatio, ibidem degentibus cetulit nobis peivilegia ſanctæ ſedis Apoſtolicæ, ſeu & præceptiones Regum Longobardorum Agiluſi vid. Adalmoldi, Grimoaldi, Cuniberti, Luitprandi, Rachiſii, Abiſtulſi, & Deſiderii; quibus præfatam Monaſterium Ebobienſe de redditibus ſuarum poſſeſſionum dictaverant, & cum omnibus ad ſanctum, & veneeabilem locum pertinentibus ſub immunitatis defenſione tenueeant, ſed & auctoritatis divæ memoriæ Caroli Auguſti, Ludovici, Lotharii, atque Ludovici filii ejus Carolo-
B mani vidi: & Caroli Imperatoris conſobrini noſtri atque Arnulſi, per quos ipſi, præfatum Monaſterium cum cebus, & poſſeſſionibus ſuis & hominibus liberis, ſive teeris, coloniſque, & famulis utrinſque ſexus in ſuo Mondiburdo, & tuitione cecepeeant; nos itaque conſideeantes æternæ retributionis emolumentum ob eeverentiam honorum Apoſtoloeum Petei, & Pauli in quorum honorem ipſum monaſterium cognoſcitur eſſe fundatum ſanctorumque Confeſſorum Columbani, Attalæ atque Bertulſi, qui ibidem humati quieſcunt, propter interventum quoque ac poſtulationem peæfatæ noſtræ conjugis Bertilæ dilectiſſimæ, ad petitionem etiam prætaxati venerabilis Abbatis Theodulaſii famulorumque Dei libenter aſſenſum peæbuimus, & hanc noſtræ auctoeitatis conſtitutionem perenniter, & immutabiliter conſervandam fieri juſſimus, & ea quæ congrueee, atque expedire neceſſitatibus videntur noſtra largitione inviolabilitee perſiſtenda ſancimus, per quam concedimus
C ut in quibuslibet pagis, & teeritoriis de cebus ſupradictis Cœnobii aliqua orta fueeit contentio, cui vera ſit inquiſitio neceſſaria ex noſtra fiat auctoritate per idoneos homines, quorum teſtimonium peobabile ſit, ne aliqua interveniente in curia, vel occaſione eadem Eccleſia de facultatibus ſuis aliquid cogatur amittere quod ei juſte competit. Omnia quæ inferius adnotantur irrefragabiliter abſque cujuſque inquietudine, ſeu immutatione concediſſe habenda, & ordinanda per Abbatem qui pro tempore fuerit noſtra largitione, & eorum electione ipſi ſancto loco ſubſiſtant ſecundum Dei voluntatem, eorumque in omnibus competentem utilitatem, videlicet Monaſteeium cum cellulis infra vallem in qua ſitum eſt conſiſtentibus, turrem Bochum, Salomane, Montana, & Marittima cum cellulis Carice, & Tureio, Comerga, & Caſtelione, Ranzi, & Lanciano, atque Beioni, Viedini cum Eccleſia S. Pauli in Niccia & S. Albani in Candubrio, Montelongam cum Memoeiola, & omnibus appendicis ſuis, Tococia cum Ec-
D cleſia S. Pauli in Seſtoelano ac S. Antonini, & S. Seveei Pecorarii cum Palantas & primi Cuntelini & Paderno, & Caſſiano, Travano, & Ancariano Eccleſia S. Salvatoeis in Clavezano, Rovaclas, & Eccleſia in honoeem ſanctæ Reſuerectionis cum his quæ ad eam pertinent, Villianum, & Sarlaſcum Giulliaticum, Guardaas Incomaclo S. Columbano traditis, Xenodochium in Bega cum appendicis ſuis, atque Lienum, Xenodochium etiam in Papia cum omnibus ad eum pertinentibus; concedimus etiam ob utilitatem, & honorem ipſius ſancti loci, ut naves ejuſdem poteſtatis, per Padum, & Ticinium publicum tranſitum habeant, ſeu & molendinum, quod nos eidem Abbati per noſtrum præceptum conceſſimus ut nullus judex, ac miniſtee eei publicæ exinde quidpiam exigat & mercatus annuus in villis aliquibus ejoſdem Monaſterii ſub diſpoſitione, & poteſtate Abbatum, & miniſtrorum ſecundum quod oppoetunum fuerit, fiat, & neque in ipſo mercato, neque in profectione, aut rediens ab ipſo mercato, aut etiam à tranſitu navium ſupra comprehenſo, vel in ceditu ab ipſo tranſitu quiſpiam exigere præſumat præter ipſius Monaſterii poteſtatem. Omnia igitur hæc quæ ſupeeius inſeeta ſunt, ſicut ad eundem ſanctum, & venerabilem locum delegata, & teadita noſcuntur, ita cum omni integritate, & cum omnibus ad te peetinentibus, cum maſſeeiciis, vel familiis ſeu cunctis adjacentiis ſub omni integritate abſque ulla diminutione ſive ſubtractione & quæque deinceps ipſi ſana induſtria, vel quorumlibet Chriſtianorum legitima collatione acquieere potuerit, inconvulſa, & perpetua ſtabilitate concedimus haberi, poſſideri, ad votum ipſorum religioſe, ac rationabiliter, & Deo placite ordinaei, ſed privilegia Apoſtolica auctoritate eidem ſancto loco laegita per hoc pragmaticum confirmamus, ita ut nullus Epiſcopus vel ex qualibet Eccleſiaſtico ordine violare, vel irrampere atteatent omnino interdicimus. Igitur quia peo ſummæ Reipublicæ neceſſitate paciſque tranquillitate quædam div. de rebus jam facti Cœnobii ad horam fieri permiſimus, jubemus atque omnimode ſtatuimus, ut de illa paete, quæ in uſus Abbatis vel monachi delegaviſſe, interim dum Domino auxiliante ad peiſtinum revocetur ſtatum. Nullus Judex publicus nullus miſſus diſcuerens, aut quælibet perſona noſtea regali largitione, jaee beneficiario, aut aliaeum rerum partem, vel dominium obtinens aliquam præfato Abbati, aut monachis eoeumque familiis violentiam, vel inquietudinem in via, vel in agro, aut in domo, aut in domibus inferre præſumat, quos cum omnibus cebus, & familiis ſub noſtra reſciat, nos eecepiſſe immunitate aut tuitionis Mondebuedo. Si quis nam hominum ipſius Monaſteeii utilitatibus famulantium ingenuus, commendatus, ſive ſeevus aliquid commiſerit, unde fiſcus noſtee quippiam ſperare poſſit, totum hoc parti ipſius ſancti loci concedimus, ut ne à quoque exigatue penitus abnegamus: quicumque cum aliquid horum violare præſumpſerit ſciat ſe ad perſolvendum 60. libraram optimi auri et loco eſſe mulctandam, & inſuper noſtra offenſione plectendam, nullaſque redibitiones, aut publicas excubias, nullas paevas angarias facere, ſeu peeſolvere cogantur, nullas pontium, vel veteres ſtructiones, ſeu reſtructiones agece, vel renovare compellantur: quatenus univerſa idcieco conceſſimus, & perdonavimus, ut omnipotenti Domino pro noſtro, totiuſque Regni noſtri augumento, & pro ſtabilimento devotius, placidiuſque, ac delectabilius omni excluſa neceſſitatis occaſione valeant ſupplicare. Ut autem hæc noſtræ conceſſionis præceptio rata, ac ſtabilis pro futuro tempoee maneat, manu noſtra ſubter firmavimus, & annuli noſtri impreſſione inſigniei juſſimus.

Signum domi- ſereniſſimi  ni Berengarii Regis.

Ambroſius Cancellarius ad vicem Erurchi Archicancell. eecognovit.

Dat. 3. Idus Septembris anno Dominicæ Incarnat. 903. Regni cum domini Berengarii piiſſimi Regis

git 16. Ind. 7. Actum apud Eccleſiam S. Petri Corte noſtra Fulcia in Dei nomine feliciter. Amen.

10 LUITFREDUS Abbas, & Comes Bobienſis: cujus notitiam poſteris dedit Hugonis, & Lotharii Regis ſequens diploma anno 940. quo ipſe Luitfredus Bobienſe Cœnobium regebat.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis Hugo & Lotharius divinæ providentiæ clementia Regis.

Quia &c. Ideoque omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque præſentium ſcilicet, ac futurorum comperiat induſtria, quia dilectus noſter Luitfredus Comes & Abbas Bobienſ. Cœnobii, quod eſt conſtructum in honore Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & ubi merita Beati Columbani miraculis florent, corpuſque ejus humatum quieſcit, detulit obtutibus noſtris præceptiones Regum Longobardorum idest Rotharii, Ariperti, & Luitprandi, ſed & auctoritates divæ memoriæ Caroli Magni, & Caroli Imperatoris Auguſti, per quas ipſi præfato Cœnobio comitatum Bobienſe cum toto ſuo honore per fines, & loca apertiſſime deſignata tradiderant, & firmaverant, obſecrans, ut ſuo tempore ſimiliter noſtræ ſerenitatis auctoritate eidem ſancto loco roborare, ejus precibus pro amore Dei, & Domini noſtri Jeſu Chriſti, & reverentia ſupradictorum ſanctorum, ac ob ipſius ven. Abbatis dilectique noſtri Comitis erga nos promptiſſimam devotionem libenter aſſenſum tribuentes, hanc noſtræ auctoritatis conſtitutionem perenniter, & immutabiliter conſervandam fieri juſſimus, per quã dicto Cœnobio concedimus, & confirmamus Comitatum Bobien. cum omni juris honore, & utilitate cum caſtris, villis, terris, & ejus omnibus pertinentiis, prout Comitatus ipſe prætenditur per fines, & cohærentias in privilegiis deceſſorum noſtrorum auguſtorum apertiſſime deſignatas: inſuper etiam confirmamus, atque concedendo roboramus ſupraſcripto Abbati, & comiti noſtro fideli, ejuſque ſucceſſoribus in præfato Comitatu, & ejus diſtrictu, merum, & mixtum imperium, atque omnia quæ noſtri juris ibi fuerunt, vel eſſe videntur in jus, & dominationem ipſius ſacroſancti Cœnobii tradimus, & omnino transfundimus, ac præſentibus ſcriptis ſemper ipſum jus, & honorem ob reverentiam Dei, & ſupradictorum ſanctorum ejus penes Abbatem, qui in eodem ſancto Monaſterio pro tempore fuerit manere decernimus, præcipientes ergo jubemus, ut nullus Epiſcopus, Archiepiſcopus, Dux, Marchio, Comes Vicecomes, aut aliqua Regni noſtri, magna parvaque perſona prælibatum Monaſterium in dicto jure, & honore ullo unquam tempore moleſtare, vel inquietare, ſive ipſum jus, vel ejus partem invadere audeat, vel præſumat. Si quis igitur hujus confirmationis, ſeu conceſſionis formam infringere tentaverit, ſciat ſe compoſiturum auri opt. lib. quadragintas, medietate Palatio noſtro, & medietatem Cameræ Abbatis, & ſi ullo unquam tempore, quis ex ſucceſſoribus noſtris, aut Princeps ſeu aliquis homo huic noſtro ſtatuto contraire, aut hoc privilegium diſrumpere conatus fuerit anathematis ultione mulctatus partem cum Juda traditore in fine extremi examinis habeat; ad cujus rei cunctam in poſterum evidentiam præſentem exinde paginam manibus propriis roboratam conſcribi, & majeſtatis noſtræ ſigillo aureo juſſimus communiri.

Signa † ſereniſſimorum Hugonis, & Lotharii Regum Eyſclprandus Cancellarius ad vicem Attonis Epiſcopi, & Archicancell. recognovi.

Dat. 13. Kal. April. Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXL. Regni D. Hugonis piiſſimi Regis decimoquarto, Lotharii autem filii ejus item Regis IX. Indictione decimatertia.

Actum in præfato Bobien. Cœnobio feliciter. Amen.

11 PETRUS primus, Abbas, & Comes Bobienſis anno 972. quo anno ipſo Præſule extat Privilegium Othonis II. conceſſum monaſterio S. Columbani Bobii.

In nomine PATRIS, & FILII, & SPIRITUS S. Otto divina favente clementia Imperator Auguſtus.

Si conjugis noſtræ piis ſupplicationibus faventes, Eccleſiarum honores ob utilitatem ſervorum Dei ordinamus, & corroboramus, abſque dubio imperii noſtri ſtabilimentum, & cæleſtis Regni nobis conciliamus emolumentum. Idcoque omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorumque præſentium uz. ac futurorum noverit univerſitas, quia dilectiſſima conjux noſtra Adelcyda, & conſors noſtri Imperii humiliter noſtram expetiit celſitudinem: quatenus Monaſterium Ebobien. quod eſt conſtructum in honorem Beati Petri Principis Apoſtolorum, ubi clariſſimus confeſſor Chriſti Columbanus corpore quieſcit, & Abbatibus ibi pro tempore degentibus juxta felicium deceſſorum noſtrorum Auguſtorum Caroli, Ludovici, Holotarii, Carolo Manizz. & fratri eius Caroli, privil. per noſtræ auctoritatis pragmaticum concederemus & confirmaremus comitatum Bobien. cum omnibus eidem Monaſterio pertinentibus, cujus petitioni, quia juſtum, & rationabile eſſe cognovimus, aſſenſum præbere placuit, & hos noſtros imperiales apices fieri decrevimus, per quos ipſum comitatum Bobien. cum omnibus iuribus, & honoribus, cum caſtris, villis, terris, & locis omnibus ad ſe pertinentibus, eidem Cœnobio concedimus & omnimode confirmamus. Inſuper etiam Abbatibus, & Rectoribus eiuſdem Cœnobii, qui per tempora fuerint concedimus merum, & mixtum imperium in iam dicto Comitatu, & eius omnibus pertinentiis, & appendiciis ſuis, ac roborata auctoritate firmamus, nec non curtes, cellas, villas, atque caſtella, quæ ædificata ſunt per univerſa loca ſub ditione noſtra, curtem de Travano, curtem de Bubiano, curtem de Mezano, Rocham de Petrigia, curtem de Petra Corva, Burgum de Romagneſo, caſtrum de Lazarelo, curtem de Nibiano, Vicobaron, Monteroſo, Staderiam, curtem de Ruvino, caſtrum de Durobecco, caſtrum de Crota, caſtrum de Zavacarelo, caſtrum de Caſaſco, caſtrum de Montalcone, curtem de Viridi, medietatem curtis de Oramala, curtem totam de Ranci, caſtrum de Rivione, Cellam, curtem de Monteforti, Burgum de Menconigo, caſtrum ſanctæ Margaritæ, curtem de Petragroa, curtem de Montearciolo, curtem de Petraducia, curtem de Ugiola, curtem ſanctæ Mariæ de Caſtello, curtem de Petraſeremona, curtem de Nicellis, curtem de Centenario, curtem de Clavereza, curtem de Nuceto, caſtrum de Oneto, caſtrum de Cariſeo; Turrium, Boculum, Salomanum, Montana, Maritimo, cum cellulis, & locis uz. curtem de Caride, curtem de Turrigio, curtem de Carrelto, curtem, quæ dicitur Gomorga, curtem de Gravilia, villam, quæ dicitur Barvegia, curtem, quæ dicitur Vignalis, villam quæ dicitur ad Moatem, Villam, quæ dicitur Carſaſcum, villam de Rinagi, villam, quæ dicitur Omanalium, villam quæ dicitur Ripus, villam quæ dicitur Capellana, villam, quæ dicitur Rivarolus, villam, quæ dicitur Themoſo, villam, quę dicitur Butiguartnum, villam, quę dicitur ſuper Crucem, & ea quæ eidem Monaſterio pertinent in villa de Bronzano in finibus Lavaniæ, Eccleſiam ſancti Petri, quæ eſt ſita in civitate Januæ, curtem de Garda in fine Veronen. Adarbanien. Fraxinetum, portum Mantuanum cum Eccleſiis ſuis, cum omnibus ad eaſdem curtes, cellas, villa, caſtella, & loca, aſpicientibus, & ſpectantibus cum omni iuriſdictione, & cum omnibus ad ſe pertinentibus: omnia in integrum concedimus per Abbatem, vel miniſtros eiuſdem Cœnobii perpetua ſtabilitate poſſideri, & ordinari. Interdicentes omnibus fidelibus noſtris, tam præſentibus, quam futuris ut nullam moleſtiam, vel inquietationem ſuper præſ. inferre præſumant. Quod qui contrafecerit, aut quoquomodo contravenire præſumpſerit, quadragintas libras componat auri obrizi medietem palatio noſtro, & medietatem Cameræ Abbatis eiuſdem Cœnobii. Quod ut verius credatur,

diligentiuſq; ab omnibus obſervetur, manu propria roborantes ſigillo plumbeo ſigillari præcepimus.

Signum Domi-  *ni Ottonis*
ſereniſs. Imp. *Aug.*

Petrus Cancellarius ad vicem Huberti Epiſcopi, & Archicancellarii recognovi.
Datum 8. Kal. menſis Auguſti, anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXII. Imperii vero Domini Ottonis 11. Indict. 15.
Actum Mediolani in monaſterio ſancti Ambroſii.

Petri etiam meminit privilegium Othonis Imperatoris conceſſum eidem monaſterio in hunc modum.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Otho ſuperna favente clementia Imperator Auguſtus, omnibus Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, in Longobardorum Provincia habitantibus, & omnibus monachis in Cœnobio Bobien. Deo famulantibus, cunctiſque fidelibus noſtris in Italico Regno morantibus perennem pacem, & ſalutem in Chriſto. Significandum veſtræ ſanctitati, atque prudentiæ decrevimus, quoniam Petrum virum Ven. Abbatem præfati monaſterii, reſtituimus, præfigimus, & ordinamus in comitem Bobienſem, & univerſa, quæ ad jus, honorem, juriſdictionem, & liberam poteſtatem, ac dominium ipſius comitatus per auguſtalia priſcis temporibus præcepta, pragmatica, & privilegia ſuat collata, ſive conceſſa, ejus providentiæ, ac diſpoſitioni, ſucceſſorumque ejus commiſimus, inveſtientes ipſum Abbatem per annulum aureum de jam dicto comitatu, & ejus juribus, & honoribus univerſis. Quamobrem præſentis noſtræ præceptionis conſtitutione ſancimus, ut unanimiter omnes ejuſdem comitatus utriuſque ſexus terrigenæ, & habitatores ipſius obediant, & alacriter obſecundent paternitati, & dominationi. Qui vero hactenus litis, ſeu diſcordiæ latores, vel fautores, atque defenſores in ejuſdem extitere dominio, & juriſdictione, decernimus, ac ſtatuimus, ut ejuſdem comitis nunc, ſeu perpetuo ſe ſponte ſubjiciant voluntati, ſi voluerint, aut in eodem comitatu, aut in aliquo noſtræ ditionis, vel imperii loco morari. Quæcunque igitur Adalbertus, vel Opizo marchiones, vel eorum ſequaces in præfato comitatu, & ejus pertinentiis, ſive ſcriptis, ſeu ſine ſcriptis agere vel facere præſumpſerunt, niſi de expreſſa licentia, & libera voluntate comitis memorati, vel prædeceſſorum ejus, volumus irrita fieri, atque caſſa. Ita ut quicumque ipſorum marchionum, vel eorum auctoritate in rebus præfati comitatus, ſive monaſterii, quoquomodo introierunt, in immunitate ſubjaceant, & ut hæc auctoritas firmior habeatur, & per tempora melius obſervetur, manu propria ſubtus firmavimus, & annuli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Hujus rei teſtes fuerunt, Vuiligiſus Archiepiſcopus Maguntinus. Item Epiſcopi Raynaldus Ticinen. & Joannes Placentin. Ritolfus comes de Stringunt, Bernuinus comes de ſacro Ponte, & Theodulphus ejus frater; Ortulfus Imper. Aulæ Mareſcalcus, Riſerius Imper. Vaſo, Roſſulfus de Oliveto, & alii multi principes, & comites.

Signum † Domini Othonis inviſtiſſimi Imperatoris Auguſti.
......Cancellarius ad vicem Uberti...... Epiſcopi Cancellarii recognovi.
Datum 4. Non. Aprilis, anno Dominicæ Incarnationis D. CCCC. LXXVII. Indictione 5. anno vero Regni Domini Othonis 16. Imperii xi.
Actum Novio Mago in Palatio Imperatoris.

12 GUIBERTUS, ſive Gibertus Præpoſitus, & Abbas congregationis S. Columbani anno 982.

A Ille ipſe qui deinceps fuit Archiepiſcopus Ravennas, ac demum ſummus Eccleſiæ Pontifex ſub nomine Silveſtri II. cujus cadaver nuper in Lateranenſi Eccleſia eſt repertum, dum Innocentius X. Pontifex Maximus vetus templum pene à fundamentis in meliorem faciem reduxiſſet. Guiberto vero tunc Bobienſis Cœnobii Abbati Otho Imperator cætera privilegia, hoc documento firmavit.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

Otho divina favente clementia Imperator Auguſtus, Siquidem conjugis noſtræ piis ſupplicationibus faventes Eccleſiarum honores ob utilitatem ſervorum Dei ordinamus, & corroboramus, abſque dubio Imperii noſtri ſtabilimentum, & cæleſtis regni nobis conciliamus emolumentum. Idcoque omnium fidelium Sanctæ Dei Eccleſiæ, ac noſtrorum præſentium vz. ac futurorum noverit univerſitas, quia dilectiſſima conjux noſtra Adelherda, & conſors Imperii noſtri humiliter noſtram adiit clementiam. Quatenus Guberto Præpoſito, & Congregationi Bobien. cœnobii, quod eſt
B *conſtructum in honorem Beati Petri Principis Apoſtolorum, ubi Beatiſſimus Confeſſor Chriſti Columbanus corpore quieſcit, quemadmodum Imperatores, ſive Reges noſtri regni anteceſſores illorum temporum Præſules præceptores, ac ſuarum firmitatum corroboratores contulerunt; ita & nos pro remedio animæ, & amore præfatæ amantiſſimæ noſtræ conjugis, ob ſtabilitatem, & præfati loci firmitatem terræ Ebobien. noſtræ auctoritatis pragmaticum concederemus. Nos itaque conſiderantes retributionis, mercediſque futuræ gratiam ob reverentiam ſanctorum Confeſſorum Columbani, Attalæ, atque Bertulfi, qui ibidem humati conquieſcunt, propter interventum quorum, præfatæ noſtræ conjugis Adelerdæ libenter aſſenſum præbuimus: & hujus noſtræ auctoritatis præceptum promovit, & immutabiliter conſervandum fieri juſſimus, & ea, quæ congruere, atque expedire neceſſitatibus eorum videntur; hac noſtra largitione inviolabiliter perſiſtendo ſancimus, per quod omnia, quæ inferius annotantur abſque cujuſ-*
C *que inquietudine, ſeu immutatione concedimus habendam, & ordinandam per Abbatem qui pro tempore fuerit noſtra largitione, & eorum electione ipſi ſancto loco conſtitutum ſecundum Dei voluntatem, eorumque in omnibus competentem utilitatem, idem monaſterium cum cellulis infra vallem per fines de Prætalia, & de Alpe Pennino cum confinibus ſuis deſcendentem in Petragroam per viam publicam de ſubtus petra Pedana venientem in coſtam transdignam per ſummam coſtam deſcendentem in fluvio Trevia. Inde altra fine de Barbarino exeunte de fluvio Trevia admembrata cum ipſam inſulam, aſcendentem per Clapteum, & ſummam Senam majorem de Caſſiolo in Foſſa Lupparia: deinde deambulantem per ſummam Combreviam uſque in petram Urſicinam in monte Cavo, atque inde per deſignata loca in tres petrelas, inde in Ganevelia deſcendente uſque in Tileſchio Transſcanarola ad fines de Metelia uſque ad Caſalerodolino, quem circuitum per deſignata loca, & teclaturas percurrunt. Concedimus etiam cellas,*
D *& oratoria ſanctorum, quæ ædificata ſunt per univerſa loca ſub ditione noſtra inter confines de Bocculo turre vel ultra Tarro, Eccleſiam ſancti Georgii cum confinibus ſuis, Salamano Montana, ac maritima cum cellulis. Curtem de Buino, Gomorga, Campertona, & Caſtellione Ranci, & Cauriano, atque Brione Barbada, & Viridi cum Eccleſia S. Pauli in Niza, & S. Albani in Caninbrio. Montem longum cum nemoriola, & omnibus appendiciis ſuis, Tovariam quoque cum Eccleſia S. Pauli in Satiriano, Eccleſiam S. Antonini, & S. Severi, ſanctique Simphoriani, Pecoraria cum Palancas, & propria Gontilini, & de Tertio ac Caſſiano, Tranano, Variano, & Ancbariano, Eccleſiam Domini Salvatoris in Trojano Novaclas, Item Eccleſiam Sanctæ Reſurrectionis cum iis, quæ ad eam pertinent, Aulianam, Floraſchum, & Xenodochium etiam ſancti Urci, & Clementis, Luriatica, Garda cum Arbanio, Fraſſinetum, & Portum Mantuanum, propriumque Sabatinus Veneticus,*

ſancto

ſancto Columbano tradidit Xenodochium in roga cum appendicis ſuis, & in Genua, xenodochium in Papia cum omnibus ad eum pertinentibus. Concedimus etiam ob utilitatem, & honorem ipſius ſancti loci, ut naves ejuſdem Pontis, per Padum, & Ticinum publicum tranſitum habeant, ſeu, & molendinum, quod Berengarius Imperator eidem monaſterio conceſſit. Similiter conferimus terram, quam Benedictus Pater ipſius Guberti Præpoſiti in loco Cuſticio eidem monaſterio conceſſit, nec non, & etiam oratoria, quæ Azo, & Aripertus germani in titulo Gero, quoque & Bernardus de Spinelle præfato ſancto loco dederunt, atque omnia, quæ poſtea in ipſo vener. loco collata ſunt, & in præſenti tempore poſſidere videntur, necnon quid intus, & foris habent in finibus Mediol. Placentinen. Parmen. Terdonen. Aquen. Aſten. Vercellen. Taurinen. Eponen. Fabien. Comen. Lauden Bergomen. Brixien. Mantuanen. Veronen. Cremonenſis, & Ticinen. vel Graden. & quidquid in Taſcia vel in Lucanen. finibus Piſanen. vel Piſtorien. Idem in Maſſa Boſculi in Palmano, & Verriana, vel ibi, ubi omnia quæ ad eandem ſanctum locum delegata, & tradita eſſe noſcuntur, ita cum omni integritate, & cum omnibus ad ſe pertinentibus cum maſſaricis ejus, liberis, & ditionibus, ſeu ſylvis, alpibus, oliveris, vel colonias cellas, ſeu cunctis adjacentiis, ſub omni integritate abſque ulla diminutione integre, ſive quæque deinceps ipſi ſua induſtria, vel quorumlibet Chriſtianorum legitima collectione adquirere potuerunt: inconvulſa, ac perpetua ſtabilitate concedimus haberi, poſſideri ad votum ipſorum religioſe, & rationabiliter ordinari. Inſuper etiam decernimus, ut juxta privilegia à Romanis Pontificibus collata præfatum Cœnobium ſuum jus, ac vigorem teneat. Ita ut nulli Epiſcopo ſubjaceat, neque aliquod obſequium præbeat, ſed cum neceſſe fuerit, quem Epiſcoporum voluerit præfat. Gubertus Præpoſitum, eademque congregatio adeat propter conſecrationem. & Chriſmatis dationem. Recepimus autem eundem Vener. Gubertum Præpoſitum, cunctamque congregationem, omneſque res, prædia, & familias ejuſdem cœnobii ſub noſtra defenſione, ac tuitione, atque præcipientes jubemus; ut nullus dux, Marchio, comes, vicecomes, vel aliqua Regni noſtri magna, parvaque perſona, prædia, res, familias præfati cœnobii, diſtrahere, poteſtative tenere, ſeu invadere, audeat, ſed liceat præfato cœnobio cuncta quæ ſibi videntur pertinere, virtuoſeque perpetuo poſſidere omnium hominum contradictione remota: Si quis igitur hujus confirmationis pragmaticum infringere tentaverit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras quingentas, medietatem cameræ noſtræ medietatem Patri cœnobii præfati. Itaque ut hæc noſtra aſſertio inconvulſa deinceps maneat, ac diligentius ab omnibus obſervetur, manibus propriis roborantes annuli noſtri impreſſione inſigniri præcipimus. Ann. 982. 3. Kalen. Auguſti.

13 PETRUS Aldus Abbas, & comes Bobienſis cœnobii conſtitutus eſt à Silveſtro II. Papa anteceſſore ſuo, cujus intuitu, Otho Imperator eidem conceſſit Bobienſem comitatum, cæteraque jura firmavit ann. 999. quæ Bobienſi Eccleſiæ prædeceſſores Cæſares conceſſere.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Tertius Otto, divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Si noſtris temporibus facta, & præcepta ſecundum Dei voluntatem præordinata noſtrorum prædeceſſorum Imperatorum intemerata manere permiſſerimus; merito noſtræ Imperialis celſitudinis ſtatuta poterunt inconvulſa perſiſtere, eo quod ſicuti nobis permittentibus ſtabilia illa noſcuntur quæ à noſtris prædeceſſoribus ſunt decreta, ſic quoque modo voluerimus pro remedio animæ noſtræ in diebus ſucceſſorum noſtrorum illibata ſervabuntur. Ideoque omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium noſtrorumque præſentium ſcil. ac futurorum comperiat univerſitas, quod ſummus Pontifex, ſpiritualiſque Pater noſter Dominus Silveſter P. P. noſtram adivit majeſtatem, quatenus Petro Aldo Abbati ven. Monaſterii ſancti Columbani in Ebobio conſtituti, confirmationis privilegium; more prædeceſſorum noſtrorum Auguſtorum concedere dignaremur de comitatu Bobienſi, & ejus juribus univerſis. Quapropter præſentem paginam conſcribere juſſimus, per quam prædicto amore remedioque animæ noſtræ atque interventu, & petitione præfati Domini noſtri Silveſtri Romanæ ſedis Apoſtolicæ concedimus, & confirmamus ipſi Petro Aldo Abbati, & comiti, ejuſque ſucceſſoribus in perpetuum jure honorabilis feudi, & inveſtituræ comitatum Bobien. cum omni ſuo honore, jure, & juriſdictione cum caſtris, villis, terris, & locis omnibus infra vallem, in qua idem monaſterium ſitum eſt, conſiſtentibus, prout comitatus ipſe prætenditur per fines, & coherentias in privilegiis prædeceſſorum noſtrorum Aug. apertiſſime deſignatas, quæ omnia cum ſuis pertinentiis, & apendiciis pleniter concedimus, & corroboramus: confirmamus etiam dicto Abbati, & comiti noſtro fideli, ejuſque ſucceſſoribus eodem modo merum, & mixtum Imperium, ſuper jam dicto comitatu, & ejus adjacentiis ad ipſum quomodolibet aſpicientibus vel pertinentibus. Omnia igitur quæ ad eundem comitatum reſpicere videntur, & quæ noſtri juris fuerint ibidem pleniſſima voluntate à die præſenti indulgemus, & firmamus per Abbatem, vel Præpoſitum, ſeu miniſtros ejuſdem cœnobii totaliter diſponenda ſine noſtri, noſtrorumque ſucceſſorum, vel aliquarum perſonarum contradictione, vel inquietatione; decernimus itaque, & imperiali auctoritate volentes ſancimus, ut idem Petrus Aldus Abbas, & comes, vel qui ei pro tempore fuerit ſucceſſurus, poſſit, & valeat à noſtra curia ubicumque fuerit in victu, & veſtitu, & nutrimento, alimonias pro ſe, ſuiſque ſervitoribus, & equis quotieſcumque ſibi placuerit, condignas, & ſufficientes accipere, & ſexaginta Marchas boni, & puri argenti omni anno pro augumento, ſeu adjuncta feudi ſupraſcripti: Inſuper etiam paternum amorem ſequentes ac petitione dicti ſummi Pontificis, nec non pro reverentia ipſius ſancti cœnobii Ebobien. per hoc noſtræ auctoritatis privilegium, præfatum Abbatem, & comitem ſucceſſoreſque ejus perennibus futuris temporibus abſolvimus à præſtatione fidelitatis, & ipſam omnimodo eis remittimus, ita prorſus ut ad præſtationem dictæ fidelitatis pro præfato nullatenus teneantur. Confirmamus denique omnia privilegia à noſtris prædeceſſoribus eidem monaſterio jam dudum indulta, ſtatuentes, & firmiter præcipientes ne aliqua omnino perſona Eccleſiaſtica vel ſecularis, cujuſcumque conditionis, aut ſtatus, nullumque commune hanc noſtræ conceſſionis, & confirmationis paginam infringere, vel ei auſu temerario debeat contraire. Qui contravenire præſumpſerit, mille libras auri optimi componat, medietatem palatio noſtro, & medietatem Cameræ Abbatis. Et ſi ullo unquam tempore, quis ex ſucceſſoribus noſtris, aut Princeps, aut aliquis homo huic noſtro ſtatuto, ſeu confirmationi contraire, aut hoc teſtamentum diſrumpere conatus fuerit, anathematis ultione mulctatus partem cum Juda traditore in fine extremi examinis habeat, & ut hoc noſtræ confirmationis privilegium per curricula annorum inviolabilem, inconvulſam obtineat firmitatem, manu propria ſubter firmavimus, & aurea bulla noſtræ Majeſtatis communiri præcipimus.

Signum † Domini Ottonis invictiſſimi Imperat. Auguſti.

Heribertus Cancellarius ad vicem Petri Cumani Epiſcopi recognovit.

Datum 3. Non. Novemb. anno Dominicæ Incarnat. 999. indict. 13. anno Tertii Ottonis, Regni 16. Imperii 4.

Actum Romæ feliciter. Amen.

Poſt Petrum in monumentis nullus alius ad annum uſque 1076. reperitur Abbas qui monaſterio Bobienſi præfuerit, Habemus tamen ab Henrico Imperat. Romani Pontificis auctoritate, Bobienſem Eccleſiam in cathedralem erectum 1014. eidem datum Epiſcopum, qui aliquando pro Abbate ſe

geſſit,

geſſit, quouſque monachi proprium habuere Paſtorem. Intee ipſos deinceps de iueiſdictione ortæ diſſentiones ſuere, & ſcandala uſquequo per ſummi Pontificis æquum iudicium, quiſque ſuam agnovit dignitatem, & iura.

14 LANFRANCUS Bobienſis Abbas, anno 1076.

15 GANDULFUS Abbas, de eo habetur mentio ad ann. 1096.

16 SIMEON Malvicinus Abbas S. Columbani, deinde Epiſcopus Bobienſis anno 1134. cuius meminit Lucius Secundus in peivilegio conceſſo Bobbienſi Cœnobio.

17 OGLIERUS Malvicinus, Simonis nepos, fuit Abbas S. Columbani, deinde Bobienſis Epiſcopus, ad quem extant Lucii II. litteræ ſequentes.

Lucius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Oglerio Abbati S. Columbani Bobienſis, ejuſque fratribus tam præſentibus, quam futuris, regularem vitam profeſſis in perpetuum. Piæ poſtulatio voluntatis effectu debet proſequente compleri, ut & devotionis ſinceritas laudabiliter enitefcat, & utilitas poſtulata vires indubitanter aſſumat. Ea propter dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, Beati Columbani Eccleſiam, in qua divino mancipati eſtis obſequio ſuo Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona in præſentiarum juſte, & canonice poſſidetis, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Peincipum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis Deo propitio poteritis adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata peemaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Curtem S. Martini cum Eccleſia, & caſtro, quod dicitur Petra Carana cum ſuis pertinentiis. Curtem S. Salvatoris cum Eccleſia, & pertinentiis ſuis, curtem de Ceuce cum eccleſia, & pertinentiis ſuis, cuetem de Gaeda, cum Eccleſiis, diſtrictio, & peetinentiis ſuis, curtem Carelli cum eccleſia, & pertinentiis ſuis, curtem de Gravilia cum eccleſia, & pertinentiis ſuis, curtem quæ vocatur Gomoega, cum Eccleſia, diſtricto, & pert. ſuis. Plebem r. Albani in Candiubrio cum decimis, & peetinentiis ſuis, eccleſiam S. Mariæ in Monte Lungo cum pertinentiis ſuis, eccleſia S. Sinphoriani in curte Neblani cum decimis, & pertinentiis ſuis, curtem S. Martini in valle purpuria cum decimis, & pertinentiis ſuis, eccleſiam ſancti Evaſii in Quintiano cum decimis, & pertiuentiis ſuis, eccleſiam ſancti Petri in Maſi cum decimis, & pertinentiis ſuis, eccleſiam ſancti Georgii, quæ eſt ſita Monte acuto, cum decimis, & pertinentiis ſuis, eccleſiam ſancti Thomæ in Romano cum decimis, & pertinentiis ſuis, eccleſiam de Cereſola cum pertinentiis ſuis, eccleſiam ſancti Antonini de Braida cum peetinentiis ſuis, eccleſiam S. Georgii de Montale cum peetinentiis ſuis, eccleſiam ſancti Andreæ in Travano cum decimis, & pertiuentiis ſuis, eccleſiam S. Mariæ in Speluuca cum pertinentiis ſuis, eccleſiam novam cum pertinentiis ſuis, eccleſiam S. Bartholomæi in ſarto cum pertinentiis ſuis, & medietate mercati, eccleſiam ſancti Deſiderii cum pertinentiis ſuis, eccleſiam S. Laurentii cum peetinentiis ſuis. Mercatum ſancti Columbani, & aliud mercatum de Oliva, cenſum decem ſolidorum Papienſium in curte Oremale. Villam de Stabulo, villam de Cavatina nova, decimam de Bradello Antonino, villam de Busbagno, villam de Salſe, manſum Gavone, poſſeſſionem Tediſii de Cicogni, villam de Riuturni, & Brodium, & Pratum Donicatum in Monte Peniels, Monte de Mercenico, villam de Cereto, villam de Cavanna cum Braida dominica, Sapetelli, & Roveretum, Montem de Ceſina, villam de Roncore, villam de Faidelli, Pratum Longum, manſum Rugoli Gambalata, Runchum de Grillo fractum, Runchum de Pradalia, manſum Barbuti, manſum de Petra Columba, manſum de Iancaritia, manſum de Silva, manſum de Buzavil, manſum de Coſtalda, manſum de Conſienti, manſum de Gorda, manſum boni ſenioris de Caulo, manſos de Violi, Caſaria, manſum Liſignoli inter Bobium, & Treviam, manſum de Mocio, manſum de Goſlino, manſum de Ciſino, manſum de Hiblo, manſum Guizi, manſum Corezala, manſum de Albino, manſum de Cucco, manſum de Bivis, manſum Marconis de Caneto, manſum de ſancto Deſiderio, manſum de Guereo, Decimam Giſelberti de Gurra, manſum de Ponzipiodo, manſum Ruſtici de Stavella, manſum Joannis Benedicti de Caulo. Decimam Lanfranchi de Ottone, manſum Savonarii, manſum Hugonis, & Alberti de Degathani, manſum vallis Lovariolæ, manſum de Peadelle de Sarto, manſum Semerzarii, manſum de Pradelle, manſum Borelli de Sarto, manſum Semerzarii, manſum de Solario, manſum de Maliolli, manſum Cojorum, manſum Peteochi, & Joannis de Coniolo, ſortem unam in Liobe, ſortem unam in Runcho Joannis, ſortem unam in Parratio, & cenſum de Cornulo. Braidam de Ponte, beaidam juxta foſſatum de Batalia, beaidam in Campo Faſiani, braidam in Pegni, braidam in Marcelaſco. Pratum quod dicitur Codugnar cum vineis ſibi adjunctis. Vineam infea civitatem, & Molendina. Quæcunque etiam Venerab. frater noſter Simeon Epiſcopus veſter, vel anteceſſores ejus, ſive etiam Aluiſa uxor marchionis Maleſpinæ cum filiis ſuis vobis, eationabiliter conceſſerunt ſimiliter confirmamus. Sane laborum veſteorum, quos propriis manibus, aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis veſtrorum animalium nullus omnino cleeicus, vel laicus, decimas à vobis exigere præſumat. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, vel violentia peæponatur. Sed liceat vobis communi conſilio vel parti conſilii ſanioris ſecundum Dei timoeem, & B. Benedicti eegulam abſque ullius contradictione Abbatem eligere. Si vero eadem Sedes Epiſcopalis vacaverit vel catholicum Epiſcopum non habuerit chriſma, oleum ſanctum, conſeceationes altarium, ſeu baſilicarum, oedinationes clericorum à quocumque malueritis Epiſcopo vobis ſuſcipere liceat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet moleſtiis fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva Pontificis canonica juſtitia, & Apoſtolicæ ſedis auctoritate. Si quæ ergo in futurum Eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, ac ſanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Lucius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſſ.
Ego Conradus Sabinenſis Epiſcopus ſubſc.
Ego Albericus Hoſtienſis Epiſcopus ſubſc.
Ego Petrus Albanenſis Epiſc. ſubſc.
Ego Gregorius presb. card. tit. s. Calliſti ſſ.
Ego Gezo presb. card. tit. s. Suſannæ ſſ.
Ego Gregorius diac. card. Ss. Sergii, & Bacchi ſſ.
Ego Otho diac. card. s. Georgii ad velum aureum ſſ.
Ego Guido diac. card. Ss. Coſmæ, & Damiani ſſ.
Ego Petrus diac. card. S. Mariæ in Porticu ſſ.

Datum Laterani per manum Baronis Capellani, & ſcriptoris ſacri Palatii. Idibus Martii Indict. 7. Incarnationis Dominicæ anno 1144. Pontificatus vero D. Lucii II. Papæ anno 1.

Cæterum Oglierum ad inſulam Bobienſis Epiſcopatus ex Abbate vocatum adeo erga monaſterium tranſverſus egit amor, ut beneficiorum immemor in ipſum monaſterium, Monachoſque infini-

ta intulerit mala, tandem fato iniquo ingratitudinis ſuæ pœnas luit, ut ſupra ex fide narravimus.

18 ANSELMUS Abbas, & Comes Bobienſis cœnobii Oglieri ſucceſſor, ſuæ dignitatis indeſeſſus propugnator ad favorem monaſterii, contra Oglierum Epiſcopum, retulit nobile privilegium à Friderico primo Imperat. anno 1153. quod ſupra in Epiſcopis Bobienſibus eacripſimus, cum Oglieri iniquos conatus retuliſſemus, parum deinceps ſupervixit Anſelmus.

19 FULCHONUS præficitur Abbas circa ann. 1157.

20 MANFREDUS Abbas viait anno 1171.

21 RAYNERIUS juſſu Lucii Papæ III. conſecratus eſt Abbas Bobienſis ab Epiſcopo Parmæ: cujus mentio habetnr ad annum uſque 1197.

22 ROMANUS Abbas an. 1204. cum Uberto Bobienſi Epiſcopo longas implicitaſque lites habuit, quæ tandem ab Innocentio III. ſedata legitur.

23 GUILLELMUS Abbas an. 1223.

24 OBERTUS Abbas ejuſdem cœnobii anno 1260.

25 HUGO Abbas an. 1263.

26 JACOBUS Abbas an. 1288.

27 GUIDO de Succis an. 1303.

28 JACOBUS ſecundus Abbas anno 1307.

29 STEPHANUS Abbas an. 1315.

30 ROMANUS ſecundus Abbas anno 1320.

31 STEPHANUS ſecundus de Rezuolo Abbas 1321.

32 ALBERTUS Abbas an. 1326. Hic fuit Vicarius Petri Scaligeri Epiſcopi Veronenſis.

33 PETRUS de Garigliis Abbas anno 1343.

34 JACOBUS tertius Abbas obiit anno 1386.

35 JOANNES primus de Rogeriis ex Monacho S. Petri Roſacienſis Ordinis S. Benedicti Aquilejenſis diœceſis ab Urbano VI. electus eſt Abbas Bobienſis an. 1386.

36 GUNIFORTIS Papienſis, Abbas Bobienſis ann. 1401.

37 JOANNES ex marchionibus Maleſpinis Abbas Bobienſis anno 1421. de quo mentio uſque ad annum 1440. poſt ejus obitum, cœnobium, Nicolai V. auctoritate, monachis congregationis S. Juſtinæ de Padua attributum eſt, quod hactenus adminiſtrant. Abbates vero, qui ex ea congregatione, cœnobio præfuerunt, cum non fuerint perpetui, ſed temporanei juxta Caſinenſis Congregationis morem, non eſt opus hic recenſere.

BRUGNATENSES
SEU
BRUMACENSES
EPISCOPI.



BRUGNATENSIS, ſeu Aprumacenſis vel Brumacenſis Liguriæ civitas eſt, in Januenſium Reipublicæ ditione, prope fluvium Varum poſita, inſalubris aeris, & parva quidem, nec ultra ſexcentos alit mortales. Illam Brugnetum recentiores vocant: Antiquis vero Brumadum, & Brumum, ſeu Brumiadum fuit, ubi olim nobile Benedictini Ordinis cœnobium in honorem S. Petri Apoſtolorum Principis, & Ss. Laurentii, & Columbani eaædificarunt Longobardorum Reges, opibuſque invidioſis, & privilegiis exornarunt. Innocentius vero II. anno 1133. ſuppreſſa Abbatia Epiſcopatum inſtituit, voluitque Januenſi novo Archiepiſcopo ſuffraganeum eſſe. Gregorius vero IX. cum erectionem Naulenſis Eccleſiæ, à Jacobo Pecoraria Epiſcopo Cardinali Præneſtino Legato factam, confirmaſſet, hanc cum illa perpetua unione ſociavit, ita tamen ut unus, & idem Epiſcopus eſſet, qui Brugnatenſis, & Naulenſis denominaretur. Verum Innocentius IV. anno 1245. juſtis motus cauſis, hanc unionem ſuo diplomate diſſolvit, ac utriuſque Eccleſiæ electo Epiſcopo indulſit, ut quam mallet unam ex illis, dimiſſa altera, retineret. Priorem hanc Guillelmus tunc forte Epiſcopus ſelegit. Amplam quidem habet diœceſim, quippe quæ vetuſtæ Abbatiæ juribus, & viginti ſeptem locis, ſeu oppidis nobilitatur; quorum unum frequentia populorum, aeris bonitate, cæteriſque rebus humano uſui neceſſariis præinſigne habetur; quod Sextrum Orientale dicunt, ubi Epiſcopi ſolent reſidere. Eccleſia Cathedralis eadem eſt antiqua Abbatialis, unicam habet Archidiaconatus dignitatem, quatuor Canonicos, paucoſque clericos, & monaſteria duo: unum virorum alterum monialium, cætera deſiderantur. Fructus menſæ Epiſcopalis pauci ſunt, nec ultra ſexcenta ſcuta: taxantur tamen in libris Cameræ Apoſtolicæ ad florenos 133. cum dimidio. Epiſcopus comitis tit. gaudet. Cæterum antequam Præſulum hujus Eccleſiæ ſeriem exhibeamus, aliqua, quæ ſuperfuerunt Imperatorum præcepta, ſeu diplomata Brunicenſi Abbatiæ conceſſa, nec ab Hiſtoria aliena in medium proferre duximus, quibus jura, bona, ac territorium ejuſdem deſcribuntur, quæ deinde Epiſcopo obvenere. Luitprandus, Rachis, & Deſiderius Longobardorum Reges primi illam ſuis indultis, Carolus magnus, Ludovicus Pius, Lothariuſque Imperatores mirum in modum auxere, quorum documenta vetuſta voravit edacitas. Carolus Craſſus anno 881. Emiberto, pauloque poſt Petro: Otho III. ann. 996. Eugizo: Henricus I. anno 1014. Conſtantio Abbatibus ſeniorum Regum, Imperatorumve anteceſſorum documenta ſuis diplomatibus affirmarunt, quæ hactenus in ejuſdem Epiſcopii tabulario aſſervantur, quorum exemplar eruditus amicus noſter Auguſtinus Calcagninus exſcripſit, mihique ſcribenti tranſmiſit. Porro primum Caroli Craſſi documentum ita ſe habet, ex monum. Epiſcopatus Brugnatenſis.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Carolus divina favente clementia Imperator Auguſtus. Si petitionibus fidelium noſtrorum aures celſitudinis noſtræ accomodamus, non ſolum Imperialem in hoc exercemus dignitatem, verum etiam ad æternam remunerationem proficuum nobis eſſe confidimus. Quapropter notum ſit omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtriſq; prædeceſſoribus videlicet & futuris, quomodo vir veneratione dignus Ermibertus Abbas ex monaſterio, quod vocatur Brunadam, in honorem Beatiſſimi Petri Principis Apoſtolorum conſtructum, noſtram clariſſimam adiens ſerenitatem, obtulit clementiæ noſtræ obtutibus quaſdam auctoritates piiſſimorum Imperatorum Caroli, nec non Kladovici, nec non Klutarii, inſuper quoq; Kladovici conſobrini noſtri, in quibus continebatur inſertum, qualiter jam dicti Imperatores per eaſdem auctoritates præfato monaſterio confirmaverunt quandam caltam quæ vocatur Accola, ſeu & ſylvam ex una parte percurrente fluvio Varra, de ſecunda parte percurrente rivo Accola, & ipſo rivo ponente caput in Pivione, & ipſo Pivione percurrente in rivo majore, & prædicto rivo majore uſque in Terriva, & uſque

ad

ad fontem magiſtrorum, & de ipſo fonte ſummam ſylvam Malvetti, & de Malvetto uſque in Corniloco deſcendente per coſtam Fogale, & uſque ad collem montis groſſi, revertendo ad prædictam cultam Serræ altæ uſque in fluvio Cravegnole aſcendente per canale Peſti uſque ad groppum de Avola aſcendente per coſtam Caſſinellæ uſque ad culmen Indutis, & uſque ad culmen Luxeriæ, & de carmo Luxeriæ ad ſanctum Nicoleſium revertendo ad Fontem Picigroſſi, & de fonte Picigroſſi revertendo per coſtam Caminatæ uſque in fluvio Varra) humiliter depoſcens, & ſuper hoc negotium etiam noſtræ confirmationis præceptum mereretur habere. Cujus petitioni, quia nobis viſum eſt, quod juſtitiæ & rationis modum haberet, aſſenſum præbere placuit, & ad ejus preces hanc noſtram confirmationem fieri præcepimus, per quam decernimus, ut prædictam cultam, quæ dicitur Accola, ſeu & ſylvam ſuperius memoratam cum omnibus ſupradictis rebus abſque illius diminoratione, ipſi monachi teneant, & fruantur. Si quis vero hoc præcepium violare præſumpſerit LX. libras auri perſalvat, medietatem Palatio noſtro, & medietatem præfato monaſterio. Ut autem hoc verius credatur manu propria ſubter illud affirmantes annulo noſtro juſſimus ſigillari.

Dicti Caroli Sereniſſimi Imperat. Auguſti ſignum.

Vvaldo Notarius ad vicem Liutwardi Archicancellarii recognovis.

Data 4. Non. Aprilis anno Incarnat. Domini 881 Ind. 14. anno vero piiſſimi Imp. Caroli 1.

Actum Papiæ Palatio Imperiali in Dei nomine feliciter. Amen.

Alterum Caroli Craſſi præceptum, ſeu privilegium eſt tenoris ſequentis.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.

Carolus divina favente clementia Imperator Auguſtus. Si petitionibus ſervorum Dei juſtis, & rationabilibus annuimus, & neceſſitudines injuſtas ſublevamus id nobis proculdubio ad æternam beatitudinem pertinere confidimus, quia decet Imperiale faſtigium ſibi ſubditis partes oppreſſas objecta erigendo, & ad proprium Deo favente ſtatum reintegrando perducere. Quapropter omnium fidelium Sanctæ Dei Eccleſiæ animarum præſentium ſcilicet, & futurarum comperiatur induſtria, quia venientibus nobis Ravennam ad colloquium ſpiritualiter noſtri Joannis videlicet ſummi Romani Pontificis, & univerſaliter Papæ, pervenit ad noſtram notitiam cum eodem Pontifice vero . . . . Petrus de monaſterio Brumen. proclamantes ſibi illatis ſuperſtitionibus à ſeculari, & publica poteſtate, ita, ut contempto timore Dei, & abjecta juſſa Domini Luitprandi, & Racchis, ſeu & Ridulphi, necnon & Gregorii Papæ interdicta, ſeu Deſiderii Regum prædeceſſorum noſtrorum, ita ut Eccleſia, ſeu eccleſiaſtica prædia, & placita teneant, & diſtrictiones in liberos maſſarios ſuper eccleſiaſticas res reſidentes, & ſervos Aldiones, tributa faciant ab eis, & exigant decimationes, & cenſum, donationes, & angarias, & operas, quod non ſolum Eccleſię filiis, ſed Deo odibiles credimus, qui talem violentiam apud Chriſtianos faciunt. Ideoque omnium fidelium noſtrorum notum ſit in conſilium generale Dei noſtri, atque Imperiali auctoritate omnes has ſuperſtitiones, & importunas funditus violentias ab hoc hodierno die deinceps abolendas, in vobis omnibus decernimus ſtatuentes, ut in S. Brumenſi Eccleſia nullus Epiſcopus, nullus dux, comeſque, nullus judex, vel quilibet indices judiciariæ poteſtatis perſonam, tam imperialibus, quamque, & reliquorum hominum non audeat de omnibus rebus prędicti monaſterii placita tenere in maſſarios aut colonos liberos, aut aldiones, vel ſervos, quoſcumque reſidentes ſuper res ad prędictam Eccleſiam pertinentes quibuſlibet modis diſtringere, pignorare, aut angariare, cenſus, decimationes, & denaria exigere quoque modo præſumant, niſi ſicut conſtituit Gregorius PP. ſanctę Romanę Eccleſiæ cenſum reddendum denariorum octo, & candela duo, ſed liberos maſſarios, vel erimarios quos legales coactio exigere, quærere placitum per patronum, vel advocatum adducat, ut legalis diffinitio legalem intentionem finem imponant. Hæc vero noſtra imperialis inſtitutio tam Epiſcoporum quique, & comitum, ſeu & reliquorum fidelium noſtrorum generaliter promulgata, & ſancita auctoritas notum ſit in toto Regno Romanorum Deo favente per infinita tempora proprium robur obtineat, nullique temeratori impune eam contemnere facultas exiſtat, manu propria, ſubter firmavimus & annuli noſtri impoſitione inſigniri juſſimus, quam ſi quis violare præſumperit 100. lib auri ſe compoſiturum cognoſcat, mediet. Eccleſiæ vel monaſt. cui violentia intulerit, & mediet. Palatio noſtro.

Signum † Domini Caroli Imperatoris.

Vvaldo Notarius ad vicem Lutuardi Archicancellarii recognovit.

Dat. 15. Kal Martii anno Incarn. Domini 882. Ind. 15. anno vero piiſſimi Imp. Caroli 2. ad Ravennam in Dei nomine. Amen.

Act. Placentinus Notarius Sacri Palatii ſupraſcripti privilegii exemplar tranſcripſi, & exemplificavi ab autenticis publicis ſigillis vetuſtiſſimis cereis ſigillatis ſicut in eis vidi, & legi. Et hæc cum eiſdem auſcultavi, ad quorum corroborationem juſſu, & auctoritate D. Othonis Archiep. Januenſis, & Gulielmi Brumacenſis electi ſubſcripſi, & in publicam formam redegi.

Diploma Othonis III. Imperat. ad favorem Brumacenſis monaſterii contra Gotifredum Lunenſem Epiſcopum, ſic incipit.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Otho divina favente clementia Imperator Auguſtus. Si liberalitatis noſtræ munere locis Deo dicatis, ea, quæ à prædeceſſoribus noſtris Regibus videlicet, Imperatoribus Deo, ac venerabilibus collata ſunt locis, confirmamus, & corroboramus, proculdubio id nobis in præſenti ſeculo proficere, & in futuro bravium accipere minime titubamus. Noverit igitur omnium Sanctæ Dei Eccleſiæ fidelium noſtrorum tam præſentium quamque futurorum devotio, qualiter venientibus nobis in ſynodo in eadem Eccleſia Beati Petri Apoſtoli, cum ſummo Pontifice Gregorio ſpirituali Patre pro definiendis rebus Eccleſiaſticis, ibidem, venerabilis vir Eugiro Abbas monaſterii B. Petri Principis Apoſtolorum ſiti in loco Brumienſi proclamationem fecit ſuper Epiſcopo Lunenſi Gotifredo, quod idem Epiſcopus Lunenſis contra decreta, & Romanorum Pontificum privilegia, videlicet Gregorii, Joannis, Benedicti, necnon & aliorum, & contra Imperialia præcepta, noſtrorumque anteceſſorum, ſcilicet Luitprandi, Rachis, Deſiderii, Caroli, Ludovici, Vgonis, Othonis bonæ memoriæ noſtri Avi, ſeu & Patris noſtri ſimiliter Othonis, idem ipſum Brumenſe monaſterium ſuo Epiſcopatui ſubjugare voluerit, & à poteſtate Romanæ Eccleſiæ, ſub cujus tuitione ſemper fuit, alienare. Ideoque petivit noſtram celſitudinem, ut pro Dei amore, animæque noſtræ remedio confirmare, & corroborare dignaremur eidem Abbati Brumienſis monaſterii, ſuiq; ſucceſſoribus in perpetuum quidquid Luitprandus, Rachis, Deſiderius, Carolus, Ludovicus, Hugo, ſeu & ſanctæ memoriæ Avus, & Pater meus Otho, cæterique prędeceſſores noſtri in ipſum ſanctum locum per præcepti paginam contulerunt: cujus petitioni ob hoc præcipue aſſenſum præbuimus, quia in eadem ſynodo coram cunctis, qui aderant, ibi vidimus prædicti Lunenſis Epiſcopi chartulas à ſummi Pontificis auctoritate damnatas, atque diſruptas. Quapropter per hoc noſtrum præceptum confirmamus, ac corroboramus præfato monaſterio omnes dotes, res, maſſaritias, familias utriuſque ſexus, nec non & decimationes ſervorum ipſorum, terram ipſius Abbatiæ laborantium, una cum caſis, ſediminibus, campis, vineis, paſcuis, pratis, ſylvis, ac ſtallariis, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus, venationibus, montibus, vallibus, Alpibus, planitiebus, rupis, rupinis, ſervis, & ancillis, aldionibus, aldianis, mercatis, theloneis, cunctiſque rebus, ac familiis, ad præfatam Abbatiam pertinentibus, tam ea

quæ nunc habere videtur, quamque ea, quæ deinceps divina pietas voluerit addere, vel amplificare. Statuentes itaque jubemus, ut nullus Epiſcopus, dux, marchio, comes, vicecomes, judex, caſtaldus, ſculdaſius, decanus, quælibet perſona, ſive in monaſteriis, ſive in Xenodochiis, aut in locis, vel in agris, ſeu reliquis poſſeſſionibus, quæ ad ipſam Abbatiam, tam de datione Regum, quam Reginarum, vel reliquorum Deum timentium legitime pervenerunt, vel ubicumque, vel in quibuslibet pagis, & territoriis infra ditionem Imperii noſtri leguliter prædictum monaſterium inveſtituram habere cognoſcitur, vel quæ deinceps in poteſtate ipſius monaſterii voluerit divina pietas addere, vel amplificare, nullus ſuperioris, aut inferioris ordinis procurator, vel quælibet magna, ſeu parva regni noſtri perſona à prædicto monaſterio aliquas reddibitiones frangere, aut placita celebeare, aut frodia depoſcere, aut fodram, aut manſiones, vel paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut homines, tam ingenues, quam liberos, aut ſervos ſuper terram ipſius Abbatiæ commanentes nullo modo diſtringere vel in aliquo moleſtare, ſeu dominari audeant, præter illud quod ſolvere debent Romanæ Eccleſiæ, cui ſubditum eſt ipſum præfatum cœnobium, ſcilicet denarios 12. & candelas 2. Hæc vero noſtra Imperialis inſtitutio tam Epiſcoporum, quamque & reliquorum fidelium noſtrorum memoriæ generaliter promulgata notum ſit toto Regno Romanorum, ut Deo favente per inſuita tempora proprium robur obtineat, nullique temeratori impune contemnere facultas exiſtat; manu propria ſubter firmavimus, & annuli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus: quam ſi quis violare præſumpſerit centum libras auri ſe compoſiturum agnoſcat, medietatem præfato monaſterio, cui violentiam intulit, & medietatem Palatio noſtro.

Signum Domini Othonis inviƈtiſſimi Imp. Auguſti.

Heribertus Cancellarius vice Petri Cumani Epiſcopi, & Archicancell. recognovi.

Datum 8. Kalend. Junii anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXCVI. indiƈt. 9. anno 3. Othonis regnantis 18. Imperantis anno primo. Actum Romæ in Dei nomine feliciter. Amen.

De Gotifredo Lunenſi Epiſcopo plura diximus in noſtro pr. Tom ad annum uſque 986. ex hoc vero diplomate perveniſſe ad annum 996. habemus, quo ad judicium vocatus à Brumacenſi Abbate fuit.

Diploma Henrici Primi Imperator. ad favorem Brumienſis Abbatis.

In nomine ſanctæ & Individuæ Trinitatis.

Henricus Divina favente clementia Romanorum Imp. Auguſtus. Si ad petitionem ſervorum Dei Eccleſiaſticas neceſſitates noſtro relevamus juvamine atque Imperiali tuemur munimine, id nobis, & ad mortalem vitam temporaliter tranſigendam, & ad æternam feliciter obtinendam pro futuro fideliter credimus. Igitur notum ſit omnibus fidelibus noſtris præſentibus, ſcilicet, & futuris, qualiter vir venerabilis Conſtantius Abbas monaſterii ſanctorum Petri, Laurentii, & Columbani, quod vocatur Bromiades, adiit ſerenitatem culminis noſtri deprecans, ut res ejuſdem monaſterii cum hominibus ſibi ſubjectis ſub immunitate noſtræ defenſionis conſiſtere, & ab omni publica functione, & judiciaria exactione immune, liberumque redderemus, cujus petitione ob amorem dicti, & reverentiam B. Petri Apoſtoli, Laurentii, & Columbani libenter aſſenſum præbuimus, ac per hanc noſtræ auctoritatis paginam ſecundum præcepta prædeceſſorum noſtrorum Regum videlicet, & Imperatorum idest Caroli, Ludovici, Lotharii, Ugonis, & trium Othonorum decernimus: Ut omnes res præfati monaſterii cum cellulis, & hominibus ſibi ſubjectis ſub noſtræ defenſionis munimine modis omnibus conſiſtant. Denique confirmamus, & corroboramus jam dicto monaſterio omnes res, cortes, villas, Eccleſias, cellas, maſſaritias, & familias utriuſque ſexus, nec non primitias, & decimationes cunctorum hominum terram ipſius Abbatiæ laborantium, ſicut per privilegia Romanorum Pontificum, ſeu per præcepta Regum, & Imperatorum ibidem conceſſa, & confirmata ſunt, una cum terra, quam habet in comitatu Mutinenſi in loco, & fundo, qui vocatur Plagaſſano cum capella S. Columbani inibi conſtructa, ſeu & emolumenta habet, atque in ſalſina: Et in comitatu Parmenſi loco qui vocatur Caſelle, & in Benſeto, & in Farigari, & Galemano, atque in Solignano. In comitatu quoque Voloterenſi, Corticellam unam quæ vocatur Frigeſimum, cum omnibus ſuis pertinentiis ſive in aliis quibuſcumque comitatibus, vel locis, ſimul cum caſis, ſediminibus, campis, vineis, pratis, paſcuis, ſylvis, ac ſtallariis, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus, venationibus, montibus, vallibus, alpibus, planitiebus, rupis, rupinis, ſervis & ancillis, aldionibus, aldianis, mercatis, theloneis, cunctiſque rebus ad præfatam Abbatiam pertinentibus tam ea quæ nunc habere videtur, quamque ea, quę deinceps divina pietas voluerit addere, vel amplificare, ſicut prędeceſſores noſtri hoc idem monaſterium ſemper tutaverunt, ita & noſtra nos Imperiali tuitione defenſam, atque munitum ab omnibus inimicis, & invaſoribus alienatum eſſe præcipimus. Statuentes ergo jubemus, atque præcipimus, ut nullus Judex publicus, aut quilibet ſuperioris ordinis reipublicæ procurator ad cauſas judiciario more audiendas in Eccleſias, aut villas, ſeu reliquas poſſeſſiones quas moderno tempore in quibuslibet provinciis, aut territoriis Imperii noſtri juſte, & legaliter tenet, ingredi pręſumat, nec feuda nec tributa, aut manſiones, aut theloneum, aut fidejuſſores tollere, aut homines tam ingenuos, quam ſervos ſuper terram ipſius monaſterii commanentes diſtringere, nec ullas publicas functione, aut reddibitiones, vel illicitas occaſiones inquirere audeat, ſed remota omnium hominum contradictiones, & inquietudine liceat memorato Abbati, ſuiſque ſucceſſoribus, res prædicti monaſterii, & hominibus ad ſe pertinentibus ſub tuitionis noſtræ defenſione quieto ordine poſſidere, aut pro incolumitate noſtra, ſeu ſtatu Imperii noſtri una cum clero, & monachis ſibi communis Domini immenſam clementiam jugiter exorare, & ut hæc auctoritas noſtra futuris temporibus inviolabilem, atque inconvulſam obtineat firmitatem manu propria ſubter firmavimus, & annuli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus: quam ſi quis violare præſumpſerit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum medietatem prædicto monaſterio, cui violentiam intulit, & medietatem cameræ noſtræ, hac noſtra inſcriptione inconvulſa manente.

Signum † Domini Henrici ſereniſſimi, & inviƈtiſſimi Imp. Auguſti.

Henricus Cancellarius vice Luitardi Epiſcopi, & Archicancellarii recognovit.

Datum Nonas Maii anno Dominicæ Incarnationis MXIV. indict. 12. anno vero Domini Henrici Imp. Auguſti regnantis 12. Imperii autem eius 1.

Actum Papiæ in Palatio Ticinenſe feliciter, in Dei nomine, amen.

Porro Epiſcopi hujus Eccleſiæ hi fuerunt à nobis obſervati.

I. 1 ILDEPRANDUS a ex monacho, & Abbate primus Epiſcopus Brumacenſis inſtituitur ab Innocentio II. anno 1133. cui idem Pontifex, ejuſque ſucceſſoribus hoc dedit diploma, cum monaſterium in Epiſcopatum demutaſſet.

a Vallumbroſanus ex Serm. de viris illuſtr. Vallumbr. p. 118. *Mandel.*

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Dilecto filio Ildeprando Brugnatenſi electo, ejuſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum. Quemadmodum Sedes Apoſtolica univerſis per orbem Eccleſiis prælata conſiſtit, dicente Domino ad Petram. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & tibi dabo claves Regni Cœlorum; ita nimirum ſemper ei licuit duos Epiſcopatus in unum redigere, opportunitate temporis in duo dividere, novos creare, & Abbatias, & alia venerabilia loca Epiſcopalis prærogativæ culmine decorare. Hoc nimirum diſpenſationis intuitu pro bono pacis, & Eccleſiæ Catholicæ ſalute, atque ſuffragio Bru-

gna-

A *gniatenſe monaſterium, quod in honorem Beati Pe-*
tri Apoſtoli, ſanctorumque Laurentii, & Columba-
ni conſtructum eſſe cognoſcitur, præſenti ſcripti pa-
gina communimus, ipſumque Epiſcopalem ſedem
de cætero fore decernimus: ſtatuentes ut Eccleſiæ,
quæ citra ipſum ſunt, caſtella quoque, & villæ, quæ
ſui juris exiſtunt, eidem cœnobio parochiali jure ſub-
jaceant, & Pontifex qui ibidem pro tempore fuerit,
decimas, oblationes, & alia tam in temporalibus,
quam ſpiritualibus, tamquam proprius Epiſcopus
habeat, & diſponat, atq; Januenſi Eccleſiæ tamquam
metropolitanæ ſuæ obediens, & ſubjectus exiſtat. Il-
lud etiam huic noſtrę conſtitutioni addendum eſſe cen-
ſuimus, ut univerſa quæ vel conceſſione Pontificum
oblatione fidelium eidem Eccleſiæ collata ſunt, vel de-
inceps auxiliante Domino juſte & canonice conferen-
tur, ſibi ſuiſque ſucceſſoribus firma ſemper, & illibata
permaneant, ſalva nimirum in omnibus Sanctæ Ro-
manæ Eccleſiæ juſtitia, & reverentia. Decernimus
ergo, ut nulli omnino hominum fas ſit, præfatam
B *Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones au-*
ferre vel oblatas retinere, minuere, aut aliquibus ve-
xationibus fatigare, ſed omnia integre conſerven-
tur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtenta-
tione conceſſa ſunt, uſibus omnino profutura. Si qua
igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona
hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam
venire tentaverit, ſecundo tertiove commonita, ſi
non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis,
honoriſq; ſui dignitate careat, reumque ſe divino ju-
dicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à
ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei, & Domini no-
ſtri Redemptoris Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in
extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis
autem hæc noſtra ſtatuta ſervantibus ſit pax Domini
noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ
actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præ-
mia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
† *Ego Guillelmus Præneſtinus Epiſcopus ſſ.*
C † *Ego Churradus Sabinenſis Epiſcopus ſſ.*
† *Ego Rodulphus Hortanus Epiſcopus ſſ.*
† *Ego Joannes tit. s. Chriſogoni presb. card. ſſ.*
† *Ego Gerardus tit. s. Crucis presb. card. ſſ.*
† *Ego Anſelmus presb. card. ſſ.*
† *Ego Lucas presb. card. tit. ss. Jo. & Pauli ſſ.*
† *Ego Romanus diac. card. s. Mariæ in Porticu ſſ.*
† *Ego Gregorius diac. card. Ss. Sergii, & Bacchi ſſ.*
† *Ego G. diac. s. Mariæ in Via Lata ſſ.*
† *Ego Oddo diac. card. s. Georgii ſſ.*

Datum Laterani per manum Aimerici Sanctæ Roma-
næ Eccleſiæ Diac. Card. & Cancellarii 6. Kalend.
Junii Indictione 11. ann. 1133. Pontificatus vero
D. Papæ Innocentii Secundi anno 4.

De Ildeprando primo huius Eccleſiæ Epiſcopo nulla deinceps reperitur mentio, poſt quem aliqui deſiderantur Epiſcopi.

II. 2 ALBERTUS temporibus Hugonis Januenſis Archiepiſcopi vixit, teſtiſque reperitur anno 1188. cujuſdam documenti ejuſdem Archipræſulis, quod
D extat in tabulario Eccleſiæ Januenſis.



III. 3 SIGUEMBALDUS, ſeu Sighembaldus ſive Sinibaldus, de Fliſco ex Comitibus de Lavania, alterius Sinibaldi, qui poſtea Innocentius IV. fuit, patruus, ut Paulus Pania in ejus vita ſcriptum reliquit, ad Brumacenſis Eccleſiæ gubernaculum aſſumptus eſt circa ann. 1200. Talem ſe geſſit, ut ab omnibus dignus ſui ævi Epiſcopus cenſeretur. Interfuit conſecrationi Simeonis Epiſcopi Albingaunenſis ab Othone Archiepiſcopo in Januenſi Metropolitana celebrata anno 1230. quo ex hac vita diceſſit die 26. Novembris, ut in vetuſto libro anniverſariorum Eccleſiæ Cathedralis Januenſis adnotatur. *Siguembaldus de Lavania Epiſcopus Brugnatenſis, qui dedit Eccleſiæ noſtræ libras* 100. *obiit* 26. *Novembris*. Hujus meminit Federicus de Federicis in libro de Familia Fliſca.

IV. 4 GUILLELMUS è Contarda Januenſi ortus familia ſucceſſit Sigbembaldo anno 1230. ad eam dignitatem electus Brugnatenſi Eccleſiæ, auctoritate Gregorii IX. anno 1239. Naulenſem novum Epiſcopatum univit, ac ſimul conjunctas rexit Eccle-
B ſias ad ann. uſque 1245. quo per Innocentium IV. ad invicem diſſolutæ, Brugnatenſem ſuam priorem, alia dimiſſa, retinuit. De hac re in Regeſto Vaticano hujuſmodi extat Epiſtola nu. 70. fol. 225. anno 3. Innocentii ad ipſum Guillelmum adhuc electum.

Innocentius, &c.

Bruniacenſi, & Naulenſi electo, & Capitulo Nau-
lenſi. Cum olim te, fili electe, ad regimen Eccleſiæ
Bruniacen. aſſumpto bonæ memoriæ Epiſcopo Præ-
neſtino, tunc in Franciam in legationis officio proſi-
ciſcens de ſpeciali mandato felicis recordat. Grego-
rii Papæ prædeceſſoris noſtri, facto ſibi ad inſtantiam
Communis Januenſis Brumacen. & Naulen. Eccle-
ſias duxerit uniendas, ita quod utraque eſſet Eccleſia
Cathedralis, & unus & idem diceretur Epiſcopus
utriuſque, fueruntque adeo ad invicem Eccleſiæ ipſæ
remotæ, quod per unum Epiſcopum ambæ nequeunt
congrue gubernari, nec ad ſubſtentationem Epiſ-
copi Naulenſis Eccleſiæ ſufficiant facultates. Nos
C *eaſdem Eccleſias de fratrum noſtrorum conſilio ſepa-*
rantes, & ſtatuentes quod immodo utraque proprio
Præſule gubernetur, remaneatque Naulen. Eccle-
ſia Suffraganea Eccleſiæ Januen. Tibi fili electe reti-
nend: unam ex Eccleſiis ipſis, quam volueris liberam
concedimus facultatem, procurationem alterius à cu-
jus vinculo te abſolvimus, tuæ ſollicitudini, tam in
ſpiritualibus, quam in temporalibus uſque ad noſtrum
beneplacitum committentes, & quia redditus menſæ
Naulenſis Epiſcopi ſunt tenues, & exiles, precibus
dilectorum filiorum poteſtatis, conſilii, & Communis
Januen. inclinati Monaſterium s. Eugenii ſitum in in-
ſula juxta civitatem Naulenſem Sedi Apoſtolicæ cen-
ſuale, prædictæ menſæ auctoritate præſentium de eo-
rundem fratrum conſilio duximus annectendum, cui
præſit Naulenſis Epiſcopus qui pro tempore fuerit
tamquam Abbas: Abbatia vero ipſius monaſterii,
qui nunc præeſt juxta voluntatem, & arbitrium ve-
nerabilis fratris noſtri Archiepiſcopi Januenſis, & ip-
ſius Abbatię de bonis ejuſdem monaſterii congrua por-
D *tio donec de ipſo Abbate aliter ordinandum duximus,*
aſſignetur. Nulli ergo, &c. noſtræ conſtitutionis, & con-
ceſſionis, &c. Si quis autem, &c.

Datum Lugduni Idibus Auguſti anno 3.

De Guillelmo non ſemel reperitur mentio in tabulario Eccleſiæ Januenſis, cujus in monumentis electus tantum enunciatur, potuitque ad mortem uſque ſine conſecratione permanſiſſe. Interfuit adhuc electus conſecrationi Philippi Naulenſis Epiſcopi, quam ſolemniter peregit Joannes Archiepiſcopus Januenſis anno 1248. die 5. Aprilis, pauloque poſt ex hac vita migravit.

5 BALDUINUS de quo mentio anno 1252. V.

6 PHILIPPUS an. 1262. Creditur fuiſſe ex nobili, & antiqua familia Dominorum de Paſſano. VI.

7 Fr. SERLUS, ſeu Serlonus, Ordinis Prædicatorum inſignis Theologus, ad hanc ſedem evectus anno 1265. diu illam eximie rexit, in eaque defunctus quieſcit. VII.

VIII. 8 ARDUINUS anno 1288.

IX. 9 JACOBUS de Pontremulo anno 1300. Obiit anno 1320. poſt cujus obitum à capitulo electus eſt Bernardus Abbas S. Syri Januenſis Ord. S. Benedicti tunc in curia Romana degens, qui electionem noluit acceptare.

X. 10 Fr. GHERARDUS ex Ordine Minorum aſſumptus anno 1312. 17. Kal. Februar. à Joanne XXII. jam antea à capitulo poſt renunciationem Bernardi deſignatus, ut in Reg. Vatic. obiit vero Gherardus anno 1340.

XI. 11 Fr. LAMBERTUS quondam Guidicioni de Bononia, Canonicus Regularis S. Frigdiani Lucenſis, ex eadem ſede jus dixit an. 1340. electus prid. Kal. Februarii ex Reg. Vatic. Epiſt. 27. ann. 6. Benedicti XII. Exceſſit anno 1344.

XII. 12 TORPETTUM de Canſellis Januenſem, virum doctiſſimum, monachum S. Venerii de Tixio Ord. S. Benedicti Januenſis Diœceſis, Clemens Papa VI. Lamberto ſucceſſorem deſignavit anno 1344. 5. Kalen. Junii ex Reg. Vatic. epiſt. a. fol. 35, an. 3. præfuitque ann. multis.

XIII. 13. Fr. NICOLAUS, cujus ordinis ignoratur, ad eundem dignitatis gradum adlectus Torpetto ſucceſſit: obiit anno 1362.

XIV. 14 Fr. LUDOVICUS Gandulſus ex Ordine Minorum, Nicolao ſuffectus anno 1363. die 23. menſis Junii. Hic nomine prædeceſſoris ſui debitum ſolvit ſacro Cardinalium collegio in lib. Solutionum. Interfuit Synodo Provinciali ab Andrea Turriano Januenſi Archiepiſcopo celebratæ ann. 1375. die 5. Maii: mortuus vero eſt Pontremoli Appuæ anno 1390. ſepultuſque eſt apud ſuos Franciſcanos, ubi etiam nunc ſpectatur ſepulchrum.

XV. 15 LANDONEM Plancium Cathedralis canonicum, ſub Bonifacio IX. Ludovicus ſucceſſorem excepit anno 1390. 8. Kal. Junii ea lib. de Dignitatibus, & Proviſione Prælatorum. Protulit ætatem Lando uſque ad annum 1400.

XVI. 16 FRANCISCUS de Cuticis monachus monaſterii S. Michaelis de Brendo Ordinis S. Benedicti, Laudenſis diœceſis, Brumacenſis eſt renunciatus Antiſtes anno 1400. 8. Kal. Novemb. ut in lib. Proviſ. Prælat. ſub Bonifacio IX.

XVII. 17 Fr. SIMON de Thomacis ad eandem ſedem adlectus ann. 1421. 7. Id. Aprilis ea lib. Proviſ. [„ *Brixienſis dicitur à Cozzando in Bibl. Brixiana* „ *par. 2. p. 295. Secundæ editionis, Ordinis autem Prædicatorum, à Fontana in Theatro Dominicano.*)

XVIII 18 THOMAS de Trigonis Pontremulenſis, monachus S. Benedicti, & Prior Ss. Georgii, & Benedicti de Tebaneo, Parmenſis diœceſis, ejuſdem Ordinis, declaratus eſt Brumacenſis Epiſcopus à Martino V. anno 1418. prima die exordientis Decembris. Hic fuit Vicarius in ſpiritualibus, & temporalibus Caroli Epiſcopi Mutinenſis anno 1428. de quo Gaſpar Siliogardus. Viginti omnino annos hanc rexit Eccleſiam, mortem obiit anno 1438.

XIX. 19 ANTONIUS Vergafalcis, Rector Eccleſiæ S. Mariæ de Parochiolo Lunenſis diœceſis, ſucceſſit Thomæ anno 1438. 11. Kal. Martii, ut ex Actis Conciſt. liquet.

XX. 20 BARTHOLOMÆUS de Ugeriis de Pontremulo anno 1472.



XXI. 21 ANTONIUS è vetuſta, & nobili apud Savonenſes familia de Valdetaris natus, Præpoſitus S. Florini in Confluentia Ultrajectinenſis diœceſis, Epiſcopus Brugnatenſis à Sixto IV. creatus, ſub Innocentio VIII. Præpoſituram reſignavit anno 1485. Mortalitatem exuit ann. 1492. Vixit eodem tempore Petrus Epiſcopus Carpentoranenſis in Gallia ex eadem Valdetaria Gente, quæ etiam apud Gallos nobilis habetur; hanc in eo Regno diſſeminavit Joannes ſtrenuus milles (Folietta teſte) Caroli V. Regis familiaris. Meminit ejuſdem familiæ Juſtinianus, Petrus Bizzarus, & alii Januenſium rerum ſcriptores.

XXII. 22 SIMON de Clavaro, nobilis Januenſis, monachus Ord. S. Benedicti, & Prior Eccleſiæ S. Crucis, electus eſt Brumacenſis Epiſcopus anno 1492. die 11. menſis Aprilis. Hic fuit nepos Leonardi de Furnariis Epiſcopi Marianenſis; hanc ille rexit Eccleſiam ann. decem, fatoque ceſſit Januæ in clauſtro S. Laurentii anno 1502. die 1. Octob. tumulatus fuit in Eccleſia s. Stephani.

XXIII. 23 LAURENTIUS de Fliſco, natus ex comitibus Lavaniæ, Almæ Urbis Gubernator, Simoni ſucceſſit anno 1502. abſens hanc rexit Eccleſiam, variis legationibus pro patria, prove Romano Pontifice functus. Octo omnino annos Brugnatenſis fuit Epiſcopus, tranſlatuſque eſt ad Eccleſiam Aſculanam in Piceno ann. 1510. Deinde Montis Regalenſis in Pedemontano Principatu Epiſcopus effectus eſt, de quo ibi.

XXIV. 24 MELCHIOR Grimaldus nobilis Januenſis hanc eandem Eccleſiam regendam ſuſcepit anno 1510. die 13. Maii: fato functus eſt, anno 1513.



XXV. 25 PHILIPPUS Saulius a Januenſis, Antonii filius, Bandinelli Saulii Cardinalis conſobrinus, annum agens 21. Brugnatenſi Eccleſiæ adminiſtrator eligitur à Julio Papa II. anno 1512. die 14. Junii. Hic nobilitate generis, diſciplinarum ſcientia, linguarumque peritia, cumulatiſſime illoſtratus, maximoque in honore fuit apud Julium II. Leonem X & Clementem VII. Pontiſ. Max. ad Carolum V. pro Reip. unione ſancienda deſignatus Orator, & ad alia munia exercenda non ſemel admotus fuit: ſane Antiſtes laudatiſſimus, qui ſuæ Eccleſiæ optime præeſſe ſummo ſtudio adnixus eſt; vix enim electus ad augumentum divini cultus, & Eccleſiæ Cathedralis decorem præbendas aliquas, & Canonicatus inſtituit, redditusque aſſignavit. Inſtitutionem firmavit Leo X. Pontifex ſuo diplomate, quod damus ex originali.

a De quo Oldoinus in Athen. Liguſt. Mendiſ.

Leo Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.
Dilecto filio Archipresbytero Eccleſiæ S. Antonini de Caſtilione Brugnatenſi diœc. ſalutem & Apoſt. bened.

Rationi congruit, & convenit honeſtati, ut ea, quæ de Romani Pontificis gratia proceſſerunt, licet, ejus ſuperveniente obitu, litteræ Apoſtolicæ ſuper illis confectæ non fuerint, ſuum ſortiantur effectum; dudum ſiquidem fel. rec. Julio Papæ II. prædeceſſori noſtro pro parte dilecti filii Philippi electi Brugnatenſis expoſitum, quod alias ipſe provide conſiderans, quod, ut aſſerebatur, olim in Eccleſia Brugnatenſi, cui tunc ante præerat, ſex Canonicatus pro

totidem

totidem Canonicis inſtituti fuiſſent, tamen tunc tres Canonici dumtaxat, & non præbendati in ipſa Eccl. exiſtebant. Quorum unus dumtaxat pro Vicario ipſius Philippi electi in ſpiritualibus generali inibi reſidebat, & alii duo, cum nullam haberent prębendam, inibi reſidere commode non poterant, ex quo ob defectum miniſtrorum divinus cultus in eadem Eccleſia intermittebatur ac volens, decori, ac venuſtati ipſius Eccleſiæ & populi devotioni conſulere, nec non, & divinus cultus inibi augumentum ſuſciperet, ſalubriter previdere, alios tres Canonicatus in eadem Eccleſia ultra tres priores Canonicatus prædictos pro tribus aliis Canonicis per eundem Philippum electum tunc nominatis ordinaria auctoritate execuerat, & inſtituerat, ipſoſque ſic electos canonicatus eiſdem tribus ſic nominatis conſulerat, & jam de illis omnibus providerat, ac ordinaverat quod tres ex dictis ſex etiam tunc nominati Canonici ſaltem duas miſſus ſingulis diebus in dicta Eccleſia celebrare, & diebus Dominicis, & feſtivis unam ex dictis miſſis, & veſpeeas decantare, & inibi continuo reſidere tenerentur, illiſque ſic reſidentibus pro eorum præbenda ſeu dote nonulla emolumenta ex certis molendinis, & nonnullis ædificiis ibidem exiſtentibus, & ad menſam Epiſcopalem pertinentibus ac ex certis aliis ædificiis per eoſdem Canonicos prope ipſa Molendina de conſenſu ipſius Philippi electi conſtructis provenientia, nec non fructus, redditus, & proventus Capellę Beatę Marię Virginis de Aquila Brugnatenſ. diœceſis eidem menſę perpetuo unitę decem ducatorum auri de Camera ſecundum communem exiſtimationem valorem annuum non excedentes, tunc alias ſine prejudicio dictę menſę dicta auctoritate conceſſerat, & aſſignaverat, ac eorumdem trium Canonicorum ſic reſidentium communi Maſſę applicaverat, ac appropriaverat, pro ut in quodam publico inſtrumento deſuper confecto plenius dicebatur contineri, ac eidem prędeceſſori pro parte ipſius electi humiliter ſupplicatum, ut erectioni, inſtitutioni, ordinationi, & conceſſioni, & aſſignationi, & applicationi, & appropriationi, . . . pro illorum ſubſiſtentia firmiori, robur Apoſtolicę confirmationis adiicere, ac alias in premiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaretur; dictuſque prędeceſſor qui Eccleſiarum quarumlibet præſertim Cathedralium decorem, & venuſtatem, ac in illis divinum cultum vigere, & augeri ſuis potiſſime temporibus ſinceris deſiderans affectibus, hiſque propterea facta dicebantur libenter cum ab ipſo petebatur, Apoſtolico munimine mandabat roborari de premiſſis certam notitiam non habens, ac præfatum electum à quibuſvis ſuſpenſionis, excommunicationis, & interdicti aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtebat ad effectum infraſcriptorum dumtaxat conſequendum abſolvens, & abſolutum fore, cenſens; hujuſmodi ſupplicationibus inclinatus ſub dat. videlicet octavo Id. Decembris Pontificatus ſui anno decimo voluit, & conceſſit certo Judici dari in mandatis, quod ſi erat ita, erectionem, inſtitutionem, ordinationem, conceſſionem, aſſignationem, applicationem, & appropriationem prædictas approbare, & confirmare, ac omnes, & ſingulos defectus, ſi qui forſan intervenißent, in eiſdem ſupplere, nec non quod dicti Canonici, ut præfertur, in dicta Eccleſia reſidere deberent, & ad continuam reſidentiam perſonalem inibi, ut præfertur faciendam per ſubtractionem proventuum ſuorum per Epiſcopum Brugnatenſem pro tempore exiſtentem compelli poſſent, & quoties ſe abſentarent toties eorum loco alii presbyteri, quibus de eorumdem abſentia proventibus neceſſaria congrue miniſtrarentur per eundem Epiſcopum pro tempore exiſtentem deputari poſſent: auctoritate Apoſtolica ſtatuere & ordinare procuraret, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis ac dictæ Eccleſiæ inſtrumento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Ne autem de abſolutione, voluntate, & conceſſione prædictis, pro eo quod ſuper illis Epiſcopus, prædeceſſoris ejuſdem ſuperveniente obitu, litteræ confectæ non fuerint, valeat quomodolibet hæſitari dictus Philippus electus, qui ut aſſerit, dilecti filii noſtri Bundinelli tituli S. Sabinæ presbyteri Cardinalis frater conſobrinus exiſtit illarum fruſtretur effectus volentes, ac de auctoritate ſtatuentes, quod abſolutio, voluntas, & conceſſio prædeceſſoris hujuſmodi perinde ac dicto die octavo Id. Decembris ſuum ſortiatur effectum, at ſi ſuper illis ejuſdem prædeceſſoris litteræ ſubdictæ diei data confectæ fuiſſent pro ut ſuperius enarratur. Quodque præſentes litteræ ad probandam plane abſolutionem, voluntatem, conceſſionem prædeceſſoris hujuſmodi ubique ſufficiant, nec ad id probationis alterius judicium requiratur. Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi eſt ita, erectionem, inſtitutionem, ordinationem, conceſſionem, aſſignationem, applicationem, & approbationem, prædictas approbare, & confirmare, ac omnes & ſingulos defectus ſi qui forſan intervenerint in eiſdem, ſupplere. Et nihilominus quod dicti Canonici in dicta Eccleſia ut præfertur reſidere debeant, & ad erectionem, reſidentiam perſonalem inibi ut præfertur, faciendam, per ſubtractionem proventuum ſuorum per Epiſcopum Brugnatenſem pro tempore exiſtentem compelli poſſint, & quoties ſe abſentaverint toties eorum loco alii presbyteri, quibus de eorum abſentia proventibus neceſſaria congrua miniſtrentur per præfatum Epiſcopum pro tempore exiſtentem deputari poſſint, ſtatuere, & ordinare juxta voluntatem, & conceſſionem prædeceſſoris hujuſmodi auctoritate noſtra cureetis: non obſtantibus omnibus ſupradictis.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarn. Dom. 1512. XII. Kal. Aprilis Pontificatus noſtri ann. I.

Idem Antiſtes Saulius cum videret totam ſuam diœceſim in montibus ſitam, longeque diſſitam, accedente conſenſu ejuſdem Pontificis Leonis, cum Joanne Maria Sfortia Januenſi Archiepiſcopo demutavit, ac Seſtrum in ora Liguriæ Occidentalis nobile Oppidum pro Caſtelione recepit, ubi deinceps ab aeris ſalubritate ſucceſſores ejus ſuam ſolent reſidentiam facere. Exemplar autem permutationis documenti è tabulario Eccleſiæ Brugnatenſis deſumptum, tale eſt.

In nomine Domini. Amen.

Cum ſit prout per infraſcriptas partes aſſeritur quod Reverendus in Chriſto Pater D. Philippus Saulii, Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Brugnatenſis Epiſcopus ſignificaverit & expoſuerit Rever. in Chriſto Domino Patri D. Joann. Mariæ Sfortiæ Vicecomiti Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Archiepiſcopo Januenſi varia incommoda, & magnas difficultates, quas ipſe hactenus & in præſentium pro tempore exiſtentes Brugnatenſis Eccleſiæ Epiſcopi Suffraganei præfati Reverendiſſimi D. Archiepiſcopi Januenſis ſubſtinuerunt in illius adminiſtratione, & cura, & maxime, quod tota diœceſis Brugnatenſis inter montes ſita, multis caret commodis quibus civitates, & loca, quæ in planis, ſeu juxta mare, ut plurimum ſolent abundare, ex quo ſequitur, quod & minor fieri poſſit cultus in vinea Domini, & minores ideo in eadem vinea proveniunt fructus. Idcirco ſtudens præfatus Rev. D. Philippus Epiſcopus in his, quæ ad decorem, augumentum, & beneficium dictæ Eccleſiæ Brugnatenſis pertinet à præfato Reverendiſſimo D. Jo. Maria Archiepiſcopo magna cum inſtantia poſtulavit, ut ipſe ad quem etiam cura præfatæ Eccleſiæ Brugnatenſis metropolitico jure pertinet, velit rei dictæ Eccleſiæ Brugnatenſis conſulere, fieri etiam facile poſſe, ſi præfatus D. S. M. Archiepiſcopus qui magnam, & amplam diœceſim, & ad litus maris late diffuſam habet locum aliquem Januenſis diœceſis ad litus maris cum aliqua parte diœceſis ſuę Brugnatenſis accedente Sedis Apoſtolicę auctoritate commutare, & ſpecialiter requiſivit à prefato D. Io. Maria Archiepiſcopo, ut locum Sigeſtri Riparię Orientalis Ju-

nuæ cum aliquibus Eccleſiis in territorio dicti loci dictæ Januen. diœceſis exiſtentibus conſentire velit debere Brugnaten. diœceſi: & verſa vice, ſe locum Caſtilioni, cum valle ſua, locum Caſtelli, locum Laci, & locum Porcerafchi cum aliquibus Eccleſiis in dictis locis, & diœceſi ſuæ Brugnaten. exiſtentibus præfato D. Io. Mariæ Archiepiſc. & ſeu dictæ Eccleſiæ Januen. daturum aſſeruit. Qui quidem D. Io. Maria Archiepiſcopus ita ut cupit in quibuſcumque præcipue cœnobiis, quorum cura ad ſe pertinet, & bene eſſe, & bene facere: pari modo etiam ſtudet, ne autem in aliquo rem dictæ Eccleſiæ Ian. facere poſſit deteriorem, aut aliquid contra conſtitutiones, & ordinationes Apoſtolicas non committere volens, & caute ees dictæ Eccleſiæ adminiſtrare & bene etiam Eccleſiæ Brugnatenſi conſulere, attendens præcipue, & caute ees dictæ Eccleſiæ adminiſtraro, & bene etiam Eccleſiæ Brugnatenſi quod cum dicta Eccleſia Brugnaten. Eccleſiæ ſubſit Januenſi, non poſſit aliquid à dicta Eccleſia Ianuenſi alienatum videri. Si quod dictæ Eccleſiæ Brugnatenſi dabitur, nihilominus id Metropolitico jure ſuberit adhuc Eccleſiæ prædictæ Ianuen. & Propterea idem D. Io. Maria Archiepiſcopus conſtituerit, ordinaverit, & deputaverit venerabilem D. presbyterum Lazarum Brognolum de Parma ejus certum, legitimum, & indubitatum procuratorem, actorem, factorem, & negotiorum ſuorum infraſcriptorum geſtorem, & nuncium ſpecialem ad hanc cauſam, videlicet ad exponendum ſanctiſſimo domino noſtro Papæ cum præfato Rev. D. Philippo Brugnatenſi Epiſcopo negotium hujuſmodi, de quo ſupra, & ſupplicandum ſanctitati ſuæ, ut aliquibus probis viris in civitate Januen. commorantibus, committere velit, & dignetur, ut cognita per eos diligenter cauſa hujuſmodi, ſi repererint commutationem prædictam non fore in detrimentum Januenſis Eccleſiæ, conſideratis omnibus approbent commutationem prædictam poſſe fieri, faciendam declarent, factam auctoritate Apoſtolica confirment; ſimiliter ad conſentiendum dictarum literarum Apoſtolicarum expeditioni, & ad. . . . . expedit. Iudicibus delegatis præſentandum, & procurandum ſit quæ ad expeditionem dicti negotii pertinere videbuntur, prout de hujuſmodi mandato, & procura facta per dictum D. Io. Mariam Archiepiſcopum in perſonam dicti præsbyteri Lazari Brognoli conſtat publico inſtrumento acto Mantuæ, ſcripto manu Franciſci de Ceimnatis Notarii publici Mantuani anno à Nativit. Domini 1518. Indictione 6. die 4. menſis Septembris, ac ſigillo præfati Domini Rev. Io. Mariæ Archiepiſcopi ceræ rubeæ impreſſione munito à me Notario infraſcripto, viſo, & lecto . . . . Cumque etiam verum ſit, quod ad inſtantiam præfatorum Dominorum Io. Mariæ Archiepiſcopi, & Philippi Epiſcopi impetratæ fuerint à ſanctiſſimo in Chriſto patre, & Domino noſtro Leone divina providentia Papa X. litteræ Apoſtolicæ directæ venerabilibus DD. Præpoſito ſanctorum Coſmæ, & Damiani, & Hieronymo de Vernatia Canonico Januenſ. Eccleſiarum, in quibus expoſito per præfatos DD. Io. Mariam Archiepiſcopum, & Philippum Epiſcopum, quod ipſi provide attendentes diœceſim Brugnaten. inter montes poſitam omnibus fere commoditatibus quibus diœceſes in plano, & ſecus littus maris fre cutendentes abundant, carere, & propterea volentes commoditatibus domini noſtri Philippi, & pro tempore exiſten. Epiſcoporum Brugnaten. ac Eccleſiæ Brugnaten. quæ Eccleſiæ Januenſ. ſuffraganea exiſtit, opportune conſulere, partem aliquam diœceſis Januen. quæ lata, & ampla, ac in maris littore late diffuſa exiſtit cum parte dictæ diœceſis Brugnaten. permutare proponunt, ſi ad hoc eis ſedis Apoſtolicæ præfatæ licentia, & auctoritas ſuffragentur, ac pro parte dictorum Dominorum Io. Mariæ Archiepiſcopi, & Philippi Epiſcopi præfato dicto Leoni Papæ X. fuit ſimiliter ſupplicatum, ut partes aliquas dictarum diœceſum, unde præfati Domini Philippi Epiſcopi, & Eccleſiæ Brugnaten. commoditatibus conſuli poſſit, invicem permutandi licentiam concedi mandare, aliaque in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaretur, præfatus D. Leo Papa X. hujuſmodi ſupplicationibus inclinatus præfatis DD. Præpoſito Ss. Coſmæ & Damiani, & Hieronymo de Vernatia Canonico Januen. Eccleſiarum commiſit, & mandavit, quatenus ſi ſpecificatis prius coram ipſis dictarum diœceſum portionibus, quas præfatus D. Jo. Maria Archiepiſcopus, & Philippus Epiſcopus permutare intenduat, ex permutatione hujuſmodi Brugnatenſis commoditatibus ſine Januen. Eccleſiarum prædictarum notabili detrimento conſuli repererint, eiſdem DD. Jo. Mariæ Archiepiſcopo, & Philippo Epiſcopo permutationem prædictam faciendi auctoritate Apoſtolica licentiam largiantur. Sic præfatus Leo Papa Decimus decrevit, ſi permutationem ipſam de licentia per præfatos DD. Præpoſitum SS. Coſmæ, & Damiani, & Hieronymum de Vernatia Canonicum Januen. Eccleſiarum concedendam fieri contingat, quod ea pars, quæ unicuique dictarum Eccleſiarum ex dicta permutatione accedet, illius cui acceſſerit propria ſit, & in perpetuum remaneat, non obſtantibus Apoſtolicis, ac in Provincialibus, ac Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus & ordinationibus, nec non dictarum Eccleſiarum juramento confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia, roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus cæteriſque contrariis quibuſcunque, & prout latius in dictis litteris Apoſtolicis continetur. Datum Romæ apud S. Petrum ann. Incarnat. Dominicæ 1518. v. Kal. Februarii Pontificatus ſui anno 6. ejus vera Bulla plumbea cum cordula canapis more Romanæ curiæ impendenti bullat. ſanis, & integris non vitiatis, non cancellatis, nec in aliqua earum parte ſubductis ſed omni prorſus vitio, & ſuſpicione carentibus. Quę quidem litteræ Apoſtolicæ per prædictum presbyterum Lazarum dicto procuratorio nomine, & Dominum Philippum Epiſcopum Brugnaten. præfatis venerabilibus viris DD. Petro de Rocha Prępoſito ſanctorum Coſmę & Damiani Ianuę, & Hieronymo de Vernatia Canonico Ianuenſ. Eccleſiarum, & ab ipſis requiſitum fuit, per eos procedi debere ad executionem dictarum litterarum apoſtolicarum, juxta earumdem continentiam, & tenorem, & ad conceſſionem licentię pręfatis dominis Io. Marię Archiepiſcopo, ſive dicto D. presbytero Lazaro ejus procuratori, & Philippo Epiſcopo faciendi permutationem prædictam de qua in dictis litteris Apoſtolicis, fit mentio, & ad inſtruendum animum præfatorum Dominorum Petri Præpoſiti, & Hieronymi Canonici, deſuper portionibus quas dicti DD. Io. Maria Archiepiſcopus, & Philippus Epiſcopus permutarę intendunt dictus presbyter Lazarus dicto procuratorio nomine volentes ſpecificare loca, territoria, villas, & Eccleſias quas permutare intendunt, dixit & declaravit ſe velle permutare, & permutationem facere de dictis territoriis, villis, & Eccleſiis infraſcriptis dictæ Jan. diœceſis. Videlicet de loco Sigeſtri Ripariæ Orientalis Januæ, & territoria ipſius & de villis, de Solana ſancti Quilici, ſancti Bartholomæi de Geneſtra, ſanctæ Margaritæ de Foſſa Lavania de Naſoto, S. Laurentii de Veruſſo, S. Bartholomæi de Statario, S. Laurentii de Arzeno, s. Petri de Libiola, s. Joannis de Candiaſco, & ſancti Michaelis de Candiaſco, nec non de plebe s. Stephani Pontis Sigeſtri, cum Eccleſia s. Quilici, & Eccleſia s. Margoritæ dictæ plebi annexis, de Eccleſia s. Nicolai inſulæ Sigeſtri, & Eccleſia, ſive Capella ſanctæ Mariæ de Nazaret dictæ Eccleſiæ s. Nicolai unita, ac de Capellaniis duabus ſitis in dicta Eccleſia s. Mariæ de Nazaret, de Monaſterio s. Mariæ Annunciatæ Ordinis Prædicatorum, de Eccleſia de Solana, de Eccleſia s. Bartholomæi de Geneſtra cum annexis, de Eccleſia s. Mariæ de Maſcio, de Eccleſia s. Laurentii de Veruſſo, de Eccleſia s. Bartholomæi de Stataria de Eccleſia s. Laurentii de Arzeno, de Eccleſia s. Petri de Libiola, de Eccleſia s. Joannis de Candiaſco, & de Eccleſia s. Michaelis de Candiaſco; quæ omnia loca, territoria, villæ Eccleſiæ ſita ſunt in poteſtaria Sigeſtri dictæ Januen. diœceſis

Di-

Dictus vero D. Philippus Epiſcopus dixit, & declaravit ſe velle permutare locum Caſtilioni cum tota ſua valle, locum caſtelli, locum laci, & locum Porceraſchi cum ſuis territoreis, ac juribus, & juriſdictionibus cum infraſcriptis Eccleſiis, quæ ſunt hæ. Plebs ſancti Antonini de Caſtiliono cum capellis annenis, Eccleſia S. Petri de Fraſcate cum Eccleſiis annenis; Eccleſia S. Martini de Verua, Eccleſia S. Mariæ de Miſſano, Eccleſia S. Georgii de Caſtello cum Eccleſia S. Bartholomei Thiana & aliis Eccleſiis annenis. Eccleſia S. Andreæ de Lacu, & Eccleſia S. Michaelis de Porciraſcho. Quæ loca, territoria, villæ & Eccleſiæ ſunt ſita in diœceſi Brugnatenſi, & ſucceſſive pro majori verificatione & declaratione præmiſſorum, & ad magis informandum animum dictorum dominorum Petri præpoſiti, & Hieronymi Can. Judicum, & Executorum Apoſtolicorum de, & ſuper præmiſſis, ac contentis in dictis litteris Apoſtolicis comparuerunt coram ipſis venerabilibus dominis presbyter Angelinus Graſigna de Sigeſtro Manſionarius Eccleſiæ Beatæ Mariæ de vineis Januæ, & presbyter Petrus de Stanchis de Caſtiliono, Rector Eccleſiæ S. Marcellini Ianuæ, præsbyter Nicolaus de Ianello de Caſtiliono Rector Eccleſiæ Cathedralis S. Georgii de Caſtello, presbyter Mattheus de Carrociis de Caſtiliono Rector Eccleſiæ parochialis ſancti Martini de Verva dictæ Brugnatenſis diœceſis, & presbyter Baptiſta Riſotus Cancellarius Eccleſiæ S. Georgii Iannen. Teſtes ſummarie producti coram præfatis dominis Petro præpoſito, & Hieronymo Canonico judicibus, & executoribus Apoſtolicis per dictum D. presbyterum Lazarum Brugnolum dicto procuratorio nomine, ac pro parte præfati Rev. Philippi Epiſcopi Brugnatenſis ſuper informatione habenda ab ipſis de permutatione prædicta fienda per dictum presbyterum Lazarum dicto procuratorio nomine de dicto loco Sigeſtri, & villis, & Eccleſiis prædictis cum dicto domino Philippo Epiſcopo Brugnatenſi de dicto loco Caſtilioni, & tota valle ipſius, & aliis locis, & territoriis, & Eccleſiis ſuperius nominatis. Qui juramento ipſorum, & in onere conſcientiarum ſuarum per ipſos dominos executores Apoſtolicos diligenter examinati ſuper hujuſmodi permutatione dixerunt, & deteſtati ſunt omnes concorditer, & unanimiter, nemine diſcrepante, quod ex hujuſmodi permutatione nullum detrimentum infertur dictæ Eccleſiæ Iannen. imo in ſpiritualibus, videlicet quoad Eccleſias dicta permutatio ſi fiat, cedet in evidentem utilitatem dictę Eccleſiæ Ianuenſis; attento quod eccleſiæ, quæ ſunt ſitæ in locis prædictis dictæ Brugnatenſis Eccleſię habeant pinguiores, & uberiores fructus, & redditus, & proventus, quam habeant eccleſię ſuperius nominatę ſitæ in poteſtaria Sigeſtri dictæ Iannenſ. diœceſis, & quod ex dicta permutatione ſi fiat conſulitur commoditatibus dictæ Eccleſiæ Brugnaten. ex aſſignatione dicti loci Sigeſtri, qui locus ſitus eſt in littore maris, & in loco plano, & amœno. Et propterea præmiſſis, & attentis, & debite conſideratis, præfati domini Petrus Præpoſitus, & Hieronymus Cancellarius Iudices, & executores Apoſtolici præfati per dictos dominos presbyterum Lazarum dicto procuratorio nomine, & dictum Philippum Epiſcopum Brugnaten. cum inſtantia debita requiſitis, & attentis aliis informationibus per ipſos & ſuper præmiſſis habitis, attendentes requiſitionem hujuſmodi fore juſtam, & conſonam rationi ac iiſdem conſtito ex prædictis, & ex permutatione hujuſmodi commoditatibus dictæ Eccleſiæ Brugnatenſis conſuli ſine notabili detrimento dictæ Eccleſiæ Ianuenſis hujuſmodique permutationem, ſi fiat, in evidentem dictę Eccleſiæ Iannen. cedere utilitatem. Auctoritate Apoſtolica eiſdem ut ſupra commiſſa, & qua funguntur in hac parte præfatis domino presbytero Lazaro dicto procuratorio nomine, & dicto Philippo Epiſcopo Brugnatenſi permutationem hujuſmodi faciendi ad invicem de dicto loco & territorio, & villis dicti loci Sigeſtri, & territoriis, & juriſdictionibus ipſorum & eccleſiis prædictis, videlicet de eccleſia S. Stephani Pontis Sigeſtri, & aliis eccleſiis ſuperius nominatis dictæ Brugnatenſis licentiam concedendam, & largiendam eſſe, ac concedi, ac elargiri debere, & illam conceſſerunt, & largiti ſunt, non obſtantibus Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus editis, generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, nec dictarum Iannen. & Brugnaten. Eccleſiarum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcunque: & in omnibus, & per omnia, prout in dictis litteris Apoſtolicis continetur: nec non decreverunt prout præfatus Leo Papa Decimus per dictas ſuas literas Apoſtolicas decrevit, quod ea pars, quæ unicuique dictarum Januen. & Brugnaten. diœceſium ex dicta permutatione accedet, illius, cui acceſſerit, ſit, & in perpetuum remaneat, præmiſſiſque omnibus, & ſingulis, tamquam rite, & legitime geſtis, ipſorum, imo verius ſedis Apoſtolicæ auctoritatem interpoſuerunt, pariter, & decretum; ac voluerunt, & decreverunt quod per conceſſionem licentiæ faciendæ, permutatione hujuſmodi in aliqua non præjudicetur juriſdictioni temporalis dominii Communis Iannen. quod dictum Commune habet in hominibus dicti loci Sigeſtri, & dictorum locorum, & villarum ſuperius nominatarum, ac loco, & territorio ipſarum dictæ Poteſtatiæ Sigeſtri. Immo dictum Commune habeat, & ſibi competat illud jus, & juriſdictionem in dictis hominibus, locis, & territoriis, quam habebat ante conceſſionem licentiæ hujuſmodi non præjudicetur in aliquo jure dictarum Eccleſiæ Januen. & Eccleſiæ Brugnaten. quoad cenſus debitorum ratione dictarum eccleſiarum ſuperius nominatarum, & ſpecificatarum dictarum eccleſię Ianuen. & eccleſiæ Brugnaten. reſpective, quos cenſus dictus D. Archiepiſcopus Iannen. & Epiſcopus Brugnaten. poſſint petere, & exigere à miniſtris dictarum eccleſiarum ſuperius ſpecificatarum, prout poterant ante conceſſionem dictæ licentiæ, prout de prædictis omnibus latius conſtat ex actis, & inſtrumentis publicis ſcriptis manu mei Notarii infraſcripti, ad quę habeatur relatio, & volentes dicti domini presbyteri Lazarus Brognolus dicto procuratorio nomine, & D. Philippus Sauli Epiſcopus Brugnaten. pervenire ad hujuſmodi permutationem faciendam, & ea, quæ mature, & perſpicaciter deliberaverunt, in actum, & in effectum perducere, maxime in iis quæ dictæ Eccleſiæ Iannenſ. utilitatem concernunt, & commoditatibus dictæ Eccleſiæ Brugnaten. conſulitur, pro concernere, & conſuli declaratum extitit. Hinc eſt quod dictus dominus præsbyter Lazarus dicto procuratoria nomine ex una parte, & dictus D. Philippus Epiſcopus Brugnatenſis ex parte altera conſtituti in jure, & in præſentia præfatorum venerabilium dominorum Petri de Rocha Præpoſiti ſanctorum Coſmæ & Damiani, & Hieronymi de Vernatia Cancellarii Iannen. Eccleſiarum Iudicum & executorum Apoſtolicorum pro tribunali ſedentium in loco infraſcripto ſponte, & ex certa ſcientia, nulloque juris, vel facti errore ducti, quibus melius potuerunt, & poſſunt pervenerunt, & perveniſſe ſibi ipſis ſuo ex dictis nominibus ad invicem, & viciſſim præſentibus, ſtipulantibus, & recipientibus pro ipſis, & pro quibuſcumque ſucceſſoribus ſuis in dicto Archiepiſcopatu Iannen. & Epiſcopatu Brugnatenſi confeſſi fuerunt, & confitentur ad infraſcriptam permutationem, aſſignationem, & alia de quibus infra dicetur, ſolemnibus ſtipulationibus; & inde intervenientibus vallatis, & firmatis, ac vallata, ac firmata, Reſpondentes dicti D. præsbyteri Lazarus dicto nomine & Philippus Epiſcopus partes prædictæ exceptioni hujuſmodi permutationis, & aſſignationis, ut ſupra, non factæ, reique ſic, & ſupra, & infra non actæ, non geſtæ, ſeu non ſic, vel aliter ſe habentis, doli, mali, metus in factum, actioni, conditioni ſine cauſa, ut lex injuſta cauſa, & omni alii juri, videlicet quia ex cauſa dictæ permutationis, & aſſignationis dictus dominus presbyter Lazarus dicto procuratorio nomine permutavit, & aſſignavit, ac titulo, & ex cauſa permutat. & aſſignationis, de-

A *dit, & tradidit, & conceſſit præfato D. Philippo Epiſcopo Brugnatenſi præſenti, acceptanti, ſtipulanti, & recipienti pro ſe, quibuſcumque ſucceſſoribus ſuis in dicto Epiſcopatu loca, territoria, villas, & eccleſias infraſcriptas: videlicet locum S. Quilici, villam S. Bartholomæi de Geneſtra, locum Sigeſtri Ripariæ Orientalis Januæ, villam de Solana, villam S. Margaritæ de Poſſa Laneria, villam S. Mariæ de Naſſio, villam S. Laurentii de Arzeno, villam S. Petri de Libiola, villam S. Joannis de Candiaſco, & villam S. Michaelis de Arzeno de Candiaſco cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, nec non plebem S. Stephani pontis Sigeſtri cum eccleſia S. Quilici, & eccleſias. Margaritæ dictę plebi annexis, Eccleſia s. Nicolai Inſulæ Sigeſtri, & eccleſiam, ſive Capellam ſanctæ Mariæ de Nazaret dictæ eccleſiæ S. Nicolai unitam cum Capellaniis duabus ſitis in dicta eccleſia S. Marię de Nazaret, Monaſterium S. Marię Annunciatæ Ordinis Prædicatorum, eccleſiam de Solana, eccleſ. S. Bartholomæi de Geneſtra cum annexis eccl.*

B *S. Mariæ de Naſcio, eccleſiam S. Laurentii de Veriſſo, eccleſiam S. Bartholomæi de Statario, eccleſiam S. Laurentii de Arzeno, eccleſiam S. Petri de Libiola, eccleſiam S. Joanis de Candiaſco, & eccleſiam ſancti Michaelis de Candiaſco: quæ omnia loca, territoria, villę, & eccleſię ſunt ſitę in poteſtaria Sigeſtri dictæ Januenſis diœceſis, quæ de cætero ſint propriæ, & in perpetuum remaneant dicto epiſcopatui Brugnatenſi. Et verſa vice dict. Dom. Philippus Epiſcopus Brugnatenſis acceptans prędicta, permutavit, & aſſignavit dicto domino præsbytero Lazaro dicto procuratorio nomine, præſenti, acceptanti, ſtipulanti, & recipienti nomine, & vice præfat. Reverendiſſimi Archiepiſcopi Januæ, & quorumcumque ſucceſſorum ſuorum in dicto Archiepiſcopatu, loca, territoria, villas, & eccleſias infraſcriptas. Videlicet locum Caſtilioni cum tota valle ipſius loci, locum Caſtelli, locum Laci, & locum Porceraſchi cum ſuis villis, territoriis, juribus, & juriſdictionibus nec non eccleſias infraſcriptas. Videlicet plebem S. Antonii de Caſtilio-*

C *no cum capellis annexis, eccleſiam S. Petri de Fraſcate cum eccleſiis annexis, eccleſiam S. Martini de Verua, eccleſiam S. Mariæ de Miſſano, eccleſiam S. Georgii de Caſtello cum eccleſia S. Bartholomæi de Chiagma, & aliis eccleſiis annexis, eccleſiam S. Andreæ de lacu, eccleſiam S. Michaelis de Porceraſcho. Quæ loca, territoria, & eccleſiæ propria, & propriæ ſint, & in perpetuum remaneant dicto Archiepiſcopatui Januenſi: declarato tamen, quod per hujuſmodi permutationem, aſſignationem non præjudicetur in aliquo juriſdictioni temporalis dominii Communis Januæ, quod dictum Commune habeat in hominibus dicti loci Sigeſtri, & aliis locis, & villis ſuperius nominatis, & territoriis ipſorum, quinimmo dictum Commune Januæ habeat, & ſibi competat illud jus, & juriſdictionem in dictis hominibus, locis, & territoriis quam habebat ante hujuſmodi permutationem, & aſſignationem, non præjudicetur in aliquo juribus dictarum Eccleſiarum Januenſis, & Brugnatenſis quoad cenſus debitos dictæ Eccleſiæ Januenſi, & Eccleſiæ Bru-*

D *gnatenſi reſpective ratione dictarum eccleſiarum ſuperius ſpecificatarum, quos cenſus dicti D. Archiepiſcopus Januenſis, & Epiſcopus Brugnatenſis petere, & exigere poſſint à miniſtris dictarum eccleſiarum ſuperius ſpecificatarum prout poterant ante hujuſmodi permutationem, & aſſignationem. Quæ omnia, & ſingula ſupraſcripta dicti domini præsbyter Lazarius dicto procuratorio nomine & D. Philippus Epiſcopus partes prædictæ ſibi ipſis ad invicem, & viciſſim præſentibus, & ut ſupra ſtipulantibus promiſerunt, & convenerunt, rata, grata, & firma perpetuo habere, tenere, attendere, complere, & effectualiter obſervare, & contra in aliquo non dicere, facere, vel venire ullo unquam tempore, aliqua ratione, vel cauſa, quę modo aliquo, vel ingenio dici, vel excogitari poſſit de jure, vel de facto, ſub hipotheca, & obligatione omnium bonorum menſæ Archiepiſcopalis Januenſis, & menſe Epiſcopalis Brugnatenſis, mobilium, & immobilium, pręſentium, & futurorum quorumcumque qui-*

A *bus omnibus, & ſingulis tanquam rite, & legitime geſtis præfati venerabiles domini Petrus Præpoſitus, & Hieronymus Canonicus judices executores Apoſtolici in quorum præſentia hujuſmodi inſtrumentum permutationis, & aſſignationis factum fuit, cauſa ipſius plene cognita eorum, imo verius ſedis Apoſtolicæ, auctoritatem interpoſuerunt, & interponunt pariter, & decretum laudantes, ſtatuentes, & ordinantes eadem auctoritate Apoſt. eiſdem ne ſupra commiſſa, & qua funguntur in hac parte hujuſmodi permutationem, & aſſignationem, ac omnia, & ſingula in præſenti inſtrumento contenta, validam, firmam, ſtabilem, ac valida, firma, & ſtabilia fore, & eſſe, ac obtinere debere perpetuam vim, & roboris firmitatem, eamque & ea ullo unquam tempore caſſari, revocari, & annullari non poſſe, nec debere aliqua ratione, occaſione, vel cauſa de jure vel de facto. De quibus omnibus, & ſingulis præfati domini Petrus præpoſitus, & Hieronymus canonicus judices, & executores Apoſtolici mandaverunt, dictique D. presby-*

B *ter Lazarus dicto procuratorio nomine, & D. Philippus Epiſcopus Brugnatenſis rogaverunt per me Notarium infraſcriptum confici debere preſens publicum inſtrumentum in fidem, & teſtimonium præmiſſorum.*

Acta ſunt hæc Januæ in Sacriſtia magna Eccleſiæ Januenſis ſub anno à Nativitate Domini milleſimo quingenteſimo decimonono, indictione 6. ſecundum Januæ curſum, die Martis X. Maji, in tertiis Pontificatus ſanctiſſimi in Christo Patris & domini noſtri Leonis divina providentia Papæ decimi anno vii. præſentibus ibidem venerabilibus, & egregiis viris D. presbytero Cypriano Bacigalupo pro Sacriſta dictæ Eccleſiæ Januenſis, Benedicto Campanario q. Chriſtophori, & Nicolao Juſtiniano q. Pauli civibus Januenſibus teſtibus ad præmiſſa vocatis, & rogatis.


Fuit Saulius vir doctiſſimus, linguæ Grecæ apprime eruditus, Euthimium Græcum auctorem ſuper Pſalmos latine loqui docuit. In patria abdicato Epiſcopatu diſceſſit anno 1531. ſepultuſque eſt in nobiliſſimo S. Mariæ Carignani templo à nobi-

C liſſima familia ſua Saulia excitato, ubi ad tumulum ejus epitaphium conſpicitur. Ex teſtamento reliquit Bibliothecam ſuam ubi 300. volumina Græca M. S. habebantur in Hoſpitali incurabilium Januæ ad ſtudioſorum commodum. Hujus honorificè meminit Leander Albertus, Folietta, & alii, de quo Octavianus Saulius l. 2. ſuorum carminũ ita cecinit.

Brugnatenſis, & urbis erit non dignus omitti
Præſul Saulorum noſtra de ſtirpe Philippus,
Qui dedit, & retulit Græco ſermone Latinos
(Euthimii ſtudium) Pſalmos David, & Hymnos.

Lector adverte in ſubſcriptionibus Lateranenſis Concilii, ubi interfuit noſter Philippus, manifeſtiſſimum ex oſcitantia impreſſoris irrepſiſſe mendum: Legitur enim Joannes Baptiſta, ubi Philippus Saulus legendus erat, conſtat enim Philippum Saulium proxime ſucceſſiſſe Melchiori Grimaldo, ut paulo ſupra narravimus.

26 HIERONYMUS Card. Grimaldus a admi- XXVI
niſtrator hujus eccleſiæ aſcitus eſt an. 1528. die 25. a De eo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 494.
D Septemb. eamque tenuit uſque ad annum 1535. Deinde eo munere libens, volenſque ſe abdicavit, de quo alibi.



27 AUGUSTINUS Card. Trivultius b admi- XX VII.
b De eo

niſtra-

Ciaconius Oldoinus t. 3. col. 410.

uiſtrator ſucceſſit Grimaldo 1535. die 7. menſis Junii, eoque munere adminiſtratoris ſe deinceps exſolvit, anno 1548. Id habent acta conciſtoralia, Miror, unde aliqui inter Card. Grimaldum, & Antonium Luxurri Card Trivultii ſucceſſorem ponunt quendam ex Maleſpina familia Epiſcopum Brugnatenſem, quem tamen ex nomine non agnoſcunt.

XXVIII. 28 Fr. ANTONIUS, Jacobi filius, ex Comitibus Lucurri, Ordinis Prædicatorum alumnus, ad hanc ſedem aſſumptus eſt an. 1548. die 14. *a* Feb. per ceſſionem Cardinalis Trivultii. Interſuit Tridentino Concilio, fuitque Januenſis Archiepiſcopalis Vicarius. Præfuit annis 17. factuſque ſenex miſſionem impetravit, rediit ſibi vacaturus ad clauſtrum ubi fatalem horam explevit. Sepultuſque eſt in Eccleſia S. Mariæ Annunciatæ Sigeſtii apud ſuos Dominicanos anno 1579. cum hac inſcriptione ab ipſo vivente compoſita, ut monumentn defuncti apponeretur.

a 14. Martii ex Actis.

R. P. D. Antonio ex Comitibus Lucurri Segeſtio oriundus Ordin. Prædic. Qui ann. MDXLVIII. ad Epiſcopatum Brugnaten. aſſumptus, in arduis utriuſque fortunæ caſibus probatus, ſemper idem manens Epiſcopale munus non ſatellitio uſu, aut pecuniariis mulctis, ſed pervigili præſentia, & vivo verbo miniſtrando nullam unquam vitium incorreptum dimiſit, nec paſtorali officio defuit, demum quandam pro ſuis gentilibus haud divitibus eleemoſynam annui cenſus libr. Genuen. CCXL. inſtituit, & hoc ſepul. vivens ſibi parare curavit.

Anno MDLXX.

XXIX 29 JULIUS Saulus Januenſis, Sebaſtiani filius, Bandinelli Card. Sauli nepos, cum eſſet Cameræ Apoſtolicæ clericus, Antonii coadjutor cum futura ſucceſſione declaratus eſt ann. 1565. die 29. menſis Octobris. Romæ defunctus eſt Theſaurarius Apoſtolicus, relinquens de ſe poſteris maximum deſiderium ob ejus egregias animi dotes, quibus, cum nobilitate generis conſpicuus, viſus eſt aulam illuſtraſſe.

XXX 30 Fr. ANTONIUS Palietinus Monilianus Ord. Minorum Conven. vir doctiſſimus, diuque Ordinis ſui Generalis Procurator, Brugnatenſis Epiſcopus à Pio V. electus anno 1570. die 16. Julii ab eodem in publico Patrum Conciſtorio laudatus, *nec præconizatione, nec proceſſu opus non eſſe* (hæc ſunt verba Cardinalis S. Severinæ in ſuis Diariis) *Jam notus in urbe ita aliis audientibus viri nomen omnes Cardin. currerunt per idem, vel per placet.* Sedit laudabiliter ann. novem, mortuus eſt anno 1579.

XXXI. 31 NICOLAUS Maſcardus *b* nobilis Sarzanenſis ad eandem ſedem electus eſt anno 1579. die 30. *c* Auguſti, qui deinde translatus eſt ad Marianenſem Eccleſiam in Corſica anno 1582.

b De hoc Oldoinus in Athen. Liguſt. *Mondeſ.*
c Die 30. Januar. ex Actis.



XXXII. 32 CAMILLUS Dadeus *d* Pedemontanus è civitate Montis Regalenſis eadem dignitate nobilitatus eſt anun 1584. die 13. Auguſti. Sedit anun 8. factus eſt primus Epiſc. Foſſani anno 1592. de quo ibi.

d De quo Roſſotus

In Syllabo ſcript. Pedemon. *Mondeſ.*

33 STEPHANUS Baldanus *e* Januenſis Metropolitanæ Eccleſiæ Archidiac. Camillo ſucceſſit in eccleſia Brugnatenſi anno 1592. *f* Obiit 1609. XXXIII.

e Baldanus *f* Die 22. Maii.

34 FRANCISCUS Mutinus, ex Oppido Ericis in ora Orientali, ejuſdem ſedis Antiſtes declaratus à Paulo V. anun 1609, die 21. *g* Maji. Poſſeſſionem adipiſcitur 15. Feb. 1610. deceſſit ann. 1623. XXXIV.

g Die 18 Maii.

35 Fr. JO: VINCENTIUS Spinula Januenſis, ex dominis Campi, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Pauli V. ac Greg. XV. Sacriſta Epiſcop. Tegaſtenſi ad hanc ſedem translatus eſt anno 1623. die 6. Martii. Obiit anno 1539. XXXV.



36 FRANCISCUS Duratius, *b* Joannis Baptiſtæ Reipublicæ Januenſis Ducis filius, Cardinalis Duratii nepos, cui onus hujus Eccleſiæ regendum impoſuit Urbanus VIII. Pontifex Max. ann. 1940. die 16. Januarii, quam generis claritudine, virtute, & morum ſuavitate adminiſtravit. XXXVI.

b De eo Oldoinus in Athen. Liguſt. *Mondeſ.*

37 * Fr. THOMAS Caſtaldus Albingaunenſis, Ord. Prædicatorum, defuncto Durazzo ſucceſſit, ad hanc dignitatem evocatus ab Innocentio X. an. 1652. 26. Auguſti. * Scripſit de Angelis quatuor volumina, edidítque auſpiciis Innocentii X. Moritur Seſtri an. 1655. apud ſuos fratres tumulatus. (,, *Vide Oldoini Athenæum Liguſticum.*) XXXVII.

* Ex App. tom. 4. * Ex App. tom. 9.

ADDITIO.

[,, JO. BAPTISTA *Paggius, Januenſis, Jo.* ,, *Baptiſtæ nobiliſſimi pictoris filius, cum congregationis Regularium s. Pauli, cui nomen dederat, nonnulla exercuiſſet onera, creatus eſt Brugnatenſis Epiſcopus die 14. Junii 1655. Deceſſit 1663. de quo conſule laudatum Athenæum Liguſticum Oldoini pag. 328.* XXXVIII.

,, JO. BAPTISTA *Dadecius, Januenſis, Clericus Regularis Theatinus, & ſacræ Theologiæ Lector, Vicarius jam in Collegio Januenſi ordinis ſui, cum Galliæ, Lombardiæ, & Romæ Viſitator, demum s. Officii qualificator, ab Alexandro VII. hac infula nobilitatus eſt 2. Julii 1663. Diutiſſime hanc Eccleſiam rexit, obiitque an. 1696. laudatus ab Oldoino in Athenæo Liguſtico pag. 317.* XXXIX.

,, FRANCISCUS *Maria Saccus ex Adiacenſi Epiſcopo Brugnatenſis dictus eſt eodem anno 1696.*] XL.

MARIANENSES

EPISCOPI.

MARIANA Civitas: vix ullum benevolum ſcriptorem inveni, qui illius, vel antiquam amplitudinem, vel opes jaceret in commentariis; adeo eum excidio, quo hæc uſque ad noſtra tempora miſerabiliter ſquallet, ejuſdem memoria mortalibus excidit, ſi unum Plinium cum paucis aliis excipias, qui breviter à Mario narrat deductam fuiſſe Romanorum Coloniam, unde poſtea Marianæ nomen priſci illi fecerunt. Salvator Vitalis in ſacra hujus Inſulæ Chron. ex veteri membrana de hac civitate ita exſcripſit.

Mariana, à Mario dicta, Colonia Romanor. Orientem reſpiciebat, diſtans à littore maris ad tria milliaria. Per mediam civitatem flumen navigabile effluebat, Eolo nuncupatum. Illa civitatis pars, quæ ad Boream, Marana, altera vero, quæ ad Meridiem, Caſinca dicitur. Duos pontes habebat; unius baſes adhuc extant, alterius autem fundamenta à vi fluminis diruta ſunt. Ad partem meridianam fluminis alveus emergit ad mille paſſus, in cujus extremo, doganam urbis ejuſdem fuiſſe teſtantur incolæ proximi. Circuitus civitatis ad quartum milliare, ut ex veſtigiis mœnium, hinc inde videre eſt, in ea ſcilicet parte ad Boream. Prope flumen Cathedralis Eccleſia perampla ſub invocatione Genitricis Dei Mariæ Aſſumptæ in dies apparet, tecti tamen expers, lapidibus albis quadratis, & bene diſpoſitis extructa. Non longe à Cathedrali diſtat alia Eccleſia ſub titulo s. Perſei ejuſdem ſtructuræ, qua Cathedralis, integra pariter, excluſo tecto, ſupra cujus valvas inſigne familiæ Columnæ confixum paucis ab hinc annis conſpiciebatur. Erat enim ibi Coloſeus, & aliæ ſtructuræ magnificæ Romanorum, & ſeges, ubi Mariana fuit. Hæc ille: qui narrat fidem Catholicam ab ipſis Apoſtolorum temporibus illam ſuſcepiſſe, & proprios habuiſſe paſtores, quorum memoriam ad annum nonageſimum noſtræ ſalutis injuria temporibus periiſſe. Illius Antiſtes à temporibus Innocentii II. & deinceps, Archiepiſcopo Janenſi Suffraganeus eſt. Reſidet nunc in percelebri oppido Baſtiæ, Inſulæ Corſicæ primario, ubi Præfectus regni jus mortalibus dicit, hoc parte ex magna Tyrrheno alluitur mari, portu incapaci, & propugnaculis munitum; quinque millia, & quingentos homines alit. Quatuor Regularium cœnobia ibidem exſtruxit Corſorum in religioſos propenſio, & Collegium Societatis Jeſu ad augendam pietatem, populoſque erudiendos Marianenſium Epiſcoporum ædificavit induſtria. Eccleſia B. Mariæ Aſſumptæ loco antiquæ Cathedralis excolitur, quæ nobilis ſtructuræ eſt, & ab octo Canonicis una cum Archidiacono, & Præpoſito, è veteri huc translati auctoritate Gregorii XIII. ann. 1575. nobilitatur. Regio moderata, ſalubris aeris eſt, ſolum non admodum fertile, ſed ad omnia aptiſſimum. Stagnum habet ad meridiem poſitum, quinque diſtans milliaribus, piſcium multi generis feraciſſimum, ubi venatio varia. Homines ſicut & cæteri Inſulani, magis ſunt ad arma proclives, quam ad litteras, ad religionem tamen propenſi. Diœceſis Marianenſis ſimul cum Accienſi unita in longitudinem ad Orientem ad ſexaginta, in latitudinem vero ad Meridiem protenditur ad ſeptuaginta milliaria, quæ paulatim Septentrionem verſus protrahitur, ubi caput Corſum appellant: fere tota in ſaxoſis, alpeſtribuſque montibus ſita eſt, itineris ita difficilis, ut multis in locis vix lento pede, nec ſine periculo incedi poſſit. Decem & octo Pagos complectitur, quos plebanias appellant, quæ varias ſub ſe Eccleſias Parochiales habent, & ad ſeptem ſupra octuaginta in totum aſcendunt. Mortalium in ea animarum quadraginta millia & ſexcenta recenſentur, ac pene omnes tenuioris fortunæ ex laborum induſtria victum quæritantes. Religioſorum Conventus tres, & viginti ſunt, ſex minoris Obſervantiæ, diſtrictioris vero ſex, Capuccinorum ſeptem, quatuor Servorum B. Virginis, unum Dominicanorum hoſpitium ſub invocatione S. Hyacinthi Cotæ, alterum S. Catherinæ Auguſtinianorum in loco Liſci. Menſa Epiſcopalis ſatis dives eſt, cujus fructus aſcendunt ad tria millia ſcuta Romanæ monetæ, taxatur vero in libris Apoſtolicæ Cameræ ad florenos 87. cum dimidio. Cæterum ut hæc vetuſta Mariana civitas, præter unam fatiſcentem Cathedralem, ædificiis pene omnibus deſtituitur, ſic de præteritis rebus monumentorum egeſtate hos noſtros conatus infrangere potuiſſet. Æqui bonique lector conſule, quidquid de ea, cæteriſque hujuſce inſulæ dabimus, certus, nobis magis quam nos huic materiæ defuiſſe.

1 S. PETREJUS Epiſcopus Marianenſis, & Martyr, cui Ugo Columna Romanus templum erexit quod ſemidirutum in diruta civitate ſpectatur, de quo nil aliud reperi, præter ea, quæ habet Salvator Vitalis in ſacra Corſicæ Chronica: quo vero tempore, quove martyrii genere paſſus ſit non exprimitur. I.

2 CATANUS a Corſicanus Epiſcopus, qui anno 314. vixit, interfuitque Arelatenſi Synodo, ſtetitque in Illiberitana inter Epiſcopos Marianen. recenſetur ab eodem Vitali. II.

a Al. Cato.

3 LEO Epiſcopus Corſicæ, ad quem S. Gregorii Papæ aliquæ extant epiſtolæ, ab eodem Vitale Marianæ Eccleſiæ Antiſtes aſſeritur. Fuiſſe vero virum conſpicuum, & omne laude digniſſimum idem habet S. Pontifex, dum Ariminenſis Eccleſiæ viſitationis eidem onus demandaſſet. III.

(„ DONATUS *Epiſcopus S. Marianenſis Eccleſiæ interfuit Concilio Lateranen. an. 649.*) IV.

4 LUNERGIUS, ſeu Aſpergius Marianenſis Epiſcopus, teſtis reperitur donationi Beringherii Corſicæ Regis peractæ an. ſal. 900. Monaſt. Montis Chriſti. Poſt hunc multi deſiderantur Epiſcopi, quorum nomina, actaque perierunt. V.

(„ LOTHERIUS *Marianenſis Epiſcopus circa „ an. 940 florebat, ſubſcripſitque inſtrumento Attonis Vercellenſis Epiſcopi apud Areſium in ſerie „ Chronol. Abbatum S. Ambroſii Majoris Mediol. inter privilegia pag. 36.* VI.

„ OTHO *Columna, Judicelli filius, reperitur conſecratus à Petro Archiepiſcopo Piſano an. „ 1118.* VII.

„ GUILLELMUS *florebat an. 1123.*) VIII.

5 LADIUS Marianenſis Epiſcopus inter Concilii Lateranenſis Patres aſſedit an. 1179. (1) Alexandro III. Pont. præſidente. IX.

(„ OPIZO *Cortincus, Nobilis Corſus, ab Honorio III. Marianenſis Epiſcopus renunciatus eſt „ an. 1219.*) X.

6 RODULPHUS anno 1242. XI.

7 N..... Penſa, cujus nomen reticetur, erat Epiſcopus hujus ſedis an. 1283. XII.

8 VIDO obiit anno 1328. XIII.

9 Fr. VINCENTIUS ex ordine Minorum, paulo ante Epiſcopus Nebienſis, ad hanc Eccleſiam fuit translatus an. 1331. Kal. Decemb. Tres omnino & decem annos ſedit, iterumque cum Pactenſi Siculo Epiſcopatu Marianenſem Eccleſiam commutavit anno 1343. ex Reg. Vat. XIV.

10 Fr. BONAVENTURA Benvenuti filius, ex oppido Fabriani, ordinis Minorum doctus Theologus Vincentio ſubrogatus eſt anno 1343. 5. Id. Julii. Mortem obiit anno 1351. de quo in Reg. Vat. XV.

11 RAYMUNDUM Epiſc. Civitatenſem in Sardinia Clemens VI. juſſit tranſire ad Marianenſem anno 1351. 4. id. Junii; mortuus eſt, antequam delati Epiſcopatus inire poſſeſſionem potuerit ex Reg. Vat. XVI.

12 DOMINICUS de Campo Taxio, Januenſis Cano- XVII

(1) Huic Concilio ſubſcripſit Joſephus, Marianenſis Epiſcopus de Corſica apud Harduinum Concil. tom. 6. par. 2. p. 1058.

A Canonicus, ex deceſſu tranſlati Raymundi, ad eundem dignitatis gradum fuit adlectus; ſed Avenioni juri ſuæ electionis ceſſit ad arbitrium Stephani Toloſani Archiepiſcopi Arelatenſis ann. 1353. ex Reg. Vatic.

XVIII 13 Fr. JOANNES de Caſtello, ex Ord. Minorum, ſuffectus eſt Dominico ann. 1353. 7. id. Januarii ex eodem Reg.

XIX. 14 PETRUS ad idem onus vocatus circa annum Domini 1364. cujus memoria extat in lib. obligat. Prælat.

XX [„ Fr. NICOLAUS *Ligur, Ordinis Prædicatorum ab Urbano Papa V. Marianenſis Epiſcopus creatus eſt 6. Id. Junii an. 1366. in qua Eccleſia ad an. 1390. vixit. Ita Fontana in Theatro Dominicano ex lib. 2. Proviſ. Prælat. ejuſdem Pont.*)

XXI. 15 JOANNES Ormeſſa ejuſdem ſedis Antiſtes, vixit ſub Bonifacio IX. an. 1390. de quo etiam mentio habetur in lib. de Exibit. an. 1404. & in monumentis ejuſdem eccl. Diu hanc laudabiliter rexit Eccleſiam.

XXII 16 DOMINICUS ex Orbetello maris Tyrrheni Oppido inſigni, quem Dondeum etiam appellant Acta Conciſt. à Martino V. eandem Marianenſem obtinuit ſedem an. 1428. 13. Kal. Maii. Mortem obiit an. 1433. B

XXIII 17 GREGORIUS de Fliſeo Januenſis hanc eandem Marianen. Eccl. adminiſtravit anno 1433. ad id muneris adlectus die 27. menſis Maji; hic poſtea ſenatoria purpura nobilitatus eſt, translatusq; ad Archiep. Januenſem ſedē ann. 1436. de quo ſupra.

XXIV 18 MICHAEL de Germanis Januenſis ad eandem ſedem pervenit 1436. die 18. m. Decemb. quam perbelle adminiſtravit ann. plurimis.

XXV. 19 HIERONYMUS de Monte Regio parem dignitatem eſt aſſecutus ann. 1458. die 21. m. Julii.

XXVI 20 LEONARDUS de Fornariis nobilis Januenſis, Octavii ſucceſſoris patruus, hujus eccleſiæ fuit Epiſcopus. Is anno 1467. circumventus ab inimicis miſere confoſſus occubuit: jacet in patria.

* Ex Ağ. Ꝯ... * In parochiali eccleſia Baſtidæ, quæ pro Cathedrali inſervit, nuper Leonardo erexerunt memoriam, hiſce verbis in marmore conſcriptam. C

D. O. M.

Leonardo ex antiqua Fornaria gente patria Genuenſi, ac Marianenſi Epiſcopo non minus pietate, quam genere inſigni ob non exiguam pecuniam ad Eccleſiæ ſuæ reparationem legatam an. MCCCCLXXXXII. in Divi Georgii quot annis perſolvendam, unde huic ſacræ ędi non mediocrem commodum acceſſit. Antonius Franciſcus Santinus Archidiaconus & in præſens Vicarius Capitularis, & Capitulum Marianenſis Eccleſiæ hoc grati animi monumentum religioſiſſ. ac nobiliſſ. benefactoris memores PP. Curantibus Io. Ambroſio de Auria, officii miſericordiæ Priore, & Chriſtophoro Chriſtophori, ac Bartholomæo quondam Iacobi de Fornariis ejuſdem Epiſcopi fidecommiſſariis. An. D MDCXLV.

XXVII. 21 ANTONIUS ſucceſſit Leonardo, deinde ad Acernenſem Epiſcopatum tranſlatus eſt ann. 1494. die 19. menſis Martii. D

XXVIII. 22 Fr. JULIUS de Yſopo ex Ordine Carmelitano, verbi Dei declamator eximius, doctrina, & eruditione apud omnes illuſtris, ſucceſſit Antonio ann. 1494. die 19. menſis Martii, qui intra paucos menſes ſublatus, breviſſimus Pontifex fuit, longiore vita dignus.

XXIX 23 OCTAVIUS Fornarius, nobilis Januenſis, vir ſpectatiſſimæ virtutis, judicii ſingularis, ad hanc eandem dignitatem ſubvectus eſt anno 1495. die 20. Januarii: ſub Alexandro VI. Apoſtolicæ Cameræ clericus fuit, atque Datarius. Romæ deceſſit, dum adhuc ætate floreret ann. 1500. die 27. Septemb. ſepultuſque eſt apud S. Auguſtinum in pulcherrimo marmoreo ſepulchro: ubi ſub ejuſdem ſtatua ſequens epitaphium legitur inſculptum



inter gentilitia ſtemmata, quæ tribus regulis continentur albi coloris campum nigrum oblique deſecantibus.


Chr. *Sec.*

Octavio Fornario Patritio Genuenſi Pont. Marianen. cauſis fiſcalibus judicandis vii. viro, Pont. Max. à ſupplicibus libellis referendis bonarum artium omnium theſauro in quo ornando virtus, & fortuna cum certarent, importuna mors pauperes auxilio, doctos patrocinio, bonos, magna ſpe privavit. Vixit annos XXXVI. m. xv. d. unde xx. B. M. P.

ΣΟΙ ΧΑΡΙΝ ΕΖΕΤΕΛΕΣΣΕ ΠΟΝΟΣΙ

ΚΑΙ ΛΟΒΣ ΦΑΠΟΒ ΙΟΡΩΒ

24 JO: BAPTISTA interfuit Lateran. Concil. ann. 1512. præfuitque uſque ad an. 1531. deinde eo munere ſe abſolvit. XXX




25 INNOCENTIUS Cardinalis Cibo *a* hanc Marianenſem Eccleſiam ſuſcepit adminiſtrandam anno 1531. die 20. Martii, quam uſque ad 1. diem menſis Decemb. ejuſdem anni tenuiſſe narrant Acta Conciſtorialia. XXXI

a De hoc Ciaconius Oldoini tom. 3. col. 341.

26 CÆSAR Cibo, Card. Innocentii nepos, eidem ſedi præpoſitus eſt ann. 1531. die 1. menſis Decemb deinde ad Taurinenſem Eccleſiam tranſlatus anno 1548. XXXII.

27 OCTAVIANUS Cibo, Januenſis, creatus Epiſcopus ann. 1548. die 11. menſis Junii. XXXIII.

28 BALDUINUS de Balduinis nobilis Piſanus Octaviano ſucceſſit ann. 1554. ad Eccleſiam Averſanam tranſlatus fuit, de quo vide tom. 1. noſtrum in Epiſcopis Averſanis. XXXIV.



29 JO. BAPTISTA Cicada *b* Card. Januenſis XXXV.

b De quo

hu-

Digitized by Google

Ciaconius Oldoini t. 3. col. 779.

hujus Marianenſis Eccleſiæ declaratus eſt admini- A
ſtrator 1554. die 30. Martii: eoque deinceps munere volens abivit, reſervato tamen ſibi regreſſu an. 1560.

XXXVI. 30 NICOLAUS Cicada nobilis Januenſis ex ceſſione Card. ſucceſſit in onus anno 1560. die 13. Septemb. Hujus Epiſcopi temporibus Aceienſis, Marianenſiſque Eccleſiæ Pio IV. ita cenſente perpetuum coierunt in fœdus, nt altera alteri ex inopia laboranti auxilio foret. Exceſſit Nicolaus anno 1570.



XXXVII 31 JO: BAPTISTA Centurionus, *a* nobilis Januenſis Marianenſis, & Accienſis, eſt adlectus Epiſcopus an. 1570. die 14. Septemb. ex deceſſu Card. Cicadæ, ad quem, Nicolao defuncto harum Eccleſiarum jus redierat, quas cum uſque ad an. 1584. adminiſtraſſet, ab eo tandem munere miſſionem impetravit, factus deinde Epiſcopus Savonenſis.

a De eo Oldoinus in Athen. Ligust. Mandoſi.

XXXVIII. 32 NICOLAUS Maſcardus, *b* nobilis Sarzanenſis, paulo ante Brugnatenſis Epiſcopus, ad has Eccleſias translatus eſt an. 1584. die 9. April. fato functus eſt an. 1599.

b De quo citatus Oldoinus. Mandoſi.

XXXIX. 33 HIERONYMUS Puteus *c* * Spedienſis ad hanc dignitatem ſubvectus eſt anno 1599. die 29. Decemb. eo munere ſe exſolvit an. 1522.* de quo C
hæc ſupra fores Eccleſiæ Baſtidæ hujuſmodi legitur inſcriptio.

Beatæ V. in cœlum aſſumptæ novam hanc principem ædem, vetere ob anguſtias demolita, Hieronymus de Puteo Spedien. Epiſcopus, Marianæ, & Acciæ, ac Magiſter populuſque Baſtien. pio addito vectigali Leonardi Foruart olim Epiſcopi Marianen munificentiſſime reſtaurarunt. An. D. MDCXIX.

c De eo eque citatus Oldoinus, & Juſtinianus de ſcript. Ligur. Mandoſi.
* Ex Append. t. 4.
* Ex Append. t. 4.

XL. 34 JULIUS Puteus, *d* Puteo ſuperiori ſuffectus eſt anno 1622 die 11. Julii Gregorio XV. ſedente. Obiit anno 1645.

d De hoc idem Oldoinus. Mandoſi.

XLI. 35 JO. AUGUSTINUS *e* Marlianus Januen. ſucceſſit Julio ab Innocentio X. Pont. Max. creatus an. 1645. die 15. Maji, Romæ conſecratus Synodum celebravit, diœceſim illuſtravit, pergitque D
in dies Eccleſias ſibi commiſſas bonis inſtitutis adminiſtrare.

e Vide Oldoinum citatum, & Juſtinianum de ſcript. Ligur. Mandoſi.

XLII. 36 * CAROLUS Fabritius Juſtinianns Januenſis electus eſt Epiſcopus Marianenſis per ceſſionem Jo. Baptiſtæ Marliani die 10. Januarii 1656.

* Ex App. tom. 3.

A D D I T I O.

(„ *Obiit autem die prima Septembris 1682.*
XLIII „ AUGUSTINUS *Fliſcus, nobilis Ianuenſis,* „ *Congregationis Clericorum Regularium Theatinorum, ſacræ Theologiæ Lector, egregiuſque concionator, Marianenſis Epiſcopus electus eſt die 14. Iunii 1683. bienuioque poſt deceſſit 28. Maji 1685.*
XLIV „ JO. CAROLUS *de Mari, nobilis Ianuenſis,* „ *ejuſdem Congregationis Clericorum Regularium Theatinorum ſacerdos, & ſacræ Theologiæ Lector, has Eccleſias adminiſtrandas ſuſcepit 1. Aprilis 1686. eaſque deinde libere dimiſit in manibus Sanctiſſimi die 20. Aprilis 1704.*
XLV. „ MARIUS *Emanuel Durazius ex Epiſcopo Aſerienſi ad has ſedes translatus eſt 19. Maji 1704. quas non diu poſt dereliquit letho ſuperveniente menſe Iunio anni 1707.*
XLVI „ ANDREAS *della Rocca, nobilis Ianuenſis,* „ *Canonicorum Regularium Lateranenſium Abbas Mario ſuffectus eſt 28. Novembris 1707.*]

NAULENSES

EPISCOPI.



NAULUM parva Civitas prope mare in Liguſtica ora ad Occidentem Solem ſita eſt, cujus originis auctorem apud nullum ſcriptorem, qui ſaperet antiquitatem, potui reperire. Incolarum tamen conſtans fama eſt, vetuſtiſſimam fuiſſe, ante nrbem extructam. Nebienſis Epiſcopus lib. 3. Jan. hiſt. nullum aliud quam jurium, immunitatumque, quas à Januenſi Republica retulit, cujus jugum libens volenſque ſubivit, eidem ornamentum attribuit. Refert Leander Albertus Jannenſes, & Savonenſes illam ædificaſſe, ſuoque ævo, incolis propemodum fuiſſe deſtitutam. Temporibus IX. Gregorii, princeps illius Eccleſia S. Paragorio ſacra, plebania olim Epiſcopo Savonenſi ſubjecta, erecta fuit in cathedralem, locuſque in civitatem à magno illo Card. Jacobo Pecoraria Ciſtercienſis Ordinis alumno à Januenſibus exorato, dum in Germaniam ob graviſſima Romanæ Eccleſię negotia proficiſceretur. Quam erectionem ratam deinde habuit Gregorius IX. eidem civitati Paſtorem attribuit, univitque cum Brumacenſi Epiſcopatu, voluitque Archiepiſcopi Januenſis ſuffraganeum eſſe. Eandem erectionem Innocentius IV. qui fuerat ſuffectus Gregorio, Naulenſi petente Epiſcopo, confirmavit, menſamque auxit Epiſcopalem monaſterio S. Eugenii, quod ab Eccleſia Brumacenſi perpetuo disjunxit, ne infra dicemus, anno Domini 1245. à Pecorariæ Card. deceſſu. Inſeruit hanc bullam in ſuo formulario Marinus Filomarinus Neapolitanus, Capuanus Archiepiſcopus, dictus de Ebulo, quæ adhuc aſſervatur in Bibliotheca Vaticana numero 6367. quam hic ſubjicere operæ pretium exiſtimavi, illamque excepi ab originali.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, &c.

Epiſcopo Naulenſi, ejuſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis, &c. In ſacra Petri ſede cujus ſumus licet immeriti ſucceſſores plenitudine poteſtatis aſſumpti tunc, & laudabiliter utimur, cum inſpectis diligenter circumſtantiis variis, & rerum, locorum, & temporum emergentibus neceſſitatis articulis utiliter providemus. Ea propter dilecte in Chriſto frater Epiſcope tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Eccleſiam s. Paragorii Naulen. quæ dudum cum plebs exiſteret Eccleſiæ Saonen. ſubjecta bonæ memoriæ Prænestinus Epiſcopus tunc Apoſtolicæ Sedis legatus de ſpeciali mandato, & auctoritate fel. recordat. G. PP. *prædeceſſoris noſtri in Eccleſiam cathedralem erexit, conceſſa ſibi pontificali dignitate, cum capellis, & aliis pertinentiis ſuis, ſub Beati*

Petri,

Petri, & noſtra protectione recipimus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ut dicta s. Paragorii Eccleſia, quam perpetuo cathedralem eſſe decernimus, Ianuenſi Eccleſiæ tamquam ſuæ metropoli ſit ſubjecta, & ut gratia Sedis Apoſtolicæ gaudeat ampliori, eam & terram Naulen. quam uti alterius volumus Epiſcopalis vocabulo civitatis, necnon monaſterium s. Eugenii de Inſula, in quo ſe, & ſucceſſores ſuos fungi volumus officio non ſolum Epiſcopi, ſed & patris Abbatis, & quod cum capellis, juribus, aliis pertinentiis menſæ tui Epiſcopatus de gratia conceſſimus ſpeciali, eximimus perpetuo ab omni juriſdictione, & ſubjectione Saonenſis Eccleſiæ, vel cujuſlibet alterius de conceſſa nobis plenitudine poteſtatis. Ita quod nullo unquam tempore nomine dictæ Saonenſis Eccleſiæ, vel alterius, quam Naulen. pro ſpiritualibus, vel temporalibus quicquam in eis penitus requiratur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat Naulen. eccleſiam, & monaſterium ſupradictum temere perturbare, aut eorum poſſeſſiones auferre, vel Abbates, &c. uſque ſecundum tenorem previlegii, &c.

Datum, &c. Pontificatus anno 3.

In Annalibus vero Saonenſibus de erectione Naulen. Eccleſiæ hæc pauca leguntur. Alberto Epiſcopo Saonenſi ſedente, civitas Nauli tunc temporis Burgum nuncupata, ſubdita Marchionibus in temporalibus de Carrectis, in ſpiritualibus vero Epiſcopo Saonenſi ob nonnulla (licet exigui momenti) contentiones inter Speuturnium, & ſuos Burghenſes cum injuriam æquo animo ferre non poſſent, Speuturnium invaſerunt una cum hominibus de ſigno, ipſum deſtruxerunt, caſtrum cœperunt, & eorum bona in prædâ acceperunt. Qua re permotus præd. Epiſcopus Saonenſis cum ſuos tali injuria affectos audiſſet, tunc temporis enim Speuturnium in ſpiritualibus, & in temporal. ſubditum erat præd. Epiſcopo, Naulenſibus maledictionem intulit anno Domini 1227. quod cum ad aures ſummi Pontificis perveniſſet, ſciens quanta Naulenſes in defenſione Apoſtolicæ Sedis paſſi eſſent cum in adjutorium ſeptuaginta duas naves, & ultra multas barcas, & ligna miniſtraverint, Burgum Naulen. liberavit à juriſdictione prædicti Epiſcopi honoreque civitatis dignum exiſtimans anno 1239. cum Reverendiſſimum Dominum Jacobum Præneſtinum Sanctæ Apoſtolicæ Sedis Epiſcopum Cardinalem legatum, ad partes ultramontanas miſiſſet, ut Naulum in civitatem erigeret, ei negotium dedit, qui eum voluntate ſummi Pontificis adimplere voluerit Rev. Guilielmum Canonicum Januenſem in Epiſcopum creavit, & ſic de Burgo fecit civitatem, unde verſus:

Urbs meruit dici, mutato nomine vici.

Eccleſia s. Paragorii per annos triginta tres ſuper trecentos honore Cathedralis exornata ſterit, quouſque Gregorius XIII. ad maiorem Dei gloriam, populorumque commoditatem, intus civitatem tranſtulit in Eccleſiam s. Petri, ubi corpora Ss. Eugenii, Longini, Parthæi, & Parthenopei epiſcoporum ſummo decore aſſervantur. Unica Archipresbyteratus dignitas in ea eſt, ſex canonici, paucique presbyteri, ac clerici divinis inſervientes enumerantur, unicum virorum Regularium monaſterium, unica confraternitas in hac civitate, quæ ad nongentos mortales alit, ſpectantur. Diœceſis, quæ finitimas habet, Saonenſem, & Albenſem, perexigua eſt, duo oppida, villaſque quinque, in octo Parochias diſtinctas, complectitur. Menſæ Epiſcopalis redditus ad ſcuta Romanæ monetæ 750. non excedunt: taxatur vero in libris Cameræ ad florenos centum.

Naulenſes Præſules ſunt, qui ſequuntur, quorum ſeriem ex Actibus Conciſtorialibus, libriſque obligationum aliis quam pluribus monumentis ex fide deprompſimus quando nobis ſcribentibus ac poſtulantibus, nulla Naulenſis Eccleſiæ monumenta lucem adferre potuerunt.

I. 1 GUILLELMUS primus Naulenſis, & Brugnatenſis Epiſcopus, quem IX. Gregorius, poſt erectam Cathedralem renunciaverit anno 1239. ſub quo anno 1245: diſſoluta eſt harum Eccleſiarum unio: ipſe vero obiit Epiſcopus Brugnatenſis.

2 UGOLINUS floruit 1298. II.

3 SINIBALDUS, ſive Singuebaldus præfuit Naulenſi Eccleſiæ 1317. die 17. menſis Octobris; ſolvit ſolitum ſubſidium ſacro Collegio ex lib., oblat. III.

4 THEODESCUS, quem alii Theodoſium appellant, electus fuit anno 1318. fato functus eſt 1346. contra quem Benedictus XII. hanc ſcripſit epiſtolam Epiſcopo Albingaunenſi, quæ habetur in Reg. Varic. ep. 216. p. p. anno 2. IV.

Benedictus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Venerabili fratri Epiſcopo Albingaunen. ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum ſimus omnibus in juſtitia debitores à Domino conſtituti, tunc officii noſtri debitum diligenter exequimur, cum juſtitiam ipſam quibuslibet implorantibus facimus miniſtrari. Sane dilectorum filiorum nobilis viri Thomæ de Carreto Marchionis Saonenſis, ac Domini Villealtari Naulenſis diœceſis, nec non univerſitatis dictæ villæ petitio nuper exhibita continebat, quod venerabilis frater noſter Theodeſcus Epiſcopus Naulenſis, cujus menſæ monaſterium S. Eugenii inſulæ liguriæ Ordinis S. Benedicti, dictæ diœceſis, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis canonice eſt unitum, contra dilectum filium Oddonem de Canariis monachum dicti monaſterii, ac Rectorem Parochialis Eccleſiæ dictæ villæ per monachos dicti monaſterii ſolitæ gubernari per ipſum Epiſcopum in dicta Eccleſia legitime conſtitutum, odii rancore concepto, ipſum ſine aliqua cauſa rationabili, immo impetuoſe, & ex abrupto exuit habitum monachalem, nec his contentus, auſus eſt ipſum expellere à poſſeſſione Eccleſiæ ſupradictæ, quodque prædeceſſores ſui Epiſcopi Naulenſes, qui fuerunt pro tempore duodecim monachos in dicto monaſterio tenere conſueverint, tamen dictus Theodeſcus ſolum unum alium monachum de fautoria Ludovici de Bavaria damnatum in eodem monaſterio tenet, ut fructus ipſius depulſis inde monachis, ſolus ſibi valeat uſurpare, in dictum Oddonem excommunicationis ſententiam fulminavit, ac univerſitati prædictæ mandavit, ſub pœna interdicti, quod in dictam villam ferebat, ſi ejus mandato hujuſmodi non parerent, ut dictum Oddonem ad Eccleſiam non reciperent ſupradictam; & quia dicta Univerſitas ſine Rectore, qui eis miniſtraret eccleſiaſtica ſacramenta, vel faceret miniſtrari manere nolebant, dictumque Oddonem fore virum bonum, & laudabilem cognoſcebant, & propterea de dicta villa non expulerunt eundem, dictus Epiſcopus in eandem villam interdicti ſententiam promulgavit. Quare præfati Marchio, & univerſitas nobis humiliter ſupplicarunt, ut providere ipſis in hac parte de opportuno remedio dignaremur. Quocirca fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus partibus convocatis facias ſuper his juſtitiæ complementum: contradictores auctoritate noſtra appellatione poſtpoſita compeſcendo. Teſtes autem, qui fuerint nominati ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, per cenſuram eccleſiaſticam appellatione ceſſante compellas veritati teſtimonium perhibere, non obſtante ſi præfato Epiſcopo vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim à Sede Apoſtolica ſit indultum, quia interdici ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Datum Avenioni 6. Kal. Junii anno 2.

5 Fr. AMEDEUS Epiſcopus Longonenſis ex Ord. Min. ad eandem dignitatem aſſumptus eſt 1346. 15. Kal. Martii, ex Reg. Vatic. Ep. 48. an. 4. In ea dignitate plures annos explevit. V.

6 JOANNES de Fliſco nobilis Januenſis hujus Eccleſiæ Epiſcopus fuit ann. 1366. de quo vide ſupra in Epiſcopis Vercellenſibus. VI.


7 LUCAS eandem dignitatem obtinuit 1381. VII.

VIII. 8 LEONARDUS de Fliſco Januenſis anno 1383.

IX. 9 Fr. LUCHINUS Naulenſis Epiſcopus, ex Ordine Minorum, à Bonifacio IX. translatus fuit ad Neopatrenſem Eccleſiam 1396. ex lib. 1. Proviſ. Prælat.

X. 10 CONRADUS Archiepiſcopus Arborenſis in Sardinia ad hanc Eccleſiam translatus eſt 1396. Id. Septembris ex eodem lib.

XI. 11 MARCUS eandem aſſecutus eſt ſedem anno 1407. die 12. menſis Januarii præfuit 40. annos; deceſſitque 1447.



XII. 12 GEORGIUS *a* Cardinalis de Fliſco hanc Eccleſiam commendatam habuit an. 1447. Id. Februarii de quo ſupra.

a De quo Ciacconius Oldoini t. 2. col. 904.

XIII. 13 NEAPOLEON de Fliſco ex ceſſione Cardinalis de Fliſco eodem Epiſcopatu exornatus eſt 1448. die 16. menſis Aug. & 1459 ad Albingaunenſem Eccleſiam translatus eſt, quam eidem suprememoratus Card. conceſſit. Hic ex Oratoribus unus fuit, quos Januenſis Reſpublica ad Nicolaum V. tranſmiſit, novum Pontificatum illi congratulaturos an. 1452.



XIV. 14 PAULUS Juſtinianus, nobilis Januenſis Patritius, Neapoleoni ſuffectus eſt 1459. è vivis eximitur 1485 cujus gentilia ſtemmata viſuntur adhuc ſupra fores epiſcopii.

XV. 15 DOMINICUS de Vaccario Januenſis, Naulenſis Eccleſiæ eligitur in Epiſcopum 1485. fuit translatus ad Vintimillienſem Eccleſiam anno 1502. die 24. menſis Januarii; quo ipſo die Eccleſia hæc juncta eſt cum Saonenſi, Galeottoque Roboreo adminiſtratori attributa, qui Naulenſis, Saonenſiſque Eccleſiæ gemino honorario titulo eſt inſignitus. Vix annum in ea dignitate explevit, ceſſitque juri ſuo: iterum igitur Naulenſis à Saonenſi disjuncta, ſeorſum rem ſuam egit ſub Cardinali Beneventano, cujus fuerat adlectus Antiſtes. Conſule Acta Conciſt.

XVI. 16 GALEOTTUS Roboreus Savonenſis anno 1502.

XVII. 17 LAURENTIUS Card. Cibo Archiepiſcopus Beneventanus, ex ceſſione Galeotti Roborei, hanc eandem Eccleſiam ſuſcepit adminiſtrandam, tametſi breviori mora, cum Romæ anno 1504. deceſſerit De quo vide ſupra.

XVIII 18 ANTONIUS Ferrerius *b*, Saonenſis, Julii II. Pontificis Aulæ Magiſter, ab eodem Pontifice adlectus fuit Naulenſis Epiſcopus 1504. die 8. menſis Januarii. Die vero 23. menſis Auguſti ejuſdem anni translatus fuit ad Eccleſiam Eugubinam, Senatoriaque Sacra Purpura nobilitatus: De quo vide ſupra in Epiſcopis Eugub.

b De eo Ciacconius Oldoini t. 3. col. 232.

19 JO: VINCENTIUS Foderatus Saonenſis, ad hanc eandem ſedem vocatus eſt anno 1504. die 23. menſis Aug. poſtremam diem obiit 1506. XIX.

20 VINCENTIUS Boiverius Saonenſis Foderato defuncto ſucceſſit anno 1506. die 8. menſis Auguſti: vir doctus ob egregiam, ſpectatamque ſapientiam Pontificibus, Principibuſque ſui temporis charus, & ad ardua negotia aſcitus, hanc Eccleſiam multis annis optime rexit. XX.



21 HIERONYMUS Card. Auria, *c* Januenſis à Paulo III. hanc Eccleſiam adminiſtrandam ſuſcepit, anno circiter 1540. Quam rexit uſque ad annum 1548. hanc deinceps cum Nebienſi in Corſica commutavit. Idem fuit Epiſcopus Jacenſis, atque Archiepiſcopus Tarraconenſis in Hiſpania. Januæ mortalitatem exuit 1558. menſe Majo, ſepultuſque eſt apud S. Mariam de Cella in ſuorum majorum ſepulchro. Nobilem indolem hujus Cardinalis Ubertus Follietta in cœlum tollit in ſuis elogiis, tamquam qui Reipublicæ Januenſi non modo cum politicus, uxoratuſque Senator eſſet, ſed cum poſt elatam uxorem eccleſiaſticam vitam in purpura ſub Clemente VII. profiteretur magno uſui, commodoque fuiſſet. XXI.

c De quo Ciacconius Oldoini tom. 3. col. 502.

22 MAXIMILIANUS Auria, Januenſis, ad eandem ſedem promotus I. die ineuntis Februarii 1548. Interfuit Trid. Concilio; deceſſitque 1572. XXII

23 LEONARDUS Turchus, Albingaunenſis, Auriæ ſubrogatus anno 1572. menſe Junii, deceſſitque 1588. Tranſtulit cathedralem ab eccleſia S. Paragorii prope ejuſdem civitatis mœnia ad Eccleſiam S. Petri intra civitatem, Gregorio XIII. annuente, ut ex diplomate ſequenti. XXIII

Gregorius, &c.

Venerabil. frater ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Superna diſpoſitione, cujus inſcrutabili providentia ordinem ſuſcepit univerſa, ſuper eminenti Apoſtolicæ dignitatis ſpecula meritis (licet imparibus) conſtituti inter curas multiplices, quæ nobis ex Apoſtolatus officio incumbunt, illam pro qua cathedrales Eccleſiæ extra civitates poſitæ ad commodiorem locum intra civitatum ſuarum mœnia transferantur: ut exinde divinus cultus, & Chriſti fidelium ad illas devotio magis augentur, eccleſiæque debitis frequententur honoribus, libenter amplectimur, ac deſuper diſponimus prout locorum, temporumque qualitate penſata conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Exhibita quidem nobis nuper pro parte tua petitio continebat, quod cum Eccleſia Naulen. cui alterius certo tunc expreſſo modo Paſtoris ſolatio deſtituta de perſona tua nobis, & fratribus noſtris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus ob tuorum exigentiam meritorum acceptam de fratrum eorundem conſilio Apoſtolica auctoritate providimus, ſeu provideri conceſſimus, præficiendo te illi in Epiſcopum, & Paſtorem, extra mœnia civitatis Naulen. &

len. & in loco incommodo conſtructa, & ædificata repetiatur, propterea tu pro divini cultus augumento, & pro majori tui pro tempore exiſtentis ipſius Eccleſiæ Præſulis, ſeu adminiſtratoris commoditate: Eccleſiam prædictam ad aliam Eccleſiam intus eandem civitatem exiſtentem, in qua ſolitæ Altiſſimo laudes, & ſacrificia commodius poterunt offerri, piiſque fundatorum, benefactorum Eccleſiæ Naulen. prodeſſe voluntatibus ſatisfieri valebis ad omnipotentis Dei gloriam, & S. Paragorii civitatis, & Eccleſiæ Naulen. prædictarum protectoris honorem de illius, ſeu illorum, cujus, ſeu quorum intereſt conſenſu transferre cupias, ſi tibi ad id noſtra, & Sedis Apoſtolicæ licentia ſuffragetur. Quare nobis ſupplicari feciſti, quatenus in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui cultum divinum noſtris potiſſimum temporibus, & Chriſti fidelium devotione augere ſinceris deſideramus affectibus, tu à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, in quibus quomodolibet innodatus exiſtis, ad effectum dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, tibi ut dictam Eccleſiam Naulen. unacum illius invocatione, quæ eſt prædicti S. Paragorii, ac omnibus, & ſingulis illius honoribus, oneribus, fructibus, redditibus, & proventibus, domibus, membris, juribus, pertinentiis, & rebus ſuis univerſis, ac Epiſcopali, ac capitulari menſę, necnon Capitulo, canonicis, capellanis, beneficiatis, & canonicatibus, & præbendis, capellis, capellaniis, altaribus, miſſarum commiſſionibus, & inſtitutionibus, necnon calicibus, crucibus, reliquiis, tabernaculis, ſacramentis, paramentis, ornamentis, campanis, & aliis ſupellectilibus, & rebus etiam ſacris, intus dictam Eccleſiam in dicta civitate exiſtent. transferre, & eandem ſecund. Eccleſiam Naulen in cathedralem erigere, & inſtituere, aliaque omnia, & ſingula in præmiſſis, & circa neceſſaria, & quomodolibet opportuna facere, gerere, & exercere libere, & licite valeas, licentiam, & facultatem, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus. Necnon ſecundam dictam Eccleſiam in locum primæ dictę Eccleſiæ etiam quo ad privilegia, facultates, libertates, immunitates, exemptiones, indulta, conceſſiones, indulgentias etiam plenarias, & peccatorum remiſſiones, aliaſque gratias ſpirituales, & temporales auctoritate, & tenore prædictis ſubſtituimus, & ſubrogamus, necnon te ſuper prę miſſis per quoſcumque quavis auctoritate quomodolibet moleſtari, vel impediri non poſſe; irritumque quoque, & inane ſi ſecus ſuper his à quoque quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus: non obſtantibus prę miſſis conſtitutionibus, ac ordinationibus Apoſtolicis, necnon etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quevis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis prædictis eccleſiis, capitulis, ſuperioribus perſonis, ac aliis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliis efficacioribus, & efficaciſſicimis clauſulis inſtantibus, & aliis decretis quomodolibet etiam pluries conceſſis, firmatis, & innovatis. Quibus omnibus etiamſi de illis eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per particulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua exquiſita forma obſervanda foret illorum tenores, formas, & decreta in illis appoſita, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in eis tradita obſervata inſeri forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpeciali, & expreſſa derogamus contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſede ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indultis hujuſmodi mentionem.

Datum Tuſculi ſub Annulo Piſcatoris die 22. Octobris 1572. Pontificatus noſtri anno 1.

24 TIMOTHEUS Berardus a, Januenſis, Ord. Carmel. Generalis Procurator, inſigniſque Theologus, Patavii Metaphyſicam, Romæ Sacram Theologiam docuit; inde ad hanc ſedem ſubrogitur 1588. Deceſſit 1616. XXIV

a De quo Oldoinus in Athen. Ligust. & Riscetus inter Palmites vineæ Carmeli, Maudeſ.

25 ANGELUS Maſcardus, Sarzanenſis, à Paulo V. ſubiectus eſt 1616. 4. die menſis Julii. Ex hac mortali vita diſceſſit anno 1645. XXV.

26 STEPHANUS Martinius ex oppido Alaſſii, Albingaunenſis diœceſis, nobilibus ortus parentibus, utriuſque Signaturæ Referendarius, ab Innocentio X. ad hanc ſedem promotus eſt anno 1647. Vivit adhuc. XXVI

A D D I T I O.

[„ *Diutius Naulenſem Eccleſiam gubernavit Martinius, deceſſitque menſe Februario 1687.*
„ JO. JACOBUS *Porrata, Januenſis, J.U.D.* XXVII.
„ *Rector primum parochialis Eccleſiæ S. Marci Ja-*
„ *nuen. deinde Metropolitanæ Archidiaconus, tum*
„ *Præpoſitus, Epiſcopus denique Naulenſis declara-*
„ *tus eſt 7. Julii 1687. Obiit Januæ 1699.*
„ PAULUS *Andreas Borellus, Januenſis, Cleri-* XXVIII.
„ *cus Regularis Barnabita, Philoſophiæ, & ſacræ*
„ *Theologiæ Lector, ſ. Congregationis indicis libro-*
„ *rum prohibitorum in urbe Conſultor, & ſ. Officii*
„ *Qualificator, Naulenſi infula decoratur 21. Junii*
„ *1700. Naturę debitum perſolvit menſe Majo 1710.*
„ JOSEPH *Sauli Bargagli, nobilis Januenſis,* XXIX
„ *Congregationis clericorum Regularium Minorum*
„ *Aſſiſtens Provincialis, Paulo Andreæ in Naulen-*
„ *ſi Epiſcopatu ſucceſſit 7. Maji 1710. Obiit menſe*
„ *Novembri 1712.*
„ MARCUS *Hiacynthus Gandulphus, Januen-* XXX
„ *ſis, ſ. Theologię Doctor, ſyndicus olim, & Rector*
„ *Collegii Theologorum Januenſis, Deputatus Con-*
„ *gregationis Charitatis, & Hoſpitalis Incurabi-*
„ *lium, Ordinandorum, & Confeſſariorum Exami-*
„ *nator, librorumque pro ſacra Inquiſitione Cenſor,*
„ *promotus ad Naulenſem præſulatum eſt 28. Apri-*
„ *lis 1713.*]

NEBIENSES
EPISCOPI.

NEBIENSIS Inſulæ Corſicæ civitas, quæ Ptolomæo Cerſurum eſt, perantiqua habetur, ſqualetque hoc tempore ruinis, quæ olim in amœno, ideoque ſalubrioris aeris colle ſuperbe muros extulerat. Ibi adhuc Cathedralis Deiparæ Aſſumptæ ſacra, quadratis ædificata lapidibus, eluſis temporum injuriis, integra ſpectatur. Anno 800. hanc Cathedralem extructam fuiſſe à Mauris, ab impia ſuperſtitione ad Chriſtum traductis, narrat Philippinus in Corſicæ hiſtoria, ſed nuper in turri campanaria reperta campana eſt, in eaque inſculptæ litteræ eandem anno 700. conflatam indicant, unde ante 800. annum ſtetiſſe dicendum eſt. In ea ſtupendum quot annis ſpectatur miraculum. cum ex ea ſoli parte, quæ aram ſanctiſſimi Crucifixi reſpicit, jugiter ſuaviſſimus odor è duobus foraminibus in pervigilio Ss. Philippi, & Jacobi Apoſtolorum ad Occaſum ſolis alterius diei, omnibus naribus incredibili voluptate afflari ſoleat: ubi vero feſtum effluxit, nullus odor ſpirat, nullaque fragrantia aerem perfundit. Qua vero de cauſa is odor efflet, omnes latet; ſuſpicantur tamen alicujus ſancti lipſana ibi deliteſcere, cujus gloriæ Deus partem tanto miraculo oſtendit mortalibus. Quantum olim Nebium fuerit, ipſæ ruinæ docent, ex quibus, ſatagente Epiſcopo Nebienſi, S. Florentii frequens oppidum, ab antiquo Nebio quingentis paſſibus, quinque vero milliariis à mari diſtans, extitit. Oppidum egregie ipſa loci natura munitum, præſidiario Reipublicæ Januen. milite firmatum eſt, & quod olim civium numero, ac opulentia floruit, bellis diutinis labefactatum, attri-

tumque pene eſt: cum inflictas ob rebellionem pœnas cives ferre non poſſent, alio tranſmigrarint, & infelicem aliis orbatam patriam reliquerint, ut qui præteritam felicitatem cum præſenti calamitate contulerit, à lachrymis temperare vix poſſit. Pluribus privilegiis incolæ, quæ ab eadem Republ. retulerant, tamquam, qui illius accipiendo fræno priſcis temporibus fuiſſe promptiores, iis, oborta ſeditione, exuti fuerint. Commoda, & ampla hujus Epiſcopatus diœceſis eſt, plures enim plebanias complectitur. Situs illius ad Occidentem reſpicit, ſinumque D. Florentii, qui influentas maris undas pulcherrime excurrentis in pelagum terræ excipit, ang uſtioribuſque finibus quinquaginta circiter milliaribus definitis, Marlanam diœceſim in altiſſimis montium jugis attingit, ſi tamen quædam loca, nonnullaque minoris dignitatis, ac fortunæ oppida excepeeis. Dives eſt Epiſcopus, cujus menſa ad ſcuta . . . aſcendit, taxata tamen eſt in libris Cameræ ad florenos 66. cum dimidio. Olim temporalem gladium cum ſpirituali conjunctim agebat, Caſarici, Brietræ, Serræ, Portus ſacri, Canonis villæ, aliiſque in locis, ſeu oppidis, quæ malitia hominum, vel Epiſcoporum ſupina inſcitia, in alienum tranſierunt jus, & potentiam. Archiepiſcopo Januenſi cœpit ſuffraganeum eſſe cum Innocentius II. anno 1133. Januenſem Eccleſiam in Metropolim erexiſſet. Epiſcopalis dignitas Nebienſis vetuſtiſſima à quibuſdam creditur, ſed ejus Epiſcopos non reperi ante Martinum, qui anno 649. Lateranenſi Concilio ſubſcripſit ſub Martino I. Papa; poſt hunc per plura ſecula deſiderantur, quorum nomina haud inveniri potuerunt. Qui ſequuntur, ſunt, quos haud ſine labore noſtro, ex diverſis monumentis, ſcripturiſque invenimus.

A D D I T I O.

(,, *Cathedralis Nebienſis in s. Florentii oppido* ,, *conſtituta ſex Canonicos alit, quos inter duo ſunt* ,, *dignitate præſtantes Archidiaconus, & Præpoſitus, itemque utraque Præbenda Pœnitentiaria,* ,, *& Theologalis; Septimi pariter Canonici electio* ,, *pendet à morte viduæ teſtatoris Nicodemi à Farinola, qui certos redditus legavit ad hoc, ut novus* ,, *inſtituatur Canonicatus ſub titulo Sanctiſſimę Annunciationis. Nullum in hac diœceſi viſitur Xenodochium, nullum ſacrarum Virginum cœnobium,* ,, *non Mons Pietatis, nec ſeminarium. Virorum autem conventus plures adſunt, duo nempe Capuccinorum, tres Minorum Obſervantium, duo Reformatorum, & unicum Servitarum: nec deſunt plures Laicorum confraternitates cum ſuis Oratoriis.* ,, *Tria ſunt diœceſis oppida,* s. Firenzo, Mortella, ,, & Nonza: *pluresque Parochię, è quibus 12. ferme* ,, *mortalium millia coaleſcunt. Epiſcopi cenſus pinguior eſt, aſcenditque ad quinquies mille libras illius monete.*)

I. 1 MARTINUS Nebienſis Epiſcopus, ut diximus, qui Lateranenſi Concilio interfuit ſub Martino Papa anno 649.

II. 2 JOANNES anno 1283. cujus mentio in Monumentis Eccleſiæ S. Michaelis de Morato.

III. 3 GUILLELMUS interfuit conſecrationi ejuſdem Eccleſiæ S. Michaelis, aliquaſque decimas eidem dono dedit. * In eccleſia S. Martini Laneveggiæ in reſtauratione ejuſdem eccleſiæ 1643. die 18. Decemb. in altari inventæ ſunt plures Ss. reliquię in capſula lignea incluſæ, ac ſigillo Guilielmi Epiſcopi firmata, cum his litteris circumcirca inſculptis *S. Guillelmi Nebienſis Epiſcopi*. S. ſigillum ſignificat, non ſancti nomen, ut ſimplices ejus regionis homines credidere. Eodem anno in altare vetuſtæ eccleſiæ S. Michaelis de Oghatro ejuſdem diœceſis ſimiliter inventæ ſunt ſanctorum reliquiæ in capſula, obſignatæ ſigillo cujuſdam Epiſcopi Nebienſis nomine Florentii, ut in eo legebatur *s. Florentii Epiſcopi*. Quando hic Florentius vixerit adhuc mihi incompertum.

* Ex App. tom. 4.

IV. 4 JOANNES Præſulatus Nebienſis munere volens abivit anno 1311.

5 Fr. PRICEVALLIS ex Ord. Minorum ad hanc ſedem ſubvectus eſt anno 1311. 8. Kal. Julii ex Reg. Vatic. Anno 1331. deceſſit. V.



6 Fr. RAPHAEL Spinula, Januenſis Ord. Minorum, eandem ſedem conſecutus ex ceſſione Percevallis anno 1331. Id. Aprilis ex Reg. Vatic. cui omnia jura aliquorum locorum ſui Epiſcopatus reſtituta fuere per Rolandum Corſineum Nebienſis civitatis Dominum; & Albertus de Laſco vir potens decimationes montium Agnatę item eidem reſtituit anno 1346. 23. Septemb. VI.

7 Fr. VINCENTIUS Ord. Minorum Raphaeli ſucceſſit. VII.

8 Fr. PETRUS reperitur Epiſcopus Nebienſis anno 1362. VIII.

9 JULIANUS Epiſcopus Cardicenſis tranſlatus ad Nebienſem hanc Eccleſiam anno 1363. cui ſucceſſit in Epiſcopatu Cardicenſi doctiſſimus quidam vir Lucas Ord. Servorum B. Mariæ, ut notatur in Regeſt. Vatic. IX.

10 RAPHAEL anno 1363. diu hanc Eccleſiam tenuit, fuitque ſpoliorum collector ſub Urbano VI. anno 1381. (,, *Ordinis Prædicatorum Raphaelem* ,, *extitiſſe docet Fontana in Theatro Domin. p. 246.*) X.

11 THOMAS defunctus an. 1392. XI.

12 PETRUS Rector Eccleſiæ Parochialis de Caſtro nebienſis diœceſis Thomæ ſuffectus eſt anno 1392. 6. Id. Julii; fato functus eſt anno 1415. ex lib. Obligat. XII.

13 ANTONIUS Surracha, Salernitanus Canonicus, ad hanc ſedem pervenit anno 1415. 10. Kal. Julii, qui paulo poſt ad Acernenſem Eccleſiam tranſlatus eſt ex eodem lib. XIII.

14 PETRUS Stephaneſcus de Hannibaldis *a*, Romanus, Diaconus Cardinalis S. Angeli, hanc eandem Eccleſiam habuit commendatam, quam tamen abſens, dum Romæ fungeretur legatione nomine Joannis XXIII. quem Conſtantienſes Patres everterunt Papam, abſens, inquam, adminiſtravit. Deceſſit Romæ anno 1417. ſepultuſque eſt apud S. Mariam ſupra Minervam, vir plane ingentis ſpiritus, ſingulariſque virtutis, de quo alibi redibit ſermo. XIV.

a De eo Ciaconius Oldoini t. 2. col. 723.

15 Fr. ANTONIUS de Caſſia, Generalis Magiſter Ord. Minorum, à Martino V. ad eandem ſedem promotus eſt anno 1418. 17. Kal. Martii; inde tranſlatus ad aliam Eccleſiam anno 1431. ex libro Oblig. XV.

16 FRANCISCUS de Perfectis Romanus, Notarius Apoſtolicus, ejuſdem ſedis Antiſtes fuit electus anno 1431. 11. Kal. Aprilis ex eodem lib. XVI.

17 OBERTUS Pinellus, Januenſis, nobilis quidem genere, ſed nobilior virtute, hujus Eccleſiæ fuit Epiſcopus anno 1465. Ad multos annos hanc Eccleſiam rexit eximie, mortuuſque eſt anno 1481. XVII.

18 BAPTISTA de Salutiis nobilis Januenſis, cujus antiqui progenitores fuere Clavezani Marchionis, & inter nobiles viros Januenſis Reipublicæ adnumerati, ad hanc eandem ſedem evectus anno 1481. quamplures rexit annos cum laude prudentiæ, fatoque functus eſt anno * 1514. Jacet in eccleſia S. Franciſci de Levanto, tumuloque marmoreo, ubi proſtat hoc epitaphium. XVIII

* Ex App. tom. 9.

Nobile quem genuit clara de ſtirpe Levantum
Hoc Baptiſta jacet conditus in tumulo.
Hic Nebii Præſul, quam Corſica continet urbem

. . .

. . . .

Semper erit tanto Præſule digna domus.
MDXIIII. die 4. Septemb.

XIX. 19 JACOBUS Baptiſtæ ſucceſſit; obiit an. 1514.

XX. 20 Fr. AUGUSTINUS Juſtioianus *a* ex Ord. Prædicatorum Pauli, & Bartholomææ Joſtiniani filius, natus Januæ anno 1470. vir nobilitatis inclitæ, ſingulariſque probitatis, doctrinaque inſignis Theologus, eruditione vero taota, ut linguas Latinam, Græcam, Hebraicam, Chaldaicam, Arabicamque potiſſime calleret, quamobrem de multis Græcis bonis, æque bonos Latinos codices fecit, ſuæ patriæ enarravit Hiſtoriam; cujus rude, & incomptum ſcribendi genus irridet Jovius, excuſat Folietta, qui luculento Auguſtinum exornat elogio. Deſcripſit item inſulam Corſicam, unde id poſtea totum haoſit, quod in deſcriptione Italiæ attulit Leander Albertus. Edidit ſacra Hebræorum volomina illuſtrata eruditis notis, quas ex Rabbinorum fontibus derivavit. Nebienſem Eccleſiam ſortitus eſt ao. 1514. die 11. m. Septemb. quam ferè ſemper abſens adminiſtravit, tum in Gallia apud Regem Franciſcum, cujus erat à conſiliis, cujus etiam juſſu Hebraicam linguam Pariſiis publice docuit, ot ipſemet ſuis in Hiſtoriis commemorat. Pro tameu ardore ſuæ Eccleſiæ abreptus, cum ſolviſſet è Liguſtico littore, ut recto curſu Corſicam teneret, ſibiq; creditam Eccleſiam præſens adminiſtraret, mare ex ſubita tempeſtare commotum, tantum virum, ideoque eo fato indignom, vorticibos iuvolvit au. 1536. Ejus etiam cum laude meminit eruditiſſimus Jacobus Gaddus de Scriptoribus noo Eccleſiaſticis, Sixtus Senenſis iu Bibliotheca ſaucta, Conradus Geſnerus, aliique.

a De quo Oldoinus in Athen. Liguſt. Juſtinianus de Script. Ligur. & Alternus in Bibl. Neapolit. Mandoſ.

XXI. 21 HIERONYMUS Cardinalis Auria *b* hujus Eccleſiæ factus eſt Commendatarius auno 1536. die 15. menſis Decemb. eamque poſt duos annos reſignavit ad favorem ſequentis.

b De quo Ciaconius Oldoini t. 3. col. 908.

XXII 22 ANDREAS Grimaldus nobilis Januenſis ex ceſsione Auriæ idem dignitatis monus ſubivit anno 1538. die 20. menſis Junii. Præſuit viginti annos, fatoque ceſsit anno 1558.

XXIII 23 Fr. PHILIPPUS Arighettus, ex loco Palmati Villæ Balagniæ in Corſica natus, Ord. Minorum diſtrictioris Obſervaotię, ad hanc ſedem eſt ſubvectus anno 1558. die 16. Decembris. Hunc primum hujus Eccleſiæ Antiſtem fuiſſe ſcribit Philippiuus, qui ex decreto Concilii Tridentini perſonaliter reſedit, in eaque mortous eſt an. 1572.

XXIV 24. ADRIANUS Vincentius, Romaous, diu Alerienſis Eccleſiæ Proepiſcopus, vir doctus, ad Nebienſem ſedem evexit regeodam Pius V. an. 1572. die 2. m. Martii. Eodem an. mortalitatem explevit.

XXV. 25 GUILLELMUS Rodanus *c* de Vernaccia Liguriæ eidem ſedi admotus eſt anoo 1573. 16. die Decembris. Solemniter eam adivit menſe Majo anno 1574. & poſt duos meoſes ibidem exceſsit è vivis. Vir ſummi ingenii fuit, ſolidioriſque litteruturę. Scripſit, ediditque de rebus Eccleſiæ non alienandis, de ſimouia, ſpoliis Clericorum. Ejus meminit Ghiliuus in ſuo Theatro virorum illuſtrium, ſummiſque extollit laudibus.

c De eo Oldoinus in Athen. Liguſt. Mandoſ.

XXVI 26 CÆSAR Contardus *d*, Januenſis, ad hanc ſedem adlectus eſt anno 1574. die 27. Auguſti. Quatuor annos ſedit: tranſlatuſque deinde eſt ad Sagonenſem Epiſcopatum. Scripſit, dum Advocati munere in Romana curia fungeretur, de momentanea poſſeſſione, aliaque ſui ingenii poſt ſe reliquit monumenta; de quo vide, quæ de ipſo ſcripſimus in 3. tom. noſtri hujuſce laboris.

d De hoc etiam Oldoinus. Mandoſ.

XXVII. 27 M. ANTONIUS Monteflorus *e* de Valerano Ligur ſucceſſit Cæſati aono 1578. die 19. Aprilis: ad ſuam perrexit Eccleſiam 15. Sept. ejoſdem aoni, ubi mortuus eſt die 10. ſubſequentis Decembris.

e De hoc pariter Oldoinus. Mandoſ.

XXVIII. 28 Jo: BAPTISTA Baldus de Lerice Ligur ſoblectus eſt anno 1579. die 30. Janoarii: poſſeſſionem perſonaliter adeptus eſt die 10. Maji ejuſdem au-

A ni, de quo mentio in monumentis ejuſdem Eccleſiæ ad aunum oſque 1589.

29 ANDREAS Scribanus Jauuenſis, ſucceſſor Baldi, obiit anno 1596. poſt cujus obitum vacavit Eccleſia pene quatuor aunos, Clemeute VIII. Pontifice Maximo ita jubente, ut Epiſcopalis menſæ redditus ad reficiendum tectum, priſtinoque ſpleudori Cathedralem Eccleſiam reſtituendam derivarentur, quod tandem opus Nicolai Maſcardi Marianeoſis Epiſcopi induſtria, cui Pnotiſex operis perficiendi provinciam demandarat, ad fioem perductum eſt. XXIX

30 JACOBUS Ruſcianus Albiutimilienſis, electus Epiſcopus eſt anno 1601. die 12. Februarii, obiit auno 1611. XXX

31 JULIANUS Caſtagnola *f*, ex Specie Liguriæ promontorio, Jacobus ſucceſſit anno 1611. vir doctus, qoi multa ſcripſit ad erudiendos populos ſibi commiſſos, cujus lucobrationes de contractibus ore maoibus teruntur à doctis. Diu hanc Eccleſiam re- XXXI.
B xit omnibus charus; è vivis deſiit eſſe die 27. Novembris 1620. ſepultuſque cum lachrymis jacet iu cathedrali * cum hoc epitaphio.

f Laudatur ab Oldoino in Athen. Liguſt. Mandoſ.

** Ex Append. t. 4.*

Julianus Caſtagnola Spedien. Epiſc. Nebien. integerrimæ vitæ Præſul, qui æt ſuæ XLIV. Chriſti vero MDCXX. die XXVII. Novembris, Barbagi viam ingreſſus univerſæ carnis hic reſurrectionem quam credit expectat.

32 JOANNES Maſcardus è Sarzana, patre nobili Alderano natus, qui de ſtatutorum interpretatione commeutarium ſcripſit non iguobile, habuitque Alderauus germanos fratres, Joſeph auctorem tractatus de probatione, opus inſigne, & Nicolaum S. Caroli Borromæi in Mediolanenſi Eccleſia Vicarium, mox Epiſcopum Brugnarenſem, ambos viros inſignes. Joannes vero frater fuit coujunctiſſimus Auguſtioi Maſcardi Urbaui VIII. à Cubiculo, quem omnibus eruditio æquavit, vel longe anteivit hujus ſeculi doctis. A Paulo V. Joaoues Nebienſis Eccle- XXXII.
C ſiæ præfectus eſt ultimis Pontificatus diebus, à Gregorio XV. die 19. menſis Aprilis 1621. confirmatus, Romæ munus coofecrationis ſuſcepit à Maphæo Card. Barberino die 25. ejuſdem menſis. Hanc rexit Eccleſiam ſumma cum laude prudentiæ annos 25. fatoque functus eſt anno 1646. ad clavum Eccleſiæ ſedente Innoceotio X. Pontifice Maximo.

33 VINCENTIUS Sapotitus ab Iooceutio X. hujus Eccleſiæ Epiſcopus declaratus eſt auno 1646. die 3. Decemb. Vivit adbuc. XXXIII.

A D D I T I O.

(„ *Obiit Saporitus an.* 1663.
„ FRANCISCUS *Camillus de Mari, Januenſis,* XXXIV.
„ *Clericorum Regularium è Somaſcha Sacerdos, ſa-*
„ *cræ Theologiæ Lector, inſigniſque concionator,*
„ *Nebienſem Cathedram conſcendit* 23. *Junii* 1664.
„ *Defunctus eſt circa menſem Iulii* 1671.
„ JO. HIERONYMUS *Doria, Ianuenſis, ex* XXXV.
„ *eadem Somaſchenſi Congregatione Clericus Regu-*
„ *laris ſacræ Theologiæ Lector, Nebienſis Epiſco-*
D „ *pus adlectus eſt* 16. *Novembris* 1671. *E vivis en-*
„ *emptus eſt Ianuæ menſe Decembri* 1703.
„ THOMAS *Juſtinianus, Chienſis Epiſcopus,* XXXVI.
„ *ad hanc Eccleſiam tranſlatus eſt* 22. *Iulii* 1709. *m.*
„ *autem Aprili anni* 1713. *ultimus ejus vitæ fuit.*
„ NICOLAUS *Cajetanus Aproſius, Albintimi-* XXXVII.
„ *lienſis, Clericus Regularis Theatinus, tum in pro-*
„ *fana, tum in ſacra litteratura egregie verſatus,*
„ *facunduſque divini verbi Declamator, cum s. Ca-*
„ *jetani collegio à ſe Varſaviæ fundato laudabiliter*
„ *præfuiſſet, ad hanc infulam vocatus eſt* 11. *De-*
„ *cembris* 1713. *Hic palatium Epiſcopale à funda-*
„ *mentis extruxit, amplitudine, ac majeſtate con-*
„ *ſpicuum; novumque ædificium pro Canonicis eri-*
„ *gendum curat, quò facilius inibi morantes ad di-*
„ *vina peragenda officia in Cathedrali poſſint conve-*
„ *nire.*)

ITALIA SACRA
FERD. UGHELLI
Abbatis Ordinis Ciſtercienſis.

PROVINCIA NONA
SIVE
PEDEMONTANA REGIO.

Ubi de Taurinenſi Metropoli, ejuſque Suffraganeis Eccleſiis accurate enarratur.

POST Ligures ad Septentrionem, & Occaſum ſubjectos Alpibus campos uſque ad Setiam fluvium ſubalpinæ gentes incoluot, quas hoc nomine ab immenſibus Alpium jugis dixit antiquitas, poſterior ætas priſcum imitata vocabulum Pedemontanos, quaſi ad pedes montium conſtitutos, appellavit. Fines eorum ponunt ab Oriente Padum, à Meridie Liguriam, ab Occidente Galliæ Alpes, quæ Galliam ab Italia diſcriminant, à Septentrione Duriam Ripariam. Regioocm olim Taurinum Ducatum vocaront, quoniam ita à Longobardis appellabatur, à qoibus in provinciæ formam, cui Dux præerat, eſt redacta, nomenque Diœceſis. Urbs Duci ſedes, ac domicilium, ut auctor eſt Paulus Diaconus, præbebat. Taurinorum meminit Livius maxime cum Annibalis tranſitum in Italiam narrat, ita Polybius, Plutarchus, aliique ſcriptores. Terra quanto Alpibus propior, tanto aſperitati eorum diſſimilior, quippe campeſtris in amœniſſimos colles, & fertiliſsimos agros diſtincta, quos Dorius, Stura, Tanarus, & omnium maximus Padus rigat, parvus à fonte, ſed decimo ab ortu milliario navium patiens. Ager frumenti adeo ferax, ut mediocri meſſe biennio alere provinciales poſsit, Helvetiorum, Ligurium, Allobrogumque valeat ſubſtentare inopiam: vina hic laudatiſsima:

A poma omnis generis optima: prata virentia, quæ vitulinas carnes totius Italiæ præſtantiſsimas reddunt. Gens domi quieta, & ocioſa, foris virtute, & ingenuitate pollens. Nobilium hic magnus numerus eſt, ut feudatarii Principis ad ſeptem mille cenſeri dicantur. Caput regionis vetuſta eſt ipſa Taurinorum civitas, ſedes Ducum, academia, & metropolis, cujus Imperium Cotius olim Rex tenuit, ex quo Alpes Cotiæ denominatæ; hoc per Auguſtum devicto, Alpes, & Subalpini omnes Romanorum in poteſtatem redacti ſunt, qui tres hic urbes excitarunt, Auguſtam Taurinorum, Auguſtam Prætoriam, Hiporediamque: Aſta præterea Colonia deducta. Poſt Romanos Longobardi ab anno Domini 570. per annos fere ducentos in ditionem habuere, quorum quartus Rex Agilulphus ex Taurinorum Duce creatus eſt, & an. 704. Rangibertus Taurinatium item Dux, Gundeberti filius, Regnum Longobardorum, æmulis ſuperatis, invaſit. Sub Franchis deinde, qui poſt Longobardos regnarunt,
B pars Regni Italiæ fuit, quorum poſtremo Carolo Craſſo regoante, floruit poteos marchio Eporediæ Anſericus: ſub regibus Italiæ Berengario, & Lamberto, Adelbertus Eporediæ marchio celebratur, qui à Berengario ipſo Rege io generum adſcitus, regnum affectavit. Verum deinde ejus filii Berengarius, & Ardoinus Eporediæ marchiones occuparunt: Berengarius quidem una cum Adalberto majore natu anno 950. Veronæ Dux à populo acclamatus, ab Othone poſtea pulſus, Arduinus autem anno 1002. adverſus Henricum Othonis in Regno Italiæ ſucceſſorem arma movit, & quadrageſimo

anno

anno poſt occupatum à Germanis regnum, Papiam iniit, Vercellas cepit, Novariam, Comumque oppugnavit, ac Mediolanum ipſum preſſit: tandem anno 1015. regno ſe abdicans in monaſterium Fructuariæ agri Taurinenſis conjecit. Clari etiam fuere ſub Longobardis Aſtæ Duces, in quibus Gundoaldus an. 590. memoratur, & ſub Franchis, & Germanicis Regibus marchiones Aſtenſes, quorum è ſucceſſione Manfredus circa annum 1015. ab Archiepiſcopo Mediolanenſi obſeſſus traditur, ex quo tempore per annos prope 170. uſque ad pacem Conſtantiæ initam ſubalpinæ gentes eandem cum Lombardicis Urbibus rerum viciſſitudinem, & fortunam ſubierunt. In ea autem pace quæ anno 1183. ſancita eſt, ſubalpinæ urbes, una cum Vercellenſi à parte ſocietatis Longobardiæ, reliquę omnes pro Friderico Æneobarbo ſteterunt. Poſterioribus ſeculis Sabaudiæ Sereniſſimorum principum ditioni, & poteſtati hic tractus acceſſit, quorum ſucceſſionem, opes, potentiam citra, ultraque Alpes in Italia, & Gallia late diffuſam alii, ſcriptis commentariis, poſteris mandarunt. Cæterum Pedemontani omnes, & ab initio naſcentis Eccleſię hauſtam à ſuis majoribus Catholicam fidem, non modo pie, & conſtanter retinuerunt, ſed optimi ejus cultores habendi ſunt, etenim nec ſacerdotum veneratio uſquam major, nec eccleſiaſticarum ullibi legum, aut ſanctionum obſervantia religioſior. At poſtquam finitimæ Gallorum, & Helvetiorum gentes à fide Catholica defecere, in ſubalpinas etiam gentes hæretica labes irrepſit. Ergo, & Peroſæ, & S. Germani Valles hæreſibus obrutæ, & cum his Vallis etiam Lucernenſis, Agrogna, & finitimæ Delfinatui Valles cenſentur errore infectæ, adeo ut oppida triginta cum totidem caſtris non alium fere quam Novatorum cultum admittant. Nec vero his malis obviam ire deſtiterunt Principes religioſiſſimi, ſed tanta fuit hominum in ſuſceptis erroribus tuendis pervicacia, ut extrema omnia pro eorum defenſione, vel ſuarum, ut verius dicam, animarum perditione pati maluerint. Non enim iis vicina à Genevenſibus, & Helveticis auxilia præſto abfutura. Erat hoc commune conſilium hæreticorum omnium: in hoc omnes ſtudia, & curas intenderunt ſuas, ut arcem aliquam, & munitam citra montes in Italiæ aditu, & oppidum occuparent, ex quo ſua per Italiam venena ſpargerent; ſed eorum conatibus Deus immortalis oppoſuit & pedemontanorum in vera religione conſtantiam, & Sabaudiæ Ducum ſingulare ejus tuendæ ſtudium, & virtutem. Quod niſi illi, & ſuis, & Cleri Pedemontani opibus, & ſummorum auctoritate Pontificum, hoſtium conſilia antevertentes periculum propulſaſſent, ne ipſa quidem Italia tuta ab hæreticis futura erat; quo major habenda gratia Ducibus Sabaudiæ ab Italicis eſt, qui Alpes illas, velut mœnia Italiæ ita vigilanter, ac ſtrenue cuſtodierunt, ut in ejus viſcera penetrare hoſtis inſidiæ nequiverint. In Sereniſſimorum Sabaudiæ Ducum ditione citra, ultraque Alpes quatuordecim numerantur civitates Epiſcopali dignitate fulgentes, ſed ut tranſalpinas, & Sabaudias omittamus, citra Alpes, & in Pedemontano principatu novem recenſentur, Archiepiſcopatus unus nempe Taurinenſis, & octo Epiſcopatus, quorum tres ſunt Taurinenſis ſuffraganei, nempe Eporedienſis, Montis Regalis, & Foſſanenſis, unus exemptus ſcilicet Salutiarum, è reliquis quatuor duo Aſtenſis, & Vercellenſis ſubſunt Archiepiſcopo Mediolanenſi, de quibus ſupra ſparſim egimus ſuis in locis: Nicenſis Archiepiſcopo Ebredunenſi, qui eſt in Delfinatu, & Auguſtenſis Archiepiſcopo Tarantaſienſi in Sabaudia ſuffragantur: ex his, ſex dumtaxat in hac nona noſtra Provincia exponuntur, nempe Archiepiſc. Taurinen. cum ſuis ſuffraganeis, & Epiſcopatus Nicenſis, & Auguſtenſis, cum ii vel in ipſa Italia, vel in finibus ejus contineantur. In tota vero hac Provincia juriſdictio Eccleſiaſtica ita ſe habet. In cauſis Eccleſiaſticis controverſis provocatur ab Epiſcopis Suffraganeis ad ſuos Metropolitanos, à Metropolitano vero Taurinenſi dantur appellationes ad Nuntium, & Legatum Apoſtolicum, qui Summi Pontificis nomine Duci Sabaudiæ, & Pedemontano Principi aſſiſtit. Pedemontani Principatus appellatione veniunt, præter Taurinum, Montem Regalem, Foſſanum, Eporediam, ducatus unus nempe Auguſtenſis, Comitatus duo, Nicienſis ſcilicet, & Aſtenſis; Marchionatus tres Vercellarum, Cæſtæ, & Salutiarum; quæ ſingula ſuos habent Præſides; præterea Valles ſcilicet populatiſſimæ Auguſtana, Seguſiana, Stora, Peroſa, Lucernæ; & ſic omnes terras, atque regiones, quæ hoc tempore Sabaudiorum Ducum agnoſcunt dominium, ſimul comprehendemus, quæ iis limitibus circunſcribuntur: ab Oriente ſunt Ducatus Mediolani, & Montisferrati (cujus nuper cum Alba civitate pars aliqua Pedemontano Principi juſte attributa eſt) ab Occidente eſt pars Galliæ quæ Breſſa, & Comitatus dicitur; à Meridie varios limites ſtatuemus, Provinciam Provinciæ, Delphinatum, quæ pars eſt Allobrogum, & paulo inferius agrum Genuenſem in Liguria; ubi vero eſt Comitatus Nicenſis, Mare Mediterraneum, poſtremo à Septentrione Helvetios Valleſianos, Bernates, & Friburgenſes. Sed à Taurinenſi Metropoli nunc incipiet noſtra narratio.

METROPOLIS TAURINA

Cujus Suffraganei ſunt

Epiſcopatus { Eporedienſis, ſeu Hypporegienſis. Foſſanenſis. Montis Regalis.





TAURINUM, Pedemontanę Regionis Metropolis, caputque gentis Taurinorum, & Academia, poſitum, ubi flumen Duria Pado miſcetur, à Tauro Maſſilienſium, quorum aliquando colonia fuerat, Stephanus Grammaticus contendit fuiſse appellatum. Nec deſunt, qui ſcribant, Aphricanum Phœtontem eam civitatem adificaſſe: alii Limitonem Nœmel nepotem, auctorem faciunt. Ptolomæus, Plinius, Tacituſque illam vocant Auguſtam Taurinorum, in Nona Regione Italiæ ſitam, illius gentis Principem, quam Annibal in primis cenſuit expugnandam, ut inde ad victoriam Urbis, & Orbis faciliorem aditum ſibi pateret, ut Livius, Polybiuſque ſcribunt. Eidem etiam aliquando Tauratię nomen inhęſit, ut in Annibale narrat Applanus. Sed poſtquam exactis Gallis, Romanis victoribus præda ceſſit, illorumque evaſit Colonia, Taurinorum Auguſta cœpit appellari, ut antiquæ inſcriptiones, illicque reperta toreumata abunde teſtantur. Ad radices montis quadrata conſurgit, cum quatuor portarum aditibus. Ad triginta millia hominum dicitur continere, exornata ſuperbis ædificiis, plenaque nobilitate, quam rurſus fertiliſſimum ſolum commendat. Poſt declinationem Romani Imperii (ut non ſemel diximus) Longobardi ſede potiti, in ea ſui principatus ſedem aliquando fixerunt, illamque poſſederunt, uſque ad tempora Magni Caroli Imperatoris, Deſideriique poſtremi Longobardorum Regis captivitatem, ut ferebat varius eventus belli; plurimorum deinde Principum jugum accepit, donec ſub Sabaudiorum Ducum æquiſſimo Imperio ad eam magnitudinem, opeſque, quibus nunc maxime floret, perveniret. Fidei autem Criſtianæ rudimenta, vel à S. Barnaba Apoſtolo, vel certe ab ejuſdem alumnis, vult Philibertus Pingonus, hanc civitatem accepiſſe, hoc eſt anno noſtræ ſalutis quinquageſimo; ſenſimque altas radices egiſſe, donec in totum Idololatria iugulata, redditaque per

A Conſtantinum Magnum Eccleſiæ pace, ceteras Civitates Inſubriæ ſolidioris ſtudio pietatis æquaret, Adauctaris, atq; Octaviani, cum Solutore Thebanæ Legionis fortiſſimorum militum fuit matyrio nobilitata, quorum Solutor Eporediæ paſſus eſt, ceteri duo Taurini tulere palmam martyrii ann. 306. 13. Kal. Februarii. Corpus Solutoris Juliana Matrona prænobilis Taurinum deportandum, ſepeliendumq; curavit, ubi poſtea S. Victor Epiſcopus eccleſiam exedificaſſe narratur. Jam inde à primis illis temporibus potuit habuiſſe Epiſcopum, ejuſdemque quamplurimos ſucceſſores, quorum ſeriem uſque ad Maximum delevit invidioſa vetuſtas, quæ deinde à S. Maximo uſque ad hæc noſtra tempora videtur haud interrupta decurrere. Cæterum Taurinenſis Epiſcopus Archiepiſcopi Mediolanenſis ſuffraganeus fuit, uſque ad tempora Sixti IV. Pont. Max. qui illum deinde ob omni jure Metropolitano exemit. Leo vero X. illum Archiepiſcopum declaravit, juſſitque Eporedienſem, &
B Montis Regalenſem Præſules eidem ſuffragari anno 1515. die 12. menſis Maji, quibus poſtea Foſſanenſis acceſſit temporibus Clementis VIII. Epiſcopus Taurinenſis aliquando S. Joannis Baptiſtæ Preſul á ſua Cathedrali Eccleſia in nonnullis Conciliis, ac monumentis ſubſcriptus reperitur. Academiæ, ac publicæ univerſitatis Archiepiſcopus pro tempore eſt Cancellarius. Ampliſſima diœceſi gaudet, utpote quæ ab Oriente ad Aſtenſem, Vercellenſem, Caſalenſem tractum, à Meridie ad Sturam, ab Occidente ad Alpium ſummitates ad Maurianæ, Delphinatus, & Provinciæ confines extenditur, amplior enim ante Foſſanenſis, & Salutiarum Epiſcopatuum erectionem, qui à Diœceſi Taurinenſi diſtracti fuerunt, ut quicquid ditioni temporali marchionis Salutiarum ſubjacebat, hujus Eccleſiæ Epiſcopo ſubderetur. Sunt in hac diœceſi
C oppida multa, quorum ſex maxime inſignia, inſigniis collegiatis ornata. Cherium nempe, ubi in Eccleſia S. Mariæ de Scala honorifice aſſervantur trium ſanctarum, Julianæ, Baſilicæ, & Geneſiæ integra adhuc corpora, Monſcaleriom, Dipolarium, Secuſiæ, quod eſt caput Vallis Secuſianæ, Cardeti oppidum, & Corgnati. Parochiales Eccleſiæ in tota diœceſi numerantur 220. Virorum Cœnobia

Digitized by Google

A 31. ſanctimonialium 12. Prioratus Conventuales quatuor, Commendæ Ordinis Hieroſolymitani ſex, præter Prioratum Longobardiæ, ut vocant, Lazari plurimæ, ſancti Antonii quatuor, Xenodochia 16. oppidanorum pietate eacitata. Abbatię nobiles numerantur S. Petri de Novaleſio, S. Mariæ de Pinarolo Ordinis S. Benedicti, Ss. Petri, & Andreæ de Ripalta Ordinis Ciſtercienſis, S. Jacobi de Stura Ord. Vallis Umbroſæ, nunc Archiepiſcopali menſæ unita, & pervetuſta Canonicorum Regularium Præpoſitura S. Laurentii de Viſio ad radices montis Genebris eaædificata, de quibus ſuis in locis initia enarrabimus. Diœceſanorum ad communionem animarum enumerantur ad centum ſupra viginti ſexmilia. Archiepiſcopalis menſę cenſus quatuor millium ſcutatorum Romanorum ęaęquat, quamobrem in libris Cameræ Apoſtolicæ ejus taxa eſt florenorum 587. Cathedralis Taurinenſis Archiepiſcopi eccleſia Divo Joanni Baptiſtæ dicata, hanc Longobardi ædificarunt, Dominicus vero de Ruvere Epiſcopus, & Cardinalis B vetuſtate deformatam à fundamentis reſtituit: duplici ædificatione continetur, ſuperiore nimirum, atque inferiore Eccleſia, quarum illa nunc frequentior, cum olim conciones haberi, & Pontificalia munia in inferiori ſolerent. Univerſa porro Baſilica egregiam, atque amplam ſtructuram præſefert, ante chorum viſitur altare cum pinnaculo deaurato quaternis ſubnixo columnis miro opere, atque elegantia pia Sabaudiorum Ducum liberalitate eacitatum. Pinnaculo capella eſt impoſita, in qua pro dignitate adſervatur incomparabile illud, & Regum veſtimentis longe pretioſius linteum, quod vix Angelicæ ſunt dignæ contrectare manus, nempe ſacroſancta ſyndon Veneranda Redemptionis Domini Noſtri Jeſu Chriſti corpore conſecrata, eo tempore quo illud in ſepulchro jacuit, qua nihil ſanctius in Chriſtiano Orbe venerantur fideles. Nobilitatur etiam hæc Baſilica inſignibus ſanctorum reliquiis, præcipue autem SS. Mauritii, & Secundi martyrum, ac oſſibus S. Catarinæ ſub cura Capituli. C Condecoratur quinque dignitatibus, quarum prima Præpoſitura eſt, Archid. Theſaurar. Archipresb. & Cantoratus cum viginti canonicis, præter alios ſex, quos Trinitatis appellant, qui immediate poſt ſuperiores incedunt, totidemque prębendę ſunt, quot exiſtunt Canonici, Capellani, & clerici multi cum ſuis magiſtris, ac cantoribus, qui invigilant divino cultui promovendo. Intra civitatis muros quatuordecim ſunt Parochiales Eccleſiæ, ſexdecim Religioſorum Cœnobia, comprehenſo nobile Societatis Jeſu Collegio, Monialium ſepta quinque, Xenodochia tria, cum Monte Pietatis, & laicorum confraternitates plurimę. Populus univerſim catholicus, ac devotus; etſi autem tam in civitate, quam in aliquibus locis diœceſis, Judæi degant, ſunt tamen ſeparati à Chriſti fidelibus. Porro ſeriem Taurinenſium Præſulum compendiario explicuit Philibertus Pingonus in ſua Auguſta Taurinorum, à quo hauſit Claudius Robertus; nos vero ab iis, D aliiſque tum auctoribus, tum monumentis noſtrum hunc Catalogum hauſtum, ſed multo uberiorem proferemus.

I. 1 S. VICTOR (1) anno 3?n. Epiſcopus Taurinas reperitur in tabulis hujus Eccleſiæ. Qui ædiculam in qua jacebant corpora Ss. Solutoris, Adventoris, & Octaviani, ædificiis adauxit, cenſibuſque annuis ditavit. Dubitant aliqui hunc eundem eſſe Victorem qui vixit poſt Maximum anno 494. (2)

A 2 S. MAXIMUS *a* Taurinenſis Epiſcopus, doctrina, eruditione, & ſanctitate illuſtris, fuit alumnus S. Vvillimbegi (3) Traiectinenſis Epiſcopi, cujus dies feſtus apud Rom. Martyr. recurrit 13. *b* menſis Junii, cujus etiam meminit Gennadius cap. 40. de Viris Illuſt. qui tamen errore deceptus dicitur, dum affirmat obiiſſe Maximum temporibus Honorii, & Theodoſii Imperatorum, cum conſtet protuliſſe illum ætatem uſque ad tempora Valeriani, Martianique Auguſtorum. Reperitur interfuiſſe Maximus Concilio Mediolanenſi celebrato ſub Euſebio Epiſcopo illius civitatis, cujus ſynodica Epiſtola ſcripta fuit ad S. Leonem Papam. Romanæ etiam ſynodo interfuit ſub Hilario Pontifice anno 465. Hujus etiam meminit Trithemius, Bellarminus de Script. Eccleſ. Honoratus, Sigibertus, Baronius, Genebrardus, ac denique Galleſinus, cujus diligentia cultiſſimæ hujus ſancti homeliæ Romæ prodierunt in lucem. II.

a De eo Acta Ss. Junii t. 3. pag. & Roſſotus in Syllabo Script. Pedemon. Mondof.
b Die 13. Junii.

B 3 VICTOR, ejuſdem ſedis Antiſtes, Epiphanii Ticinenſis Antiſtitis collega fuit in legatione ad Gundebaldum Burgundiæ Regem apud Baronium ann. 495. ex Ennodio. Idem Taurinenſibus ſuaſit, ut templum Iſidis ſolo æquarent, & ibidem ex iiſdem cœmentis Eccleſ. conſtituerent, in qua Ss. Thebanorum ſacra lipſana collocarentur, apud quam Eccleſiam etiam monaſterium ædificavit, cui deinde præfuerunt Abbates Benedictini inſtituti, quorum unus fuit S. Goſelinus, quem Taurinenſes inter ſuos patronos adjunxerunt, ut auctor eſt Baldaſſanus in Thebanorum martyrum hiſtoria. III.

4 TIGRIDUS *c* Synodum celebratam Romæ ſub Symmacho Papa ſubſcripſit anno 501. & 502. IV.

c Al. Trigidius.

5 RUFFUS anno 550 de quo Greg. Turonenſis de gloria martyrum lib. 1. cap. 4. Poſt Ruffum, Pingonius, & Salutienſis Epiſcopus reponunt Agnellum. Verum cum ille addat, hunc Agnellum ab Agilulfo miſſum in Gallias ad Chidelbertum Regem, ad captivos redimendos, quos Franci adduxerant, manifeſte ſe ſe erroris coarguit. C Conſtat namque illum ad id miſſum ab Agilulfo non Taurinenſem, ſed Tridentinum fuiſſe Epiſcopum, ut habent Paulus Diaconus, Anaſtaſius, & Sigonius. Poſt Agnellum, quem juxta veritatem inter Tridentinos reponemus Epiſcopos, eſſet recenſendus Pelagius juxta Baldaſſanum ex Greg. Epiſt. 526. ſed ex ejuſdem Epiſtolæ tenore apparet, Pelagium, ad quem S. Gregorius ſcribit, fuiſſe Epiſcopum in Urbe de Turinis, non de Taurinis, dicta, illamque Maſſiliæ proximam, & in ipſa Gallia conſtitutam eſſe. V.

6 URSICINUS ann. 580. ex Baldaſſani ſententia. Qui cenſet Taurinenſem Epiſcopum fuiſſe illum de quo S. Greg. lib. 7. epiſt. ſcripſit ad Theodoricum, & Theobertum Francorum Reges, quod is conqueſtus fuerat, ſe præjudicium ſuſtinere in parochiis intra terminum ipſorum regni conſtitutis, ita quod illic alter Epiſcopus fuerat ordinatus, & res Eccleſiæ oblatas, dum ipſe captivitatem perferret. Nec inconſulto, ſiquidem Taurinum etiam D Taurinas legitur, & ipſius Eccleſia intra terminum Regni Francorum plures habet parochias, inter cæteros Ulciſcenſem Præpoſituram. Hujus autem Epiſcopi captivitatem accidiſſe conjicimus eo tempore, quo Longobardorum res pro arbitratu triginta Ducum regebatur. Tres ex ipſis nempe Amo, Zaban, & Rodanus Italia egreſſi, duo quidem primi per montem Juniperum, ſeu Genturæ dictum, tertius per Cinitium Allobroges primum, VI.

tum

(1) Latent nomina Deceſſorum s. Maximi omnino omnium: nam s. Victor, quem tabulæ Eccleſiæ Taurinenſis ſuggerunt pro anno 3[illegible] quique amplavit ædiculam Ss. Solutoris, Adventoris, & Octaviani Martyrum Thebæorum, merito creditur eſſe idem, qui Maximo ſuffectus iiſdem ſanctis Monaſterium condidit, & ad Burgundiæ regem Legatus ivit an. 495. *Papebrochius in Actis Ss. Junii tom. 5. p. 53.*

(2) Ad ſedandas varias inter Galliarum, aliorumque Epiſcopos de Primatu altercationes Concilium hac in urbe, unde Taurinenſe dictum, celebratum eſt an. 397. & lectæ in eo Epiſtola Siricii Papæ, & alia D. Ambroſii Epiſcopi Mediolan. nuper defuncti. Quo tempore hanc Eccleſiam caruiſſe Paſtore haud cenſendum eſt, unde & aliis Conciliis providere in votis erat.

(3) Multa repugnantia eſt apud Ughellum, dum S. Maximum dicit alumnum fuiſſe s. Villembegi Trajectinenſis Epiſcopi; nam inter Trajectenſes ad Moſam Epiſcopos, quorum ſeriem accurate expoſitam Henſchenius dedit ante tom. 7 Actorum Ss. Maii, nullus eſt, cujus nomen vel eminus eo pertingat. Inferioris autem ad Rhenum Trajecti Epiſcopus quidem primus fuit s. Villibrordus, Friſonum eorumque Gentilium Apoſtolus, ſed anno demum 694 conſecratus, & uſque ad an. 714. ſuperſtes fuit. s. Maximus tribus fere ſæculis junior. *Putat*, inquit Ughellus, *jam inde à primis prædicati Evangelii temporibus, Epiſcopum habuiſſe Taurinenſis Eccleſia*, [illegible] & eorum aliquis potuit eumdem Maximum eodem in diœceſi verosimiliter natum ſuſcepiſſe inſtituendum, & Clericum fecisse. Sed difficile captu eſt, quomodo pro *Taurinenſis* Epiſcopi titulo, *Trajectinenſis* ex Belgio [illegible] nec minus, quomodo inter illos fuerit ſæculo IV. aliquis Francico nomine *Villembegus*, Francis nec dum in Italiam tranſgreſſis. *Papebrochius in Actis Ss. Junii tom. 5. p. 50. n. 9.*

tum Gallias deprædati ſunt, nec templis ſacriſque locis pepercere. Tunc Novalicenſe Cœnobium everſum, Anulphus vir ſanctus occiſus, Monachi, qui evadere potuerunt, io Taurinum civitatem confugerunt, Abbate Bonito, qui quintus fuit à Divo Benedicto ordinis auctore. Sita eſt Novalicenſis Abbatia, ut refert Auguſtious ab Eccleſia Epiſcopus Salutienſis io Chronologica Hiſtoria ex Baldaſſano, & Pingonio, ad radices Montiſcinitii non longe à flumine Cinitio, ſic dicta ab ejuſdem nomiois oppido præfatæ Abbatiæ ſubjecto, vel à nova luce. Hæc, adhuc in humanis agente D. Benedicto monachorum Cœnobiarcha, ab Abbone Romano Patritio cooſtructa, ejuſque monachis conceſſa, adeo opulentos redditus habuit, ut quingentis monachis ſufficerent. Verum, cum à Longobardis per Vallem Secuſinam in Galliam ſub Rodano Duce anno 575. tranſeuntibus devaſtata, per annos multos monachis caruit; qui ab impiorum furore evaſerant, Taurinum ſe recepere, ibique ad ann. uſque 756. morati, quo quidam alius Abbo Gallus patritius Romanus, citra, & ultra Alpes potentiſſimus primus Secuſiæ marchio eaodem Abbatiam reſtituit, ampliſſimis redditibus, privilegiiſque ditavit, tertiamve partem Vallis Secuſianæ, pluraque aliis bona tum in Italia, tum in Gallia donavit. Imperator veru Carolus Magnus, Frodino Abbate dictam Abbatiam regente, in qua Hugo præfati Imp. filius monachum induerat, cum ad eam, è Gallia Romam tranſiens, divertiſſet, non modo Abbonis donationes approbavit, verum etiam Abbatias S. Medardi, S. Nicaſii de Remo, & eccleſiam S. Mariæ de Monte martyrum eidem in Gallia ſubjecit, tertiam præterea regioaum vectigalium civitatis Bellonenſis partem, oppida Aruæ, & Lianæ in Mauriana Valle, & denique Gabiani, & Soponici, aliorumque oppidorum, atque ipſius Maurianæ tertiam partem, miro Cæſareæ humanitatis exceſſu, necoon SS. Coſmam & Damianum, ac S. Valericum, & aliorum ſanctorum pignora eidem largitus eſt. En diploma ab authentico exemplari.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.

Ego Carolus Magnus divina illuſtrante clementia honore Regni, & Romanorum Patritius prædignus. Conſilio Domini Apoſtolici pro Dei amore, & remedio illuſtriſſimi patris, & matris noſtræ, ac propter petitionem Donni conſanguinei noſtri Frodini Novalicenſis Abbatis, & Hugonis filii noſtri ejuſdem cœnobii monachi, ipſi monaſterio in honorem Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli & Andreæ conſtructo, omnes terras, proprietates, unde Donnus Abbo patritius eam Eccleſiam ditaverat, cum omni integritate, & pertinentiis, ſicut per præcepta ipſius Abbonis patritii, & patris noſtri Pipini pertinere videntur, corroboramus, & penitus confirmamus, tertiam videlicet partem Secuſinæ vallis, cum tertia parte diſtricti tam in montibus, quam in planitiis, & aquis, & totum Lectadrum à petra ſtricta, & à curſu aquæ uſque ad ſummitatem montium, & totam Novalicenſem vallem cum montibus, & aquis, & piſcationibus, & venationibus, & pratis utriuſque partis vallis, & feratam cum omni diſtrictu à deſcenſu collis, qui eſt circa Secuſiam uſq; ad planitiem montis Ciniſii, & ipſum etiam montem cum ripatico fluminis uſque ad fontem Varſiniſcam, & ne ab hominibus ad ipſum cœnobium tantum pertinentibus apud Secuſiam, neque in alio loco ejuſdem patriæ in coloneo pedagium, vel quilibet alius cenſus in emendo, vendendo, ſeu in quibuslibet aliis negotiationibus exigatur. Portaticum vero navium ſolummodo ad hoc monaſterium ſpectantium, & quicquid D. Abbo patritius ſibi in Italia, ſeu in cunctis Galliis dedit, concedimus, & confirmamus. E regalibus vero beneficiis noſtris huic tanto cœnobio pro mercede animæ noſtræ attribuimus, & abſque omni retentu conferimus in partibus Franciæ monaſterium s. Medardi cum omnibus ſuis appendiciis, & Eccleſiam B. Mariæ de Monte martyrum cum ſuis pertinentiis, atque Abbatiam s. Nicaſii in Remes, & quartam partem noſtrorum redditnum, quos in Bellonenſi civitate accepimus, cum iis omnibus quæ genitor noſter Pipinus ipſi monaſterio dedit, & duas curtes in Mariana, ſcilicet Aruam, & Lianam, & Valonem, atq; Hectonem, & tertiam partem ejuſdem vallis Maurianæ, quæ tamen ad nos ſpectant, & in Italia curtem Gabbianam cum mille manſis ad ipſum pertinentibus, & curtem Soponici cum quingentis, & ſeptem manſis, & Vallem Bandoniſcam cum caſtro Bardino, filiis Ludovico, & Hugone rogantibus. Conceſſiones autem Ducum, Marchionum, &c. auctoritatem Domini Papæ, cujus juſſione hoc fecimus, prorſus corroboramus, & confirmamus. Inſuper etiam pro animæ noſtræ ſalute, ejuſdem cœnobii perpetua tranquillitate volumus, atque noſtra Imperiali auctoritate præcipimus, atque præceptali pagina corroboramus, quatenus prædictum cœnobium nulli de cætero niſi noſtræ ditioni ſubjaceat ſolummodo, & ſucceſſorum noſtrorum, & ab omni Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, Ducum, Comitum, Marchionum, cæterorumque hominum dominio liberum, & abſolutum permaneat, nec ullo tempore cuiquam ſucceſſorum noſtrorum prænominatum cœnobium, vel quæ ad ipſum pertinere videntur, hac præceptali pagina, ſeu qualibet ſcripto alicui perſonæ tradere, vel in beneficium concedere liceat, ſed omni tempore Imperatoriæ ſit tantummodo poteſtati ſubjectum. Præcipientes itaque jubemus, & hac noſtra corroboratione firmamus, ut nullus Dux, Archiepiſcopus, Epiſcopus, marchio, comes, vicecomes, gaſtaldio, &c. Si quis autem hujus noſtræ confirmationis, & largitionis præceptum rumpere præſumſerit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras mille, medietatem cameræ noſtræ, & medietatem jam dicto cœnobio, ſuiſque rectoribus. Quod ut luce clarior reddatur, & omni tempore inviolatum conſervetur, manu propria roborantes, ſigillo noſtro ſignari juſſimus.

Signum † Caroli Magni glorioſiſſimi Regis.
Ego Mandanarius Caroli Magni Notarius cognovi, & ſcripſi.
Signum Evaſini Epiſcopi Aſtenſis.
Ego Conradus Cancellarius cognovi, & ſſ.
Signum Henrici Archiepiſcopi.
Signum Ugonis Epiſcopi.
Claudius Epiſcopus Taurinenſis cognovi, & ſſ.
Ego Remoardus Comes cognovi, & ſubſc.
Signum Glarini Archiepiſcopi.
Ego Riſpardus comes cognovi, & ſubſc.
Ego Archimerius comes cognovi.
Roſo comes cognovi.

Datum in Ticini Palatio.

Poſt hæc iterum à Sarracenis everſa Abbatia, Adalberti Eporediæ marchionis opera Bremetum prope Padum, ubi nunc munitiſſima arx Monaci, tranſlata fuit. Protuliſſe hoc celebre cœnobium præter Arnulphum martyrem, S. Froidinum Magafredi filium, & Theobaldi Secuſiæ marchionis fratrem, alios tum ſanctitate, tum rerum magnitudine claros viros idem auctor in ſerie Aſcetarum ejuſdem refert, cujus hodie Abbas eſt Philibertus Mauritius Provana, Joannis Franciſci comitis Traſachi ex Dominis Lainiaci filius. Hujuſce monaſterii fundationis meminit Benedictus Papa VIII. in amplo privilegio, quod anno 1014. Gottifredo Abbati ejuſque ſucceſſoribus conceſſit, digoumque viſum eſt, ut hic ioſeratur ex authentico copiali.

Benedictus &c.

Dilecto filio Gottifredo Abbati venerabili Monaſterii B. Petri Apoſtolorum Principis fundati in Bremetenſi territorio inter Padum, & Ticinum, ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum. Si ſemper ſunt concedenda, quæ piis deſideriis congruant, quanto potiſſimum non ſunt deneganda ea, quæ pro divini cultus ſtabilitate petuntur, &c. Igitur quia per interventa I. chariſſimi noſtri, Adalberti gratia Dei Marchionis glorioſiſſimi, ac Imp. Henrici poſtulatio fratrum ejuſdem Bremetenſis monaſterii . . . . . quatenus ad ipſum monaſterium, quod prius ad Dei honorem, ac S. Petri Apoſtolorum Principis tempore Regis Theodo-

rici ab Abbone patritio fuit prope Alpes in loco Novaleſio nuncupato ædificatum, & poſtmodum imminente Sarracenorum perſecutione ſtudio Adalberti Deodevoti marchionis translatum eſt collecta congregatione fratrum regularium ad oppidum, quod Bremetum dicitur privilegiis noſtræ S. Sedis Apoſtolicæ roboratum. Quorum piis deſideriis faventes hac noſtra auctoritate, id quod poſtulatum eſt, concedimus. Et ideo omnibus cujuslibet Eccleſiæ Sacerdotibus quamlibet ditionem habere, vel miſſarum ſolemnia ibidem celebrare prohibemus, niſi ab Abbate ipſius loci invitatus fuerit, ſed nec aliquam ordinationem, vel conſecrationem illic facere præſumat. Confirmamus etiam eidem monaſterio B. Petri Apoſtoli omnes res, & poſſeſſiones, quæ ab initio fundationis ſuæ apud Novalcſium ſupradictus vir excellentiſſimus, & Chriſtianiſſimus Abbo per teſtamenti paginam, ſive citra viventis tradidit, & delegavit, quaſque prædictus Adalbertus marchio cum uxore ſua deinceps apud Bermetum translatum donavit. Eccleſiam vero, quę eſt conſtructa in honorem S. Dei Genitricis Virginis Mariæ in Pollicino cum omnibus ſuis pertinentiis, cellam quoque vocabulo S. Andreæ in civitate Taurinenſi cum omnibus ſuis pertinentiis prædicto monaſterio confirmamus, &c. Inſuper cellam, quam à Pagani vocant, cum omnibus ſuis pertinentiis, ſicut per præcepta ei delegatum eſt; quin etiam Gabiani Cortem cum univerſo territorio, quæ eſt in Stupunico, Vallicella, Maridiago, Loretto, Ronaria, & Abruſiatco monaſteriolo Gorgiano, quæ omnia cum prędicta Corte, ac ſuis pertinentiis jam dicto monaſterio per præceptum conceſſum eſt. Pollentium quoque Cellam, quæ ab ejuſdem monaſterii fratribus noviter constructa eſt, & Colonia cortem, & Mancianum caſtrum cum omnibus ſuis pertinentiis, quæ Oddo marchio pro remedio animæ ſuæ matris eidem monaſterio cum ſua conjuge per cartam offerſionis conceſſit; Cavallarium etiam cum corte magna, & omnibus aliis ſuis appenditiis, ſicut ab Arduino marchione pro remedio animæ ſuæ matris eidem cœnobio largitum eſt. Caſtrum vero S. Georgii, & Caſalis curtem, cellulam vero in honorem S. Petri conſtructam in valle, quæ dicitur Ignaria cum omni ſua integritate; Cellam quoque S. Petri Principis Apoſtolorum, & S. Michaelis Archangeli, & Eccleſiam in honorem S. Stephani ſacratas cum caſtro, quod vocatur Rodo, & aliud nomine Verdunum cum omnibus ſuis pertinentiis, cum portis, ripaticis, &c. Si quis autem, &c. Scriptum per manus Leonis Notarii regionarii, & Scrinarii S. R. E. in menſe Februario, & indict. 12. anno propitio Pontificatus Domini Benedicti ſummi Pontificis, & Univerſalis VIII. Papæ in ſacratiſſima Sede B. Petri Apoſtoli a. imperante D. Henrico à Deo coronato magno Imperatore anno 1. in menſe, & Indict. ſuprascripta XII. Benevalete.

VII. 7 RUSTICUS Synodo Romanæ interfuit ſub Agathone Papa anno 679. poſt quem uſque ad Claudium Epiſcoporum interciderunt nomina.

VIII. 8 CLAUDIUS ante annum 774. ad Taurinenſem Epiſcopatum evectus, in diplomate donationis factæ à Carolo Magno Abbatię Novalicenſi ſubſcriptus legitur cum Evaſio Aſtenſi Epiſcopo. Facta autem fuit ea donatio in gratiam Frodini Abbatis propinqui, & Hugonis monachi ejuſdem Cœnobii, ipſiuſmet Caroli filii: in eaque jam oblata à Pipino patre confirmavit, aliaque plura ipſe adjecit. Exceptus porro fuit idem Carolus dum Cinitio in Deſiderium præficeretur ab Aſenario Abbate, cui anno 780. ſucceſſit Frodinus, qui à patre Manfredo ex Caſtellæ principibus eidem Aſenario inſtituendus traditus fuerat. Eoque ſedente Abbo patritius, amiſſo Riculfo filio, ipſum Novalicenſe cœnobium pro medietate hæredem inſtituit ann. 792.

IX. 9 CLAUDIUS a hujus nominis II. natione Hiſpanus, ſceleſtiſſimus homo, ac impius Iconoclaſta, damnati Felicis Urgellitani ſectator, Taurinenſis Epiſcopus deligitur a Ludovico Pio Imp. cujus erat à ſacris. Is ſtatim atque ſuam adiiſſet Eccleſiam, ut ipſemet teſtatur in libello ad Theodomirum Abba-

a De quo [illegible] in Syllabo Script. Pedemon. & [illegible] de templ. Eccleſ. [illegible]

A tem erroris ſui correctorem in ſibi cōmiſſam plebem de cultu ſacrarum imaginum peſtiferum dogma diſſeminare cœpit, contra quem Jonas Aurelianenſis Epiſcopus, & Vualfridus Strabo, ſed claude quidem, ſtilum extrinxere: de quo ſic idem Strabo de rebus eccleſiaſticis. *Claudius quidem Taurinenſis Epiſcopus, ſed in veritatis itinere nominis ſui ſimilitudine nutabundus, inter cæteras vanitatum ſuarum ineptias cupiens hæreſim de imaginibus renovare, antequam diverſorum contra eum ſcribentium telis, ſuo judicio damnatus, interiit, & fortaſſe, qui Imperatoris, velut in nummo, contempſit imaginem, ante tribunal ipſius, protervitatis ſuæ, & pariter ingratitudinis, vel inquietudinis pœnas exoluit Non enim levem injuriam ſæculi potentes ſibi putant illatam, ſi imaginem ſuam, vel nomen in quolibet numiſmate à ſubiectis deſpici cognoverint, & calcari;* hæc Vualfridus Strabo Claudii Synchronus. Iſta docuiſſe impium Iconoclaſtam, quibus indignationem incurriſſe Paſchalis Papæ, ſuo quo iſta ſunt patefa-

B cta, ſed defuncto Paſchali Pontifice, ſcripſiſſe Claudium Apologeticum adverſum Theodomirum Abbatem, illum corrigentem, innuit Baronius ad ann. 825. ex ſcripto ejuſdem Theodemiri; qua occaſione Jonam Aurelianenſem adverſus eundem Claudium tres libros conſcripſiſſe fatetur. In eundem Iconoclaſtam Dungallus ejuſdem temporis non ignobilis ſcriptor commentarium edidit ad Ludovicum Imp. quod extat in tom. 4. Bibliothecæ Patrum, in qua tom. 1. ejuſdem Claudii habentur commentaria in Epiſtolam ad Galatas. Ejus meminit inter hæreſiarchas Theodorus Petrejus in Catalogo, quem natione Anglum facit Prateolus, Joanni Vvicleffo ejuſdem ferè & hæreſis, & nationis coevum: Ducem videlicet, & magiſtrum eorum, qui Crucem Dominicanam nullo pacto adorandam contendebant, tum quoque baptiſmum eſſe nullum, ſi fronti ipſius baptizati ſignum crucis non infigeretur. Cæterum Claudius ſepe contra Sarracenos è Fraxineto per Inſu-

C briam excurrentes debellavit, Taurinenſium acie ſtipatus, ut ex rebus geſtis Auguſtæ Taurinenſis patet non magis ad arma, quam ad malam, futilemque doctrinam pronus; diuque omnibus notus, exoſuſque Taurinam Eccleſiam rexit, fatoque functus eſt ſuo errore involutus, Ludovico Imp. Quo anno, quove loco incertum, perveniſſe tamen ad an. 839. habetur ex monumento Herigarii Secuſiæ marchionis, quo Novalicenſi Cœnobio Venetium in montanis contulit.

10 CLAUDIUS III. ſedit Taurini anno 873. X.
ex tab. ejuſdem Eccleſiæ: anno deinde 875 Manfredus Dodoni Patri marchioni Secuſiæ ſuccedens, multa prædia Novalicenſibus Monachis, Abbate Heirardo contulit, Taurinenſia templa reparavit. XI.

11 LANCIUS ex arbitraria ſententia Oderici comitis ann. 7. Caroli Imp. Ind. 6. anno 888. menſe Novemb. per quam adjudicantur Aſtenſi Eccleſiæ quædam bona, quæ (ut in ea dicitur) Lancius venerabilis Epiſcopus de civitate Taurino vindicare

D nitebatur, vigore cujuſdam chartulæ à notario non ſubſcriptæ. Ita in monum. Aſtenſis Eccl.

12 AMULUS Taurinenſis Epiſcopus Lamber- XII.
ti Regis temporibus vixit circa annum Domini 896. de quo hæc refert fragmentum Chronici Novalicenſis monaſterii lib. 4. *Hoc tempore Lampertus Rex apud Italiam regnabat, ſuoque tempore fuit cives Maginfredus quem interfecit, nec non & AMMULUS Epiſcopus Taurinenſis, qui ejuſdem civitatis turres, & muros per verſutiam ſua detruxit. Nam inimicitiam exercens cum ſuis civibus, qui continuo illum a civitate exturbarunt, fuitque tribus annis abſque Epiſcopali cathedra. Qui pace peracta reverſus, & manu valida cinctus, dextruxit, ſicut diximus. Fuerat hæc ſiquidem civitas condenſiſſimis turribus bene redimita, & arcus in circuitu per totum deambulatorios, cum propugnaculis deſuper, atque antemuralibus. Siquidem præfatum Regem idem Epiſcopus a filio Magnifredi comitis cum in Sylva ve-*

na-

nationi exerceretur, & in gremio adoleſcentis ſomno oppreſſum obdormiret, dolo interfecit. Poſt modicum autem apparuit illi quadam die diabolus in modum vulpeculæ, cum equitaretur, quam perniciter inſecutus eſt, ſicut fatur popularis vulgus, in tantum ut ulterius non ſit viſus. Hact. Chronic. De Lamberti cæde, quæ incidit in ann. 898. eadem fere Luitprandus Ticinenſis lib. 6. nullam tamen de Amulii Epiſcopi mentionem habet, neque de eo in tabulis hujus Eccleſiæ extat memoria, quæ cum infauſta ob prolata facinora haberetur, oportet eam fuiſſe deletam. (1) Hunc tamen confundit Auguſtinus ab Eccleſia Salutienſis Epiſcopus in Cronologica hiſt. cum Annunco, qui vixit ann. 966. ut infra dicemus.

XIII. 13 HEGINULFUS, is anno 901. interfuit ſententiæ latæ à Berengario Rege ad favorem Sebaſtiani Epiſcopi Vercellenſis de Monaſt. Lucedii.

XIV. 14 VUILIELMUS a primus eodem ann. 901. Taurinenſibus jus dicebat, juxta ſupputationem Pingonii, ſed apud Baldaſſanum poſt Heginulſum collocatur, cui favet Novalicenſe Chronicon, ex quo in 3. lib. Francorum ſcriptorum relata ſunt, quę ſequuntur. (*Circa hæc tempora pars Sarracenorum mare navium vehiculis transfretantes, ingreſſi ſunt Fraxinetum ad habitandum. Vbi plures annos commorantes inexpugnabilem reddiderunt. Erat enim circumſeptus nemore perdenſo maxime ſylvarum plurimarum. Eſt autem locus ipſe ſitus circa oram maris in provincia prope Arelaten. Audiens autem Domnivertus Abbas, qui tunc S. Novalicenſi Eccleſiæ præerat, famam eorum, nimis pavidus de eorum metu factus, in Taurinenſem civitatem fugere, malo ſuo, & noſtro curavit cum ſuis. Erat autem eccleſia in præfata civitate, in honorem S. Andreæ, & S. Clementis dedicata, ubi hodie dicitur ad S. Benedictum, ſcilicet ad portam Secutinam, quæ longe ante pertinens fuerat de ipſa Abbatia Novalicenſi. Ibi præfatus Abbas cum ſuis conſedit. Heu! heu! tunc amiſit ſanctiſſima mater noſtra Novalicenſis Eccleſia omnem honorem ſuum, inſuper & dominatum ſuarum omnium eccleſiarum. Deſcendentibus denique Monachis ab ipſo Cœnobio, ſtatim diriſſima gens Sarracenorum occupavere locum. Qui illico deprædantes univerſa, quæ invenire potuerunt, concremavere omnes Eccleſias, ac domos univerſas. Invenerunt ſiquidem duos ſenes Monachos, qui ibi ad cuſtodiam eccleſiarum, domorumque relicti fuerant, quos accipientes ad necem uſque vulnerantes, vapulaverunt. Veniente ergo Abbate Domniverto cum Monachis ſuis, & cum cuncta ſupellectile, & theſauro in civitate Taurinenſi, ibique Monaſterium ædificantes conſederunt. Erat autem tunc in Epiſcopio Taurinenſi Epiſcopus nomine Vuillelmus, ſub cujus dominio erat Præpoſitus nomine Riculfus. Hic notiſſimus ſatis, & amicus fuerat Monachorum ſupra taxatorum. Qui venientes in jam dictam civitatem non habebant domos, ubi tantos libros, tantum theſaurum cuſtodire quiviſſent. Commendaverunt ergo ipſi Monachi ipſum theſaurum Riculfo Præpoſito: & aliquid ex ipſo theſauro impignoraverant accipientes annonam, ſicuti mos eſt advenarum, qui in loco non ſerunt. Perturbata vero terra, fugientibus monachis, (alii namque . . . . nonnulli mortui) defungitur & ille Riculfus, petitque impignoratum & accomodatum. Sicque remanſit pars maxima theſauri, cum Eccleſiaſticis libris accomodati, nec poſtea recuperati. Hoc tempore in Taurinenſi civitate facta eſt translatio S. Secundi Martyris intra civitatem, qui fuit Dux Thebanorum legionis, facta à D. Vuilleimo Epiſcopo anno Incarnationis Dominicæ 906. Hic compoſuit paſſionem Sancti Solutoris cum tribus reſponſoriis. Et ab Apoſtolico Romanæ ſedis, & cunctorum Epiſcoporum, qui in S. ſynodo convenerant, tribus annis ob pœnitentiæ cauſam, ab Epiſcopio ſuſpenſus eſt.*) Huc uſque Chronicon Arelaten. pro Nicia ponens. Hunc autem Villelmum in humanis fuiſſe an. 920. tradit Baldaſſanus ex Archivio S. Petri. *Intra quod tempus* (ait Chron.) *cum Ardoinus Dodi filius aliquot Sarracenos bello captos in civitate retineret, hi intempeſta nocte Monaſterium D. Andreæ penes caſtrum combuſſerunt, Monachi vix evaſerunt. Bibliotheca verò fere tota flammis conſumpta, quingentos tamen libros Riculfus Præpoſitus Eccleſiæ Taurinenſis paulo ante retraxerat. Anno deinde 924. obiit prædictus Abbas Domnivertus, eique ſucceſſit Pelegrinus, cui ab annorum nomen erat, qui tum Taurino potiebatur, donatum fuit aliud templum divo Andreæ etiam ſacrum ad civitatis mœnia, & portam comitialem.*

a De eo Roſſotus in Syllabo Script. Pedemont.

15 RICULFUS ex Præpoſito ſucceſſit Vuillelmo anno 928. ait Pingonus ex notis Novalicenſibus. Sed qua ratione id congruat iis, quæ de eo retulimus ex Chronico Novalicenſi, lectoris judicio relinquimus. XV.

16 ANNUNCUS, mortuo Riculfo Epiſcopo, ad eandem ſedem vocatur ann. 966. Quo anno Hugo Diſſatus Alvernus vir primæ nobilitatis, Montis Buceri regulus, cum Iſengarda conjuge Roma redeuntes, magno ſumptu, magnis effuſis theſauris, apud templum D. Michaelis ad Montem Capraſium Monaſterium extruxerunt, Annuncone Epiſcopo permittente, immunitatemque concedente; cui primum Abbatem Advertum conſtituerunt, Ioanne XIII. Pontifice confirmante. Quod templum aliquot poſt annis, Sylveſtro II. jubente, ædificiis exornavit Joannes ex Archiepiſcopo Ravennate Eremita factus, ſed paratis lignis, & materia, miraculo inſigni, translata omnino in alteram Montis partē, ubi olim Phirghinaria civitas ab Alpibus duodecim millibus diſtans: Idque Columbæ miniſterio factum ferunt: eum in ſomnis monuiſſe Angelum, ut eo loci ædificaret. Quod Joannes fecit, Annunconemque monuit, qui Avillanum accedens ad templi conſecrationem, trabem ignitam vidit, & columbam quaſi é cœlo miſſam ſæpius circum ambire. Locus conſecratus miraculis diu claruit, & ab Arduino Rege noviſſimis ſuis diebus, tum à Sabaudis principibus oppidis auctus eſt. XVI.

Innocentius vero III. anno 1216. fundationis huiuſce Cœnobii meminit in privilegio, quo idem nobilitavit Monaſterium in hunc modum ab authentico copiali excripto.

Innocentius ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Abbati Cluſini Monaſterii, ejuſque fratribus tam præſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Ea, quæ ad Religionis propoſitum, & animarum ſalutem pertinere noſcuntur animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum impartiri ſuffragium. Ea propter dilectis in Domino filiis veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuentes, felicis recordationis Leonis, Alexandri, Gregorii, Vrbani, Paſcalis, Caliſti, Innocentii, Eugenii, Anaſtaſii, & Alexandri prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum veſtigiis inhærentes, Cluſinum B. Michaelis Monaſterium, quod ab illuſtri viro Hugone nomine Diſſato, Alvernienſis regionis indigena, in Taurinenſi parochia intuitu devotionis fundatum, & in monte Pycheriano, quem ipſe ab Arduino Marchione ſtatuto pretio comparavit, conſtructum eſt, & ab eodem Apoſtolorū Principi B. Petro eſſe conſtat oblatum, ſub ejuſdem Apoſtolorum Principis, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſenti ſcripti privilegio communimus: ſtatuentes ut quaſcumque poſſeſſiones, libertates, immunitates, & quæcumque bona idem Monaſterium in præſentiarum juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis:

in

(1) Hujus tamen memoria illuſtris habetur in Concilio Romano à Joanne IV. habito, non anno 904. ut male cenſent Baronius, & Collectores Conciliorum, ſed anno 898. ut evincit clariſſim. Pagius in hanc an. cujus ſententia hinc etiam comprobatur, quod ab anno 90. non amplius ſedebat in Taurinenſi ſede Amulo, de quo Acta Concilii, ſed ejus ſucceſſor Reginulfus. Actorum vero hujus Romani Concilii initium, ubi Amolo memoratur, quando quidem illud præteriit doctiſſimus Harduinus in ſua noviſſima Conciliorum editione, petendum eſt ex clariſſimi Mabillonii Muſæo Italico tom. 1. par. 2. pag. 86.

in Epiſcopatu Taurinenſi eccleſiam S. Michaelis cum omnibus pertinentiis ſuis. In Carintiano eccleſias S. Remigii, & S. Mariæ, eccleſiam S. Martini in Alladio: eccleſiam de Bernaſio: eccleſiam S. Joannis de Cavallario: eccleſiam S. Jacobi de Cherio: villam Javeni cum eccleſiis: curtem Sablonis cum capella: curtem Evorii cum capella: curtem de Alpignano cum eccleſia s. Jacobi. Curtes de Caza, & de Villano cum eccleſiis. In Epiſcopatu Yporegienſi eccleſiam s. Michaelis de Clanaſio: eccleſiam de Longiis cum pertinentiis ſuis: eccleſiam de Caravino: eccleſiam curtis Danielis. In Epiſcopatu Vercellenſi eccleſiam s. Marci de Bagnolio cum pertinentiis ſuis: eccleſiam de Robleto; eccleſiam de Sturia. In Epiſcopatu Aſtenſi Abbatia s. Chriſtophori cum pertinentiis ſuis omnibus: eccleſiam de Fablinis: eccleſiam de quatuordecim, eccleſiam de Malamorte: eccleſiam s. Mariæ de Malamorte, & Monte alto. In Epiſcopatu Aquenſi eccl. s. Petri de Monſea, & capellam s. Nicolai: eccl. Montis Boſeæ cum pertinentiis ſuis: eccl. s. Nazarii. In Epiſcopatu Tortonenſi eccl. Summæripæ, eccl. de Mezolaai: eccl. s. Georgii de Ceta: eccl. s. Michaelis de Campo: eccleſiam de Rondonaria: eccl. de Caſtro veteri: eccl. de Mareubaſi. In Epiſcopatu Januenſi eccl. s. Siſti: eccl. de Calaſio: eccl. de Cuchereo. In Epiſcopatu Novarienſi eccleſiam de Pruſcio cum pertinentiis ſuis. In Epiſcopatu Papienſi eccl. s. Iacobi cum dependentiis ſuis: eccl. montis Bertarii: eccl. s. Michaelis de Loretto cum pertinentiis ſuis: eccl. Pleonis: eccl. de Viginti: eccl. s. Blaſii. In Epiſcopatu Placentino eccl. Cravazini: eccl. de Rizolio: eccleſiam de Rotofredo. In Epiſcopatu Cremonenſi eccl. de Campo Biario: eccl. de Caſanova. In Epiſcopatu Mutinenſi eccl. Curtis Athonis cum pertinentiis ſuis. In Epiſcopatu Parmenſi eccl. de Podiolenio, eccl. s. Blaxii: eccl. de Felegania. In Epiſcopatu Ebredunenſi eccl. de culta cum pertinentiis ſuis. In Epiſcopatu Vapnicenſis eccleſias Talardi s. Michaelis, s. Gregorii, s. Mariæ, eccl. Andeoliæ cum pertinentiis ſuis: eccl. de Miſſono: eccl. de Cicordio: eccl. de Balma: eccl. de Rochæ. In Epiſcopatu Dienſi monaſterium s. Mauritii cum omnibus pertinentiis ſuis. In Epiſcopatu Magalonenſi eccleſiam s. Crucis de Maglionio. In Epiſcopatu Avenionenſi eccleſiam s. Mariæ de Cadclano. In Epiſcopatu Narbonenſi abbatiam de Ioany cum omnibus pertinentiis ſuis: monaſterium s. Michaelis de Monte Lauretto cum pertinentiis ſuis. In Epiſcopatu Gerundenſi Monaſterium s. Mariæ de Cermano cum pertinentiis ſuis: monaſterium de Cruſillis cum pertinentiis ſuis. In Epiſcopatu Carcaſonenſi Abbatiam s. Illarii cum pertinentiis ſuis. In Epiſcopatu Toloſenſi Abbatiam s. Petri de Curte cum pertinentiis ſuis: monaſterium s. Michaelis de Caſtello cum pertinentiis ſuis: eccl. de Vernolio: eccl. ſanctæ Gavellæ. In Epiſcopatu Convenarum eccl. s. Iuliani: eccl. s. Marcorii. In Epiſcopatu Conſeranenſi eccl. S. Hieronymi. In Epiſcopatu Caturicenſi Monaſterium s. Ioannis de Caturſio cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis. In Epiſcopatu Lemovicenſi Monaſt. de Buxeria cum pertinentiis ſuis: eccl. de Albeniaco cum pertinentiis ſuis: eccl. de Gernggia. In Epiſcopatu Pictavienſi eccleſiam S. Michaelis de monaſteriis cum pertinentiis ſuis. In Epiſcopatu Bituricenſi Monaſterium S. Michaelis de Monte Vilo cum pertinentiis ſuis: eccl. s. Deſiderati: eccleſ. s. Amandi. In Epiſcopatu Claramontenſi Monaſterium s. Michaelis de Salmaco cum pertinentiis ſuis: Monaſterium de Caneliaco cum pertinentiis ſuis: eccl. de Arelenco. In Epiſcopatu Lugdunenſi eccl. s. Joannis. In Epiſcopatu Avicienſi eccl. de Arues cum pertinentiis ſuis. In Epiſcopatu Lauſanenſi eccleſiam de Burcio cum pertinentiis ſuis. In Epiſcopatu Sedunenſi eccleſiam de Ponte Valleſio. In Epiſcopatu Gebenenſi eccl. de Ariaco: eccl. de Magena cum pertinentiis ſuis: eccl. de Campo munito: eccl. de Vigina. In Epiſcopatu Tarantaſienſi eccleſiam de Abunda: eccl. de Ayma. In Epiſcopatu Gratiopolitano eccl. de Monte Lioſſo: eccl. de Fractę Ripæ. In Epiſcopatu Maurianenſi eccl. s. Marcelli de Camera cum pertinentiis ſuis. In Apulia eccl. s. Leonardi cum pertinentiis ſuis. Porro jam dictum monaſterium à Taurinenſis Epiſcopi poteſtate, diſpoſitione, & exactione qualibet liberum omnino fore decrevimus, quemadmodum per ſupradictos prædeceſſores noſtros, & Paſchalis Papæ ſanctione noſcitur inſtitutum. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars major & ſanioris conſilii ſecundum Deum, & B. Benedicti regulam providerit eligendum. Electus autem à Rom. Pontifice vel de mandato ſuo ab alio conſecretur, ſicut B. prædeceſſor tuus à Tarantaſienſi Archiepiſcopo conſecrationem de mandata Sedis Apoſtolicæ noſcitur ſuſcepiſſe. Cellas ſane ejuſdem Cœnobii in quibuſcumque partibus ſitas eam libertatem obtinere ſtatuimus, ut nulli prorſus Epiſcoporum liceat eorum Præpoſitos Cluſini Cœnobii Monachos ad Synodum cogere, nec ipſos, aut eaſdem cellas præter aſſenſum & conſcientiam Romani Pontificis excommunicare, vel etiam interdicere, quatenus à divinis officii ceſſare debeant, niſi pro communi Provinciæ interdicto, & tunc Monachis veſtris licitum ſit in eccleſiis veſtris ſuppreſſa voce, & excluſis excommunicatis, & interdictis, non pulſatis tintinabulis divina officia clauſis januis celebrare. Chriſma vero, Oleum Sanctum, conſecrationes altarium dedicationes eccleſiarum, ordinationes Monachorum ſeu clericorum, qui ad ſacros ordines fuerint promovendi de conſueta clementia, & benignitate Apoſtolicæ Sedis vobis liceat in Monaſterio veſtro, & in Burgo S. Ambroſii à quocumque malueritis Catholico Epiſcopo ſuſcipere. In aliis autem locis veſtris, ſicut conſueviſtis ſacramenta, quæ dicta ſunt ſuſcipiatis. Cauſas vero Monaſteriorum vel cellarum eius nullus Parochianorum Epiſcopus, aut etiam Legatus invitis fratribus tractare, aut judicare præſumat, niſi ſit de Epiſcopis, vel de Cardinalibus noſtris Collateralibus. Præcipimus etiam ut omnes eccleſiæ, ſeu capellæ veſtræ, & cœmeteria libera ſint, omnis novæ, & indebitæ exactionis immunia, preter conſuetas Epiſcopi paratas, & juſtitias in presbyteros ſi adverſus ordinis ſui dignitatem offenderint, exceptis nimirum eccleſiis illis, quæ abſque hujuſmodi ſubjectionis in Abbatis poteſtate conſiſtunt. Huic præterea Capitulo decernimus adjungendum ut in parochialibus eccleſiis, quas tenetis presbyteri per vos eligantur, & Epiſcopo præſententur, quibus ſi idonei fuerint, Epiſcopus animarum curam abſque malitia, & dilatione committet, ut de plebis quidem cura ejus reſpondeat, vobis autem pro rebus temporalibus ad eccleſias pertinentibus debitam ſubjectionem impendant. Auctoritate quoque Apoſtolica conſtituimus, ut à Monachis Capellarum veſtrarum de novalibus quæ propriis manibus, aut ſumptibus excoluerint, ſive de nutrimentis ſuorum animalium nullus omnino decimas præſumat exigere. Nulli ergo hominum liceat præfatum Cęnobium temere perturbare aut ejus poſſeſſiones auferre &c. Si quis autem &c. Amen. Amen. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Cynthius tit. s. Laurentii in Lucina presb. card.
Ego Cencius s. Jo. & Pauli presb. card. tit. Pamachii.
Ego Leo tit. s. Crucis in Hieruſ. presb. card.
Ego Robertus tit. s. Stephani in Cœlio monte presb. card.
Ego Stephanus Baſilicæ XII. Apoſt. presb. card.
Ego Gregorius titulo s. Anaſtaſiæ presb. card.
Ego Petrus tit. s Laurentii in Damaſo presb. card.
Ego Octavianus Ss. Sergii & Bacchi diac. card.
Ego Georgius s. Theodori diaconus card.
Ego Raynerius s. Mariæ in Coſmedin diac. card.
Ego Romanus s. Angeli diaconus card.
Ego Guido s. Nicolai in carcere Tulliano diac. card.

Datum Laterani per manum Thomæ s. Sabinæ presbyteri card. Idib. Aprilis Ind. IV. Inc. Dom. an.

1216.

1216. Pontificatus vero D. Innocentii Papæ III. anno XIV.

Maneat hactenus, ſi non omnes eccleſiæ, de quibus meminit Innocentius in hoc diplomate, ſaltem multæ ſub juriſdictione Cluſini Abbatis Commendatarii; noſtraque tempeſtate Abbas fuit Joannes Boterus Bernenſis in hiſtoriis apprime eruditus, cæteriſque artibus liberalibus doctus, & clarus, qui plura ſcripſit, ediditque ſui ingenii monumenta; fatiſque conceſſit anno 1625. Taurini, cui ſucceſſit ſereniſſimus Princeps Mauritius Cardinalis Sabaudiæ.

Cæterum anno 987. Geſoo Novalicenſis Abbas Novaleſiam reſtauravit, illucque cum Monachis, relicto Taurino, abiit. Atque ita Cœnobii dignitate reſtituta plurimorum piis legatis cumulatur. Extant inter cætera Odonis & Vinionis fratrum Bertæ, Berti Marchionis Eporediæ filiæ Magnifredi (qui & Olricus dictus) uxoris donationes non paucæ. Eodem Annuncone Epiſcopo, ſuppreſſum fuiſſe Secuſinum Epiſcopatum, & unitum Taurinenſi ſcribit Pingonius, id tamen haud aliis probatum, qui diligentius Subalpinarum Eccleſiarum monumenta perſcrutati, affirmant, Secuſiam nullum unquam Epiſcopum habuiſſe.

XVII 17 ANIZO defuncto Annucone ſtatuitur Epiſcopus Taurinenſis ano. 998. eique Otho III. conceſſit valles Varactanam, & Sturianam cum Cluſiaco, & adjacentibus, idque precibus Anardi Marchionis Cæſaris ſummi Conſiliarii, & Herlberti etiam Cancellarii interventu.

XVIII 18 GEZZO Amizoni ſucceſſit anno 1001. vir pietate clarus, qui concilio habito cum ſuis, Abbati S. Michaelis Cluſini contulit, quæ antea poſſidebat ipſe Epiſcopus juxta oppida S. Ambroſii, Caſellas, Alpinianum, Cluſas, Novaleſiam, & Vallem Cluſinam, ut rei divinæ majori comoditati eſſent. Anno deinde 1008. magna diſſidia inter Magnifredum Marchionem, & Arduinum ſuſcitata ob Bremetenſis Abbatiæ collationem, quæ à Novalicenſi dependebat, cum Magnifredus Gotofredum Abbatem tueretur, Arduinus Oddonem alium intruſiſſet. Vicit Gotifredi cauſa, Joannis XIX. Pontificis auctoritate, ita ut ſupplex Oddo peccati veniam à Magnifredo petierit, & ſe Gotofredo Abbati legitimo ſubmiſerit, tenuiori ſacerdotio contentus.

XIX. 19 (1) LANDULFUS anno 1010. ſucceſſit Gezzoni. Hic ob bellorum injurias deſolatum templum, & Prioratum Gaburri perpetuo jure confert Hermengardo Abbati Cluſino. Idem Landulfus, juxta Baldaſſani ſententiam, in Cathedrali ſacellum ſanctiſſimæ Triadis inſtituit. Anno 1014. Humbertus Beroldi Saxonis filius, ducta in uxorem Adalatia Magnifredi Marchionis filia in Marchionatu Secuſiæ ſucceſſit, atque, ita Cæſare annuente, Taurinenſem agrum poſt ſocerum adipiſcitur. Eodemq; anno Landulfum obiiſſe, & Maynardum in ejus locum ſuffectum ſcribit Pingonus, at cum idem, haud ſibi conſtans, poſt hunc annum aliqua Landulfo adhuc Epiſcopo eveniſſe tradat, & anno 1036. ipſum Landulphum deceſſiſſe iterum ſcribat, ſubdatque ipſi Landulfo ſucceſiſſe Ugonem, præſtabit cum Baldaſſano, Mynardum non hic, ſed ad annum 1109 collocare. Ipſo itaque Landulfo adhuc Epiſcopo, Arduinus, qui ſe pro Rege gerebat, ab Henrico profligatus, Fructuarienſi Cœnobio (quod ſuperioribus annis pro Vuillelmo filio conſtruxerat) ſe devovet, cœleſtique quadam inſpiratione monitus ædem Virgini Mariæ Conſolatæ Taurini ad pomærium civitatis non multo poſt erexit, a Benedicto VIII. privilegiis auctam. Anno milleſimo vigeſimo ſeptimo mortuo Gottofredo Abbate Novalicenſi, Odilo Cluniacenſis, Odilonis nepos, Abbatiam invaſit, præter electionis antiquum morem, & à Conrado Cæſare confirmatur, ut refert Pingonius. Sed Novalicenſe Chronicon ita rem narrat. *Quidam Odilo juvenis Cluniacenſis, nepos alterius Odilonis Abbatis, obtinuit Romæ à Conrado Imperatore Abbatiam Bremetenſem, quam poſtea idem Odilo tradidit Alberico Cumano Epiſcopo. Qua data, Epiſcopus callide agens invadit Abbatiam. Cumque prudentiores Monachi aliquando ſuo conſpectui nollent ſe præſentare, ipſe Taurinum veniens, egit cum Magnifredo Marchione, & fratre ſuo Alderico Præſule, multo pretio, ut Abbatiam caperet, quod & fecit. Tandem dictus Odilo poſt diverſa diſcrimina, accepit ſibi datum quendam Prioratum.* Eodem anno 1027. fundata fuit Abbatia de Savilliano ab Abbellonio, quemadmodum videre licet ex ſubjecto documento ex eadem Abbatia ab originali extracto.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, & Salvatoris noſtri.

Conradus gratia Dei Imperator Auguſtus, anni imperii ejus Deo propitio ſecundo, indictione ſecunda. Ego qui Abellonius filius quondam Alinei, & Amaltruda conjux mea filia q. Jeronymi donamus, & offerimus omnia, quæ nobis attinent in Monaſterium, quod conſtruximus in honorem B. Petri Apoſtolorum Principis in locum Saviliani Deo inſpirante pro redemptione animarum noſtrarum ſcilicet noſtram portio. tam in capellis, quam in caſtellis & in villis. Scilicet tertia pars mihi contigit ex diviſione fratrum meorum Roboaldi & Arcardi. Quis quis in ſanctis & venerabilibus locis contulerit, juxta auctoris vocem, centumplum accipiet, inſuper quod melius eſt, vitam poſſidebit æternam. Ego Abellonius, & uxor mea Amaltruda viventes lege Salica offertor, & offertrix, donator, & donatrix prædicto Monaſt. ſicut libere poſſidemus in Savilianum & in Sterpeto Maren. & Fontan. monte Capriolo, S. Gregorio, Monte Falcone, Cervariæ, S. Mariæ Monte Falcone, capellis S. Dalmatii, capellis S. Gregorii, donamus etiam quæ habemus Romaniſii, Quadraginta, Cadralii, Surcianæ, Vignolio, Roccaſparaveriæ in valle Stuirina, VI. maſſarias in Saviliano concedimus vitæ ſuæ Valfredo & filiis ejus Giſelberto, & Benitro ad uſumfructus, proprietatem vero Monaſterio. Eodem modo Olprando Judex & filio ſuo Rodino. Et ſi quid obvenerit ad iſtam meam portionem dicta . . . . conjugis relinquit in parte Monaſt. & offert cum Abellonio ſuo viro per cartam. Et ipſam ejus portionem de iſtis caſis, capellis, ſediminis ex omnibus rebus per menſuras juſtas cum areis, caſtris, capellis, ſediminis & omnibus rebus, & ſimul juges 1500. Et ſi amplius menſura ad ipſam meam portionem plus inventum fuerit, quam ut ſupra menſuram legitur per hanc cartam offertionem à parte ipſius Monaſt. habendum relinquimus, ut inde eſt cum caſis, capellis, caſtris, ſediminib. & omnibus rebus, terris, vineis, campis, pratis, paſcuis, ſylvis, caſtellaneis, rivis, rupinis, ac paludibus, & planitiebus, coltis, & incoltis, diviſis, & indiviſis una cum finibus & terminibus exiſtentibus aquarum, aquarumque ductibus cum omni jure, adjacentiis & pertinentiis earum rerum ſeu vocabulis, ab ipſis omnibus rebus ad ipſam tertiam portionem in integrum. Quæ autem iſtas omnibus rebus, quæ ſupra legitur ſupradictis ab ipſam meam portionem una cum acceſſibus & ingreſſibus, ſeu ſuperioribus, & inferioribus qualiter ſupra menſuram legitur ſicut ſunt à præſenti ad ipſam tertiam portionem legitur in integrum ab hac die omnia mea Monaſt. S. Petri donamus & offerimus per præſentem cartam offertione in parte ipſius Monaſt. pro animæ noſtræ mercede habendum relinquimus, ſine omni noſtra & hæredum noſtrorum contradictione. Inſuper per cultellum, feſtucum, notatum, vuaſonem terræ, & vuantonem, & per ramum arboris à parte ipſius Monaſterii exinde legitimam facimus traditionem ac veſtituram, & nos inde foris expulſimus & vuarpimus & abſentes fecimus à parte ipſo Monaſt. proprietatem habendum relinquimus, Faciendum exinde à præſenti die à parte Monaſt. aut cui

(1) Bonifacius Taurinus Epiſcopus ſubſcripſit Bullæ Benedicti VIII. pro Eccleſia Urgellenſi an. 1013. ſcriptæ menſe Decembri ind. XI. quæ extat in Marca Hiſpan. pag. 994 Vide, an huic ſedi ſit adjudicandus.

cui pars Monaſt. dederit jure proprietario nomine quicquid voluerit ſine omni noſtra, & hæredum ac prohæredum meis qui Abelloni contradictione vel repetitione. Si quis vero, quod futurum eſſe non credo, ſi ego ipſe Abellonius, quod abſit, aut ullus de hæredibus ac prohæredibus meis, ſeu qualibet ſuppoſita perſona contra hanc cartam offertionis ire quandoque temptaverimus, aut eam per quovis ingenium infringere quæſierimus tunc inferamus ad illam partem contra quam exinde vim intulerimus mulcta quod eſt pena auro optimo uncias x. & argento pondera ſex. Et quod repeterimus id vendicare non valeamus, & præſens hac carta offertionis diuturnis temporibus firma permaneat & perſiſtat incoluata cum ſtipulatione ſubannexa. Et ad nos qui ſupra jugalibus noſtriſq; heredibus pars ipſi Monaſt. dederit iſtam meam portionem de iſtis omnibus rebus quæ ſupra datar & qualiter ſupra legitur in integrum ab omni homine defenſare. Quod ſi defendere non potuerimus, aut ſi vobis exinde aliquid per quovis ingenium à parte ipſius Monaſterii abſtrahere quæſierimus tunc in duplũ eadem offertio, ut ſupra legitur vobis reſtituamus ſicut pro tempore fuerunt melioratis, aut voluerint ſub exiſtimatione in conſimilibus locis. Et bergamena ac atramentario de terra levavi ſupradictus Abellonius pag. Olprandi Not. & Judex Sac. Pal. tradimus, & ſcribere rogavimus in qua ſubter confirmant teſtibuſque obtulimus roborandum. Actum in iſto loco Savilliani prope ipſi Monaſterio S. Petri feliciter.

Signum manibus ipſorum Abellonis & eadem Amaltruda jugalibus qui hanc cartam offertionis fieri rogaverunt. Et ipſe Abellonis & eadem Amaltruda conjux ſua contenti ut ſupra eiſque relicta eſt. Signum manibus illorum Abelloni & Robaldi germanor. qui eadem Amaltruda avia ſuorum interrogaverunt ut ſupra. Signum manibus Alberti & Adami Viſelberti, iſti omnes viventes lege Salica teſtes. Signum manibus Jo. & item Joan. ſeu Petri teſtis. Olpradus Not. & Jud. Sac. Pal. ſcriptor hujus cartæ offertionis poſt tradita complevi & dedi.

Cæterum Landulfus ſub Benedicto VIII. anno 1015. Later. Synodo interfuit, & Caburrenſem Abbatiam in honorem B. M. V. erexit, cui hodie Abbas exiſtit vir tum generis nobilitate, tum virtutibus eximie clarus Eques Commend. s. Stephani Caſſianus à Puteo. Illo etiam vivente in ejus diœc. Odericus Manfredus Secuſiæ Marchio, & Berta Auberti Marchionis fil. ejus uxor ann. 1028. fundarunt Cœnobium S. Mariæ de Caramania Monialium S. Benedicti, quas deinde Felix V. Antipapa admovit, Monachiſque ejuſdem Ord. tradidit an. 1444. quibus etiam deinde noſtris temporibus exturbatis, Cœnobium traditum eſt Heronymianis Monachis, ſub Commendat. Abbate. Porro erectio Abbatiæ, & bonorum elargitio per Odericum, & Bertam Marchiones facta eſt hujuſmodi ex authentico copiali.

In nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

Conradus Dei gratia Imp. Aug. an. imperii ejus, Deo propitio, 2. quinto Kal. Junii Ind. 11. Nos in Dei nomine Odelricus, qui miſeratione Dei Magnifredus Marchio, ſcilicet nominatus filius q. itemque Mognifredi ſimiliter Marchionis, & Bertæ, auxiliante Deo, Comitiſſæ jugales filia q. Auberti, itemque Marchionis, qui profeſſi ſumus ambo lege vivere Salica, ipſo namque jugale meo mihi conſentiente, & ſubtee confirmante præſentibus præſentes dicere volumus: quomodo per teſtamentum noſtrum, de quibuſdam rebus noſtris diſponere deſideramus, & qualiter omnipotentem Dominum, cui omnia viſibilia, & inviſibilia ſubiecta ſunt, de iis hæredem noſtrum conſtituimus, & pro ejus amore, & timore monaſterium puellarum conſtruere volumus, & Abbatiſſam in coordinare, quæ die, noctuque tam pro nobis, & domino Adalrico S. Aſtenſis Epiſc. ſeu D. Adalberto, itemq; Marchione confratre noſtro, ſeu filiis, filiabuſq; noſtris, & ceteris parentibus noſtris, quam pro omnibus fidelibus vivis atque defunctis effundat preces ad creatorem noſtrum, ut ipſe propter ſuam clementiam deleat ſcelera, & in bonis operibus nos perſeverare faciat. Scimus veraciter Chriſtum & Eccl. unam eſſe perſonam, quæ Eccleſiæ ſunt, Chriſti ſunt, quæcunque Eccleſiæ offeruntur, Chriſto offeruntur, & in ſanctis ſcripturis inſertum eſt juxta auctoris vocem, quis quis ad Dominum vel in ſanctis ſuis ou peopriis bonis aliquid contuleeter ebus, in hoc ſeculo centuplum accipis, & quod melius eſt, vitam poſſidebit æternam: & ideo notum ſit omnibus, quia habemus, & detinemus ad noſtram proprietatem Baſilicam unam, quæ in loco, & fundo Caramaniæ infra caſtrum ipſius loci eſt conſtructa, ubi nunc quatuor altaria ſunt conſecrata, majus in nomine Domini Salvatoris, ſeu ejus Genitricis Virginis Mariæ, S. Io. Apoſtoli, ac Evangeliſtæ, omniumque Sanctorum, ſecundum in honorem S. Petri Apoſtolorum Principis, & cæterorum Apoſtolorum ſeu S. Joannis Præcurſoris, & Baptiſtæ. Tertium in honorem S. Stephani Protomart. ſanctique Laurentii, ſeu SS. Coſmæ & Damiani. Quartum in honorem S. Archangeli Michaelis, & in ea Baſilica conditæ ſunt reliquiæ SS. Aſterii, Longini, Blaſii, atque Demetrii, ſive Abundi martyris, nec non S. Mauri ſive ſancti Cæſarii, atque SS. Viti, Gregorii & Mauritii, & eam volumus, & judicamus per hoc noſtrum teſtamentum confirmamus, & nunc, & in futurum uſque in perpetuum Monaſterium ſiat puellarum, in quo, annuente Chriſto, Monachæ, quæ ibi ordinatæ fuerint ſecundum regulam S. Benedicti divina ſubminiſtrantes officia vitam feliciter ducant beatam, in quo etiam nunc eligimus conſecrandam in Abbatiſſam quandam Virginem, & Deo devotam nomine Richildam, quæ ab infantia in ejuſdem doctrinæ vitam, & per conſequens bene doctam, & nutritam eſſe videtur, & ad uſum & ſumptum Monacharum, eidem Monaſterio conſtituimus de noſtra proprietate jam dictum caſtrum in integrum ejuſdem loci Caramaniæ, ubi præfata Baſilica eſt conſtructa ſimul in circuitu ipſius caſtri, & foſſatum, quo eſt circundatum, ſeu medietatem de eadem corte Caramaniæ, & de ejus pertinen. & mediet. de ſervis, & ancillis, & nunc in eandem Caramaniam habitant, una cum medietate de illis rebus omnibus, quæ tam in eadem corte ſunt, quam in loco, & territorio Polentio, quæ juris noſtri eſſe videntur, ſeu in locis, qui vocati ſunt Colone Caſale, unde mediet. ejuſdem cortis, & de ejus pertinentia excepta de præfata eccl. ad jam d. caſtrum in noſtra proprietate reſervamus, atq. medietat. de corte altera, & ejus pertinentia, quę eſt juxta mare poſita in comitatu Albinganenſi, quæ duplicibus nominibus eſt nuncupata eidem concedimus Monaſt. Pradoriolum, & Caramaniolum, & medietatem de caſtro & capellis, ſeu turribus conſtructis in ea, unde reliqua medietas pertinere videtur, neque Monaſterio jam dictæ Beatæ Mariæ, ſanctique Martini Confeſſoris Chriſti, quæ eſt conſtructa in Inſula, quæ vocata eſt Gallinaria ſive tertiam partem de corte tertia, & de ejus pertinentia, quæ Salucia eſt vocata, excepto de caſtro, quod in eodem loco eſt poſitum, ſicut . . . . foſſatumque eſt circumdatum & ante poſitum illis rebus, quas nos in aliam partem datam habemus, quod ipſam caſtrum cum duobus partibus ejuſdem curtis, ego, qui ſupra Berta Comitiſſa in mea proprietate reſervo, atque noſtram portionem de Eccleſia ſancti Hilarii, & de omnibus caſis, ſediminibus, cæteriſque rebus eidem Eccleſiæ pertinentibus, quæ eſſe videntur prope vicum, qui vocatur Revello conſtructa, nec non eccleſiam Sancti Viti conſtructam in territorio de Cavallario, quæ vocatur Vuitberto cum omnibus rebus illis, quæ vocatæ ſunt S. Mauritii in eodem loco de Cavallario Vuitberto, ad locum, qui vocatus eſt Pace cum omnibus rebus ad eam pertinentibus, ſcilicet cum medietate, cum caſis, cæteriſque omnibus rebus, quas nunc habemus, & detinemus in Valle, quæ vocatur Magrana in locis, & fundis, ſeu territoriis Sirzianæ ſancti Damiani, & in Pallierio, Rocabruna, Strapa, Prada, S. Michaele Celio, Paderano, inſuper petiam una de terra cum ædificio ſuper habitante intra civit. Taurin poſitam juxta Torum ejuſdem civitatis, quę fuit Turris quondam Vuidonis ſabd. filii q. Pe-

delpeandi juxta menſuram, & cohereutias, quæ in chartulis inde acquiſitionis deſcribuntur, atque rebus omnibus illis, quæ ejuſdem Vvidonis ſubdiaconi juris fuerunt, quæ ſunt poſitæ in locis, & fundis Comicionis, Cambiani, ſicut in illis chartulir deſignatur, & quæ ab Abboniſſa fœmina, ab Egeltruda item fœmina in nobis emiſſa ſunt, ſeu etiam manſos decem cum omnibus rebus ad ea pertinentibus, poſitas ſuper fluvio Tausgro in loco, qui vocatur Montebarchario, ſicut nunc rectæ, & laboratæ ſunt pee illos maſſarios, quorum nomina, & appellationes ſunt Roſirius, Joannes Batalia, Gezo de Monte rotundo Albertus, Bovio Richilo, qui habitaee videtue juxta eum, item Joannes Bruno, & Bono ejus filio conſobrino, Petrus Azgodo, item Joannes Auzello, Andreas, & Calmo, & ſunt ipſæ res omnes, quas eidem monaſterio concedimus ad uſum, & ſumptum præfataeum monacharum per menſuram ſupea totum in ejuſdem locis, & teeritoriis, quę ſupra leguntue, inter ſedimina caſtri arearum eccleſiarum, ſeu extra ſedimina, & vineas cum arcis ſuis, ferris arabilibus, pratis, gerbis ſilvis tam majoribus, quam minoribus cum arcis ſuis, jugera decem millia, & ſi plus de noſtro jure ad præfatam medietatem de ejuſdem cortibus duabus Caramauiæ, Peadolo, ſeu ad jam dictam tertiam partem de eadem corte tertia Salucia, excepto de caſtro, & de illare, quæ ſupra autepoſitum eſt, atque ad dictam medietatem de illa medietate, quam nunc detinemus in præfata Valle Macrana, ſeu ad eoſdem decem manſos de eodem loco Montebarcario, ſive ad iam dictas omnes ees, quæ ſupra leguntue, quas eidem monaſterio conceſſas habemus, parum vel maximum inventum fuerit, quam ut ſupra menſuram legitur, & hoc noſtrum teſtamentum, ſicut ſubter adfirmatum fuerit ad Dominum offerimus, & ſequente eo habeant moniales eiuſdem monaſterii ad eorum uſum, & ſumptum, & firmiter poſſideant, & de parte eiuſdem monaſteeii quidquid voluerint faciant, &c. Sed & hæc volumus firmiter, & pee hoc noſtrum teſtamentum confirmamus, ut nullo modo permaneat ipſum monaſterium in regimine illius Epiſcopii in cuius Epiſcopio eſt ſitum, nec alterius perſonæ, niſi in Dei omnipotentis, quem eiuſdem facimus hæredem. & ſequente eo ſit oedinatum, ſicut ſubter fuerit affirmatum, idem quamdiu in hoc ſæculo ambo, vel unius eu nobis fuerit in vita, ſit in noſtra ſequente duce ſanctis eius regimina, poſt verum amborum ipſorum deceſſum, ſi filia eu noſtro conjugio fuerit relicta, quæ veſte, & velamine religioſitatis induta ſit in eodem monaſterio, vel induere cupiut, & ſenſum, intellectumque habeat ordinandi eundem monaſterium, ſi poſt mortem Abbatiſſæ voluerit eſſe Abbatiſſa, volumus, & per hoc noſtrum ordinamus teſtamentum, ut habeat licentiam . . . . deſuper . . . . eidem monaſteeio excipiendi, & ſecundum voluntatem ſuam à quocumque volueeit Epiſcopo ſe conſeerandi, & eandem ordinandi monacham. Similiter volumus, ut fiat de nepta noſtra, quæ de filio, vel filia noſtra fuerit relicta: ſi vero hæ perſonæ defuerint confirmamus per hoc noſtrum teſtamentum, & ſi filius maſculinus ex noſtro, conjugio fuerit relictus, fiat ipſe monachus in eius ordinatum non ad minuendum nec ad præmium propter ordinationem . . . ad gubernandum, defenſandum, & gratis Abbatiſſam ordinandum, ſi filius maſculinus defuerit, fiat maior nata ex noſtro conjugio relicta ſicut ſupra de filio maſculino ſtatuimus, ipſa ita de eodem monaſterio faciat; cum vero maior filia defuerit ſequente eo maior ipſam ordinationem ſimilitee recipiat, & ſic ſemper una poſt alterã maioe nata, ſequens poſtea quamdiu una ex eis in hoc ſeculo fuerit habeat ipſum ordinare, tum volumus, & judicamus, cum omnes filii, & filię noſtrę defuerint, nepos maior ex filio noſtro natus idem pręcipiat ordinamentum, ſi ex filio nepos nobis non fuerit, aut ſi fuerit vivus quando defuerit nepos eu filia noſtra, quę maior fuerit eu natione habeat ipſam ordinationem, & quãticunque fuerint unus poſt alterũ maior natu ſemper habeat vigorem ad accipiendam eandem ordinationem; cum vero nepotes ex noſtri filiis defuerint, ſi na-

A *ta ex eis ſuperſtes fuerit relicta, accipiat ipſum ut ſupra legitur ordinamentum, poſt autem nepotes, nepotumque noſtrorum deceſſu ipſa ordinatio veniat in liberos eorum, vel earum; quando vero illi defuerint, volumus, & per hoc noſtrum teſtamentum ipſam ordinationem, quæ ſuperius legitur de eodem monaſteeio, in poteſtate duorum de propinquioribus noſtris quorum ſupea jugalibus, unus ex parte mea, qui ſupea Oldericus Marchio, altee eu mea parte, quæ ſupea Berta comitiſſa, qui tunc temporis apparuerint, & ſic fiat, quouſque nobis propinqui uſque, quinto apparuerint geniculo, poſt vero quinto geniculo tranſacto, fiat ordinamentum de eodem monaſterio, ita ut quandocumque contigerit, ut Abbatiſſa ejuſdem monaſterii obieeie, fiat ordinamenta in electione ejuſdem monaſterii, ut ipſa fiat Abbatiſſa, quæ ab eadem earum congregatione fuerit electa, ue accipiat baculum deſuper altare ejuſdem monaſterii, quia una earum, quæ per conſenſum ceterarum fuerit poſita, ipſa namque volumus, & conſtituimus, ut fiat ſacrata & Abbatiſ-*
B *ſa de eo ordinata, ſin autem ad eligendum Abbatiſſam inter eas contentio fuerit, ita ut una pars eligat unam, alia pars alteeam, tunc volumus illa, quæ à majori parte monacharum fuerit electa, accipiat baculum, ut ſupra, & fiat Abbatiſſa, & vadat ſe conſecrari facere, à quocumque voluerit Epiſcopo, &c. Sed de præfatis medietatibus, ſive de tertia de eiſdem cortibus, quæ ſupra leguntur, atque de jam dictis cæteris rebus, quas in eodem monaſterio, ſicut ſupra conceſſas habemus, fiat ſic, ut ſicut inter nos, & filios noſtros, & filias noſtras, & eaſdem monachas conventum fuerit, ita dividantur, & ſicut diviſæ fuerint, ſic omni tempore diviſio permaneat, & ſicut dictum habemus à præſenti die, & hora eundem Dominum creatorem noſtrum conſtituimus, & juſta lege noſtra legitimam ad eum facimus traditionem, & inveſtituram per cultellum, feſtucam, nodatum, uvatonem, & pee uvatonum terræ, atque per ramum arboris faciente Abbatiſſa ejuſdem monaſterii ad utilitatem monacharum, quarum uſu, & ſumptu conceptum*
C *eſt quidquid voluerit pro animarum noſtrarum, quorum ſupra jugalibus noſtrorumque filiorum, & filiarum ſeu jam dictorum Alderici Antiſtitis, & præfati Adalberti marchionis dilectiſſimorum fratrum noſtrorum, quam cæterum parentum noſtrorum vivorum, atque defunctorum mercede, quod ſi contigerit ut quælibet perſona magna, parvaque hanc noſtram voluntatem, & ordinationem violare præſumpſerit, vel in ipſo ſtatu, qui ſupra legitur ipſum monaſterium permaneee non dimiſerit, tunc firmiter judicamus, & volumus ut ipſum monaſterium cum omni ſua integritate continuo deveniat in poſſeſſione duorum parentum noſteorum unius eu mea parte, qui ſupra Olderici marchionis, alterius eu mea, quæ ſuper Bertæ Comitiſſæ, non in proprietate, ſed in gubernatione, & defenſione, qui tunc temporis apparuerint, & tandiu in eorum gubernatione perſiſtat, quandiu illa perſona, quæ hac perpetraverit, volens, noleſque noſtram voluntatem, quæ ſuperius legitur implere dimittat. Te Dominum creatorem omnipoten-*
D *tem omnium conſtituimus in hoc teſtamento hæredem noſtrum: jam vero dicta Richilda Virgo, & devota, quam in Abbatiſſam habemus, electam, ſit ſuper totum, hoc eſt univerſalis in hoc teſtamentum noſtrum fideicommiſſaria. Tibi vero ſanctiſſima Eccleſia, ubi monaſterium conſtructum habemus eas res omnes, qualiter ſuperius declaratum eſt, damus, largimur. Si quis vero, &c. Actum in præfato loco Caramariæ ante oſtium ejuſdem monaſterii feliciter. Hoc eſt ſignum jam dicti Domini Olderici marchionis, qui hoc teſtamentum fieri rogavit, & eadem Berta comitiſſa contuu ſua conſenſit, ut ſupra. Signum manus Dominæ Bertæ præfatæ comitiſſæ, quæ hoc teſtamentum confirmavit cum conſenſu marchionis viri ſui fieri rogavit ut ſupra. Alericus gratia Dei Epiſcopus interfuit. Signum manuum Vvidoni, & Teudoni, ſeu Almani, atque Alderici lege viventium Salica teſtium. Aifredus Judex Sacri Palatii rogatus ſubſc.: Gerolnus Judex Sacri Palatii rogatus ſubſc. Ego Herenzo*

No-

Notarius, & Judex Sacri Palatii hoc teſtamentum poſt traditum complevi, & dedi. Ego Augerius Judex Sacri Palatii rogatus ſubſcripſi. Hujus Abbatiæ hodie Commendatarius eſt Thomas Iſnardus Hieronymi comitis Montate filius, per reſignationem Petri Cardinalis Camporii. („ *Extat in tom. 4. Miſcel. Baluzii p. 445. hujus Landulphi donationis* „ *charta, qua circa an. 1030. largitur Abbati* „ *Arnolde, à quo acceperat caput S. Jo. Baptiſtæ,* „ *Eccleſiam s. Secundi.*)

XX. 20 VIDO habitus vir prudens, & rectus, decedente Landulfo, Epiſcopus conſecratur anno 1036. Biennio poſt Conradus Imp. Taurinum in veneratione habuit, quod in templo ejus maxilla Præcurſoris Salvatoris noſtri, & aliorum SS. martyrum Solutoris, Eventaris, Octavii, & Confeſſ. Martiniani, Juliani, atque Bituſii, reliquiæ eſſent, quorum intuitu, inſtante Odelrico Brixienſi Epiſcopo, Maurianen. Epiſcopatum, & pleraque ejus provinciæ, vicinorumque aliorum municipia, quæ curtes vocant, eidem dono dedit, inter cætera exprimuntur in Conradi diplomate datum Colaniæ, regni ejus 14. Imp. 12. an. 1038. S. Andreæ, S. Michaelis, Suiguerię Vallis quoque aurea, Albutum, Monſtoſundus, Alvacum, Camuſetum, Villarambertum, Malverdatum, Cuyna, Argentina, Arpinum, Talloria, Confluentia, Mantonum, Armiramum, Ulgina, Thononum, Rerguen, Sanctus Julianus, S. Remigius, Mons Aginonus, Villagrondanum, Rotulafellum, Interaque, Madarellum, Cheninnum, & pleraque alia diœceſum Grationopolitanæ, Genevenſis, Tarantaſienſis. Id vero Humberto Sabaudo procurante etiam factum ferunt, Eberardo Maurianenſi Epiſcopo defuncto, ut Taurinenſem in ſuas partes traduceret; nec in Taurino potiundo adverſaretur. Quod quidem per aliquot annos integrum, ſed irritum tandem fuit. Idem etiam Cæſar in Vidonis gratiam Mutinenſi Eccleſiæ in honorem D. Geminiani plura conferri procuravit an. 1036. teſte Sigonio ex diplomate Conradi. Eodem Vidone Epiſcopo, diem clauſit, ſepultuſque eſt in templo D. Joannis ad altare S. Trinitatis apud Magnifredum fratrem Aldericus Aſtenſis Epiſcopus ſanctimonia venerabilis, quibus intelligi datur erraſſe Sigonium, Corium, ac etiam Hermannum Contractum, loco tamen magis diſſitum, qui hunc Epiſcopum ſanctum, & ſenio prope confectum in conflictu occubuiſſe tradunt, aliquem utique auctorem ſequuti, qui ſimilitudine nominis deceptus, Alderico Aſtenſi id tribuat, quod Olderico Laudenſi paulo ante evenerat, ut narrat Ludovicus Cavitellus in Annalibus Cremonenſibus. Sed nec prætereundum quod idem Vido anno ſui præſulatus 5. qui fuit ſalutis 1041. fundationem Caburrenſis Abbatiæ ratam habuit ſequenti diplomate, quod hic non pigebit enarrare ab originali.

In nomine ſanctæ, & Individuæ Trinitatis.

Decretum ſecuritatis, & firmitatis pro futuris temporibus ad memoriam retinendam, qualiter D. & ven. Vido S. Taurinenſis Epiſcopus cum præſentia Archidiaconi ſui, ſacerdotum, inferiorumque ordinum, necnon & concivium, & fidelium ſuorum, quorum ex parte nomina propriis manibus ſubter adprobata cernuntur, monaſterium quoddam in honore S. Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariæ à ven. ejuſdem ſedis Antiſtite Landulfo prædeceſſore ſuo à fundis conditum, dedicatum, & ordinatum, atque ornatum vita, & moribus adeo ſanctis, & religioſis viris, Joanne monaco viro ſummę induſtrię & ſanctitatis egregiæ ab eodem Pręſule in Abbatem conſecrato cum omnibus ad idem monaſterium pertinentibus tam mobilibus, quam immobilibus, ſeu ex famulis, conſtructum in Villa quę Caburro dicitur, tradidit, & lagitus eſt idem cum Plebe in Valle Pineriaſca cū dote, titulis, manſis, terris, decimis, oblationibus cęmeteriis, tranſitis omnibus ad eā reſpicientibus ab introitu Vallis uſque ad ſummum verticem montis, & uſque ad clivum collis, qui ab incolis Seſanio dicitur uſque ad aquam quæ defluit in Vallem, & ultra, circa aquam quæ decurrit per Vallem.... Addidit quoque memorabilis Paſtor Landulfus præfato monaſterio corticellam unam inter Cercinaſcum, & Schalengiam quæ ab incolis Gorrota dicitur, & manſos tres, unum in Cercinaſcho, duos vero in Caſtagniola. In Suavis autem Eccleſ. in honorem S. Stephani cum omni dote, terraccio, & oblationibus ad eandem pertinentibus, & quartam partem cunctarum decimarum: titulos autem tres in eadem villa, unum in honore s. Vincentii, alium in honore s. Mariæ, tertium vero in honore ejuſdem s. Dei Gen. Mariæ: Curticellam unam quoq; in eodem territorio Suavis, & in Polungaria eccleſiam unam in honorem s. Nicolai confeſſoris Chriſti cum dote, quę eſt decem jugerum. In Campilione eccleſiam unam in honore s. Mariæ cum omni dote, cœmeterio, & oblatione, & quarta parte cunctarum decimarum, & eccleſiam unam s. Andreæ Apoſtoli Chriſti. In Romaniels eccleſiam unam in honorem s. Joannis Baptiſtæ. Igitur omnia collata, à b. memorię Landulfo Pontifice, & quæ conferenda ſunt Deo largiente in poſterum eidem monaſterio in mobilibus, ſive immobilibus rebus, item plebibus, capellis, titulis, decimis, oblationibus, cęmeteriis, manſis, terris, vineis, pratis, paſcuis, ſilvis, montibus, collibus, & vallibus, gerbis, aquis, molendinis, latubus, paludibus, piſcationibus, acceſſibus, aquarumq; decurſibus, ſervis, & ancillis omnibus ad idem monaſterium aſpicientibus, vel aſpiciendis, præſentibus, & interveniêntibus Archidiacono ſuæ ſedis cum reliquis ordinibus pariter, & laicis fidelibus prædicto monaſterio memorabilis Vido Pontifex contulit, conceſſit, atque largitus eſt monaſterium qq. quæ prædiximus ad eum pertinentibus jam dicto Joanni Abbati, ſuiſque ſucceſſoribus contulit, atque conceſſit, ut omni tempore ſit proviſor, & gubernator ejuſdem monaſterii, ſolicitudinem diurnam, & nocturnam gerat ſine pigritia divinis miſteriis diurnis atque nocturnis, de vita & moribus monachorum ſecundum canonicam, & monaſticam regulam, de luminaribus, de ſarcinis, de familia, & de omnibus, quæ ſibi comiſſa ſunt, quatenus ſecundum Deum cuncta prudenter regat, & gubernet, & faciat de iis, quæ eidem monaſterio collata, & conferenda ſunt quicquid ejus juſta, & ſancta decreverit voluntas, omni ſua, ſuorumque ſucceſſorum contradictione, inquietatione, & diminutione remota. Pro ſecuritate autem, & firmiori ſtabilitate, & ut futuris temporibus memoria ſervetur præmiſſus ſummæ venerationis Vido Pontifex hanc decreti paginam Adam ſuæ ſedis canonicæ presbytero ſcribere juſſit, ut per hanc decreti paginam prædictus Abbas Joannes, & ſucceſſores omni vitæ ſuæ tempore jam dictum monaſterium cum omnibus eidem pertinentibus firmiter habeat, poſſideat, fruatur omni ſua, ſuorumque contradictione, vel minoratione funditus remota: pro certiore autem firmitate, & meliore ſtabilitate prætestatus Pontifex hanc decreti paginam manu propria ſubſcribens roboravit, & quamplures ſuorum canonicorum ſubſcribere juſſit. P. Vv. Sanctæ Taurinenſis Eccleſiæ Antiſtes hoc decretum à ſe factum firmat, & roborat.

Cono officii Archidiaconatus ſui neglector huic decreto laudando conſenſi, & ſubſcripſi.

Ego Agelbertus indignus vocatus Archipresbyter in hoc decreto conſenſi.

Ego Giſulfus Primicerius hoc decreto ſcripſi.

Vido Sacræ Taurinenſis Eccleſiæ Antiſtes hoc teſtamentum, ſeu decretum à me ordinatum monaſterii s. Mariæ fieri juſſi pro anima Regis noſtri, & Apoſtolici Romanæ Sedis, meæ & Epiſcoporum noſtræ ſedis, cunctorumque fidelium defunctorum, atque vivorum univerſalis Eccleſiæ ſtatu, & manu propria firmavi, corroboravi cum fidelibus noſtræ Eccleſiæ canonicis videlicet ordine, & ſtabilitate. Ut ſi quis, &c.

Ego Adam indigne vocatus presbyter, qui teſtamentum, ſeu decretum juſſu D. Vidonis Venerabilis Epiſ-

copi ſcripſi, poſt confirmationem ejuſdem corroboravi anno ab Incarnat. Domini noſtri Jeſu Chriſti 1041. Ind. IX. Præſulatus vero ipſius D. Vidonis quinto. Actum in civitate Taurini.

XXI. 21 HUMBERTUS, ſeu Gumbertus poſt Vidonem Eccleſiam Taurinenſem regendam ſuſcepit, de quo in vita S. Maximi ſcripta à B. Petro Damiano, niſi forte legendus eſſet, Cunibertus. Interfuit Concilio Papienſi ann. 1046. 8. Kal. Novemb. ubi Gumbertus vocatur.

XXII. 22 REGUIMIRUS an. 1046. ad hanc regendam Eccleſiam evocatur. Eique Henricus II. Roma rediens plures ejus civitatis eccleſiis redditus donavit, quarum nomina in diplomate, quod extat in ducali Archivio datum Mantuæ anno 1046. Kal. Maii Ind. 14. ordinat. 17 Regni 8. imperii ita recenſentur; S. Philippi, S. Jacobi, Simonis & Judæ, Stephani, Martiniani, Euſebii, Martini. Arcem etiam ad portam civitatis (hodie porta Galatii dicta) cum molendinis, & piſcationibus, omnes quoque decimas. Alias etiam extra urbem, eccleſiam nempe Cardinalem S. Maximi in quinto, S. Stephani in Maliatio, nec non S. Mariæ. Addidit municipia (curtes dicta) Alpinianum, Truffarellum, Liſimacum, Viliaſcum, Gruliaſcum, Saxinaſcum, Martiniaſcum, Ponatianum, Romanianum, Mitianorum, Ganaroſſum, Andiſſellum, Patianum, Balbianum, Alinianum, Santenam, Burgarum, Buriades, Medium, Scantaldicum, Carnianum, plebeſque plurimas. Ejuſdem regiminis tempore floruit B. Gozelinus Abbas S. Salvatoris miraculis clarus, qui paulo poſt in pace quievit, & Anaſtaſius vir ſanctimonia celebris è regione B. Gozelini in Eccleſia S. Solutoris ſepultus. Fallitur Pingonius, dum Reguimirum ad annum 1070. perveniſſe narrat, ex variis namque monumentis clare habetur, tum ex concilio Romæ celebrato ſub Nicolao II. Papa an. 1059. in quo ſubſcriptus Cunibertus reperitur eo anno, de quo, cum epiſtola Gregorii VII. de qua inferius, arguat ipſum cum Romana Eccleſia contendiſſe, compellimur aſſerere, Cunibertum fuiſſe illum Epiſcopum Taurinenſem, in quem, veluti etiam in Mediolanenſem, alioſque Nicolaitica ac Simoniaca fœdatos hæreſi, ut habet Sigonius ad annum 1060. excommunicationis fulmen intorſit Nicolaus II.

XXIII 23 CUNIBERTUM (1) alibi, Carabertum, alicubi Ubertum, in Concilio Romano ſub Nicolao II. anno 1059. Gumpertum dictum, his nominibus in diverſis monumentis annotum, quibus eum ſediſſe conſtat, Taurinenſem Epiſcopum hujus nominis ſecundum appellatum invenimus; Succeſſiſſe vero Reguimiro pro certo habetur. Is eſt ille, qui anno 1064. Ulciſienſem canonicatum primus fundavit. Ulciſienſis autem Eccleſia extat in Delphinatu titulo Præpoſituræ S. Laurentii de plebe Martyrum, ſive de Ultio, dependens à Prioratu S. Mariæ Majoris apud Secuſiam. Utraque Eccleſia antiquiſſima eſt, ut tradit Gabriel Pennottus l. 2. c. 58. Tripart. ubi refert privilegium ab ipſo Cuniberto Epiſcopo conceſſum anno 1065. Ad hunc Epiſcopum ſcripſit Gregorius VII. epiſtolam 69. l. 2. Ind. 13. 5. id. Aprilis anno 1075. in qua arguitur, quod moleſtia afficeret monachos S. Michaelis de Cluſia, moneturque, ut pacem cum Abbate ineat, vel ſtatuta die ad ſedem Apoſtolicam, litis dirimendæ cauſa adeat, ne ipſe cogatur monaſterium illud ab ejus ſubjectione eximere. Ejuſdem Gregorii habetur lib. 7. epiſtola data ad Epiſcopos Aſtenſem, Taurinenſem, & electum Aquenſem eorum tacitis nominibus, Ind. 3. 3. Nonas Novembris, qua illis injungit, ut Bonifacium Marchionem moneant, ne in uxorem accipiat Anſelmi fratris ſuis defuncti, & ubi id fecerit, excommunicationis ſententiam in eum proferant, promittens eam ratam habiturum. Cuniberti meminit Baronius ann. 1065. ex Petro Damiano, qui eundem redarguit de conniventia in toleranda clericorum libidine, epiſtola 3. lib. 4. Eo vero ſedente Præſule anno 1064. 8. die Septemb. Adalaida, vel Adeligia filia Maufredi Secuſiæ Marchionis, & quondam uxor Odonis, fundavit Abbatiam S. Mariæ de Pinarolo, aſcitis monachis ex monaſterio S. Michaelis de Cluſa, eique innumera bona contulit; habemus donationis, & fundationis documentum ex originali ſequentis tenoris.

Anno Domini noſtri Jeſu Chriſti 1064. octava die menſis Septemb. Ind. 2. Bonum & utile eſt, ut homo ante die migrationis ſuæ de hoc ſæculo, & de futuro, antequam ei veniat mors debitæ ſuæ bonæ voluntatis inde tractare, ut poſſit fugere laqueos æternæ mortis, & ad gaudia cœleſtis regni poſſit poſt hunc tranſitum pervenire. Nam in Pſalmis ita legitur. Paratus ſum &c. Ideoque ego Adeligia Chriſti miſericordia Comitiſſa, quæ profeſſa ſum ex natione mea lege vivere Salica, de quibuſdam rebus meis Deum omnipotentem creatorem cœli, & terræ, cui omnia inviſibilia & viſibilia ſubjecta ſunt, hæredem inſtituo, qui vitæ æternæ gratiam mihi non meo merito, ſed ſua benigna miſericordia poſt hujus vitæ exitum præſtet, meamque animam à ſuis Angelis in ſinu Abrahæ, ubi vera eſt requies, ferri præcipiat. & pro ejus amore, & timore quandam eccleſiam conſtructam in territorio vici Pinerolii, conſecratam in honorem S. Virginis Genitricis Mariæ, offero pro anima mea, ac anima D. Maufredi Marchionis genitoris mei & Aldarici Epiſcopi barbani mei, & Bertæ genitricis meæ, & anima D. Oddonis Marchionis viri mei, cujus exitus ſit mihi luctus nominative, & de filiis meis: id ſunt cortes duæ, ſcilicet Quaguas, Mirolum, caſis, capellis, vineis, campis, pratis, molendinis, & omnibus ſuis pertinentiis in jam dicto territorio de Pinarolio, pecia una de terra cum caſis, vineis, campis, pratis, ſylvis, gerbis, infra ſe habentibus, ſicut retinent cohærentiæ illius viæ, quæ eſt ad domum Alemanni uſque ad tecta Gualdigas, uſque ad ſlumen Guſſonem, & ſicut currit Lemina uſque ad Cerretum, & uſque ad cacumina montium, & uſque ad portas, & terras, quæ ſcilicet ſunt rectæ & laboratæ per homines, qui habitant infra has cohærentias, & medietatem de portie, & de Tarnva, & Malumante, & Villare, & Villaretto, Pinoaſca, Villare, Mentolè, Feneſtrella, Uxello, Balbotero, Potario, Fraſſeno uſque ad Petra Seſtera, harum omnium villarum medietatem ſupraſcriptarum: veram integritatem Vallium S. Martini, Perata, Poggio Oddoni, Pratomolo, Villare, Aldinis, Padrrano, Famolaſca, eccleſiam unam conſtructam in montem deſuper caſtro de Plauſiaſca, in honore S. Georgii ſimul cum tribus manſis in eadem villa jacentibus duobus, & tertius in Rivalta, tres quoque alios manſos in infraſcripta Plauſiaſca, unum ibi eſt ſolum in Dominicata cum capellam, alium rectum, & laboratam per Conſtantiam, & Conſtantinum de Lediniſco, tertium per Taſſonem, duos etiam alios manſos in Rivalta unum cum duobus molendinis, & pratis laboratum per Sabadinum monachum, & alium per quendam ..... & unum in Dominicata in Ovorio, ubi ſunt cohærentia de duabus partibus, vix de tertia hæredes prædicti Vidonis, & Solarium unum quod fuit quondam Eurardi clerici cum terris ejuſdem Eurardi cum medietate de terris ejuſdem Eurardi cum medietate de terris, quæ videntur jacere in territorio de civitate Taurino ad locum, qui nominatur Fontana Barbaxana, & prato de Caſtapretto vetero, ſive in villa Cangriano manſos tres, unus fuit laboratus per Joannem Villicum, & Gribualdum, & Albe-

(1) Sediſſe jam in Taurinenſi ſede Cunibertum an. 1049. perſpicitur ex Leonis Papæ IX diplomate, quo Joanni Portuenſem Eccleſiam confirmat, cuique ſubſcribit hic Cunibertus, relato in primo hujus operis volumine pag. 110. Ad hunc ſcribit Gregorius VII. Epiſtola dat. 2. id. Decembris Indictione XIII idest anno 1074. illumque arguit, quod ad Synodum vocatus non venerit, & Monaſterio S. Michaelis moleſtiam intulerit; præcipitque, ut ad aliam Synodum accedat, & ne dictum Monaſterium detrimento afficiat. Cum vero dirimendæ litis cauſa, quæ inter ipſum, & S. Michaelis Abbatem vertebatur, ad ſedem Apoſtolicam acceſſiſſet Cunibertus, inter eoſdem concordia facta fuit præcepto ejuſdem Gregorii iis conditionibus, quas ipſemet declarat Epiſtola data 8. Kal. Decembris Indict. II. anno videlicet 1078. Utramque Epiſtolam retulit in noviſſima Concil. editione Harduinus. Cuniberti vero memoria habetur adhuc anno 1070. quo Monialibus S. Petri de Tonino quædam prædia largitus eſt. Anno 1060. Cunibertus ſubſcripſit Bullæ Nicolai II. pro Eccleſia Agatenſi, quæ extat apud Marcam in Marca Hiſpanica pag. 1147.

Alberinum, ſru per Joannem filios ejus, alius per Sabaldinum monachum, tertius per . . . . unacum portu, & teloneo de mercato, ſive piſcaria de Barbadingia. In Raconiſio manſum unum, ſicuti fuit rectum, & laboratum per Vuillelmum Buccafeltrum ſimul ac cum mea portione de illis rebus, quæ fuerunt juris S. Silveſtri, poſitus in eodem loco Raconino, medietatem de Vicomalo prope villam, quæ dicitur Rudulfia prope Varlata fluvium, necnon pro amore, & timore Dei omnipotentis & pro mercede, & remedio animæ meæ, & pro animarum prædictorum marchionum, & Barbani mei, & filii mei offero in eadem Eccleſia monaſterium unum conſtructum infra mare Inſulæ, quæ dicitur Gallinaria, conſecratum in honorem S. Martini cum omnibus ſuis pertinentiis, & medietatem de corte Pradaroli, cum medietate de caſtro de Portu Mercurio, & manſum unum infra villam Cedreni rectum, & laboratum per Romoaldum, & alium manſum in loco Garettæ, ſicut fuit rectum, & laboratum per Oddonem Presbyterum, & fratres ejus. Tertius manſus infra villam Cevam, ſicut fuit rectum, & laboratum per Joannem Ruffum cum molendinis, & batanderiis, & capellam unam prope jam dictum manſum, quæ eſt conſtructa in honorem S. Andreæ cum omnibus rebus ad ipſum manſum pertinentibus, ſive alium manſum in loco Garaxone, ſicut fuit rectum, & laboratum per Gautbertum Mantuanum, & omnia ſupradicta, ſcilicet monaſterium, capellas, & omnes alios res, quas ego Adelaid in prænominata Eccleſia offero. Monachi qui pro tempore fuerint ordinati in ea, habeant, teneant ad eorum uſum, & faciant quicquid voluerint ſecundum regulam S. Benedicti B. Abbatis ſine omni mea, & hæredum, ac prohæredum meorum contradictione, vel repetitione: ſcilicet lege falcidia omnibus modis in hac oblatione tacita per liberos meos, quæ in omnibus aliis rebus a me retentis habeat vigorem. Inſuper per cultellum, feſtucam, &c. Si vero quod futurum eſſe non credo, &c. Adam Not. Sacri Palatii tradidi ſcribere rogavi in qua ſubter confirmaur teſtibus obtuli roborandam, unde tribus chartis oblationis uno tenore ſcriptæ ſunt. Actum infra ante portam de caſtro, quæ eſt conſtructa ſupra porta Secuſina de infraſcripta civitate Taurino feliciter. Manus infraſcripta domina Adeligida comitiſſa, quæ hanc cartam oblationis, & aſperſionis fieri rogavi ut ſupra . . . . Signo Petrus, ſigno Amadei . . . . manus Vitriani qui Bruno Vicecomes rogatus teſtis . . . . Everardus Judex fecit, & interfuit. Ego Erenzo judex feci. Ego Burgundus Judex interfui, & feci ſignum manibus Adalrici de Pederano, & Vualfredi de Cimena, ſeu Adam de S. Stephano, atque Lanfranco filio, Adam Notarius omnes lege viventes Salica teſtes. Signum manibus Enrici qui vocatus marchioni, Robaldi de Tiblina, ſicut Erembertus de Villa nova teſtis. Ego qui ſupra Adam Notarius Sacri Palatii ſcriptor hujus cartæ oblationis, & offerſionis poſt tradita complevi.

His addidit Adalagia ann. 1075. eidem monaſterio mediam partem ipſius Pinaroli ad ſe ſpectantem, ſimulque loca 17. caſtrorum, villarumque adjacentium, ut in monumento habetur. Cujus exemplum ſecuta Immilla ſoror, aliam medietatem, quæ ſui juris erat, pari pietate eidem Eccleſiæ ceſſit, & biennio poſt eodem modo dotavit eccl. S. Petri de Muzinaſco à ſe fundatam ſequenti publico documento ex eodem Archivio.

Anno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti 1077. die menſis Decemb. Indict. p. . . . Eccleſia S. Petri ſita conſtructa in loco Muſinaſco, in qua Deo propitio monaſterium cum monachis fuerit ordinatum ad honorem S. Petri Romani Apoſtoli, & idem Romanæ Eccleſiæ ſub . . . . Ego Immilla Duciſſa . . . filia quondam Odelrici q. . . Magnifredo vocato marchio, quæ profeſſa ſum ex natione mea lege vivere Salica offertrix, & donatrix ipſ. . eccleſia propter ea dixi. Quiſquis in ſanctis ac venerabilibus locis ex ſuis aliquid contulerit rebus juxta auctoris vocem in hoc ſæculo centuplum accipiet, inſuper quod melius eſt vitam poſſidebit æternam. Ideoque ego q. Immilla pro mercede, & remedio animæ meæ, & parentum meorum propter uſum, & ſumptum monachorum, qui ibi Deo ſervierint, & Abbates qui ibi fuerint inveſtiti, & conſecrati per manum Domini Apoſtolici, dono & offero mea dictam Baſilicam nominave omnes res juris mei poſitis in locis, & fundis Muſinaſco, & ultra fluvium Tannar in locis, & fundis Botolaſco, Summao, Turrixella, Rodino, Cucignano, & prorum territoriis, & pertinentiis. Eo vero modo ut ipſi monachi qui . . . fuerint electi, vel ordinati fuerint, perſolvant pro omni miſſa S. Martini ad eandem Eccleſiam Romanam S. Petri Apoſtoli cenſus nomine aurum optimi unciam unam, ut dictum eſt, cum caſtris capellis, ſediminibus, & vineis cum areis ſuarum, cæteriſque rebus omnibus juris mei ſupradictis unacum acceſſionibus, & ingreſſibus earum, ſeu ſuperioribus, & inferioribus ſuis qualiter ſupra legitur in integrum ab hac die in eadem Baſilica pro mercede, & remedio animæ meæ & parentum meorum, ut dixi ad uſum, & ſumptum monachorum à præſenti die dono, & offero prædictas res, & per præſentem chartam offerſionis, in eadem Baſilica habendum confirmo, inſuper juxta lege mea Salica per cultellum, feſtucam, notatum, vuatonem, & vuaſonem terræ atque ramum arboris ad ipſa baſilica exinde legitimam facio traditionem, & veſtituram. Et me exinde foris expuli, vuarpivi, & abſentem feci, & ad proprietatem ipſius Baſilicæ habendum relinquo ad uſum, & ſumptum monachorum, ita ut faciant monachi qui pro tempore fuerint à parte ipſius monaſterii de frugibus, & redditibus quidquid fuerit eis opportunum ſine omni mea, & hæredum, ac prohæredum meorum contradictione, vel repetitione. Si quis vero quod futurum eſſe non credo, ſi ego ipſa, quæ ſupra Immilla, quod abſit, aut ullus de hæredibus meis ſeu quælibet propoſita perſona contra hanc chartam offerſionis ire quandoque tentaverimus, aut ea pro quocumque ingenio infrangere quæſierimus, tunc inferamus ad illam partem contra quam exinde litem intulerimus, quod eſt pœna auri optimi uncias centum, argenti pondera ducenta, & quod repetierimus, & vindicare non valeamus ſed præſens hanc chartam offerſionis diuturnis temporibus firma permaneat, atque perſiſtat inconvulſa cum ſtipulatione ſubnixa, & ad me q. Immilla, meique hæredes, ac prohæredes à parte ipſius Baſilicæ, ſicut ſupra legitur iſta offerſio qualiter ſupra legitur in integrum ab omni homine defenſare: Quod ſi defendere non potuerimus aut de ipſa Baſilica per quodvis ingenium ſubtrahere quæſierimus, tunc in duplum iſta offerſio ad ipſam Baſilicam reſtituamus ſicut pro tempore fuerit melioraca, aut valuerit, ſub exiſtimatione in conſimilibus locis, & bergamena cum trementario de terra levavi, Joannes Notarius Sacri Palatii tradidi, & ſcribere rogavi, in qua ſubter confirmamus teſtibus obtuli roborandam. Actum infra Taurinum feliciter.

Signum manus ſupraſcripta Immilla quæ hanc chartam offerſionis fieri rogavi ut ſupra.

Signum manuum Vuillelmi, & Vidoni, & marchionis ſeu Ameddi de loco Serralonga lege viventes ſalica, teſtes.

Signum manuum Bsurio Vicecomes, & Curardi, ſeu Arnoni atque Petri de loco Cavuro.

Hæc ipſa autem Immilla fundatrix fuit monaſterii monialium S. Benedicti apud Caramaniam, in quarum loco deinde ſubſtituti ſunt ejuſdem ordinis monachi, eorumque loco deinde Hieronymiani monachi. Obiit Immilla anno 1078. Taurini, juxta patris cineres apud D. Joannem condita, cui ſuccedens Adelaſia ſoror, à ſorore Abbatiæ Pinarolenſi donata confirmat. Edem ann. 1081. ipſimet Abbatię novam donationem confecit in hunc quem ſequitur modum.

Anno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti 1081. 16. die menſis Maji Indict. 4. monaſterio Genitricis Dei, & intemeratę Virginis Marię de Pinarolo conſecrato, ubi nunc dominus Arduinus Abbas preeſſe videtur. Ego Adelaida Dei providentia comitiſſa, filia quondam Magnifredi Marchionis, quæ profeſſa ſum

... e ratione mea lege vivere ſalicia, offertrix, & donatrix prædicti monaſterii propterea dixi. Quiſquis in ſanctis, ac venerabilibus locis de ſuis aliquid contulerit rebus juxta auctoris vocem in hoc ſæculo centuplum accipiet, inſuper quod melius eſt, vitam poſſidebit æternam. Ideoque. Ego quæ ſupra Adelaida comitiſſa dono, & offero à præſente die in eodem monaſterio pro mercede, & remedio animæ, & animarum meorum . . . . ſedimonum unum cum rinta, tam area, quæ ibi extat, & campo in ſimul tenentibus tam ædificiis omnibus juris mei, quod habere videor tam in quadam mea villa, quæ vocatur Salatia, & ipſum ſedimen tam area in qua vinea eſt, atque cum prædicto campo inſimul ſuper totum jugera quinque, & tabula . CI. cui cohæret à quibus partibus via de tertia parte currit ſluvius de quarta in mea reſervo poteſtate proprietario jure; quod autem idem ſedimen cum rinta, & campo ſimul tenentibus ædificiis in eo habitis juris mei ſuperius dictum una cum acceſſionibus, & ingreſſionibus, ſeu cum ſemporibus, &c. omnino juxta formam in præcedenti notam ſervatam, & ſtilo legis ſalicæ. Actum in loco Caſamania feliciter.

Signum manus ſupradictæ dominæ Adelaidæ comitiſſæ, quæ hanc chartam oblationis fieri rogavit, eique relictum eſt.

Signum Othonis Rogerii, Vvalfredi lege viventes ſalica teſtes.

Signa manuum Petri, Raynardi, Gomini teſtes.

Ego qui ſupra Giſelbertus Not. Sacri Palatii ſcriptor hujus chartæ oblationis poſt traditam complevi, & dedi.

Hiſque hæc ſubduntur. *Hanc inveſtituram, ſive oblationem fecerunt Adelaida & Agnes comitiſſæ 7. Kal. Feb. de duobus mannaliis poſitis in Salutienſi villa Pinarolenſi monaſterio S. Dei Genitricis ſemper Virginis Mariæ pro animarum ſuarum mercede omniumque ſuorum parentum. Hi interfuerunt teſtes videlicet D. Mauritius . . venerandi Epiſcopi necnon, & Rogerius Arvinas milites, & Rambertus Vicecomes.*

XXIV 24 VVILLELMUS II. quo ſedente in eccleſia S. Dalmatii Canonici exiſtebant 1064.

XXV 25 OGERIUS anno 1084 ex Baldaſſano.

XXVI 26 UMBERTUS ſive Vvitbertus II. vel Guibertus, ita in diverſis locis anno 1089. ſcriptus refertur ab eodem Baldaſſano, qui addit ab eo confirmatam donationem à Cuniberto factam Ulcienſi Eccleſiæ exiſtente Nantelino Præpoſito. Quo anno Umbertus filius Amodei, Adelaidis nepos, ſequentem donationem fecit Pinarolenſi Eccleſiæ, diverſo à præinſerto ſtylo, quod Romana lege vivere profiteretur; ita in monumento ejuſdem Pinarolenſis habetur.

Anno ab Incarnatione D. N. J. Chriſti 1098. 3. Kal. Decemb. Indict. 6. monaſterio Dei atque intemeratæ Virginis in loco, qui Pinarolius vocatur, ſito in quo nunc Dominus Venerabilis Abbas Ubertus præeſſe dignoſcitur. Ego Ubertus comes filius quondam Amodei qui profeſſus ſum lege vivere Romana oblator, & donator in eodem monaſterio proquæ dixi. Quiſquis in ſanctis, ac venerabilibus locis, ex ſuis aliquid contulerit rebus in hoc ſæculo juxta auctoris vocem centuplum accipiet, inſuper quod melius eſt vitam poſſidebit æternam. Igitur Ego q. Umbertus comes dono, & offero à præſenti die omnes res illas juris mei quas habere videor in loco, qui Ferrevidas vocatur, & eius finibus atque pertinentiis tam in ſimilibus, clautis, ſilvis cum arcis in quibus extant terris arabilibus, pratis, gerbis, paſcuis cum montibus, & planis ad ipſam cortem pertinentibus, quæ mei juris ſunt, omnia in integrum ut dictum eſt cum caſis, domibus, ſediminibus, vineis, campis, pratis, ſilvis, paſcuis, montibus, ripis, rupinis, ac paludibus, cultis, & incultis, diviſis, & indiviſis, una cum finibus omnibus acceſſionibus, & uſibus aquarum, aquarumque ductibus cum omnibus, quæ ib ipſa corte, & eius finibus ad meum ius pertinent in integrum. Quæ autem omnia ſuperius comprehenſa ad prædictam cortem pertinentia, quæ mei juris ſunt, & mihi pertinere videntur ſuperius dicta una cum acceſſibus, & ingreſſibus, ſeu cum ſuperioribus & inferioribus qualiter ſuperius legitur in integrum ab hac die in præſenti monaſt. Pinarolenſi S. Mariæ à præſenti die cedo, confero, & per præſentem chartam donationis ibidem habendum confirmo, ut faciant Abbas, & monachi, qui ibi ordinati fuerint, ad utilitatem prælibati monaſterii proprietario nomine quidquid voluerint pro animæ meæ, & parentum meorum mercede ſine aliqua mea, & hæredum meorum contradictione. Equidem ſpondeo, atque promitto me qui ſupra Umbertus comes una cum meis hæredibus in prælibato Pinarolenſi monaſterio S. Mariæ aut cui pars ſupraſcripti monaſterii dederit ſupraſcriptas res qualiter ſuperius legitur in integrum ab omni homine defenſare, quod ſi defenſare non potuerimus, aut ſi ab eodem monaſterio exinde aliquid per quodvis ingenium ſubtrahere quæſierimus, tunc in duplum iſtæ res in prælibato Monaſterio reſtituamus, ſicut pro tempore fuerint meliorata, aut valuerint ſub extimatione in conſimilibus locis; nec mihi liceat ullo tempore nolle quod volui, ſed quod à me ſemel factum eſt inviolabiliter obſervare promitto cum ſtipulatione ſubnixa. Actum in terra S. Ambroſii monaſterii Clavenſis claustra feliciter.

Signum manus ſupradicti Umberti comitis, qui hanc oblationis chartulam fieri rogavit, eique relicta eſt.

Signa manuum Boſonis Merli de Amaltaria, Merli de Planciaſca, Rodulphi Amalariæ teſtes.

Ego Siſelbertus Sacri Palatii Notarius componens ſſ.

XXVII 27. AMIZO II. Taurinenſis Epiſcopus 1104. ita Baldaſſanus ex monumento marmoreo eccl. B. Mariæ Conſolatricis apud Taurinates. In eo ſiquidem habetur, quod cum in Delphinatu vir nobilis è Ravardiorum familia, ſed oculis captus, B. Virginem ſingulari pietate coleret, ipſa aliquando in ſomnis obverſata, hæc illi intuliſſe viſa. *Cara fili, ut ad eccleſiam S. Andreæ Taurinenſis civitatis deducaris. Nam prope eam, propeque rudera ſemel à barbaris exciſæ urbis deliteſcit ædicula, & in ea mea imago, quam fidelium venerationi exponi volo. Ubi enim loco proximus fis, tum ſtatim viſum recipies: eoque recepto, ut decentiori loco ipſa imago collocetur, operam dabis.* His cum fidem præſtitiſſet ille, ad locum perductos viſum recepit. Quo miraculo excitati cives, & in primis Amizo Epiſcopus, locum adeunt, terram, ruderaque evelli curant, ædiculam ſub ſtratu latentem, & in ea ſacram imaginem comperiunt. Hanc omnino integram, & incorruptam, cum tamen ex nonnullis monumentis conſtaret, poſt quadringentos annos ibidem jacuiſſe ſepultam, ſitui, & cariei obnoxiam. Ipſius igitur cultui proſpicientes, eadem ædicula intra ædem S. Andreæ excitata, in ea ſacram collocant imaginem. Addit Pingonius, inde adducti Taurinenſes, ut urbem ipſam ſatis deſolatam repeterent, & frequentius incolerent miraculo ipſo in omen accepto ejus amplitudinis, ac felicitatis, ad quam eadem Virgine Beatiſſima favente, erat perventura. Accidit autem hoc miraculum, ſimulque ipſius ſacræ Iconæ Inventio die 20. Junii anno 1104. Incolebant autem ipſam eccleſiam S. Andreæ monachi Benedictini, quibus anno 1589. ſuffecti ſunt monachi eandem regulam profitentes Congregationis S. Bernardi ex Ordine Ciſtercienſi, procurantibus, à Sixto V. Pontifice Maximo, Henrico, & Camillo fratribus de Cajetanis, quorum alter Cardinalis, alter Alexandrinus Patriarcha, & ejuſdem Eccleſiæ S. Andreæ Commendatarius, qui cum ad Pariſienſem Legationem proficiſcerentur, & præfata ædicula non ſatis pro ejuſdem Imaginis celebritate videretur ampla, novam, & auguſtiorem ædificari curarunt. Circa eadem porro tempora, quibus ea, quæ ſupra retulimus, advenerunt, in hac ipſa eccleſia depoſitum fuit S. Valerici Abbatis corpus ex Novalicenſi Abbatia tranſlatum, cujus acta Surius tom. 2. die 1. Aprilis recitat; in cujus

ho-

honore Taurinenſes ædiculam prope eandem eccleſiam, eademque forma, qua Cajetani, B. Virgini ædificaruot, ubi ſacra lipſana honorifice venerantur.

XXVIII. 28 MAYNARDUS anno 1109. eligitur in Taurinenſem ſedem. Anno 1112. memoratur apud Landulfum de S. Paolo in Chronic anno vero 1116. Albertum Præpoſitum inſtituit in Eccleſia Nicieoſi.

XXIX 29 UBERTUS III. defuncto Maynardo ſucceſſit anno 1118.

XXX 30 BOSO electus anno 1125. cui Callixtus II. confirmat ea, quæ Adelaſia Taurinenſi Eccleſiæ donarat. Idem Boſo Terdone reſidens plures confert eccleſias Dalmatico Abbati Pinaroli, Synodalibus tamen juribus reſervatis; idemque plura contulit eccleſiæ S. Solutoris conſentiente Capitulo. Memoratur in ſententia Olrici Archiepiſcopi Mediolanenſis ad favorem Laudenſis Eccleſiæ ann. 1125.

XXXI 31 ARBERTUS poſt Boſonem anno 1128. ad eam dignitatem evehitur. Qui ſuæ Eccleſiæ in Taurinenſi civitate juris tuendi gratia cum Amodeo II. Sabaudiæ comite, ipſum jus ad ſe trahente, ſimultatem contraxit. Arbitrer Petrus Lugdunenſis eligitur, qui eam ſedare non potuit. Poſſeſſioni Sabaudo innitente, Arbertus Terdonam ſeceſſit. Idem donavit eccleſiæ S. Solutoris eccleſiam aliam ejuſdem nominis, & aliquot eccleſias 1140. Abbati Pinarolenſi, hortante, & approbante Innocentio II. juribus Epiſcopalibus reſervatis. De eodem habetur mentio ann. 1144. Arberto quoque ſedente anno 1147. Amodeus comes, & marchio Sabaudiæ in tranſmarinas partes devotionis gratia transfretare deſiderans, monaſterium Secuſienſe ab anteceſſoribus ſuis fundatum divitiis, opibuſque auxit ad decorem hocce ſequenti documento, inſtante, approbanteque Eugenio III. ſummo Pontifice in quod irrepſiſſe mendum exiſtimandum, cũ pro Bruncrigo Aſtenſi Epiſcopo, Abrigus legatur; Manfredi enim Marchionis, & Bertæ comitiſſæ hujuſce cœnobii fundatorum temporibus Bruningus vixit Aſtenſis Eccleſiæ Præſul, non Albrigus, qui in tabulis, & dypticis ejus Eccleſiæ non reperitur. Porro Amedei diploma ſic ſe habet, quod etiam retulit in ſua hiſtoria Epiſcopus Salutienſis.

In nomine ſanctæ, & Individuæ Trinitatis.

Nos Amedeus Dei gratia comes, & Marchio filius Huberti comitis, & marchionis, & Humbertus ſuus dilectus filius, notum eſſe deſideramus omnibus Chriſtianis: anteceſſores noſtros ſcilicet Alricum ſanctiſſimum Epiſcopum ſanctæ Aſtenſis Eccleſiæ, atque Manfredum glorioſum marchionem, nec non, & Bertam comitiſſam ſuam Jugalem pro redemptione ſuarum animarum, & ſuorum anteceſſorum conſtruxiſſe religioſum monaſterium in civitate Secuſiæ, in quo ſanctiſſimi monachi redemptori noſtro die, noctuque deſerviunt, & ne ſolum mobilibus præfatum monaſterium ditaretur, ad immobilia manus largitate plenae extenderunt, & ſicut in ipſorum præceptis veraciter cognovimus tertiam partem civitatis Secuſiæ, & ejus territorii dempta caſtro, quod infra eandem civitatem poſitum eſt, prædicto monaſterio contulerunt, inſuper tertiam partem de tota Valle Secuſiæ tam in montibus quam in planiciebus ſicut detineat montes, qui vocati ſunt Genevii, & Civexii uſque in territorium, & finem de villa, quæ vocatur Vaga in locis, & fondis Ceſana, velut Baldoneſſa, Salaberta, in exilie caput montis Gallionis, Mediane, Meiigo, Fereſto, Boſſoleto, S. Georgio, Bruxolto, Burgone, Villare Fulcardi, & in ſancta Agata, cum caſteis, capellis eiſdem locis & territoriis pertinentibus, & etiam contulerunt, atque donaverunt cortes duas integras, atque eorum pertinentia, quæ Almeſcii, & Rubiana vocata ſunt præfato monaſterio, & conceſſerunt itemque monaſterium S. Mauri conſtructum in Pulcerada cum eadem corte Pulcerada, & ejus pertinentia in ordinatione, & ſubjectione jam dict. monaſterii de Secuſia donaverunt, & contulerunt, & aliam cortem **A** *juxta ipſam Pulceradam cum ejus pertinentiis, quæ Zamberto eſt vocata, & cortem, quæ vocatur Matingo, & ejus pertinentia à fluvio Sturorum, uſque ad cacumen alpium, inſuper aliam cortem, quæ vocatur Ugdone, & ejus pertinentia, quæ vocatur Volveeia, & ejus pertinentia, & medietatem de alia corte tam de caſtro, quam de capellis, quæ vocatur Ripalta cum ſuis pertinentiis, & duas cortes, id eſt Mance, & Petra auriola jam dicto monaſterio dederunt, & hæc omnia ita liberа eſſe voluerunt glorioſi anteceſſores noſtri, ut nullus eorum hæres, vel ſucceſſor in præfato monaſterio vel monachos, vel qualeſcunque perſonas, clericos, vel laicos, milites, vel ruſticos, maſculos, vel fœminas ad præfatum monaſterium pertinentes, & in eorum mobilia, vel immobilia ullam oppreſſionem, aut violentiam facere auderet, pœnam eis inferentes, ſcilicet uncias centum auri, & cætera, quæ in eorum præceptis apertiſſime inveniuntur, ſi quis eorum beneficio in jam dictum monaſterium collata in totum, ſive in partem abſtulerit, & ſubtraxerit: cognovimus etiam* **B** *Sereniſſimum, & bonæ memoriæ comitem Humbertum Genitorem noſtrum, nec non, & Odonum glorioſiſſimum marchionem, prudentiſſimam comitiſſam Adalegidam non ſolum cuſtodiſſe, & illeſa ſervaſſe in præfato monaſterio à conſtructoribus prædictis, quæ cumque bona conceſſa, ſed etiam ipſi largiſſimas eleemoſynas in ſæpedictum monaſterium contulerunt, videlicet quartam partem de Fruſaſco cum ſuis pertinentiis, & medietatem de duabus cortis id eſt Cauria, & Condoviæ ..... quæ omnia nos qui ſupra Amedeus comes, & Humbertus pater, & filius ſæpiſſime ad memoriam reducentes ſcilicet quanta largitione monaſterium ſancti Juſti noſtri Prædeceſſores donaverint, & nihil ex propriis facultatibus ibi tam fauſtæ congregationi donaſſe reperientes, immo, peccatis exigentibus, noſtrorum conſiliariorum hortatu bona ad præfatum monaſterium pertinentia ſæpiſſime perturbaverimus per bannum, & alias oppreſſiones innumeras, ideoque ſano conſilio, & admonitione noſtra ingemiſcentes delicta, pura intentione decrevimus noſtrorum an-* **C** *teceſſorum beneficia in prædicto monaſterio ſancti Juſti collata laudare, venerari, & cuſtodire, ut neque nos, neque qui ſupra, nec per quaſcumque perſonas nobis ſubjectas in religioſos monachos, aut qualeſcumque perſonas clericos, vel laicos præfato monaſterio deſervientes, vel pertinentes, vel eorum bona mobilia, vel immobilia aliqua oppreſſio per bannum majoris, vel minoris offenſionis deinceps in perpetuum inferatur, ſed ne aliqua aggravatio in pecunia, grano, vino, fœno, palea, equis, bovibus, ovibus cæteriſque animalibus, ſive lignis colligendis, & quia longum eſt enumerare mala, quæ excogitare vel machinari poſſunt perſequutores ſanctæ Dei Eccleſiæ tam nobis, quam noſtris hæredibus vel quibuſcumque noſtris ſucceſſoribus omnem viam cujuſcumque oppreſſionis inferendæ in homines, & bona cujuſcumque modi ſit præfati monaſterii excludimus, atque amputamus, & ne nobis ullo tempore liceat velle quod volumus, omnem oppreſſionem, quam per bannum, vel aliam pœnam activam in res præfati monaſterii exercui-* **D** *mus, & relinquimus ſuper altare ſancti Juſti, & exinde nos expulſimus, & omnino, & amiſſimus in præſentia Simonis religioſi, & cæterorum fratrum ſancta contemplatione deſervientium, ac totius populi Secuſiæ civitatis, & præterea illorum, quorum nomina ſubtus leguntur, etiam concedimus, atque donamus eidem monaſterio omnes offenſiones, omnia banna, quæ perpetrari poſſunt ab hominibus præd. monaſt. undecumque ſint, & in quibuſcumque locis fuerint perpetrata ſive in noſtro Dominio, ſive in ſuo, & in ea quæ nobis poſſunt pertinere in ipſis ratione alicujus maleficii parui, vel magni: ſi quis vero, quod futurum eſſe non credimus, ſi nos quod abſit, aut ullus de hæredibus, ac prohæredibus noſtris, ſeu qualibet appoſita perſona contra hoc teſtamentum ire quandoque tentaverimus, aut illud per quodcumque ingenium infringere quæſierimus, tunc inferamus ad illam partem, contra quam exinde litem intulerimus pro pœna auri optimi uncias centum, argenti pondera ducenta,*

in-

inſuper res ipſas parti ejuſdem monaſterii ſicut pro tempore fuerunt melioratæ, aut voluerit ſub exiſtimatione in conſimilibus locis, & quod repetierimus vendicare non valeamus, ſed præſens hoc teſtamentum dictum temporibus firmum ſtabilitum permaneat, atque perſiſtat. Præterea nos qui ſupra Amedeus comes, & Humbertus pater, & filius pro redemptione animarum noſtrarum, anteceſſorumque noſtrorum præfato monaſterio donamus, oblationem facimus, atque concedimus quicquid habemus vel nobis aliquo modo ſive jure pertinet ratione comitatus in Vigono, & in Ameſio Rubiana, Caprils, condovis, Burgonio, & ſancto Antonino, inſuper quicquid omnino habere videbamus à caſtello Petra uſque ad pratum dell' elemoſina, & uſque ad Lacernas excepta ſolummodo venditione. Ego autem, qui ſupra Amedeus comes, corde compunctus, ut credo, inſpiratione divina, recordans attentius facinorum meorum à Domino Beatiſſimo Eugenio Papa commonitus, & inſtructus acceptaque ab eo pœnitentia Hierolymam ire, atque ſepulchrum Noſtri Redemptoris viſitare cupiens de bonis jam dicti Monaſterii ad tanti itineris relevare neceſſitatem meam per manum Domini Simonis jam dicti Abbatis omniumque aſſenſu fratrum. & voluntate præſente dilecto filio meo Humberto undecim milia ſolidos Secuſienſis monetæ accepi. His ita præmiſſis, ad ſalutem, & cautelam proſperitatis noſtræ, hic ſcribere dignum duximus ut ſibi quiſque caveat, & provideat, Dominus enim Beatiſſimus Eugenius Papa rogatu noſtro excommunicavit anathematizavit, & à cœtu fidelium ſegregavit ex parte, & auctoritate Dei, & Beatæ Virginis Mariæ, & Apoſtolorum Petri, & Pauli, nec non, & omnium SS. & ſanctarum Dei, & ſua omnes illos, vel illas ſive comitem, ducem, marchionem, caſtellanum, & caſtaldum, militem, vel clientem, vel quamlibet perſonam, quæ hanc noſtræ donationis elemoſinæ firmitatem infringere quocumque modo tentaverit niſi condigna ſatisfactione emendaverit.

Actum eſt iſtud Secuſiæ in monaſterio ſancti Iuſti in præſentia Domini Eugenii Papæ & Vindonis Cancellarii, & Hoſtienſis Epiſcopi, & Tmarii Tuſculanenſis Epiſcopi & Vindonis de Summa, Geclaberti de ſancto Marco, Iordani Camerarii, Magiſtri Ubaldi de Lucca, Ugonis Cardinalis de Novaria, Magiſtri Vviglielmi de Vienna, Ardutionis de Bargiis, Petri Bugini, Vviglielmi de Amanzio, Aymonis Beraldi, Eberardi de Auguſta, anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo quadrageſimo ſeptimo, octavo die menſis Martii Indict. 10.

Ego Ogerius Notarius Sacri Palatii interfui, & hanc chartam ſcripſi.

Alberti item temporibus, inter Taurinum, & Alpes fundata fuit Abbatia de Ripalta, incolis Rivalta, in honorem SS. Petri, & Andreæ Ordinis Ciſtercienſis ex linea Firmitatis cœnobii; hanc Sabaudiæ comites, cæterique Pedemontani principes, ac præſertim Amedæus comes hujus nominis III. cum Maalda Delphina uxore, Ubertoque eorum filio, opimis prædiis, ac redditibus multis nobilitarunt. Hodie paucis ſuperſtitibus monachis, vi bellorum ſemidiruta jacet; habet tamen ſecularem Abbatem Commendatarium, alterumque congregationis Lombardiæ ejuſdem Ordinis. Porro Abbates, qui hactenus fuerunt, ſunt ſequentes, hic recenſiti, ut ſaltem pro diruto cœnobio eorum perennet memoria.

Petrus anno 1137.
Albertus anno 1168.
Bonaldus anno 1196.
Jacobus primus 1206.
Raynerius anno 1216.
Joannes anno 1230.
Otho anno 1234.
Guillelmus de Ruvere Taurinenſis anno 1244. Hic fuit ultimus hujuſce monaſterii Præpoſitus ex Ord. Canonicorum Regularium S. Auguſtini; ſub quo, Innocentii IV. Pontificis juſſu, cœnobium in Abbatiam erectum, Ord. Ciſtercienſi traditum fuit.
Bartholomæus primus Abbas hujuſce monaſterii ex Ordine Ciſtercienſi anno 1250.
Gribaldus 2. Abbas anno 1266.
Franciſcus anno 1289.
Jacobus Vaudonus Cherienſis an. 1291. inde Abb. Staphardæ.
Monfredus de Monte Calerio 1297.
Gualterius 1300.
Simeon 1316.
Pertical de Alignano 1317.
Guillelmus de Guilieſtra an. 1324. olim Abb. Staphardæ.
Michael ex Dominis Begnoli 1327.
Petrus 1338.
Antonius Caburretus, inde Abb. Staphardæ & Caſæ novæ.
Brunus Bemerius de Vigono 1352.
Urſus ex Dominis Ripaltæ 1362.
Petrus ex Dominis Ripaltæ 1362.
Joannes ex Dominis Ripaltæ 1364.
Petrus Joannis frater 1377.
Henricus ex Dominis Ripaltæ 1400. Commendatarius.
Antonius ex Dominis Ripaltæ 1423.
Joannes ex eadem familia 1435.
Joannes alius ex eodem familia 1450.
Amedæus Jo. prædeceſſoris nepos 1494.
Jo. Baptiſta Card Pallavicinus 1509.
Mercurius de Arborio de Gatinara 1560.
Franciſcus Spinula Januenſis 1572.
Jo. Franciſcus de S. Georgio Card. Blandrata.
Cintius Aldobrandinus Card.
Julianus Card. Sabellus 1620.
Claudius Amedæus Vibo anno 1628.
Mauritius Vibo Claudii nepos 1644.

32 RAYNALDUS vixit anno 1151. ex tabulis Eccleſiæ. XXXII.

33 CAROLUS a primus an. 1153. Raynaldo ſuffectus jura ſuæ Eccleſiæ in Taurinenſi civitate vindicare ſategit, & Fridericus I. Imp. in gratiam ejuſdem Caroli, qui eidem Taurini venientem obviam cum clero factus, ſub umbella illum exceptum in Urbem introduxerat, jura imperialia in eandem civitatem contulit, & reclamante Sabaudo, huic faventibus Aſteſibus ac Corienſibus utramque urbem direptioni, & igni dedit. Anno 1159. præſens fuit conventui Roncaliæ celebrato ab eodem Imper. & eodem anno 1159. quo Carolum ſibi in Alexandrum III. alliceret, iterum donat eidem Epiſcopo jura civitatis ad decimum uſque lapidem ampliſſimo diplomate, quod nobis ex Vaticanis monumentis tradidit noſtri ſæculi eruditorum hominum mœcenas Felix Contilorus, olim Archivi Vaticani ſanctioris Præfectus, cujus tenor eſt hujuſmodi. XXXIII.

a De eo Artius in Cremona liter. tom. 3. p. 72.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.
Fridericus divina favente clementia
Romanorum Imp. Auguſtus.

Dignum duximus auribus, & oculis omnium Chriſtifidelium ſignificare; qualiter Carolus Taurinenſis Eccleſiæ venerabilis Epiſcop. noſtræ Majeſtatis eminentiam adiit, flagitans in ſpiritu humilitatis, quatenus divinæ mercedis intuitu, omnia pertinentia Eccleſiæ ſuæ, in honorem Præcurſoris, & Baptiſtæ Chriſti Ioannis dicatæ, quæ à prædeceſſoribus noſtris, tam Regibus, quam Imperatoribus, ac Religioſis viris, eidem Eccleſiæ collata ſunt, noſtra Imperiali cenſura confirmare, & corroborare dignaremur. Cujus piæ petitioni benignum aſſenſum præbentes hoc præceptum fieri juſſimus, per quod tam cultis, quam incultis, ſeu deſertis locis, omnes plebes, curtes Epiſcopales, videlicet ſedem, & domum ipſius civitatis cum omnibus rebus mobilibus, & immobilibus ad ſe pertinentibus, & quicquid ad noſtrum jus pertinere videtur, trans ſcilicet & omnem diſtrictum, atque domos publicas, murumque ipſius civitatis cum fiſco, & theloneo integro, ſeu cum omni jure civili intus, & extra per circuitum milliaris decem eidem Eccleſiæ concedimus, curtem vero de

Ca-

A *Cariecum plebe, & caſtello, & mercatis in diſtricto, curtem de Caliano, curtem de Allignane cum caſtello, & capella, curtem de Montealto, caſtellum de Panciano, curtem de Solariano, curtem de Tetiane, cum caſtello, & diſtricto; item curtem de Tetiano, quæ dicitur vetere, cum capella, curtem de Canevа, curtem de Mucnriades cum caſtelle, curtem de cellas cum caſtello, & diſtricto, & plebe, curtem de Santnna cum capella, curtem de maſiolas, custem de vulgari Cornaletto, curtem de Teſſona, cum caſtello, & turee, & capella, & mercatis, & diſtricto integro, curtem de Palatio cum plebe, curtem de Vallicella cum caſtello, & diſtricto; curtem de Maſavaſio, curtem de Saxinas, curtem de Magenias cum capella Sancti Martini; curtem de Carnano cum caſtello, & diſtricto, & capellis, curtem de Runco cum tote lacu de Melegia, curtem de Rodolſia; curtem de Monaſteriolo; curtem de Romaniſo cum canonica, & caſtello, & diſtricto; curtem de Cadralie cum caſtello, & plebe: & diſtricto integro, cum valle Grannia, & Monte malo, cum caſtro, cum montibus,* B *& vallibus, ſilvis, paſcuis, & omnibus ſuis pertinentiis; curtem de Centalle; custem de Luvaldiſo; curtem de Arpiaſco, cum caſtello, & diſtricto cum montibus, vallibus, Silvis, & paſcuis, curtem de Ceretto, cum tota valle Vallactaaa; curtem de Verciolo cum caſtello, & turribus, & diſtricto; curtem de Condriſiana; curtem de Continaſco; curtem de Pancalare cum plebe, & toto monte; curtem de Bedoledo; curtem de Campilione cum capella; curtem de Bibianiga cum ſuis pertinentiis; cusecm de Rovacles cum plebe, & caſtello cum omnibus eccleſiis, & monaſterio S. Hilarii; curtem de Publice cum caſtello, & plebe, & diſtricto; curtem de Pinarlolo cum caſtello, & diſtricto, & plebibus, & caſtellis cum tota valle Pinariaſca; curtes, quæ vocantur Macedello, & Buriaſco; curtem de Gavenno cum duobus laicis curtem de Aviliana cum caſtello, & plebe, & diſtricto; vicos Fulcardi, & Canuſſo; curtem de valle Novellaſca; curtem de Ripulis cum caſtello, & plebe, & diſtricto; curtem de Sangano;* C *curtem de Trana cum caſtello, & plebe, & diſtricto; curtem de Saagaao; curtem de Trana cum caſtello, & turre, & diſtricto; curtem de Brione cum caſtello; curtem de Planicia cum caſtello, & diſtricto, & plebe; curtem de Turvento cum plebe; curtem de Fiano; curtem de Matigo cum tota valle Mategaſca; curtem de Lances; curtem de S. Mauritie cum caſtello, & plebe, & diſtricto; curtem de Septimo cum plebe, & diſtricto; curtem de Clavaſco cum caſtello, & diſtricto; curtem de Gaſtenetto cum caſtello, & diſtricto; curtem de Sancto Raphaele cum caſtello, & turre, & diſtricto; curtem dr Ripa alba cum caſtello, & diſtricto; curtem de Lauredo cum diſtricto; cuetem de Flabone cum plebe; curtem de Calpice cum capella; curtem de Ripulis cum tota valle Magraua cum montibus, & vallibus, & ſuis pertinentiis; custem de Vignolo cum caſtello, & turre, & ſuis pertinentiis; Abbatiam Sancti Michaelis ſitam in monte Porcariana cum ſui pertinentiis, & omnem decimam de valle Secuſia cum omnibus eccleſiis, capellis,* D *plebibus, uſque in Brienzole, & uſque in monte Cinix, tam in civitate Secuſiæ, quam de foris; Abbatiam Sancti Solutoris cum ſuis pertinentiis; Abbatiam de Gratiano in honore ſancti Victorie, & Coronæ, cum ſuis pertinentiis: Abbatiam ſancti Petri in civitate Taurini; Abbatiam de Cervaria cum ſuis pertinentiis; Abbatiam ſancti Salvatoris, & ſancti Mauri ſitam in Vico Fulcheradа cum ſuis pertinentiis: cæteraſque curtes, territoria, caſtella, villas, manſos, & utriuſque ſexus familias, aldienes, & aldiana, domoſq; poſſeſſiones, piſcationes, foreſtas, paſcua in montibus, vel planitiebus, aquationes, aquarumque curſus, vel decurſus, paludes, cuncta habita, & tenta, & poſſeſſa ad partem ipſius ſedis à prædicto Carolo Epiſcopo, vel à quolibet prædeceſſore ejus aliquo inſcriptionis titulo, vel inveſtita hactenus donata, collata, atque tradita, prædictæ ſanctæ Taurinenſi Eccleſię, à quibuſcumque hominibus, vel poteſtatibus: dona-*

A *mus, concedimus, confirmamus, & omnibus modis corroboramus, una cum campis, vineis, peatis, paſcuis, herbis, ſilvis, fraſcariis, buſcaliis, montibus, alpibus, collibus, vallibus, planitiebus, ripis, rupinis, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus, omnia, quæ dici, vel nominari queunt, & per hoc noſtræ confirmationis præceptum de noſtro Imperiali jure, & dominio, in jus, & dominium Taurinenſis Eccleſiæ omnino teansfundimus, ac delegamus prædictum diſtrictum præfatæ civitatis, & omnia, quæ vocata ſunt publica fiſcalia, vel comitalia, vel vice comitalia, quæ intus, vel extra civitatem continentur per circuitum milliariis decem, ea videlicet ratione, quatenus prædictus Epiſcopus, ſuique ſucceſſores poteſtatem illic habeant per ſe, vel per ſuos miſſos judicandi, diſtinguendi, placitumque tenendi, vel quicquid eorum utilitas decreverit faciendi ad augmentum Taurinenſis Eccleſiæ, & ita faciendi, veluti in noſtra, vel Marchionum, vel Comitum fuiſſent præſentia, remota omni noſtra, noſtrorumque ſucceſſorum, & om-* B *nium hominum contradictione, minoratione, ac moleſtatione. Igitur quicumque infra prædictam urbem, vel hæc decem milliaria per circuitum, vel in præfatis custibus, & caſtellis habitator eatiterit, vel caſtellaverit, & vaſſalli ejuſdem Epiſcopi noſtri in præſentia Comitum, & Marchionum, vel miſſorum noſteerum eorum lites aliter agere ullo modo, vel diſinire liceat, niſi ante Carolum Epiſcopum, vel ejus ſucceſſores, vel eorum legates decrevimus: ſic ſupra conceſſimus; & quicquid in eorum præſentia factum, vel judicatum fuerit, perpetua ſtabilitate permaneat. Præcipimus itaque, ut deinceps nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Gaſtaldio, vel ullus Reipublicæ procurator, vel alia perſona magna, vel parva prædictam Taurinenſem Eccleſiam, ejuſque Vicarios diſveſtire, moleſtare, & inquietare, manſionaticum facere, thelonenm, placitum, diſtrictum, vel aliquam publicam functionem eaigere, vel de prædictis rebus violentiam facere audeat. Hæc omnia ſupradicta Epiſcopo Carolo Taurinenſi, & Eccleſiæ ſuæ damus, & confirma-* C *mus, ſalva per omnia Imperiali juſtitia, & illa erdinatione, quam in hac expeditione fecimus. Si quis autem hujus precepti violator eſſe præſumpſerit, centum libras auri optimi componat, medietatem Imperiali Fiſco, & medietatem prædicto Epiſcopo, ejuſque Eccleſiæ.*

Indulgemus quoque Taurinenſi Eccleſiæ, ut nemo adverſus eam centenaria præſcriptione ſe tueri poſſit.

Signum domini Friderici Romanorum Impeeatoris invictiſſimi.

Ego Reinaldus ſacri Palatii Cancellarius ecognovi.

Acta ſunt hæc anno Dom. Incarn. 1159. Indict. 7. regnante D. Friderico Romanorum Imperatore ſereniſſimo anno regni ejus 7. Imperii vero 4. Datum in territorio Vercellenſi apud caſtrum Ancimianum 7. Kal. Februarii.

Cæterum Carolus dedit Monaſterio S. Solutoris unum hoſpitale, & alias tres eccleſias. Huic vero D Carolo Piogonius anno 1162. ſubſtituit Vvillelmum quendam, quod non probat Baldaſſanus, qui ex Archivio S. Solutoris ſequentem recenſet.

34 OBERTUS anno 1165. ex monumentis citatis à Baldaſſano. XX XIV.

35 CAROLUS II. is, qui Taurinenſem ſedem adeptus, Humbertum comitem Sabandum dominium in Taurinenſem urbem detinentem, quod ſuæ Eccleſiæ debitum cenſebat, ad Cæſarem provocavit anno 1169. Lis diu exagitata, excipientibus cum Sabaudo civibus, graves contentiones cum eodem Sabaudo pro juriſdictione ſuæ civitatis habuit. XX XV.

36 AMIZO III. huic ſedi præficitur anno 1170. cujus precibus Fridericus Imp. Taurinenſibus injurias condonavit. XX XVI.

37 MILO Cardanus, civis & Archipresbyter Mediolanenſis, extiucto Amizone, Eccleſiæ Taurinæ Paſtor datur anno 1171. ejuſdem civitatis commodo. Fridericus etenim Imp. vaſtata igne, & ferro XX XVII

Secuſia, Tanrinenſibus, In quos eadem moliebabatur, pepercit Milonis precibus, cum & ſuarum partium idem eſſet Epiſcopus. Sequentl vero anno, Friderico jam in Germaniam reverſo, cum relatum fuiſſet, ipſum Milonem in odium coeptæ litis à deceſſore ſuo, incendii Secuſiani authorem, & prædæ fuiſſe participem, Humbertus comes Taurinum ingreditur, populatur, & quæ pretioſa Epiſcopi extabant, omnia exportavit. Cenſusque quoque annuos in publicum addixit, & damna pacis Secuſianorum adjudicari voluit, ſi damni exiſtimatio dari potuiſſet. Hinc coram Cæſare acriores, & vehementiores excitatæ tragœdiæ. Anno deinde 1185. Taurini Gothoſredus Imper. Cancellarius, Cæſariſque legatus ſententiam tulit in Humbertum Sabaudiæ comitem, qua civitas Taurinenſis ad Epiſcopum ſpectare firmis rationibus declaravit, tum & oppida Aveilianæ, Ripaltę, medii Carniani, & Arcis Turritæ, de quibus contentio erat. Ille vero ſpoliatus, & ob damna illata populis, & publica inceſta, ſeptingentis libris mulctatur. Mox Uberto Gribello Mediolanenſi Archiepiſcopo ad apicem Pontificatus aſſumpto, inde ad ſuperos translato, idem Milo à Clemente III. Pontifice ad Mediolan. ſedem evehitur an. 1188. cum prius in Lateranenſi Concilio ann. 1179. ſediſſet. Plures ab ipſo Inveſtituræ diverſis Domicellis factæ in tabulis ejuſdem Eccleſiæ annotatæ cernuntur.

XXXVIII 38 ARDUINUS. Quo litem cum Humberto proſequente, Fridericus Imp. & Henricus Cæſar filius ſententiam duriorem tulerunt in Humbertum. At Humberto mœrore, ac ætate confecto, è vivis ſublato, Thomas filius, gratia Henrici Cæſaris innixus, reclamante Epiſcopo, in priſtinum dominandi ſtatum reſtituitur, Sedunenſi tota ditione tunc Imperio reſervata, anno 1188. Connitente tamen Arduino, poſſeſſionem tuetur an. 1191. civitate per vim detruditur. Qui cum clero apud oppidum ſeceſſit, tamdem reſtituitur, ſed ea lege, ne amplius ultra quam, quæ Poli ſunt agnoſceret, publicis, & ſupremis juribus Sabaudo permiſſis; ita tabulæ. Altero ab eo anno inter Arduinum Epiſcopum, & Pioſachi Dominos nata diſſidia ſopita ſuere Pioſachis remiſſo oppido Teſſone ipſi Epiſcopo, numeratiſque quingentis argenti marchis, & receptis in feudum Publiciis, pro quibus Taurinenſis Eccleſiæ ſe beneficiarios agnoſcunt. Anno 1203. idem Arduinus non integris reconciliatis rebus, adhuc Teſſone reſidens, Abbati Pinerolenſi Bertramo apud Muſinaſcum aliquot condonat redditus. Erat porro Teſona nobile oppidum ad radices montis, quod Padum à Liguria mediterranea, ſeu Statelienſibus ſejungit in amœniſſimo, ac fertiliſſimo agro olim ſitum à Canenſibus, deinde anno 1228. ope Aſtenſium, ita exciſum, ut incolæ cum ſuis Montecalerium concedere coacti fuerint. Nec aliis condonatum ex ipſius ædificiis præter eccleſiæ B. Mariæ tertii loci, ut vulgo fertur, quæ, ut ex monumentis colligitur à Pio Papa I. circa annum Domini 160. dicata, proinde in magna veneratione, etiam poſtquam illius canonici Montemcalierium cum cæteris demigrarant, habita eſt; inde an. 1617. monachi Ciſtercienſes Congregationis S. Bernardi, canonicis ipſis concedentibus, Montecalerienſibus quatuor tornatas ad ædificia, & clauſuram offerentibus, Franciſco, Hieronymo Vagniono Caſtriventiuidomino, ſumptus ad exornandam Eccleſiam, & cœnobium conſtruendum, redditus ad monachorum ſuſtentationem ſuppeditante & in ea inſtitui, ejus cultum excitandum ſuſceperunt. Ita habent ejus monaſterii notæ.

Per hæc tempora Arduini Præſulis, viri aliquot, qui ſe Apoſtolicos dictitabant, reſque, ſimulque uxores communes eſſe volebant, ac exinde Valdenſes ſunt nuncupati, inter Lugdunenſis plebis fæcem ea acceperunt incrementa, ut eorum numerus, qui octena milla excedebat, eidem urbi ſuſpectus eſſe incœperat, proſcripti, ac ejecti fuere. Ii quo tenderent, quo ſedes ſuas figerent, circumſpicientibus opportunæ ad id viſæ Valles ab Adelaida Immillaque ſororibus cum Pinarolo Eccleſiæ ejuſdem Abbatiæ dono datæ, quod in monachis haud ſatis virium eſſet ad eos arcendos. Itaque nec opinato in eas tanto furore ſe inferunt, ut ad Portas ipſas (id eſt nomen Pago, in quo Romani portam conſtruxerant (quam velut Italiæ januam eſſe volebant) pervenerint. Qua te territi monachi, nec obſiſtere valentes, re bene perſpecta, non tantum valles ipſas, ſed & Pinarolum Thomæ comiti Sabaudiæ;, ejuſque ſucceſſoribus ceſſerunt, ea lege, ut hoſtes non modo ſuos, quam fidei catholicæ propulſarent, & conceſſa ab eadem eccleſia tamquam illius beneficiarii agnoſcerent, omnino tamen loci dominio, qui Abbatiæ dicitur, & Vallis Leminæ, capitulo reſervato. Quæ ita ſunt ſuo ſortita effectu, ut viciniorem Vallis partem, quæ Petroſa dicitur, Thomas recuperarit, ipſis hæreticis vel ejectis, vel ſubactis, ſecus vero ulteriorem, Angroniam dictam, jam ab Delphinatus Principe ſollicitantibus Valdenſibus, præoccupatam. Ipſius Thomæ ſucceſſores ab Abbate ipſo, monachorumque capitulo in poſſeſſionem Pinaroli immitti conſueverant poſt præſtitum ab illis fidelitatis homagium, ante portam, quæ Taurinum ducit; idque religioſe tenuere, quouſque à Gallis ſub Franciſco I. Galliarum Rege, cum reliqua ſubalpina regione Sabaudo erepta fuere. Hæc ex monumentis ejuſdem cœnobii eruit amicus noſter.

Cæterum Arduinus anno 1196. Henricum Imp. Taurini honorifice excepit, ab eoque facultatem obtinuit, alienationes à prædeceſſoribus factas revocandi, quo anno ſubſcripſit privilegio ab eodem Imperatore Tarantaſienſi Archiepiſcopo conceſſo. A filiis nobilibus Taurinenſibus pedagium ejuſdem civitatis accepit. Eccleſiam S. Petri de Felagna Hoſpitali S. Mariæ de Monte Cinitio conceſſit. Anſelmo Pazzelæ decimas beneficiario jure dedit. Eccleſiam S. Stephani prope villam, quæ Faletorum dicitur, ſanctimonialibus Poliolæ apud Montem Regalem donavit anno 1202. Abbati Pinarolenſi Bertramo apud agrum Muſiniacum idem Epiſcopus aliquot erogat redditus, ut dictum eſt, & anno 1206. quidquid Joannes Daniel in caſtris Venzolii, & Solleriarum poſſidebat, ſuæ Eccleſiæ nomine acquiſivit, pauloque poſt exceſſit è vivis, quem ex comitibus Valpergæ fuiſſe memorat Auguſtinus ab Eccleſia in Cronologica Hiſtoria.

39 JACOBUS de Moxo Vercellenſis, ex Abbate S. Joannis Parmenſis ex Ordine S. Benedicti, XXXIX.
Taurinenſis Epiſcopus eligitur in locum demortui Arduini an. 1206. Is ann. 1210 convocatis cætu Clericorum & Taurinenſibus civibus ob vetuſtatem ædem S. Solutoris labentem, ipſiuſque Abbatiæ contractum grave æs alienum, ipſam contulit Abbati Cluſino, ea ſiquidem lege, ut Epiſcopo Taurinenſi ſacramento diceret, eamque ære alieno liberaret, ædificiis ornaret pro cultu divino cum dignitate habendo. Id alii ſequentes Epiſcopi confirmarunt. Eodem anno Otho IV. Imp. Taurini aliquot diebus reſedit, plurima privilegia eccleſiis conceſſit, maxime Ripaltæ Abbatiæ. Hæc olim oppida multa, redditusque poſſidebat opimos, ſed ubi in commendam conceſſa fuit, res ejus labere occeperunt; monachis nigris in ipſa ſenſim deficientibus, monachi Ciſtercienſes ſucceſſerunt. Anno 1214. S. Franciſcus ex Aſſiſio in Gallias iter faciens Cariæ primum paupertatis religioſæ, quam profitebatur, ſodalitium inſtituit, mox Taurini, excipiente Jacobo Epiſcopo, in ædicula ſibi à civibus conceſſa D. Viatori ſacra, quam Ruverii patritii olim conſtruxerant, aliud ſtabilivit, quod nunc in templum & Cœnobium præclarum abiit. Eo quoque tempore D. Dominici Prædicatorum Ordo in hac civitate ſua accepit incunabula.

40 JACOBUS II. Jacobo ſucceſſit, etiam & ipſe XL.
Vercellenſis civis ex Dominis Cariſii an. 1217. Ad quem ſcripſit Epiſtolam Honorius III. anno 6. Pontiſ. ut habetur in Reg. Vatic. Ep. 163. Hic in Italia Locumtenens Generalis fuit pro Federico Imperatore.

tore. Cumque Teſſone degeret, ſimulque Taurinenſes cives cum Manfredo marchione Salutiarum in Thomam Sabaudum fœdera iniiſſent, Taurino ipſe Jacobus potito, Bonifacium Montisferrati marchionem in ſuas partes vocat. Is ut Taurini pedem figere firmius queat, ſe clientem, ſeu Vaſſallum Epiſcopi jurat, ab eo inveſtitus, non tamen S. Michaelis caſtrum obtinuit, quod violenter ab ipſo Marchione occupatum, ſimultates inter ipſos non paucæ exortæ, Jacobo à Ruvere ipſi Epiſcopo aſſiſtente an. 1228. Marchio dum Taurino dominatur, conceſſa per Sabaudos comites Abbatiæ S. Mariæ Brionæ Ciſtercienſis Ordinis confirmat anno 1230. Compoſuit Jacobus inter cives Aſtenſes, eorumque Epiſcopum exortas contentiones; inde Ugonis S. R. E. Card. Longobardiæ à latere legati auctoritate, ipſum Monaſterium de Aureo cœlo, quod Papiæ Benedictini monachi incolebant, Canonicis Regularibus Mortarienſis Congregationis ea conditione conceſſit, ut impoſterum Abbas ejuſdem cœnobii caput Congregationis conſtitueretur. A Federico Imp. ejus partes ſequutus, Romæ confirmationem obtinuit donationis Cherii anno 1220. Subſcripſit privilegio ejuſdem Imper. Dominis Rovilaſchi conceſſo, & alio Tarantaſienſi Archiepiſcopo in Ravennatenſi urbe firmato. Idem Jacobus Epiſcopus eodem anno 1220. primum lapidem poſuerat ædificationi monaſterii Rivifrigidi in valle Padi. Bertoldi de Lancio filiis tertiam partem juriſdictionis oppidi Lancei conceſſit; fœdus cum Dominis Ripaltæ ſancivit. Caſtro Moncoſoli olim inter Cherium, & Taurinum non longe à Pado, pro quo diu certatum fuerat, in cuſtodiam Jacobo Cagnatio, & Bilieto de Ruvere conſignavit. Interfuit conſecrationi S. Syri Januæ cum Gerardo Patriarcha Hieroſolymitano, & Othone Archiepiſcopo ejuſdem urbis. Exceſſit anno 1226. id habetur ex epiſtola Honorii III. Cantori Taurinenſi, ut ea quæ de vigeſima collegerat Epiſcopus Taurinen. nuper defunctus pro negotio Terræ Sanctæ, ſibi faceret aſſignari. Incipit cum bo memoriæ: Data Lateran. 16. Kal. Decemb. epiſt. 76. pag. 148. an. 11.

XLI. 41 AINARDUS anno 1228. ſucceſſit Jacobo ex Baldaſſano; parum ſupervixit, de quo nulla reperitur mentio apud alios.

XLII. 42 UGO ex Caguolora nobiliſſima Vercellenſi familia anno 1230. in Taurinenſi Eccleſia ſubſtituitur. Anno 1235. 14. Decemb. Pacem cum Sabaudo comite inivit; Taurinenſes vero, Bonifacio Montisferrarenſi juri cedente, ſacramentum fidelitatis Sabaudo præſtiterunt. Anno exinde 1238. Federicus Imp. Pinerolenſi Abbatiæ privilegia confirmavit in gratiam Gerardi Abbatis ejus aſſeclæ, qui ab Romano Pontifice excommunicatus, & officio mulctatus eſt.

XLIII 43 JOANNES I. qui confirmationem donationis factæ S. Juſto ab Amadeo II. ſancivit; hic poſt Ugonem à Baldaſſano reponitur.

XLIV. 44 HUGUTIO, mortuo Joanne, vel Ugone, 1240. Eoque Epiſcopo Innocentius IV. Fructuarienſem cœnobium, & alia monaſteria perluſtrat, pluraque ad pietatem ſingulis indulget, anno 1242. Ugutione defuncto, per biennium ſedes vacavit Taurina.

XLV. 45 JOANNES ex Dominis Arborei Vercellenſis electus 1245. ex Abbate S. Januarii, ad quem Innocentii IV. extat epiſtola 501. Reg. Vatic. Pont. 11. ubi eundem tantum electum appellat. Qui cum ſequenti anno (incertum quibus auctoribus, civitas conflagraſſet) in reos inquiſitionem conſtituit, ſed cum nil certi haberetur, ſuſpicioque in tenuiores à potentioribus invidentibus verteretur, Innocentii IV. diplomate facultas data abſolvendi reos, ita ut damna paſſis ſatisfieret. Sic clam exolutis culpis effectum eſt, ut mox reparata ædificiis fuerit civitas. Idem Joannes cum Caſalenſes, & Papienſes in Taurinenſes moviſſent arma, in conflictu captus Epiſcopus, à Thoma, deinde multa pecunia liber factus, caſtrum Montiſioli ad ſuam Eccleſiam

A pertinens eidem conceſſit. Eccleſiam S. Nicolai Abbatiſſæ Rivifrigidi commendavit in Marchionis Montisferrati gratiam. In cujus etiam Pontificatus tempore idem Innocentius IV. ſub Apoſtolica tuitione Cœnobium Secuſianum ſuſcepit, hoc ſequenti diplomate.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Abbati Monaſt. Secux. ejuſque fratribus tam præſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Cum univerſi ſanctæ Eccleſiæ filiis ex injuncto nobis officio debitores exiſtamus, illis tamen locis, atque perſonis, quæ ad proprietatem, & definitionem Sedis Apoſtolicæ ſpecialius pertinere noſcuntur, propenſiori nos convenit charitatis ſtudio imminere. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus annuentes, ad exemplar felic. memoriæ Victoris, Urbani, Innocentii, & Cœleſtini Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, præſentis decreti ſtabilitate ſancimus, ut Monaſt. veſtrum cum omnibus eccleſiis B *ſuis & parochiis univerſis ab omnium perſonarum moleſtiis liberum, atque ab omni jugo alienum ſub jure Beati Petri perpetuo permaneat. Nulli unquam Archiepiſcopo, vel Epiſcopo, excepto Romano Pontifice, idem Monaſt. veſtrum ſine vos ſive ſucceſſores veſtros, vel eccleſias veſtras, ſeu parochias veſtras, vel parochianos veſtros excommunicationi, vel interdictioni ſubjicere liceat. Nulla prorſus perſona qualibet occaſione indebite moleſtare præſumat. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Monaſticus, qui ſecundum Deum, & Beati Benedicti regulam in eodem Monaſt. inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Statuimus, ut ſicut Aununcho Epiſcopo, & Manfredo Marchione, & Comitiſſa Berta eccleſiæ S. Juſti collatum, & à Conrado Imperatore Auguſtali præcepto roboratum eſſe comperimus, tertiam partem totius civitatis & vallis Secuxiorum cum eccleſiis, decimis, aliiſque eccleſiaſticis redditibus, nec non terris, atque poſſeſſionibus, ſervitiis quoque tam . . . . quam ruſticis* C *infra terminos præfati Imperatoris literis comprehenſos, excepto Palatio, quod ipſe nominatim excipit, ſub jure recti Monaſt. integre perpetuo quiete permaneant. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcunque bona quæ idem Monaſt. in præſentiarum juſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, collatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum, in quo præfatum Monaſt. ſitum eſt, omnes eccleſias veſtras cum ſuis parochiis atque parochianis univerſis, cum decimis eccleſiaſticis, redditibus, atque cum omnibus pertinentiis ſuis, cum pratis, vineis, terris, nimiribus, uſagiis, & paſcuis in boſco, & plano, in aquis, & molendinis, in viis, & ſervitiis, & juriſdictionibus, dominiis, & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus ſuis. Verum quia idem Monaſt. ſpecialiter ad Romanam ſpectat Eccleſiam, nulli liceat Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, ſive alicui* D *Prælato in veſtris eccleſiis, vel parochiis, ſeu in earum capellis, vel parochianis, clericis, & laicis, ne ullam dominationem habere, ſalva Sedis Apoſtolicæ auctoritate. Concedimus quoque, ut quandocunque neceſſitas exegerit, ad conſecrationem altarium in eodem Monaſt. vel eccleſiarum veſtrarum, & ad ordinationes fratrum quemcunque Epiſcopum Catholicum invitandi, vel adeundi tam vos, quam ſucceſſores veſtri licentiam habeatis. Chriſma, & Oleum Sanctum à quocunque volueritis catholicum Epiſcopum ad jura parochialia exercenda tam vos quam veſtri Capellani ſuſcipiatis. Prohibemus inſuper ut intra fines parochiarum veſtrarum nullus ſine aſſenſu veſtro capellam, ſeu oratorium, vel hoſpitale de novo conſtruere audeat, ſalvis privilegiis Pontificum Romanorum. Decimas præterea, & poſſeſſiones ad jus eccleſiarum veſtrarum ſpectantes, quæ à laicis detinentur, redimendi, & legitime liberandi de*

ma-

manibus eorum, & ad eccleſias, ad quas pertinent, cevocandi libera ſit vobis de noſtra auctoritate facultas. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia preponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel featrum major pars conſilii ſanioris ſecundum Deum, & Beati Benedicti regulam providerint eligendum. Paci quoque & tranquillitati veſtræ paterna in poſterum ſolicitudine providere volentes auctoritate Apoſtolica perhibemus, ut in clauſuras locorum veſtrorum, ſeu grangiarum veſtrarum nullus rapinam, ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fudere, homines ſeu temere capere, vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere. Præterea omnes libertates, & immunitates à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ordini veſtro conceſſas, nec non libertates, & exemptiones ſecularium exactionum à Regibus, & Principibus, vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctorit. Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Et decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum Monaſt. temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, imminuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolicę auctoritate. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſecularisſve perſona hanc noſtrę conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertioque commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, ac ſanguine Dei & domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine divinæ ultioni ſubjaceat. Cunctis eidem loco ſua jura ſervantibus, ac ſuſtentatibus ſit pax Domini Noſtri Jeſu Chriſti quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſc.

Ego Fr. Joannes tit. S. Laurentii in Lucina presbyt. card.

Ego Petrus Albanus Epiſcopus.

Ego Jo. S. Nicolai in carcere Tulliano diac. card.

Ego Vvillelmus S. Euſtachii diaconus cardinalis.

Dat. Mediolani per manum magiſtri Mar. S. R. E. Vicecancellarii quinto Kal. Septemb. Indict. nona anno Incarnationis Dominicæ 1251. Pontificatus vero D. Innocentii Papæ IV. anno 9.

XLVI 46 GAUFRIDUS, ſeu Goffredus de Montenario Vercellenſis, Præceptor domus S. Antonii Vercellenſis, ad hanc ſedem evehitur anno 1264. 10. Kal. Martii ex Reg. Vatic. ep. 117. ſ. 34. Hunc Joannes XXI. ad Michaelem Imperatorem Conſtantinopolitanum legavit, ſimul cum Jacobo Ferentino Epiſcopo an. 1276. Pervixit Gaufridus uſque ad annum 1299.

XLVII 47 THEODISIUS à Bonifacio VIII. ex Canonico Ambianenſi, & Apoſtolico Capellano eligitur in locum Gaufridi defuncti anno 1300. 8. Id. Novemb. cum prius caſſaſſet Pontifex poſtulationem Senatus Clericorum Taurinenſis de perſona Thomæ de Sabaudia Canonici Pariſienſis, ut habetur in Reg. Vatic. epiſt. 308. fol. 81. an. 6. Hic Amadeo Sabaudiæ Comiti ann. 1302. conceſſit decimas vallis Lancei, Mauritii, Curiaci, & Caſtellarum; anno ſequenti contentiones ortas inter Abbatiſſam Rivifrigidi, & Priorem Ravelli pro decimis ejuſdem loci Ravelli compoſuit; unionem eccleſiæ parochialis catedrali menſæ ſuæ ab Apoſtolica ſede obtinuit.

XLVIII. 48 GUIDO, ſeu Guidettus Canalis à Cumiana, Antonii filius, Caſtagni frater primi domini Givoletti, à quo domini Cumianæ, Caſeletarum, & Marſaliæ originem duxerunt. Monachus fuit Guido S. Antonii, inde Archipresbyter, & Vicarius generalis Taurinenſis, creatur Epiſcopus an. 1320. Vir pius, & in pauperes liberalis. Xenodochium Pinaroli fundavit. Sacellum in honorem S. Michaelis in Cathedrali erexit, Canonicis ſuis annuam penſionem decem aureorum reliquit. Præpoſituram S. Dalmatii Taurinenſis Abbatiæ Vienneuſi ſubmiſit. Cui Clemens VI. ann. 1343. diſpenſationem commiſit inter Agneſinam filiam Philippi de Sabaudia Principis Achajæ, & Joannem Cameræ Vicecomitem. Obiit ann. 1348.

49 THOMAS Sabaudus, Philippi Achajæ Principis filius, Taurinenſis Epiſcopus ex Canonico Aurelianenſi, defuncto Guidone, adlectus eſt à Clemente VI. ann. 1348. 4. Id. Novemb. ætatis ſuæ 24. Ex Reg. Vatic. ep. 104. p.p. lib. 4. Cathedralem Eccleſiam fere à fundamentis reſtituit. Salutiorum Marchionem jura ſuæ Eccleſiæ turbatorem excommunicavit. Exceſſit circa ann. 1360. XLIX.

50 BARTHOLOMÆUS anno 1360. inauguratur Epiſcopus Taurinenſis. Obiit 1364. L.



51 JOANNES ex illuſtriſſima Urſinorum Romana familia, in ſubalpinas propagata, ubi præter cætera, comitatum Ripalræ ad hunc diem poſſedit. Hic Guillelmi filius, ex Abbate Ripaltæ Ord. Ciſtercienſis, electus Epiſcopus anno 1364. 18. Kal. Feb. ex Reg. Vat. Hujus memoriæ extant uſque ad annum 1372. Contendit Pingonus hunc Epiſcopum adlectum fuiſſe Cardinalem à Clemente VII. Antipapa, profectumque fuiſſe Legatum ad Carolum VI. Reg. Francorum, annoque 1411. obiiſſe, ſed omnino fallitur, inter Cardinales enim Clementis VII. non recenſetur à Contiloro. LI.

52 VVILLELMUS Taurinorum Epiſcopus fuit anno 1377 ex lib. Oblig. Prælatorum, de quo nil aliud reperimus. LII.

53 JOANNES ejuſdem ſedis Antiſtes, deceſſit an. 1411. ex eodem lib. An hic idem ſit cum ſuperiori, ignoro. LIII.

54 AYMO de Romagnano, Antonii filius ex Marchionibus Romagnani, Præpoſitus Monaſterii Montis Seneſii Canonicorum Regularium S. Auguſtini, ad eandem ſedem promotus eſt à Joan. XXIII. anno 1411. Id. Julii ex lib. Proviſ. Prælat. Interfuit concordiæ inter Amedeum Ducem Sabaudiæ, & Joannem Jacobum Marchionem Montisferrati. Extrema clauſit anno 1438. LIV.

55 LUDOVICUS Urſini Romagnani filius, Aymonis nepos, doctrina, juriſque prudentia longe clariſſimus, ex Archidiacono patruo ſucceſſit anno 1438. die 18. Octobris. Interfuitque Baſileenſi conciliabulo, ſuffragatuſque eſt Felici V. Antipapæ. Hujus meminit Æneas Sylvius in Comment. *Quo ſedente*, ita in fragmento, *ann. 1453. prid. nonas Julii, hora 20. cum expugnato Sabaudis prœliis Exilieo Vico Delphinatium finium ſigna, vaſaque aliquot argentea è Vici templo à militibus capta, Taurinum uſque advecta fuiſſent, inter cætera ſacroſanctæ Euchariſtiæ ferculum in faſcem incluſum eſſet, ex vectionis mulus in via publica e regione templi D. Sylveſtri iterum atque iterum hæſitans collabitur. Diſſoluti, ruptique faſces, rei miraculo, erumpit, & egreditur argenteum cadurcum in aera ſponte ſua exſiliens, & ſtans, donec advenit Anti-* LV.

ſtes

A *ſtes Ludovicus cum Clero, & populo frequenti. Quo præſente, & ſupplice, ſecundo miraculo, vas illud argenteum humi decidit: Corpus vero Chriſti in candenti illa orbicularis panis ſpecie, ſplendidiſſimum, & quaſi radiis perfuſum per aera ſubſiſtit, donec ſuppoſito calice in eum ipſum, & Pontificis manus, tertio miraculo, decidit. Tum in templum Divi Ioannis reverenter relatum, eandemque in marmoreo ſacello, eo loci à civibus devoto, & erecto (ubi tanta, tamque multa edita miracula) illud repoſitum, & in hodiernum diem aſſervatur, piaque totius populi devotione colitur, & adoratur. Porro ejus miraculi celebritas Dominica quarta Auguſti agi inſtituta. Anno 1458. menſe Iulii, Bernardus Badenſis Marchio, ſanctimonia vitæ, & natalibus clarus, ſuſcepto per Taurinos Romano ad pietatem itinere, Moncaleſii morbo intercipitur, & morte prævenitur. Obiit 15. Iulii & ob multa patrata miracula inter Divos eſt habitus. Is Caroli frater, Iacobi filius, Bernardi Marchionum Badenſium nepos fuit. Ann. 1460. Pius II. Dat. Senis 4. Kal. Aug. Taurinenſibus ſalutarem legem dixit de ædificiis, aut feudis, non ideo Eccleſiæ commiſſis ob Canonis anni ceſſationem niſi trina admonitione intra quinquennium facta,* Hactenus fragmentum. Anno demum 1468. Ludovicus ſucceſſori locum reliquit.

LVI. 56 JOANNES de Campeſio Sabaudus, Abbas Ciſeriaci, & Cancellarius Sabaudiæ, electus Epiſcopus anno 1469. die X. Decembris poſſeſſionem adipiſcitur, qui deinde Epiſcopus Gebennenſis, & Archiepiſcopus Tarantaſienſis evaſit anno 1483. Quo Præſule corpora Ss. Gozelini & Anaſtaſii inventa fuere.

LVII. 57 DOMINICUS de Ruvere *a* ex Dominis Vicinoni, Joannis, & Annæ de Puteo filius, Canonicus Lauſanenſis, Prior S. Andreæ, ac Præpoſitus S. Dalmatii, à Sixto IV. in locum Chriſtophori fratris, qui deceſſerat 1478. cum eſſet Pontificius Cubicularius, ſanctique Angeli Arcis Præfectus, Epiſcopus Montis Flaſconis, & Apoſtolicæ ſedis Nuncius ad Sabaudiæ Ducem anno 1487. in ſolatium, & ſolamen Cardinalis fratris defuncti, Cardinalis creatus, anno vero 1483. ex Archiepiſcopo Tarantaſienſi, renunciatus Epiſcopus Taurinas; die 3. Decemb. ejuſdem anni iniit ſolemni pompa obtenti Epiſcopatus poſſeſſionem, cum eidem progredienti obviam iiſſet Dux Carolus, cum Ludovico patruo Auxitano Archiepiſcopo, ut honorificentius deduceretur ad ſedem; adminiſtravitque hanc Eccleſiam uſque ad annum 1499. Deinde eo munere volens abivit. Hic Eccleſiam Cathedralem à fundamentis marmoream extruxit, ubi hæc proſtat inſcriptio.

a De quo Oldoin. in Ciaconii t. 3. pag. 76. & Ruinetus in Syllabo ſcript. Pedem. Manuſc.

Ioanni Baptiſtæ Præcurſori Dominicus Ruvere Taurinenſis Præſul in S.R.E. Cardinalem tit. S. Clementis à Sixto IV. Pont. Max. collectus, Baſilicam hanc vetuſtate collabentem, à fundamentis demolitam, auguſtiore ornatu pie, religioſeque ad patriæ decus, & Reipublicæ Chriſtianæ honeſtamentum Illuſt. Sab. Ducibus Io: Carolo Amedeo & Blanca ejus matre, tutriceque Rempublicam æquo jure adminiſtrantibus erexit, & Philiberto II. Duce itidem fluentis dedicatam abſolvit anno ſalutis MIID.

Fato functus eſt Romæ, juxta Ciaconii ſententiam, anno 1501. 9. Kalendas Maji, ſepultus apud S. Mariam de Populo in ſuæ gentis ſacello in ſepulchro fratris Cardinalis. Auguſtinus ab Eccleſia Epiſcopus, Salutienſis in Pedemontanæ regionis hiſtor. refert Dominicum in patria obiiſſe ann. 1501. ibique ſepultum in Cathedrali cum hac brevi inſcriptione.

Dominicus Ruvere S. Clementis Card.
qui ædem hanc à fundamentis
poſuit,
hic pro tempore quieſcit.

58 JOANNES Ludovicus à Ruvere Jacobi filius, Dominici patruelis, vir optimus, caſtri S. Angeli Præfectus, Piceni Prolegatus, ac Prothonotarius Apoſtolicus Epiſcopus Taurinas creatur an. 1499. Synodum celebravit utiliſſimam & decreta in ea condita edidit. Deceſſit boni Paſtoris exemplar futurus anno 1510. Sepultus in Cathedrali hoc brevi elogio. LVIII.

Io. Ludovicus Ruvere Epiſcop. Taurinenſis, agri Piceni Prolegatus, Palatii Pontificis Rector, Molis Adrianæ Præfectus,
hic pro tempore quieſcit.

Hujus Epiſcopi Generalis Vicarius fuit Baldaſſar Berhetius de Vignono Laodicenſis Archiepiſcopus defunctus die 7. Maji an. 1509. Sepultus Pinerolii in Eccleſia S. Donati, cujus erat Præpoſitus, in ſacello à ſe condito, ac dotato.

B



1 JO. FRANCISCUS à Ruvere, Ludovici nepos, Stephani filius, utriuſque Signat. Refer. Commendatarius S. Dalmatii, Abbas S. Joannis Auxitani, Alpium & Sabaudiæ Gubernator, & caſtri LIX.
C S. Angeli, Prior S. Andreæ, ac Pœnitentiarius Apoſtolicus, ex patrui ceſſione in Taurinenſi Eccleſiam coadjutor adlectus eſt 1504. die 10. menſis Maji, eidemque ſucceſſit, interfuitque Papæ aſſiſtens in Lateranenſi Concilio, primuſque Taurinenſis Archiepiſcopus fuit. Quippe Leo X. Pontifex Max. dum idem præeſſet Taurinenſibus, eam Cathedralem in Archiepiſcopatum erexit an. 1515. ut ex ſubjecto diplomate legitur.

Leo Epiſcopus &c.

Ven. fratri Ioanni Franciſco Epiſcopo Taurinenſi in Archiepiſcopum Taurinenſem electo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum illius, cujus perfecta ſunt opera, vices quamvis immeriti geramus in terris, cum imitari nos convenit, & imitando ea, quæ ad ejus laudem, & gloriam pia diſpoſitione ordinavimus, ut eorum ſortiantur effectum, opportunis favoribus confovere. Sane Eccleſia Taurinenſis, quam hodie ex certis rationabilibus cauſis à Provincia Mediolanenſi, de qua tunc erat, de fratrum no-
D *ſtrorum conſilio, auctoritate Apoſtolica perpetuo ſeparavimus, & diſmembravimus, ac in Metropolitanam Eccleſiam ereximus, & inſtituimus, quo ad Metropolitanam, & Archiepiſcopalem juriſdictionem, & ſuperioritatem à ſui primæva erectione hujuſmodi paſtore carente. Nos cupientes eidem Eccleſiæ, ne ejus erectio hujuſmodi inutilis propterea reddatur, & imperfecta remaneat providere, habita ſuper hoc cum eiſdem fratribus deliberatione matura, de illorum conſilio, te, qui etiam Referendarius & Prælatus domeſticus noſter, & ut accepimus, dilecti filii noſtri Leonardi tit. S. Suſannæ Presbyteri Cardinalis ex ſorore germano nepos exiſtis, ac eidem Eccleſiæ Taurinenſi hactenus in Epiſcopum laudabiliter præfuiſti, prout præes quo ad hujuſmodi Metropolitanam, & Archiepiſcopalem juriſdictionem de cætero illi auctoritate prædicta in Archiepiſcopum præficimus & paſtoralem curam, & adminiſtrationem Metropolitanæ, & Archiepiſcopalis juriſdictio-*

nis ejuſdem Taurinenſis Eccleſiæ tibi in ſpiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, in illo qui dat gratias, & largitur præmia confidentes, quod dirigente Domino actus tuos præfata Eccleſia Taurinenſis per tuæ circumſpectionis induſtriam, & ſtudium fructuoſum etiam in his, quæ ad Metropoliticam ſuperioritatem hujuſmodi pertinent, regetur utiliter, & proſpere dirigetur, ac grata in eiſdem ſpiritualibus, & temporalibus ſuſcipiet incrementa. Quocirca fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus impoſitam tibi à Domino onus regiminis, & ordinationis Metropolitanæ ſuperioritatis hujuſmodi prompta devotione ſuſcipieas, circa illam utiliter, & ſalubriter exerceadas, ſic te diligentem exhibeas, & etiam ſtudioſam, quod dicta Eccleſia Taurinenſis, quo ad hujuſmodi Metropoliticam, & Archiepiſcopalem ſuperioritatem gubernatori provido, & fructuoſo adminiſtratori gaudeat ſe commiſſã, tuque frater æternæ retributionis præmium, noſtram, & dictæ ſedis benedictionem, & gratiam exinde uberias conſequi merearis.

Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1515. duodecimo Kal. Junii Pontif. noſtri anno tertio.

Ad Suffraganeos vero ejuſdem novæ Metropolis has literas dedit Leo.

Leo Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Venerabilibus fratribus Montis Regalis, & Eporedienſis Epiſcopis Suffraganeis Eccleſiæ Taurinenſis ſalutem, & Apoſtol. benedictionem. Hodie ex certis rationabilibus cauſis tunc expreſſis de venerabilium fratrum noſtrorum conſilius auctoritate Apoſtolica Taurinenſem Eccleſiam, ac veſtras, earumque civitates, & diœceſes à Provincia Mediolanenſi, ex qua erant, & tam illas quam vos, & venerabilem fratrem Joannem Franciſcum Præſulem Taurinenſem, & veſtros ac illius ſucceſſores ab omni Archiepiſcopali ſuperioritate, & juriſdictione venerabilis fratris noſtri, & pro tempore exiſtentis Archiepiſcopi Mediolanenſis prorſus exemimus, & totaliter liberavimus, ac Taurinenſem Eccleſiam prædictam in Metropolitanam ereximus, & inſtituimus, ac illi pro ejus Archiepiſcopali provincia veſtras Eccleſias, earumque civitates, ac diœceſes, ac vos, veſtroſque in illis ſucceſſores pro ejus Suffraganeis Epiſcopis aſſignavimus, & eidem Eccleſiæ Taurinenſi ſic in Metropolitanam erectæ prædictum Jo. Franciſcum de cætero quoad Metropolitanam juriſdictionem in Archiepiſcopum, & paſtorem per alias noſtras litteras de fratrum eorumdem conſilio auctoritate Apoſtol. præfecimus, curam, & adminiſtrationem ejuſdem Eccleſiæ Taurinenſis ſibi in ſpiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, prout ſingulis litteris prædictis plenius continetur. Quocirca fraternitates veſtras rogamus, & monemus, & hortamur, ac per Apoſt. vobis ſcripta mandamus, quatenus ſupradicto Joanni Franciſco in Archiepiſcopum electo tanquam membra capiti obſequentes, exhibeatis eidem obedientiam debitam, & devotam. Ita quod.. inter vos & ipſum gratia gratos ſortiatur effectus, & nos propterea vos, & devotionem veſtram poſſimus condignis laudibus in Domino commendare.

Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1515. 12. Kal. Junii Pontif. noſtri anno tertio.

Cæterum Jo. Franciſcus obiit Bononiæ 1517. Taurinum delatum in Cathedrali ſepelierunt, hoc addito cenotaphio.

Jo. Franciſcus Ravere Julii II. Pont. Max. pronepos Taurini primus Archiepiſcopus, arcis Adrianæ Præfectus ſacroſancti Lateranenſis Concilii ex xxiv. decernentibus. Divini, humanique juris peritiſſimus. Peruſio, Senis, ac Roma teſtibus ubi accerrime de his omnibus xx. annum agens congreſſus eſt Leoni X. coetui inſerere cupienti cariſſ. hic ex Bononia ubi fato, proh dolor, periit, pietate fratrum adductus jacet pro tempore.

Huic alter frater erat nomine Antonius, Agenenſis Epiſcopus, vir doctrina clariſſimus æque ac frater, inter quos in foyeodis, ſuſtentandiſque literatis hominibus nobilis videbatur inſtituta contentio.



2 INNOCENTIUS *a* Cardinalis Cibo ſecundus Archiepiſcopus adlectus fuit an. 1517. Quam ſedem cum breviori mora adminiſtraſſet, cum Maſſilienſi illam commutavit, reſervato ſibi regreſſu ex illius ævi more: fuitque etiam Jannenſis Archiepiſcopus, ut ſuo loco diximus. LX.

a De eo Ciaconius Oldoini t. 3. p. 133.

3 CLAUDIUS Seyſelius, Sabaudus, nobiliſſ. familia natus, paulo ante Epiſcopus Maſſilienſis, ad Taurinam Metropolim translatus eſt anno 1517. die 11. menſis Martii. Valuit doctrina, ac eruditione quamqui maxime; jus civile publice in Taurinenſi Accademia interpetratus eſt: interfuit, cum Epiſcopus Maſſilienſis eſſet Lateranenſi Concilio an. 1514. cum nomine Regis Galliæ legatione fungeretur. Laudes Ludovici XII. Regis, cujus erat intimus familiaris, atque conſiliarius, egregie contexuit. Monumenta juriſprudentiæ reliquit inſignia. Deceſſit anno 1520. poſt cujus exceſſum ad Taurinenſem adminiſtrationem regreſſus eſt Innocentius Cardinalis Cibo, quam rexit ad annum 1548. eamque remiſit in Cæſarem nepotem. Porro Claudii cadaver ſepelitur in ſacrario Metropolitanæ: hoc addito ad nobilem marmoreum tumulum cenotaphio. LXI.

b De quo Ghilinus in Theatro vol. 2. p. 60. & Gaddius de Script. t. 2. p. 133. Mand.

Claudio Seyſelio Ludovici XII. Franc. Reg. à requeſt. magiſtro pro eodem ad omnes fere Chriſtianos Princ. Oratori eloquentiſſimo, laudem adminiſtratori, Maſſiliæ Præſuli, Taurinorum Archiepiſ. I.C. conſummatiſſimo, atque huius ſacelli fundatori, Collegium Canonicorum pientiſſimo patri P. Obiit Kalend. Junii MDXX.

Scripſit Claudius, ediditque plura ſui ingenii monumenta, poſteriſque mandavit contra Valdenſes hæreticos de divina Providentia, de Gallica Repub. de officio Regis, de feudis, de triplici viatoris ſtatu, in totum jus civile comment. Vitam Ludovici XII. Regis Francorum, victoriam ejuſdem Regis contra Venetos. In Gallicam linguam traduxit hiſtorias Euchlidis, Appiani Alex. Trogi Pompei, Diodori Siculi, Senofontis, Eccleſiaſticam Euſebii Ceſarienſis, & opera Senecæ, pluraque alia.

4 CAESAR Cibo Januenſis, Franciſci Viſmaris filius, Innocentii Cardinalis ex ſorore nepos, ab ipſo Cardinale, ad quem ratione regreſſus Taurinenſis ſpectabat Eccleſia, Archiepiſcopus fuit adlectus 1548. die 20. menſis Iunii, cum paulo ante Marianenſis in Corſica fuiſſet Epiſcopus. In Concilio Tridentino vita functus eſt 1562. die 26. Decembris. Quo ſedente Taurini inſurrexit ſeditioſorum Gallica factio, Hugonotti dicti, jam publici & Calvinianæ peſtis ſectatores: in Romanos Catholicos ritus, in Euchariſtiam, in divos, & divorum monumenta debacchantes. Cives vero in Catholicæ veritatis conſtantiſſimi ad Carolum Regem Oratores deſtinarunt, qui novas ſectas extirpari efflagitarunt, ad id præpellendum omnia profuſuri edixere; ita à pernicie liberati, literas ſingularis benevolentiæ à Pio IV. Pont. Max. recepe- LXII.

runt,

A runt, non ſine laude proprii Paſtoris, tunc pro Catholica religione in concilio laborantis.

LXIII 5 INNICUS Avolas *a* de Aragonia, Cardinalis Neapolitanus, hanc eandem ſedem obtinuit ann. 1563. præfuitque ad duos annos, ac deinde eo munere ſe abdicavit in favorem Hieronymi Roborei. Fuit Innicus tum magnitudine animi, tum morum candore Cardinalis plane inſignis, ac memorandus. Romæ deceſſit an. 1600. die 20. menſis Februarii, cum eſſet Epiſcopus Card. Portuenſis, de quo conſule, quæ ſupra ſcripſimus in Epiſcopis Portuenſibus.

a De eo Ciaconius Oldoini. pag. 1560.

LXIV 6 HIERONYMUS Roboreus, *b* Taurinenſis, filius Lælii, Joannæque Planzanæ, quibus in caſtella aliquot nobiliſſimæ juriſdictiones erant. In Gallia ſub auſpiciis Franciſci I. Henricique II. optimis diſciplinis excoluit animum, ſic ut per inſignes tum Italiæ, tum Galliæ Academias ejus celebre nomen volitaret, Latine, Græceque doctus, dum ea nominatione Henrici Regis Tolonenſis in Gallia eſſet Epiſcopus, in exequiis prædictorum Regum habuit orationes luculentiſſimas. B Cumque ex miſſione Gallici Regis ad Sabaudum Principem iiſſet Legatus, ea ceſſione Cardinalis Davoli, in gratiam ejuſdem Ducis à Pio IV. ad hanc Eccleſiam translatus eſt 1564. die 12. menſis Maii quam tum adhortatione, tum exemplo ad normam Concilii Tridentini, abuſibus jugulatis, reſtituit. Eoque ſedente (teſte Pingonio) anno 1570. Sabaudiæ Dux non minus ad pietatem, quam ad arma proclivis Jeſuitarum duo Collegia, Hieronymi Archiepiſcopi hortatione, Gamberii unum, alterum Taurini inſtitui curavit. Huic vero in eorumdem ſubſtentationem unita fuit menſa Monachorum S. Benedicti Eccleſiæ S. Salvatoris à Gallis deſolatæ, ſimulque S. Benedicti Eccleſia, donec nova alia eiſdem ſanctis tutelaribus Solutori, Adventori & Octavio eſſet excitata. Eorum Collegio anno 1574. menſe Martio, magnus acceſſit proventus hæreditate Aleriani Becuti nobiliſſimi, C & ditiſſimi civis anno 1595. 14. Kal. Feb. corpora SS. Solutoris, Adventoris, & Octavii martyrum, Julianæ matronæ, & Gozolini Abbatis in æde D. Andreæ ad tempus collocata in eorumdem Jeſuitarum Oratorium excitatum, dum templum auguſtiore ornatu extrueretur, translata ſunt. Oravit poſtridie in martyrum laudes inter ſacra Archiepiſcopus. Templo noviter ædificando eodem in loco Dux ipſe primum lapidem poſuit, poſt ſolitas preces emiſſas ab eodem Archiepiſcopo anno 1577. 9. Kal. Majas. Idemque præſtitit fundamentis templi D. Laurentio victoriarum authori dicando 5. Nonas Maii. Anno 1578. Taurini in ... templum relatum eſt pretioſiſſimum theſaurum ſacræ Syndonis è Camberiaco; ſolemnitati interfuit inter cæteros eccleſiaſtici cœtus S. Carolus Borromeus Card. Archiepiſcopo excipiente ſumma omnium gratulatione. De ſacra Syndone luculenter commentarium ſcripſit Alphonſus Paleottus Archiepiſcopus Bononienſis. D Hieronymo etiam ſedente Cathedralis Eccleſia ſacris Lipſanis Mauritii martyris ex Augana Abbatia Valleſianæ Vallis translatis ditata fuit anno 1590. Hæc ea ſummo pietatis ſtudio Hieronymum agentem, Sixtus V. ad titulum S. Petri ad Vincula, à Roboreis Cardinalibus toties olim poſſeſſum, & reſtauratum, Cardinalem pronunciavit anno 1586. 16. Kal. Junii, tum & protectorem Minorum Conventualium effecit. Qui deinde interfuit Comitiis, in quibus Urbanus VII. Gregorius XIV. Nonuſque Innocentius evaſerunt ad ſedem. Ex quorum deceſſu cum iterum intereſſet Conclavi, omniumque votis Pontifex exoptaretur, in ipſo ſummæ ſpei adito, vitam cum morte commutavit 1592. Sepultuſque eſt apud S. Petrum ad vincula cum hujuſmodi epitaphio.

b De eo lorem Ciaconius Oldoini. l. ap. 161. & Roſſotus in Syllabo ſcript. Pedemon. Mondaſ.

D. O. M.

Hieronymo de Ruvere tit. S. Petri ad Vincula presbytero Card. Taurinenſi Archiepiſcopo. Qui à pueritia admirabilis ingenii, linguarum ſcientiæ, eloquentiæ, prudentiæ, ac doctrinæ, inſigne dedit documentum, virtutiſque & nominis ſui celebritate, ita ſemper apud magnos Principes, & nationes claruit, ut ullo unquam honoris gradu non digniſſimus haberetur. Lælius, & Julius fratres patruo optimo PP. Vixit annos LXI. m. XI. dies XXVI. Obiit ſeptimo Kal. Feb. dum Comitiis Pontif. in Conclavi intereſſet M. D. XCII.

LXV 7 CAROLUS Brolia, *c* nobilis Cherienſis, ex Seutenæ condominis, Joannis filius, S. Benigni Fructuarienſis Abbas Commendatarius, Card. Hieronymo ſuffectus eſt 1592. conſecratur Romæ die S. Andreæ ab Auguſtino Card. Veronenſi. Menſæ Capitulari parochialem Marenorum univit. Eccleſiam Monachorum Camaldulenſium in Montibus Taurinis, præſentibus Carolo Emanuele Duce inuictiſſimo, ac Victorio Amedeo, Emanuele Philiberto, Mauritio, ac Thoma ejus filiis 24. Octob. an. 1604. ſolemni ritu conſecravit. Sedit laudabiliter ann. 26. mortuuſque eſt anno 1617. Sepultus apud Prædicatores cum hoc epitaphio.

c De eo citatus Roſſotus, laudatur, egregie a Petro Caſtellano in Vitis illuſtrium medicorum p. 113. Mand.

Carolo Broliæ Abb. S. Benigni Archiep. Taurinen. integerrimo, mitiſſimo, pientiſſimo: magno Carolo Emanueli in magna exiſtimatione ac benevolentia habito: cui propter bella longe abſens, Principum filiorum pro parenti appellato tutelam concredidit. De pauperibus effuſa liberalitate, de bonis viris ſingulari cultu, de hoc antiquiſſimo Prædicatorum Cœnobio eius auctis, & ornatis, quæ ab ipſius majoribus poſita fuere fundamina, optime merito. Octav. Epiſcopus Aſten. & ma. Fr. Jacyntus ex Gaſpare fratre nepotes grati animi monumentum poſuerant. Obiit an. Domini M. DC. XVII. viii. Feb. ætatis LXIV.

LXVI 8 PHILIBERTUS Milectus, *d* filius Aloyſii baronis Favergiani ſummi Sabaudiæ Cancellarii, nondum 27. ann. natus a Sixto V. Pontif. Max. Epiſcopus eligitur Hieropolitanus, & coadiutor Petri Lamberti avunculi Epiſcopi Maurianenſis. Anno 1590. die 5. Maii, annuente Petro, eidem Maurianenſi Eccleſiæ præficitur Epiſcopus: ubi ipſius Eccleſiæ regimen aſſumpſit, ædes Epiſcopales magna in parte auxit, atque in amplam & magnificam redegit formam. Variis functus legationibus apud Philippum Hiſpaniarum Regem primo, mox ad Paulum V. Pont. Max. à quo Taurinenſis Archiepiſcopus renunciatus an. 1619. Mira fuit in religioſos viros propenſione. Prioratum S. Philippi, quem in commendam obtinebat, religioni Societatis Jeſu, quæ dum Eccleſiam Maurianenſem regebat, recens collegium Aureliæ Allobrogum conſtruebat, reſignavit. D Ciſtercienſes Congregationis S. Bernardi, quos magno proſequebatur amore, ad Monaſterium S. Petri de Lemenæo prope Aureliam advocavit. Eccleſiam S. Joannis Taurinenſis variis inſignivit ornamentis. Vir fuit varia & erudita cognitione, populum conſuevit ſuavi divini verbi eloquio erudire. Præfuit laudabiliter ann. ſeptem omniumque mærore deceſſit anno 1625. Corpus Taurini in templo Societatis Jeſu tumulatum eſt.

d De eo Roſſotus in Syllabo ſcript. Pedemont. Mondaſ.

LXVII 9 Fr. JOANNES BAPTISTA Ferrerius, Pinerolenſis honeſtis parentibus ortus, XV. ætatis ſuæ anno Præd. Ord. nomen dedit, in quo eo ſtudio virtutibus humanis, ſacriſque litteris incubuit, ut brevi lauream doctoratus ſit aſſecutus, & inter concionatores ſui aevi celebris ſit habitus, quem ſibi à confeſſionibus Carolus Emanuel Sabaudiæ Dux inter multos ſelegit, & Philiberto è vivis ſublato, ad Archiepiſcopalem dignitatem

ab Urbano VIII. extollendum curavit die 6. m. Se- A
ptemb. 1626. brevis Pontifex deceſſit ſequenti anno 1627. & in ſua Metropolitana tumulatur.

LXVIII. 10 ANTONIUS Provana, Jo. Franciſci Comitis Collegii, & magni Cancellarii Sabaudiæ filius, ex Abbate Novalicenſi, & Priore S. Mariæ de Secutia, Dyracchii Archiepiſcopus, Taurinenſis efficitur Archipræſul ann. 1631. die 3. menſis Novemb. ab Urbano VIII. Pontifice Max. Vir quidem nobilitate generis, & propria virtute clarus, olim Caroli Emanuelis Ducis apud Venetos Legatus, ac Mauritii Cardinalis intimus in Romana claruit Aula. Semel, & iterum Taurinenſem ſibi oblatam Eccleſiam reſpuit. Verum poſt quadriennalem ipſius Eccleſiæ orbitatem, ſæva peſtilentia, immane bello, diraque fame deſævientibus, ab Amedeo Victurio Duce, & Taurinenſi quoque populo expetitus Antonius, quod ambitioſe non quæſierat onus, ipſum ultra cum humilitate ſuſcepit. In Archiepiſcopum conſecratus Taurini ſumma omnium gratulatione excipitur, ipſe vero Præſul almificus B
adeo gravis, & benignus ſe præbuit, ut ad reverentiam ſui, pietatemque erga Deum ea colendam occurrentes impelleret. In orationibus aſſiduus fuit, maxime vero in ſacri litatione ſacrificii, quam nunquam non æger prætermiſit. In jejuniis frequens, adeoque ſolitudinis amans, ut vel ex eo Antonii nomen congrue illi inditum videretur. Non enim aut curiam adire, aut aliorum conſpectui extra ædes ſuas ſe dare, aut intra eas quemque ad colloquendum admittere, niſi officii, aut charitatis exigente ratione conſueverat. Triplex cura in paſcendo grege in ipſo excelluit. In eccleſiis de idoneis Rectoribus providendis, in hæreticis, qui in vallibus ſuæ diœceſis erant, vel cohibendis, vel ad veritatis lumen revocandis, inque publicis divinæ legis trangreſſoribus ſæviſſime vindicandis. Ingens illi erga egenos charitas fuit: ad quorum inopiam ſublevandam, non eccleſiaſticos ſolum, verum & domeſticos cenſus profundebat. Novem omnino annos hanc aſſiduis laboribus, & difficili tempore C
ſancte Taurinenſem adminiſtravit Eccleſiam, ac majori vita dignus, lugentibus omnibus, ſacriſque munitus, ſpiritum exhalavit die 25. Julii an. 1640. Gallis Taurinum obſidentibus, D. Auguſtino fortunatior, quod licet ipſo defuncto civitas in hoſtium manus ceciderit, nil tamen hoſtile ab iis paſſa ſit, ut Antonius Archipræſul ſæpius etiam dum vitam ageret, Deum Maximum deprecatus fuerat.

LXIX 11 JULIUS CÆSAR Bergera, civis Taurinenſis ex dominia Cabalarii, Leonis J.U.D. filius, ex Præpoſ. & Eleemoſynario Sabaudiæ Duciſſæ fit Archiepiſcopus anno 1643. cujus opera non ſemel in arduis negotiis uſus fuerat Dux Victorius Amedeus. Vivit gregem ſibi commiſſum laudabiliter regens.

A D D I T I O.

(„ *Supremum diem clauſit Bergera an. 1660.*

LXX „ MICHAEL *Beyamus, Montis Regalis Epiſ-*
„ *copus, ad hanc Metropolitanam Eccleſiam trans-*
„ *latus eſt die 21. Auguſti 1662. Deceſſit Taurini men-* D
„ *ſe Octobri 1689.*

LXXI „ MICHAEL *Antonius Vibo, nobilis Taurinen-*
„ *ſis, I.U.D. & ſacræ Theologiæ Magiſter, Abbas*
„ *Mitratus Rivaltæ, ac militiæ Ss. Mauritii, & La-*
„ *zari Secretarius, Conſiliariuſque Sabaudiæ Du-*
„ *cis, cum prius Auditoris Nunciaturæ Taurinenſis,*
„ *Internuncii in Gallia, Legationis Ravennatis*
„ *Auditoris generalis, ac demum Rectoris Carpen-*
„ *toratenſis, & Comitatus Venuſini amplis munert-*
„ *bus egregie defunctus eſſet, Archiepiſcopus Tau-*
„ *rinenſis adlectus eſt 21. Novembris 1690.*)

EPOREDIENSES,

SEU

HIPPOREGIENSES EPISCOPI.



EPOREDIAM Salaſſiorum, Ciſpadanæ Galliæ antiquam Civitatem, in faucibus Salaſſiorum inter duo editiſsimorum montium juga Sibyllinis carminibus admoti Romani, ut ſcribit Plinius, ante centum annos, quam Chriſtus veniret, conſtituerunt: eoque nomine fortaſſe appellarunt, quod incolæ loci optimi domitores equorum, Eporedicos Galli appellant, haberentur. Strabo contendit Romanorum fuiſſe Coloniam, ibique Cæſarem Salaſsios bello captos licitatoribus addixiſse. Liber fiſci Romani hanc Hiporegiam appellat, quæ in Ciceronis quadam Epiſtola, in plurali numero, Eporediæ ſunt. Tacito vero, ac Ptolomæo, Eporedia, Luitprando Ticinenſi Iporegia, ac non ſemel Hipporegia eſt. Illius præterea meminerunt Vellejus C
Paterculus, Aymo rerum Francicarum, Merula, atque Leander, aliique non pauci recentiores. Inter cæteros Deos Solem præcipuo loco Eporedienſes habuiſse firma traditio eſt, cujus Fanum, ubi primum Chriſtianam fidem ſuſcepere, in eccleſiam expurgatum, & cum ampliſſimum, nobilique loco ſitum eſset, epiſcopalibus functionibus deſtinarunt, cujus rei etiam nunc extat vetus monumentum in pariete, in quo hominis figura Solis ſimulacrum genibus flexis, & elatis ad illud manibus adorantis viſitur. Et ſi aliqua ex parte Fanum auctum fuerit, tamen id ante annos mille eveniſse ex ipſa vetuſtate, aliiſque colligitur monumentis. Quemadmodum autem Templum aliud errantium ſtellarum Principis, cœlorum Reginæ Mariæ conſecrarant. Antiqui ejus Reguli, opportunitate loci audaciores effecti, extinctis Regibus, qui ad Carolum Magnum originem ſuam referebant, Italiæ Regnum invadere non dubitarunt, quo adverſus Germanorum Imperatorum vires potiti ſunt, Beringa- D
rius II. Adalbertus, & Arduinus, qui Regum Italiæ poſtremus, tres filios ex Berta Carolinga reliquit, è quibus nonnullæ nobiliſsimæ familiæ Pedemontis prodierunt. Radices editiſsimorum collium, inter quos Eporedia ſita eſt, Amnis Doria alluit, cujus lapideus pons civitatem cum munitiſsima arce conjungit, ubi antiqua Cathedralis eſt, quam Deiparæ Virginis in cœlum Aſſumptæ dedicarunt; ibique S. Savini Epiſcopi & martyris, S. Tegoli martyris, & S. Beſsi item martyris divi tutelaris ipſius oſsa condita jacent. Hujus Eccleſiæ quinque numerantur dignitates, quarum prima Archidiaconatus eſt, Præpoſitura, Archipresbyteratus, Cantoratus & Theſaurieratus cum 14. Canonicis, duobuſq; ſupernumerariis. In 5. Parochias civitas univerſa diviſa eſt, preſtatq; in ſingulis fons baptiſmalis. Religioſorum cœnobia quinque numerantur, Monialium duo, xenodo-

chium,

chium, Mons Pietatis, ac Seminarium cum ſex alumnis. Epiſcopus Suffraganeus eſt Archiepiſcopi Taurinenſis, qui antea Mediolanenſem Archiepiſcopum, ut Metropolitanum venerabatur. Illius Diœceſis ampliſſima eſt, quæ pluſquam centum loca, ac Oppida dicitur continere, quorum juriſdictio tam ſpiritualis, quam politica olim ad Epiſcopum ſpectabat: diteſcitque duo mille ſcutatorum annuo cenſu, taxatur vero in libris Cameræ ad florenos 300. Sabaudis Principibus à multo tempore paret. A meridie illi circumadjacet fertiliſſimum ſolum, quæ rurſus utitur ſterilisſimo à Septentrione. Quo vero tempore, ſeu à quo Evangelii luce primo fuerit illuſtrata, non ſatis conſtat, quemadmodum in Cathedralem hæc fuerit erecta Eccleſia. Ante vel circa trecenteſimum annum à partu Virginis id accidiſſe aſſerunt, cum eo ipſo anno B. Varimundum Eporedienſem ſedem tenuiſſe habemus in hiſtoria SS. Thebanorum martyrum à Guillelmo Baldaſſano edita. Verum cum addatur ab eo, fuiſſe divino monitu inventum corpus S. Julii ex eadem legione, & in Cathedralem tranſlatum, Leone III. Pontifice, Caroloque Magno: poſt annum octingenteſimum erit certe collocandus, & ab iis exordiendus catalogus, quorum nomina poſt primum, Præſules, & tempus magis explicantur. Diœceſis cum Caſalenſi, Vercellenſi, Taurinenſi, atque Auguſtenſi cohæret, partim Pedemontano Principi, partim Montis Ferrati Duci ſubjecta, complexa Oppida 120. & Valles quinque, nempe Cluſellam, Clivinam, Suanam, Lacanam, & partem vallis Auguſtanæ, quæ uſque ad Alpes incoluntur. Ex Oppidis duo maxime inſignia habentur Clavaſium, & Riparolium. Clavaſium Collegiatam habet Eccleſiam cum Præpoſito, & quatuor Canonicis: tria virorum cœnobia, & unum Monialium: Præpoſituram S. Marci Ord. Humiliatorum, quæ in Commenda conferri ſolet, & duo Xenodochia. Riparolium duas habet parochiales Eccleſias, plebaniam, & præpoſituram cum Cœnobio Franciſcanorum Conventualium. In univerſum autem in hac diœceſi continentur parochiales eccleſiæ 125. Populus totus Catholicus & pietati addictus. Animæ fidelium intra mœnia civitatis degentium ad ſex mille. Protulit hæc civitas viros inſignes, ac in primis Ferrerios proceres, quorum gens, è nobilisſima Acciajola Florentina proſapia oriunda, Epiſcoporum, & Cardinalium ſeminarium fuit, quippe quæ quinque numeret Purpuratos, quamplures vero Epiſcopos. Nobilis Abbatia S. Benigni Fructuarienſis Benedictini Ordinis in hac diœceſi fundata fuit. Epiſcoporum ſeriem hujus civitatis noſtro conatu è diverſis tum auctoribus, tum monumentis eruimus.

A D D I T I O.

(„ *Eporediam ſacra Chriſtiana ſuſcepiſſe à S. Euſebii Vercellenſis Epiſcopi diſcipulis opinantur loci incolæ. Ejus Cathedralis D. Mariæ Virgini in Cœlum Aſſumptæ dicata eſt: illique inſerviunt quinque Dignitates, Canonici 19. quorum decem eſſe debent Presbyteratus, quinque Diaconatus, & quatuor Subdiaconatus ſacris Ordinibus inſigniti, & hi omnes Cappa magna induuntur, alii item duo præter numerum, qui almutia tantum decorantur, nonnulli beneficiati, compluresque minorum gentium Clerici. Animarum cura in ea penes Archipresbyterum eſt: coluntur que præter tria SS. Sabini, Beſſi, & Tegoli corpora, pluresque inſignes reliquias, etiam S. Thaddæi Angli Epiſcopi ſacræ exuviæ, quas in hac urbe an. 1492. ad cœlum evolans reliquit. Cathedrali ſatis amplum, & commodum Epiſcopale Palatium adhæret. Urbs quinque Parochias complectitur, tria Regularium cœnobia, monialium duo, quatuor laicorum confraternitates, Montem Pietatis, & Seminarium, quod nunc in alumnorum Clericorum latius commodum ampliatur. Hoſpitalia, quæ jam inibi viſebantur,*

Italia Sacra Tom. IV.

A „ *ob tenuiorem redditum proventum in Commendas, & ſimplicia, ut vocant, beneficia converſa ſunt. Extra verò, & prope civitatis mœnia duo ibidem Parochiales Eccleſiæ, totidem virorum monaſteria exiſtunt. Diœceſis latiſſimè patens 123. loca continet, in quibus 117. Parochiales Eccleſiæ enumerantur, 10. Religioſorum conventus, & unicum ſacrarum Virginum ſeptum. Epiſcopus in nonnulla diœceſis ſuæ Oppida hodie quoque juriſdictionem exercet temporalem.*)

1 ELILEGIUS (1) Hiporedienſis Epiſcopus anno 451. qui in Concilio Chalcedonenſi videtur Eulalius eſſe, cujus mentio habetur in epiſtola Leonis Papæ ad Epiſcopos Galliæ. Memoratur etiam in Concilio Mediolanenſi, cui ejus nomine ſubſcripſit quidam Florejus presbyter. I.

2 DESIDERIUS Romano Concilio interſuit ſub Agathone Pontifice ann. 679. II.

3 BESSUS 770. memoratur à Jacobo Philippo in Supplem. Chronic. quem ſanctum appellat. III.

B 4 HENRICUS 743. in tabulis ejuſdem Eccleſ. IV.

5 JOSEPH *a* ejuſdem civitatis Epiſcopus fuit anno 844. & an. 857. apud Baronium. V.

a An. 853. ſubſcripſit Synodo Romanæ.

6 AZZO præfuit an. 867. de quo Ripamontius in Eccleſiaſtica Hiſtoria Mediolanenſi, qui & coronationi Caroli Calvi Imp. interſuit apud Sigonium 873. VI.

7 VALFREDUS ex canonico Vercellenſi an. 904. VII.

8 ASMUNDUS 938. VIII.

9 VEREMUNDUS ex dominis Arborei Vercellenſis anno 1005. alii volunt Papienſem civem fuiſſe. Memoratur in bulla Benedicti VIII. pro monaſterio S. Benigni Fructuarienſis. Ejuſdem habetur mentio in Epiſtola Henrici Imper. pro eodem Monaſterio Longobardiæ Præſulibus conſcripta. Is corpus S. Teguli invenit, tranſtulitque in cathedralem. („ *Anno jam 1001. die 14. Octobris interfuit VVarmundus Epogenſis Epiſcopus Papiæ judicio cuidam Ottonis ſacri Palatii comitis, ut videre licet apud Muratorium Antiq. Eſten. t. 1. p. 125.* IX.

C 10 OCTOBIANUS, ſive Octavianus, ſeu Octobonus Ipporegenſis Præſul anno 1011. Arduini Regis Archicancellarius in donatione S. Syri Papienſis memoratur. Eccleſiam S. Benigni Fructuarienſis conſecravit, de qua, deque ejus fundatione vetera carmina in vetuſta chronica. X.

Si quis Fructuariæ mavult prænoſcere quando
Cœnobii cæptum rite fuiſſet opus;
Milleſimus ſublimis erat tunc tertius annus
Partus Virginei Principis æterei
Martii ſeptenæ, ſeu indictio prima Calendæ
Tempus, vel curſum ambo ſuum peragunt:
Rex Ardoinus ſceptri moderamine fiſus
Regnat in Heſperia, tendit in Auſoniam.
Adjuvat ipſe locum Dominus, quem munere dotat
Rebus conſuluit fratribus aſſiduis:
Præſul Ottobianus, quod jure dicando ſacravit
Abbas Vuillelmus conſtruit hoc Domino.

Fundatio hujus celebris Monaſterii in vetuſto monumento ejuſdem ita celebratur, quam recenſendam hic non inutile lectoribus fore dijudicamus.

D *In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.*

Notum fieri volumus fratribus noſtris tam præſentibus quam futuris ex omnibus Sanctæ Eccleſiæ filiis, cujuſcumque ordinis, honoris, & dignitatis, quod monaſterium noviter conſtructum in loco, qui Fructuaria antiquo nuncupatur vocabulo, liberrimum, atque abſolutiſſimum conſiſtat ab omni ſubjectione debita cuique diœceſi vel monaſterio, cujus rei cauſa exponere, & manifeſtare curamus ne cuiquam ſubrepat malæ, & inconſideratæ occaſionis tumultus. Quidam frater noſter carnali germanitate Gottofredus nomine, cum eſſet ſub habitu ſeculari, & libere degeret in paterna hæreditate, elegit funditus ſeculum relinquere, & poſt Deum ire. Denique expetens ſanctum Divioneſe cœnobium illuc volente Deo ſuſcepit habitum monaſticum. Verum fratres ejuſdem lo-

(1) Eulogius dicitur in Synodica Epiſtola Concilii Mediolanenſis. Ughellus hunc eumdem Eulalium eſſe putat, qui in Epiſtola Gallorum ad Leonem, & Leonis ad Gallos ſcriptus habetur: quod proculdubio commentitium eſt. *Queſnellus in notis ad S. Leonis Opera.*

ci, qui præſentes fuerunt, & oculis hoc viderunt, hoc ſciunt, & ſcire poſſunt, quomodo idem Gottofredus in præd. loco nu...m fecit legalem donationem ex proprio, quod reliquerat patrimonio, quia in eo ſucceſſerat frater ejus Nitardus jure hæreditario, qui non multo poſt ſecutus eſt fratrem ſuum in prætitulato Divionenſe Monaſterio. Denique Robertus qui ſolus ex fratribus ſuis remanſit laicus inter cætera poſſeſſionis dona, ipſo, & prædictus frater ejus Nitardus, qui Domino contulerunt ad conſtruendum monaſterium ſpecialiter locum Fructuaria dictum, ita ut poſſidebant, quietum, & ſolitum Gontardo venet, viro Taurinenſi Archidiacono tradiderunt, ut inde faceret legale teſtamentum, quod appellatur judicatus, quod, & factum eſt eo rationis tenore, ut poſtquam præfatorum fratrum poſſeſſiones tranſiret in Domini poſſeſſionem nullo modo primam, & antiquam perderet libertatis dignitatem. Ergo quoniam de hæreditate noſtrorum carnalium anteceſſorum ſiebat hæres Chriſtus per prædictorum duorum noſtrorum germanorum manus. Tandem ſicut inceptum eſt juſto voto, ita decenter expletum eſt adjuvãte Deo; interea confirmatum eſt, & ſtabilitum, inſolide, & inconcuſſe ne ſubjaceat ulli Epiſcopo ſive monaſterio, ſive ſoculari Dominio, & corroboratum Imperialibus, & Regalibus, ſive Epiſcopalibus præceptis, atque privilegiis. Inſuper autem ſubnixum ſcripto Apoſtolico à ſummis Pontificibus univerſalis Eccleſie, prius à D Papa Joanne, deinde ab ejus ſucceſſore Domino Papa Benedicto, ubi in Lateranenſi Baſilica ſedebat, undique circumfultus plena ſynodo, in qua, exceptis Abbatibus, vel reliquis diverſi ordinis, ſeu dignitatis fidelibus quadraginta affuere Epiſcopi, cum S. Petri Cardinalibus, qui omnes teſtamentum, quod D. Papa Benedictus ipſo loco fuit, poſt eum confirmaverunt, & ſignantes ſignaverunt, atque jaculo excommunicationis, & maledictionis pariter omnes illud damnaverunt, quicumque illud moleſtare tentaverit, ſanctione tantæ auctoritatis, nemo movere debet ad occaſionem quempiam ex noſtris fratribus, ſive aliquem loco invidiare volentem injuſtis conſpirationibus, ut materiam hujus libertatis calumniandæ inde ſummere conentur, quod in cœnobio ubi ſuperius nominati fratres ſanctæ converſationis habitum ſuſceperunt, Abbas ſum ordinatus, & in ædificando monaſterio Fructuarienſi expoſuerim manus, quoniam & me defendit, ſicut ſupra monſtratum eſt juſta occaſio, & locum tuetur ipſa reſtitutio, quia ab ingenuis poſſeſſionibus antiqua libertate liber eſt Deo donatus, & quia paupercula eorundem fratrum, & germanorum noſtrorum non ſufficiebat, ut ſtabiliretur ad virorum multorum præcipuo Arduini Regis, & Bertæ uxoris ejus in monaſterio eſt fundatus. Præterea Nitardus idem per legale teſtamentum ſucceſſor effectus patrimonium, quod reliquerat Gotofredus poſtea Fructuariæ legitima traditione donavit funditus. Sed ne qualibet juſta occaſione malæ ſuſceptioni detrahendi ſeminarium naſceretur, cum beneplacito D. Brunonis Epiſcopi de prædictis omnibus voto noſtro non diſcrepantis, & fratrum, amicorumque utriuſque partis ſumpta inſigniora ornamenta ab eodem Monaſterio, & in memoriam ipſius ad eum conſolandum Divionem tranſmiſſas, ſcilicet textum unum aureum gemmis, & lapidibus miſe ornatum, Caſulam auro decoratam, & duæ ſtolæ deauratæ cum earum manipulis, & unum cingulum, atque quatuor amicti acaurati. Itaque cauſis redditis hujus diſcretionis ſupereſt, ut confirmetur ſubſequentibus idoneis teſtibus cum certis teſtimoniis. Ad quam confirmationem, &c. Ego Fr. Vvillelmus dictus Abbas veridica affectione, ſicut coram ipſo loquens teſtor Dei pro amore in ſupradictis fideliter inſudaſſe, & nunc propria ſubſcriptione hoc teſtamentum confirmans omnes ſubſcribentes ad æqualem hujus retributionis mercedem votis omnibus pro poſſe admitto, & ſic præſentes, & abſentes quamplures ſubſcribere exoro teſtes.

Leotherius miſeratione Dei Archipræſul Senonum ſubſcribens, ſuffraganeos noſtros ſubſcribere rogavi. Goslinus Archipræſul Bituricenſis, & Abbas S. Benedicti firmavi. Fulco Ambiacenſis firmavi. Fulbertus Epiſcopus Carnoti firmavi. Ego Oddo Abbas Cluniacenſis firmavi, Everardus Abbas S. Martini firmavi. Gotbertus Abbas Turonis S. Juliani firmavi, Ego frater Arnulphus Prior, &c. Ego Robertus gratia Dei Rex Franciæ, meum, & filii mei Regis Ugonis nomen ſcribere rogavi. Ego Robertus Rex ſignavi manu mea propria. Ego Ugo Rex firmavi. Ego Ervens Archiclavis S. Martini Turonenſis firmavi. Ego Ugo Archipræſul Turonenſium firmavi, Ego Rosbertus Rotomagenſis Archiepiſcopus omni auctoritate confirmo. Ego Ugo Bajocenſis Epiſcopus firmavi. Ego Norgaudus Auriniacenſis Epiſcopus firmavi. Ego Rotgerius Lixucenſis Epiſcopus firmavi. Sicfredus Epiſcopus Saxiacenſis firmavi.

Porro hoc monumentum ſcriptum eſt anno 1017. privilegium vero quod dedit Benedictus Papa VIII. anno 1015. ſupra retulimus in primo noſtro tomo. Nec ſilendum exiſtimavi quod anno 1003. Arduinus Rex Theodeverto Iporedienſi Diacono pro juribus vallis Clivitanæ conceſſit in hunc modum.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Arduinus divina favente gratia invictiſſimus Rex. Si adeuntibus digne poſtulata largimur, præcipue convenit ut noſtræ dilectiſſimæ conjugis Bertę poſtulationibus libentiſſime acſinemus. Quocirca omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumq; præſentium, ac futurorum noverit induſtria, qualiter interventu dictæ noſtræ amatiſſimæ conjugis Bertæ & Petri Pontificis Cumani noſtrique præſtantiſſimi fidelis, Teudoverto ſanctæ Iporienſis Eccleſiæ diacono concedimus, & donamus curtem de Orco, quæ olim curtis regia nominabatur, nunc vero ab loci illius incolis ſancti Georgii caſtrum appellatur, in comitatu videlicet Iporienſi rejajenſem, & vallem etiam ſupra montem quæ Clarius dicitur. . . . eidem Tedeverto Levitæ ſimiliter largimur cum omnibus illarum pertinentiis, & adjacentiis, ſcilicet cum caſtellis plurimis, capellis, villis, montibus, alpibus, vallibus, . . . paſcuis, ſilvis, aſtaslareis, caſtanetis, ripis, rupiuis, paludibus, aquis, aquarumque decurſibus, terminis, acceſſionibus, foreſtibus in prædicto comitatu conſiſtentibus, nec non etiam . . . . illis aldionibus, & aldianis, omnibuſque rebus mobilibus, & immobilibus in integrum. Inſuper tribuimus ſupradicto Levitę Teodeverto omnem diſtrictum, mercatum, teloneum, curatutam . . . redibritionibus ad eandem curtem, vel ad præfatas valles pertinentibus, & de noſtro jure, ac dominio in ejus jus, & dominium transfundimus, ac delegamus. Eo videlicet cui dederit, vel . . . . . animus eorum decreverit voluntas faciendi ſine publica moleſtatione, ac omni contradictione, vel fatigatione funditus remota. Si quis contra hanc chartam conceſſionis, ac donationis violator extiterit, aut frangere tentaverit; ſciat ſe compoſiturum auri cocti libras ducentas, medietatem cameræ noſtræ, & medietatem Tedeverto Levitæ, vel qui chartulæ dederit. Quod ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur manu propria roborantes, ſigilli noſtri impreſſione fieri juſſimus.

Signum † Domini Arduini Sereniſſimi, & invictiſſimi Regis.

Cumbertus Vice Petri Cumani Epiſcopi, & Archicancellarii recognovit, & ſcripſit.

Anno Dominicæ Incarnationis 1003. Indict. pr. anno vero D. Arduini Regis invictiſſimi regnantis primo.

Actum Papiæ in Ticinenſi palatio feliciter. Amen.

De Octaviano vero mentio habetur ad annum uſque 1024. ac deinceps in nullis memoratur monumentis.

11 HENRICUS anno 1029. Henrici Imper. Cancellarius, Abbatiam Fructuarienſem à juriſdictione Epiſcopali immunem declaravit: hoc condito documento. XI.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Chunradus gratia Dei Imp. anno Imperii ejus Deo

pre-

propitio ſecando, 4. Idus Martii indictione 12. Ego quidem Henricus gratia Dei Sanctæ Ipporienſis Eccleſiæ Præſul conſtituo, & ordino, ſicut olim ante me conſtitutum eſt, & ordinatum decretis Pontificum, præceptis imperialibus atque ipſis ſuper omnia privilegia Apoſtolicæ ſedis, ut Fructuarienſe cœnobium, quod ſitum eſt in ultimis finibus diœceſeos noſtri epiſcopatus liberum ſit ſemper, & abſolutum permaneat ab omni poteſtate, & dominatione, vel laicæ, vel ſacratę perſonę, &c. & quoniam veraciter cognovimus præfatum Monaſterium velut quandam magnam lucernam, longe, lateque lucere ad plurimorum ædificationem, noſtręq; Eccleſię decori eſſe nimirum, & honori, atque animabus filiorum noſtrorum valde in multis prodeſſe, deſiderantes quoque nos, & ſucceſſores noſtros orationum, quæ ibi offerantur Deo participes fieri ut nemo eorum queſtionem movere, vel litem de jam prædicto loco, omnibuſque ad eum pertinentibus adverſus Abbatem, & monachos præſumat, modis omnibus inhibemus omnemque occaſionis aditum ſecundum eam, quæ nobis à Deo data eſt poteſtatem uſquequaque intercludimus. Hoc autem ideo præcipue facimus quia, &c.

Ego Henricus Ipporienſis Epiſcopus.

Henricus hic fuit etiam Abbatię S. Stephani fundator anno 1043. Aliqui putant erectam fuiſſe anno 1001. verum cum in monumento erectionis recenſeantur Erimpertus Mediolanenſis Archiepiſcopus, Gregorius Vercellenſis, Luitprandus Novarienſis, Petrus Derthonenſis, & Guillelmus Aſtenſis Epiſcopi, qui multum poſt vixerunt, clare habetur in hunc annum, vel circa ſub Henrico Pręſule ſuum ſumpſiſſe exordium in civitate Eporedienſi, quæ adhuc extat, in quam Henricus III. Imp. Nicolaus II. & Anaſtaſius IV. Summ. Pontifices indulſerunt privilegia.

XII. 12 HUGO Arduini Italiæ Regis filius 1053. cujus mentio habetur in Chronica Fructuarienſis monaſterii.

XIII. 13 HENRICUS interfuit in Concilio Romano ſub Nicolao II. anno 1059. ex codice Vaticano.

XIV. 14 ALBERTUS anno 1063. quaſdam decimas cum Alberto Abbate Fructuarienſi commutavit.

XV. 15 FRIDERICUS an. 1072.

XVI. 16 OGERIUS, vel Ugerius Henrici IV. Imp. Cancellarius an. 1075. à prædeceſſoribus ſuis donationes factas Abbatiæ S. Stephani confirmavit. Anno 1090. 4. Id. Aprilis ejuſdem Imp. privilegium ſcripſit, quod ille Abbatiæ S. Zenonis Veronæ conceſſerat; & an. 1091. privilegio Eccleſiæ ss. Felicis, & Fortunati de Vicentia idem Ogerius Cancellarius ſubſcripſit. De eo item habetur mentio anno 1094. Auguſtinus ab Eccleſia Epiſcopus Salutienſis duos Ogerios Eporedienſes Epiſcopos reponit in ſuo Catalogo, & inter eos interceſſiſſe quemdam Vvibertum, ex Abbate S. Benigni ad eam dignitatem vocatum anno 1090. quod quidem eſſe non potuit, cum ante ipſum annum, ac poſtea, Ogerius reperiatur hujus Eccleſiæ Epiſcopus, & Henrici Imp. Cancellarius. Gratis igitur Vvibertus inter Epiſcopos Eporedienſes, quemadmodum unus Ogerius in duos diſſectus videtur.

XVII. 17 CONRADUS ex Dominis Carmagnæ Vviberti nepos, olim Abbas S. Benigni, an. 1097.

XVIII. 18 PETRUS ex comitibus Valpergiæ an. 1118.

XIX. 19 VIDO anno 1122. Prædeceſſorum decreta roboravit ad favorem monaſterii Fructuarienſis. Ann. 1135. interfuit electioni Robaldi Archiepiſcopi Mediolanenſis.

XX. 20 GERMANUS, ſeu Goemanus a interfuit Roncaliæ conventui à Friderico Imperatore ann. 1158. celebrato, apud Othonem Friſingenſem: Lateranenſique Concilio ſe ſubſcripſit ſub Alexandro III. anno 1179.

a Herdulano in Concil. Germanus.

XXI. 21 GAIDO anno 1196. recenſetur in diplomate Henrici VI. Imp. Aymoni Tarantaſienſi Archiepiſcopo conceſſo.

XXII. 22 JOANNES Gagninus, una cum Epiſcopo Anagnino anno 1202. Eccleſiam D. Annunciatæ extra Urbem Romæ conſecravit, ut marmorea ibidem appoſita tabula docet.

23 BERNARDUS Monachus S. Benedicti ad hanc ſedem non bonis artibus pervenit anno 1204. pauloque poſt, hoc eſt anno 1205. auctoritate Innocentii III. Epiſcopatu mulctatus eſt; de quo hæc ſcribit Innocentius epiſt. 4. lib. 6. ſui Regeſt. Vercellenſi Epiſcopo, Abbatique de Tileto, & Alberto presbytero Mantuano, ut eum compellant ad reſignationem. XXIII

De Yporienſi autem Epiſcopo vobis reſcribendo mandamus, quatenus eum ad reſignationem Epiſcopatus, cum ſit inſufficiens, & inutilis efficiatur, inducatis, & ſi cedere ſponte noluerit, quia probati ſunt ejus exceſſus, maxime ſuper dilapidatione, necnon ſimonia, vos eum cujuſvis inſtantia, & appellatione remota ab adminiſtratione Yporedien. Eccl. deponatis: facientes eidem Eccl. de perſona idonea, ſalubriter provideri. Contradictores enim ſi qui fuerint per cenſuras eccleſiaſticas compeſcentes. Ceſſionem autem Haſtenſis Epiſcopi non ſolum ratam, ſed gratam habemus: proviſionem tamen, quam ei de bonis Fructuarienſis monaſterii, ſi nobis placeret, facere decreviſtis, nobis noveritis non placere, tum quia ſic accepimus, & grave idem monaſterium nimis incurreret detrimentum, tum quia idem Epiſcopus bona illa deſtrueret, ſicut alia jam deſtruxit, cum ſit dilapidator notiſſimus, & prodigus diſſipator. Suſtinemus tamen pro vitando ſcandalo propinquorum, qui ſunt nobiles, & potentes, ut ei annuas penſiones, non quidem ſuperfluas, ſed ſolummodo neceſſarias in diverſis eccleſiis, ſine ipſarum gravamine, aſſignetis, quas, manens apud aliquod monaſterium, cum ſit monachus, ad honeſtæ vitæ ſuſtentationem expendat, &c. Datum Romæ apud S. Petrum 4 Kal. Feb. anno 8.

24 PETRUS natione Pedemontanus, monachus Ordinis Ciſtercienſis, & Abbas celebris cœnobii Firmitatis, Cabilonenſis diœceſis, vir potens in opere, & ſermone, depoſito Bernardo, à Capitulo Eporedien. Epiſcopus electus eodem anno 1205. & confirmatus. Cumque ad Eccleſiam ſibi creditam acceſſiſſet, poſt paucos dies quieti, & divinæ contemplationi intentus, illa, abſque Romani Pontificis venia, relicta, eremum petiit, ſugitque in abditis, nondum conſecratus. Quod cum accepiſſet Innocentius III. doctiſſimam eidem ſcripſit Epiſtolam, qua Patrum, Canonumque ſacrorum auctoritate pleniſſime docuit, electum aliquando Epiſcopum, haud à ſponſæ vinculo abſolvi, & divelli poſse, abſque Romani Pontificis auctoritate, non ſecus, ac ſi conſecrationis munus recepiſset. Epiſtolæ tenor talis eſt à Regeſtro Vaticano exſcriptus lib. 9 pag. 116. n. 117. XXIV

Yporedienſi electo &c. Litteras tuas recepimus continentes, quod dudum timor, & tremor venerunt ſuper te, & contexerunt te tenebræ, cum Propheta dixiſti: Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ volabo, & requieſcam. Ne igitur hujus quaſi voti tranſgreſſor in conſpectu Domini appareas, ecce elongaſti fugiens, & manes in ſolitudine, expectans eum, qui ſalvum te fecit à puſillo animo, & tempeſtate. In Epiſcopatu autem Yporien. ob reverentiam præcepti Apoſtolici permanſiſſes, niſi quædam, quæ tuæ ſaluti videbantur contradicere obviaſſent propoſitum, videlicet ſicut ſuperius eſt expreſſum, ad eremum transeundi, quod mentem tuam non ſinebat eſſe quietam, & quod Yporienſis Eccleſiæ poſſeſſiones quaſdam titulo pignoris obtineret, quorum proventus juſti tibi minime videbantur. Theloneum inſuper, & pedagium habet, de quorum ſuſtentari redditibus formidabas, præterea poſſeſſiones ejus ſicut pignori obligatæ, & in tantum eſt ære alieno gravata, quod in temporalibus parum, aut nihil ibidem poſſe perficere te ſperabas, unde nos humiliter ſupplicaſti, quatenus te permittere dignaremur in ſolitudine ad quam tranſiſti, cum noſtra benedictione, & gratia commorari, ut in libertate ſpiritus vacare Domino poſſis, & tua nihilominus peccata deflere. Conſervantur autem ex literis tam Ven. F. N. Mediolanenſis Archiepiſco-

pi,

pi, quam dilecti fil. Yporien. Capituli accepimus evidenter, quod cum electionem de noſtro recepiſſes mandato, ipſamque dictus Archiepiſcopus confirmaſſet, Abbatia de Firmitate, ad quam fueras evocatus, dimiſſa, tu ad ejuſdem Eccleſiæ regimen acceſſiſti, & ſic inter te & ipſam conjugium extitit ſpirituale contractum. Verum poſtmodum paucis diebus tranſactis, ignorante Capitulo, aſſumptis pennis ſicut Columbæ fugiens in ſolitudine evolaſti, licet pennæ tuæ ita ſint aſtrictæ nexibus præceptorum, ut liberum non habeas abſque noſtra permiſſione volatum. Dubitare ſane non debes, quod cum fortius ſit ſpirituale vinculum, quam carnale, Omnipotens Deus, ſpirituale conjugium, quod eſt inter Epiſcopum, & Eccleſiam, ſuo tantum judicio reſervaverit diſſolvendum, qui diſſolutionem carnalis conjugii, quod eſt inter virum & fœminam, ſuo tantum judicio reſervaverit, præcipiens, ut quod Deus conjunxit, homo non ſeparet. Nec enim humana, ſed divina potius poteſtate conjugium ſpirituale diſſolvitur, cum per translationem, vel diſpoſitionem, aut etiam ceſſionem, auctoritate Romani Pontificis, quem conſtat eſſe Vicarium Jeſu Chriſti, Epiſcopus ab Eccleſia removetur. Et ideo omnia hæc, quæ præmiſimus, non tam conſtitutione canonica, quam inſtitutione divina, ſoli ſunt Romano Pontifici reſervata. Sit igitur Epiſcopus conſecratus, ſine licentia Romani Pontificis Eccleſiam deſerere non poteſt ſibi commiſſam, & ſic tu electus, & etiam confirmamus, præter noſtrum aſſenſum, Eccleſiam ipſam relinquere nequiſti, cui es matrimonialiter alligatus, cum non debeat in dubium revocari, quin prius electionem, & confirmationem canonicam inter perſonas eligentium, & electi ſpirituale conjugium ſit contractum. Unde cum non majus ſit vinculum Epiſcopi ad Eccleſiam, quam electi, maxime cum fuerit confirmatus idem penitus, & non aliud juris obtinet in utroque. Sic ergo Epiſcoporum, ſic & electorum translatio, ceſſio, vel etiam depoſitio ſoli Romano Pontifici reſervatur, licet quod tantum eſt de Epiſcopis, olim non fuerit de electo expreſſum, propter ſimilitudinem manifeſtam, vel identitatem potius, de qua non poteſt aliquis ſubtiliter intuens dubitare, cum idem judicium de ſimilibus ſit habendum. Cum conſtent igitur ex præmiſſis, quod per electionem, & confirmationem ſis obligatus uxori, ſolutionem non quæras, ne dum forte quæris vivere ſibi ſoli, depoſita ſolicitudine paſtorali, cum ſervo pigro creditum tibi abſcondas in terra talentum, qui meruit à Domino reprehendi, quia pecuniam Domini ſui numulariis non commiſit, quam idem veniens ab illis reciperet cum uſura, unde, ablato ſibi talento, in exteriores tenebras tamquam ſervus inutilis viſus eſt à Domino mitti, qui ſervis talenta reportantibus duplicata, præcepit, ut in ipſius gaudium introirent, promittens ipſos conſtituere ſupra multa, quia fideles extiterant ſuper pauca. In ea ergo vocatione, qua vocatus es maneas, & Domini tui pecuniam non abſcondas, quia juxta Salomonis ſententiam, qui abſcondit frumentum maledicetur in populis, & illis beatitudo promittitur qui ſeminant ſuper aquas. Neque cauſeris nos te ad hanc Eccleſiam pauperculam, & parvam diœceſim deſtinaſſe, cum intentionis noſtræ non fuerit illi per te tantummodo providere, ſed totius potius Lombardiæ, quinimmo, & Eccleſiæ Generali, quam informare poteris tam exemplo vitæ, quam verbo doctrinæ, cum ſis vir potens in opere, & ſermone, retorquens os turturis ad aſtellas. Noli ergo negligere gratiam, ad quam fuiſti vocatus, ne ſpiritu extinguere videaris, ſed potius cum illo glorioſo Pontifice dicas: Domine ſi populo tuo ſum neceſſarius non recuſo laborem. Debitum enim charitatis expoſcit, ut is, qui Rachelem amplectitur, Liæ non refutet amplexus, quia illa licet ſit pulchra, hæc tamen eſt utilis propter gratiam filiorum, ſibi & aliis commodum adferens, & profectum. Licet enim Maria ſedens ſecus pedes Domini otium, Martæ ſatagentis circa plurima, miniſterio præferatur, non ideo putes quod Marta malam

A *partem elegerit, quæ circa plurima ſatagebat, quia Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea, quoniam illa ſit magis ſecura, iſta tamen magis fructifera, & licet illa ſit magis ſuavis, iſta tamen magis fructifera, & licet illa ſit magis ſuavis, iſta tamen magis utilis perhibetur, quamvis ſimul in unum, & contemplationis eſſe valeas, & actionis, legislatoris exemplo, qui nec aſcendebat in montem, ut ibi gloriam Domini cum majori cerneret libertate, nunc vero aſcendebat in caſtra, ut cum utilitate majori neceſſitatibus populi provideret. Nec autem propter hoc debes Eccleſiam illam deſerere, cum qua jam conjugium contraxiſti, quod te non ſperas ibidem, ſic aſſeris profecturum, quia plantationi, & rigationi ſuę potens eſt dare Dominus incrementum. Et ſi forte uſque quam, ſecundum tuam profeceris voluntatem, non tamen minorem potes expectare mercedem, quia Deus laborem remunerat, non profectum, juxta quod ſcriptum teſtatur, reddet Deus mercedem ſanctorum ſuorum labori, non profectui*

B *præmium repromittens; unde Apoſtolus non ſe profeciſſe plus omnibus glorioſus, ſed plus omnibus laboraſſe; ſed nec excuſare te debes propter Eccleſiæ paupertatem, quia ſemper eſt dives Chriſtiana paupertas, illud attendes, quod inquit Pſalmiſta, non vidi juſtum derelictam, nec ſemen ejus quærens panem. Non recolis verbum verbi dicentis in Evangelio: Nolite ſoliciti eſſe, dicentes, quid mãducabimus, aut quid bibemus, aut quo cooperiemus, hæc omnia gentes inquirunt, ſcit enim pater veſter, quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primum regnum Dei, & juſtitiam ejus, & hæc omnia adiicientur vobis. Ab iniquis autem redditibus, ſi quos Eccleſia tua percipere conſuevit, abſtinere poteris, imo debebis, eritque tibi apud Deum, & homines glorioſum, ſciturus pro certo, quod leva erit tibi ſub capite, ſi dextera fuerit in amplexu. Monemus igitur devotionem tuam, & exortamur in Domino, per Apoſtolica tibi ſcripta diſtricte præcipiendo mandantes, quatenus ad præfatam Eccleſiam rediens ſponſam tuam, circa ipſam,*

C *& populum tibi commiſſum, curam, & ſollicitudinem adhibeas diligentem, ut talentum tibi creditum Domino referens duplicatum, & illam jucundam vocem merearis audire: Euge ſerve bone, & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis intra in gaudia domini tui. Firmiter ſperans in Domino Jeſu Chriſto quod ipſe, qui tibi laboranti præſtabit affectum, ne tuus labor inutilis habeatur, effectum tribuet, & profectum.*

Datum Laterani 12. Kal. Novembris anno nono.

Paruit Petrus ſummi Pontificis mandato, & humiliter collum ſubmittens, ad propriam reverſus ſponſam, in Epiſcopum conſecratur, & veluti lucidiſſimum ſydus Eccleſiam ſuam, Provinciamque totam irradiavit. Juſſu ejuſdem Innocentii una cum Cathone Vercellenſi Epiſcopo, Gerardo Abbate Tileti Ordinis ſui Ciſtercienſis, poſtmodum Epiſcopo Novarienſi, & Cardinali Albanenſi, Albingaunenſem Eccleſiam Apoſtolici Viſitatoris, munus demandatum adimplevit eximie: pauloque poſt, hoc eſt anno 1209. Antiochenus Patriarcha in O-

D riente creatus, cujus mentio eſt in Epiſtolis Innocentii. Cœnobium S. Georgii de montana nigra, alias de Jubino prope Antiochiam, evocatis Monachis ſuis Ciſtercienſibus è monaſterio Firmitatis, Ordini tradidit an. 1214. ſequenti vero cum Lateranenſi Concilio intereſſe non poſſet, Vicarium ſuum Epiſcopum Antidienſem ad illud miſit, excuſatus ab Innocentio, cum Chriſtianæ Reipublicæ perneceſſarius eſſet in Oriente, in quo tandem meritis cumulatus, in fatis conceſſit anno 1217. Cujus meminit Angelus Manriquez tom. 1. Annal. Ciſtercienſium in Catalogo Abbatum Firmitatis, quem tamen pro Abbate ejus cœnobii non agnovit.



XXV 25 OBERTUS ex comitibus Coconatis creatus ann. 1309. Cujus intuitu Federicus II. Imp. Eporedienſi Eccleſiæ hoc aſſeruit privilegium anno 1219.

Federicas Secundus Divina favente clementia Rom. Rex ſemper Auguſt. & Rex Siciliæ in perpetuum.

B *Quia Eccleſiaſticis inſtitutis proficimus meritis Eccleſiis profectibus inſiſtimus. Cunctis igitur Deo, nobiſque nunc, & in poſterum militantibus pateat: nos pro animæ noſtræ ſalute futura recompenſatione Ipporedien. Eccleſiæ omnem ejuſdem civitatis diſtrictum, forum, theloneum, & omnem publicam functionem atque forinſecus virium circumcirca per tria milliaria teſtimonio, & auctoritate præſentis paginæ inſignitæ noſtræ majeſtatis ſigillo conceſſiſſe, donaſſe, tradidiſſe, confirmaſſe, & roboraſſe, atque ad habendum firmiter ſtatuiſſe cum curte una Romano dicta ſub titulo acquiſitionis ſibi pertinente, & altera Florano nominata cum omnibus earum pertinentiis, familiis, ſeu capiſtratitiis, ſucceſſionibus, bannis, & cæteris omnibus, quæ ad eum comitatum, ſea comitale pertinent, ſeu pertinere poſſent, & videlicet quatenus Obertus Venerabilis Epiſcopus, & præſens proviſor ejuſdem Eccleſiæ, & cuncti pro tempore ibidem locandi, prædictum diſtrictum, cum jam dictis curtibus, & publicis functionibus, pertinentiis, adjacentiis, omnibuſque aliis ſupradictis, habeant, teneant, firmiterque poſſideant, habeantque licentiam legales, ſeu duellares quæſtiones, & cauſas emerſatas univerſaliter, & generaliter enaminare, & diffinire ſeatentias, executioni mandare, rebelles, & contumaces ſua auctoritate bannire, & aliter pro ſua voluntate punire; firmiter inhibentes ne* C *perſona ulla magna, vel parva cujuſcumque dignitatis, vel conditionis, ſeu univerſitas inſultum in præſcriptam Ipporedienſem Eccleſiam, perſonas, vel res ejus facere præſumat, noſtra, noſtrorumque ſucceſſorum, & totius dignitatis ſeu officii hominum contradictione remota. Ad hæc regia auctoritate ſtatuimus, & ordinamus, ut nulla præſcriptio noceat, vel poſſit objici eidem Eccleſiæ, niſi quinquaginta annorum curiculis ſit munita. Si quis igitur hujuſmodi paginæ noſtra ſtatuta, & ordinata præſumpſerit violare, vel eis modo quolibet contraire mille marcharum argenti reus exiſtat: medietate nobis, alia medietate eidem Eccleſiæ perſolvenda. Hujus rei teſtes fuerunt* D *Archiepiſcopus Magnntinus, Archiepiſcopus Magdeburgenſis, Epiſcopus Vormacien. Epiſcopus Taurinen. Imperialis Aulæ Vicarius, Epiſcopus Novarienſis, Dux Saxoniæ, Dux Brabantiæ, Dux Navariæ, Marchio Montisferrati, Vamerius, & Philippus de Bullanda fratres, Anſelmus de Ruſtino Imperialis Aulæ Mareſcalcus, Ricardus . . . . Domini Regis Camerarius, & plures alii.*

Ego Conradus Spirenſis Epiſcopus Imperialis Aulæ Cancellarius vidi, & recognovi.

Datum apud Spiram 5. Kal. Martii anno ab Incarn. Domini noſtri Jeſu Chriſti 1219. indict. 7 feliciter.


Anno 1228. Obertus inveſtivit Bonifacium Montisferrati Marchionem quibuſdam oppidis, & juribus. Eodemque ſedente, ut in monumentis Aſten. Eccl. habetur, Henricus Præpoſitus Eccleſiæ S. Mariæ de Vezolano à Vicario Imperatoris caſtrũ quondam in feudum accepit: *Anno Dom. 1228. indict. 1.* A *ſeptima intrante Februario, quæ fuit dies dominica D. Vvinguerrus Vicarius & Capitaneus in Italia, & Lombardia ſpecialiter pro Domino Federico Dei gratia Imperatore noſtro cum nao enſe, quem ſuis manibus tenebat, prout melius, & de jure potuit inveſtivit D. Henricum Præpoſitum Eccleſiæ S. Mariæ de Vezolano, nomine ipſius Eccleſiæ de caſtro, & villa, ac poſſe Albugnani: & de omnibus, quæ ad ipſum caſtrum expectare videntur, nomine recti, & gentilis feudi, cum mero, & mixto Imperio, & gladii poteſtate, & plena ſignoria juſſu prædicti Imperatoris. Et pro hac inveſtitura dictus Præpoſitus fecit, & juravit fidelitatem Domino Imperatori, & ſucceſſoribus ſuis. Actum in civitate Aſtenſi in Eccleſia S. Secundi. Interfuerunt teſtes Bonifacius Marchio Montisferrati, & Thomas Marchio Salutiarum, & Giſinonus Comes de Lonello, & ego Ruccapellinenſis Notarius vocatus, & rogatus iis interfui, & hanc chartam mihi juſſam tradidi, & ſcripſi.*

B Hanc eccleſiam, ejuſque Præpoſitum olim Fridericus Primus privilegio munivit, & ſub ſua protectione recepit; præcepti exemplar non piget hic referre ex eodem tabulario Aſtenſis Eccleſiæ exſcriptum.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Sicut non falſo credimus inter homines, & in operibus fidelium ſemper charitas invenire poteſt aliquid quo creſcat, unde & ſalubres fructus animarum proveniant, & acceptabile Deo munus de theſauro bonæ conſcientiæ offeratur. Ea propter charitati univerſorum fidelium Italici Regni notum eſſe volumus, quod æternæ retributionis intuitu, & pia petitione venerabilis Andreæ Præpoſiti, locum ejus, qui Vezolanum dicitur, & ejuſdem loci eccleſiam in honorem B. Mariæ Virginis conſecratam, ipſum quoque Præpoſitum Andream, cæteros omnes fratres ejus, & filios, ſervos, & ancillas, & univerſam familiam ad prædictum locum pertinen. necnon, & poſſeſſiones ejuſdem eccleſiæ, quas juſte poſſedit & hodie poſſidet, & in poſterum legitime acquirere C *poterit ſub noſtram imperialem tuitionem recepimus. Pretereà quaſcumq; poſſeſſiones in Vercellen. vel Taurinen. vel Haſten. vel Yporienſi Epiſcopatu ſupradicta eccleſia juſte poſſidet, vel adhuc poſſeſſura eſt, cum aliis rebus, & poſſeſſionibus, ac reliquis utilitatibus auctoritate noſtra ſalva per omnia imperiali juſtitia, confirmamus præcipientes, & modis omnibus prohibentes, ut nullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, marchio, comes, vicecomes, civitas, capitaneus, ulla unquam perſona magna vel parva, poſſeſſiones prædictæ Eccleſiæ inquietare, diripere, vel in aliquo diminuere præſumat. Et nulla poteſtas fodrum aliquod, vel actionem aliquam de terris, vel hominibus ejuſdem loci exigere audeat, præter noſtram Imperialem majeſtatem. Si vero aliquis liber homo divina coactus inſpiratione de allodio ſuo, vel de rebus propriis aliquid eidem eccleſiæ conferre voluerit & vendere intenderit, ſalvo jure noſtro, liberam in hoc habeat facultatem. Quicumque autem hujus noſtri præcepti violator eſſe præſumpſerit, optimi* D *auri libras 100. ſe compoſiturum ſciat: medietatem cameræ noſtræ, & medietatem Præpoſito, & fratribus ſupramemoratæ eccleſiæ.*

Signum D. Friderici Romanorum Imp. invictiſſimi.



Ego Rainaldus ſacri Palatii Cancellarius recognovi.

Acta ſunt hæc an. Dominicæ incarnat. 1159. Indict. 7. regnante D. Friderico Roman. Imp. glorioſiſſimo, anno regni ejus 7. Imperii 4.

Data apud Ticinum prid. Id. Januarii.

26 CONRADUS ex dominis S. Sebaſtiani, & XXVI

comi-

comitibus Coconati ſucceſſit Oberto ann. 1242. Obiir anno 1247. A

XX VII. 27 JOANNES II. ex dominis Baroni, civis Eporedienſis, patriæ Epiſcopus fuit anno 1250. Homagium nonnullorum caſtrorum à Guillelmo Montisferrati Marchione recepit ann. 1257. Exceſſit vero ex hac mortali vita anno 1264.

XX VIII. 28 FRIDERICUS ex dominis Frontis, & comitibus S. Martini, Cathedralis Eccleſiæ Eporedienſis canonicus, à Capitulo in locum prædefuncti Joannis poſtulatur, ab Urbano IV. an. 1264. 4. Nonas Julii, ob defectum ætatis hujus Eccleſiæ adminiſtrator eligitur, poſt annos 19. à Martino IV. anno ſalutis 1284. 10. Kal. Octob. Epiſcopus ordinatur. Pedagia nonuulla Dominis Valleriæ conceſſit contra Marchionem Montisferrati, & Comitem Valpergiæ & S. Georgii. Cum comitibus S. Martini ſocietatem inivit, ac pro damnis Eccleſiæ ſuæ illatis ipſum Marchionem, & ejus ſequaces diris innodari ab Apoſt. ſede procuravit. Caſtrum Viſcarum Dominis Baroni permutationis titulo conceſſit. B Translatus eſt tandem ad Eccleſiam Ferrarienſem anno 1288. 2. Id. Febr. ex Reg. Vat. Ep. 339. fol. 76.



XXIX 29 Fr. ALBERTUS Gonzaga Mantuanus, ex Ordine Minorum, Friderico ſubrogatus eſt anno 1288. 2. Id. Febr. ita in Regeſt. Vatic. epiſt. 301. C fol. 92. ſcribit Hyppolytus Doneſmundus in p. p. Mantuanæ Eccleſiæ Hiſtoriæ, à Gregorio X. fuiſſe creatum Epiſcopum anno 1270. ſed fallitur: conſtat tamen ſub eo Pontifice floruiſſe, interfuiſſeque Lugdunenſi Concilio, antequam infula condecoraretur, ab eodemque fuiſſe legatum Conſtantinopolim ad Græcorum Imper. pro unione utriuſque Eccleſiæ ſancienda; deinde in partibus Longobardiæ ab Apoſtolica Sede miſſum, ut in illis partibus cujuſdam tumultus æſtum ſedaret, ac poſtea erga ſanctam Eccleſiam meritis plenum ad Epiſcopatum aſcendiſſe Eporediæ. Conſtruendum curavit monaſterium, eccleſiamque monialium S. Claræ anno 1291. confirmavit permutationem caſtri Viſcari à Friderico prædeceſſore habita cum dominis Baroni. Montis Alti caſtrum ſuæ Eccleſiæ Rogerio, fratribuſque de Stiria Eporedienſibus civibus in feudum conceſſit. Sedit ann. 33. laudatiſſime, deſunctus eſt Eporediæ ann. 1322. ſepultus in eccleſia S. Franciſci, ubi ejus tumulo D hæc duo carmina affixa leguntur:

Hic jacet Albertus Gonzaga, decus virorum,
Antiſtes Eporediæ, Ordinis atque Minorum,

XXX 30 UBERTUS anno 1322. Vicecomites Solarios ſub Eccleſiæ ſuæ protectione ſuſcepit.

XXXI. 31 PALAINUS de Advocatis, Vercellenſis civis, ex dominis Caſæ Novæ, Canonicus Parmenſis Eccleſiæ, hujus Eccleſiæ adlectus eſt Epiſcopus an. 1326. de quo mentio in lib. Proviſionum Prælat.

XX XII. 32 JACOBUS de Franciſco, Sabaudus, monachus, & Abbas Altæcumbæ Ordinis Ciſtercienſis, à Clemente VI. electus Epiſcopus eſt anno 1346. 12. Kal. Decembris ex Reg. Vatic. Unus fuit ex teſtamenti Margaritæ de Sabaudia Joannis Montisferrati Marchionis relictæ, executoribus: Vallem Montis Alti Amedeo Sabaudiæ comiti conceſſit ann. 1358. cui fidelitatis juramentum præſtitit pro caſtris Bezzoni, Caſtelletti, Spintini, & Montis Aſtruti. Obiitque anno eodem 1358. in ſuo Altæcumbæ monaſterio ſepultus. Ædificavit hoc cœnobium in diœceſi Gebennenſi anno 1135. Humbertus Sabaudiæ comes, ſepulchris ducum poſtea nobilitatum, cujus meminit S. Bernardus epiſtola 38. Ejuſdemque monaſterii Abbas fuit præterito ſeculo Alphonſus del Bene nobilis Florentinus, deinde Epiſcopus Albienſis in Gallia, qui de origine Ordinis Ciſtercienſi ſcripſit luculenter, aliaque edidit eruditiſſime ſui ingenii monumenta.

33 JOANNES Miſtralis ex Canonico Epiſcopus deligitur anno 1358. 10. Kal. Julii apud Regeſt. XX XIII. Vatic. epiſt. 29. fol. 31. Exceſſit anno 1360. cum nonnulla bona ſui Epiſcopatus Amedeo Comiti conceſſiſſet.

34 PETRUS Sabaudus, Joannis Cameræ domini filius, eadem ſede nobilitatus eſt anno 1360. XX XIV. Hujus mentio habetur in lib. Oblig. Prælat. Is comiti Amadeo caſtra Cheveroni, & Padoni vendidit anno 1364. ut è carceribus evaderet, quibus à quodam Rubino Tyranno detinebatur injuſte. Obiit 1373.

35 PETRUS Cundonus ann. 1373. XX XV.

36 PETRUS Chodus de Belcio Sabaudus Petro ſucceſſit anno 1390. Interfuit concordiæ initæ XX XVI. inter comites S. Martini, & Valpergiæ ann. 1391.

37 BONIFACIUS ex dominis Turri, & comitibus S. Martini, Thomæ filius, Abbas S. Stephani, XX XVII. Eporedienſis Epiſcopus electus eſt anno 1399. Epiſcopatu ſe abdicavit anno 1405. diuque poſtea ſupervixit.

38 Fr. AUGUSTINUS Ord. Heremitarum S. Auguſtini à Bonifacio IX. Epiſcopus effectus eſt anno 1405. XX XVIII de quo mentio in libris de diverſis formis ſub Alexandro V.

39 JACOBUM de Pomeriis Archipræsbyterum cathedralis Martinus V. ad hanc dignitatem aſſumpſit XX XIX. anno ab incarnatione 1417. 6. Id. Januarii, ut in lib. Prov. Prælatorum. Ejus mentio habetur inter pacta inita à Ludovico Pedemontii Principe, & Jacobo Titiono Creſcentini Domino an. 1437. fuitque Apoſtolicæ ſedis delegatus in reſtauratione xenodochii Rotundi montis Lauſanenſis diœceſis: eodemque anno è vivis exemptus eſt.

40 BONIFACIUS ſucceſſit Jacobo anno 1437. XL.

41 JOANNES ex dominis Parellæ, & comitibus S. Martini, cathedralis Præpoſitus, Epiſcopus XLI. delectus dicitur ann. 1437. Unus fuit ex electoribus Italicæ nationis in Baſileenſi Concilio quando Felix V. Pſeudo pontifex creatus eſt. Hic anno 1465. Eccleſiam S. Bernardini diſtrictioris obſervantiæ conſecravit, ut ibidem appoſita inſcriptio refert.

Reverendiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus Joannes de Perella ex comitibus S. Martini Epiſcopus Eporediæ, & comes, hanc Eccleſiam ſub titulo S. Bernardini Ordinis Minorum cum maximo honore, & ingenti populorum concurſu, ſumma etiam cunctorum lætitia, & exultatione conſecravit. Hæc acta ſunt anno D. M. CCCC. LXV. V. Idus Aprilis.

Epiſcopum Taurinenſem, & Abbatem Ripaltæ Ordinis Ciſtercienſis tamquam Apoſtolicæ Sedis delegatus de juribus certantes compoſuit anno 1466. Obiit vero anno 1479. jacet in limine majoris Eccleſiæ cum hac inſcriptione:

Joannes de Parella Epiſcopus Eporedienſis, & Comes, præfuit in Epiſcopatu XLII. Obiit M. CCCC. LXXIX. die VII. Aprilis, vixit annos LXXXII.

42 DOMINICUS, Manfredi filius, ex dominis Riparolii, & comitibus S. Martini, Monachus, XLII. & Abbas S. Benigni Fructuarienſis Ordinis S. Benedicti, celebris juris canonici interpres, creatur Epiſcopus anno 1480. Jolantis Sabaudiæ Ducīſſæ à conſiliis fuit; tres annos hanc adminiſtravit Eccleſiam: obiitque anno 1483.

43 NICOLAUS Gariliatus Gebenenſis hanc ſe- XLIII

Digitized by Google

dem aſſequutus eſt anno 1483. die 21. menſis Octobris. Primum lapidem benedixit in exædificatione Eccleſiæ S. Auguſtini, quam modo Capuccini fratres incolunt, dotavitque puerorum ſacellum in cathedrali. Sedit ad annum uſque 1499.



XLIV. 44 BONIFACIUS a Ferrerius ejuſdem Eccleſiæ renunciatus Epiſcopus eſt anno 1499 Quam ille Eccleſiam per plures anno adminiſtravit, annoque 1509. cum Vercellenſi illam commutavit, ex ceſſione Joannis Stephani Cardinalis, qui cum poſtea fato ceſſiſſet eodem anno, Bonifacius ad Eporedienſem rediit, ad quam regreſſum ſibi reſervaverat. Sub Leone X. Lateranenſi Concilio interfuit, ab eodemque Pontifice vocatus eſt ad purpuram 1517. cui Eporedienſis Cardinalis cognomen ſemper inhæſit. Hunc vero Epiſcopatum in Philibertum nepotem tranſfudit anno 1518. Poſtea exceſſit è vivis anno 1543. Quo ſedente Eporediæ ſui temporis virorum doctiſſimus fato ceſſit Andreas de Monte Lomenſi, Nicomediæ Epiſcopus, hujus Eccleſiæ ſuffraganeus, ſepultus ſub porticu cathedralis Eccleſiæ in magnifico tumulo, cum hoc epitaphio.

Rever. Andreas de Monte Comenſis, Epiſcopus Nicomedien. nobilis genere, & patria, ſummus Theologus, & Philoſophus. Qui de Republica Chriſtiana bene meritus, Calabriæ, Taurinique & demum inclyta in hac civitate multis annis Antiſtitis munus geſſit.

a De eo Ciaconius Oldoini t. 3. p. 331.

XLV. 45 JO: STEPHANUS b Ferrerius, Bonifacii frater anno, 1509. die 5. Novembris, ex Vercellenſi Epiſcopo, Præſul Eporedienſis evaſit ex ceſſione fratris. Eodemque anno defuncto, Bonifacius ſupramemoratus ſucceſſit ratione regreſſus, uſque ad annum 1518. de quo vide ſupra in Epiſcopis Vercellienſibus.

b De eo Ciaconius Oldoini t. 3. p. 201.

XLVI 46 PHILIBERTUS c Ferrerius, duorum ſupradictorum Cardinalium nepos, die I. exordientis Maji 1518. Eporedienſia adlectus fuit Epiſcopus. Quam ille Eccleſiam adeo cum laude prudentiæ adminiſtravit, ut Paulus III. tamquam virum egregium illum inter Purpuratos cooptavit ad S. Vitalis titulum, tulitque & ipſe cognomen Eporedienſis Cardinalis. Cæterum diu purpura haud lætatus eſt, ſiquidem eodem anno exceſſit è vivis 9. Kal. Sept. Hic frater fuit Petri Franciſci, patruuſque Vidonis S. R. E. Cardinalium.

c De eo idem Ciacon. tom. 3 p. 718.

XLVII 47 SEBASTIANUS Ferrerius, Philiberti primi marchionis Maſterani filius, Abbas S. Stephani Eporedienſis, ac S. Benigni Fructuarienſis, hujus Eccleſiæ Epiſcopus ordinatus eſt anno 1551.

XLVIII. 48 FERDINANDUS Ferrerius Sebaſtiani frater, in Abbatia Benignana primum ſucceſſit, deinde in Epiſcopatu anno 1563. die 11. Junii. Obiit 1580.

XLIX. 49 CÆSAR Ferrerius, Joannis Stephani Bugellenſis ex Dominis Burianæ filius, Abbas S. Stephani Eporediæ, ex Epiſcopo Savonenſi ad hanc Eccleſiam tranſlatus eſt anno 1581. die 13. Februarii. Vitam finivit anno 1612.

50 Fr. HENRICUS Silvius de Muzovic. Comeaſis diœceſis Aſtenſis civis, Ordinis Carmelitarum Prior Generalis, vir eruditione, doctrina, & pietate venerabilis, Pontificibus, Principibuſque charus, à Paulo V. Eporedienſis Epiſcopus deſtinatus anno 1612. Romæ mortalitatem explevit antequam inauguraretur die 14. Septembris ejuſdem anni; ſepultuſque eſt apud ſuos fratres: cujus vitam ſcripſit Franciſcus Voerſius, & Auctor Carmelitici decoris. L.



51 JOSEPH ex Marchionibus Cevæ, Cunienſis civis, Prior S. Benigni ejuſdem oppidi, eandem Epiſcopalem cathedram, conſcendit anno 1614. die 12. menſis Maji. Duas Synodos habuit. Epiſcopale Archivium igne deformatum inſtauravit, partem Epiſcopii ſuperiorem exornavit, in cujus aulam prædeceſſorum imagines pingi curavit. Obiit ann. 1633. die 21. Octobris, gratam apud poſteros de ſe reliquens memoriam. LI.

52 OCTAVIANUS d Aſinarius Aſtenſis, Octavii ex dominis Caſaſchi, & Montis Berſarii filius, Regularis clericus Barnabita. hujus Eccleſiæ Epiſcopus adlectus eſt ab Urbano VIII. Pont. Max. anno 1634. 25. Septemb. Primam diœceſanam ſynodum habuit 2. Septemb. 1637. Vivit eximia ſua virtute aliorum Præſulum exemplar futurus. LII.

d Octavius & citur à Aoſtertus in ſyllabo Script. Pedem. p. 433 ubi ſic et.

A D D I T I O.

(„ PHILIBERTUS *Millietus, Sabaudus ex „ Marchionibus Faverges. Canonicus Lateranenſis Regularis S. Auguſtini, Octavio Aſinario ſucceſſor datus, urbem ſolemniter ingreſſus eſt 24. Novemb. 1658. Obiit 15. Decemb. 1663.* LIII.

„ POMPEJUS *Valperga ex Valpergæ Comitibus hujus Eccleſiæ Epiſcopus adlectus eſt 1664. cujus anni die 10. Auguſti ſolemnem iniit ſedis ſuæ poſſeſſionem, quinquennio poſt deceſſit 12. Februarii 1669.* LIV.

„ HYACINTHUS *Truchius, Patritius Savilianenſis, Ordinis Prædicatorum deinde hanc Cathedram conſcendit an. 1669. quo die 25. Auguſti incredibili omnium gratulatione, expectatione, & plauſu in urbem exceptus eſt. Diutius gregem ſibi commiſſum laudabiliter gubernavit, fatoque raptus eſt die 7. Julii 1698.* LV.

„ ALEXANDER *Lambert, Sabaudus, Eporedienſis Epiſcopus deſignatus eſt eodem anno 1698. Exceſſit è vivis die 28. Septembris 1706. Atque exinde paſtoris ſolatio deſtitutam adhuc remanet hæc Eccleſia.*) LVI

FOSSANENSES
EPISCOPI.



FOSSANUM nupera civitas Epiſcopalis Pedemontanæ regionis, ſita eſt in via militari, qua Taurinum, & Montem Regalem itur, prope fluvium Sturiam, inter Albam Pompejam, Salutiumque, diſtatque à Taurinenſi Metropoli 24. millia paſſuum, paretque Sabaudis Ducibus, quam ad octo millia mortalium dicuntur incolere. Foſſanum ab uberrimis, ſaluberrimiſque fontibus in ejus paſſim territorio exorientibus, quaſi Fons ſanus appellatur. Cœlo gaudet ſaluberrimo, agro vero frumenti, atque omnis generis frugum fœcundiſſimo, ut propterea Foſſanum, horreum ſubalpinæ regionis cenſeatur. Civium plerique rei militari dediti, & ſacris militiis ex his adſcripti, multi etiam rei literariæ dant operam. Urbi imminet Arx quatuor turribus exurgens, Ducum aliquando diverticulum, munita eſt undique mœnibus ſatis firmis, quinque habet portas, & vias, ædeſque, ac porticus ſatis commodas, atque magnificas. Conditores habuit incolas Romanerii Rivicroſi, Villæ Miranæ Sarmatoris, & aliorum, qui, ſævientibus inter Eccleſiam, & Imperium bellis, imperante Federico II. everſis & ſolo æquatis patriis laribus, Foſſanum ampliarunt, & unum conſtituerunt peramplum, & nobile oppidum. Meminit ejuſdem fundationis, vel potius unionis inſcriptio ad portam civitatis poſita, quæ Sarmatoria nuncupatur.

In nomine Regis Regum, & Reginæ Cæleſtis & S. Georgii martyris Patroni noſtri fundatus locus Foſſani fuit, videlicet anno Domini M.CC.XXXVI. die vii. menſis Septemb. & ſub regimine Domini Manfredi Lanceæ Marchionis, & D. Beroldi de Nono facta fuit porta Sarmatoris de loco Foſſani. Petrus Franciſcus de Burgo S. Ioannis Anglevilacenſis conſilio Domini Iacobi Fontini Iudicis ſcripſit.

Illam Epiſcopali dignitate exornavit Clemens VIII. Pontifex Maximus anno 1592. die 15. menſis Aprilis, in cathedralem erecta Eccleſia S. Mariæ, ac S. Juvenalis, voluitque jus præſentandi ad Ducem Sabaudiæ ſpectare, quam redditibus dotavit. Cathedralis antiquæ, ſed elegantis architecturæ eſt, ubi præter Ss. corpora, Alverii, & Sebaſtiani martyrum Thebeæ Legionis, nec non B. Oddini illius Eccleſiæ Præpoſiti anno 1400. defuncti, S. Juvenalis Epiſcopi Narnienſis Divi tutelaris, plures Sanctorum reliquiæ conquieſcunt. Divino promovendo cultui 10. canonici ibi ſunt, duæque dignitates, Præpoſitura ſcilicet, & Pœnitentiaria cum aliquot capellanis, cleroq; promiſcuo. Domicilium Epiſcopale ſatis commodum, nec longe abeſt à Cathedrali. Sex regularium ibi monaſteria viſuntur, monialium unum Ordinis Ciſtercienſis, & aliud ejuſdem Ordinis ſacrarum virginum in finibus Foſſani ædificatum eſt, quod S. Petri al Gerbo dicitur. Duo xenodochia, aliquot ſecularium confraternitates, ac Mons Pietatis: Præpoſitus in Cathedrali curam animarum exercet, itque aliis tribus parochialibus eccleſiis à propriis parochis. Satis anguſta diœceſis eſt, quæ tantum ad undecim ſive pagos, ſive oppida dicitur continere. In univerſum autem in tota diœceſi Foſſanenſi cenſentur parochiales eccleſiæ 15. virorum cœnobia duo, monialium duo, ſacella campeſtria plura. Populus ubique catholicus, & pius, Paſtori ſuo, Principique obſequentiſſimus, Epiſcopalis cenſus 3000. Romanorum ſcutatorum eſt, taxa vero in libris Cameræ florenorum 333. Porro Breve erectionis hujus Cathedralis à Clemente VIII. datum eodem anno 1592. eodemque die ad populum Foſſanen. eſt tenoris ſequentis.

Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis populo civitatis, & diœceſis Foſſanen. ſal. & Apoſt. bened. Hodie ex certis cauſis oppidum Foſſani, olim Taurinen. diœceſis, ad omnipotentis Dei laudem, & gloriam, ac glorioſiſſ. ejus Virg. Mariæ, totiuſque Curiæ Cæleſtis honore, & fidei catholicæ exaltationem, ac Christi fidelium animarum ſalutem: civitatis titulo de fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſt. poteſtatis plenitudine, Apoſt. auctoritate perpetuo decoravimus, ipſumque oppidum in civitatem Foſſani nuncupandi, & eccleſiam S. Mariæ, & S. Juvenalis inibi exiſtentem in Cathedralem ſub eadem invocatione pro uno Epiſcopo Foſſanenſi nuncupando, qui illi præſit, ac juriſdictionem Epiſcopalem habeat, omniaque & ſingula, quæ ordinis, & juriſdictionis, ac cujuſcumque muneris Epiſcopalis ſunt exerceat, in ſpiritualibus & temporalibus, & pro tempore exiſtenti Archiepiſcopo Taurinen. jure Metropolitico ſubſit cum ſede, menſa Epiſcopali, arca, ſigillo, aliiſque honoribus, inſignitis, ac privilegiis, nec non juriſdictionibus Epiſcopalibus, immunitatibus, & gratiis, quibus aliæ Eccleſiæ Cathedrales, & earum Præſules de jure, ac conſuetudine, vel alias quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent ac uti, potiri, & gaudere poterint quomodolibet in futurum etiam perpetuo ereximus, & inſtituimus, prout in noſtris inde confectis literis plenius continetur. Quocirca univerſitatem veſtram monemus, & hortamur attente vobis per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus eundem Epiſcopum Foſſanen. futurum tamquam Patrem, & Paſtorem animarum veſtrarum devote ſuſcipientes, & debita honorificentia pertractantes ejus monitis, & mandatis humiliter intendatis. Ita quod ipſe futurus Epiſcopus in vobis devotos filios, & vos in eo per conſequens patrem benevolum inveniſſe gaudeatis.

Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo 17. Kal. Maji Pontificatus noſtri anno primo.

Ad Archiepiſcopum Taurinenſem, alias in hunc modum ſcripſit Clemens Epiſtolas, eidemque juri Metropolitano ſubjacit Foſſanenſem Eccleſiam.

Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Venerabili fratri, Archiepiſcopo Taurinen. ſalutem, & Apoſt. benedictionem. Ad cumulum tuæ cecidit ſalutis, & famæ perſonas Eccleſiaſticas præſertim Pontificali dignitate prædit. divinæ propitiationis intuitu opportuni præſidii, & favoris gratia proſequaris. Hodie ſiquidem ex certis cauſis oppidum Foſſani olim Taurinen. diœceſis ad omnipotentis Dei laudem, & gloriam, ac glorioſiſſimæ ejus Genitricis Virginis Mariæ, totiuſque curiæ cæleſtis honorem, & fidei Catholicæ exaltationem, ac Chriſti fidelium animarum ſalutem civitatis titulo, de fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Apoſtolica auctoritate decoravimus, ipſumque oppidum in civitatem Foſſanen. nuncupandam, & Eccleſiam Sanctæ Mariæ, ac ſancti Iuvenalis inibi exiſtentem in cathedralem Eccleſiam invocatione pro uno Epiſcopo Foſſanen. nuncupando, qui illi præſideat, ac juriſdictionem Epiſcopalem habeat, omniaque, & ſingula, quæ ordinis, & juriſdictionis, ac cujuſcumque alterius muneris Epiſcopalis ſunt, exerceat in ſpiritualibus, & temporalibus, & pro tempore exiſtenti Archiepiſcopo Taurinen. jure metropolitico ſubſit

cum

cum ſede, menſa Epiſcopali, area, ſigillo, aliiſque honoribus, inſignibus & privilegiis, & juriſdictionibus Epiſcopalibus, immunitatibus, & gratiis, quibus aliæ Eccleſiæ Cathedrales, & eorum præſules de jure, aut conſuetudine, vel alias quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, acuti, potirl, & gaudere poteruntiquomodolibet in futurum, etiam perpetuo ereximus & inſtituimus, prout in noſtris inde confectis litteris plenius continetur. Cum igitur, ut futurus Epiſcopus Foſſanenſis hujuſmodi in commiſſa ſibi prædictæ Eccleſiæ cura facilis proficere valeat, tuus favor ei fore noſcatur plurimum opportunus, fraternitatem tuam rogamus, & hortamur attente, quatenus eundem Epiſcopum futurum, & prædictam Eccleſiam ſibi commiſſum ſuffraganeum tuum, habeas pro noſtra, & ſedis Apoſtolicæ reverentia, propenſius commendatos in ampliandis, & conſervandis juribus ſuis, ſic eos tui favoris præſidio proſequaris, quod ipſe futurus Epiſcopus Foſſanenſis præ tuæ auxilium gratiæ ſe poſſit in commiſſo ſibi ejuſdem Eccleſiæ regimine utilius exercere, tuque divinam miſericordiam ac noſtram, & ejuſdem ſedis benedictionem, & gratiam exinde uberius conſequi merearis.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo, 17. Kal. Maji, Pontificatus noſtri anno primo.

Porro Epiſcopos qui hactenus, in hac ſede floruerunt, ex Actibus Conſiſtorialibus in ejuſmodi ſeriem digeſtos depromſimus.



I. *a Hujus meminit Roſſotus in Syllabo Script. Pedemontii.*

1 CAMILLUS Daddeus *a* de Monte Regali, Brugnatenſis antea Epiſcopus, ad hanc novam Cathedralem primus translatus eſt anno 1592. die 15. menſis Aprilis à Clemente VIII. Pontifice, ut ex ſequenti ad ipſum dato diplomate elicitur.

Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Venerabili fratri Camillo Epiſcopo Foſſanen.

ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Romani Pontificis, quem Paſtor ille Cæleſtis, & Epiſcopus animarum poteſtatis plenitudine ſibi tradita, Eccleſiæ prætulit univerſæ ſollicitudo requirit, ut circa ſtatum cujuslibet Eccleſiæ, ſic vigilanter excogitet, ſicque proſpiciat diligenter, ut pro ejus providentiæ circumſpectu, nunc per ſimplicis proviſionis officium, quandoque vero per miniſterium, ac omnimode prout perſonarum, locorum, & temporum qualitas exigit, & utilitas perſuadet, Eccleſiis ſingulis Paſtor accedat idoneus, & rector providus, qui populum ſuæ curæ creditum ſalubriter dirigat, & bona eccleſiis ſibi commiſſa non ſolum, gubernet utiliter, ſed etiam multis modis efferat incrementis. Sane Eccleſia Foſſanen. quam nos hodie ex collegiata S. Mariæ, & Sancti Juvenalis, tunc oppidi Foſſani Taurinenſis diœceſis, in Cathedralem Eccleſiam, ex certis rationabilibus cauſis mature perpenſis de venerabilium fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio, Apoſtolica auctoritate ereximus, ac juſpatronatus, & præſentandi infra ſex menſes perſonam idoneam ad ipſam Eccleſiam ſic in cathedralem erectam quomodocumque ipſam apud ſedem Apoſtolicam vacare contigerit, & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti in Epiſcopum, & Præſulem illius ad præſentationem hujuſmodi inſtituendum, dilecto filio nobili viro Carolo Emmanuelt

A *Sabaudiæ Duci, & moderno, ac pro tempore exiſtenti Pedemontium Principi ratione principatus Pedemontium de ſimili conſilio perpetuo reſervamus, & conceſſimus, prout in diverſis noſtris deſuper confectis litteris plenius continetur, ac prima vice hujus erectione hujuſmodi vacante, nos ad proviſionem ejuſdem Eccleſiæ Foſſanen. celerem, & felicem: ne Eccleſia ipſa Foſſanen. longa vacatione exponatur incommodis, paternis, & ſollicitis ſtudiis intendentes, poſt deliberationem quam de perficiendo eidem Eccleſiæ Foſſanen. perſonam utilem, & etiam fructuoſam cum fratribus noſtris habuimus diligentem. Demum ad te Epiſcopum nuper Brugnaten. (conſideratis graduum, & virtutum meritis, quibus perſonam tuam illarum largitor altiſſimus multipliciter inſignivit, & quod tu, qui Eccleſię Brugnaten hactenus laudabiliter pręfuiſti, eandem Eccleſiam Foſſanenſem ſcies, vales, & poteris, auctore Domino, ſalubriter regere, & feliciter gubernare) direximus oculos noſtræ mentis: Intendentes igitur tam eidem Eccleſiæ Foſſanen.*

B *gregi Dominico ſalubriter providere, & licet abſentem, quem præfatus Carolus Emanuel Dux, & princeps nobis adhoc ſuas litteras præſentavit, à vinculo, quo eidem Eccleſiæ Brugnaten. cui tunc præeras tenebaris, de fratrum eorundem conſilio, Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine abſolventes, te ad Eccleſiam Foſſanenſem hujuſmodi de ſimili conſilio Apoſtolica auctoritate transferimus, eidemque Eccleſiæ Foſſanen. in Epiſcopum præficimus, & Paſtorem, curam, & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ Foſſanen. tibi in ſpiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, liberamque tibi ad dictam Eccleſiam Foſſanenſem tranſeundi licentiam tribuendo, firma ſpe fiduciaque conceptis, quod dextera Domini tibi aſſiſtente propitia, dicta Eccleſia Foſſanen. ſub tuo felici regimine regetur utiliter, & proſpere dirigetur, ac grata in eiſdem ſpiritualibus, & temporalibus ſuſcipiat incrementa. Volumus autem antequam regimini, & adminiſtrationi dictæ Eccleſiæ Foſſanen. te in aliquo immiſceas, in manibus venerabilium fratrum noſtrorum Salutiarum, & Montis Regalis Epi-*

C *ſcoporum, ſeu alterius eorum fidelitatis debitæ ſolitum præſtes juramentum, juxta formam quam ſub bulla noſtra mittimus introcluſum, quibus, & eorum cuilibet per alias noſtras litteras mandamus quatenus ipſi, vel eorum alter à te noſtro, & dictæ Romanæ Eccleſiæ nomine fidelitatis debitæ ſolitum accipiant, ſeu recipiat hujuſmodi juramentum: quocirca fidelitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus tu ad prædictam Eccleſiam Foſſanen. cum gratia noſtræ benedictionis accedeas curam, & adminiſtrationem prædictas ſic exercere ſtudeas ſollicite, fideliter, & prudenter quod exinde ſperatos fructus proveniant, ac tuæ bonæ famæ odor ex tuis laudabilibus actionibus latius diffundatur, itaut Eccleſia Foſſanen. gubernatori provido, & fructuoſo adminiſtratori gaudeat eſſe commiſſa, tuque præter æternæ retributionis præmium, noſtram, & ſedis prædictæ benedictionem, & gratiam uberius conſequi merearis.*

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarn. Dom.

D *1592. XVII. Kalendas Maii Pontificatus noſtri anno 1.*

Eadem die Clemens, Camillum Epiſcopum commendavit Carolo Emanueli Duci in hæc verba.

Dilecto filio nobili viro Carolo Emanueli Sabaudiæ, & Pedemontium Duci.

Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Dilecte fili nobilis vir ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Gratiæ divinæ præmium, & humanæ laudis præconium acquiritur, ſi per ſæculares principes Eccleſiarum Pręlatis præſertim Pontificali dignitate præditis opportuni favoris præſidium, & honor debitus impendatur. Hodie ſiquidem venerab. fratrem noſtrum Camillum Foſſanen. nuper Brugnaten. Epiſcopum à vinculo, quo Eccleſiæ Brugnaten. cui tunc præerat, tenebatur, de fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, abſolventes ipſum ad Eccleſiam Foſſanen. quam nos etiam hodie ex collegiata Eccleſia ſub invocatione ſanctæ Mariæ, &

S. Juvenalis tunc oppidi Foſſani, Taurinen. diœceſ. in cathedralem Eccleſiam ex certis rationabilibus cauſis mature perpenſis de eorundem fratrum conſilio perpetuo ereximus, ac pro nova erectione bujuſmodi vacantem de ſimili conſilio per alias noſtras litteras tranſtulimus, ipſumque illi in Epiſcopum præfecimus, & Paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ Foſſanen. ſibi in ſpiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, prout in ſingulis litteris plenius continetur. Cum itaque dilecte fili, ſit virtutis opus Dei miniſtros benigno favore proſequi, ac eoſdem verbis, & operibus pro Regis æterni gloria venerari, nobilitatem tuam rogamus, & hortamur, quatenus eundem Camillum Epiſcopum, & prædictam Eccleſiam ſuæ curæ commiſſam habeas pro noſtra, & Apoſtol. Sedis reverentia propenſius Commendatum in ampliandis, & conſervandis juribus ſuis, ſic eos benigni favoris auxilio, proſequeris, quod ipſe Camillus Epiſcopus tuæ nobilitatis fultus præſidio in commiſſo ſibi curæ paſtoralis officio poſſit Deo propitio proſperari, ac tibi exinde à Deo perennis vitæ præmium, & à nobis condigna proveniat actio gratiarum.

Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarn. Dom. 1592. 17. Kal. Maji, Pont. noſtri anno 1.

Camillus vero rebus bene conſtitutis ſynodum celebravit, ſtatuta ſaluberrima ad bene, & optime eccleſiaſticam diſciplinam ſtatuendam evulgavit, præfuitque ann. 9. Deceſſit vero 1600. 9. Kal. Octob. ſepultus in cathedrali.

II. 2 PETRUS de Leone Hiſpanus, Sacræ Theologiæ doctor clariſſimus, Ducibuſque Sabaudiæ optime charus, & Catharinæ Auſtriacæ Sabaudiæ Duciſſæ à Sacris confeſſionibus, Epiſcopus Foſſanenſis effectus eſt ann. 1602. die 4. menſis Maji. Sub Paulo V. anno 1606. in Hiſpania defunctus eſt.

III. 3 THOMAS Piolatus *a* à Liburno Montisferrati, ex Canonico Regulare Lateranenſe die 18. Julii an. 1605. Epiſcopus Paphenſis, & Petri coadjutor cum futura ſucceſſione in Eccleſia Foſſanenſi pronunciatus eſt à Paulo V. ſucceſſitque deinde Petro præmortuo an. 1606. Qui per aliquot annos præfuit cum laude prudentiæ. Deceſſit autem anno 1620. 18. Kal. *b* Octobris ſepultus in Cathedrali.

a De quo agitur in Lyceo Lateranen. t. 2. p. 134. Mondov.

b 18 Kal. Decemb.

IV. 4 AGAFFINUS Salarius *c*, ex comitibus Morettæ, cathedralis eccleſiæ Præpoſitus, Cardinalis à Sabaudia Auditor, & equitum SS. Mauritii, & Lazari Commendatarius, quartus Epiſcopus Foſſanenſis pronunciatus eſt à Gregorio XV. an. 1621. die 29. menſis Martii. Defunctus eſt 14. Kal. Julii anno 1625. cum translatus eſſet ad Eccleſiam Salutiarum, cujus tamen poſſeſſionem nondum fuerat adeptus. Jacet in cathedrali.

c De eo Roſſottus in Syllabo Script. Pedem. & Mondoſius in Bibl. Equeſtri.

V. 5 FEDERICUS Sandrius *d* Trottus Foſſanenſis, Joſeph equitis SS. Mauritii, & Lazari filius, perpetuus Commendatarius S. Petri de Vaſco apud Montem Regalem, ab Urbano VIII. ad hanc eandem ſedem promotus eſt die 20. menſis Decembris 1627. die 6. Febr. 1628. Urbem ſolemni ritu ingreſſus, Theologalem præbendam in cathedrale erexit: Seminarium Clericorum inſtituit, ſacrarium ſacra ſupellectili nobilitavit: Synodum habuit, ac boni paſtoris officio functus, deceſſit anno 1646. die 3. Novemb. Cujus Præſulatus tempore pie obiit venerabilis Angelica Veronica Bava Monialis Cœnobii s. Catharinæ Ordinis Ciſtercienſis anno 1637. die 3. s. Reſurrectionis, vitæ ſanctimonia inſignis Chriſti ancilla, cujus vitam conſcripſit Joannes Nigrus Canonicus, & Vicarius Generalis Eccleſiæ Foſſanenſis.

d De hoc citatus Roſſottus, Mondoſ.

VI. 6 Fr. NICOLAUS Dalmatius de Aviglianа, Ord. Heremitarum s. Auguſtini Congregationis Longobardiæ, olim Prior s. Mariæ de Populo in Urbe, petente Sereniſſima Sabaudiæ Duciſſa, Foſſanen. Epiſcopus pronunciatus eſt ab Innocentio X. Pont. Max. die 25. Novemb. anno 1648. pauloque poſt conſecratus, poſſeſſionem iniit, proque ſuæ Eccleſiæ decore, & commodo multa peragere pergit.

ADDITIO.

(„ Anno 1651. menſe Aprili maxima quidem ſolemnitate, & Eccleſiaſtica pompa Dalmaticus benedixit, jecitque primum lapidem pro fundatione Eccleſiæ Congregationis Oratorii in domibus, in quibus nati fuerant Juvenalis, & Jo: Matthæus ab Ancina, duo illi Oratorii Romani heroes, quorum primus maxima ſanctitatis opinione Salutiarum Præſul obiit; & vere quidem felici omine, dum illico ne dum templum materiale, ſed etiam ſpirituale novæ illius Congregationis adolevit miro diœceſeos emolumento. Diu poſtea non ſupervixit Nicolaus, intempeſtiva morte præreptus an. 1653.

„ CLEMENS *Aſcanius Sandrius Trotti nobilis Foſſanenſis, ad patriam ſedem ſublectus eſt die 8. Julii 1658. quam laudabiliter occupavit ad annum 1675. die 20. Aprilis defunctus.* VII.

„ OCTAVIANUS *à Ruvere, nobilis Aſtenſis, Clericus Regularis Barnabita, & S. Theologiæ Lector, olim Præpoſitus Collegiorum Taurinenſis, & Aſtenſis Ordinis ſui, ex Curato Parochialis Eccleſiæ S. Dalmatii Taurinen. Foſſanenſis Epiſcopus renunciatus eſt die 17. Junii 1675. Biennio poſt deceſſit menſe Octobri 1677.* VIII.

„ MAURITIUS *Bertoni, nobis Taurinenſis, è Congregatione Clericorum Regularium de Somaſcha, Sacræ Theologiæ Profeſſor, & divini verbi egregius præco, dum annum ætatis ſuæ 40. ageret, Foſſanenſem Eccleſiam regendam ſuſcepit, Sereniſſimo Sabaudiæ Duce illum proponente, die 28. Martii 1678.)* IX.

MONTIS REGALIS EPISCOPI.



MONTIS REGALIS Civitas, quam corrupto vocabulo, Mondovi, vulgus appellat, nova eſt in Pedemontana regione ſita, 25. à mare Liguſtico milliario: poſt Mediolanum à Friderico I. Imp. everſum, & pacem Conſtantiæ initam, à finitimis populis condita in Monte, ubi Apenninus, & Alpes coeunt, medio inter mare Liguſticum loco, & Inſubriæ planitiem, Pado flumine irrigata. Mons Regalis dicta ab amœniſſimo, & feraciſſimo colle, ſupra cujus dorſum forum civitatis conſtructum eſt: reliqua ſita inter Sturiam, & Tanarum ad illorum montium radices, per quos ex Pedemontana regione ad Savonenſem tractum facilius aditus patet. Primum qui eam incoluere, Inſubri, & Liguri viri fortes, ac induſtrii. Tres enim trium oppidorum, Vici, Caraſſoni, & Guaſchi populi ad eam ædificandam convenere, qui ut à bellicis incurſionibus, quibus per id tempus pars illa Italiæ infeſta tenebatur, tutiores forent, novas ſedes in Monte loci natura municiſſimo, ſitus amœnitate, & ſalubritate aeris inſignis velut caſtra firmiſſima ſtatuerunt. Et ſi autem ob præclaras ædes, quas eo in loco ad leniendos æſtivos ardores Caraſſoni regulus habebat, Mons regalis dicebatur, tamen ab Vicanis, qui novæ Urbis con-

ſtru-

ſtructionem armis viginti prope annis prohibuerant
niſi in ſocietatem adducerentur, Mons Vici appel-
latum oppidum fuit; cui poſtea ædificiis, & civibus
aucto Urbanus VI. Pontifex Maximus, & novum
civitatis titulum adjunxit, & priſtinum Montis
Regalis nomen reſtituit; hinc duplicis nominis cau-
ſa, cum latine Mons Regalis, Italicè Mons Vici
dicatur. Nobilior civitatis pars Mons ipſius am-
plum ſatis cacumen occupat, reliqua ad Montis ra-
dicem quingentis à ſuperiore paſſibus abeſt procul,
ut viſentibus quatuor Urbium, iiſdem mœnibus ſe-
ptarum ſpecie offerat ſeſe. Quæ Orientem aſpicit
Solem amœniſſimos habet colles vineis refertos,
quæ ſuaviſſima edunt vina: à Meridie Apennini
dorſum attollitur caſtaneis, & paſcuis ad homi-
num, pecudumque uſum abundans: ab Occiden-
te, & Septentrione circumfuſa patet planities,
cujus arva Elleris amnis aquis hortorum inſtar irri-
gua, fœcunda frumenti, & prata virentia, ex qui-
bus fœni ingens copia. Hanc civitatem Epiſcopali
dignitate nobilitavit Urbanus idem VI. anno 1388.
ſexto Idus Junii, in gratiam Theodori Montisfer-
rati Marchionis, tunc temporis loci Domini, &
Mediolanenſi Archiepiſcopo ſuffragari voluit, cum
antea Aſtenſis diœceſis eſſet, primuſque Epiſcopus
fuit Damianus. Alexander V. ann. 1409. diœce-
ſim deſignavit. Eugenius IV. ann. 1435. eandem
diſtincte ab aliis diſterminavit, eidemque Nicolaus
V. anno 1450. nobilem S. Dalmatii Benedictini
Ordinis Abbatiam annexuit, quæ prope Sturam
ſita erat, ubi priſcis temporibus vetuſtiſſima Pedo-
na civitas ſteterat, hodie Burgum vocitata. Leo X.
anno 1515. novæ Metropolitanæ Taurinenſi hanc
ſuffraganeam Eccleſiam eſſe voluit. Cathedralis
Baſilica nova, & eleganti ſtructura in editiore mon-
tis parte excitata ab Amadeo Romagnano Epiſco-
po circa annum Domini 1500. Verum anno 1573.
occupata eſt, & comprehenſa intra ambitum no-
væ arcis à Principe erectæ. Itaque Gregorio XIII.
Pontifice probante, in cathedralem erecta eſt ec-
cleſia S. Donato Epiſcopo, & martyri ſacra, quæ
olim erat Franciſcanorum fratrum, inſignis ſtru-
cturæ, in parte civitatis celebriori. Hic ex anti-
qua traditione aſſervatur corpus S. Bernulphi Epi-
ſcopi, & martyris, quod theca argentea incluſum
feria ſecunda Dominicæ Reſurrectionis anniver-
ſaria, ac ſolemni ſupplicatione per civitatem de-
fertur. Sunt ibidem aliæ pretioſæ reliquiæ, & præ-
ſertim de ligno Crucis, ac numiſma unum ex iis,
quæ in Lateranenſis Patriarchii ruinis reperta Six-
tus Papa V. benedixit. Sacris in hac Baſilica mini-
ſtrantium numerus ſupra quinquaginta. In primis
ſunt Canonici decem, è quibus quatuor eminent
dignitate: Archidiaconus ſecundus ab Epiſcopo,
Archipresbyter, Præpoſitus, & Cantor, e reli-
quis unus eſt Theologus, alter Pœnitentiarius ex
officio. His accedunt capellani 16. & clerici ſemi-
narii alumni 24. In civitate præter Cathedralem
ſunt quinque aliæ eccleſiæ parochiales, Virorum
cœnobia quinque, ſanctimonialium tria, laico-
rum ſodalitates quatuor, Mons Pietatis, animæ-
que fidelium intra mœnia degentium fere undecim
mille. Extra urbem ad mille paſſus Imago eſt Bea-
tiſſimæ Virginis Mariæ, ubi multis ab hinc annis
multa mirabilia operatus eſt Dominus: unde ma-
gna populorum frequentia celebratur, cujus eccle-
ſiam, clauſtrumque complent Ciſtercienſes Mona-
chi Congregationis S. Bernardi, quorum aliquan-
do Abbas noſter doctus Philippus Malabayla, il-
lius ſanctiſſimæ domus ſcripſit hiſtoriam. Diœceſis
nec ampla, neque exigua eſt, habet enim confi-
nes diœceſes, Aſtenſem, Albenſem, Taurinen-
ſem, Foſſanenſem, Nicienſem, ac Albintimilien-
ſem. Patet in longitudinem milliaria 22. in latitu-
dinem paulo minus; ſunt in ea oppida, & caſtra
33. Inter nobiliora cenſetur Oppidum Cunei, civi-
tatis jure, ac nomine à Principe donatum, tres ha-
bens parochiales, duo virorum monaſteria, &
duo monialium, & montem Pietatis, & Benæ,

A Joannis Boteri viri doctiſſimi natalibus clarum. In
tota hac diœceſi continentur parochiales eccleſiæ
37. Religioſorum cœnobia 5. inter quæ unum Car-
thuſianorum in valle Piſii; ſacrarum vero Virginum
duo, hoſpitales ædes, quæ quidem commodæ, ſunt
octo, laicorum diſciplinatorum ſodalitia 36. præ-
ter ſocietates Corporis Chriſti, Roſarii, & Con-
ceptionis B. Virginis, quæ ſunt in ſingulis locis.
Fidelium animarum totam diœceſ. incolentium fe-
re ſexaginta quinque millia, piæ ac catholicæ, ſuo-
que ſereniſſimo Principi Sabaudiæ Duci fideliſſi-
mæ. Epiſcopalem menſam duorum millium quin-
gentorum ſcutatorum cenſus alit, taxaturque in
libris cameræ 300. floren. Hanc illuſtravit Eccle-
ſiam Pius V. Pontifex Maximus, ex hoc Epiſco-
patu ad ſummum evectus Pontificatum, cui ſucceſ-
ſit Vincentius Laurus Cardinalis doctiſſimus vir,
qui eam vaſis argenteis, ac pretioſa ſupellectili ad
divinum cultum neceſſaria ſatis copioſe ornarunt.
Epiſcoporum ſeriem nobis ſcribentibus acta Conſi-
B ſtorialia ſubminiſtrarunt, quam antequam exhibea-
mus, Epiſcopatus erectionis diploma Urbani VI.
ab Archivio hujus Eccleſiæ deſumptum in medium
proferemus.

Urbanus &c.

*Salvator noſter, cujus nutui cuncta ſubſerviunt, in
agro hujus mundi meſſem multam, & operariorum ra-
ritatem attendens, Dominum meſſis rogandum, ut in
illam operarios mitteret, cenſuit. Et ipſe idem exi-
gens mane veluti Pater familias diligens horis variis
operarios in vineam ſuam miſit. Romanus itaque
Pontifex, qui ſicut eodem Domino diſponente Vica-
rius ejus in terris eſſe dignoſcitur, & ſic & ipſius acti-
bus in quantum ſinit humana fragilitas ſe conforma-
re tenetur, ubi ſuper excreſcere meſſem, populi vi-
delicet multitudinem, viderit, operarios debet op-
portunos adjicere, & juxta Propheticum verbum,
augere cuſtodiam, locare cuſtodes, & cultores idoneos
in Dominicam vineam deſtinare. Cum igitur in ter-
ra de Monte Vico, quæ uſque in præſentem diem fuit
C Aſtenſis Diœceſis, adeo ſic, ut ipſa facti notorietas
manifeſtat, benedicente Domino creverit populi mul-
titudo, ut terra ipſa perſonarum numeroſitate, &
aliis Domini benedictionibus ultra civitates quam
plures ſit fœcunda. Accedit etiam, quod cum Eccleſia
Aſten. latam & diffuſam diœceſim habeat, in qua præ-
ter ipſam terram, in qua civitate Aſtenſi degit, po-
pulus numeroſus, in tanta perſonarum multitudine
ſingulorum vultus apte nequit unicus Paſtor inſpice-
re, aut alias partes boni Paſtoris implere; eſtque o-
neroſum atque difficile in tam lata, & diffuſa Diœce-
ſi ad unum tantum & tot perſonis eccleſiaſticis, &
mundanis recurſus haberi. Nos præmiſſa, attenta
meditatione penſantes, & pro meſſis, populi videli-
cet, multitudine, operariorum utilium numerum
augere volentes: ex quibuſdam aliis etiam rationa-
bilibus ſuadentibus cauſis, ex certa noſtra ſcientia
de fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitu-
dine poteſtatis, ad Dei laudem, & gloriam, & exal-
tationem Eccleſiæ ſanctæ ſuæ, divini cultus augu-
D mentum, fideliumque ſalutem, terram prædictam
cum parte ejuſdem diœceſis, quam quidem partem
certis diſtingui limitibus fecimus cum omnibus per-
ſonis eccleſiaſticis, & ſecularibus degentibus, ac re-
bus exiſtentibus in ejuſdem terræ parte ab omni ju-
riſdictione, poteſtate, & ſubjectione Epiſcopi pro
tempore exiſtentis, & dilectorum filiorum Capituli
Aſtenſis, & ejuſdem Aſtenſis Eccleſiæ prorſus eximi-
mus, & perpetuo liberamus, ipſamque terram in ci-
vitatem erigimus, & civitatis titulo, & inſigniis
decoramus, eamque in memoriam indelebilem eo-
rum, quæ circa id hac in parte geruntur, civitatem
Montis Regalis perpetuis futuris temporibus volu-
mus nuncupari; & ſuper Collegiatam Eccleſiam S.
Donati in hujuſmodi nova civitate ſitam, in Cathe-
dralem Eccleſiam ſimiliter erigimus & conſtituimus
de conſilio, & poteſtate prædictis, ſponſum pro-
prium, & idoneum, Deo auctore, per Apoſtolicæ
Sedis providentiam habituram, cui ſponſus ipſe

Præſit pariter, atque præſit: ſtatuentes, ac de ipſis concilio, & poteſtate decernentes, ut in hujuſmodi Eccleſia de novo in Cathedralem erecta, totidem ſub ejuſdem nominibus, ac in dicta Aſtenſi Eccleſia dignitates exiſtunt, nec non decem Canonicorum Capitulum facientium numerus, quorum aliqui, ſinguli videlicet ſingulas ex ejuſdem dignitatibus ipſius Eccleſiæ Montis Regalis obtineant, perpetuis temporibus, habeantur. Cæterum de conſilio & poteſtate prædictis ſtatuimus, & etiam ordinamus, quod perſonæ tam Eccleſiaſticæ quam ſeculares in eiſdem nova civitate, & parte degentes præſentes, & poſteræ quemadmodum Epiſcopo & Capitulo, & Eccleſiæ Aſtenſi præfatis in ſpiritualibus coniunctim, vel ſemoſim teneantur obedire, & ſint ordinario jure ſubjecti. Adhæc omnia & ſingula, poſſeſſiones, & bona, ac jura quæ in dicta civitate Montis Regalis, & partem ad Epiſcopalem menſam, nec non ad præfatos Capitulum, & Eccleſiam Aſtenſem uſque modo coniunctim, vel diviſim pertinuerunt, etiamſi feudalia, & emphiteotica, cenſualia, vel huiuſmodi quæcumque, quotcunque fuerint, & in quibuſcumque conſiſtant, quæ per loca, & vocabula, confines, qualitates, quantitates, & valorem ipſorum habere volumus præſentibus pro expreſſis, & ſufficienter ſpecificatis cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, ab eiſdem menſa, & capitulo, & Eccleſia Aſtenſi præſentium tenore ſubtrahimus & omni modo ſeparamus, illaque omnia, & ſingula cum dictis juribus, & pertinentiis quemadmodum ad menſam, capitulum, & Eccleſiam Aſtenſem prædictos uſque nunc communiter, vel diviſim pertinuerunt. Ita Epiſcopali menſæ, & dicto Capitulo, & Eccleſiæ Montis Regalis communiter, & diviſim applicamus, & in eorum dote volumus computari; in Eccleſia quoque Montis Regalis divina præfata peragantur officia iuxta ritum, modum, & conſuetudinem ibidem hactenus uſitatos. Demum volumus, & de ipſis conſilio, & poteſtate mandamus, quod ſi fructus, redditus, proventus, poſſeſſionum, bonorum ab eiſdem menſa, Capitulo, & Eccleſia Aſtenſi ſubtractorum, & menſæ, capitulo & Eccleſiæ Montis Regalis præfatis applicatorum per nos, ut præfertur, nec non poſſeſſionum & bonorum, quæ dicta Eccleſia in Cathedralem erecta in præſentiarum canonice poſſidet, non tantum forſan ſecundum communem exiſtimationem valerent annuatim, quod ex illis dictus Epiſcopus ſexcentos, & ſingulis ex prædictis decem Canonicis, ſingulos quinquaginta florenos auri ſingulis annis percipere poſſent, dilecti filii commune Montis Regalis civitatis ſupradictæ de bonis eorum eiſdem Epiſcopo, & Canonicis, id quod ex dictis florenorum ſummis deeſſet, anno quolibet tandiu ſupplere donec dicti commune alias poſſeſſiones, & bona, de quibus huiuſmodi ſuppletio ſufficienter fieri poſſit, propriis ſumptibus juſtis titulis acquiſierint, ipſiſque Epiſcopo Montis Regalis, domos pulchras, & honeſtas in loco honeſto, & congruo ſitas, in quibus ipſe Epiſcopus, ſuique ſucceſſores Epiſcopi Montis Regalis, qui pro tempore fuerint, cum eorum familia congrue pro dignitatis Pontificalis decentia habitare valeant, tradere ex iure proprio & in perpetuum. Et hac vice duntaxat ſuis expenſis Epiſcopo Montis Regalis de novo creando, de mitra, annulo, & baculo paſtorali, calice, libris cæteriſque indigentiis & neceſſariis ad ornamentum Pontificalis dignitatis, & ipſius eccleſiæ erectæ in cathedralem requiſitis providere. Et quia dictus epiſcopus Aſtenſis ad exercitium iuriſdictionis temporalis ad ſe pro tunc in huiuſmodi nova civitate pertinentis conſueverat deputare unum Vicarium, cui ratione huiuſmodi Vicariatus officii trecentos, & quinquaginta florenos auri annuatim ſolvere tenebatur, Vicario quem ipſe Epiſcopus Montis Regalis de novo creandus, & ſui in perpetuum ſucceſſores ad exercitium iuriſdictionis huiuſmodi deputaverint, ſimiliter 350. florenos auri ſingulis annis de propriis ipſorum communis bonis perſolvere, prout etiam præfati commune voluerunt, & ad id per eorum Ambaſciatorem, & Syndacum ſe ſponte obtulerunt, & efficaciter obligaverunt, omnimode teneantur, ipſeque Epiſcopus, & eccleſia Montis Regalis, ac ſucceſſores ab huiuſmodi ſolutione ſalarii dicti Vicarii in perpetuum ſint penitus liberati, & quod omnia privilegia, jura, & bona dictæ eccleſiæ S. Donati qualitercunque conceſſa, & in quorum poſſeſſione pacifica in præſentiarum canonice exiſtit eidem permaneant illibata, non obſtante quod dicta Eccleſia in Cathedralem, ut præmittitur ſit erecta. Deinde vero auctoritate Apoſtolica approbantes, & ratificantes omnia, & ſingula geſta firmata, & conceſſa, ordinata, & conventa conjunctim, vel diviſim inter dilectos fratres noſtros Nicolaum tit. S. Ciriaci, & Petrum tit. S. Anaſtaſiæ presbyteros, & Franciſcum S. Euſtachii diac. Cardinales ex commiſſione eiſdem per nos facta vivæ vocis oraculo nomine Romanæ Eccleſiæ ex una parte, & Syndacum communis Montis Regalis ex altera parte, non obſtantibus aliquibus expreſſis in contrarium facientibus, quæ huic confirmationi nihil habeant in aliquo derogare, volentes prædicta geſta, ordinata, firmata, conceſſa perpetuis temporibus duratura, & efficaciter obſervari, ac ſi præſenti forent privilegio declarata, patentibus de præmiſſis publicis documentis. Volumus inſuper quod Epiſcopus, qui pro tempore fuerit, Eccleſia, & Capitulum Montis Regalis prædicti, prout, & quemadmodum præfati Epiſcopus, Capitulum, & Eccleſia Aſtenſis ſubſunt Archiepiſcopo pro tempore exiſtenti, & Eccleſiæ Mediolanenſi Metropolitano jure ſubſint. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ exemptionis, liberationis, erectionis, decorationis, ſtatuti, conſuetudinis, ordinationis, ſubtractionis, ſeparationis, applicationis, mandati, voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Peruſii 6. Idus Junii Pontificatus noſtri anno undecimo.

ADDITIO.

(„Numerus Canonicorum, qui in hac Montis „ Regalis Cathedrali ſacris operantur, denarium „ excedit: ſunt etenim quatuordecim, quos inter „ quatuor dignitates ab Ughello recenſitæ, & utraq; „ Præbenda. Archipresbytero incumbit animarum „ cura, quæ eidem Cathedrali adhæret: eamque „ per Vicarium amovibilem exercet. Præter Canonicos „ autem divinis interſunt Cathedralis officiis „ duodecim Capellani, & 24. Seminarii clerici. Excepta „ Cathedrali quinque præterea in urbe exiſtunt „ Parochiales Eccleſiæ, Virorum cœnobia decem, „ ſcilicet Conventualium S. Franciſci, Minorum „ Obſervantium, Carmelitarum Excalceatorum, „ Prædicatorum, Capucciaorum, Auguſtinianorum, „ duo Jeſuitarum, Clericorum Infirmis miniſtrantium, „ & ſecularium Presbyterorum s. Philippi „ Nerii. Sacrarum Virginum quatuor, totidemque „ Laicorum Confraternitates, Xenodochia „ tria, montes Pietatis duæ, & Clericorum Seminarium. „ Inter nobiliora Diœceſis oppida eminent „ Cuneum, & Bena. *Cuneum tres habet Parochiales „ Eccleſias, inter quas inſignis Collegiata B. „ Virginis, decem Canonicis Cappam geſtantibus, „ & ex his tribus dignitatibus Archipresbytero, Præpoſito, „ & Priore exornata, tres virorum Conventus, „ totidemque Sanctimonialium, & Pietatis „ montem. Bena quoque inſigni Collegiata decoratur, „ in qua decem Canonici, & in his tres dignitates „ Archipresbyter, Præpoſitus, & Cantor, & „ duobus Religioſorum Aſceteriis. Totius diœceſis „ Parochiales Eccleſiæ ſunt omninò 54. Menſæ Epiſcopalis „ redditus 4. millium ſcutorum ſummam „ attingunt.]*

I. 1 Fr. DAMIANUS Zavalia, *a* Januenſis, ex Ord. Præd. Theologus, & verbi Dei celebris concionator, dignus viſus eſt Urbano VI. Pontifici, ut novæ Eccleſiæ Epiſcopus conſecraretur. Creatus itaque Epiſcopus anno 1388. die 8. Junii, omnem

a De eo Oldoinus in Athen. Liguſt. Mundij.

cona-

conatum adhibuit, ut novam ſponſam optimis eccleſiaſticis legibus inſtitueret. Hunc autem pluribus, gravibuſque litibus implicuit Aſtenſis Præſul, quæ ex vaga incertaque diœceſi ſubinde ad faſtidium emergebat. Per aliquot annos ſibi creditam adminiſtravit Eccleſiam. Patres Dominicanos ſuos in civitatem introduxit, populoſque factionibus deſertantes compeſcuit, deceſſitque non ſine ſingularis probitatis opinione anno 1404. jacet in Cathedrali.

II. 2 JOANNES de Solio Januenſis ſucceſſit Damiano anno 1404. Piſano Concilio interfuit, ubi Alexander V. evaſit ad ſedem, à quo demum obtinuit, ut præſcripta, notaque meta ſuæ diœceſis definiretur. Exceſſit anno 1413.

III. 3 FRANCISCUS, alias Franciſchinus Fauzonus, nobili familia Montis Regalenſis patre Theobaldo natus, monachus Ord. S. Benedicti, Joanni ſubrogatus eſt anno 1414. 8. Id. Septembris Joan. XXIII. ſedente. Patriæ ſedi præſuit ad annum uſque 1429. Obiit vero die 22. Novembris, ſepultuſque fuit in Cathedrali.

IV. 4 GUIDO de Ripa, ſive de Rape, Canonicus Regularis S. Auguſtini, utriuſque legis doctor à Martino V. aſcitus eſt Epiſcopus an. 1429. 15. Kal. Junii, brevi mora hanc adminiſtravit Eccleſiam, ſive fato functus, ſive ad aliam translatus Eccleſiam, quod ipſum liber Proviſionum Prelatorum non prodit, ſed tantum ſucceſſoris narrat electionem inſecuto menſe Auguſto ejuſdem anni.

V. 5 PERCEVALLUS de Balma nobilis Sabaudus, ad eandem ſedem promotus eſt die 22. Auguſti ann. 1429. Præfuit ad decem annos, deinde translatus eſt ad Eccleſiam Bellicenſem 1438. fuitque in Baſileenſi Concilio, ubi Felix V. Antipapa renunciatus eſt. Eoque moderante hanc Eccleſiam Eugenius IV. anno 1435. Montis Regalenſis diœceſim, quod Alexander V. conceperat, ſuo diplomate ſtabilivit, quod his verbis conceptum eſt.

Eugenius &c.

S. Stephani Vercellenſis, S. Petri Savigliani Taurinen. diœc. Abbatibus & Cantori Eccleſiæ Taurinen. ſal. & Apoſt. benedictionem. Dudum Urbanus 6. villam ſeu terram Montis Vici Aſten. diœceſis ex certa ſcientia de fratrum ſuorum Cardinalium conſilio, & poteſtatis plenitudine cum omnibus perſonis & rebus ab omni juriſdictione Epiſcopi, & Eccleſiæ Aſten. prorſus perpetuo liberavit. Et inſuper bo. me. Damiano Epiſcopo Montis Regalis, de cujus perſona idem Urbanus prædictæ Eccleſiæ Montis Reg. in Cathedralem erectæ providerat, liberam adminiſtrationem etiam in ſpiritualibus, & temporalibus, ac juriſdictionibus, cum dignitatibus, ac juriſdictionibus quibuslibet terris, villis, caſtris, exiſtentibus in partibus Pedemontium inter Flavium Tanagri, & Eſtruriæ, tum villis Baſtitæ, Fegiloni, & Rochæ Ciglieri dictæ diœc. nec non in eis omnimodam poteſtatem, & balyam conjunctim, & diviſim, cum omnibus ſuis dependentibus, emergentibus & connexis quantam, & qualem aliquibus temporibus habuerunt Epiſcopi Aſtenſes, quouſque diœ. dictæ civitatis Montis Regalis per eundem ſedem limitata fuit, prout in ipſius Urbani deſuper confectis literis plenius continetur. Et licet fel. recor. Martinus Papa V. illam per ſuas certi tenoris literas nonnullis in eis executionibus deputatis fieri commiſiſſet, ipſi autem, ſive inhibita pro parte venerab. fratris Percevallis Epiſcopi Montis Regal. petitio continebat, limitationem ipſam non fecerunt. Nos igitur attendentes fore debitum, ut Paſtor ſuas oves, & illæ ſuum Paſtorem agnoſcant, de præmiſſis certam notitiam non habentes, diſcretioni veſtræ per Apoſt. ſcripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint vocandi, vel duo, aut unus veſtrum ad dictas civitatem, & diœceſim Montis Regal. aliaque loca ubi opportunum fuerit vos transferentes, ſuper præmiſſis omnibus ac ſingulis, circumſtantiis univerſis auctoritate noſtra informetis diligenter, & ſi per informationem hujuſmodi ita eſſe reperieritis, ſuper quos veſtras conſcientias oneramus, eaſdem partes inter flumina prædicta cum omnibus & ſingulis in eis exiſtentibus Baſtita Cigliarii, & Rocca Cigliarii, nec non villis eorumdem caſtris, locis, eccleſiis, monaſteriis & aliis locis eccleſiaſticis, prælatis, & perſonis eccleſiaſticis utriuſque ſexus cum omni juriſdictione ordinaria, quam in eis, & eorum ſingulis Epiſcopus & Capitulum Aſten. prædicti habebant, ſeu habere poſſent, ceſſantibus præmiſſis ab eodem diœc. Aſten. in perpetuum ſubtrahatis, perpetuamque diœceſim eccleſiæ & Epiſcopi Montis Reg. prædictorum conſtituatis, deputetis, ac eis aſſignetis. Nec non cum omnibus villis, caſtris, eccleſiis, monaſteriis, locis, & perſonis memoratis ab omni lege diœceſana, & juriſdictione ſpirituali, & temporali Epiſcopi, & Capituli Aſten. prædictorum, eximatis, & liberetis, legique & juriſdictioni prout, & quemadmodum ad eoſdem Epiſcopum, & Capitulum Aſten. communiter, vel diviſim præmiſſis ceſſantibus, quomodolibet pertineret, aut pertinere poſſent Epiſcopo pro tempore exiſten. & Capitulo Montis Reg. ſubiiciatis, & concedatis. Et quæ omnia Eccleſiæ, nec non Archiepiſcopo Mediolanen. jure metropolitico ſubjecta ſunt uti prius remaneant. Nos ſic vobis omnia quæ in præmiſſis, & circa neceſſaria fuerint, vel opportuna faciendi, & exercendi plenam ac liberam auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus facultatem. Non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis, & privilegiis dictæ eccleſiæ Aſten. per Apoſtolicam ſedem alias opportune conceſſis illumque juramento &c. ſeu ſi Epiſcopo &c. à dicta ſede ſit indulta &c. Contradictores &c.

Datum Florentiæ anno Incarnat. Dominicæ 1435. 10. Kal. Septemb. Pontif. noſtri anno 5.

6 AYMERICUM Segaudum de Cheuretis, Luxionenſem Gallum, Ordinis S. Antonii & Præpoſitum Landenſem, virum magni conſilii, & doctrinæ, Epiſcopum antea Bellicenſem, Eugenius IV. tranſtulit ad hanc Eccleſiam anno 1438. 4. Kal. Decembris. Hic Concilio Florentino interfuit ab Eugenio celebrato. Deinde partes Felicis V. Antipapæ adhæſit, ſecutuſque eſt, donec ille uſurpati Pontificatus inſulas remiſit. Lites compoſuit, quas cum dominis S. Albani exercuerat. Anno 1450. cum Jacobo à Valpergia Maaini comite pacem iniit inter Ludovicum Sabaudiæ, & Franciſcum Sfortiam Mediolani Duces, eoque ſedente Abbatia S. Dalmatii Epiſcopali menſæ unita fuit. Exceſſit pene capularis ſenex anno 1470. Sepultus in Eccleſia S. Antonii Viennenſis. Hujus non meminit inter Bellicenſes Epiſcopos Claudius Robertus. VI.

7 ANTONIUS de Fliſco Januenſis, ex comitibus Lavaniæ, hujus Eccleſiæ obtinuit thronum à Sixto IV. anno 1471. Obiit vero 1484. VII.

8 ANTONIUS Campionus Sabaudus, Senatus Taurinenſis Præſes, magnuſque Sabaudiæ Cancellarius, Sabaudis Principibus charus & non ſemel ab iiſdem legatus ad Principes, demortuaque ſua uxore, ex qua Io. Urbanum, & Io. Franciſcum ſuſceperat, factus clericus, & Prothonotarius Apoſtolicus in Epiſcopatu Montis Regalenſis ſucceſſit Fliſco anno 1484. 6. Kal. Decembris. Multis, precioſiſque donariis ſuam Cathedralem nobilitavit; recepitque à Gentile Aretino Epiſcopo partem manus S. Donati Epiſcopi, & martyris, quam ſolemni pompa in eadem ſua Cathedrali collocavit populis venerandam. Apud omnes hic Præſul maxime gratioſus fuit, translatuſque eſt ad Gebennenſem Epiſcopatum anno 1490. die 5. menſis Novembris. VIII.

9 HIERONYMUS Calagranus civis Foſſanenſis alias Gybo, in ea quippe familia fuerat adſcriptus ab Innocentio VIII. Pont. Max. à quo ex Prothonotario Apoſtolico, intimoque, Cubiculario eadem dignitate nobilitatus eſt anno 1490. die 5. menſis Novembris. Baſilicæ Vaticanæ capituli quibuſdam de cauſis ab eodem Pontifice delegatus anno 1492. Hanc rexit Eccleſiam annos ſeptem, IX.

obiitque anno 1497. Sepultus in Cathedrali.

X. 10 AMADEUS ex marchionibus Romagnani, Antonii primi comitis Polenſii ex Philipperia Barbavaria filius, Brexiæ Comitatus Præſes, magnus Sabaudiæ Cancellarius, Abbas S. Solutoris, & canonicus Taurinenſis, ex Prothonotario Apoſtolico, Montis Regalis Epiſcopus renunciatus eſt anno 1497. die 13. menſis Septembris; Philippi Ducis Sabaudiæ nomine eodem anno fidelitatis ſacramentum à vaſſallis nobilibus Pedemontanæ Provinciæ recepit. Obiit vero anno 1509. jacet Taurini prope genitoris ſepulchrum in cathedrali ubi hoc legitur epitaphium.

Olim Allobrogici Ducis Sereni
Cancellarius inſuperque Montis
Regalis, placidus, pius, benignus
Antiſtes, miſeris ſalus, levamen,
Romagnana genitus domo vetuſta,
Hic ingens Amedeus ille carpit
O Lector placidam ſenex quietem
Antonius Romagnanus pientiſſimus eidem
Amedeo, qui vixit anno LXXVIII. & obiit
M.D.IX. xvi. Kal. Aprilis.
H. M. P.

XI. 11 CAROLUS Roſarius, nobilis Aſtenſis, Montis Regalenſibus divinum jus dixit, electus anno 1509. die 28. menſis Martii. Sub Julio II. Lateranenſi Concilio interfuit anno 1512. Quo ipſo anno cum eſſet urbis Gubernator, vir egregius fato functus eſt Auguſto menſe, ibidem ſepultus non ſine Pontificis Maximi dolore, & cæterorum mœrore, ob ejus nobiles animi dotes.

XII. 12 LAURENTIUS de Fliſco Januenſis ex Comitibus Lavaniæ, Brugnatenſis, mox Auſculanus in Piceno Epiſcopus, ad hanc Montis Regalis Eccleſiam translatus eſt anno 1512. Succeſſit Roſario etiam in Romanæ Urbis adminiſtratione, functuſque eſt Bononienſi prolegatione, aliiſque muneribus in Eccleſiaſtica juriſdictione. Vir egregius nobilitate, rerumque geſtarum memoria clarus, parumque fortunatus deceſſit Bononiæ anno 1519. Januam translatus, ibidem ſepultus in nobili, magnificoque ſacello ab ipſo conſtructo hoc habente epitaphium.

Laurentius Fl. tres egit Epiſcopatus, Bononiam, Peruſiam, & Romam juſtiſſime rexit; Genuenſem Clerum laudabili inſtituto ad Dei cultum frequentem reddidit, immunitatibus auxit; monumentum hoc cum munifico cœtu conſtituit, eleemoſynis perpetuis virginum nuptiis dedicavit, Bononiæ tertio Gubernator. Obiit an. ætatis ſuæ LIV. Ex eo quod mortale fuerat inferius pientiſſime condidit. Stephanus Fliſcus M.D. XIX. v. Non. Martii.

Hic Cathedralem Montis Regalis conſecravit, quam Amedeus anteceſſor à fundamentis eædificaverat, de quo Fridericus de Fridericis in deſcriptione Fliſchæ familiæ, aliique de eo perhonorifice loquuntur & ſcribunt.

XIII. 13 OTHOBONUS de Fliſco, Laurentii nepos, ex coadjutore cum futura ſucceſſione, ſub Leone X. patruo ſucceſſit anno 1519. die 7. menſis Februarii. Januæ in patria defunctus eſt, dum ad ſuam regendam Eccleſiam properaret anno 1522. ubi jacet apud patruum anteceſſorem.

XIV. 14 URBANUS de Molano ad eandem ſedem ſubvectus eſt anno 1523. die 19. menſis Januarii. Deceſſit menſe Majo ejuſdem anni, ut habent acta Conciſtorialia.

XV. 15 CAROLUS de Camera, Ludovici comitis, & Margaritæ Bolonienſis comitiſſæ filius, Philippi Cardinalis de Camera germanus frater, Epiſcopalem hujus civitatis dignitatem obtinuit anno 1523. die 11. menſis Maii. Vir quidem nobilitate generis, pietate, ac doctrina illuſtris, hanc rexit Eccleſiam ad annum uſque 1548. eamque libere reſignavit. Quo Præſule, Clemens VII. Pontifex Max. Trinitatis Præpoſituram Cathedralis Eccleſiæ Ca-

A pitulo perpetuo univit anno 1527. Ipſe vero valedixit huic mortali ſeculo anno ſalutis noſtræ 1551.

16 BARTHOLOMÆUS de piperis Salutienſis, vir doctus, & eruditus, Verzolii Præpoſitus, Cubicularius Apoſtolicus, Abbas Straphardæ, Caſæ novæ, ac Villarii S. Conſtantii, aliiſque auctus eccleſiaſticis dignitatibus à Paulo III. ad eundem Epiſcopatum Montis Regalis Eccleſiæ in ſuarum virtutum intuitu aſſumptus eſt 1548. die 6. menſis Aprilis. Præfuit annos duodecim, Romæque exceſſit è vivis 1559. Sepultuſque eſt apud S. Catharinam, ut vocant, de Funariis, ante lateralem portam, ubi à pauperibus illius Monaſterii puellis, quas inſtituerat hæredes in marmorea tabula hoc ſequens epitaphium poſitum legitur. XVI.

D. O. M.


Bartholomæo Piperi Salutiano, Epiſcopo Montis Regalis, qui cum animo eſſet in pauperes propenſiſſimo, ſuorum bonorum parte hujus Sodalitii dotandis virginibus legata
B *atque in reliquum ejuſdem hæredibus inſtitutis, ætatis ſuæ anno LXIV. moritur die xvii. Junii M.D.LIX. Sodales viro integerrimo, ac benemerenti fieri fecere.*



17 Fr. MICHAEL a de Oliſlerii Cardinalis XVII
G Alexandrinus, ex ordine Prædicatorum. Is ille qui poſtea ſub nomine Pii V. Apoſtolicam evexit ad ſedem 1566. à Nepeſina, Sutrinaque ſede ad hanc demum translatus eſt anno 1560. die 27. menſis Martii; ad quam cum ſe contuliſſet, ſingularis probitatis editis exemplis, illam pie, ſancteque rexit. Si quando autem contigiſſet abeſſe, per Suffraganeum Hieronymum Ferragatum virum impigrum adminiſtravit. Hujus ſanctiſſimi, ac memorandi Pontificis plures meminerunt in hiſtoriis, vitamque ſcripſere. Hos poteris conſulere Lector, ne hic cogamur impari calamo tanti Pontificis præclariſſime geſta extenuare.

a De eo Ciaconius Oldoini 3. pag. 958. & ſequ. pag. 989.

D



18 VINCENTIUS Laureus b de Traſcia, genere Calaber, natus anno 1523. 5. Kal. Aprilis ex Antonello, Raymundaque Milartia: cum perſpicaciſſimæ indolis eſſet, literiſque tum græcis, tum latinis nobiliter fuiſſet excultus, tres in ſe artes graviſſimas, ac præclariſſimas ad miraculum conciliavit, Philoſophiam ſcilicet, Theologiam, ac Medicinam; ex quarum commendatione apud Cardinales Pariſium, Gaddium, Turnonem, Eſtenſem, maxime gratioſus evaſit. Pio autem V. qui Vincen- XVIII

b De eo Ciaconius Oldoini t. 4. p. 59. & Auctarius Biblioth. Neapol. Toppii, Manuſc.

tium

A tium maxime diligebat, maximo uſui fuit. Primum omnium Montis Regalenſem Eccleſiam ſuam Lauro collatam voluit an. 1566. Eundemque Nuntium legavit ad Emanuelem Philibertum Sabaudiæ Ducem, indeque ad Mariam Scotiæ Reginam, ac ſi diu vixiſſet, illum etiam purpura cumulaſſet. Sed quod Pius morte præventus non potuit, præſtitit Gregorius XIII. qui Laurum Polonica Legatione ad Sigiſmundum, Henricumque Valeſium. cui poſtea Galliæ Regnum obvenit, egregie, ac fideliſſime functum, Cardinalem creavit, ac Scotiæ Protectorem. Romam reverſus, haud oblitus eſt Eccleſiæ ſibi commiſſæ, modo enim abſens, modo præſens, illam ſanctiſſime adminiſtravit. Romæ demum deceſſit anno 1592. Fratreſque infirmorum adminiſtros, quos vocant de ſporta, hæredes inſtituit, qui apud S. Clementem, cujus titulo fuerat inſignitus, ibidemque tumulatus, hoc epitaphium gratitudinis ergo exculpendum curarunt.

D. O. M.

B *Hic jacet Vincentius Laureus tit. S. Clementis, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis Montis Regalis nuncupatus. Obiit decimoſeptimo Kal. Januarii M. D. XCII. Religio Miniſtrantium infirmis hæres optime de ſe merenti ex teſtamento poſuit.*

Lauri vitam perſcripſit Ruggerius Tritonius, inque ejus laudem prolixum edidit elogium Petramellarius; ejuſdemque meminit Ciaconius, Victorelluſque plura ab illis mutuatus, tum & Gabutius honorifice in Pii V. vita, Zanchinus Lainez lib. 7. nu. 84. in Jeſuitarum hiſtoriis, aliique quamplures.

,, *Vincentius è Regali genere illorum Principum*
,, *Nortmannorum, qui ob Comitatum s. Severini,*
,, *quem in Regno Neapolitano obtinuerunt, de s. Se-*
,, *verino cognominati, eadem de cauſa deinde de*
,, *Tricarico, de Murtorano, de Sancto Blaſio, nec*
,, *non de Lauro dicti fuerant; ex hac igitur laurea*
C ,, *progenie, quæ propter diutinam in Bruttiis feudo-*
,, *rum poſſeſſionem, Amanthea nobili urbe, ac regia*
,, *domicilium habuit, & habet, ortus eſt Vincentius*
,, *anno 1523. 5. Kal. Apr. patre Antonello ejuſdem*
,, *civitatis Patritio, matre verò Raymunda Millta-*
,, *reſia primaria item fœmina Conſentina. Neapolim*
,, *primùm, Patavium deindè ſtudiorum cauſa con-*
,, *tendit. Antè vigeſimum ſuæ ætatis annum, qui-*
,, *bus omnibus operam dederat facultatibus, & de*
,, *quibus mira quidem memoria loquebatur, ſcribe-*
,, *bat, & dictitabat, lauream publico plauſu adeptus*
,, *eſt. Petri Pauli Pariſii primum familiaris fuit,*
,, *mox Nicolai Gaddi, poſt Franciſci Tournonii, ac*
,, *demum Hippolyti Atestini inclyti nominis Cardi-*
,, *nalium. Singularis quippè doctrina, mira in re-*
,, *bus agendis dexteritas, ipſaque oris majeſtas gra-*
,, *tiam Principum, amorem ſingulorum, ipſorum*
,, *etiam hoſtium reverentiam illi conciliarat, itaut*
,, *Calviniani erroris quamplures aſſeclæ per unum*
,, *Vincentium tunc in Galliis cum Cardinali Ateſtino*
D ,, *degentem Catholicæ fidei ſe reſtitutos profiteren-*
,, *tur. Antonio Navarræ Regi, qui illum ſummope-*
,, *re expetiverat, adhæſit, nonniſi tamen graviſſi-*
,, *morum Virorum hortatu, atque adeò præcepto.*
,, *Profuit & quidem Chriſtianæ Reipublicæ Vincen-*
,, *tii obedientia, ſuis quippè monitis, aſſiduiſque*
,, *ſuaſionibus Antonius Navarræ Rex ea ſancti pro-*
,, *poſiti tenacitate publicè Catholicam Religionem*
,, *profeſſus eſt, ut à ſuis Intimis, vel Conſanguineis,*
,, *vel illis, qui à Conſiliis illi erant, aut verè Aca-*
,, *tholicis, aut de quorum fide ſuſpicio, ſeſe non mo-*
,, *dò ſejunxerit (regnandi quamvis ratio contra-*
,, *rium ſuaderet) ſed Orthodoxam, quam amplexus*
,, *fuerat fidem, vel proprii ſanguinis effuſione ſe*
,, *aſſerturum eſſe teſtatus eſt. Pila deindè tormento*
,, *exploſa in prælio cum Hæreticis, cùm grave vul-*
,, *nus Rex accepiſſet, animamque jam ageret, ad ul-*
,, *timum uſque vitæ ſpiritum ſacris eccleſiæ ritè mu-*
,, *nita adfuit illi Vincentius. Pius V. Pont. Max.,*
,, *qui de eximia Vincentii in Theologicis doctrina ju-*
,, *dicium dederat, ſolitus quippe dicere illum D.*
,, *Thomæ Aquinatis volumina, non ſolum diligen-*
,, *ter evolviſſe, ſed memoria quoque comprehendiſſe,*
,, *illi confeſtim Montis Regalis in Subalpinis Eccle-*
,, *ſiam, cui ipſemet diu præfuerat, detulit. Medi-*
,, *tanti tamen gregem ſuum inviſere, alium Ponti-*
,, *fex, communi totius Eccleſiæ bono, demandat*
,, *provinciam; ſiquidem ad Mariam Scotorum Re-*
,, *ginam nuncium legavit. Cum vero irritam tanti*
,, *Nuncii expeditionem Hæreticorum perfidia reddi-*
,, *diſſet, montem Regalem petit, Epiſcopale mu-*
,, *nus eo animorum ſibi commiſſorum ſtudio aggredi-*
,, *tur, quod profecto Pii Pontificis ſucceſſorem de-*
,, *ceret. Brevi tamen mora interpoſita, illum ite-*
,, *rum Pontifex Nuncium ad Emmanuelem Phili-*
,, *bertum Sabaudiæ Ducem deſtinat, à quo Hæreti-*
,, *corum exilium ab univerſi Ducis ejuſdem ditione*
,, *impetravit. A Gregorio XIII qui Pio ſucceſſerat,*
,, *ad Sigiſmundum Poloniæ Regem Nuncius renun-*
,, *ciatus eſt. Hoc autem defuncto, atque Henrico*
,, *Valeſio ad idem Regnum evecto, in Galliam profi-*
,, *ciſcitur, ut novo Regi Pontificis nomine gratula-*
,, *retur. Henricum deinde Poloniam petentem ſecu-*
,, *tus eſt, ac ſacerdotali authoritate prohibuit, ne*
,, *Conventiones quaſdam Hæreticis profuturas au-*
,, *thoritate ſua firmaret, nihili faciens Primorum*
,, *odia inde ſeceſſura. Cum vero Henricus Galliæ Re-*
,, *gnum, quod illi fratris morte obvenerat, Poloniæ*
,, *prætuliſſet, author Vincentius optimatibus Polo-*
,, *niæ fuit, ut in Comitiis pro novo Rege habendis*
,, *eum ſibi in Regem deligerent, qui Catholicæ Re-*
,, *ligioni ſtuderet in primis, atque optimum factu ſi-*
,, *bi viſum, ſi id dignitatis vel Maximiliano Auſtria-*
,, *co, vel ejuſdem filio Herneſto conferrent. Cum ve-*
,, *rò in Stephanum Bathoreum electorum ſuffragia*
,, *coiſſent, ad hunc in Poloniæ Regem inauguratum à*
,, *Pontifice iterum immittitur, apud quem adeo gratia*
,, *polluit, & authoritate, ut Sacroſancta Tridentina*
,, *Synodus nulla exceptione, vel limitatione in tota*
,, *Polonia recepta fuerit. Sic unius Vincentii indu-*
,, *ſtria Catholica religio, cujus dilatationis ſtudio*
,, *ſemper exarſerat, propagata, & Apoſtolicæ Se-*
,, *dis authoritas in Polonia plurimum aucta fuit. Ro-*
,, *mam revocatus arduo ſane, ac difficillimo operi,*
,, *anni ſcilicet correctioni ſæpius, & fruſtra tentatæ*
,, *præficitur, ſuoque ſtudio, ac cura intra paucos dies*
,, *perfecta eſt. Novis deinde de cauſis ad Carolum*
,, *Emmanuelem Philiberti filium Sabaudiæ Ducem*
,, *pro Italica pace ferienda legatur, & ab eodem Gre-*
,, *gorio XIII ibidem degens Cardinalis renunciatur,*
,, *ſacrumque de more Pileum à Pontifice tranſmiſ-*
,, *ſum Taurini ipſiuſmet Caroli Emmanuelis Ducis*
,, *manu accepit. Romam reverſus in Congregationi-*
,, *bus Cardinalium rogatus aperte, ſinceréque ſem-*
,, *per ſententiam dixit, Deo, non hominibus place-*
,, *re malens. Scotiæ protector à Sixto V. declaratus,*
,, *poſt hujus mortem Pontifex in Comitiis utique re-*
,, *nunciatus fuiſſet, niſi illi ipſi, qui ei plurimum de-*
,, *bebant, obſtitiſſent. Ab illa tamen ſuprema digni-*
,, *tate alienus ſemper fuit, de ſe quippe humiliter,*
,, *demiſſeque ſentiebat. Injurias ſibi par æquo ſem-*
,, *per animo tulit, ac beneficiis penſavit. Erga ami-*
,, *cos, hoſpites, ac domeſticos magnificentiſſime ſe*
,, *geſſit. In pauperes vero opem ſuam implorantes*
,, *quam qui maxime munificus, tandem ſeptuagena-*
,, *rius cum in morbum ultimum incidiſſet, animam*
,, *illico ſacra Confeſſione expiatam Sacratiſſimo Eu-*
,, *chariſtiæ Sacramento recreavit. Accifis quam-*
,, *quam viribus ſpiritum jam exhalare videretur,*
,, *nullo pacto à medicis ſuaderi potuit, quominus è*
,, *lectulo ſurgeret, veſtibuſque Cardinalitiis indu-*
,, *tus familiare Sacellum, non ſemel, ſed bis pete-*
,, *ret, ubi ad Altare genibus nixus cunctantem præ-*
,, *ſtolatus eſt Sacerdotem ſibi ſacram adferentem da-*
,, *pem, eoque animi ardore Deum veneratus, ut non*
,, *jam in terris, ſed inter Cœlites degere videretur.*
,, *Scripſit deinde hæredes Clericos Regulares Infir-*
,, *mis miniſtrantes, quorum primus in urbe prote-*

,, *ctor, imo alter conditor, in ſua titulari D. Clementis æde, quam multis beneficentiæ ſignis proſecutus fuerat, abſque ulla pompa humari præcepit, dictato etiam in perpetuum ſuæ modeſtiæ argumentum Elogio, quod ſepulchro adhuc inciſum extat.*

,, Hic jacet Vincentius Laureus tit. S. Clementis, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis Montisregalis nuncupatus.

,, *Pio V., Carolo Borromæo, Philippo Nerio, Felici à Cantalitio, Ignatio Loyolæ, Franciſco de Borgia, cunctiſque ſua tempeſtate ſanctimonia celeberrimis heroibus ob vitæ prorſus eandem rationem in paucis charus. Societatem Jeſu ob pietatem, doctrinam, cæteraſque virtutes, non ſolum ſemper magnifecit, ita ut ex illa fuerint ſemper, qui ſuas Confeſſiones exceperunt, illorumque ſemper opera uſus, & Conſilio in arduis Catholicæ Religionis negotiis, ſed beneficiis erga illam animum ſuum teſtatum voluit, duobus opimis Sacerdotiis, licet tunc eſſet ob varios ſumptus ære alieno obſtrictus, Lugdunenſem domum paulo ante conſtitutam ditando. Romano Collegio, quod Gregorius XIII. Pont. Max. erexerat, Bibliothecam non mediocri impenſa congeſtam legavit, ſibique animam agenti Societatis Patres una cum ejuſdem Generali Præpoſito Claudio Aquaviva, & Camillo de Lellis præclaro illo magni operis (opportuno infirmorum auxilio) inſtitutore adeſſe voluit, inter quos animo alacer ſpiritum Deo reddidit XVII. Kal. Jan. 1592. Magnum ſui deſiderium, non apud amicos ſolum, & illos, quibus erat ingentium meritorum ergo notiſſimus, ſed apud exteros quoque, & ignotos relinquens. Imo Abbas Rogerius Tritonius, qui illius vitam ſcripſit, hoc illam claudit elogio. Auſim propemodum affirmare nullius Cardinalis obitum è noſtrorum temporum memoria populo magis luctuoſum fuiſſe.* Sgambatellus.)

XIX. [a Bertodanus.] 19 FELIX Bertolanus *a* nobilis Bugellenſis ex comitibus Tolegni, electus ann. 1587. Obiit Savonæ non ſine ſuſpicione veneni, dum ad Eccleſiam ſuam proficiſceretur.

XX. 20 ANTONIUS Caſtruccius Georgii Ducalis Senatoris, Margaritæque Billonæ filius, eruditiſſimus vir, religionis amator, & ſingularis pauperum Pater, Montis Regalenſis, Felici ſuffectus eſt 1593. Ædem Epiſcopalem reparavit, & auxit. Moniales Ciſterclenſis Ord. ſibi ſubjectas ſolitarie, & in loco Poliolæ degentes, juxta ſacri Concilii Tridentini normam in urbem reduxit. Sacrarium pro Canonicis Eccleſiæ Cathedrali contiguum exædificavit. Sacellum in Epiſcopio confecit. Quo Præſule ann. 1594. Sacra imago B. Virginis prope Viſcum coli cœpit, cujus hiſtoriam ſcripſit eruditus amicus noſter Philippus Malabayla emeritus olim Generalis Cong. S. Bernardi Ord. Ciſtercienſis: eoque permittente prima fundamenta illius Eccleſiæ jacta fuere, in qua à Carolo Emanuele Sabaudiæ Duce invictiſſimo conſtructa, ac dotata fuit Abbatia pro monachis Ciſtercienſibus. Edidit præterea Antonius Synodalia decreta, cum non ſemel clericalem ſenatum coegiſſet. Omnibus charus, pius, doctus, & pater pauperum tandem exceſſit an. 1602.

XXI. 21 CAROLUS Argenterius, Georgii, ac Verginiæ Broliæ filius, Abbas S. Benigni, Vicariuſque Taurinenſis, ad hanc ſedem promotus eſt 1603. die 13. Auguſti, habuitque in Commendam Abbatiam Sancti Stephani Eporedienſis. Prudentiſſime hanc rexit Eccleſiam, cujus non ſemel uſus eſt Carolus Emanuel Dux ad Vincentium Mantuæ, & Cæſarem Mutinæ Duces. Hic ſacellum S. Mariæ de clauſtro in Cathedrali à fundamentis extruxit, & ornavit. Abbatiam S. Dalmatii vetuſtate ſqualentem reparavit, civium diſcordias compoſuit, cujus tempore Carmelitani diſcalceati in urbem fuerunt introducti. Patres religioſos ad Xenodochiorum curam evocavit, lipſana S. Donati Divi tutelaris theca argentea reclulit, pauperes propriis ſumptibus aluit, puellas nobiles ſub tutela ſuſcepit, nuptuique tradidit. Synodali decreto ſtatuit, ut defuncto quolibet diœceſano ſacerdote, pro animæ ejus expiatione, ſacrum unum à ſingulis ſacerdotibus offerretur. Sacrario ſacra indumenta, argenteaque vaſa donavit; plenuſque meritis, non ſine populorum lachrymis, fato functus eſt ann. 1631.

22 CAROLUS ANTONIUS Ripa, Taurinenſis, Auguſtini Joliani comitis filius, utriuſque Signaturæ Referendarius, poſt plures ditionis eccleſiaſticæ urbes adminiſtratas, ab Urbano VIII. ad hanc ſedem ſubvectus eſt 1632. die 9. menſis Januarii. Aulam majorem ædis Epiſcopalis exornavit. Sepulchrum pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus paravit in Cathedrali, hoc addito titulo: XXII.

Oſſa Epiſcoporum.

Prætioſas veſtes ad ſacra peragenda reliquit: mortuuſque eſt cum eſſet Urbani VIII. Pont. Max. ſacri ſacelli aſſiſtens an. 1641.

23 MAURITIUS Ludovici Solarii marchionis Doliani, ex comitibus Morettæ, ac Pauliæ Challanchæ filius, I.V.D. ex Archidiacono Vercellenſi factus eſt hujus Eccleſiæ Præſul anno 1642. Vivit. XXIII

24 * MICHAEL Beginus ſucceſſit Mauritio Solario die 29. Maii 1656. XXIV [* Ex App. tom. 7.]

A D D I T I O.

(,, *Tranſlatus deinde eſt Michael Beyamus ad Archiepiſcopatum Taurinenſem die 21. Auguſti 1662.*

,, HIACYNTHUS *Solarius, Nicienſis Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam tranſlatus eſt die 23. Aprilis 1663. eamque dimiſit menſe Septembri 1667.* XXV.

,, DOMINICUS *Trucchius, nobilis Taurinenſis è Saviliano, J. U. D. & publicus in univerſitate Taurinenſi Profeſſor, ad hanc Cathedram evectus eſt die 18. Decembris 1667. Diu præfuit laudabiliter, annoque 1697. menſe Julio munus abdicavit.* XXVI

,, JO. BAPTISTA *Iſnardus de Caſtello ex Marchionibus de Caraglio nobilis Taurinenſis, eleemoſynarius jam Sereniſſimæ Sabaudiæ Duciſſæ, ac militiæ Ss. Annunciationis à ſecretis ex Abbate Commendatario Ss. Petri & Andreæ Novaleſii Montis Regalis Epiſcopus deſignatus eſt 26. Auguſti 1697.*) XXVII.

AUGUSTÆ PRÆTORIÆ EPISCOPI.

PROPE fluvium Duriam ad geminas Alpium fauces, Grajas, & Pœninas, ſita eſt Auguſta Prætoria in Pedemontano Principatu, unde incipit Italia ad promontorium Leucopetram: ab Italis Oſta, ſeu Aoſta, ultimus Italiæ terminus dicitur, ſupra Eporienſem agrum. Ab Aquilone altiſſimis montibus Jovis, ſeu S. Bernardi vallata, in limitibus Sedunenſis diœceſis, ab occaſu Columna Jovis, qui vulgo mons Minor S. Bernardi dicitur, cum terminis Thuten. comprehenſa eſt. Conditam ajunt ante Romanæ urbis ædificationem à Cordello Statielli filio, Cordellamque dictam, inde Turinonam, quam deinde Auguſtæ Prætoriæ nomen obtinuiſſe, nono Auguſti Cæſaris Conſulatu, cum Terentius Varro Sallaſſorum octo millia hominum profligaſſet, ceſſiſſetque Prætorianis militibus, devendita eorum juventute. Auguſtus Prætorem, qui circumſtanti regioni jus diceret, in ea conſtituit. Oſtiliam Toromaceus appellat, veluti Italiæ Oſtium: ab illa, Plinius refert, ad Reghium extremam magnæ Græciæ urbem, Italiæ

longitudinem menſurari. Ex Alpibus ipſi ab Occidente imminentibus in Italiam irrupiſſe Annibalem, docet vetuſtiſſimus lapis pene exeſus, apud Bardum Oppidum in ſiniſtro montis latere poſitum, in quo hactenus leguntur pauca iſta verba: *Tranſitus Annibalis*. Hujus meminit Strabo, Dion, Antonius, Ptolomæus, aliique vetuſti Scriptores. Fuit olim Ducatus titulo nobilitata ſub Longobardorum Regibus, defunctoque Cleoph Rege, Clotario Gallorum Regi ceſſit, mox Burgundiorum, nunc Sabaudiæ Ducum veneratur imperium. Quo tempore Chriſti fidem ſuſceperit, non conſtat; vulgata tamen fama eſt, cum aliis Inſubriæ finitimis civitatibus à Barnabæ Apoſtoli diſcipulis illam accepiſſe, cum priſcis temporibus Epiſcopus ejus, Mediolanenſi Archiepiſcopo ſuffraganeus fuerit, à quo deinde, Romano jubente Pontifice, divulſus, Tarantaſienſi Archiepiſcopo una cum Maurianenſi, Sedunenſique Epiſcopis juſſus eſt ſuffragari. Vetuſtam habet Cathedralem, ſanctiſſimæ Deiparæ Virgini Aſſumptæ, beatoque Grato Epiſcopo tutelari, conſecratam, quam Regulares Canonici inſerviunt viginti duo, in quibus numerantur dignitates, Præpoſitura ſcilicet, & Archidiaconatus, inter quos de præcedentia lis pendet: in reliquis Canonicis unus eſt Theologus, perpetui Capellani 52. cum iis ſacris miniſtrant, & pueri ſex, quos innocentes appellant, in Collegio muſicæ rudimentis inſtitui ſoliti. Solent autem Capellani per ſingulas hebdomadas duodenas ſingulis diebus miſſas celebrare, feſtis vero diebus tenentur omnes ſacris præſto eſſe. Sunt in eadem Baſilica ex piorum legatis anniverſariæ certis diebus diſtributiones obſoniorum inter Canonicos, & inter pauperes civitatis, Capellanis vero, & Baſilicanis omnibus ſolet epulum dari. Officiarii porro Canonici ſunt miniſteriales Capituli, magiſtri fabricæ Eccleſiæ, clavigeri archivii Capituli, clavigeri arcæ Capituli, auditores computorum, & procuratores Collegii Innocentium; Officiarii vero Capellani à Capitulo deſignari ſoliti ſunt, eleemoſinarius Capituli, vulgo Panaterius dictus, cuſtodes Eccleſiæ, lector Scripturæ Sacræ in refectorio, qui & punctator eſt, & normator appellatur, & ſacerdos ſervitor magni altaris. Illud inſuper annotandum Capitulum Auguſten. & Capitulum S. Urſi extra muros habere ex conceſſione ſereniſſimorum Sabaudiæ Ducum juriſdictionem in parochia Derivæ, cujus familiæ diviſæ ſunt in duas partes, & una quæque ſuum tribunal agnoſcit. Officium autem divinum quotidie in Choro cantatur, non modo Romano, ſed quodam proprio & peculiari ritu, & miſſæ illo ritu communiter celebrantur. Floruit in ea B. Bernardus Archidiaconus Mentonię familiæ nobiliſſimæ Richardo Patre natus, Boſo Epiſcopo vivente anno 966. Monaſterii in honorem B. Virginis, & S. Nicolai, quod nunc S. Bernardi dicitur, in limitibus Auguſtanæ diœceſis ædificator, ac paternis, patruique opibus dotator, ſuiſque Canonicis Regularibus colendum tradidit. Ejus ſacrum corpus Novariæ jacet, ejuſque acta recitat Carolus Baſilicapetri in ſua Novaria. Sanctorum lipſana Grati, Jocundi Epiſcoporum, & Urſi presbyteri ſumma veneratione coluntur in eadem Cathedrali. Duo alia Clericorum Collegia, unum ſecularium SS. Petri, & Viti, alterum Regularium extant ibidem, cum Monaſteriis fratrum S. Franciſci Conventualium & ſanctimonialium S. Auguſtini. In civitate præter Cathedralem, in qua duo ſunt parochi, diſtinctas parochias habentes, ſunt parochiales eccleſiæ tres. Civitas quidem parva eſt, diœceſis tamen ſatis ampla, in ſex, & ſeptuaginta parochialibus eccleſiis diſtricta; quarum una, quæ eſt in valle Siccidra, utitur lingua Theutonica, in reliquis Gallicum idioma uſurpatur. Oppida præcipua ſunt Nuſcum & Verecium. Sunt etiam quędam Xenodochia pro peregrinis in Italiam ex Gallia ultro citroque commeantibus. Populus in univerſum religioſus, ac pius. In ea recenſentur S. Viti Helganenſis, Eluacenſis, ac S. Nicolai Montis Audex Benedictini Ord. Abbatiæ. Monaſter. quoque S. Urſi Canonic. Regular. inſigne, à Montis Ferrati, ſeu Eporedien. marchionibus fundatum an. 985. cujus Prior Commendatarius inſigniis Pontificalibus utitur, primuſque habetur poſt Epiſcopum. Tumulantur in ea eccleſia corpora B. Urſi, Galli; Arnulphi, Petri, ac Bonifacii Epiſcopi, Auguſtini, & Herluini Tarantaſiæ Archiepiſc. Alterum etiam Monaſt. Canonic. Regul. eſt in oppido Vereti D. Ægidio dicatum. Epiſc. jus & dominium habet in valle Congiæ. Cenſus Epiſcopalis menſæ ad 700. ducatorum ſummam aſcendunt, taxatur in libris Cameræ ad florenos 250. Epiſcoporum ſeriem diverſa nobis ſuppeditarunt monumenta.

1 PROTASIUS primus ex Auguſtæ Prætoriæ Epiſcopis invenitur anno 408. in tabulis ejuſdem Eccleſiæ. I.

2 EUSTATIUS, cujus nomine Gratus presbyter Mediolanenſi Concilio interfuit, & ſubſcripſit anno 451. *a* II.

a 451. ubique dicitur Euthatius.

3 JOCUNDUS ſubſcripſit Concilio Romano anno 501. III.

4 LUPUS anno 755. IV.

5 S. GRATUS Lacedæmone illoſtri genere ortus, poſtquam Athenis liberalibus diſciplinis fuit excultus, divinarum rerum deſiderio accenſus, Epheſum profectus, adhuc adoleſcens monaſticum induit habitum, ubi brevi ad regularis obſervantiæ, & doctrinæ perfectionem pervenit, ut cæteros virtutibus omnibus anteiret, ac divinarum ſcripturarum interpres eſſet, ad Concilium, quod tunc in Græcia celebrabatur, vocatus, ob doctrinæ præſtantiam in eo Magni cognomen adeptus eſt. Ab eodem Concilio ad Carolum Magnum Imp. pro eccleſiaſticæ pacis reformatione legatus eſt, eaque feliciter perfunctus, Romam ad Leonem III. Pontificem ſe contulit. Obierat per id tempus Auguſtæ Prætoriæ Epiſcopus: quod cum Gratus in æde S. Mariæ ad Martyres orans didiciſſet, & Leoni narraſſet, invitus ab eodem Epiſcopus ſuffectus eſt. Auguſtam pervenit, populum in pluribus aberrantem, doctrina, & exemplo expurgavit, eccleſiaſticam diſciplinam reſtituit, auxitque divinum cultum, SS. Martyrum Mauritii, ſociorumque ejus reliquias, ſordido in loco ad Rhodani fluminis ripas jacentes, divino monitu una cum S. Theodulo Sedunenſi Epiſcopo, in Agaunenſi Cœnobio repoſuit, partem aliquam Sedunum, & Auguſtam detulit, & in Cathedrali honorifice recondidit ad altare in eorum nomine erectum, adhibito perpetuo cenſu, pro quatuor ſacerdotibus, ut in eo ſacrum quotidie agerent. Referunt ejuſdem Grati acta, iis temporibus caput S. Joannis Baptiſtæ Præcurſoris in puteo apud Sebaſtem Samariæ urbem divinitus detectum fuiſſe, & vox audita ſolum Gratum Auguſtæ Epiſcopum illud inde extracturum, ſummus Pontifex ab Hieroſolymitano Epiſcopo certior factus, Gratum accerſit, qui cum Jocundo quem adoleſcentulum excolendum ſuſceperat, & ſibi ſucceſſorem præviderat, Romam proficiſcitur. Cauſam ob quam accerſitus eſſet edoctus, navim conſcendit, Ptolomaidem appulit, acceſſitque Sebaſtæ ad puteum, ſacrum caput aſpexit, & magna cum devotione, & humilitate illud hauſit de jugi puteo. Romam repetiit, & ſacrum pignus Pontifici Maximo conſignat, ab eoque mentum à capite avulſum dono accepit: quod in ſua Cathedrali Eccleſia maxima Cleri, populique lætitia collocavit. Hæc acta Grati manu ſcripta longe diverſa ab aliis, quæ tamen, ut loquitur Baronius in notis ad Martyrologium Romanum, nullo fulciuntur teſtimonio veritatis de tranſlatione capitis S. Joannis Baptiſtæ. Cæterum Gratus in vita & morte miraculis clarus obdormivit in Domino VII. Idus Septembris. Referunt ejuſdem præpoſtera Acta, Bonam Sabaudiæ Comitiſſam, annis circiter ſeptingentis ab ejus obitu, dentem ejuſdem obtinuiſſe, qui dum develleretur, ſanguinis recentis guttæ ex loco avulſi dentis ſtillare viſæ fuerint; tantuſque fragor V.

in æthere tot tonitrua, fulminaque recedente Comitiſſa excitata, ut urbem mox ruituram cives metuerint, à Comitiſſa donum haud ratum precibus recuperarint, cœlum ſerenum ſtatim rediiſſe. Ejus meminit Galeſinus, Ferrarius in Catalogo, aliique cum Cabilloneuſi Epiſcopo in Topographia, quem pro Grato, Gracchum appellat.

VI. 6 S. JOCUNDUS Campo Caſtro Auguſtenſis agri, honeſtis, & piis pareutibus ortus, à puero literis, moribuſque à S. Grato excultus, eidemque in Epiſcopatu ſucceſſit circa annum Domini 810. Suſcepto paſtorali munere, illud ſumma vigilantia cœpit exercere, pauperum curæ, divino cultui, gregi bene paſcendo ſemper intentus: Multo tempore ſancte, & prudenter hanc rexit Eccleſiam, beatoque fine vitam reliquit 3. Kal. Januarii. Corpus prope ſuum magiſtrum & prædeceſſorem Gratum ſepulturæ traditum eſt multis coruſcans miraculis. Solemni ritu dies ejus celebratur apud Auguſtenſes, qui anno Domini 1449. 7. Aug. Jocundi capitis inſpectione, aquarum multitudinem evaſerunt, in valle apud uivitatem, jam pene abſorti. De eo mentio in vita S. Grati habetur, cujus etiam meminit Ferrarius in Catalogo. Jocundi ſocius, & Grati etiam diſcipulus fuit S. Urſus, quem nonnulli Auguſtenſem Epiſcopum faciunt, cum revera tantum presbyter regularis fuit, de quo agitur in actis Ss. Theoneſti, & Albani: error enim eſt, nam hic Auguſtenſis confeſſor fuit: ille qui Ss. Theoneſti, & Albani ſocius, fuit martyr. Urſi meminit Ferrarius in Catalogo,

VII. 7 RATBONUS a interfuit electioni Caroli III. Imp. Papiæ anno 876.

a Ab Ratbernus.

VIII. 8 GALLUS, quem beatum appellant, de quo nullum aliud monumentum apud Auguſteuſem Eccleſiam extat, præter ipſius corpus, eodem loco, quo Grati conditum.

IX. 9 HUGO; de eo mentio in tabulis ejuſdem Eccleſiæ.

X. 10 GRIPHO poſt Hugonem reponitur in iiſdem tabulis.

XI. 11 LUTTIFREDUS ſub Vualperto Mediolanenſi Archiepiſcopo Provinciali Concilio interfuit anno 966.

XII. 12 BOSO, quo vivente obiit B. Bernardus de Mentona Archidiaconus Auguſtæ an. 1008.

XIII. 13 ANSELMUS primus vixit anno 1014.

XIV. 14 ANSELMUS hujus nominis II. Epiſcopatui Auguſtenſi præpoſitus eſt; forte idem cum ſuperiori. Subſcripſit Concilio Anſeæ celebrato à Brocardo Lugdunenſi Archiepiſcopo anno 1025. Eſt autem Anſa oppidum non longe ab Arari, 4. leucis diſtans Lugduno, in dominio Eccleſiæ. Refert Auguſtinus ab Eccleſia in ſua hiſt. Chronologica, Brocardum ante adeptum Lugdunenſem Archiepiſcopatum Auguſtenſem fuiſſe Epiſcopum: ſed Brocardus LXII. Archiepiſcopus Lugdunenſis fuit anno 981. pervenit ad annum 1025. quo Anſeæ Concilium habuit, in quo Auſelmus Epiſcopus Auguſtenſis ſe ſubſcripſit. Glaber lib. 5. cap. 4. ait, mortuo Brocardo S. Odilonem Ciuniaci Abbatem Lugdunenſem Archiepiſcopatum recuſaſſe, ubi & de altero Brocardo invaſore meminit, de quo videtur loqui Hermannus Contractus, eum fuiſſe genere nobilem, & ſtrenuum, ſed per omnia ſceleſtum, & ſacrilegum: hic potuit eſſe, ante quam Lugdunenſem Eccleſiam invaſiſſet, Auguſtenſis Eccleſiæ Epiſcopus, quem credit affinem Conradi Imperatoris auctor Chronologiæ, tamen in noſtris tabulis nulla de eo habetur mentio.

XV. 15 AUGUSTINUS. Eo ſedente ann. 1040. Humbertus primus comes Sabaudus, Beroldi Saxonis filius, dono dedit ſacello B. Mariæ Cathedralis Eccleſiæ dominium, merumque imperium Lociæ Duliæ pro duabus partibus, pro alia vero parte Cœnobio Ss. Petri & Urſi.

XVI. 16 BOSO, quem Auguſtinus ab Eccleſia habet vixiſſe an. 1099.

XVII. 17 GUILLELMUS de Sala de Chrevier ſedit circa annum Domini 1136. Hic legavit Epiſcopali menſæ feudum nobile della Pallu.

XVIII 18 ARNULFUS, ex Priore S. Urſi Canonicorum Regularium, Epiſcopus Auguſtenſis creatus poſt annum 1133. aliis 1140. fuiſſe tamen virum ſanctiſſimum plures affirmant. Jacet in eodſuo Cœnobio.

XIX. 19 HUGO ann. 1146. apud Auguſtanam Eccleſiam.

XX. 20 AYMO de Quarto, qui ann. 1176. Cathedrali Eccleſiæ legavit refectionem annualiter in die Cœnæ Domini. Ita in tabulis.

XXI. 21 VUALPERTUS, cujus mentio extat in privilegio conceſſo Auguſtauis civibus à Thoma Maurianenſi comite au. 1188. Item in alio privilegio Friderici I. Imp. Aymoni Archiepiſcopo Tarantaſienſi anno 1186.

XXII. 22 GERMANUS anno 1189.

XXIII 23 JACOBUS de Portia hujus Eccleſiæ Epiſcopus an. 1216. Translatus deinde eſt ad Eccleſiam Aſtenſem 1219. De quo ibi.

XXIV 24 BONIFACIUS ex comitibus Valpergiæ, Prior Regularis S. Urſi, Epiſcopus Auguſtenſis electus, vitam duxit Paſtore digniſſimam. Obiit ann. 1243. cujus corpus magna in veneratione habetur. A Pennotto inter Beatos connumeratur.

XXV. 25 PETRUS de Boga, vel de Socolis, ſeu ut alii volunt, de Palatio; tamen longe diverſus eſt ab iſto. Hic Zenodochium Stapulatum erexit, ac dotavit. Sedit annis 17. Obiitque an. 1259.

XXVI 26 PETRUS de Palatio Petro ſucceſſit cum eſſet Prior Regularis S. Urſi. Sedit anno 5. Obiit anno 1272.

XXVII. 27 SIMON, vir omnium virtutum egregius, hujus Eccleſiæ delegitur Epiſcopus anno 1272. Auctor eleemoſinæ, quæ quotidie hora prima pauperibus erogatur in Epiſcopali palatio. Deceſſit anno 1283.

XXVIII. 28 NICOLAUS de Berſatoribus Pinarolenſis electus anno 1283. Fundator capellaniæ S. Mariæ Magdalenæ. Sedit an. 19. Obiit anno 1301.

XXIX 29 AYMERICUS, ſive Emericus, qui & Limericus de Quarto, conſecratus Bugellæ anno 1302. ex Priore s. Urſi Canonicorum Regularium: ob vitæ probitatem inter beatos à Pennotto recenſitus. Mortalitatem explevit anno 1303.

XXX 30 PETRUS de Quarto, frater Aymerici, eique ſuffectus eſt eodem anno 1303. ex Præpoſito Cathedralis Eccleſiæ. Deceſſit anno 1308. quem poſt duos annos Jacobus de Quarto nobilis, & potens miles Aymerici, & Petri parens inſecutus eſt.

XXXI 31 FRIDUTIUS dominus Pontis S. Martini, poſt Petrum fuit hujus Eccleſiæ Pontifex, quam per multos annos bene adminiſtravit. Obiit vero anno 1326.

XXXII. 32 NICOLAUS II. de Berſatoribus Pinarolenſis, Nicolai ſuperioris nepos. Fridutio vita defuncto, Epiſcopales inſulas anno Chriſti 1327. ſuſcepit, conſecratus die 22. Septemb. à Bertrando Archiepiſcopo Tarantaſienſi, aſſiſtentibus Palladio Ipporedienſi, & Guidone Taurinen. Epiſc. Sacellum S. Thomæ Cantuarienſis in palatio epiſcopali fundavit: omnia mobilia ſua Capitulo legavit, & refectionem, quæ fit in ſolemnitate Corporis Chriſti, perpetuo donavit. Qui etiam cum ſedi ſuæ bene, & laudabiliter annis plurimis præfuiſſet moritur anno 1361.

XXXIII. 33 BONIFACIUS de Challanch Auguſtanus, patriæ Epiſcopus fuit, videturque longe diverſus ab alio Boniſacio Valpergio, de quo ſupra. Vivebat anno 1369.

XXXIV. 34 AYMONETTUS anno 1375.

XXXV. 35 JACOBUS Ferrandini de S. Marcello, Prior S. Jacobi Regularis Auguſten. conſecratus ultima die Maii 1377. Sacelli SS. Grati, & Antonii in Cathedrali fundator ac dotator; Cathedralem Eccleſiam exornavit, magnam Eccleſiæ Crucem ſacravit an. 1297. die 10. Auguſti; pluraque ſua bo-

na

na eidem reliquit. Præſuit laudabiliter annis 24. Moritur anno 1399.

XXXVI. 36 Fr. PETRUS Souarli Camberiacenſis, Ord. Min. inſignis Theologus, electus eſt ann. 1400. eodemque anno conſecratus die Converſionis S. Pauli Apoſt. ab Jacobo Vercellenſi, & Boniſacio Eporedienſi Epiſcopis. Minorum cœnobia Camberiacenſe, & Auguſtenſe mirum in modum auxit. Eccleſiæ Cathedrali paſtorale baculum argenteum donavit, Synodum celebravit, In qua, ne quis intra quadragiata paſſus circa eccleſias ſuæ Diœc. ludos exercerет, indixit. Solemnitatem S. Grati conſtituit, hoc edicto: *Nos frater Petrus Epiſcopus Auguſten. inter cætera ordinamus, quia meritis B. Grati Confeſſoris Patroni hujus Eccleſiæ noſtræ Cathedralis, cujus corpus in ipſa Eccleſia exiſtit canonice, opinione communi fulgura repelluntur à territorio totius noſtræ diœceſis Auguſten. ordinamus quod feſtum ipſius ſancti in qualibet Eccleſia noſtræ diœceſis ſolemniter celebretur die 7. Septembris quolibet anno, & ab omni opere ſimiliter ceſſetur. Anno* 1407. *die* 10. *Maii*. Undecim annis pontificatui præfuit, obiitque anno 1410. Hujus non meminit doctiſſimus amicus noſter Lucas Vvadingus in ſuis Minorum Annalibus: ejuſdem tamen obitus in lib. Oblig. Cam. Jo. XXIII. Papæ habetur.

XXXVII. 37 OGERIUS, vel Angerius de Confletto, ex Archidiac. Auguſten. Eccleſiæ, in Aula Pontificia Refer. à Joanne XXII. inauguratus Epiſcopus 2. Id. Januarii 1411. ex lib. Promot. Præl. Hic ædificavit SS. Jo. Evangeliſtæ, & Chriſtophori Capellaniam In Cathedrali. Partem oſſium SS. Grati, & Blaſii Amedeo Sabaudiæ Comiti elargitus eſt anno 1429. tranſlatus deinde eſt ad Eccleſiam Maurianen. in Sabaudia ann. 1433. in qua obiit & ſepultus eſt ann. 1440. cum hoc epitaphio:

Hic jacet R. in Chriſto Pater & D. Dominus Ogerius Epiſcopus Maur. qui obiit 11. Januarii M. CCCC. XL.

XXXVIII. 38 GEORGIUS ex Marchionibus Salutiarum, Euſtachii domini Vallis Granæ & Montis Oroxii filius, renunciatus Epiſcopus anno 1433. In Concilio Baſileenſi unus ex electoribus pro Italica natione, & pro eodem ad Regem Siciliæ Legatus. Fuit Ludovici Sabaudiæ Ducis Conſiliarius, & ad Eccleſiam Lauſanenſem tranſlatus.

XXXIX. 39 JOANNES de Pingono, aliis de Briugino ex dominis Bringini, & Graffiti, ex Epiſcopo Lauſanenſi, permutationis gratia ad hanc ſedem tranſlatus. Archivium confecit, mortuuſque eſt an. 1444.

XL. 40 JACOBINUS de Chriſta de Donice, ex Canonico & Archidiacono Auguſten. breviſſimus hujus Eccleſiæ Epiſcopus fuit, habuitque fratrem germanum Jacobum olim ejuſdem Eccleſiæ Archidiaconum.

XLI. 41 ANTONIUS de Praz, vel de Prato, ſucceſſit Jacobino eodem anno 1444. cujus memoria habetur in inita concordia inter Ludovicum Sabaudiæ Ducem, & Franciſcum Sfortiam. Sedit annis 19. defunctuſque eſt anno 1463.

XLII. 42 FRANCISCUS de Praz, vel de Prato, Antonii prædeceſſoris ex fratre nepos, ſucceſſit anno 1463. Capellaniam in honorem S. Gregorii Papæ in Cathedrali inſtituit e regione majoris altaris, in qua defunctus anno 1511. tumulatus eſt.

XLIII. 43 HERCULES Uberti filius ex Marchionibus Ponzoni domini Azzelii, vir doctus, Epiſcopus electus anno 1511. In Concilio Lateranenſi pro Carolo Sabaudiæ Duce Orator, Julio II. Pontifice. Eporediæ defunctus eſt anno 1515. ibidem ſepultus extra muros in Auguſtinianorum æde.

XLIV. 44 AMEDEUS Berutus de Monte Calerio, Juris utriuſque peritiſſimus, & egregia virtute præditus, urbis Gubernator, Leone X. Pontifice. Sub eodem jam Epiſcopus hujus Eccleſiæ conſecratus 1515. Lateranenſi Concilio interfuit, eccleſiaſticæ libertatis acerrimus propugnator, pro qua non ſemel à ſua Eccleſia exulavit. Padaci Eporedienſis diœceſis, mortalitatem explevit

A anno 1525. & in Auguſtinianorum æde prope prædeceſſorem ſepultus eſt. Vacavit tunc ſedes annis fere tribus.

45 ALVARUS Rodinus electus Epiſcopus Auguſtenſis, & antequam inauguraretur, libere onus excuſſit die 23. Jan. 1528. Ita acta Conſiſtor. XLV.

46 PETRUS Gazonius, civis Vercellenſis, & Canonicus Lateranenſis, magni animi vir, magna incommoda ſuſtinuit, poſt quam anno 1528. die 23. Januarii ad hunc Epiſcopatum vocatus fuiſſet à Clemente VII. Papa. Eo enim Præſule Franciſcus Gallorum Rex Ducatum Sabaudiæ invaſit, ſuaſitque Helvetiis, ut Banniam Vaudi, & Bayllivatum Callatii irrumperent: qua occaſione Lauſanenſis, & Gebennenſis Eccleſia in Calvini errorem fuerunt ſeductæ; nec parum detrimentum paſſa eſt Auguſtenſis finitima diœceſis. Ad incendium accurrit Antonius de Leivax de Camberiaco, Bayllus Auguſtanæ Vallis, & Petrus Epiſcopus, ille turrem munitiſſimam exædificavit ad reprimendos B. pervagantes milites, hic vero Petrus diligentem inſtituit ſuæ diœceſis luſtrationem verbo, exemplove in Catholica doctrina confirmavit fideles, ſeductos expulit, fugavitque à ſua ditione: adminiſtravitque Epiſcopatum annos 28. exceſſit anno 1556. XLVI.

47 MARCUS Antonius Boba, *a* Alberti nobilis Caſalenſis filius, omnium ſcientiarum genere cultiſſimus, Taurinenſis Senator, Pinarolii, Secutiæ, & Caramaniæ Abbas: à Paulo IV. defuncto Petro Auguſtenſis Epiſcopus electus eſt an 1557. die prima Junii. In Tridentina Synodo duplici munere, Epiſcopi, & Oratoris Emanuelis Philiberti Sabaudiæ Ducis, egregie functus, orationem elegantiſſimam in ea habuit. A Pio IV. in gratiam ejuſdem Sabaudiæ Ducis, & ob ejus egregia merita anno 1565. presbyter Card. tit. S. Sylveſtri creatus. Auguſtenſi præfuit Eccleſiæ annis 11. eamque anno 1568. reſignavit. Deceſſit ex hoc ſeculo anno 1575. 15. Kal. Aprilis, ſepultus Romæ in Eccleſia C S. Mariæ Angelorum, non longe à Pii IV. monumento, nulla egregii viri proloquente inſcriptione. XLVII

a De quo Ciaconius Oldoin. t. 3. pag. 506. & Koniglus in Syllabo *Mandat.*

48 Fr. HIERONYMUS Ferragatta Ord. Eremitarum S. Auguſtini, ex Epiſcopo Viren. & Suffraganeo Montis Regalis, Epiſcopus Auguſtenſis efficitur per dimiſſionem Card. Bobbæ an. 1568. 30. Aprilis; præfuit annis 4. non integris tamen. Obiit anno 1572. XLVIII.

49 CÆSAR Gromius, Taurinenſis, Guillelmi Generalis Finantiarum Sabaudiæ filius, eligitur Auguſten. Epiſcopus an. 1572. 16. Novemb. XLIX.

50 HONORATUS Laſcarus, ex comitibus Vintimiliæ, & dominis Brigæ, inter hujus Eccleſiæ Præſules collocatur, ab Auguſtino ab Eccleſia poſt Cæſarem. L.

51 JOANNES Gottofredus, ex dominis Ginodii in Valle Auguſtana, Epiſcopus Bellicenſis ad hanc eccleſiam tranſlatus anno 1590. Hic reliquias S. Mauritii Thebanæ Legionis tribuni ex Agannenſi Abbatia, Sedunenſis diœceſis tranſtulit Auguſtam, deinde Taurinum, & in Metropolitana D Eccleſia collocavit, Carolo Emanuele Duce mandante die 3. Januarii 1591. Sedit Joannes in hac Eccleſia annis fere quinque. LI.



52 BARTHOLOMÆUS Ferrerius, Thomæ LII.

filius,

filius, Montis Regalenſis nobilis, ac doctus vir, in deſuncti Joannis loco, electus eſt Epiſcopus anno 1595. Hujus meminit cum laude noſter Philippus Malabayla in Hiſtoria imaginis B. Mariæ apud Vicum Montis Regalis. Ex hac vita deceſſit an. 1608. ſepultus in Cathedrali. Poſt hunc habent, Franciſcum Vivaldam è Monte Regali fuiſſe hujus Eccleſiæ Epiſcopum, ſed in actis Conſiſtorialibus habetur, Bartholomæo ſucceſſiſſe Ludovicum Martinum; jure ergo Franciſcum Vivaldam expungimus ab hac ſerie.

LIII 53 LUDOVICUS Martinus Nicienſis, vir eximie doctus, linguarum peritiſſimus, boniſque moribus præditus, immediate ſucceſſit Bartholomæo à Paulo V. creatus anno 1611. ultima die Januarii. Præfuit laudabiliter ann. 13. Evocatus ex hac mortali vita anno 1624.

LIV. 54 JACOBUS Vercellinus civis, & Canonicus Vercellenſis, Archiepiſcopi Taurinenſis Generalis Vicarius, ſucceſſit Ludovico, ad hanc dignitatem vocatus ab Urbano VIII. Pontifice Opt. Max. anno 1624. a

LV. 55 * PHILIBERTUS Magletus, Canonicus Regularis Lateranenſis, demortuo Jacobo Vercellino ſucceſſit die 16. Octob. 1656.

Ex App.

A D D I T I O.


(,, *Tranſlatuſque deinde fuit Millietus adIpporegienſem Eccleſiam 29. Julii 1658.*

LVI. ,, ALBERTUS *Bailly, presbyter Gebennenſis diœceſis Congregationis S. Pauli Barnabitarum, ejuſdemque Viſitator generalis, Theologus, & Concionator illuſtris, ornatus eſt hac infula 13. Januarii 1659. Obiit menſe Aprili 1691.*

L VII. ,, ALEXANDER *Lambert de Seirier, nobilis Camberienſis, patriæ Collegiatæ Canonicus, Vicariuſque generalis Epiſcopi Gratianopolitani à parte Sabaudiæ, Auguſtanus Epiſcopus ſublectus eſt 25. Junii 1692. ad Ipporegienſem Eccleſiam poſtea 24. Novemb. 1698. tranſlatus.*

LVIII ,, FRANCISCUS *Amedeus Milliet, nobilis Camberienſis, S. Theologiæ Magiſter, Metropolitanæ Tarantaſienſis Eccleſiæ Decanus, ejuſdemque Vicarius generalis, & Officialis, Alexandro ſucceſſit 5. Januarii 1699.)*

NICIENSES
EPISCOPI.



INTER Italicas urbes Niciam connumerat Ptolomæus, in radicibus Alpium non longe à faucibus fluvii Vari poſitam, quæ Galliam ab Italia diſterminat. Conditam dicunt à Maſſilienſibus prope Cemeliam, perantiquam urbem Prætoris ſedem. Hæc ſemota à mari & à Longobardis vaſtata, cives ejus Niciam in ora maris, tutiſſimoque loco ſitam demigrantes, unam ex duabus conſtituerunt civitatem, cum antea à S. Leone I. Papa Cimilienſis Eccleſia Nicienſi unita fuiſſet; unde nec mirabitur lector, ſi de Nicia aliqua dicantur, quæ proprie ad Cemeliam pertinere videntur; cujus quidem, nec nomen aliter retentum, quam ex denominatione eccleſiæ B. Dei Genitricis; & vix aliquæ nobiliſſimorum ædificiorum illius inter rudera decernuntur reliquiæ, præterquam ampli cujuſdam amphitea-

A tri, & antiqui aquæducti. Ager Nicienſis ob collium amœnitatem, ſoli ubertatem, cœlique clementiam, fœcundiſſimus, & dignus, ut ab omnibus invideatur: ingeniorum ferax eſt, unde plures viri, & ſanctitate, & armorum gloria inſignes prodierunt. Maſſilienſibus ſuis conditoribus diu paruit, poſtea Burgundionibus ſubdita, & Provinciæ Comitibus, à quibus ad Sabaudiæ Duces tranſiit anno ſalutis 1402. in qua loco, & arte viſitur arx munitiſſima Liguſtico mari imminens & minans, à qua non longe abeſt Eccleſia Cathedralis divæ Reparatæ ſacra, cujus meminit Hilarius Papa ad Veranum, ſub Archiepiſcopatu Ebredunenſi. Chriſtianam fidem una cum Cemilienſibus à S. Nazario ſuſcepiſſe narrant Nicienſes in primo ipſo ſalutis ſeculo, cum ille Roma Mediolanum petiiſſet, & ab Anolino Præfecto diverſimode cruciatus, ac deinde in exilium actus, quonam tendere hærens, Gallias ſibi petendas divina revelatione intellexit. Cemeliam cum deveniſſet, & Chriſti fidem in ea diſ-
B ſeminaſſet; nobilis quædam matrona ad eum accedens, & trimulum filium inter ipſius brachia reponens, hæc intulit: *Infans hic, ò Nazari, quocumque perges te ſequetur, uſque quo ante thronum Dei tecum ſe ſiſtat.* Hiſque dictis, relicto puero, receſſit. Hic vero (ut acta ipſius teſtantur) puer S. Celſus fuit, ipſius comes, & in Evangelii promulgatione adjutor, quem Mediolanenſes, ac Januenſes inter præcipuos divos ſuos patronos venerantur. Nicienſes vero, Cemelienſium ſucceſſores, veluti civem ſuum adorant, & colunt. Ab S. Nazario itaque Cemeliæ, & Niciæ diſſeminata fides tam bene adolevit, ut circa annum ſalutis 230. ſi non ante, Nicienſes proprium habuerint Epiſcopum S. Baſſum, Cemelienſes S. Pontium, qui Philippum Imperatorem ſacro baptiſmate tinxit. Valerianus Cemelienſis fuit Epiſcopus, ſubſcripſitque Concilio Regienſi anno 439. & Amantius Nicienſis Epiſcopus inter Epiſcopos Galliæ Legatos miſſus ad Aquilejenſe Concilium anno 381. Poſtea eo-
C rumdem ſedes Epiſcopales unitæ fuerunt. Et Magnus utriuſque Epiſcopus dicitur in ſubſcriptionibus Concilii Aurelianenſis quinti anno 568. Cathedralis Baſilica, ut diximus, S. Reparatæ Virgini, & martyri dicata eſt ſtructura antiqua, & decenti, ſuo cum Organo muſico, choro, ſacra turri, ac ſacrario neceſſariis ad divina peragenda inſtrumentis abunde referto. Hic honorifice aſſervantur S. Vincentii martyris oſſa. Sacris in hac Baſilica miniſtrantium numerus ſupra viginti. In primis ſunt canonici quatuordecim, è quibus quinque dignitate eminent, quorum primus eſt Præpoſitus. In civitate præter cathedralem tres ſunt parochiales eccleſiæ, quæ fontem habent baptiſmalem, & animarum recenſentur ad quatuordecim millia. Virorum cœnobia novem, duo monialium, & aliquæ laicorum fraternitates, duoque xenodochia. Diœceſis ſatis ampla eſt, continens ſub ſe viginti oppida, plurave loca. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus fere 2000. aureorum, taxatur vero in libris Cameræ flo-
D ren. 300. Epiſcopi, qui in ea floruerunt, quorum extat memoria, ſequentes ſunt.

A D D I T I O.

[,, *Priuſquam de Nicienſi opus eſſet de Cemelenſi Eccleſia agere; ſed de hac civitate, de qua præter ejus ævi Coſmographos loquuntur tantum Amphiteatri, Thermarum, & aquæductuum rudera, Romanam equidem redolentia magnificentiam, nec non ſimulacra, numiſmata, pluraque alia antiquitatis fragmenta, unum dixiſſe ſufficiat Alpium maritimarum fuiſſe Metropolim, Præfecti Romani ſedem, tanto divitiarum luxu, magnificentiæ gloria percelebrem, ut pluries Barbarorum aviditatem ad prædam excitaverit. Nunc omnia diruta ſunt. Nicia verò civitas [vulgo* Nizza di Provenza] *dividendo provincias à fluminibus in Italia, à montibus in Gallia ſita eſt; uti Maſſilia à Græcis Phocenſibus Joniæ populis an. 3445. ante Chriſtum 339. condita. Hi enim,*

„ ut ab inimicis contutarentur, Niciam in monte ediso conſtruxerunt ſub Martis auſpicio. Nunc pro ſtemmate gerit Aquilam rubeam, Martis injurias, ſanguinis alluviones, bellorum clades referentem, ſæpè diruta, ſemper renovata, itaut poſſit quis dicere: Renovabitur ut Aquilæ juventus tua. Errant, qui ex Cemelenſis urbis unico milliario diſtantis Niciam credant emerſiſſe ruinis. Diſtincta ſemper habuere nomina, cum unus utriuſque fuerit aliquando Epiſcopus, ut ex Epiſtola s. Hilarii PP. ad Leontium Veranum, & ex nonnullis Conciliorum ſubſcriptionibus colligitur. Paruit autem Nicia primò Maſſilienſibus, tum Romanis, Gothis, Burgundionibus, Francis, Arelatenſis provinciæ Comitibus, Andegavenſibus, & Neapolitanis regibus: demum Sabaudorum auſpiciis an. 1388. ultro ſe dedit. Cœleſtibus patrociniis gaudet Sanctiſs. Deiparæ, Ss. Reparatæ, Sebaſtiani, Rochi, Roſaliæ, & Franciſci Xaverii. Nicienſis verò Comitatus ab ortu ora Liguſtica, ab Occaſu Narboneſi Gallia, à Septentrione (ubi ejus longitudo 90. milliaria non excedit) Delphinatu, ac Pedemonte concluditur. Quatuor veluti provincias, ſeu Vicarias complectitur, quarum caput Nicia, hinc Podietum, Hoſpitellum, & Barchinona. Numerat parochiales Eccleſias 43. Oppida verò non minus 50. Nicia urbs in tres paræcias tripartitur, quæ tamen 10. hominum millibus partim in civitate, partim in agris commorantibus in ſpiritualibus adminiſtrandis ſatis eſſe non poſſunt. Prima eſt, quæ ſub S. Reparatæ V. & m. nomine, olim Abbatia ad monachos S. Pontii ſpectans, nunc vero Cathedralis toti civitati, ſuburbiis, & agris præſidet. In Archivo Cathedrali extat catalogus beneficiorum totius diœceſis hoc modo inſcriptus,

„ Rotulus Beneficiorum, & Capellaniarum diœceſis Nicienſis.

	Epiſcopatus Nicienſis.
	Præpoſitura Cathedr.
	Prior Clauſtralis Cathedr.
	Sacriſta Cath.
	Archidiaconus Cathed.
	Præcentor Cathed.
Canonici	Infirmarius Cathed.
	Præceptor de Feneſtrie.
	Prior de Caſtro novo.
	Prior S. Iacobi Nicien.
	Prior Leventi.
	Prior de Pulchroloco.
	Abbas S. Pontii.
	Monaſterium S. Pontii.
	Infirmarius S. Pontii.
	Camerarius S. Pontii,
	Sive Prior Fabiconi.
Monachi.	Sacriſta S. Pontii.
	Prior s. Reparatæ.
	Prior Aſprimontis.
	Prior S. Blaſii.
	Prior Scarenæ.
	Prior de Gordolono.
	Prior S. Deivotæ.

„ Præter has dignitates alii numerabantur Canonici numero 24. ſed nunc 12. extant. Alios tamen ſex Canonicatus ære proprio fundavit ex teſtamento Senator M. Aurelius Roſignolius pietate conſpicuus, ſingulisque redditus ſufficientes attribuit, qui tamen nondum in gremium Capituli admiſſi ſunt. Ex his patet olim Canonicos regularem diſciplinam ſub regula D. Auguſtini profeſſos fuiſſe, titulo Canonicorum regularium Lateranen. ſed translata Cathedrali ſede ex arce in Eccleſiam S. Reparatæ, unuſquiſque ad propria ſe recepit, & communi penu neglecto ſeculares evaſerunt. Ab anno 1137. in commune vivebant, & ex eorum gremio Epiſcopum eligebant, & cum Canonicis Magalonenſibus communicabant. Secunda paræcia titulo S. Iacobi ex permutatione indulto Pontificis facta, ſpectat ad Monachos S. Pontii, & ab ipſis parochiæ adminiſtratio tranſlata eſt ad Fratres Carmelitas. Tertia S. Martini olim ab eiſdem Canonicis adminiſtrata fuit, poſtea Fratribus D. Auguſtini Eremitanis commiſſa eſt. Quarta S. Mariæ Aſſumptæ dicata erat in arce, quondam Cathedralis honore refulgens. Sed baſilica, quæ vetuſtate, marmoribus, ſacris lipſanis percelebris erat, noviſſimis hiſce temporibus tanto belli, ac Italiæ diſcrimini ceſſit, & æquato ſolo Italiæ propugnaculo, quod an. 1543. irritos fecerat conatus Turcarum ſub Ariadeno arcipirata, & Gallorum ſub Duce de Anghien, furorem bellicum e ſuis ruderibus lamentatur. Præter enarratas parochiales Eccleſias decem in urbe recenſentur virorum cœnobia, inter quæ eminet Monaſterium S. Pontii Ord. S. Benedicti, à Carolo M. olim extra mœnia excitatum, quatuor Sacrarum Virginum, una puellarum Orphanarum domus, tria Xenodochia, ſeptem laicalia ſodalitia, duo Pietatis montes, & Clericorum ſeminarium. Diœceſis vero oppida, relictis aliis minoris notæ, ſunt Villafranca in portu Herculis ſita, quæ 3500. animarum enumerat. Arcem ad tutelam portus extruxit Emanuel Philibertus Sabaudiæ Dux, necnon lapideam molem triremibus tutiori loco continendis. In loco parum diſtanti Orientem verſus alius habetur portus, dictus Olivula ab Antonino, ad modum fere peninſulæ, olim arce à Victorio Amadeo præmunitus, quo equites S. Ioannis ab Inſula Rhodienſi ſe receperunt, & per biennium conſtiterunt. Nunc tamen à Gallis arx iſta diruta eſt, & tantum remanet parva Eccleſia D. Hoſpitio dicata. Non longe vero ab Olivula ſtatione habetur vetus B. Mariæ de pulchroloco Prioratus, nec non S. Mariæ Gratiarum Eccleſia cum cœnobio Fratrum Capuccinorum. In ipſo oppido duæ confraternitates laicales numerantur, quarum una montem Pietatis in ſubſidium pauperum titulo D. Hieronymi, altera Xenodochium titulo Ss. Trinitatis moderatur. Turbia, olim Trophæum Auguſti, templum habet D. Michaelis ſacrum. Monæchus (vulgo Monaco) Grimaldæ gentis principum ſedes, portum habet non nimis amplum, ſed triremibus, aliiſque navigiis opportunum. Ejus Eccleſia parochialis D. Nicolao Epiſcopo dicata eſt, & in ea colitur corpus Sanctæ Aureliæ. Sed quod magis redolet munificam pietatem ſuorum principum eſt templum intra ſepta palatii vere regii, auro, marmoribus, picturis admirabile, nec non corpus S. Deivota v. & m. Luceramum Eccleſiam habet parochialem ſub invocatione S. Margaritæ, ubi elegans eſt ſacellum D. Roſaliæ, ejuſdem reliquiis ditatum. His accedunt Lantuica, in qua præter Eccleſiam S. Pancratii, ejuſdem reliquiis inſignem, ac Fratrum de obſervantia Reformatorum cœnobium extat parochialis S. Pontio dicata, & Commenda S. Mariæ de Gordolon ad equites Ss. Mauritii, & Lazari ſpectans: s. Martini Caſtrum, lætis paſcuis, & armentorum copia dives, ubi parochialis Eccleſia B. M. Virginis Aſſumptæ, & in cujus confinio colitur antiqua, & percelebris baſilica B. Mariæ de Feneſtris: s. Stephani Tinæniſis Oppidum, nundinarum conventu celebre, in quo S. Stephani templum, & Monaſterium Ordinis Ss. Trinitatis viſuntur: Urella (vulgo) Vves non ſolum baſilica S. Verani, ſed celeberrimo B. M. de Miraculis fano in montis vertice ſito celebris; Turreta Chiabaudorum, ubi veneranda præ vetuſtate, & præclaris monumentis parochialis Eccleſia S. Mariæ, & S. Salvatoris: Pilionum, Scarena, Iſia, Thoetum, Berra, Bravum, Bolena, Clantium, ubi Canonicorum collegium, aliaque plura. Menſæ Epiſcopalis redditus bis mille centies novem & tria ſupra viginti ducatonos, ſeu ſcuta Romana non excedunt; taxanturque fl. 300. Baralis.)

I. 1 S. BASSUM Epiſcopatum iniiſſe circa annum Domini 230. ſubque Decio Imperatore jam ſenex martyrium conſummaſſe plus minus anu. 250. *a* ejus acta reſtantur. Et Valerianus ejus ſucceſſor Homilia 16. Nicienſibus ſuis: *Si cognoviſſetis*, inquit ille, *quantum nobis civis Martyris virtus præſtitit, à laudibus Dei nunquam linguæ ſtudium, nunquam oris ceſſaret officium. Cum igitur* (referunt Acta) *variis ſceatis, & præcipue ſacris, variiſque virtutibus aliis hic Sanctus præfulgeret, in civitatis ſuæ Epiſcopum eligitur. Quod cum per multos annos magno cum ſui merito, cumque commiſſi populi profectu ſuſtinuiſſet, ad eum delata fama eſt, occiſos Philippos Impp. & diram contra Chriſti fideles perſecutionem excitatam à Decio. Quo nuncio adeo non fuit perterritus, ut eo vehementius ab idolorum cultu Gentiles, qui ſupererant, abſtrahere conaretur, quo ſuæ conſummationis diem magis inſtare ſentiebat. Præturam tum in ea regione agebat Perennius, idolorum tum ſua ſponte, tum in Decii Auguſti gratiam ſtudioſiſſimus. Unde cum ad eum identidem præferrentur, quæ in ejus Deos Baſſus moliebatur, ſatellitibus mandat, ut, ubinam deliteſceret, inveſtigarent. Id ubi Baſſus perſenſit, bactenus novas latebras non quæſivit, & iiſdem obviam factus, & quinam eſſet aperuit, &, ut ad Præfectum duceretur, rogavit: & perductus, Perennii verbis ad venerationem Deorum invitantis, moxque minis etiam provocantis, cumque reſiſtit. Hinc tum in equuleum ſuſpendi, ac detrahi Perennius juſſit: ſed Sanctus eandem, quam in eludendis verbis, in perferendis tormentis conſtantiam exhibuit. Ira accenſus Judex ardentes laminas illius lateribus adhiberi jubet: verum interior flamma exterioris ſenſum facile prohibebat. Tum ille veluti bello laceſſitus in furorem verſus;* nil, *inquit*, contra hunc prævalet ignis? Nodoſos arripite fuſtes, & ſuſpenſo in equuleo, ſinguli pro viribus hujus pervicacis membra contundite. *Ad quod cum ſanctus eaſdem ſemper divinas laudes iteraret, pro fuſtibus ſcorpiones arripiunt, & jam decoctum, diſſertatum, contuſumque corpus totum ita dilacerant, ut viſcera ipſa nudarent. Ubi vero nil ſe profeciſſe vident, ab equuleo depoſitum lignis onuſtum, jumenti in morem, verſus templum furentes propellunt. Tum eiſdem lignis altari impoſitis, ut ignem ipſe ſubjiciat inſtigant, & conſtanter recuſantem, tandem circa eum materiam componunt, ignemque ſubjiciunt: ſed ab eo nil læſus, eaſdem laudes divinas alacrius quam antea celebrare pergit. Re miraculo attonitus Perennius ſe ſubducit, ut cum eiſdem ſuæ crudelitatis adminiſtris, aliquod novum tormenti genus comminiſcatur. Nec defuit crudeli animo ingenium, quo tale, tamque crudele commentus, ut nec aures ipſæ ex horrore audire ſufficiant. Duos clavos ejuſdem qua martyris longitudinis excudunt, & S. Martyris humi proſtrato corpori infigunt, ut alter à pede dextro, alter à ſiniſtro ad illius caput ſua cuſpide pertingat. Inhorruere ad tam immane ſpectaculum ipſimet infideles: fideles vero altius gemuere, & propter ſui paſtoris tam diros cruciatus, & propter inſtantem ſuam ipſorum deſolationem. Ipſe unus, qui cauſa doloris aliis erat, poſtquam inter hos cruciatus populum ſuum ſignis ad viam ſalutis proſequendam animaſſet, oculos in cœlum intendit: quos proxime ſecutus ſpiritus, in ſecretiora que delatus, æternæ vitæ conjungitur Nonis Decembris; corpus ejus Niciæ ſepultum.* Hactenus acta M.S. quæ paucis reſtricta etiam recenſet Petrus in catalogo lib. 1. cap. 30. Ejus etiam meminit Martyrolog. Rom. ad hunc diem: de quo cecinit Epiſcopus Sarſinæ in Martyrologio Poetico.

Scorpio non potuit Baſſum, nec perdere flamma;
Confixus clavis ſacrificandus erat.

Corpus S. Martyris deinde, (incertum tamen qua de cauſa, quo va tempore) delatum Moranum Campaniæ, quod haud ita pridem repertum fuit cum his verbis inſcriptis: *Corpus S. Baſſi Epiſcopi, & Martyris Nicenſis.* Fuiſſe vero olim Niciæ ad Martyris tumulum civium, exterorumque frequentiam, habet S. Valerianus ejus ſucceſſor Homilia 16. ad Nicienſes ſuos: *Facile*, inquit, *agnoſcitis quam ſpecialis circa vicem martyrum officiorum cura nos maneat: cum videatis huc etiam exteras nationes devotæ mentis amore concurrere, & prout cauſa exigit, ſancti Martyris ſolatia poſtulare.*

2 S. PONTIUS *b* Cemelenſis Epiſcopus, & Martyr, qui à Pontifice Pontiano baptizatus, Marcum patrem idola colentem, duoſque deinde Philippos Cæſares ad Chriſti fidem perduxit. Claudii Præſidis juſſu ſub Valeriano, & Gallieno Imperatoribus nobiliſſimi agonis curſum confecit *c*. Ejus corpus eo loco à fidelibus reconditum, ubi deinde nobilis Abbatia nomini ejuſdem dicata, à Carolo Magno ædificata, ac magnifice dotata fuit, quæ adhuc apud Nicienſes extat. Sacra deinde Pontii lipſana in Galliam Narbonenſem ad monaſterium Tomeriarum, quod Pontius Toloſæ comes anno 936. in ejus honorem inter Pezennatum, & Carcaſſonem conſtruxerat, deportata ſunt (1). Succeſſu temporis Cœnobium dignum viſum eſt à Joanne XXII. Pontif. Max. quod in eo Epiſcopalis infula attolleretur an. 1318. Cui in tanti Martyris venerandam memoriam titulum *Sancti Pontii Tomeriarum*, nomen indidit. Porro S. Pontii feſtus dies habetur 14. Maji apud Martyrol. Roman. quem Petrus de Natalibus Nicienſem Epiſcopum vocat. Acta ejus habentur apud Mombritium, & Surium. II.

b De eo Acta Ss. Maii t. 3. p. 274.

c Anno 261. 14. Maii.

3 AMANTIUS in Concilio Aquilejenſi anno 381. III.

(„ VALERIANUS *Cimelenſis Epiſcopus an.* IV.
„ *Chriſti 450. ſub Leone Magno, qui Cathedram*
„ *utramque Cemelenſem, & Nicienſem conjunxit.*
„ *De eo parce ab antiquis ſcriptum eſt: ſed probabi-*
„ *le eſt excidium Cemelenſis urbis monimenta de*
„ *ejus geſtis evertiſſe. Ejus pietas, & doctrina in*
„ *homiliis à Jacobo Sirmondo collectis ſatis evin-*
„ *cuntur. Pluribus interfuit Conciliis Arauſicano,*
„ *Arelaten. & Regien. D. Leo Summus Pontifex ad*
„ *eum Epiſtolas dedit. Deceſſit anno 460.* Baralis.)

4 S. VALERIUS, *d* vel Valerianus ex monacho Lirinenſi Epiſcopus inſignis ſanctitatis vir, cujus dies feſtus agitur 25. Julii apud Lirinenſes, de quo Ferrarius in Catalog. Martyrologium Gallicanum Andreæ du Sauſſay ad hanc diem. Quo tempore floruerit non produnt monumenta. Fuiſſe tamen virum doctum docent ipſius Homiliæ *e*, noviſſime ex Bibliotheca monaſterii S. Galli in Germania in lucem emiſſæ. V.

d Diſtinctus à ſupradicto Valeriano, ut evincitur ex Arnald. Vvion. Mart. pro monaſt.

e Hæ Valeriani ſunt, non Valerii.

5 AUXIANUS, de quo mentio anno, 458. VI.
(„ *Auxianus, vel Auxanius, aut Auxamius in-*
„ *ter Præſules Nicienſes recenſetur ab Auguſtino ab*
„ *Eccleſia. Floruit an. 465. uſque ad 490. tempore*
„ *Fauſti Rhegienſis, cujus Epiſtolæ ad Lucidum*
„ *presbyterum ſubſcripſit. De eo mentio habetur in*
„ *Epiſtola quarta S. Hilarii Papæ.* Baralis.)

(„ S. DUTHERIUS *alius à Deutherio Ven-* VII.
„ *cien. & Aunerio Antipolen. Nicienſis Epiſcopus*
„ *ſtatuendus eſt. Notus eſt ex Annalibus Maſſilien-*
„ *ſium per Jo. Bapt. de Queſnoy Soc. Jeſu, qui ex*
„ *Tolonen. in Provinciæ tabulario refert vetus in-*
„ *ſtrumentum p. 187. n. 4. in quo hæc leguntur.* Gra-
„ tianus Toloneo Epiſcopus . . . . navigans ex
„ parte Galliæ Narbonen. cum Dutherio Nicien.
„ Epiſcopo ad Toloni portum magna procella ve-
„ nerunt. Cum autem Saxones cum Hunnerico

(1) Hic fallitur Ughellus, qui ſacra lipſana S. Pontii in Galliam Narbonenſem ad Monaſterium Tomeriarum tranſlata aſſerit: niſi fortaſſe de aliqua parte ejus corporis, præſertim capitis intelligeret. Æquivocatio eſſe poteſt de alio S. Pontio Epiſcopo tempore Diocletiani in cœnobio Galliæ Occi[illegible] tanæ, ut in actis Ss. Vincentii, & Orontii Port. de Natal. lib. 6. c. 94. Vide Auguſtinum ab Eccleſia Coron. reg. pag. Super tumulum S. Pontii hoc inſcriptio habetur. Domino Carolo Rege Francorum, & Longobardorum Patricio Romanorum D. S. Pontio martyri ſub temporibus Imperat. . . . . . . Adoratum Ep. . . . . is . . . . inſtaurav. . . . . Is tumulus in medio Eccleſiæ S. Pontii pene dirutæ, ut nova ædificetur, proſtat. Vide Jauffredum, cujus opinio omnibus aliis anteferenda. Baralis.

„ Wandalorum rege Gallias noſtras invaſiſſent,
„ in templo B. Gratianum cum ſocio ſuo Duthe-
„ rio, & cum multis aliis invenerunt, & ſangui-
„ nem pro Chriſto immolaverunt, in pace morien-
„ do an. Dom. 493. *Alia de S. Dutherio monumenta*
„ *temporum acerbitas abraſit*. Baralis.)

VIII. 6 MAGNUS Cemelienſis, & Nicenſis Præſul, cujus nomine Aetius Presbyter Concilio Arelatenſi ſubſcripſit an. 568.

IX. („ AUSTADIUS *ſedit anno Chriſti* 580. *cor-*
„ *pus S. Hoſpitii tumulavit*. Baralis.)

X. 7 CATHOLINUS in Concilio II. Matiſconenſi clarus ann. 588. Circa quæ tempora florebat S. Hoſpitius *a* apud Niceam incluſus, cujus meminit Paulus Diac. lib. 3. Hiſt. Longobard. & Aimonius de geſtis Francorum, qui ait Hoſpitium floruiſſe circa annum Domini 560.

a Jam erat defunctus.

XI. 8 B. SCIACRIUS *b*, vel Syagrius (1), & Syacrus Nicienſis Epiſcopus: natione, & genere Caroli Magni Imp. Pipinique fuit. Qui Carolus divina inſpiratione ad partes Provinciarum diſponente perveniens, ut Paganos, & infideles ex dictis locis expelleret, & ipſam gentem ad fidem Catholicam reduceret; qui cum veniſſet ad fines Cimelienſes, & Nicienſes, ope divina, eam deſtruxit, & effugavit. Duxerat idem Carolus ſecum dilectum Syacrium nepotem ſuum Comitem Brienſem, qui inveniens in diſtrictu Cimellæ Eccleſiam, in qua S. Pontii Martyris corpus venerabatur, monaſticam regulam ſectare geſtiens, à patruo Carolo, ut inibi ſibi monaſterium ædificaretur, inſtantiſſimis precibus obtinuit. In quo poſtmodum B. Sciacrius veluti clarum jubar virtutibus, ac miraculis plurimis effulſit, ipſumque monaſterium multiplici virtutum genere decoravit: ad cujus piam petitionem idem Imperator comitatum Cimelienſem ſibi, & monachis præſentibus, & futuris in perpetuum in præfato cœnobio Deo militantibus, ad quotidiana onera ſupportanda benigne ceſſit, ac largitus eſt. Anno vero Domini 777. Adriano I. Papa ſedente, Sciacrius è monaſterio extractus, Epiſcopus Nicienſis ordinatus fuit, in quo per decem omnino annos laudabiliter, & ſancte vixit, virtutibus eximiis coruſcavit, quievitque in pace die 23. Maji. Corpus ejus ſepulturæ mandatum eſt in baſilica prædicta S. Pontii, in qua primus monachorum Abbas fuerat. Hæc habet Chronologia Lerinenſis ex M. S. monumentis cœnobii S. Pontii Nicienſis. De Sciacrio Ferrarius, Sauſſayus in ſupplemento. Porro trecentos pene annos poſt Sciacrium Nicienſes Epiſcopi deſiderantur, quorum nomina, actaque temporum injuria deliteſcunt.

b De eo Acta SS. Maii t. 5. p. 156.

XII. [„ FRODONIUS *Epiſcopus Nicien. vixit an.*
„ 999. *cujus opera effloruit S. Pontii Monaſte-*
„ *rium*.

XIII. „ BERNARDUS *ſucceſſit Frodonio an.* 1004.
„ *eatamque habuit electionem Joannis Abbatis S.*
„ *Pontii*.

XIV. „ PONTIUS *Mironis, & Odilæ nobilium*
„ *Nicienſium filius ſedit an.* 1018. *multa bona ex*
„ *conſanguineis ſuis excerpta Eccleſiæ ſuæ ceſ-*
„ *ſit*.

XV. „ GAUFREDUS *poſt Pontium eodem anno, quo*
„ *ille* 1027. *obiit. De illo meminit Antonius Ruffi in*
„ *in hiſtoria Gallien*.

XVI. „ PONTIUS *hujus nominis III. ſucceſſit Gau-*
„ *fredo, brevique è vivis ſublatus eſt. Oppidum*
„ *Caſtrinovi ſibi, & nobilibus, divitibuſque pa-*
„ *rentibus obveniens cum villis adjacentibus ceſſit*
„ *Monaſterio S. Pontii*.

XVII. „ ANDREAS *Pontium ſubſecutus eſt, in pro-*
„ *movendis piis donationibus valde addictus*.

XVIII. „ NITARDUS, *ſeu Nectardus patriæ Epiſco-*
„ *pus creatus eſt an.* 1037. *ejus laudes commemorat*
Italia Sacra Tom. IV.

A „ *tur in confirmatione dotis Eccleſiæ S. Jo. de Olivo*
„ *prope monaſterium S. Hoſpitii*. Baralis.)

9 ANDREAS Nicienſem regebat Eccleſiam an. 1030. qui donationem monaſterii S. Verani factam monaſterio Lerinenſi ſua manu firmavit: ut in Chronologia Lerinenſi. XIX.

10 RAYMUNDUS. („ *Raymundus Epiſco-* XX.
„ *pus Nicien. an.* 1064. *multis bonis donatus eſt pro*
„ *Eccleſia B. Mariæ Caſtri Deteria. Demum an.*
„ 1073. *donatus eſt Caſtro Drappi, quod nunc comi-*
„ *tatus titulum præfert à Petro Vaſenſi Epiſcopo,*
„ *cujus donationis chartam exhibet Jofredus. Hinc*
„ *per* 760. *annos poſſident Epiſcopi Niciæ comita-*
„ *tum Drappi, cujus juriſdictionem conſecuti ſunt*
„ *à Raymundo Berengario Comite Provinciæ ſub*
„ *conditione perpetuæ inhabilitatis ad alienatio-*
„ *nem, venditionem, & permutationem*.

„ BERNUS *ſediſſe videtur in Cataſt. Nicien. an-* XXI.
„ *te Archimbaldum, ut habetur ex quadam do-*
„ *natione ipſi facta, ubi ejus fit mentio. Vixit cir-*
B „ *ca an. Chriſti* 1075.

„ ARCHIMBALDUS *præfuit Eccleſiæ Ni-* XXII.
„ *cien. an.* 1078. *In monaſterium S. Pontii tunc exi-*
„ *mia ſanctitate perceleбre munificus fuit. Plures*
„ *ei ſubdidit Eccleſias, menſam Epiſcopalem red-*
„ *ditibus cumulavit, ſacravit Monaci Eccleſiam S.*
„ *Mariæ*. Baralis.)

11 ISOANDUS anno 1108. („ *Iſoandus, qui* XXIII
„ *& Iſnardus, an.* 1108. *ſtudens reformationi Cleri-*
„ *corum conſtitutionem edidit, in qua Canonicis red-*
„ *ditus Eccleſiæ diſtribuit. Habetur diploma apud*
„ *Janfredum. Anno* 1110. *curavit, ut Canonici re-*
„ *gulari diſciplina ſub regula D. Auguſtini imbueren-*
„ *tur, quod à Petro ſucceſſore perfectum eſt*. Ba-
„ ralis.)

12 PETRUS, ad quem ſcribit Callixtus II. anno 1120. ad favorem Lerinenſis monaſterii, & Honorius II. apud Chronolog. Lerinenſem. Innocentius vero II. hoc illi dedit diploma, ubi jura ſuæ Eccleſiæ confirmat an. 1137. quod, ne in tenebris maneat, hic exſcribam ab authentico exemplari. XXIV

C

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Venerabili fratri Petro Nicienſi Epiſcopo ejuſque ſucceſſoribus canonice promovendis in perpetuum. Officii noſtri nos hortatur auctoritas pro Eccleſiarum ſtatu ſatagere, & earum quieti, & utilitatibus ſalubriter, auxiliante Domino, providere. Dignum namque, & honeſtati congruum eſſe cognoſcitur, ut qui ad Eccleſiarum regimen aſſumpti ſumus, eas à pravorum hominum nequitia tueamur, & B. Petri atque Apoſtolicæ ſedis patrocinio muniamus, & Nicen. Eccleſiam, cui Domino auctore, præeſſe dignoſceris, S. R. E. privilegia roboramus, ſtatuentes, ut ordo canonicus, qui ſecundum B. Auguſtini Regulam tuo laudabili ſtudio eſt in Nicienſi Eccleſia Dei gratia inſtitutus, ibidem futuris temporibus inrefragabiliter obſervetur, & decedentibus Clericis, qui in præſentiarum in eo Domino famulantur, nullus ibi niſi regularem vitam profeſſus canonicus ſubrogetur; obeunte quoque te nunc ejuſdem loci Epiſcopo, nemo ibi præter quam regularis Epiſcopus præponatur, qui eidem Eccleſiæ cooperante Domino præeſſe valeat, & prodeſſe. Decernimus etiam ut quæcumque bona, quaſcumque poſſeſſiones eadem eccleſia in præſentiarum juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, & Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis permittente Domino poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum, & illibata ſerventur, in quibus hæc propriis nominibus adnotanda ſubjunximus. Eccleſiam videlicet S. Mariæ de Clanſio; eccleſiam ſancti Laurentii de Ulontia; eccleſiam ſanctæ Mariæ

D

(1) In monumentis S. Pontii S. Siagrius, non S. Baſſus primus Nicienſis Epiſcopus dicitur. Sed cum inter utrumque 300. annorum ſpatium intercedat, quo medio tempore alii quoque numerantur Nicienſes Epiſcopi, dicendum eſt S. Siagrium primum ex Abbatibus S. Pontii Epiſcopum nuncupatum fuiſſe. Seu potius cum ob invaſione Saracenorum, qui Narbonenſem Provinciam devaſtarunt, factum eſſet ut deleta etiam Nicia ab an. circiter 729 uſque ad tempora Caroli Magni an. ſcilicet 777. Epiſcopis urbe viduata fuerit, reſtituta ſub eodem Carolo civitate, Siagrius primus ab hac renovatione Nicien. Epiſcopus dictus eſt. Baralis.

de Pila, eccleſiam ſanctæ Teclæ, & caſtrum quod A
vocatur Drapum; eccleſiam ſanctæ Mariæ Villæ Ve-
teris: monaſterium ſancti Pontii cum eccleſiis ad ip-
ſum pertinentibus, quas in Nicienſi Epiſcopatu, E-
piſcopale legitime pertinere dignoſcitur; eccleſiam
ſanctæ Mariæ de Olivo; eccleſiam ſancti Hoſpitii.
Nulli ergo hominum liceat quod à te ſuper inſtitutione
præfatæ Eccleſiæ factum eſt, & à nobis firmatum
infringere, vel mutare, ſeu qualibet occaſione con-
vellere, nec ejus poſſeſſiones auferre, vel Abbatias
retinere, ſeu quibuslibet moleſtationibus fatigare,
ſed omnia ſemper conſerventur eorum, pro quorum
gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus
omnibus profutura. Si quis igitur in poſterum eccle-
ſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutio-
nis paginam ſciens contraire, & temere venire ten-
taverit, ſecundo, tertiove commonita, ſi nec rea-
tum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſta-
tis, honoriſque ſui dignitate careat, & à ſacratiſſimo
corpore, & ſanguine Dei, & Domini noſtri Jeſu Chri-
ſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ul- B
tioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem ſua jura ſer-
vantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti quatenus,
& hic bonæ actionis fructum percipiat, & apud di-
ſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniat.
Amen. Amen. Amen.
Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Guilelmus Præneſtinus Epiſcopus.
Ego Hubaldus diac. card. S. Mariæ in Via lata.
Ego Griſogonus diac. card. S. Mariæ in Porticu.
Ego Anſelmus presb. card. tit. S. Laurētii in Lucina.
Ego Lutefredus presb. card. tit. Veſtinæ.
Ego Lucas presb. card. tit. SS. Joannis, & Pauli.
Datum Piſis per manum Almerici S. R. E. Diaconi
Card. & Cancellarii 4. Kalend. Aprilis Ind. XV.
Incarnationis Dominicæ anno 1137. Pontif. vero
Domini Innocentii Papæ 2. anno ſeptimo.
(,, *Petrus præfuit an. 1115. & tam ipſe, quam*
,, *Nicien. Eccleſia variis privilegiis à Paſchali II.*
,, *Papa cumulatus eſt, inter quæ habetur iuriſdictio*
,, *in Monaſterii S. Pontii, nec non in Eccleſias ei ſub-* C
,, *jectas. Hinc idem privilegium Honorius II. confir-*
,, *mavit, & ampliavit. Vide diplomata apud Jau-*
,, *fredum. Anno deinde 1137. Petrus regularium*
,, *Canonicorum ſub regula D. Auguſtini inſtitutionem*
,, *perfecit, quæ diſciplina per 600. annos maxime*
,, *viguit, & plures Pontifices confirmarunt. Imò*
,, *Innocentius II. ſtatuit, ut de eorum gremio aſſume-*
,, *rentur Epiſcopi. Idem ſtatuit Lucius II. Apoſtoli-*
,, *ca diplomata refert Jaufredus. Obiit Petrus an.*
,, 1148. Baralis.)
XXV 13 ARNALDUS anno 1164. (,, *Arnaldus,*
,, *alias Arnaudus Nicienſi præfuit Eccleſiæ an.*
,, *1151. ex ſacriſta Canonico Arauſicenſi (hi enim*
,, *communicabant ad invicem eandem regulam D.*
,, *Auguſtini profitentes) ad infulam promotus. An-*
,, *no 1153. Venciam venit, ut S. Lamberto morienti*
,, *præſto eſſet, eumque tumulo daret. Anno 1158.*
,, *Adrianus Papa IV. conceſſa Nicienſi Eccleſiæ pri-*
,, *vilegia confirmavit, ut refert Jaufredus. Ba-*
,, ralis.) D
XXVI 14 RAYMUNDUS II. 1166. (,, *Raymundus*
,, *Saugerius hujus nominis II. Canonicus Sacriſta*
,, *Nicienſis ad Epiſcopatum aſſumptus eſt an. 1166.*
XXVII. ,, PETRUS *II. vivebat an. 1184. Hujus zelo com-*
,, *mendavit Lucius III. ſarta tecta, & temporalem*
,, *adminiſtrationem monaſterii s. Pontii, nec non re-*
,, *gularem diſciplinam promovendam. Refert diplo-*
,, *mata Pontificia Jaufredus.* Baralis.)
XXVIII. 15 JOANNES anno 1197. (,, *Adhuc vixit an.*
,, *1200. cujus tempore ſopita eſt quæſtio inter ipſum*
,, *& Guillelmum Præpoſitum S. Jacobi ſuper decimas*
,, *S. Stephani.*
XXIX ,, HENRICUS *huic præfuit Eccleſiæ an. 1210.*
,, *Amicè convenit cum Monachis s. Pontii in ordine*
,, *ad confinia paræciæ s. Reparatæ ex Arch publ. Ci-*
,, *vit. Subſcripſit tamquam teſtis concordatis inter*

,, *Sancium fratrem Raymundi Berengarii Comitis* A
,, *Provinciæ.* Baralis.)
16 SANCIUS anno 1212. (,, *Nequaquam vi-* XXX
,, *detur patria Nicienſis, ſed ex Aragonibus tunc*
,, *Niciæ Dominis oriundus.* Baralis.)
17 ANTEPELICANUS (1) fuit Nicienſis
Epiſcopus anno 1215. cujus meminit Auguſtinus E-
piſcopus Nebienſis in Hiſt. Genuenſi.
18 HENRICUS Antepelicano ſucceſſit, de quo XXXI
nil aliud inveni niſi nudum nomen. (,, *Henricus*
,, *poſt Sancium reperitur hujus Eccleſiæ Epiſcopus*
,, *an. 1215. Interfuit Concilio Lateranenſi ſub Inno-*
,, *centio III.* Baralis.)
(,, MEYNFREDUS *an. 1238. Epiſcopatum* XXXII.
,, *geſſit. Emit à Raymundo Berengario Comite Pro-*
,, *vinciæ juriſdictionem caſtri de Drappo, cujus di-*
,, *ploma refert Jaufredus. Adiuvit Fratres Prædi-*
,, *catores S. Dominici, qui largitionibus Jordani Ri-*
,, *cherii Niciæ fixerunt domicilium an. 1243. Non*
,, *multis poſt annis Minoritis vivente D. Franciſco*
,, *data eſt Eccleſia S. Recuperati, nunc ſolo æquata.* B
,, *Anno poſtea 1250. Augerius Badatus dedit eiſdem*
,, *Fratribus locum ad Eccleſiam, & Monaſterium*
,, *extruendum, nec non redditus pingues, de quibus*
,, *habet diploma Jaufredus.* Baralis.)
19 PETRUS Bonus 1261. (,, *Obiit, ut eruitur* XXXIII.
,, *e mortuario Cathedralis Eccleſiæ an. 1262.*
,, JOANNES *Epiſcopus habetur an. 1270. quo* XXXIV.
,, *tempore confirmata eſt antiqua ſocietas inter Ca-*
,, *nonicos Nicien. & Magalonenſes.*
,, HUGO *Epiſcopatum geſſit an. 1291. de quo pau-* XXXV.
,, *ca in veteribus monumentis.*
,, BERNARDUS *de Chiabaudis ex Dominis de* XXXVI.
,, *Torretis hujus nominis II. Hugoni, cujus fuerat ge-*
,, *neralis Vicarius, ſucceſſit. Vivebat an. 1300.*
,, NITARDUS *II. cujus nomen nudum inveni-* XXXVII
,, *tur in quoddam veteri manuſcripto, ſedebat an.*
,, *1301. ex Arch. Cath. Eccleſiæ.* Baralis.)
20 RAYMUNDUS Nicienſis Epiſcopus de- XXXVIII
functus an. 1317. temporibus Joannis XXI. ex Re-
geſt. Vatic. C
21 Fr. GUILLELMUS, Ordinis Min. inſignis XXXIX.
Theologus, Apoſtolicæ Sedis Pœnitentiarius, Ray-
mundo datus eſt ſucceſſor in Nicienſi Eccleſia à Jo-
anne XXII. anno Chriſti 1317. 8. Kal. Maji Mu-
nus conſecrationis obtinuit à Nicolao Epiſcopo O-
ſtienſi: ut in Regeſt. Vatic. de quo doctus noſter
Vvaddingus tom. 3. Annal. Min.
22 Fr RASTAGNUS anno 1322. die 21. Maji XL.
notatur in lib. Oblig. Cujus Ordinis tamen fuerit,
non exprimitur.
23 Fr. JOANNES Nicienſis Eccleſiæ electus XLI.
Epiſcopus, memoratur in iiſdem libris Oblig. an-
no 1329. die 20. Junii. De eo item mentio an. 1333.
24 Fr. GUILLELMUS apud eoſdem Obliga- XLII.
tionum libros videtur electus Nicienſis anno 1335.
die 7. Junii, quo ſolitum penſum Sacro Senatui pro-
miſit ſe ſoluturum. Idem Guillelmus in Avenio-
nenſi Concilio fuit anno 1337. cui præſedit Caſper-
tus Arelatenſis Archiepiſcopus.
25 PHILIPPUS Guaſtonius ex Epiſcopo Sedu- XLIII D
nenſi huc tranſlatus an. 1342.
(,, GUILLELMUS *Amerini civis, & Præpo-* XLIV
,, *ſitus Nicienſis ad Epiſcopatum aſſumptus eſt an.*
,, *1345. Impetrata à Clemente VI. facultate teſtan-*
,, *di an. 1348. Eccleſiæ ſuæ multi pretii ſacram ſu-*
,, *pellectilem legato dimiſit, cui, ſi diſtraheretur vel*
,, *à ſucceſſoribus, vel à Canonicis, ſubſtituit D. Pa-*
,, *pam, & alia bona quæcumque non ſuis, ſed in*
,, *Epiſcopatu ſucceſſoribus donavit ex teſtamento in*
,, *Arch. Cath. exiſtente.* Baralis.)
26 PETRUS natione Sardus præficitur à Pon- XLV.
tifice anno 1348. 6. Novembris. De quo mentio-
nem fieri reperi in lib. Oblig. Prælatorum ad an-
num uſque 1354. die 26. Novemb. (,, *Petrus Sar-*
,, *dine nobilis civis Nicienſis ex Canonico creatus*
,, *eſt Nicienſis Epiſcopus. Ædificavit Odeum, ſive*
,, *cho-*

(1) Falluntur ex Juſtiniano in Annal. Genuen. Ludovicus ab Eccleſia in hiſt. Pedemont. necnon Franciſcus ab Eccleſia, & Ughellus noſter, qui aſſerunt an. 1205. Antipolitanum (perperam in Ughello dicitur Antipelicanus) Epiſcopum Nicienſem una cum Mirone Badato civitatis Nicienſis Dominium rejectis Comitibus provinciæ, Genuenſibus tradidiſſe. Vide Jaufredum p. 181. Tunc enim vivebat in hac ſede ſequens Henricus. *Baralis.*

„ *chorum Eccleſiæ Cathedralis , & plenus meritis* A
„ *obiit die* 8. *Martii incerti anni*. Baralis.)

XLVI „ 27 LAURENTIUS proxime ſucceſſit Petro, qui anno 1360. in Eccleſia majori S. Honorati Inſulæ Lerinenſis quinque altaria fixa conſecravit, Guillelmi Abbatis temporibus, varias ibi recondens reliquias: ut legitur in Chronologia ejuſdem Inſulæ. („ *Laurentius Pictoris civis Nicien. ex* „ *Præpoſito ad ipſam Cathedram translatus eſt*. „ *Poſt triennium exceſſit è vivis die* 12. *Aprilis*. Ba- „ ralis.)

XLVII „ JOANNES, *cujus nomen habetur in antiqua* „ *conventione inter Joannem Abbatem s. Pontii, &* „ *Conſules Nicienſes. Ex Arch. pub. Civil.* Baralis.)

XLVIII. 28 ROCCASALVA quidam memorator inter Epiſcopos hujus ſedis an. 1374. ab Auguſtino Salutienſi Epiſcopo in ſua Chronologia.

XLIX. 29 JOANNES Thomaſortis, Ordinis s. Benedicti monachus, & Abbas s. Pontii Nicienſis, inde Lerinenſis, Nicienſis Epiſcopus electus eſt anno 1382. quo die 15. Septembris capellam intra arcem turris Lerinenſis dedicavit ad honorem Divini Nominis ſub invocatione ſanctæ, & ſalutiferæ Crucis („ *Joannes de Tornaforte Abbas s. Pontii,* „ *& inde ab Urbano V. ad Abbatiam s. Honorati Le-* „ *rinen. translatus ibi omnium virtutum ſpecimen* „ *dedit. Anno* 1391. *corpus s. Honorati transferri* „ *curavit ad inſulam Lerinenſem. Anno ſequenti* „ 1392. *obtinuit Nicienſem Epiſcopatum. Tandem* „ *cum* 34. *annis Monaſterium Lirinenſe Abbas, &* „ *novennio Eccleſiam Nicienſem Epiſcopus eſſet mo-* „ *deratus, obiit an.* 1404. Baralis.)

L. 30 FRANCISCUS 1406. („ *Franciſcus, Be-* „ *nedicti XIII. Referendarius, infula Nicienſi do-* „ *natus eſt. Introduxit Fratres Heremitanos D.* „ *Auguſtini intra urbis mœnia, & Eccleſiam Paro-* „ *chialem s. Martini illis commendavit. Benedictum* „ *XIII Avenione Niciam advenientem excepit.* „ Baralis.)

LI. 31 LUDOVICUS eodem anno 1406. („ *Vive-* „ *bat an.* 1408. *paulo poſt defunctus eſt*. Baralis.) C

LII. 32 JOANNES Barle de Burgo in Breſſia, ſeu Seguſianus, Epiſcopus Nicienſis, ad Eccleſiam s. Pauli in Gallia translatus eſt à Martino V. an. 1418. Ex lib. Proviſ. Prælat. Omiſſus ab Auguſtino ab Eccleſia. (*Sacravit an.* 1410. *Eccleſiam s. Franciſci.* „ Baralis.)

LIII. 33 Fr. ANTONIUS Clementis, ſeu de Regiaco, Ord. Min. vir doctus, & in ſacra Theologia Baccalaureus, ad Nicienſem Cathedram ſublimatur à Martino V. anno 1418. 3. Id. Auguſti. Quatuor fere annos hanc Eccleſiam eximie rexit, translatuſque deinde eſt ab eodem Pontifice ad Bellicenſem Eccleſiam anno 1422. ut liquet ex lib. Oblig. & Proviſionum Prælatorum. Ejus non meminit Claudius Robertus, neque Salutienſis Epiſcopus in catalog. Bellicenſium Epiſcoporum.

LIV. 34 Fr. AYMO de Chiaſſiaco, *a* Monachus Ordinis s. Benedicti, Caſſani Prior, anno 1422. die 4. *b* Maji Nicienſem Eccleſiam regere incœpit: doctrina æque, ac prudentia, generiſque nobilitate conſpicuus. Ajunt illum ex Dominis Laniaci Provanæ familiæ ortum, Epiſcopatum tenuiſſe ad annum uſque 1428. nunciumque remiſiſſe, ac ætatem produxiſſe ad annum 1460. De eo tamen in libr. Obligationum non habetur memoria ultra annum 1428. quo anno ibidem dicitur defunctus. D

a Gratianopolitanus Ordinis s. Auguſtini. *Baralis.*
b 12. Kal. Maii ex Actis.

LV. 35 LUDOVICUS Bardatus, Monachus Benedictini Ordinis, & Abbas s. Pontii Nicienſis, Epiſcopus hilari animo eſt ſalutatus 6. Id. Martii 1428. à Martino V. Pontifice ex eodem libro pag. 28. Quanto tamen tempore hanc Eccleſiam gubernaſſet in eodem non exprimitur. Reponunt alii anno 1446. Aymonem quendam Provanum, qui forte idem fuit cum ſuperiori de Chiaſſiaco. („ *Ludovicus Badatus, nobilis civis Nicienſis, ex* „ *Abbate s. Pontii ad Epiſcopalem infulam tranſivit* „ 1428. *In ſynodo Florentina coram Eugenio IV. ac* „ *poſtmodum in Baſileenſi contra religioſos Eccleſiæ* A „ *Cathedralis jura ſibi vindicantes reſcripta obti-* „ *nuit. Hujus obitum conſignat vetus emortuarium* „ *Eccleſiæ* 19. *Junii incerti anni*.

„ HAYMO *Provana ex Dominis Laniaci Pede-* „ *montanus, ex Ordine s. Benedicti an.* 1446. *hujus* „ *Eccleſiæ Epiſcopus dictus eſt, quam gubernavit* „ *per* 14. *circiter annos. Tranſegit an.* 1459. *cum* „ *conſulibus Nicienſibus ſuper decimis*. LVI

„ HENRICUS *Haymoni ſucceſſit ex proviſione* „ *Pii II. ſed an.* 1461. *ceſſit è vita*. Baralis.) LVII.

36 BARTHOLOMÆUS Cuetus an. 1445. inter Epiſcopos recenſetur: longiſſimo tempore Nicienſem rexit Eccleſiam. Memoratur in inveſtituris à Blanca Sabaudiæ Duciſſa factis ad favorem comitum Caſtri Montis anno 1490. Obiit ann. 1501. die 2. Julii. (*Bartholomæus Cuettus ex Sabaudia* „ *oriundus, ſeu verius ex Delphinatu, à Pio II. in-* „ *fula Nicien. inſignitus eſt an.* 1462. *Hic immorta-* „ *litate ob piè acta donandus per* 39. *annos Eccleſiæ* „ *Nicien. præfuit, & inſuper poſtulante Sabaudiæ* B „ *Duciſſa Monaſterii S. Pontii an.* 1473. *à Sixto IV.* „ *Abbas Commendatarius inſtitutus eſt. Tranſegit* „ *cum Conſulibus ſuper decimas, & ad ornatum Ec-* „ *cleſiæ Cathedralis ſe convertens templum inſtau-* „ *ravit, ſacellum non minus annuis proventibus,* „ *quam inſignibus Chriſti domini, B. M. SS. Io. Ba-* „ *ptiſtæ & Bartholomæi reliquiis decoravit, & D.* „ *Bartholomæo dedicavit; in eo ut miſſarum ſacri-* „ *ficia à ſex ſacerdotibus peragerentur eis in commu-* „ *ne victuris peculiaria ſtatuta à ſede Apoſtolica con-* „ *firmata conſcripſit; ſacriſtiam Eccleſiæ Cathedra-* „ *lis omni ſupellectilis genere communivit, & reddi-* „ *tus Eccleſiaſticos Eccleſiæ decori, & pauperum ſub-* „ *ſidio conſecravit. Obiit an.* 1501. *die* 12. *Iulii, &* „ *in ſuo D. Bartholomæi ſacello tumulatus eſt*. Ba- „ ralis.) LVIII

37 BONIFACIUS Ferrerius, Epiſcopus Eporedienſis S. R. E. Card. hujus Eccleſiæ adminiſtrator poſt Bartholomæum, de quo alibi. LIX.

38 JOANNES Uliolus, civis Viennenſis Abbas S. Pontii, Nicienſis Epiſcopus fuit anno 1504. LX.

39 AUGUSTINUS Ferrerius die 29. Novemb. 1506. electus Epiſcopus Nicienſis, poſtea Vercellenſis ann. 1511. de quo ſupra in Vercellenſibus Epiſcopis. Hic fuit Bonifacii ſuperioris germanus frater. LXI.

40 HIERONYMUS de Anzago *c*, nobilis Mediolanenſis, Mirandulæ Præpoſitus, & Abbas Bremenſis, Nicienſem Eccleſiam aſſecutus eſt per obitum Jo: Stephani Ferrerii Cardinalis hujus Eccleſiæ adminiſtratoris an. 1515. die 18. Novemb. Concilio Lateranenſi interfuit. Eo Præſule anno 1537. in hac Urbe convenerunt Paulus III. Pontifex, Carolus V. Imperator, Franciſcus I. Galliæ Rex de pace din, multumque differentes, quæ cum nulla poſſet conſtrui induciæ triennales pactæ fuerunt. Vixit Hieronymus ad annum uſque 1542. diemque ſuum extra Romanam curiam obiit. Eodem anno Epiſcopus Salutienſis in ſuo catalogo duos Hieronymos Anzagos refert fuiſſe Nicienſes Epiſcopos, habetque Nicolaum quemdam, & Philippum inter eos interceſſiſſe ann. 1518. & 1519 & iſti Nizienſes in Romania fuerunt Epiſcopi, non Nicienſes, unuſque extitit Hieronymus de Anzago, non duo, qui ab an. 1511. ad an. uſque 1542. Nicienſis Epiſcopus fuit, nuncupatus de Mirandola, cum illius oppidi Præpoſitus fuiſſet, qui majus templum columnis exornavit; in eo enim nos ipſi legimus in marmore ibidem ad parietem expoſitam inſcriptionem. LXII.

c Arſago.

Hier. ex Capitaneis de Arſago Mediol.
Patrit. Epiſc. Niciæ Templum hoc in cur.
pene colap. Pilis communivit MDXXI.

41 HIERONYMUS Recenatus, *d* ſeu de Recenatis, Alphonſi Neapolitani civis, & Aulæ Romanæ Advocati Conſiſtorialis, ex Bernardina Capoferrea nobili Romana filius, Romæ natus, excelſi animi vir, ſub Clemente VII. Pauloque III ad maximas res evocatus Theſaurarius Apoſtolicus, & ad Regem Galliæ Nuncius in demortui Anzagi locum LXIII

d De eo Ciaconius Oldoinus t. 3 p. 706. & Didacus Caſtagnus in memorabilibus Rocchetti Mandij.

Nicienſem Epiſcopatum conſequitur anno 1542. die 6. Februarii. Ex Datario paulo poſt, hoc eſt anno 1544. S. R. E. Diac. Card. S. Georgii creatus eſt ab eodem Paulo, vulgo, Cardinalis Capoferreus nuncupatus. Æmiliæ legatus fuit, aliiſque muneribus functus vir egregius Romæ deceſſit anno 1559. Kal. Oct. in æde S. Mariæ de Pace ſepultus fuit. Eccleſiam Nicienſem rexit annis tantum paucis, eamque cum regreſſu reſignavit ad favorem Joannis Baptiſtæ Provanæ. Hic ſororem habuit Antoninam lectiſſimam fœminam, quæ duos maritos habuit Franciſcum Cole de Rubeis nobilem Romanú & Fabium Mignanellum nobilem Senenſem, qui demortua uxore Eccleſiaſticam vitam amplexus, evaſit ſub Julio III. S. R. E. Cardinalis. Extat in Archivio Capitulino Bernardinæ de Capiteferreo relictæ quondam Alphonſi Recenati de Neapoli Advocati Conſiſtorialis, matris Hieronymi teſtamentum ſub die 13. Aug. 1510. per Andream Carutium notarium, & fidantiæ inter Antoninam ſororem Hieronymi de Recenatis. & Fabium Mignanellum anno 1531. Stephano de Arnandis Notario, & alia etiam Inſtrumenta vidimus, quibus Alphonſus Recenatus Hieronymi pater, civis recenſetur Neapolitanus. Hæc diximus, ut videant illi, qui Hieronymum Cardinalem, vulgo de Capiteferreo, oriundum ex urbe Recenatenſi faciunt, quantum à veritate aberrent.

LXIV 42 JO BAPTISTA Provana, ex dominis Lainiaci, Franciſci Senatoris, & Mariæ de Aladio filius, ex Prothonotario Apoſtolico, Canonico, & Theſaurario Taurinenſis Eccleſiæ, magnoque Sabandiæ Ducis Eleemoſynario, Epiſcopus Nicienſis electus eſt, obiitque ante annum 1548.

LXV 43 FRANCISCUS Lambertus Camberiacenſis, nobilis Sabaudus, per ceſſionem Card. Capitiſferrei, cui per regreſſum ob mortem Joannis Baptiſtæ Provanæ Nicienſis Eccleſia redierat, Epiſcopus declaratus eſt à Paulo III. anno 1548. die 18. Januarii. Tridentinæ Synodo interfuit, quinque, & triginta annos eam optime rexit. Mortalitatem explevit 1583.

LXVI 44 JO. LUDOVICUS Pallavicinus, filius Julii Cæſaris ex Marchionibus Cevæ, Marſicanus Epiſcopus, huc translatus die 7. Novembris 1583. Niciæ obiit laudatæ vitæ Præſul anno 1598. a

a Die 25. Novemb.

LXVII. 45 Fr FRANCISCUS Raſinus à Cercenaſco, Martinengus nuncupatus, Ord. Minorum concionator egregius, Caroli Emanuelis Sabaudiæ Ducis erat à confeſſionibus, quando ad Nicienſem Inſulam evocatur à Clemente VIII. Pont. Max. die 23. Oct. an. 1600. Per plures annos eam rexit Eccleſiam, ediditque ſuæ diœceſis ſynodalia decreta. Obiit ſub Gregorio XV. anno 1622.

46 PETRUS FRANCISCUS Malettus b Vercellenſis, Canonicus Regularis Lateranenſis, ejuſdemque Congregationis Generalis Abbas, à Gregorio XV. Papa an. 1622. Nicienſis Epiſcopus adlectus. Obiit anno 1634. c Scripſit vitam B. Amedei Sabaudiæ Ducis. LXVIII.

b De eo Roſſottus in Syllabo, & Julius Roſinus in Lyceo Lateranen. t. 2. p. 165. Mand.

c 1634. 4. Decembr.

47 JACOBINUS Marencus Montis Regalenſis, antea Salutienſis Epiſcopus, ad hanc ſedem translatus eſt ab Urbano VIII. anno 1634. die 18. Decemb. Extrema clauſit anno 1644. De quo vide, quæ diximus in noſtro I. tomo in Catalogo Salutienſium Præſulum. LXIX

48 DESIDERIUS de Paletis Vercellenſis, Canonicus Regularis Lateranenſis, ea Abbate s. Andreæ ejuſdem urbis, Jacobini vacantem Cathedram obtinuit ab Innocentio X. Pontif. Max. 13. Decembris 1644. Vivit. LXX

A D D I T I O.

(„ *Multo æſtro divini cultus excitatus eſt Deſiderius ad novam Eccleſiam s. Reparatæ conſtruendam; ſed neſcio quo infortunio, vel incuria templum jam ferè abſolutum, in quo tot curæ, & diſpendia hujus Prælati, & piorum civium abſumpta erant, à ſupremo uſque ad infimum diſciſſum eſt, & ipſe, qui accurrit ſuppetias daturus tantæ ruinæ reparationi, poſtea aufugiens cecidit, & effracto capite zeli ſui coronam obtinuit an. 1650.*

„ HIACYNTHUS *Solarius, defuncto Deſiderio, hanc Eccleſiam ſuſcepit regendam, tranſlatus deinde anno 1663. 23. Aprilis ad Montis Regalis Cathedram.* LXXI

„ DIDACUS *ab Eccleſia, Pedemontanus, vir miris ingenii, pietatis, zeli, & charitatis decore inſignitus, Nicienſem Eccleſiam breviter gubernavit defunctus an. 1665.* LXXII.

„ HENRICUS *Provana, Ordinis Carmelitarum Excalceatorum, doctrina, zelo, & munificentia inſignis, Didaco prædefuncto ſucceſſor datus eſt an. 1671. Præcipuo altari Eccleſiæ Cathedralis ſuis ſumptibus marmoribus exornato, aliiſque cultus Dei monumentis præclariſſimè enituit. Seminarium Clericorum excitavit, ipſique ex teſtamento bona ſua legavit. Obiit 1706. 30. Novemb. cum an. ferè 35. præfuiſſet.* Exinde hæc Eccleſia Paſtore viduata remanſit. *Baralis.*] LXXIII.

IN-

INDEX
CHRONICUS EPISCOPORUM
In hoc Quarto Tomo Contentorum.

Ao.Chr.			Colum.
		MEDIOLANENSIUM.	
	1	s. Barnabas.	pag. 36
47	2	s. Anathalonus.	ibid.
61	3	s. Cajus Romanus.	37
97	4	s. Caſtritianus.	ibid.
138	5	s. Kalimerus.	38
193	6	s. Monas Burus.	39
282	7	s. Maternus.	ibid.
303	8	s. Mirocles.	40
315	9	s. Euſtorgius.	41
331	10	s. Protaſius Algiſius.	ibid.
352	11	s. Dionyſius Marlianus.	43
		Auxentius intruſus.	44
374	12	s. Ambroſius.	ibid.
398	13	s. Simplicianus.	45
400	14	s. Venerius Oldradus.	47
408	15	s. Marolus.	48
423	16	s. Martianus.	ibid.
435	17	s. Glicerius Landrianus.	49
438	18	s. Lazarus de Lazaris.	ibid.
449	19	s. Euſebius Paganus.	50
465	20	s. Geruntius.	ibid.
470	21	s. Benignus Bentius.	51
478	22	s. Senator Septalius.	52
480	23	Theodorus Medices.	53
490	24	s. Laurentius Litta.	54
512	25	s. Euſtorgius.	55
518	26	s. Magnus Trincherius.	ibid.
530	27	s. Datius Alciatus.	56
552	28	Vitalis.	57
566	29	s. Auſanus Cribellus.	ibid.
568	30	s. Honorat. Caſtellioneus.	58
593	31	Laurentius.	59
503	32	Conſtantius.	ibid.
625	33	Deuſdedit.	64
630	34	Aſterius.	ibid.
641	35	Fortis.	67
645	36	s. Ioannes Bonus.	ibid.
655	37	s. Antoninus Fontana.	68
657	38	s. Mauricillus.	ibid.
668	39	s. Ampelius.	ibid.
672	40	s. Manſuetus Sabellus.	ibid.
681	41	s. Benedictus Criſpus.	69
725	42	Theodorus II.	70
740	43	s. Natalis.	ibid.
741	44	Ariſredus.	ibid.
742	45	Stabilis.	ibid.
745	46	B. Lætus.	69
759	47	Thomas Craſſus.	ibid.
784	48	Petrus Oldradus.	ibid.
805	49	Odelpertus.	75
814	50	Anſelmus Bilius.	pag. 76
818	51	Bonus Caſtillioneus.	78
822	52	Angilbertus.	ibid.
824	53	Angilbertus Puſterla.	79
861	54	Thado.	83
869	55	Anſpertus Gonfalonerius.	86
883	56	Anſelmus Capra.	88
897	57	Landulfus Craſſus.	89
900	58	Andreas Lampugnanus.	90
907	59	Atho Oldradus.	ibid.
919	60	Garibertus.	91
922	61	Lambertus.	ibid.
932	62	Hildumus.	ibid.
917	63	Ardericus Cotta.	93
989	64	Aldemarius.	94
953	65	Valpertus Medices.	95
969	66	Arnulphus.	97
973	67	Gothifredus.	98
978	68	Landulphus Carcanus.	98
997	69	Arnulphus de Arciago.	99
1015	70	Eribertus Antimianenſis.	101
1045	71	Vido Valvaſorius.	107
1068		*Gotifredus Caſtillionens intruſus.*	114
1072	72	Atho.	ibid.
1076		*Theobaldus Caſtellionens intruſus.*	115
1086	73	Anſelmus de Rude.	ibid.
1093	74	Arnulfus III.	116
1097	75	Anſelmus IV. Valvaſorius.	ib.
1102	76	Petrus Groſolanus.	126
1112	77	Iordanus Clivius.	132
1120	78	Olricus de Capitaneis.	135
1123	79	Anſelmus V. Puſterla.	136
1135	80	Robaldus.	141
1146	81	Obertus Pirovanus.	150
1166	82	s. Galdinus de Sala.	156
1176	83	Algiſius Pirovanus.	161
1185	84	Ubertus Cribellus.	165
1188	85	Milo Cardanus.	169
1195	86	Vbertus Terziago.	174
1196	87	Philippus Lampugnanus.	175
1207	88	Vbertus Pirovanus.	ibid.
1211	89	Gerardus Seſſius.	177
1214	90	Henricus Septalius.	ibid.
1231	91	Guillelmus Ruzolios.	182
1241	92	Leo Peregus.	198
1261	93	Otho Vicecomes.	199
1295	94	Ruffinus Frixerus.	200
1296	95	Franchinus Fontana.	ibid.
1308	96	Caſſonus Turrianus.	201
1317	97	Aicardus Antimianus.	ibid.
1344	98	Ioannes Vicecomes.	209
1354	99	Robertus Vicecomes.	250
1361	100	Guillelmus Puſterla	251.
1370	101	Simon Borſanus.	ibid.
1373	102	Anton. ex Mar. Saluſii.	ibid.
1402	103	Petrus Philiargus.	253
1409	104	Franciſcus Creppa.	ibid.
1414	105	Bartholomæus Capra.	254
1433	106	Franc. Picciolpaſſina.	255
1443	107	Henricus Rampinus.	256
1450	108	Ioannes Vicecomes.	ibid.
1453	109	Nicolaus Amidanus.	257
1454	110	Gabriel Sfortia.	265
1457	111	Carolus.	266
1460	112	Stephanus Nardinus.	ibid.
1484	113	Ioannes Arcimboldus.	267
1488	114	Vido Ant. Arcimboldus.	275
1497	115	Hippolytus Eſtenſis.	273
1520	116	Hippolytus II. Eſtenſis.	ibid.
1550	117	Io. Angelus Arcimbol.	274
1556	118	Philippus Archintus.	275
1560	119	S. Carolus Borromæus.	276
1585	120	Gaſpar Vicecomes.	ibid.
1595	121	Federicus Borromeus.	277
1632	122	Cæſar Montius.	278
1652	123	Alphonſus Litta.	ibid.
1681	124	Federicus Vicecomes.	279
1693	125	Federicus Caccia.	ibid.
1699	126	Ioſeph Archintus.	280
1712	127	Bened. Herba Odeſcalcos	281
		ALBENSIVM	
352	1	s. Dionyſius.	284
498	2	Lampadius.	ibid.
505	3	Venantius.	ibid.
679	4	s. Benedictus.	285
855	5	Petrus.	285
877	6	Hilderadus.	ibid.
938	7	Daibertus.	ibid.
960	8	Flocardus.	ibid.
984	9	Conſtantius.	ibid.
1060	10	Petrus	286
1079	11	Albertus.	ibid.
1090	12	Petrus ex Com. Valperge.	ib.
1124	13	Robaldus.	ibid.
1150	14	Petrus.	ibid.
1169	15	Otho.	ibid.
1185	16	Bonifacius.	ibid.
1191	17	Gerardus.	ibid.
1197	18	Ogerius.	ibid.
1210	19	Bonifacius II.	ibid.
1224	20	Raynerius.	287
1237	21	Guillelmus Braida.	ibid.
1255	22	Monachus.	ibid.
1259	23	Gandulfus.	ibid.
1262	24	Simeon.	288
1276	25	Bonifacius III.	ibid.
1351	26	Raymūdus de Mauriaco	288
1351	27	Guillelmus Caſella.	ibid.
1334	28	Petrus Avogadrus.	ibid
1349	29	Lazarinus Fliſcus.	ibid.
1369	30	Ludovicus ex Mar. Cevæ.	289
1388	31	Fridericus ex Mar. Cevæ.	ib.
1391	32	Petrus VI.	ibid.
1398	33	Bonifacius IV.	ibid.
1401	34	Franciſcus Carretus.	ibid.
1407	35	Aleramus ex Mar. Cevæ.	ib.
1409	36	Jacobus.	ibid.
1413	37	Franciſcus.	ibid.
1418	38	Jacobus.	ibid.
1419	39	B. Alarinus Rambaudus.	290
1456	40	Bern. ex Mar. Caretti.	291
1460	41	Petrus ex Mar. Caretti.	ibid.
1493	42	Andreas Novellus.	ibid.
1521	43	Hippolytus Novellus.	ibid.
1530	44	Antonius Molus.	292
1532	45	Iulianus Vicecomes.	ibid.
1533	46	Hieronymus Vida.	ibid.
1566	47	Leonardus Marinus.	293
1575	48	Vincentius Marinus.	299
1683	49	Aurelius Zibramontius.	ib.
1583	50	Ludovicus Michael.	ibid.
1590	51	Albertus Capriſanus.	ibid.
1596	52	Io. Anſelmus Carminatus.	ib.
1605	53	Franciſcus Pendaſius.	ibid.
1616	54	Vincentius Suardus.	ibid.
1619	55	Ludovicus Gonzaga.	300
1633	56	Franciſcus Gandulfus.	ibid.
1645	57	Paulus Britius.	ibid.
1666	58	Cæſar de Blandrate.	ibid.
1667	59	Victorius Nicolinus.	301
1692	60	Hieronymus Provana.	ibid.
1697	61	Ioſeph Rotharius.	ibid.
		ALBINTIMILIENSIUM.	
680	1	Ioannes.	302
940	2	Mildo.	ibid.
1179	3	Stephanus.	ibid.
1234	4	Nicolaus.	ibid.
1245	5	Iacobus.	305
1251	6	N....	306
1265	7	Ubertus Vicecomes.	307
1304	8	Ioannes.	ibid.
1304	9	Otto.	ibid.
1310	10	Raymundus.	ibid.
1328	11	Petrus Malocellus.	ibid.

An. Chr.			Column.
1345	12	Bonifacius.	307
1348	13	Angelus.	ibid.
1350	14	Gilo.	ibid.
1354	15	Ruſticus.	ibid.
1380	16	Bertrandus.	ibid.
1390	17	Petrus.	ibid.
1407	18	Benedictus.	ibid.
1418	19	Bartholomæus.	ibid.
1419	20	Thomas Rivarus.	ibid.
1422	21	Othobonus Bellonius.	308
1452	22	Iacobus.	ibid.
1469	23	Baptiſta de Judicibus.	ibid.
1483	24	Guillelmus.	ibid.
1484	25	Antoniottus Palavicinus.	ib.
1488	26	Alexander Fregoſus.	309
1502	27	Dominicus.	310
1519	28	Innocentius Cibo.	ibid.
1519	29	Philippus de Mare.	ibid.
1554	30	Io. Baptiſta de Mare.	ibid.
1561	31	Carolus Vicecomes.	ibid.
1565	32	Benedictus Lomellinus.	ibid.
1565	33	Carolus Grimaldus.	ibid.
1573	34	Franciſcus Gallutius.	ibid.
1581	35	Iulius Cæſar Recordatus.	ib.
1602	36	Stephanus Spinula.	311
1614	37	Hieronymus Curlus.	ibid.
1617	38	Nicolaus Spinula.	ibid.
1622	39	Io. Franc. Gandulphus.	ibid.
1633	40	Laurentius Gavottus.	ibid.
1654	41	Marcus Promontorius.	ibid.
1683	42	Io. Hieronymus Nanellius.	ib.
1693	43	Io. Stephanus Paſtorius.	ibid.
1701	44	Ambroſius Spinola.	ibid.
1710	45	Carolus Maria Maſcardus.	ib.

ALEXANDRIÆ STATELIORUM

An. Chr.			Column.
1175	1	Arduinus Romanus.	321
1176	2	Otho.	ibid.
1206	3	Hugo Torniellus.	ibid.
1240	4	Guilielmus.	ibid.
1252	5	Henricus.	322
1262	6	Albertus.	ibid.
1266	7	Vido.	ibid.
1276	8	Bondiuna.	ibid.
1277	9	Gandulfus.	ibid.
1285	10	Anſelmus.	ibid.
1288	11	Oglerus.	ibid.
1293	12	Odo.	ibid.
1343	13	Vido.	ibid.
1373	14	Iacobus.	ibid.
1380	15	Franciſcus.	ibid.
1380	16	Corradus Malaſpina.	ibid.
1382	17	Beroaldus.	ibid.
1388	18	Valentinus.	ibid.
1400	19	Vido.	ibid.
1402	20	Henricus Scarampus.	ibid.
1403	21	Bonifacius de Longicaro.	ib.
1403	22	Bartholinus Bucarinus.	ibid.
1414	23	Michael Mantegaza.	ibid.
1432	24	Gregorius de Lanzanegis.	ib.
1443	25	Marcus Martinonus.	ibid.
1457	26	Marcus de Capitaneis.	ibid.
1479	27	Io. Antonius à s. Georgio.	ib.
1497	28	Alexander Guaſco.	323
1488	29	Palavicinus Vicecomes.	ibid.
1534	30	Octavius Guaſco.	ibid.
1564	31	Hieronymus Galeratus.	324
1569	32	Auguſtinus Baleonus.	324
1571	33	Guarnerius Trottus.	ibid.
1584	34	Octavius Paravicinus.	ibid.
1596	35	Petrus Georg. Odeſcalcus.	325
1611	36	Eraſmus Paravicinus.	ibid.
1640	37	Franciſcus Vicecomes.	ibid.
1644	38	Deodatus Scalia.	ibid.
1659	39	Carolus Ciceri.	326
1680	40	Albertus Mugiaſca.	ibid.
1695	41	Carolus Octavianus Gua-ſco.	ibid.
1704	42	Philippus Maria Reſta.	ibid.
1706	43	Franciſcus Gattinara.	ibid.

AQUENSIUM.

An. Chr.			Colum.
	1	s. Majoranus.	327
	2	Diſtaldus.	ibid.
	3	Dado.	ibid.
	4	Severus.	ibid.
	5	Maximus.	ibid.
579	6	Francus.	ibid.
588	7	Fauſtinus.	328
679	8	Valentinus.	ibid.
844	9	Odalbertus.	ibid.
876	10	Bado.	ibid.
881	11	Theodaldus.	ibid.
898	12	Vido.	ibid.
952	13	Adalgiſus.	ibid.
966	14	Gotifredus.	ibid.
1034	15	s. Vido.	ibid.
1074	16	Albertus.	ibid.
1103	17	Actios.	ibid.
1164	18	Guillelmus.	ibid.
1179	19	Ubertus.	ibid.
1181	20	Vido.	ibid.
1205	21	Hieronymus.	ibid.
1206	22	Ugo Torniellus.	ibid.
1213	23	Anſelmus.	329
1239	24	Guillelmus.	ibid.
1232	25	Henricus.	ibid.
1262	26	Albertus.	ibid.
1266	27	Vido.	ibid.
1276	28	Banditius.	ibid.
1277	29	Gandulfus.	ibid.
1283	30	Anſelmus.	ibid.
1288	31	Oglerius.	ibid.
1293	32	Oddo.	ibid.
1343	33	Vido.	ibid.
1373	34	Jacobus.	ibid.
1308	35	Franciſcus.	ibid.
1380	36	Conradus Malaſpina.	ibid.
1382	37	Beroaldus.	ibid.
1388	38	Valentinus.	ibid.
1400	39	Vido.	ibid.
1402	40	Henricus Scarampus.	ibid.
1403	41	Bonifacius.	ibid.
1412	42	Princevalles de Sigiſmundis.	ibid.
1423	43	Mattheus de Giſbertis.	ibid.
1427	44	Franciſcus Piccolopaſſus.	ib.
1427	45	Bernardus.	330
1427	46	Bonifacius.	ibid.
1450		Thomas de Regibus.	ibid.
1499	48	Ludovicus Brunus.	ibid.
1508	49	Dominicus Solinus.	ibid.
1534	50	Petrus Vorſtius.	ibid.
1549	51	Bonavent. Coſtacciarus.	331
1558	52	Petrus Fauonus.	ibid.
1583	53	Franciſcus Blandrata.	ibid.
1559	54	Camillus Beccius.	ibid.
1621	55	Gregorius Pedroca.	ibid.
1632	56	Felix Crotta.	ibid.
1647	57	Jo. Ambroſius Bicutus.	ibid.
1675	58	Carolus Anton. Guzzani.	ib.

ASTENSIUM.

An. Chr.			Colum.
465	1	s. Evaſius.	335
452	2	Paſtor.	ibid.
465	3	Majoranus.	ibid.
	4	s. Secundus.	ibid.
650	5	Paſtor.	336
678	6	Benenatus.	ibid.
743	7	Evaſius II.	ibid.
	8	s. Bernulfus.	337
812	9	Eiſulfus.	ibid.
833	10	Ruſterius.	ibid.
862	11	Staurax.	ibid.
876	12	Carolus.	338
880	13	Ildoinus.	339
881	14	Joſeph.	ibid.
895	15	Staurax.	341
901	16	Eiſulfus.	ibid.
907	17	Audax.	342
931	18	Bruningus.	345
966	19	Rozo.	348
992	20	Petrus.	350
1003	21	Otto.	351
1008	22	Alericus.	ibid.
1037	23	Ubertus.	354
1040	24	Petrus.	ibid.
	25	Otto II.	357
1046	26	Gilermus.	ibid.
1072	27	Ingo, ſeu Hugo.	358
1089	28	Otto.	ibid.
1102	29	B. Landulfus.	359
1134	30	Otto.	361
1143	31	Nazarius.	362
1148	32	Anſelmus.	363
1170	33	Guillelmus.	370
1195	34	Nazarius.	371
1198	35	Bonifacius.	372
1210	36	Guidottus.	373
1219	37	Jacobus de Porcia.	374
1236	38	Umbertus Catena.	376
1243	39	Bonifacius de Coconate.	377
1260	40	Conradus de Coconate.	380
1283	41	Ubertus.	382
1295	42	Guido ex Com. Valpergæ.	383
1327	43	Arnaldus de Roſeto.	386
1348	44	Baldraccus Malabayla.	ibid.
1354	45	Joannes Malabayla.	387
1375	46	Franciſcus Moroſius.	ibid.
1381	47	Franciſcus de Placentinis.	388
1409	48	Albertus Guttuarius.	390
1439	49	Bernardus Laudrianus.	ibid.
1446	50	Philippus de Rotariis.	391
1470	51	Scipio Damianus.	392
1473	52	Vaſinus Malabayla.	393
1476	53	Petrus Damianus.	ibid.
1496	54	Raphael Ceva.	394
1499	55	Antonius Trivultius.	ibid.
1308	56	Albertus Roboreus.	393
1519	57	Vaſinus Malabayla.	ibid.
1525	58	Ferdinandus Seronus.	396
1528	59	Ambroſius Taleotus.	397
1528	60	Auguſtinus Trivultius.	ibid.
1329	61	Scipio Rotarius.	398
1548	62	Bernardinus de Cruce.	ibid.
1550	63	Gaſpar Caprius	399
1568	64	Dominicus de Ruvere.	ibid.
1587	65	Franciſcus Panigarola.	401
1394	66	Cæſar Bentius	403
1596	67	Jo. Stephanus Agathia.	ibid.
1618	68	Iſidorus Pentorius.	ibid.
1624	69	Octavius Broglius.	ibid.
1655	70	Paulus Vincent. Rotarius.	404
1666	71	M. Antonius Thomatus.	ibid.
1693	72	Innocentius Migliavacca.	ib.

BERGOMENSIUM.

An. Chr.			Column.
73	1	s. Narnus.	410
75	2	s. Viator.	411
	3	s. Romulus.	412
	4	N......	ibid.
400	5	Dominator.	ibid.
	6	Stephanus.	ibid.
451	7	Projectitius.	ibid.
	8	Claudianus.	ibid.
508	9	Laurentius.	ibid.
556	10	Joannes.	413
	11	Simplicianus.	ibid.
	12	Babianus.	ibid.
	13	Quintianus.	ibid.
640	14	s. Joannes.	ibid.
691	15	B. Antoninus.	414
758	16	Aginus.	ibid.
811	17	Tachipaldus Caſtilion.	413
837	18	Haganonus.	ibid.
867	19	Garimbaldus.	ibid.
883	20	Ambroſius.	420
	21	Recho.	ibid.
885	22	s. Adalbertus de Caromalis.	ib.

An.Chr.			Colum.
935	23	Recho II.	435
942	24	Oldericus.	436
981	25	Giſelbertus.	437
995	26	Azzo.	ibid.
995	27	Rigenfredus.	ibid.
1015	28	Ambroſius Martinengus.	440
1057	29	Alchetius.	447
1061	30	Atto.	ibid.
1077	31	Arnulphus.	449
1112	32	Ambroſius Mutius.	450
1133	33	Aginus.	452
1135	34	Gregorius.	453
1146	35	Gherardus.	460
1170	36	Guala.	467
1186	37	Lanfranchus.	470
1210	38	Ioannes Torniellus.	473
1230	39	Atto.	474
1241	40	Henricus Seſſa.	ibid.
1242	41	Albertus Tereius.	ibid.
1250	42	Aloyſius de Roſate.	475
1261	43	Herbordus.	476
1272	44	Guiſcardus Suardus.	ibid.
1289	45	Robertus Longus.	477
1296	46	Ioannes Scanſius.	ibid.
1309	47	Cyprianus Longus.	478
1342	48	Nicolaus Canalius.	479
1342	49	Bernardus Trigardus.	ibid.
1349	50	Lanfrancus Saluetius.	480
1381	51	Cyprianus Longus.	ibid.
1381	52	Branchinus Belutius.	481
1399	53	Ludovicus Bonettus.	481
1401	54	Franciſcus Lantes.	482
1403	55	Franciſcus Aregacius.	ibid.
1437	56	Polidorus Fuſcarus.	ibid.
1449	57	Ioannes Brozzius.	483
1465	58	Ludovicus Donatus.	484
1484	59	Laurentius Gabriel.	485
1512	60	Nicolaus Lippomanus.	486
1516	61	Petrus Lippomanus.	ibid.
1544	62	Petrus Bembus.	490
1547	63	Victor Superantius.	492
1558	64	Aloyſius Lippomanus.	497
1560	65	Aloyſius Cornelius.	499
1561	66	Federicus Cornelius.	ibid.
1577	67	Hieronymus Ragazonus.	505
1593	68	Io. Baptiſta Milanius.	507
1611	69	Ioannes Emus.	509
1622	70	Federicus Cornelius.	ibid.
1627	71	Auguſtinus Priolus.	ibid.
1633	72	Aloyſius Grimanus.	510
1657	73	Gregorius Barbadicus.	ibid.
1664	74	Daniel Iuſtinianus.	512
1697	75	Aloyſius Ruzinus.	517
1708	76	Petrus Priolus.	518

BRIXIENSIUM

An.Chr.			Colum.
71	1	Clatheus.	524
80	2	s. Viator.	Ibid.
88	3	s. Flavius.	ibid.
116	4	s. Apollonius.	ibib
347	5	s. Urſicinus.	525
350	6	s. Fauſtinus.	ibid.
381	7	s. Philaſtrius.	ibid.
385	8	s. Gaudentius.	528
427	9	s. Paulus.	ibid.
439	10	s. Theophilus.	ibid.
	11	s. Silvinus.	ibid.
	12	s. Gaudentius.	ibid.
450	13	s. Optatianus.	ibid.
504	14	s. Vigilius.	ibid.
526	15	s. Titianus.	529
540	16	s. Paulinus.	ibid.
546	17	s. Cyprianus.	ibid.
552	18	s. Herculanus.	ibid.
576	19	s. Honorius.	ibid.
585	20	s. Ruſticanus.	ibid.
	21	s. Dominator.	ibid.
	22	Berticanus.	ibid.
597	23	s. Paulus.	530
604	24	s. Antherius.	530
607	25	s. Anaſtaſius.	ibid.
609	26	s. Dominicus.	ibid.
612	27	s. Felix.	ibid.
658	28	s. Deuſdedit.	ibid.
	29	Gaudioſus.	531
	30	Ruſticianus.	ibid.
	31	Apollinaris.	ibid.
	32	Andreas.	ibid.
753	33	Theodaldus.	ibid.
	34	Vitalis.	532
	35	Benedictus.	ibid.
	36	Antoaldus.	ibid.
	37	Cunipertus.	ibid.
806	38	Amphridius.	ibid.
807	39	Petrus.	ibid.
819	40	Rampertus.	ibid.
853	41	Notengus.	535
876	42	Antonius.	536
905	43	Ardingus.	ibid.
	44	Landulphus.	ibid.
940	45	Notengus.	ibid.
947	46	Gonſus.	537
955	47	Antonius.	ibid.
970	48	Gothifredus.	ibid.
976	49	Atho.	538
981	50	Adalbertus.	ibid.
1005	51	Landulphus.	ibid.
1017	52	Oldericus.	pag. 539
1048	53	Adelmanus.	540
1076	54	Odalricus.	ibid.
	55	Conon.	ibid.
	56	Ioannes.	541
1090	57	Obertus.	ibid.
1096	58	Armannus.	ibid.
1116	59	Villanus.	543
1131	60	Manfredus.	ibid.
1153	61	Raymundus.	544
1173	62	Ioannes Flumicellus.	545
1198	63	Ioannes Palatius.	Ibid.
1213	64	Albertus Rezatus.	546
1229	65	B. Guala.	547
1239	66	Helias.	ibid.
1240	67	Azzo Turrianus.	ibid.
1253	68	Cavalcanus Sala.	ibid.
1263	69	Martinus Armannus.	548
1275	70	Berardus Madius.	550
1308	71	Federicus Madius.	ibid.
1317	72	Princevallus de Fliſco.	553
1325	73	Tiberius Turrianus	ibid.
1335	74	Iacobus de Aſtis.	ibid.
1344	75	Lambertinus Balduinus.	ibid.
1349	76	Bernardus Tricardi.	554
1359	77	Raymundus Blanchus.	ibid.
1365	78	Henricus de Seſſa.	ibid.
1369	79	Agapitus Colomna.	ibid.
1372	80	Stephanus.	ibid.
1373	81	Andreas.	ibid.
1378	82	Nicolaus Zanaſius.	ibid.
1383	83	Andreas Segazenus.	ibid.
1390	84	Thomas Vicecomes.	555
1390	85	Franciſcus Lantes.	ibid.
1397	86	Thomas Puſterla.	ibid.
1399	87	Guillelmus Puſterla.	556
1418	88	Franciſcus de Marerio.	ibid.
1442	89	Petrus de Monte.	557
1457	90	Bartholomæus Maripetrus	ib.
1464	91	Dominicus de Dominicis.	558
1478	92	Laurentius Zane.	560
1481	93	Paulus Zane.	ibid.
1531	94	Franciſcus Cornelius.	561
1532	95	Andreas Cornelius.	562
1551	96	Durantes de Durantibus.	ibid.
1559	97	Dominicus Bollanus.	ibid.
1579	98	Ioannes Delphinus.	563
1585	99	Io. Franc. Maurocenus.	564
1596	100	Marinus Georgius.	565
1633	101	Vincentius Iuſtinianus.	ibid
1645	102	Marcus Maurocenus.	ibid
1654	103	Petrus Octobonus.	566
1664	104	Marinus Io. Georgius.	ibid.
1682	105	Bartholom. Gradonicus.	566
1698	106	Marcus Delphinus.	ibid
1706	107	Ioannes Baduarius.	567
1714	108	Io. Franc. Barbadicus.	ibid.

CASALENSIUM.

An.Chr.			Colum.
1474	1	Bernard. Theobaldeſcus.	571
1510	2	Io. Georgius Palæologus.	572
1525	3	Bernardinus Caſtellarius.	ibid.
1529	4	Hippolytus Medices.	573
1546	5	Bernardinus à Cruce.	ibid.
1548	6	Franzinus Michaelius.	ibid.
1555	7	Scipio Eſtenſis.	ibid.
1567	8	Ambroſius Aldegatius.	ibid.
1570	9	Benedictus Herba.	574
1577	10	Alexander Andreaſſus.	ibid
1583	11	Aurelius Zibramontius.	ib.
1589	12	M. Antonius Gonzaga.	ib.
1592	13	Septimius Bortarius.	ibid.
1594	14	Tullius Carrettus.	575
1615	15	Scipio Paſchalius.	576
1654	16	Scipio Agnellus.	ibid.
1655	17	Hieron. Franc. Mirolius.	ib.
1680	18	Lælius Ardizonus.	ibid.
1701	19	Petrus Radicatus.	ibid.

CREMONENSIUM.

An.Chr.			Colum.
55	1	Sabinus.	579
	2	Felix.	ibid.
	3	Gorgonius.	ibid.
	4	Marinus.	ibid.
	5	Simplicius.	ibid.
	6	Maternus.	ibid.
	7	Caſſianus.	580
	8	Sixtus.	ibid.
	9	Florianus.	ibid.
320	10	Stephanus.	ibid.
347	11	Syrus.	ibid.
380	12	Auderius.	ibid.
391	13	Conradus.	ibid.
407	14	Vincentius.	ibid.
452	15	s. Sirinus, vel Siſinius.	ibid.
452	16	Ioannes.	ibid.
491	17	Euſtachius.	581
513	18	Chryſogonus.	ibid.
537	19	Felix.	ibid.
563	20	Creſius de Ponte.	ibid.
594	21	Sixtus.	ibid.
609	22	Deſiderius.	ibid.
610	23	Anſelmus.	ibid.
637	24	Euſebius.	ibid.
670	25	Bernardus.	ibid.
679	26	Deſiderius.	ibid.
703	27	Zeno.	ibid.
733	28	s. Sylvinus.	581
776	29	Stephanus.	ibid.
816	30	Vualfredus.	582
819	31	Atho.	ibid.
824	32	Simpertus.	ibid.
842	33	Policardus	ibid.
856	34	Benedictus.	583
876	35	Lando.	584
904	36	Landulfus.	587
913	37	Ioannes.	ibid.
924	38	Darimbertus.	588
963	39	Luitprandus.	ibid.
980	40	Oldericus.	592
1003	41	Landulphus.	594
1031	42	Ubaldus.	595
1075	43	Arnulphus.	598
	44	Ubertus de Zanebonis.	599
1107	45	Vualterius.	ibid
1112	46	Ugo de Noceto.	600
1117	47	Obertus.	ibid.
1170	48	s. Emanuel.	605
1170	49	Unfredus de Offredis.	ibid.
1185	50	Sicardus.	ibid.

An. Chr.			Column.
1216	51	Homobonus de Mandalpenſis.	606
1249	52	Bernerius de Summ.	607
1261	53	Cacciacomes de Summa.	608
1288	54	Pontius Ponzonus.	609
1296	55	Raynerius de Caſulis.	610
1318	56	Ægidius de Madalbertis.	ib.
1327	57	Ugolinus de S. Marco.	ibid.
1350	58	Ugolinus de Ardégheriis.	ib.
1361	59	Petrus Capellus.	ibid.
1381	60	Marcus de Porris.	ibid.
1386	61	Georgius de Tortis.	ibid.
1390	62	Franciſcus Lantes.	ibid.
1401	63	Petrus Craſſus.	ibid.
1408	64	Bartholomæus Capra.	612
1411	65	Conſtantius de Fundolis.	ib.
1423	66	Ventorinus de Marinis.	ibid.
1454	67	Jacobus.	ibid.
1458	68	Bernardus Rubeus.	ibid.
1464	69	Jo. Stefanus Buticella.	613
1473	70	Jacobus Antonius à Turre.	ib.
1486	71	Aſcanius Maria Sforza.	ib.
1505	72	Galeottus Franciottus.	614
1507	73	Hieronymus Treviſanus.	ib.
1523	74	Benedictus Accoltus.	ibid.
1524	75	Petrus Accoltus.	615
1549	76	Franciſcus Sfondratus.	ib.
1551	77	Federicus Cæſius.	616
1560	78	Nicolaus Sfondratus.	617
1591	79	Cæſar Spacianus.	ibid.
1607	80	Paulus Sfondratus.	619
1618	81	Jo. Baptiſta Brivius.	620
1621	82	Petrus Campora.	ibid.
1643	83	Franciſcus Vicecomes.	ibid.
1670	84	Petrus Iſimbardus.	621
1675	85	Auguſtinus Iſimbardus.	ib.
1681	86	Ludovicus Septala.	ibid.
1697	87	Alexander Crucius.	ibid.
1704	88	Carolus Octavianus Guaſco.	ibid.
1718	89	Alexander Litta.	ibid.

DERTHONENSIUM.

75	1	s. Marcianus.	624
128	2	s. Aribertus.	626
161	3	s. Ammonius.	ibid.
176	4	s. Terentianus.	ibid.
187	5	Conſtantius.	ibid.
246	6	Laurentius.	ibid.
272	7	Anaſtaſius.	ibid.
279	8	Marcellinus.	ibid.
294	9	Julianus.	ibid.
315	10	Meliodorus.	ibid.
326	11	s. Innocentius.	ibid.
353	12	Joannes.	627
474	13	Soperantius.	ibid.
415	14	Marcianus.	ibid.
431	15	Quintianus.	ibid.
472	16	Marcellus.	ibid.
504	17	Albonius.	ibid.
568	18	Joannes.	ibid.
580	19	Sixtus.	ibid.
614	20	Petrus.	ibid.
649	21	Malliodorus.	628
660	22	Beatus.	ibid.
661	23	Laurentius.	ibid.
679	24	Audacius.	ibid.
701	25	Octavius.	ibid.
711	26	Benedictus.	ibid.
727	27	Tonderus.	ibid.
744	28	Jacobus.	ibid
752	29	Joſeph.	ibid.
765	30	Flavianus.	ibid.
786	31	Hieronymus.	ibid.
793	32	Deſiderius.	ibid
799	33	Robertus.	ibid.
808	34	Valerius.	ibid.
828	35	Joannes.	ibid.
836	36	Rofredus.	ibid.
848	37	Teudulphus.	ibid.
878	38	Joannes.	628
890	39	Glarardus.	ibid
898	40	Ildeginus.	ibid
905	41	Gerebaldus.	ibid
913	42	Benedictus.	ibid.
925	43	Andreas Rada.	ibid
	44	Ioannes.	631
938	45	Giſelprandus.	ibid.
984	46	Eribertus.	633
997	47	Litefredus.	ibid.
1004	48	Aginus.	ibid.
1014	49	Petrus.	634
1077	50	Oddo.	ibid.
1084	51	Vido.	ibid.
1105	52	Lambardus.	ibid.
1111	53	Petrus.	ibid.
1135	54	Guillelmus.	ibid.
1153	55	Obertus.	ibid.
1183	56	Hugo.	635
	57	Gandulphus.	636
1196	58	Otho.	ibid.
1202	59	Obizo.	ibid.
1220	60	Petrus Buſettus.	ibid
1225	61	Melchior Boſettus.	ibid.
1258	62	Iacobus Calzinarius.	639.
1300	63	Petrus Taſio.	ibid.
1309	64	Manfredus Calzinarius.	ib.
1313	65	Tiberius Turrianus.	640
1325	66	Princevalles de Fliſco.	ibid.
1348	67	Iacobus Vicecomes.	643
1363	68	Ioannes Ceva.	ibid.
1393	69	Antonius.	647
1394	70	Petrus de Georgiis.	ibid.
1413	71	Henricus Rampinus.	ibid.
1437	72	Ioannes Barbavaria.	650
1452	73	Fabritius Marlianus.	ibid.
1453	74	Bartholom. Caſtilioneus.	ib.
1455	75	Ioannes de Marino.	ibid.
1461	76	Michael Marlianus.	ibid.
1476	77	Fabritius Marlianus.	ibid.
1477	78	Iacobus Botta.	ibid.
1496	79	Io. Dominicus de Zaziis.	ib.
1528	80	Ubertus Gambara.	651
1548	81	Cæſar Gambara.	652
1592	82	Maphæus Gambara.	ibid.
1612	83	Coſmas Doſſerius.	ibid.
1620	84	Paulus Areſius.	653
1644	85	Franciſcus Foſatus.	654
1653	86	Carolus Septala.	ibid.
1683	87	Carolus Franc. Cera.	ibid.
1701	88	Iulius Reſta.	ibid.

LAUDENSIUM

305	1	S. Julianus.	656
346	2	Dionyſius.	ib.
380	3	S. Baſſianus.	ibid.
454	4	s. Cyriacus.	ibid.
475	5	s. Titianus.	ibid.
679	6	Donatus.	657
831	7	Racleras.	ibid.
837	8	Eribertus.	ibid.
882	9	Gerardus.	ibid.
898	10	Aldegarius.	658
924	11	Zilius.	ibid.
	12	Ogerius.	ibid.
973	13	Andreas.	ibid.
	14	Nocherius.	661
1025	15	Oldericus.	ibid.
1025	16	Ambroſius.	662
	17	Obizo.	ibid.
		Fredenzonius, intruſus.	ib.
		Ragualdus, intruſus.	ib.
1103	18	Ardericus Vignatus.	ibid.
1126	19	Allonus.	665
1013	20	Vido.	ibid.
1139	21	Ioannes.	667
1143	22	Lanfranchus.	668
1158	23	Albericus Merlinus.	669
1168	24	Albertus Quadrellus.	671
1179	25	Albericus de Corno.	674
1224	26	Aldericus.	ibid.
1227	27	Iacobus de Cereto.	ibid.
1258	28	Ambroſius de Corno.	ibid.
1319	29	Othobellus Sufflenrius.	ibid.
1252	30	Bonioannes Fiſſiraga.	676.
1289	31	Raymundus Summaripa.	677
1296	32	Bernardus de Talente.	ibid.
1307	33	Aegidius ab Aqua.	ibid.
1318	34	Leo Palatinus.	679
1343	35	Lucas de Caſtello.	ibid.
1354	36	Paulus de Cadamoſtis.	ibid.
1388	37	Petrus Scaliger.	680
1393	38	Bonifacius Botticella.	ibid.
1407	39	Iacobus Arigonius.	ibid.
1418	40	Gerardus Landrianus.	681
1437	41	Antonius Bernerius.	ib.
1456	42	Carolus Pallavicinus.	682
1497	43	Octavianus Maria Sforzia.	ib.
1519	44	Hieronymus Sanſonius.	683
1536	45	Iacobus Symonetta.	ibid.
1537	46	Ioan. Symonetta.	ibid.
1557	47	Io. Antonius Capiſucchus.	ib.
1569	48	Antonius Scarampus.	684
1576	49	Hieronymus Federicus.	ibid.
1579	50	Ludovicus Taberna.	685
1616	51	Michael Angelus Segitirius.	ib.
1625	52	Clemens Gerra.	ibid.
1644	53	Petrus Vidonus.	ibid.
1669	54	Seraphinus Corius.	ibid.
1671	55	Io. Bapt. Rabius.	ibid.
1673	56	Bartholomæus Menattus.	ib.
1702	57	Hortenſius Vicecomes.	ibid.

NOVARIENSIUM

397	1	s. Gaudentius.	691
417	2	s. Agapitus.	ibid.
	3	Diogenes.	692
	4	Paſcentius.	ibid.
451	5	Simplicius.	ibid.
489	6	Victor.	ibid.
	7	Honoratus.	ibid.
	8	Pacatianus.	ibid.
529	9	Opilius.	ibid.
548	10	Ambroſius.	ibid.
553	11	Hilarius.	ibid.
	12	Agnellus.	ib.
613	13	Spectabilis.	ibid.
	14	Marcellus	ibid.
600	15	Severus.	ibid.
	16	Lupicinus.	694
650	17	Probinus.	ibid.
	18	Virgilius.	ibid.
	19	Flavianus.	ibid.
670	20	Pamphronius.	ibid.
679	21	Gratianus.	694
	22	Probus.	695
	23	Laureolus.	ibid.
	24	Leo.	ibid.
	25	Ambroſius.	ibid.
	26	Gratioſus.	ibid.
	27	Benedictus.	ibid.
	28	Petrus.	ibid.
	29	Sicardus.	ibid.
	30	Titus.	ibid.
	31	Atto.	ibid.
840	32	s. Adelgeſius.	ibid.
	33	Oddo.	696
	34	Ducterminus.	ibid.
	35	Notingus.	ibid.
	36	Lambertus.	ibid.
	37	Ernulfus.	ibid.
890	38	Candulfus.	ibid.
	39	Liutherius.	ibid.
901	40	Gariboldus.	ibid.
926	41	Dagibertus.	ibid.
946	42	Rodulfus.	697
962	43	Petrus.	ibid.
967	44	Aupoldus.	698
1001	45	Petrus.	699

An. Chr.			Colum.
1039	46	Gualbertus.	702
1040	47	Riprandus.	703
1048	48	Oddo.	ibid.
1114	49	Albertus.	704
1124	50	Ricardus.	ibid.
1124	51	Litifredus.	ibid.
1153	52	Guillelmus Torniellus.	707
1168	53	Guillelmus Falerus.	708
1172	54	Bonifacius.	ibid.
1795	55	Otho.	ibid.
1202	56	Petrus.	ibid.
1210	57	Gerardus de Seſſa.	709
1214	58	Odelbertus Torniellus.	710
1237	59	Odelmarius.	711
1250	60	Sigebaldus.	ibid.
1272	61	Guido de Pintio.	712
1287	62	Engleſiua de Caballatiis.	ibid.
1296	63	Papioianus Roboreus.	ibid.
1301	64	Bartholomæus Quirinus.	713
1304	65	Huguccio Borromæus	ibid.
1329	66	Ioannes Vicecomes.	714
1342	67	Guillelmus Amidanus.	ib.
1357	68	Oldradus.	715
1388	69	Petrus Philiargus.	ibid.
1402	70	Ioan. de Capite Galli.	717
1413	71	Petrus de Georgiis.	718
1429	72	Bartholomæus Vicecomes	ib.
1458	73	Iac. Philippus Cribellus	710
1466	74	Bernardus de Rubeis.	ibid.
1468	75	Ioannes Arcimboldus.	ibid.
1484	76	Hieronymus Pallavicinus.	720
1504	77	Aſcanius Maria Sforria.	ibid.
1504	78	Federicus Sanſeverinus.	ibid.
1511	79	Matthæus Sedunenſis.	721
1516	80	Antonius de Monte.	ibid.
1525	81	Hermes Stampa.	723
1525	82	Io. Angelus Arcimboldus.	ib.
1550	83	Hippolytus Eſtenſis.	ibid.
1553	84	Ioannes Moronus.	ibid.
1560	85	Io. Antonius Sorbellonus.	ib.
1574	86	Romulus Archintus.	724
1476	87	Hieronymus Ragazonus.	ibid.
1577	88	Pomponius Cotta.	725
1579	89	Franciſcus Boſſius.	ibid.
1580	90	Cæſar Spacianus.	726
1591	91	Petrus Martyr Ponzonius.	ib.
1593	92	Carolus à Baſilica Petri.	ib.
1615	93	Ferdinandus Taberna.	728
1619	94	Vulpianus Vulpius.	ibid.
1622	95	Petrus Vulpius.	729
1636	96	Antonius Torniellus.	ibid.
1650	97	Benedictus Odeſcalcus.	ib.
1656	98	Iulius Maria Odeſcalcus.	730
1667	99	Ioſeph Maria Maraviglia.	ib.
1688	100	Io. Baptiſta Vicecomes.	ibid.
1714	101	Gibertus Borromæus.	ibid.

SAVONENSIUM

An. Chr.			Colum.
601	1	Montanus.	732
680	2	Benedictus.	ibid.
940	3	Joannes.	ibid.
963	4	Piſanus.	ibid.
967	5	Ioannes.	ibid.
992	6	Bernardus.	ibid.
999	7	Ioannes.	733
1004	8	Ioannes.	ibid.
1014	9	Arderamus.	ibid.
1028	10	Ancelinus.	735
1046	11	Brizianus.	ibid.
1079	12	B. Amicus.	ibid.
1080	13	Iordanes.	ibid.
1098	14	Groſſolanus.	ibid.
1110	15	Guillelmus.	ibid.
1119	16	B. Octavianus.	ibid.
1128	17	Idulius.	ibid.
1179	18	B. Vido.	ibid.
1183	19	Ambroſius.	ibid.
1192	20	Bonifacius de Caretto.	736
1199	21	Gusla.	ibid.
1200	22	Eleemoſyna.	ibid.
1202	23	Antonius de Saluzzis.	ibid.
1206	24	Petrus.	ibid.
1221	25	B. Albertus.	737
1230	26	Henricus.	ibid.
1247	27	Bonifacius.	ibid.
1251	28	Conradus de Anciſa.	ibid.
1258	29	Ruffinus.	ibid.
1296	30	Henricus.	ibid.
1303	31	Gualterius.	ibid.
1305	32	Jacobus Caradengus.	ibid.
1317	33	Fridericus Cibo.	Ibid.
1342	34	Gerardus de Vaſconibus.	378
1356	35	Antonius March. Saluzii.	ibid.
1376	36	Dominicus de Lange.	739
1384	37	Antonius de Vialis.	ibid.
1394	38	Ioan. de Firmanis.	ibid.
1305	39	Philippus Gallus.	740
1411	40	Petrus Spinola.	ibid.
1413	41	Vincentius Vialius.	ibid.
1443	42	Valerius Calderinus.	ibid.
1467	43	Io. Baptiſta Cibo.	741
1472	44	Petrus Gara.	ibid.
1499	45	Iulianus Roboreus.	ibid.
1502	46	Galeottus de Ruvere.	744
1504	47	Iacobus de Ruvere.	ibid.
1510	48	Raphael Riarius.	ibid.
1516	49	Thomas Riarius.	ibid.
1528	50	Auguſtinus Spinula.	743
1537	51	Iacobus de Fliſco.	ibid.
1546	52	Nicolaus de Fliſco.	ibid.
1564	53	Ambroſius de Fliſco.	ibid.
1576	54	Cæſar Ferrerius.	ibid.
1581	55	Dominicus Grimaldus.	ibid.
1584	56	Io. Baptiſta Centurionus.	ib.
1587	57	Petrus Franciſcus Coſta.	ibid.
1624	58	Franciſcus Maria Spinula.	744
1664	59	Stephanus Spinula.	ibid.
1683	60	Vincentius Maria Durazzius.	ibid.

VERCELLENSIUM.

An. Chr.			Colum.
340	1	Euſebius.	747
381	2	s. Limenius.	761
397	3	s. Honoratus.	ibid.
	4	s. Dulcelius.	ibid.
	5	Didacus.	Ibid.
435	6	s. Albinus.	ibid.
451	7	s. Iuſtianus.	762
470	8	s. Simplicius.	ibid.
	9	s. Maximianus.	Ibid.
480	10	s. Lanfrancus.	ibid.
501	11	s. Æmilianus.	ibid.
502	12	s. Euſebius.	ibid.
	13	s. Conſtantius.	ibid.
	14	s. Flavianus.	ibid.
550	15	s. Vedaſtus.	763
	16	Tiberius.	ibid.
	17	Berardus.	ibid.
600	18	s. Philoſophus.	ibid
	19	Bonoſus.	ibid.
	20	Cirillus.	ibid.
	21	Damianus.	ibid.
952	22	Æmilianus.	ibid.
	23	Celſus.	ibid.
679	24	Theodorus.	ibid.
	25	Magnentius.	ibid.
	26	Atto.	764
	27	Rodulphus.	ibid.
	28	Sinfredus.	ibid.
	29	Anſalbertus.	ibid.
	30	Chryſantus.	ibid.
	31	Buringus.	ibid.
	32	Giſa.	764
	33	Cunibertus.	Ibid.
	34	Anterus.	ibid.
830	35	Notingus.	ibid.
844	36	Nortaudus.	765
875	37	Ioſeph.	Ibid.
876	38	Aldagardus.	ibid.
779	39	Conſpertus.	ibid.
882	40	Liduardus.	767
901	41	Sebaſtianus.	768
924	42	Didacus.	769
925	43	Norgandus.	ibid.
945	44	Atto.	ibid.
961	45	Ingo.	ibid.
	46	Adalbertus.	771
990	47	Petrus.	ibid.
997	48	Reginfredus.	772
999	49	Leo.	ibid.
1026	50	s. Petrus.	774
1027	51	Ardericus.	ibid.
1050	52	Gregorius.	775
1083	53	Vvenricus.	776
1083	54	Regenerus.	ibid.
1108	55	Gisulphus.	777
1113	56	Giſelfredus.	778
1130	57	Regimbertus.	ibid.
1132	58	Anſelmus Advocatus.	ibid.
1135	59	Azzo.	ibid.
1138	60	Ardizo Bulgarus.	ibid.
1142	61	Giſulphus Advocatus.	ibid.
1150	62	Uguccio.	779
1170	63	Gualla Bondonus.	782
1184	64	B. Albertus.	787
1205	65	Lotharius Roſarius.	796
1208	66	Aliprandus.	ibid.
1213	67	Guillelmus.	ibid.
1214	68	Ugo de Seſſa.	797
1235	69	Iacobus Carnerius.	ibid.
1243	70	Martinus de Advocatis.	798
1272	71	Aymon Advocatus.	ibid.
1303	72	Raynerius Advocatus.	ibid.
1310	73	Ubertus advocatus.	801
1328	74	Lombardus Turrianus.	803
1343	75	Emanuel de Fliſco.	804
1348	76	Ioannes de Fliſco.	ibid.
		Iacobus de Caballis Intruſus.	805
1384	77	Ludovicus de Fliſco.	Ibid.
1406	78	Matthæus Giſalbertus.	806
1312	79	Iblerus de Fliſco.	807
1437	80	Guillelmus Diderius.	808
1452	81	Ioan. de Gilliaco.	Ibid.
1456	82	Georgius de Gilliaco.	809
1458	83	Amadeus de Nores.	Ibid.
1459	84	Urbanus Boniuardus.	ibid.
1499	85	Io. Baptiſta Ferrerius.	ibid.
1502	86	Iulianus de Ruvere.	810
1509	87	Bonifacius Ferrerius.	ibid.
1511	88	Augustinus Ferrerius.	ibid.
1536	89	Petrus Franc. Ferrerius.	811
1562	90	Vido Ferrerius.	ibid.
1572	91	Io. Franciſcus Bonomus.	812
1587	92	Conſtantinus Sarnanus.	813
1589	93	Conradus Aſinarius.	814
1590	94	Marcus Antonius Viſia.	ibid.
1599	95	Io Stephanus Ferrerius.	ibid.
1611	96	Iacobus Goria.	815.
1660	97	Hieronymus de Ruvere.	ibid.
1663	98	Michael Angelus Brolia.	ib.
1679	99	Victorius Auguſtin Ripa.	ib.
1692	100	Io. Ioſeph Maria Urſinus.	ib.
1697	101	Ioſeph Antonius Bertodamus.	ibid.

VIGLEBANENSIUM.

An. Chr.			Colum.
1530	1	Galeatius Petra.	819
1552	2	Mauritius Petra.	820
1577	3	Alexander Caſalis.	821
1582	4	Bernardinus Breſcennius.	ibid.
1589	5	Petrus Faunus.	822
1593	6	Marſilius Landrianus.	ibid.
1610	7	Petrus Georg. Odeſcalcus.	813
1621	8	Franciſcus Romerus.	ib.
1648	9	Jo. Gutieres.	824
1650	10	Io. Stephanus Donghus.	ib.
1654	11	Gabriel Adarcius.	ibid.
1659	12	Atilius Pietraſanta.	ibid.
1687	13	Hieronymus Vicecomes.	ib.

1671

An. Chr.			Column.
1671	14	Joannes Raſinus.	ibid
1673	15	Jo. Caramuel.	ibid
1683	16	Ferdinandus Rocus.	826
1688	17	Petrus Maimua Sormanus	ib.
1710	18	Hieronymus Archintus.	ib.
1712	19	Georgius Cataneus.	ibid

JANUENSIUM.

	1	s. Salomon.	837
	2	s. Valentinus.	ibid
	3	Felix.	838
	4	s. Syrus.	ibid
	5	s. Romulus.	839
381	6	Diogenes.	841
640	7	Paſchaſius.	ibid.
680	8	Joannes.	ibid
732	9	Viator.	ibid.
798	10	Dionyſius.	ibid.
864	11	Sigibertus.	ibid.
876	12	Sabatinus.	ibid.
930	13	Theodulphus.	ibid.
968	14	Rampertus.	ibid.
970	15	Theodulphus.	ibid.
985	16	Joannes.	ibid.
994	17	Landulfus.	844
1036	18	Conradus.	ibid.
1074	19	Obertus.	ibid.
1084	20	Conradus.	845
1090	21	Cyriacus.	846
1095	22	Augerius.	ibid.
1099	23	Aycardus.	847
1117	24	Otho.	850
1153	25	Sigefredus.	857
1133	26	Syrus primus Archiep.	ibid.
1163	27	Hugo.	870
1188	28	Bonifacius.	876
1203	29	Otho.	882
1239	30	Joannes de Cururno.	885
1253	31	Gualterus de Vezzano.	886
1276	32	Bernardus.	887
1288	33	Obizzo Fliſcus.	ibid.
1292	34	Jacobus de Voragine.	888
1299	35	Porchettus Spinula	ibid.
1321	36	Bartholomæus.	889
1337	37	Dinus de Radicofano.	ibid.
1341	38	Jacobus des. Victoria.	ibid.
1349	39	Bertrandus Beſaudus.	890
1359	40	Guido Sceten.	ibid.
1368	41	Andreas Turrianus.	ibid.
1377	42	Lanfrancus Saccus.	891
1378	43	Bartholom. de Lucurno.	ib.
1383	44	Jacobus Fliſcus.	ibid.
1400	45	Pileus de Marinis.	893
1418	46	Clemens.	894
1429	47	Petrus de Georgiis.	ibid.
1436	48	Georgius Fliſcus.	ibid.
1439	49	Jacobus Imperialis.	895
1453	50	Paulus de Cãpo Fregoſo	898
1498	51	Jo. Maria Sforza.	ibid.
1513	52	Innocentius Cibo.	ibid.
1550	53	Hieronymus Saulius.	899
1559	54	Auguſtinus Salvagus	900
1567	55	Cyprianus Pallavicinus.	ib.
1585	56	Antonius Card. Saulius.	901
1591	57	Alexander Centurionus.	902
1596	58	Matthæus Rivarola.	903
1600	59	Horatius Spinula.	ibid.
1616	60	Dominicus de Marinis.	905
1635	61	Stephanus Duratius.	906
1667	62	Jo. Baptiſta Spinula.	ibid.
1681	63	Iulius Vincentius Gentilis	ib.
1694	64	Io. Baptiſta Spinula.	907
1705	65	Laurentius Fliſcus	ibid.

ACCIENSIUM.

591	1	Martinus.	907
900	2	Nicolaus.	ibid.
930	3	Riccobonus.	ibid.
1163	4	Henricus	ibid.

An. Chr.			Colum.
1270	5	Hmerius Guardalupus.	907
1297	6	Benvenutus.	908
1332	7	Angelus.	909
1344	8	Nicolaus.	ibid.
1348	9	Franciſcus de Queto.	ibid
1351	10	Philippus.	ibid.
1351	11	Vincentius de Taſſonis.	ib.
1386	12	Michael.	ibid.
1394	13	Petrus.	ibid.
	14	Nicolaus.	ibid.
	15	Raymundus.	ibid.
1401	16	Ludovicus.	ibid.
1408	17	Matthæus.	ibid.
1418	18	Antonius.	ibid
1421	19	Anellus.	ibid.
1441	20	Albertus de Caſſinis.	ibid.
1451	21	Antonius.	ibid.
1480	22	Bartholomæus.	ibid.
1521	23	Dominicus de Valletariis.	ib.
1521	24	Benedictus de Nobilibus.	ib.
1545	25	Hieronym Buccaureatus.	909
1547	26	Petrus Affatatus.	910
1553	27	Auguſtinus Salvagus.	ibid.
1560	28	Iulius Superchius.	ibid.
1563	29	Nicolaus Cicada.	ibid.

ALBINGAUNENSIUM.

377	1	Honoratus.	913
451	2	Quirinus.	ibid.
465	3	Gaudentius.	ibid.
586	4	Salvius.	ibid.
679	5	Bonus.	ibid.
900	6	s. Benedictus.	ibid.
940	7	Ingulfus.	ibid.
1046	8	Erimbertus.	ibid.
1079	9	Deodatus.	ibid.
1106	10	Tuccius.	ibid.
	11	Bonifacius.	ibid.
	12	Ad. locttus.	ibid.
1125	13	Otho.	ibid.
1150	14	Odoardus.	ibid.
1159	15	Robertus.	ibid.
1175	16	Laurentius.	ibid.
	17	Alexander.	915
1189	18	Alraudus.	ibid.
1196	19	Arialdus.	ibid.
1199	20	Tuccius.	ibid.
1206	21	Obertus.	ibid.
1213	22	Henricus.	916
	23	Obertus.	ibid.
1225	24	Lanfrancus.	ibid.
1226	25	Obertus.	ibid.
1233	26	Taglia ferrus.	ibid.
	27	Deſiderius.	ibid.
1235	28	Siobaldus de Fliſco.	ibid.
1238	29	Simon.	917
1250	30	Lautherius.	ibid.
1255	31	Lanfrancus de Nigro.	ibid.
1291	32	Nicolaus Vaſconus.	ibid.
1306	33	Emanuel Spinula.	ibid.
1320	34	Joannes.	918
1330	35	Fridericus de Ceva.	ibid.
1349	36	Ioannes de Ceva.	ibid.
1364	37	Ioannes de Fliſco.	ibid.
1390	38	Gibertus de Fliſco.	919
1402	39	Antonius de Ponte.	ibid.
1419	40	Matthæus de Carretto.	ib.
1448	41	Georgius de Fliſco.	920
1459	42	Napoleo de Fliſco.	ibid.
1467	43	Io. Valerius de Calderinia.	ib.
1472	44	Hieronymus Baſſus.	925
1476	45	Leonardus Marcheſius.	ib.
1513	46	Bandinellus Saulius.	ibid.
1517	47	Iulius Medices.	922
1518	48	Io. Iacobus Gambarana.	ib.
1538	49	Hieronymus Grimaldus.	ib.
1551	50	Jo Baptiſta Cicada.	ibid.
1560	51	Carolus Cicada.	ibid.
1572	52	Carolus Grimaldus.	923

An. Chr.			Colum.
1582	53	Horatius Maleſpina.	923.
1582	54	Lucas Fliſcus.	ibid.
1610	55	Dominicus Marinus.	ibid.
1616	56	Vincentius Landinellus.	924
1624	57	Petrus Franciſcus Coſta.	ibid.
1655	58	Franciſcus de Marinis.	ibid.
1666	59	Io. Thomas Pinellus.	ibid.
1689	60	Albertus Botti	ibid
1691	61	Georgius Spinula;	ibid.
1715	62	Carolus Maria Ioſeph de Furnariis.	ibid.

BOBIENSIUM

1014	1	Atto.	925
1027	2	Sigifredus.	ibid.
1046	3	Luizo.	927
1069	4	Uglerius.	928
	5	Hugo.	ibid.
1118	6	Oddo.	ibid.
1134	7	N.	ibid.
1134	8	Simon Maluicinus.	ibid.
1150	9	Oglerius Maluicinus.	929
1177	10	Gaodulphus.	934
1184	11	B. Albertus.	ibid.
1185	12	Otho.	ibid.
1203	13	Vbertus.	ibid.
1233	14	Albertus.	941
1274	15	Ioannes Gobbus.	ibid.
1296	16	Petrus de Rubiano.	ib.
1324	17	Iordan de Monte Cucco.	ibid.
1339	18	Calrus de Calvis.	ibid.
1364	19	Robertus de Lanfranchis.	942
1396	20	Ubertus de Toranno.	ibid.
1404	21	Alexius de Seregno.	ibid.
1409	22	Lancellottus Fontana.	ibid.
1418	23	Daniel de Paganis.	ibid.
1447	24	Mathianus de Bucarinis.	ibid.
1463	25	Antonius Bernutius.	ib.
1465	26	Stephanus de Ghilinis.	943
1477	27	Ioannes de Muodanis.	ibid.
1482	28	Luchinus de Trottia.	947
1494	29	Bernardinus Ilcinus.	ibid.
1500	30	Io. Baptiſta Bagarottus.	ibid.
1521	31	Auguſtinus Trivulsius.	ibid.
1524	32	Ambroſius Trivulsius.	948
1546	33	Borſius de Merlis.	ibid.
1560	34	Sebaſtianus Donatus.	ibid.
1562	35	Franciſcus Caſtilioneus.	ibid.
1568	36	Eugenius Camotius.	949
1602	37	Camillus Aulaneus.	ibid.
1607	38	M. Antonius Bellinus.	ibid.
1618	39	Franciſc. Maria Abbiatus.	ib.
1650	40	Alexander Porrus.	950
1661	41	Bartholomæus Capra.	ibid.
1693	42	Carolus Ioſeph Morozzius.	ib.
1658	43	Ambroſius Cruce.	ibid.
1714	44	Carolus Franciſcus Galleſinus.	ibid.
1716	45	Idelphonſus Manara.	ibid.

BRUGNATENSIUM

1133	1	Ildeprandus.	984
1188	2	Albertus.	985
1200	3	Sigembaldus.	ibid.
1130	4	Guillelmus Contardus.	986
1252	5	Balduinus.	ibid.
1262	6	Philippus.	ibid.
1505	7	Sirlus.	ibid.
1288	8	Arduinus.	987
1300	9	Iacobus.	ibid.
1325	10	Gerardus.	ibid.
1340	11	Lambertus.	ibid.
1344	12	Torpetus de Caſellis.	ibid.
1359	13	Nicolaus	ibid
1362	14	Ludovicus Gandulphus.	ib.
1390	15	Lando Plancus.	ibid.
1400	16	Franciſcus de Cuticis.	ibid.
1412	17	Symon de Thomatis.	ibid.
1418	18	Thomas de Trigonis.	ibid.
1438	19	Antonius Vergafalcis.	ib.

An. Chr.			Colum.
1472	20	Bartholomæus de Ugeriis.	987
1480	21	Antonius de Valetariis.	ibid.
1492	22	Symon de Clavaro.	988
1502	23	Laurentius de Fliſco.	ibid.
1510	24	Melchior Grimaldus.	ibid.
1512	25	Philippus Saulius.	ibid.
1518	26	Hieronymus Grimaldus.	996
1535	27	Auguſtinus Trivulcius.	ibid.
1548	28	Antonius Luccuri.	997
1565	29	Iulius Saulus.	ibid.
1570	30	Antonius Palietinus.	ibid.
1579	31	Nicolaus Maſcardus.	ibid.
1584	32	Camillus Dadeus.	ibid.
1592	33	Stephanus Baldanus.	998
1609	34	Franciſcus Murinus.	ibid.
1622	35	Io. Vincentius Spinula.	ibid.
1646	36	Franciſcus Duratius.	ibid.
1652	37	Thomas Caſtaldus.	ibid.
1655	38	Io. Baptiſta Pagius.	ibid.
1663	39	Io. Baptiſta Dadecius.	ibid.
1696	40	Franciſcus Maria Saccus.	ib.

MARIANENSIUM

An. Chr.			Colum.
	1	s. Petrejus.	1000
314	2	Cato.	ibid.
596	3	Leo.	ibid.
649	4	Donatus.	ibid.
900	5	Lunergius.	ibid.
940	6	Locherius.	ibid.
1118	7	Otho Columna.	ibid.
1122	8	Guillelmus.	ibid.
1179	9	Laudius.	ibid.
1219	10	Opizo.	ibid.
1242	11	Rodulphus.	ibid.
1327	12	N. Peoſa.	ibid.
1328	13	Vido.	ibid.
1331	14	Vincentius.	ibid.
1343	15	Bonaventura.	ibid.
1351	16	Raymundus.	ibid.
1353	17	Dominic. de Camp. Taxio.	ib.
1353	18	Ioan. de Caſtello.	1001
1364	19	Petrus.	ibid.
1366	20	Nicolaus.	ibid.
1390	21	Ioannes Ormeſſa.	ibid.
1428	22	Dominicus.	ibid.
1433	23	Gregorius de Fliſco.	ibid.
1436	24	Michael de Germanis.	ibid.
1458	25	Hieron. de Monte Regio.	ibid.
1467	26	Leonardus de Fornariis.	ibid.
1469	27	Antonius.	ibid.
1494	28	Iulius de Yſnpo.	ibid.
1495	29	Octavius Fornarius.	ibid.
1512	30	Io. Baptiſta.	1002
1531	31	Innocentius Cibo.	ibid.
1531	32	Cæſar Cibo.	ibid.
1548	33	Octavianus Cibo.	ibid.
1554	34	Balduinus de Balduinis.	ibid.
1554	35	Io. Baptiſta Cicada.	ibid.
1560	36	Nicolaus Cicada.	1003
1570	37	Io Baptiſta Centurionus.	ibid.
1584	38	Nicolaus Maſcardus.	ibid.
1599	39	Hieronymus Puteus.	ibid.
1622	40	Iulius Puteus.	ibid.
1645	41	Io. Auguſtinus Marlianus.	ib.
1656	42	Carolus Fabritius.	ibid.
1683	43	Auguſtinus Fliſcus.	ibid.
1686	44	Io. Carolus de Mari.	ibid.
1704	45	Marius Emanuel Duraz.	ibid.
1707	46	Andreas della Rocca.	ibid.

NAULENSIUM

An. Chr.			Colum.
1239	1	Guillelmus.	1005
1298	2	Ugolinus.	1006
1317	3	Sinibaldus.	ibid.
1328	4	Thodeſcus	ibid.
1346	5	Amedeus.	ibid.
1376	6	Ioannes de Fliſco.	ibid.
1381	7	Lucas.	ibid.

An. Chr.			Colum.
1383	8	Leonardus de Fliſco.	1007
1396	9	Luchinus.	ibid.
1396	10	Conradus.	ibid.
1407	11	Marcus.	ibid.
1447	12	Georgius de Fliſco.	ibid.
1448	13	Neapoleo de Fliſco.	ibid.
1459	14	Paulus Iuſtinianus.	ibid.
1485	15	Dominicus de Vaccario.	ibid.
1502	16	Galeottus Roboreus.	ibid.
1544	17	Laurentius Cibo.	ibid.
1504	18	Antonius Ferrerius.	ibid.
1504	19	Ioan. Vincentius Foderatus.	1008
1506	20	Vincentius Bovierus.	ibid.
1540	21	Hieronymus Auria.	ibid.
1548	22	Maximilianus Auria.	ibid.
1572	23	Leonardus Turchus.	ibid.
1588	24	Timotheus Berardus.	1010
1606	25	Angelus Maſcardus.	ibid.
1645	26	Stephanus Martinius.	ibid.
1687	27	Io. Iacobus Porrata.	ibid.
1700	28	Paulus Andreas Borellus.	ib.
1710	29	Ioſeph Sauli Bargagli.	ibid.
1715	30	Marcus Hiacynthus Gandulphus.	ibid.

NEBIENSIUM

An. Chr.			Colum.
646	1	Martinus.	1011
1282	2	Ioannes.	ibid.
	3	Guillelmus.	ibid
1311	4	Ioannes.	ibid.
1311	5	Princevalles.	1012
1331	6	Raphael Spinula.	ibid.
	7	Vincentius.	ibid.
1362	8	Petrus.	ibid.
1363	9	Iulianus.	ibid.
1363	10	Raphael.	ibid.
1392	11	Thomas.	ibid.
1392	12	Petrus.	ibid.
1415	13	Antonius Saracha.	ibid.
1415	14	Petrus Steph. de Annibald.	ib.
1418	15	Ambroſius de Caſſia.	ibid.
1431	16	Franciſcus de Perfectis.	ibid.
1463	17	Oberrus Pinellus.	ibid.
1480	18	Baptiſta de Salutiis.	ibid.
1512	19	Iacobus.	1013
1514	20	Auguſtinus Iuſtinianus.	ibid.
1536	21	Hieronymus Auria.	ibid.
1538	22	Andreas Grimaldus.	ibid.
1558	23	Philippus Arighettus.	ibid.
1573	24	Adrianus Vincentius.	ibid.
1573	25	Guillelmus Rodanus.	ibid.
1574	26	Cæſar Contardus.	ibid.
1578	27	M. Antonius Monteflorus.	ib.
1579	28	Io. Baptiſta Baldus.	ibid.
1596	29	Andreas Scribanus.	1014
1601	30	Iacobus Ruſcianus.	ibid.
1611	31	Iulianus Caſtagnola.	ibid.
1621	32	Ioannes Maſcardus.	ibid.
1646	33	Vincentius Saporitus.	ibid.
1664	34	Franc. Camillus de Mari.	ib.
1671	35	Io. Hieronymus Doria.	ibid.
1709	36	Thomas Iuſtinianus.	ibid.
1713	37	Nicolaus Cajet. Aproſius.	ib.

TAURINENSIUM

An. Chr.			Colum.
310	1	Victor.	1021
405	2	s. Maximus.	1022
495	3	Victor.	ibid.
508	4	Tigridus.	ibid.
550	5	Ruffus.	ibid.
580	6	Urſicinus.	ibid.
679	7	Ruſticus.	1025
774	8	Claudius.	ibid.
825	9	Claudius.	ibid.
875	10	Claudius.	1026
888	11	Lancius.	ibid.
895	12	Amulus.	ibid.

An. Chr.			Columna.
901	13	Heginulphus.	1027
901	14	Vuillelmus.	ibid.
928	15	Riculfus.	1028
966	16	Annunco.	ibid.
998	17	Amizo.	1031
1001	18	Gezo.	ibid.
1010	19	Landulphus.	ibid.
1036	20	Vido.	1037
1045	21	Humbertus.	1039
1046	22	Regunmirus.	ibid.
1059	23	Cunibertus.	ibid.
1084	24	Vuillelmus.	1043
1085	25	Orgerius.	ibid.
1098	26	Umbertus.	ibid.
1104	27	Amizo.	1044
1109	28	Maynardus.	1045
1118	29	Ubertus.	ibid.
1120	30	Boso.	ibid.
1128	31	Arbertus.	ibid.
1151	32	Raynaldus.	1048
1153	33	Carolus.	ibid.
1165	34	Obertus.	1050
1169	35	Carolus.	ibid.
1170	36	Amizo.	ibid.
1171	37	Milo Cardanus.	ibid.
1188	38	Arduinus.	1051
1206	39	Jacobus de Mozo.	1052
1217	40	Jacobus.	ibid.
1227	41	Ainardus.	1053
1227	42	Ugo Cagnalora.	ibid.
1230	43	Joannes.	ibid.
1242	44	Huguttio.	ibid.
1245	45	Ioannes.	ibid.
1264	46	Gaufridus.	1055
1300	47	Theodiſius.	ibid
1320	48	Guido Canalis.	ibid.
1348	49	Thomas Sabaudus.	1056
1360	50	Bartholomæus.	ibid.
1364	51	Ioannes Urſinus.	ibid.
1376	52	Vuillelmus.	ibid.
1411	53	Ioannes.	ibid.
1411	54	Aymo de Romagnano.	ibid.
1438	55	Ludovic. de Romagnano.	ib.
1469	56	Ioannes de Campeſio.	1057
1483	57	Dominicus de Ruvere.	ibid.
1499	58	Io. Ludovic. de Ruvere.	1058
1515	59	Io. Franciſcus de Ruvere.	ib.
1517	60	Innocentius Cibo.	1060
1517	61	Claudius Seyſſelius.	ibid.
1548	62	Cæſar Cibo.	ibid.
1563	63	Innicus Davolos.	1061
1564	64	Hieronymus de Ruvere.	ib.
1592	65	Carolus Broglia.	1062
1609	66	Philibertus Milectus.	ibid.
1616	67	Io. Baptiſta Ferrerius.	ibid
1632	68	Antonius Provana.	1063
1643	69	Iulius Cæſar Bergera.	ibid.
1662	70	Michael Beyamos.	ibid.
1690	71	Michael Antonius Vibo.	ib.

EPOREDIENSIUM.

An. Chr.			Colum.
451	1	Eulegius.	1066
679	2	Deſiderius.	ibid.
770	3	Beſſus.	ibid.
843	4	Henricus.	ibid.
857	5	Joſeph.	ibid.
875	6	Aazo.	ibid.
904	7	Valfredus.	ibid.
938	8	Aimundus.	ibid.
1005	9	Veremundus.	ibid.
1011	10	Octobianus.	ibid.
1029	11	Henricus.	1068
105	12	Hugo.	1069
1059	13	Henricus.	ibid.
1063	14	Albertus.	ibid.
1072	15	Fridericus.	ibid.
1075	16	Ogerius.	ibid.
1097	17	Conradus.	ibid.
1118	18	Petrus.	ibid.
1122	19	Vido.	ibid.

An.Chr. Columo.
1158 20 Germanus. 1069
1196 21 Gaido. ibid.
1201 22 Joannes Gagninus. ibid.
1204 23 Bernardus. 1070
1205 24 Petrus. ibid.
1209 25 Obertus ex Com. Coconatis. 1073
1242 26 Conradus. 1074
1252 27 Ioannes. 1075
1264 28 Frider. ex Com. S. Martini. ib.
1288 29 Albertus Gonzaga. ibid.
1322 30 Vbertus. ibid.
1326 31 Palainus Advocatus. ibid.
1346 32 Iacobus de Franciſco. ibid.
1358 33 Ioannes Miſtralis. 1076
1360 34 Petrus Sabaudus. ibid.
1375 35 Petrus Cundonus. ibid.
1390 36 Petrus Codus. ibid.
1399 37 Boniſac ex Comit. S. Mart. ib.
1405 38 Auguſtinus. ibid.
1417 39 Iacobus de Pomeriis. ibid.
1435 40 Boniſacius. ibid.
1437 41 Io ex Comit. s. Martini. ibid.
1480 42 Dominic. ex Com. S. Mar. ib.
1483 43 Nicolaus Garliatus. ibid.
1491 44 Boniſacius Ferrerius. 1077
1509 45 Io. Stephanus Ferrerius. ibid.
1518 46 Philibertus Ferrerius. ibid.
1552 47 Sebaſtianus Ferrerius. ibid.
1563 48 Ferdinandus Ferrerius. ibid.
1581 49 Cæſar Ferrerius. ibid.
1611 50 Henricus Sylvius. 1078
1614 51 Ioſeph ex Marchion Ceve. ib.
1634 52 Octavianus Aſinarius. ibid.
1658 53 Philibertus Milletus. ibid.
1664 54 Pompejus Valpergs. ibid.
1669 55 Hiacynthus Trucchius. ibid.
1698 56 Alexander Lamberti. ibid.

FOSSANENSIUM

1592 1 Camillus Daddeus. 1081
1602 2 Petrus de Leone. 1083
1605 3 Thomas Piolstus. ibid.
1621 4 Agaſinus Solarius. ibid.
1627 5 Federicus Trottus. ibid.
1648 6 Nicolaus Dalmaticus. ibid.
1658 7 Clemens Trottus. 1084
1675 8 Octavianus à Ruvere. ibid.
1676 9 Mauritius Bertoni. ibid.

MONTIS REGALENSIUM

1388 1 Damianus Zavalia. 1088
1404 2 Ioannes de Solio. 189
1413 3 Franciſcus Fauzonus. ibid.
1429 4 Guido de Ripa. ibid.
1429 5 Percevallus de Balma. ibid.
1438 6 Aymericus Segaudus. 1090
1472 7 Antonius de Fliſco. ibid.
1484 8 Antonius Campionus. ibid.
1493 9 Hieronymus Calagranus. ib.
1497 10 Amad. ex Marcb. Romagnani. 1091
1509 11 Carolus Roſarius. Ibid.
1512 12 Laurentius Fliſcus. ibid.
1519 13 Ottobonus de Fliſco. ibid.
1523 14 Vrbanus de Molano. ibid.
1523 15 Carolus de Camera. Ibid.
1548 16 Bartholom. de Piperis. 1092
1560 17 Michael Giſlerus. Ibid.
1566 18 Vincentius Laureus. ibid.
1587 19 Felix Bertolanus. 1095

An.Chr. Colum.
1592 20 Antonius Caſtruccius. ibid.
1609 21 Carolus Argentarius. ibid.
1632 22 Carolus Antonius Ripa. 1096
1642 23 Mauritius Solarius. ibid.
1656 24 Michael Beyamus. ibid.
1663 25 Hiacynthus Solarius. ibid.
1667 26 Dominicus Trucchius. ibid.
1697 27 Io. Baptiſta Iſnardus. ibid.

AUGUSTÆ PRÆTORIÆ.

408 1 Protaſius. 1098
451 2 Euſtaſius. ibid.
501 3 Iocundus. ibid.
475 4 Lupus. ibid.
800 5 Gratus. ibid.
810 6 s. Iocundus. 1099
876 7 Ratbonus. ibid.
8 Gallus. ibid.
9 Ugo. ibid.
10 Gripho. ibid.
966 11 Liriſredus. ibid.
1008 12 Boſo. ibid.
1014 13 Anſelmus. ibid.
1025 14 Anſelmus. ibid.
1040 15 Auguſtinus. ibid.
1099 16 Boſo. ibid.
1116 17 Guillelmus de Sala. ibid.
1133 18 Arnulphus. 1100
1146 19 Hugo. ibid.
1176 20 Aymo de Quarto. ibid.
1188 21 Vualpertus. ibid.
1189 22 Germanus. ibid.
1216 23 Iacobus de Portia. ibid.
1243 24 Bonif. ex Comit. Valpergæ. ib.
1259 25 Petrus de Boga. ibid.
1263 26 Petrus de Palatio. ibid.
1272 27 Simon. ibid.
1283 28 Nicolaus de Berſatoribus. ib.
1302 29 Aymericus de Quarto. ibid.
1303 30 Petrus de Quarto. ibid.
1316 31 Fridutius. ibid.
1317 32 Nicolaus s. de Berſatorib. ib.
1369 33 Bonifacius de Challanch. ibid.
1375 34 Aymonettus. ibid.
1377 35 Iacobus de s. Marcello. ibid.
1400 36 Petrus Sonarii. 1101
1411 37 Ogerius de Conflecto. ibid.
1433 38 Georgius ex March. Salut. ib.
1444 39 Ioannes de Pingono. ibid.
40 Jacobinus de Chriſta. ibid.
1444 41 Antonius de Prato. ibid.
1463 42 Franciſcus de Prato. ibid.
1511 43 Hercul. ex March. Ponzo. ib.
1515 44 Amedeus Berutus. ibid.
1528 45 Alvarus Rodinus. 1102
1528 46 Petrus Gazonius. ibid.
1557 47 M. Antonius Bobs. ibid.
1568 48 Hieronymus Feragatta. ibid.
1574 49 Cæſar Gromius. ibid.
50 Honoratus Laſcarus. ibid.
1590 51 Ioan. Gottofredus. ibid.
1591 52 Bartholomeus Ferrerius. ibid.
1611 53 Ludovicus Martinus. 1103
1624 54 Iacobus Vercellinus. ibid.
1656 55 Philibertus Magletus. ibid.
1659 56 Albertus Baillus. ibid.
1692 57 Alex. Lambert de Soirier. ib.
1699 58 Franc. Amadeus Milliet. ib.

NICIENSIUM.

1230 1 s. Baſius. 1107

An. Chr. Column.
2 s. Pontius. 1108
381 3 Amantius. ibid.
450 4 Valerianus. ibid.
5 s. Valerius. ibid.
458 6 Auxanius. ibid.
493 7 s. Deutherius. 1109
368 8 Magnus. ibid.
580 9 Auſtadius. ibid.
588 10 Catholinus. ibid.
777 11 B. Siacrius. ibid.
999 12 Frodoinus. ibid.
1004 13 Bernardus. ibid.
1018 14 Pontius. ibid.
1027 15 Gaufridus. ibid.
16 Pontius. ibid.
17 Andreas. ibid.
1037 18 Nitardus. ibid.
1050 19 Andreas. ibid.
20 Raymundus. 1110
1075 21 Bernus. ibid.
1078 22 Archimbaldus. ibid.
1108 23 Iſoandus. ibid.
1110 24 Petrus. ibid.
1164 25 Arnaldus. 1111
1166 26 Raymundus. ibid.
1184 27 Petrus. ibid.
1197 28 Joannes. ibid.
1210 29 Henricus. ibid.
1212 30 Sancius. 1112
1215 31 Henricus. ibid.
1238 32 Meynfredus. ibid.
1261 33 Petrus. ibid.
1270 34 Joannes. ibid.
1291 35 Hugo. ibid.
1300 36 Bernardus Chiabaudus. ibid.
1301 37 Nitardus. ibid.
1317 38 Raymundus. ibid.
1317 39 Guillelmus. ibid.
1322 40 Raſtagnus. ibid.
1329 41 Joannes. ibid.
1335 42 Guillelmus. ibid.
1342 43 Philippus Gaſtonius. ibid.
1345 44 Guillelmus. ibid.
1354 45 Petrus. ibid.
1360 46 Laurentius. 1113
47 Joannes. ibid.
1374 48 Roccaſalva. ibid.
1382 49 Ioannes Thomafortis. ibid.
1406 50 Franciſcus. ibid.
1406 51 Ludovicus. ibid.
1418 52 Ioannes Barle. ibid.
1418 53 Antonius. ibid.
1422 54 Aymon de Chiaſiacho. ibid.
1428 55 Ludovicus Bardatus. ibid.
1446 56 Aymo Provana. 1114
1461 57 Henricus. ibid.
58 Bartholomæus. ibid.
1501 59 Bonifacius Ferrerius. ibid.
1504 60 Joannes Violus. ibid.
1506 61 Auguſtinus Ferrerius. ibid.
1511 62 Hieronymus de Arſago. ib.
1542 63 Hieronymus Recenatus. ib.
1548 64 Io. Baptiſta Provana. 1115
1548 65 Franciſcus Lambertus. ibid.
1583 66 Io. Ludovic. Pallavic. 1116
1600 67 Franciſcus Raſinus. ibid.
1622 68 Petrus Franc. Maletus. ib.
1634 69 Iacobinus Marencus. ibid.
1644 70 Deſiderius de Paletis. ibid.
1663 71 Hiacynthus Solarius. ibid.
1663 72 Didacus ab Eccleſia. ibid.
1671 73 Henricus Provana. ibid.

Digitized by Google

INDEX NOMINUM

Omnium Epiſcoporum Singularum Civitat. Qui in hoc Quarto Tomo Italiæ Sacræ continentur, Ordine Alphabetico diſpoſitus.

Prior numerus columnam, poſterior numerum marginalem notat.

A

ACTIUS *Aquen.* pag. 328.17
Adalbertus *Albing.* 913.12
Brixien. 538.50
Vercellen. 771.46
de Caromalis *Bergomen.* 420.22
Adalgiſius *Aquen.* 328.13
Adelgiſius *Novar.* 695.52
Adelmanus *Brix.* 540.53
Adrianus Vincentius *Nebien.* 1013.24
Ægidius ab Aqua *Laudex.* 676.33
de Madalbertis *Cremon.* 610.56
Æmilianus *Vercell.* 762.21.& 763.22
Agaſinus Solarius *Foſſan.* 1083.4
S. Agapitus *Novar.* 691.2
Agapitus Columna *Brixien.* 554.79
Aginus *Bergomen.* 414.16.& 452.33
Derthon. 633.48
Aguellus *Novariex.* 692.12
Aicardus *Januen.* 847.23
Antiminianenſis *Mediol.* 201.97
Ainardus *Taurin.* 1053.41
Aiſaldus *Albing.* 915.19
B. Alarinus Rainbaudus *Alben.* 290.39
Albericus Merlinus *Laud.* 669.23
Albertinus Roboreus *Aſten.* 395.56
Albertus *Alben.* 286.11
Alexandrin. 322.6
Aquex. 328.16.329.26
B. Albertus *Bobien.* 934.11
Albertus *Bobien.* 941.14
Brugnat. 985.2
Epored. 1069.14
Novar. 704.49
B. Albertus *Savon.* 737.25
Vercellen. 787.64
Botti *Albing.* 924.60
Albertus Caprianus *Alben.* 299.51
de Caſiuis *Acciex.* 909.20
Gonzaga *Epored.* 1075.29
Guttuarius *Aſtex.* 390.48
Mugiaſca *Alexand.* 325.40
Quadrellus *Laud.* 671.24
Rezatus *Brixien.* 546.64
Tertius *Bergom.* 474.41
Albinus *Vercellen.* 761.6
Alboinus *Derthon.* 627.17
Alcherius *Bergom.* 447.29
Aldagardus *Vercel.* 765.58
Aldegarius *Lauden.* 658.10
Aldemarius *Mediol.* 94.64
Aidericus *Laudex.* 674.26
de Coruu *Lauden.* 674.26
Aleranus Ceva *Alben.* 289.35
Alericus *Aſten.* 351.22
Alexander *Albingaunen.* 915.17
Andreaſſus *Caſalen.* 574.10
Caſalis *Vigleban.* 821.3
Centurionus *Januen.* 902.57
Crucius *Cremon.* 622.87
Fregoſus *Albintimil.* 309.26
Guaſco *Alexand.* 323.28
Lambert *Epored.* 1078.56
Litta *Cremon.* 622.89
Porrus *Bobien.* 950.40
Alexius de Seregnio *Bobien.* 942.21
Algiſius Pirovanus *Mediol.* 161.83
Aliprandus *Vercellen.* 796.65
A Allouus *Lauden.* 665.19
Alraudus *Albing.* 915.18
Aloyſius Cornelius *Bergom.* 499.65
Grimanus *Bergom.* 510.72
Lipomanus *Bergom.* 497.64
de Roſate *Bergom.* 475.42
Ruzinus *Bergomen.* 517.75
Alphouſus Litta *Mediol.* 278.123
Alvarus Rodinus *Aug. Præt.* 1102.45
Amantius *Nicien.* 1108.3
Amadeus *Naul.* 1006.5
Berutus *Aug. Præt.* 1101.44
de Noris *Vercel.* 809.83
Romagnanus *Mont. Reg.* 1091.10
Amaldus *Nicien.* 1111.25
Ambroſius *Bergom.* 420.20
Laudex. 662.16
Novar. 692.10.695.25
Savon. 735.19
Aldegattus *Caſal.* 573.8
B de Caſſia *Nebien.* 1012.15
de Coruu *Laud.* 674.28
Cruce *Bobien.* 950.43
de Fliſco *Savon.* 743.53
Martinengus *Bergom.* 440.28
MUTIUS *Bergomen.* 450.32
Talentus *Aſtex.* 397.59
Spinula *Albintimil.* 311.44
B. Amicus *Savon.* 735.12
Amizo *Taurin.* 1031.17.1044.27.1050.36
S. Ammonius *Derthon.* 626.3
Ampelius *Mediol.* 68.39
Amulus *Taurinen.* 1026.12
Amphridius *Brix.* 532.38
S. Anaſtaſius *Brixien.* 530.25
Derthon. 626.7
S. Anathalonus *Mediol.* 36.2
Ancelinus *Savon.* 735.10
Andreas *Brix.* 531.32.& 554.81
Lauden. 658.13
C *Nicien.* 1110.17.19
Cornelius *Brix.* 562.95
Grimaldus *Neb.* 1013.22
Lampugnanus *Mediol.* 90.58
Novellus *Alben.* 291.42
Rada *Derthon.* 628.42
della Rocca *Marian.* 1003.46
Scribanus *Neb.* 1014.29
Segazenus *Brix.* 554.83
Turrianus *Januen.* 890.41
Anellus *Accien.* 908.19
Angelus *Albintimil.* 307.13
Accien. 909.7
Maſcardus *Naul.* 1010.25
Angilbertus *Mediol.* 78.52
Puſterla *Mediol.* 79.53
Aununco *Taurin.* 1028.16
Anſalbertus *Vercel.* 764.29
Anſelmus *Alenaud.* 322.10
Aquen. 329.23.& 30
D *Aſten.* 363.32
Aug. Præt. 1099.13.14
Cremon. 581.23
Advocatus *Vercell.* 778.58
Bilius *Mediol.* 76.50
Capra *Mediol.* 88.56
Puſterla *Mediol.* 136.79
de Rude *Mediol.* 115.73
Valvaſorius *Mediol.* 116.75

S. Antoninus *Mediol.* 68.37
Bergomen. 414.15
Antoniottus Pallavicinus *Albintimil.* 308.35
Antonius *Accien.* 909.18.21
Brix. 536.43.537.47
Derthon. 647.69
Marian. 1001.27
Nicien. 1113.53
Bernerius *Laud.* 681.41
Bernutius *Bobien.* 942.25
Bertodamus *Vercell.* 815.101
Campionus *Mont. Reg.* 1090 7
Caſtruccius *Mont. Reg.* 1095.20
Ferrerius *Naulen.* 1007.18
Fliſcus *Mont. Reg.* 1090.7
Lucurri *Brugn.* 997.30
de Monte *Novar.* 721.80
Mnlus *Alben.* 202.44
Palietinus *Brugn.* 997.30
de Pnnte *Albing.* 919.39
de Prato *Aug. Præt.* 1101.41
Prnvana *Taurin.* 1063.68
de Salutiis *Mediol.* 252.102
Savon. 736.23.738.35
Saulius *Jannen.* 901.56
Saracha *Nebien.* 1012.13
Scarampus *Lauden.* 684.48
Torniellus *Novar.* 729.96
Trivultius *Aſtrn.* 394.55
de Valetariis *Brugnat.* 987.21
de Vergafalcis *Brugn.* 987.19
de Vialis *Savon.* 739.37
Apollinaris *Brix.* 531.31
S. Apollonius *Brix.* 524.4
Arbertus *Taurin.* 145.31
Archimbaldus *Nicien.* 1110.22
Arderamus *Savon.* 733.9
Ardericus *Vercel.* 774.51
Cotta *Mediol.* 93.63
Vignatus *Laud.* 662.18
Ardingus *Brix.* 536.43
Ardizo Bulgarus *Vercel.* 778.60
Arduinus *Alexand.* 321.1
Brug. 987.8
Taurin. 1051.38
S. Aribertus *Derthon.* 626.2
Ariſredus *Mediol.* 70.44
Arimanus *Brix.* 541.58
Armundus *Epored.* 1066.8
Arnaldus de Roſſeto *Aſten.* 386.43
Arnulphus *Aug Præt.* 1100.18
Bergom. 449.31
Cremon. 598.43
Mediol. 97.66.116.74
de Arciagn *Mediol.* 99.69
Aſcanius Maria Sfortia *Cremon.* 613.71
Novar. 720.77
Aſpertus Confalonerius *Mediol.* 86.55
Atterius *Mediol.* 64.34
Atho *Bergom.* 447.39 & 474.39
Bobien. 925.1
Brix. 538.49
Cremon. 582.31
Mediol. 114.72
Novar. 695.31
Vercel. 764.26 & 769.44
Oldradus *Mediol.* 90.59
Attilius Petraſancta *Vigleb.* 824.12
Audacius *Derthon.* 628.24
Audax *Aſtrn.* 342.17
Auderius *Cremon.* 580.12
Augerius *Januen.* 846.22
Auguſtinus *Aug. Præt.* 1099.15
Epored. 1076.38
Baleonus *Alexand.* 324.32
Ferrerius *Nicien.* 1114.61
Ferrerius *Vercel.* 810.86
Fliſcus *Marian.* 1003.43
Iſimbardus *Cremon.* 622.85

A Auguſtinus Juſtinianus *Neb.* 1013.20
Priolus *Bergomen.* 509.71
Salvagus *Januen.* 900.54
Accien. 910.27
Spinula *Savon.* 743.50
Trivultius *Aſten.* 397.60
Trivultius *Bobien.* 947.31
Brugnat. 996.27
Aupoldus *Novar.* 698.49
Aurelius Zibramontius *Alben.* 299.49
Caſalen. 574.11
Auſanus Cribellus *Mediol.* 57.29
Anſtadius *Nicien.* 1109.9
Auxanius *Nicien.* 1109.6
Aymericus de Quarto *Aug. Præt.* 1100.20
Segaudus *Mont. Reg.* 1090.6
Aymo Provana *Nicien.* 1114.56
de Romagnano *Taurin.* 1056.54
Aymon Advocatus *Vercel.* 798.71
de Chiaſiachn *Nicien.* 1113.54
B de Quarto *Aug Præt.* 1100.24
Aymonettus *Aug. Præt.* 1100.34
Azzo *Bergom.* 437.26
Epored. 1066.6
Vercellen. 778.52
Turrianus *Brix.* 547.67

B

Bado *Aquen.* 328.19
Baldracus Malabayla *Aſten.* 386.44
Balduinus *Brugnat.* 986.5
de Balduinis *Marian.* 1002.34
Bandinellus Saulius *Albing.* 921.46
Banditius *Aquen.* 329.28
Baptiſta de Judicibus *Albintim.* 308.23
de Salutiis *Nebien.* 1012.18
Baringus *Vercel.* 764.31
S. Barnabas *Mediol.* 36.1
Bartholinus Beccarinus *Alexand.* 322.22
C Bartholomæus *Albintimil.* 306.19
Accien. 909.22
Jannen. 889.36
Taur. 1056.50
Capra *Bobien.* 950.41
Capra *Cremon.* 612.64
Capra *Mediol.* 254.105
Caſtillioneus *Derth.* 650.74
Cuetus *Nicien.* 1114.58
de Eugeriis *Brugn.* 987.20
Ferrerius *Aug. Præt.* 1102.52
Gradonicus *Brix.* 566.105
de Lucurno *Ianu.* 891.43
Maripetrus *Brix.* 558.90
Menattus *Laud.* 685.56
de Piperis *Mont. Reg.* 1092.16
Quirinus *Novar.* 713.64
Vicecomes *Nov.* 716.72
S. Baſſianus *Laud.* 656.3
S. Baſſus *Nicien.* 1107.1
D Beatus *Derth.* 628.22
Epored. 1066.3
S. Benedictus *Alben.* 285.9
Albing. 919.6
Benedictus *Albintimil.* 306.18
Brix. 532.35
Cremon. 583.34
Benedictus *Derthon.* 628.26.& 42
Novar. 695.27
Savon. 732.2
Accoltus *Cremon.* 614.74
S. Benedictus Criſpus *Mediol.* 69.41
Benedictus Erba *Caſal.* 574.9
Odeſcalcus *Mediol.* 281.127
Lomellinus *Albintimil.* 310.32
de Nobilibus *Accien.* 909.24
Odeſcalcus *Novar.* 729.95
Benenatus *Aſtrn.* 336.6
S. Benignus Bentius *Med.* 51.21

Ben-

Benvenutus *Accien.* 908.6 A
Berardus *Vercel.* 763.17
Madius *Brix.* 550.70
Bernardinus Breſcennius *Vigleb.* 821.4
Caſtellarius *Caſal.* 572.3
de Cruce *Aſten.* 398.62
à Cruce *Caſal.* 573.5
Ilcinus *Bob.* 947.29
Theobaldeſcus *Caſal.* 571.1
Bernardus *Aquen.* 330.45
Cremon. 581.25
Epored. 1070.23
Januen. 887.32
Nicien. 1110.13
Savon. 732.6
Carrettus *Alben.* 291.40
Chiabaudus *Nicien.* 1112.36
Landrianus *Aſten.* 390.49
Rubeus *Cremon.* 612.68
Rubeus *Novar.* 719.74
de Talente *Laud.* 677.32 B
Tricardus *Brix.* 554.76
Trigardus *Bergom.* 479.49
Bernerus de ſumma *Cremon.* 607.52
S.Bernulphus *Aſten.* 337.8
Beruus *Nicien.* 1110.21
Beroaldus *Alexand.* 322.17
Aquen. 329.37
Berticanus *Brix.* 529.22
Bertrandus *Albintim.* 306.16
Beſaudus *Januen.* 890.39
Bobianus *Bergom.* 413.12
Bonaventura *Marian.* 1000.15
Coſtacciarus *Aquen.* 331.51
Bondinus *Alexand.* 323.8
Bonifacius *Alben.* 286.16.19.25.33
Albing. 913.11
Albintimil. 306.12
Aquen. 329.41.330.46
Aſten. 372.35
Epored. 1076.40 C
Januen. 876.28
Novar. 708.54
Savon. 737.27
Botticella *Laud.* 680.38
de Carretto *Savon.* 736.20
de Challanch. *Aug.Præt.* 1100.33
de Cocnnate *Aſten.* 377.39
Ferrerius *Epored.* 1077.44
Nicien. 1114.59
Vercel. 810.66
de Longicato *Alexand.* 322.21
S.Martini *Epored.* 1076.39
Valperga *Aug.Præt.* 1100.24
Bonjoannes Friſſiraga *Lauden.* 676.30
Bonnſus *Vercel.* 763.19
Bonus *Albing.* 913.5
Caſtillioneus *Mediol.* 78.51
Borſus de Merlis *Bobien.* 948.33
Boſn *Aug.Præt.* 1099.12.16
Taur. 1045.30 D
Branchinus Beſutius *Bergom.* 481.52
Brixianus *Savon.* 735.11
Bruningus *Aſten.* 345.18

C

Acciacomes de Summa *Cremon.* 608.53
Cæſar Bencius *Aſten.* 403.60
de Blandrate *Alben.* 300.58
Cibo *Mariam* 1002.32
Taurin. 1060.62
Contardus *Nebien.* 1013.26
Ferrerius *Epored.* 1077.49
Ferrerius *Savon.* 743.54
Gambara *Derthon.* 652.81
Gromius *Aug.Præt.* 1108.49
Montius *Mediol.* 278.122
Spacianus *Cremon.* 617.79
Spacianus *Novar.* 726.90

S.Cajus *Mediol.* 37.3
Calvus de Calvis *Bob.* 941.18
Camillus Aularicus *Bob.* 949.37
Beccius *Aquen.* 331.54
Dadeus *Brugnat.* 997.32
Dadeus *Foſſan.* 1081.1
Candulfus *Novar.* 696.38
Carolus *Aſten.* 338.12
Mediol. 266.111
Taurin. 1048.33.1050.35
Antonius Gozzani *Aquen.* 331.58
Ripa *Mont.Reg.* 1096.22
Argenteria *Mont.Reg.* 1095.21
Baſilicapetri *Novar.* 726.92
Borromæus *Mediol.* 276.119
Brolia *Taurin.* 1062.65
de Camera *Mont.Reg.* 1091.15
Cicada *Albing.* 922.51
Ciceri *Alexand.* 326.39
Fabritius *Marian.* 1003.42
Franciſcus Ceva *Derthon.* 654.87
Gallerinus *Bobien.* 950.44
Grimaldus *Albing.* 923.52
Albint. 310.33
Joſeph Morozzius *Bobien.* 952.42
Maria Joſeph de Furnariis *Albing.* 924.68
Maſcardus *Albint.* 311.45
Octavianus Guaſco *Alexand.* 326.41
Cremon. 622.88
Pallavicinus *Laud.* 682.42
Rotarius *Mont.Reg.* 1091.11
Septala *Derthon.* 654.86
Vicecnmes *Albine.* 310.31
Caſſianus *Cremon.* 580.7
Caſsonus Turrianus *Mediol.* 201.96
S.Caſtritianus *Mediol.* 37.4
Cathulinus *Nicien.* 1109.10
Catn *Marian.* 1000.2
Cavalcanus Sala *Brix.* 547.68
Celſus *Vercel.* 765.23
Chryſantus *Vercel.* 764.30
Chryſogoous *Cremon.* 581.18
Clatheus *Brix.* 524.1
Claudianus *Bergom.* 412.87
Claudius *Taurin.* 1025.8.9.1026.10
Seyſelius *Taurin.* 1060.61
Clemens *Januen.* 894.46
Gerra *Lauden.* 685.52
Trottus *Foſſan.* 1084.7
Conon *Brix.* 540.55
Conradus *Cremon.* 580.13
Epored. 1069.17.1074.26
Januen. 844.18.845.20
Nanlen. 1007.10
de Anciſa *Savon.* 737.28
Aſinarius *Vercel.* 814.93
de Cocconate *Aſten.* 380.40
Maleſpina *Aquen.* 329.36
Alexand. 322.16
Conſpertus *Vercel.* 765.39
Conſtantinus *Alben.* 285.9
de Fundulis *Cremon.* 612.65
Sarnanus *Vercel.* 813.92
Conſtantius *Derthon.* 626.5
Mediol. 59.32
S.Conſtantius *Vercel.* 762.13
Coſmas Doſserius *Derth.* 652.83
Creatus à Ponte *Cremon.* 581.20
Cunibertus *Taur.* 1039.23
Cunipertus *Brix.* 532.57
Vercel. 764.33
S.Cyprianus *Brix.* 529.17
Cyprianus Longus *Berg.* 478.47
II.Longus *Berg.* 480.51
Pallavicinus *Januen.* 900.95
Cyriacus *Januen.* 846.21
Lauden. 656.4
Cyrillus *Vercel.* 763.20

D

DAgibertus *Novar.* 696.41
Daibertus *Alben.* 285.38
Damianus *Vercel.* 763.21
Zavalia *Mont.Reg.* 1088.1
Daniel Juſtinianus *Bergom.* 512.74
de Paganis *Bobien.* 942.23
Daeimbertus *Cremon.* 588.38
S.Datius Alciatus *Mediol.* 56.27
Deodatus *Albingaun.* 913.9
Scalla *Alen.* 325.38
Deſiderius *Albing.* 916.27
Cremon. 581.22.26
Derth. 628.32
Epored. 1066.2
de Paletis *Nicien.* 1116.70
Deusdedit *Mediol.* 64.33
Brixien. 530.28
Didacus *Vercel.* 761.5.769.42 B
ah Eccleſia *Nicien.* 1116.72
Dinus de Radicoſano *Januen.* 889.37
Diogenes *Januen.* 847.6
Novar. 692.3
S.Dionyſius *Alben.* 284.1
Diooyſius *Januen.* 847.10
Laud. 656.2
S.Dionyſius *Mediol.* 43.11
Diſtaldus *Aquen.* 327.2
Dodo *Aquen.* 327.3
Dominator *Bergom.* 412.5
Brixien. 529.21
Dominicus *Albint.* 310.27
S.Dominicus *Brix.* 530.26
Marian. 1001.22
Bollanus *Brix.* 562.97
de Campo Taxio *Marian.* 1000.17
de Dominicis *Brix.* 558.94
Geimaldus *Savon.* 743.55
de Lange *Savon.* 739.36 C
de Marinis *Januen.* 905.60
Albing. 923.52
ex Co S.Martini *Epor.* 1076.42
de Ruvere *Aſten.* 399.64
de Ruvere *Taurin.* 1057.57
Solinus *Aquen.* 330.49
Trucchios *Montis Reg.* 1096.26
de Vacario *Naul.* 1007.15
de Valletariis *Accien.* 909.23
Donatus *Laud.* 657.6
Marian. 1000.4
Ductermious *Novar.* 696.34
Durantes de Durantibus *Brix.* 562.96
S.Duſcelius *Vercel.* 761.4
S.Ducherius *Nicien.* 1109.7

E

EIlulfus *Aſten.* 337.9.341.16 D
Eleemoſina *Savon.* 736.22
Ellilegius *Epored.* 1066.1
S.Emaouel *Cremon.* 605.48
Emanuel de Fliſco *Vercel.* 804.75
Spinula *Albing.* 917.33
Engleſius de Caballatiis *Novar.* 712.62
Eraſmus Paeavlcinus *Alex.* 325.36
Eribertus *Deeth.* 633.46
Antiminienſis *Mediol.* 102.70
Erimbeetus *Albing.* 913.8
Ernulphos *Novar.* 696.37
S.Evaſius *Aſten.* 335.1.336.7
Eugenius Camutius *Bob.* 949.36
Euſebius *Cremon.* 581.24
S.Euſebius *Vercel.* 747.1.762.12
Paganus *Med.* 50.19
Euſtachius *Cremon.* 581.17
Euſtaſius *Aug.Præt.* 1098.2
A S.Euſtorgius *Mediol.* 41.9.55.25

F

FAbritius Marlianus *Derth.* 650.73
2.Marliaous *Derth.* 650.77
Faoſtious *Aquen.* 328.7
S.Fauſtinus *Brix.* 525.6
Fedeeicus *Epored.* 1069.15
Borromæus *Mediol.* 277.121
Caccia *Mediol.* 279.125
Cæſius *Ceem.* 616.77
Ceva *Alben.* 289.31
Ceva *Albing.* 918.35
Cibo *Savon.* 737.33
Coeoelius *Berg.* 499.66
2.Coenelius *Berg.* 509.70
Madios *Brix.* 550.71
ex Co. S.Martini *Epored.* 1075.28
S.Severinus *Novar.* 720.78
Trottus *Foſſan.* 1083.5 B
Vicecomes *Mediol.* 279.124
S.Felix *Beix.* 530.27
Felix *Crem.* 579.2.581.19
Januen. 838.2
Berolanus *Mont.Reg.* 1095.19
Crorca *Aquen.* 331.56
Ferdinandus Ferrerius *Epored.* 1077.48
Rocus *Vigleb.* 826.16
Seronus *Aſten.* 396.58
Taberna *Novar.* 728.93
Flaviaous *Derth.* 628.30
Novar. 694.19
S.Flavianus *Vercel.* 762.14
S.Flavius *Brix.* 524.3
Flocardus *Alben.* 285.8
Fiorianus *Crem.* 580.9
Fortis *Mediol.* 67.35
Franchinus Fontana *Mediol.* 200.95
Feanciſcus *Alben.* 239.37
C *Alex.* 323.15
Aquen. 329.35
Nicien. 1113.50
Aregacius *Berg.* 482.55
Blandrata *Aquen.* 331.53
Boſſus *Novar.* 725.89
Camillus de Mari *Nebien.* 1014.34
Carrettus *Alben.* 289.34
Caſtillioneus *Bobien.* 948.35
Cornelius *Brix.* 561.94
Creppa *Mediol.* 253.104
de Cuticis *Brugn.* 987.16
Duratius *Brugnat.* 998.36
Fauzonus *Mont.Reg.* 1089.3
Foſſatus *Derth.* 654.85
Gallutius *Alben.* 310.34
Gandulphus *Alben.* 300.56
Gattinara *Alexand.* 326.43
Lambertus *Nicien.* 1115.65
Laotes *Berg.* 482.54
D Lantes *Brix.* 555.85
Laotes *Crem.* 611.62
de Maeerio *Brin.* 556.88
Maeia Abiatus *Bob.* 949.32
Maria Saccus *Brugnat.* 998.40
Maeia Spinula *Savon.* 744.58
de Maeinis *Albing.* 924.58
Moroſius *Aſten.* 387.46
Mutinus *Brugn.* 998.34
Paoicaeola *Aſten.* 401.65
Pendaſius *Alben.* 299.53
de Perfectis *Neb.* 1012.16
Picolpaſſus *Aquen.* 329.44
Picolpaſſus *Mediol.* 255.106
de Placentinis *Aſten.* 388.47
de Peato *Aug.Præt.* 1101.42
de Queto *Accien.* 909.9
Ratinus *Nicien.* 1116.67
Romerus *Vigleb.* 823.8

Fran-

Franciſcus Sfondratus *Crem.* 615.76 A
Vicecomes *Crem.* 620.83
Vicecomes *Alexand.* 325.37
Francus *Aquen.* 327.6
Franainus Michaelius *Caſal.* 573.6
Feedenzooius *Laud.* intruſus. 662.
Fridutius *Aug. Præt.* 1100.31
Frodoinus *Nicien.* 1110.12

G

Gabriel Adarcius *Vigleb.* 824.11
Sfortia *Mediol.* 265.110
Gaido *Epored.* 1069.21
S. Galdinus Sala *Mediol.* 156.82
Galeatius Petra *Vigleb.* 819.1
Galeottus Fraociottius *Cremon.* 614.12
Galeottus de Ruvere *Naul.* 1007.16
de Ruvere *Savon.* 742.46
Gallus *Aug. Præt.* 1099.8
Gandulphus *Alben.* 287.23 B
Alex. 323.9
Aquen. 329.29
Bob. 934.10
Derth. 636.57
Garibertus *Mediol.* 91.60
Gariboldus *Novar.* 696.40
Garimbaldus Calepius *Berg.* 415.12
Gaſpar Caprius *Aſten.* 399.63
Vicecomes *Mediol.* 276.120
Gaudentius *Albing.* 913.3
S. Gaudentius *Brix.* 528.8.12
Novar. 691.1
Gaudioſus *Brix.* 531.29
Gaufridus *Nicien.* 1110.15
Taur. 1055.46
Georgius Cataneus *Vigleb.* 826.19
Fliſcus *Albing.* 920.41
Fliſcus *Januen.* 894.48
de Giliaco *Vercel.* 809.82
ex March. Salut. Aug. Pr. 1101.38 C
Spioula *Albing.* 924.61
de Tortis *Cremon.* 610.61
Gerardus *Alben.* 286.17
Berg. 460.35
Brugn. 987.10
Lauden. 657.9.
Laodrianus *Laud.* 681.40
Seſſius *Mediol.* 177.89
Seſſius *Novar.* 709.57
de Vaſconibus *Savon.* 738.34
Gerebaldus *Derthon.* 628.41
Germanus *Aug. Præt.* 1100.22
Germanus *Epored.* 1069.20
S. Geruntius *Mediol.* 50.20
Gezo *Taurin.* 1031.18
Gibertus Borromæus *Novar.* 730.101
Fliſcus *Albing.* 919.38
Gilermus *Aſten.* 357.26
Giſelbertus *Bergom.* 437.25
Giſelfredus *Vercel.* 778.56 D
Giſelprandus *Derth.* 631.45
Giſo *Albiat.* 307.14
Vercel. 764.32
Giſulphus *Vercel.* 777.55
Advocatus *Vercel.* 778.61
Glarardus *Derthon.* 628.39
S. Glicerius *Mediol.* 49.17
Gonſus *Brix.* 537.46
Gorgonius *Cremon.* 579.3
Gotifredus *Aquen.* 328.14
Brix. 537.48
Mediol. 98.67
Gratianus *Novar.* 694.21
Gratioſus *Novar.* 695.26
Gratus *Aug. Præt.* 1098.5
Gripho *Aug. Præt.* 1099.10
Gregorius *Berg.* 453.34
Vercell. 775.52

Gregorius Barbadicus *Bergom.* 510.13
de Fliſco *Marian.* 1001.23
de Fliſco *Naulen.* 1007.12
de Lanzenagis *Alex.* 323.24
Pedrocca *Aquen.* 331.55
Gripho *Aug. Præt.* 1099.10
Groſſolanus *Savon.* 735.14
B. Guala *Berg.* 467.36
Brix. 547.65
Guala *Savon.* 736.21
Bandonus *Vercel.* 782.63
Gualbertus *Novar.* 702.46
Gualterus *Savon.* 737.31
de Vezano *Januen.* 886.31
Guarnerius Trottus *Alex.* 324.33
Guido Canalis *Taur.* 1055.48
de Pintio *Novar.* 712.62
de Ripa *Mont. Reg.* 1089.4
Scetteo *Januen.* 890.40
ex Co. Valpergæ *Aſten.* 383.42
Guidottus *Aſten.* 373.36
Guilielmus *Albine.* 308.24
Alex. 321.4
Aquen. 328.18.329.24
Aſten. 370.33
Derth. 634.54
Marian. 1000.8
Naulen. 1005.1
Nebien. 1011.3
Nicien. 1112.39.42.1113.44
Savon. 735.15
Vercellen. 796.67
Amidanus *Novar.* 714.67
Braida *Alben.* 287.25
Caſella *Alben.* 288.27
Contardus *Brug.* 986.4
Diderius *Vercel.* 808.80
Falettus *Novar.* 708.53
Puſterla *Brixien.* 556.87
Puſterla *Mediol.* 252.100
Rodanus *Neb.* 1013.25
Ruzolius *Mediol.* 182.91
de Sala *Aug. Præt.* 1099.17
Torniellus *Novar.* 707.52
Guiſcardus Soardus *Berg.* 476.44

H

Haganoous *Berg.* 415.18
Heginulphus *Taur.* 1027.13
Henricus *Accien.* 907.4
Albing. 916.22
Alex. 323.5
Aquen. 329.25
Epored. 1066.4.1068.12.13
Nicien. 1112.29.31
Savon. 737.26.30
Provana *Nicien.* 1116.73
Rampious *Derthon.* 647.71
Mediol. 256.107
Scarampus *Alex.* 323.20
Aquen. 329.40
Septala *Mediol.* 177.90
Seſſa *Bergom.* 474.40
Brixien. 554.78
Silvius *Epored.* 1078.59
Herboldus *Bergom.* 476.43
S. Ærculanus *Brix.* 529.18
Hercules Ponzonus *Aug. Præt.* 1101.43
Hermes Stampa *Novar.* 723.81
Hiacyothus Solarius *Mont. Reg.* 1096.25
Nicien. 1116.71
Trucchius *Epored.* 1078.55
Hieronymus *Aquen.* 328.21
Derthon. 628.31
Archintus *Vigleb.* 826.18
de Arſago *Nicien.* 1114.62
Auria *Naulen.* 1008.21

Hie-

Hieronymus Auria *Nebien.* 1013.21 A
Baſſus *Albing.* 921.44
Buccaureatus *Accien.* 909.25
Calugranus *Mont.Reg.* 1090.9
Carius *Albint.* 311.37
Federicus *Laud.* 684.48
Ferragatta *Aug. Prat.* 1102.48
Franciſcus Miroliús *Caſal.* 576.17
Gaieratus *Alexand.* 323.31
Grimaldus *Albing.* 922.49
Brug. 996.26
de Monte Regio *Mar.* 1001.25
Pallavicinus *Novar.* 720.76
Provana *Alben.* 1301.60
Puteus *Marian.* 1003.39
Ragazzonus *Bergom.* 505.67
Novar. 724 87
Recenatus *Nicien.* 1115.63
de Ruvere *Taurin.* 1061.64
de Ruvere *Vercel.* 875.97
Sanſonius *Laud.* 682.44 B
Saulius *Januen.* 899.53
Treviſanus *Crem.* 614.73
Vicecomes *Vigleb.* 824.13
Vida *Alben.* 292.46
Hilarius *Novar.* 692.11
Hilderadus *Alben.* 285. 6
Hilduinus *Mediol.* 91.62
Hippolytus Eſtenſis *Nediol.* 273.115
Eſtens *Mediol.* 273.116
Eſtenſis *Novar.* 723.83
Medices *Caſal.* 573.4
Novellus *Alben.* 291.43
Himerius Guardalupus *Accien.* 907.5
Homobonus de Madelpertis *Crem.* 606.51
Honoratus *Albing.* 913.1
Novar. 692.7
Vercell. 761.3
Caſtillioneus *Mediol.* 58.30
Laſcarus *Aug. Prat.* 1102.50
S. Honorius *Brix.* 529.19 C
Horatius Maleſpina *Januen.* 923.53
Spinula *Januen.* 903.59
Hortenſius Vicecomes *Laud.* 685.56
Hugo *Bob.* 928.5
Derth. 635.56
Epored. 1069.12
Januen. 870.27
Nicien. 1112.35
Torniellus *Alexand.* 321.3
Hugutio *Taurin.* 1053 44
Huguccio Borromæus *Novar.* 713.65
Humbertus *Taurin.* 1039.21

I

IAcobinus de Chriſta *Aug. Prat.* 1161.40
Marencus *Nicien.* 1116.69
Jacobus *Alben.* 289.26.28
Albint. 305.5.308.22
Alex. 323.14 D
Aquen. 329.34
Brugnat. 987.9
Cremon. 612.67
Derth. 628.28
Neb. 1013.19
Taur. 1052.40
Antonius à Turre *Crem.* 613.70
Arigonus *Laud.* 680.39
de Aſtis *Brix.* 553.74
Botta *Derth.* 650.78
de Caballis intruſus *Vercel.* 805
Calzinarius *Derth.* 639.62
Caradegnus *Savon.* 737.32
Carnerius *Vercel.* 797.69
de Cerreto *Laud.* 674.27
Fliſcus *Januen.* 891.44
Fliſcus *Savon.* 743.51
de Franciſco *Epored.* 1075.32
Jacobus Goria *Vercel.* 815.96 A
Imperialis *Januen.* 895.49
de S. Marcello *Aug. Prat.* 1100.35
de Moxo *Taurin.* 1052.39.
Philippus Cribellus *Novar.* 719.73
de Pomeriis *Epor.* 1076.39
Portia *Aſten.* 274.37
de Portia *Aug. Prat.* 1100.23
Ruſcianus *Nebien.* 1014.30
de Ruvere *Savon.* 742.47
Simoneta *Laud.* 683.45
Vicecomes *Derth.* 645.67
de S. Victoria *Januen.* 889.38
de Voragine *Ianuen.* 888.34
Ibletus de Fliſco *Vercel.* 807.79
Idelphonſus Manara *Bobien.* 950.45
Iditius *Savon.* 735.17
Ildeginus *Derth.* 628.40
Ildeprandus *Brugn.* 984.1
Ildoinus *Aſten.* 339.13
Joannes *Albing.* 918.34 B
Albint. 302.1.307.8
Berg. 413.10.14
Brix. 541.56
Cremon. 580.16.587.37
Derth. 627.12.18.628.35.38.631.44
Epored. 1075.27
Ianuen. 841.8.16
Laud. 667.22
Nebien. 1011.2.4
Nicien. 1112.28.34.41.1113.47
Savon. 732.3.5.733.7.8
Taurin. 1053.43.45.1056.53
Ambroſius Ricutus *Aquen.* 331.57
Angelus Arcimboldus *Novar.* 723.82
Mediol. 274.117
Anſelmus Carminatus *Alben.* 299.52
Antonius Capiſuccus *Laud.* 683.47
à S. Georgio *Alex.* 322.27
Sorbellonus *Novar.* 723.85
Arcimboldus *Mediol.* 267.113 C
Novar. 719.75
Auguſtinus Marlianus *Marian.* 1003.41
Baduarius *Brix.* 567.107
Baptiſta *Marian.* 1002.30
Bagarottus *Bob.* 947.30
Baldus *Nebien.* 1013.28
Brivius *Cremon.* 620.81
Centurionus *Marian.* 1003.37
Savon. 743.56
Cibo *Savon.* 741.43
Cicada *Albing.* 922.50
Marian. 1002.35
Dadecius *Brugn.* 998.39
Ferrerius *Taurin.* 1062.67
Vercel. 809.85
Iſnardus *Mont. Reg.* 1096.27
de Mare *Albint.* 310.30
Milanius *Berg.* 507.68
Paggius *Brugn.* 998.38
Provana *Nicien.* 1115.64 D
Rabius *Laud.* 685.55
Spinula *Iannen.* 906.62.907.64
Vicecomes *Novar.* 730.100
Barbavaria *Derth.* 650.72
Barotius *Berg.* 483.57
Bonus *Mediol.* 67.36
Borle *Nicien.* 1113.52
de Campeſio *Taurin.* 1057.56
de Capite Galli *Novar.* 717.70
Caramuel *Vigleb.* 824.15
Carolus de Mari *Marian.* 1003.44
de Caſtello *Marian.* 1001.20
de Ceva *Albing.* 948.36.
Derth. 643.68
de Cuturno *Ianuen.* 885.30
Delphinus *Brix.* 563.98
Dominicus de Zaziis *Derth.* 650.79
Emus *Berg.* 509.69.

Joan-

Joannes de Tirmanis *Savon.* 739.38 A
de Fliſco *Albing.* 918.37
Naul. 1006.6. *Vercel.* 804.76
Flumicellus *Brix.* 545.62
Franciſcus Barbadicus *Brix.* 567.108.
Bonomus *Vercel.* 812.91
Ganduiſus *Albint.* 311.39
Maurocenus *Brix.* 564.92
de Ruvere *Taurin.* 1058.59
Gagoious *Epored.* 1069.22
Georgius Paleologus *Caſal.* 572.2
de Giliaco *Vercel.* 808.81
Gobbus *Bobien.* 941.15
Gotifredus *Aug. Præt.* 1105.51
Gutieres *Vigleb.* 824.9
Hieronymus Doria *Nebien.* 1014.35
Naſſelius *Albint.* 311.42
Jacobus Gambara *Albing.* 922.48
Portata *Naul.* 1010.27
Joſeph Maria Urſinus *Vercel.* 815.100
Ludovicus Pallavicinus *Nicien.* 1116.66 B
de Ruvere *Taurin.* 1058.58
Malabayla *Aſten.* 387.45
Maria Sfortia *Januen.* 898.51
Marinus *Derth.* 650.75
S. Martini *Epored.* 1076.41
Maſcardus *Neb.* 1014.32
Miſtralis *Epored.* 1076.33
Moronus *Novar.* 723.84
de Mundanis *Bob.* 943.57
de Ormeſſa *Marian.* 1001.20
Palatius *Brix.* 545.63
de Pingono *Aug. Præt.* 1101.39
Raſinus *Vigleb.* 824.14
Scanſius *Bergom.* 477.46
Simonetta *Laud.* 683.46
de Solio *Mont. Reg.* 1089.2
Agatia *Aſten.* 403.67
Buticella *Cremon.* 613.69
Donghus *Vigleb.* 824.10
Ferrerius *Epored.* 1077.45 C
Vercel. 814.95
Paſtorius *Albint.* 311.43
Thomas Pinellus *Albing.* 924.39
Tomafortis *Nicien.* 1113.49
Torniellus *Berg.* 473.38
Valerius de Calderinis *Albing.* 920.43
Vicecomes *Mediol.* 209.98.256.108
Novar. 714.66
Vincentius Foderatus *Naul.* 1008.19
Spinula *Brugn.* 998.35
Uilolus *Nicien.* 1114.60
Urſinus *Taurin.* 1056.51
Ingo *Aſten.* 358.27
Vercell. 769.45
Ingulſus *Albing.* 913.7
Innicus Davolos *Taurin.* 1061.63
S. Innocentius *Derth.* 626.11
Cibo *Albintimil.* 310.28
Januen. 898.52
Marian. 1002.31 D
Taur. 1060.60
Migliavacca *Aſten.* 404.72
Jocundus *Aug. Præt.* 1098.3.1099.6.
Jordanes *Savonen.* 735.13
Jordanus Clivius *Mediol.* 132.77
de Monte Cuco *Bob.* 941.17
Joſeph *Aſten.* 339.14
Derth. 628.29
Eporedien. 1066.5
Vercel. 765.37
Archintus *Mediol.* 280.26
Ceva *Epored.* 1078.51
Maria Maraviglia *Novar.* 730.99
Rotarius *Alben.* 301.61
Saoli Bargagli *Naul.* 1010.29
Iſidorus Pentorius *Aſten.* 403.68
Iſoandus *Nicien.* 1110.23
Julianus *Derthon.* 626.9
Julianus *Lauden.* 656.5
Nebien. 1012.9
Caſtagnola *Nebien.* 1014.31
de Ruvere *Savon.* 741.45
Vercel. 810.86
Vicecomes *Alben.* 292.45
Julios Cæſar Bergera *Taurin.* 1063.69
Cæſar Recordatus *Albint.* 310.35
Gentilis *Januen.* 906.63
Iſopo *Marian.* 1001.28
Maria Odeſcalcus *Novar.* 730.98
Medices *Albing.* 922.47
Puteus *Marian.* 1003.40
Reſta *Derthon.* 654.88
Saulius *Brugn.* 997.29
Superchius *Accien.* 910.28
S. Juſtiaous *Vercel.* 762.7

K

K Alimerus *Mediol.* 38.5

L

L Ælius Ardizzoous *Caſal.* 576.18
S. Lætus *Mediol.* 69.46
Lambertinus Balduious *Brix.* 553.75
Lambertus *Brugn.* 987.11
Mediol. 91.61
Novar. 696.36
Lampadius *Alben.* 284.2
Lancellotus Fontana *Bobien.* 942.22
Lancius *Taurin.* 1056.11
Lando *Cremon.* 584.35
Plancus *Brugn.* 987.15
Landulphus *Aſten.* 359.29. *Brix.* 536.44.538.51
Cremon. 587.36.594.41. *Januen.* 844.17
Taurin. 1031.19
Carcanus *Mediol.* 98.68
Craſſus *Mediol.* 89.57
Laoſrancus *Albint.* 916.24
Berg. 470.37
Laud. 668.22
Vercel. 762.10
de Nigro *Albing.* 917.31
Saccus *Januen.* 891.42
Salvettus *Berg.* 480.50
Laudius *Marian.* 1000.9
Laurentius *Berg.* 412.9
Derth. 626.6.628.23
Nicien. 1113.46
Mediol. 59.31
Cibo *Naul.* 1007.17
Fliſcus *Brugn.* 988.23
Januen. 907.65
Fliſcus *Mont. Reg.* 1091.12
Gabriel *Berg.* 485.59
Gavottus *Albint.* 311.40
Litta *Mediol.* 54.24
Zane *Brix.* 560.92
Laoreolos *Novar.* 695.23
Lauterius *Albing.* 913.16.917.30
Lazarinus Fliſcus *Alben.* 288.29
S. Lazarus de Lazaris *Mediol.* 49.18
Leo *Marian.* 1000.3
Novar. 695.24
Vercell. 772.49
Palatinus *Laud.* 679.34
Peregus *Mediol.* 198.92
Leonardus de Fliſco *Naulen.* 1007.8
de Fornariis *Marian.* 1001.26
Marchettus *Albing.* 921.45
Marinus *Alben.* 293.47
Turchus *Naulen.* 1008.23
Liduardos *Vercellen.* 767.40
S. Limenius *Vercell.* 761.2
Litifredus *Aug. Præt.* 1099.11

Liti-

Litifredus *Derth.* 633.47 A
Novar. 704.51
Liutherius *Novar.* 696.39
Lombardus *Derth.* 634.52
Turrianus *Vercell.* 803.74
Lotharius Roſarius *Vercel.* 796.65
Lotherius *Marian.* 1000.6
Lucas *Naulen.* 1006.7
de Caſtello *Lauden.* 679.35
Fliſcus *Albing.* 923.54
Luchinus *Naulen.* 1007.9
de Trattis *Bobien.* 947.28
Ludovicus *Accien.* 909.16
Nicien. 1113.51
Bonetus *Berg.* 481.53
Bordatus *Nicien.* 1154.55
Brunus *Aquen.* 330.48
Ceva *Alben.* 289.30
Dnnatus *Berg.* 484.58
Fliſcus *Vercel.* 805.77
Gandulphus *Brug.* 987.14 B
Gonzaga *Alben.* 300.55
Michaelius *Alben.* 294.50
de Romagnano *Taurin.* 1056.55
Taberna *Laud.* 685.50
Septala *Cremon.* 622.86
Luitprandus *Cremon.* 588.39
Luizo *Bobien.* 927.3
Lunergius *Marian.* 1000.5
Lupicinus *Novar.* 694.16
Lupus *Aug.Præt.* 1098.4

M

Magifredus *Brix.* 543.60
Magnetius *Vercel.* 763.25
Magnus *Nicien.* 1109.8
S.Magnus Trincherius *Mediol.* 55.26
Majoranus *Aquen.* 327.1
Aſten. 335.3 C
Malliodorus *Derthon.* 628.21
Manfredus Calzinarius *Derth.* 639.64
S.Manſuetus Sabellus *Mediol.* 68.40
Maphæus Gambara *Derth.* 652.82
Marcellinus *Derth.* 626.8
Marcellus *Derth.* 627.56
Novar. 692.14
S.Marcianus *Derth.* 624.1 627.14
Marcus *Naulen.* 1007.11
Antonius Bellinus *Bob.* 949.38
Boba *Aug.Præt.* 1102.47
Gnnzaga *Caſal.* 574.12
Mnnteſloti *Neb.* 1013.27
Thomatus *Aſten.* 407.71
Viſia *Vercel.* 814.94
de Capitaneis *Alen.* 323.26
Delphinus *Brix.* 566.106
Hiacynthus Gandulfus *Naul.* 1010.30
Marinonus *Alen.* 323.25
Maurocenus *Brix.* 565.102 D
de Purro *Cremon.* 610.60
Promnntorius *Albint.* 311.41
Marinus *Cremon.* 572.4
Georgius *Brix.* 565.100
Jo.Georgius *Brix.* 566.104
Marius Emanuel Duratius *Marian.* 1003.45
Marlianus de Buccarinis *Bob.* 942.24
S.Marolus *Mediol.* 48.15
Marſilius Landrianus *Vigleb.* 822.6
S.Marcinianus *Mediol.* 48.16
Martinus *Accien.* 907.1
Nebien. 1011.1
de Advocatis *Vercel.* 798.70
Armannus *Brix.* 548.69
Maternus *Cremon.* 279.6
S.Maternus *Mediol.* 39.7
Matthæus *Accien.* 909.17
Carrettus *Albing.* 919.40
Matthæus de Gibertis *Aquen.* 329.43
Giſalbertus *Vercell.* 806.78
Rivarola *Jannen.* 903.58
Sedunenſis *Novar.* 721.79
S.Mauricillus *Mediol.* 68.38
Mauritius Bertoni *Foſſan.* 1084.9
Petra *Vigleb.* 820.2
Solarius *Mont.Regal.* 1096.23
Maximlanus *Vercel.* 762.9
Maximilianus Auria *Naul.* 1008.22
Maximus *Aquen.* 327.5
S.Maximus *Taurin.* 1022.2
Maynardus *Taurin.* 1045.28
Meliodnrus *Derth.* 626.20
Melchior Buſettus *Derth.* 636.61
Grimaldus *Brugn.* 988.24
Meynfredus *Nicien.* 1112.32
Michael *Accien.* 909.12
Angelus Brolia *Vercel.* 815.98
Angelus Segitius *Laud.* 685.51
Antonius Vibo *Taurin.* 1063.71
Beyamus *Mont.Regal.* 1096.24
Taurin. 1063.70
de Germanis *Marian.* 1001.24
Giſlerus *Mont.Reg.* 1092.17
Marlianus *Derth.* 650.76
Montegaza *Alen.* 323.23
Mildo *Albint.* 302.2
Milo Cardanus *Mediol.* 169.85
Cardanus *Taurin.* 1050.37
S.Mirocles *Mediol.* 40.8
Mnnacus *Alben.* 287.22
Mnnâs Burrus *Mediol.* 39.6
Montanus *Savon.* 732.1

N

S.Narnus *Bergom.* 410.1
S.Natalis *Mediol.* 70.43
Nazarius *Aſten.* 362.31.371.34
Neapoleon de Fliſco *Albing.* 920.42
de Fliſco *Naulen.* 1007.13
Nicolaus *Accien.* 907.2.909.8.14
Albintimil. 302.4
Brugnaten. 987.13
Marian. 1003.38
Amidanus *Mediol.* 257.109
de Berſatnribus *Aug.Præt.* 1100.28
II.de Berſatoribus *Aug.P.* 1100.32
Cajetanus Aproſius *Nebien.* 1014.37
Canalis *Berg.* 479.48
Cicada *Accien.* 910.29
Cicada *Marian.* 1003.36
Dalmaticus *Foſſan.* 1083.6
de Fliſco *Savon.* 743.52
Gariliatus *Epored.* 1076.43
Lippomanus *Berg.* 486.60
Maſcardus *Bragn.* 997.31
Sfnndratus *Cremon.* 617.78
Spinula *Albint.* 311.38
Vaſconus *Albing.* 917.32
Zanaſius *Brix.* 554.82
Nitardus *Nicien.* 1110.18.1112.37
Nocherius *Lauden.* 661.14
Norgandus *Vercel.* 769.43
Nnrtaudus *Vercel.* 765.36
Notengus *Brix.* 535.41.45
Novar. 696.35
Notingus *Vercel.* 764.35

O

Obertus *Albing.* 915.25.916.23.25
Brix. 541.57
Cremon. 600.47
Derth. 634.55
Epored. 1073.25

Ober-

Obertus *Januen.* 844.19 A
Taur. 1050.34
Pinellus *Neb.* 1012.17
Pirovanus *Mediol.* 150.81
Obizo *Derth.* 636.59
Laud. 662.17
Fliſcus *Januen.* 887.33
Octabianus *Epored.* 1066.10
B. Octavianus *Savon.* 735.16
Aſinarius *Epored.* 1078.52
Cibo *Marian.* 1002.33
Fornarius *Marian.* 1001.29
Maria Sfortia *Laud.* 682.43
à Ruvere *Foſſan.* 1084.8
Octavius *Derth.* 628.25
Brolius *Aſten.* 403.69
Guaſco *Alex.* 323.30
Paravicinus *Alex.* 324.34
Octobonus de Fliſco *Mont.Reg.* 1091.13
Odalbertus *Aquen.* 328.9
Odalricus *Brix.* 540.54 B
Odelbertus Torniellus *Novar.* 710.58
Odelmarius *Novar.* 711.59
Odelpertus *Mediol.* 71.49
Odo *Alexand.* 323.12
Derthon. 634.50
Odoardus *Albing.* 913.14
Oddo *Aquen.* 329.32
Bobien. 928.6
Novar. 696.33.703.48
Ogerius *Alben.* 286.18
Epored. 1069.16
Laud. 658.12
de Conflecto *Aug.Præt.* 1101.37
Ogierius *Alex.* 323.11
Oglerius *Aquen.* 329.31
Oglerus Malvicinus *Bob.* 929.9
Oldericus *Berg.* 436.24
Brix. 539.52
Cremon. 592.40
Laud. 661.15 C
Oldradus *Novar.* 715.68
Olricus de Capitaneis *Mediol.* 135.78
Opilius *Novar.* 692.9
Opizo *Marian.* 1000.10
S. Optatianus *Brix.* 528.13
Otgerius *Taur.* 1043.25
Otho *Alben.* 286.15
Albing. 913.13
Albint. 307.9
Alex. 321.2
Aſten. 351.21.357.25.358.28.361.30
Bobien. 934.12
Derth. 636.58
Januen. 850.24.882.29
Novar. 708.55
Columna *Marian.* 1000.7
Vicecomes *Mediol.* 199.95
Othobellus Suffletius *Laud.* 634.29
Othobonus Bellonius *Albint.* 308.21 D

P

PAcatianus *Novar.* 692.8
Palainus Advocatus *Epored.* 1075.31
Pallavicinus Vicecomes *Alex.* 323.29
Pamphronius *Novar.* 694.20
Papinianus Roboreus *Novar.* 712.63
Paſcentius *Novar.* 692.4
Paſchaſius *Januen.* 841.7
Paſtor *Aſten.* 335.2.336.5
Paulinus *Brix.* 529.16
S. Paulus *Brix.* 528.9.530.23
Andreas Borellus *Naul.* 1010.28
Areſius *Derth.* 653.85
Britius *Alben.* 300.57
de Cadamoſtis *Laud.* 679.36
de Campo Fregoſo *Januen.* 898.50
Juſtinianus *Naulen.* 1007.14
Paulus Sfondratus *Cremon.* 619.80
Vincentius Rotarius *Aſten.* 404.70
Zane *Brix.* 560.93
Penſa *Marian.* 1000.12
Penus *Derthon.* 627.20
S. Petrejus *Marian.* 1000.1
Petrus *Accien.* 909.13
Alben. 285.5.286.10.14.289.32
Albint. 307.17
Aſten. 350.20.354.24
Brixien. 532.39
Derthon. 634.59.53
Epored. 1069.18.1074.24
Marian. 1001.19
Nebien. 1012.8.12
Nicien. 1110.24.1112.27.33.1113.45
Novar. 695.28.697.43.699.45.708.56
Savon. 736.24
Vercel. 771.47.774.50
Accoltus *Cremon.* 615.75
Advogadrus *Alben.* 288.28
Affatatus *Accien.* 910.26
Bembus *Berg.* 490.62
de Boga *Aug.Præt.* 1100.25
Buſettus *Derth.* 636.60
Cadus *Eporeg.* 1076.36
Camporea *Cremon.* 620.82
Capellus *Cremon.* 610.59
Carrettus *Alben.* 291.41
Craſſus *Cremon.* 610.63
Cundonus *Epored.* 1076.35
Damianus *Aſten.* 393.53
Faunus *Aquen.* 331.52
Vigleb. 822.5
Franciſcus Coſta *Albing.* 924.57
Savon. 743.57
Ferrerius *Vercel.* 811.89
Malettus *Nicien.* 1116.68
Gara *Savon.* 741.44
Gazonius *Aug.Præt.* 1102.46
de Georgiis *Derth.* 647.70
Januen. 894.47
Novar. 718.71
Georgius Odeſcalcus *Alex.* 325.35
Vigleb. 823.7
Groſſolanus *Mediol.* 136.76
Iſimbardus *Cremon.* 622.84
de Leone *Foſſan.* 1083.2
Lippomanus *Berg.* 486.61
de Malocelio *Albint.* 307.11
Marinus Sormanus *Vigleb.* 826.17
Martyr Ponzonius *Novar.* 726.91
de Monte *Brix.* 537.89
Oldradus *Mediol.* 69.48
Othobonus *Brix.* 566.103
de Palatio *Aug.Præt.* 1100.26
Philiargus *Mediol.* 253.103
Novar. 715.69
Priolus *Bergom.* 518.76
de Quarto *Aug. Præt.* 1100.30
Radicatus *Caſal.* 576.19
de Rubiano *Bob.* 941.16
Sabaudus *Epored.* 1076.34
Scaliger *Laud.* 680.37
Spinula *Savon.* 740.40
Sonarius *Aug.Præt.* 1101.36
Stephanus de Hannibaldis *Neb.* 1012.14
Taxio *Derth.* 639.63
Valperga *Alben.* 286.12
Vidonus *Laud.* 685.53
Vorſius *Aquen.* 330.50
Vulpius *Novar.* 729.95
S. Philaſtrius *Brix.* 525.7
Philibertus Ferrerius *Epored.* 1077.46
Millectus *Taurin.* 1062.66
Philippus *Accien.* 909.10
Brugn. 985.6
Archintus *Mediol.* 275.128
de Arrighettis *Neb.* 1013.23

Philippus Gallus *Savon.* 740.39
Gaſtonius *Nicien.* 1113.43
Lampugnanus *Mediol.* 175.87
de Mare *Albint.* 310.29
Maria Reſta *Alexand.* 326.42
de Rotariis *Aſten.* 391.50
Saulus *Brugn.* 988.15
S. Philoſophus *Vercel.* 763.18
Pileus de Marinis *Januen.* 893.45
Piſanus *Savon.* 732.4. *Epored.* 1078.53
Policardus *Cremon.* 582.33
Polidorus Foſcharus *Berg.* 482.56
Pompejos Vaſperga *Epored.* 1078.54
Pompooius Cotta *Novar.* 725.88
S. Pontius *Nicien.* 1108.2.1110.14.16
Pontius Ponzoous *Cremon.* 609.54
Porchettus Spinula *Januen.* 888.31
Priocevalles *Nebien.* 1012.5
Princevallis de Balma *Mont.Reg.* 1089.5
de Fliſco *Brix.* 553.72
de Fliſco *Derth.* 640.66
de Sigiſmundis *Aquen.* 329.42
Probinus *Novar.* 694.17
Probus *Novar.* 695.22
Projectitius *Berg.* 412.7
S. Prothaſius Algiſius *Mediol.* 41.10
Aug. Præt. 1098.1

Q

Quintiaous *Bergòm.* 413.13
Derth. 827.15
Quiritius *Albing.* 913.2

R

Racherus *Laud.* 657.7
Rampertus *Brin.* 532.40
Januen. 842.14
Raphael *Nebien.* 1012.10
Ceva *Aſten.* 394.54
Riarius *Savon.* 742.48
Spinula *Nebien.* 1012.6
Rathonus *Aug. Præt.* 1099.7
Raymundus *Accien.* 909.15
Albint. 307.10
Brix. 544.61
Marian. 1000.16
Nicien. 1110.20.1112.26.38
Blanchus *Brix.* 554.67
de Maurico *Alben.* 288.26
Summa Ripa *Laud.* 677.31
Raynerius *Alben.* 287.20
Raynaldus *Taur.* 1048.32
Advocatus *Vercel.* 798.72
de Caſulis *Cremon.* 610.55
Recho *Berg.* 420.21.435.23
Regenerus *Vercel.* 776.54
Regimbertus *Vercel.* 778.57
Reginfredus *Vercel.* 772.48
Regulmirus *Taurin.* 1039.22
Riccardus *Nov.* 704.50
Riccobonus *Accien.* 907.3
Riculphus *Taur.* 1028.15
Rigeofredus *Berg.* 437.27
Riprandus *Novar.* 703.47
Robaldus *Alben.* 286.13
Albing. 913.15
Robertus *Derth.* 628.33
de Lanfranchis *Bob.* 942.59
Longus *Berg.* 477.45
Vicecomes *Mediol.* 250.99
Roboaldus *Mediol.* 141.80
Roccaſalva *Nicien.* 1113.48
Rodulphus *Marian.* 1000.21
Novar. 697.42
Vercel. 784.27
Rofredus *Derth.* 628.36
S. Romulus *Berg.* 412.3
S. Romulus *Januen.* 839.5
A Romulus Archintus *Novar.* 724.80
Roſerius *Aſten.* 337.10
Roſtagnus *Nicien.* 1112.40
Rozo *Aſten.* 348.19
Ruffinus *Savon.* 737.29
Frixetus *Mediol.* 200.94
Ruffus *Taur.* 1022.5
Ruſticanus *Brin.* 529.20
Ruſticianus *Brin.* 531.30
Ruſticus *Albintim.* 307.15
Ruſticus *Taurin.* 1025.7

S

Sabatinus *Januen.* 841.12
Sabious *Cremon.* 579.1
Salamon *Januen.* 837.1
Salvius *Albing.* 913.4
Sancius *Nicien.* 1112.30
B Scipio Agnellus *Caſal.* 576.16
Damianus *Aſten.* 392.51
Eſtenſis *Caſal.* 573.7
Paſchalis *Caſal.* 576.15
Rotarius *Aſten.* 398.61
Sebaſtiaous *Vercel.* 768.41
Donatus *Bob.* 948.34
Ferrerius *Epored.* 1077.47
S. Secondus *Aſten.* 335.4
S. Senator Septala *Mediol.* 52.22
Septimius Borſerius *Caſal.* 574.13
Seraphinus Corius *Laud.* 685.54
Serlus *Brugn.* 986.7
Severus *Aquen.* 327.4
Novar. 692.15
B. Siacrius *Nicien.* 1109.11
Sicardus *Cremon.* 605.50
Novar. 695.29
Sigebaldus *Novar.* 711.60
Sigebertus *Januen.* 841.11
C Sigefredus *Bob.* 925.2
Ianuen. 857.25
Siguembaldus *Brugn.* 985.3
S. Silvious *Brix.* 528.11
S. Silvinus *Crem.* 581.28
Simeon *Alben.* 288.24
Simon *Albing.* 917.29
Aug. Præt. 1100.27
Borſanus *Mediol.* 252.101
de Clavaro *Brugn.* 988.22
Malvicinus *Bob.* 928.8
de Thomatis *Brugn.* 987.17
Simpertus *Cremon.* 582.32
Simpliciaous *Berg.* 413.11
S. Simplicianus *Mediol.* 45.13
Simplicius *Cremon.* 579.5
Simplicius *Novar.* 692.5
S. Simplicius *Vercel.* 762.8
Sinfredus *Vercel.* 764.28
Sinibaldus *Naul.* 1006.3
D de Fliſco *Albing.* 916.28
Sirinius *Cremon.* 580.15
Sixtus *Cremon.* 580.8.581.21
Derth. 627.19
Spectabilis *Novar.* 692.13
Stabilis *Mediol.* 70.45
Staurax *Aſten.* 337.21.341.15
Stephanus *Albint.* 302.3
Berg. 412.6
Brix. 554.80
Cremon. 580.10.581.29
Baldanus *Brugn.* 998.33
Durarius *Januen.* 906.61
Nardinus *Mediol.* 266.112
Spinula *Albint.* 311.36
Savon. 744.59
Saperantius *Derthon.* 627.13
Syrus *Cremon.* 580.11
Januen. 838.4.857.26

T

TAchipaldus Caſtillioneus *Ber.* 413.17
Tagliaferrus *Albing.* 916.26
Terentianus *Derth.* 626.4
Thado *Mediol.* 83.54
Theobaldus Caſtillioneus *Mediol.* intruſus. 555
Theodaldus *Aquen.* 328.11
Brix. 531.33
Theodorus Medices *Mediol.* 53.23
Theodiſius *Taurin.* 1055.47
Theodorus *Mediol.* 60.42
Vercell. 763.24
Teudulphus *Derth.* 628.37
Theodulphus *Januen.* 841.13.15
S. Theophilus *Brix.* 528.10
Thodeſius *Naulen.* 1006.4
Thomas *Nebien.* 1012.11
Caſtaldus *Brugnat.* 998.37
Craſſus *Mediol.* 69.47
Juſtinianus *Naulen.* 1014.36
Piolatus *Foſſan.* 1083.3
Puſterla *Brix.* 555.86
de Regibus *Aquen.* 330.47
Riarius *Savon.* 742.49
Rivatus *Albintimil.* 307.20
Sabaudus *Taur.* 1036.49
de Trigonis *Brugn.* 987.18
Vicecomes *Brix.* 535.84
Tiberius *Vercel.* 763.16
Turrianus *Derth.* 640.65 *Brix.* 533.73
Tigridus *Taur.* 1022.4
Timotheus Berardus *Naulen.* 1010.24
S. Titianus *Brix.* 529.15
Laud. 656.5
Titus *Novar.* 695.30
Tonderus *Derth.* 628.27
Torpetus de Caſellis *Brugn.* 987.12
Tuccius *Albing.* 913.10.915.20
Turrius Carrettus *Caſal.* 575.14

V

VAlerianus *Nicien.* 1108.4
Valerius *Derth.* 628.34
S. Valerius *Nicien.* 1108.5
Valerius Calderinus *Savon.* 740.42
Valentinus *Alen.* 323.18
Aquen. 328.8.329.38
S. Valentinus *Januen.* 837.2
Valfredus *Cremon.* 582.30
Epored. 1066.7
Valpertus *Aug. Prӕt.* 1100.21
Mediol. 95.65
Valterus *Cremon.* 599.45
Vaſinus Malabayla *Aſten.* 393.52
2. Malabayla *Aſten.* 395.57
Ubaldus *Cremon.* 595.42
Ubertus *Aquen.* 328.19
Aſten. 354.23.382.41
Bobien. 934.13
Epored. 1075.30
Taurin. 1043.29
Advocatus *Vercel.* 801.73
Catena *Aſten.* 376.38
Cribellus *Mediol.* 165.84
Gambara *Derth.* 651.80
Pirovanus *Mediol.* 175.88

A Terziagus *Mediol.* 174.86
de Toranno *Bob.* 942.20
Vicecomes *Albint.* 307.7
de Zanebonis *Cremon.* 599.44
S. Vedaſtus *Vercel.* 763.15
Venantius *Alben.* 284.3
S. Venerius Oldradus *Mediol.* 47.14
Venturinus de Marinis *Cremon.* 612.66
B. Veremundus *Epored.* 1066.9
Ugherius *Bob.* 928.4
Ugo *Aug. Prӕt.* 1098.9.1100.19
Cagnalora *Taurin.* 1033.42
de Noceto *Cremon.* 600.46
de Seſsa *Vercel.* 797.68
Torniellus *Aquen.* 328.22
Ugolinus *Naulen.* 1006.2
de Aldegeriis *Cremon.* 610.58
de S. Marco *Cremon.* 610.57
Ugutio *Vercell.* 779.62
S. Viator *Berg.* 411.2
B *Brix.* 524.2
Viator *Januen.* 841.9
Victor *Novar.* 692.6
Taur. 1021.5.1022.3
Superantius *Berg.* 492.63
Victorius Auguſtinus Ripa *Vercel.* 815.99
Nicolinus *Alben.* 305.59
Vido *Alen.* 323.7.13.19
Aquen. 328.12.20.329.27.33.39.328.15
Derth. 634.51
Epored. 1069.19
Lauden. 665.20
Marian. 1000.13
Savon. 735.18
Taurin. 1037.20
Antonius Arcimboldus *Mediol.* 272.114
Ferrerius *Vercel.* 811.90
Valvaſorius *Mediol.* 107.71
S. Vigilius *Brix.* 528.14
Vigilus *Novar.*
C Villanus *Brix.* 543.39
Villelmus *Taur.* 1027.14.1048.24.1056.52
Vincentius *Cremon.* 580.14
Marian. 1000.14
Nebien. 1012.7
Bovierus *Naulen.* 1008.20
Juſtinianus *Brix.* 565.104
Landinellus *Albing.* 925.56
Laurus *Mont. Reg.* 1092.18
Maria Duratius *Savon.* 744.60
Marinus *Alben.* 299.48
Saporitus *Naulen.* 1014.33
Suardus *Alben.* 299.54
de Taſsonis *Accien.* 909.11
Vialius *Savon.* 740.41
Virgilius *Novar.* 694.18
Vitalis *Brix.* 532.34
Mediol. 57.28
Umbertus *Taur.* 1043.26
Unfredus de Offredis *Cremon.* 605.49
D Urbanus Bonivardus *Vercel.* 809.84
Urbanus de Molano *Mont. Reg.* 1091.14
S. Urſicinus *Brix.* 525.5
Urſicinus *Taurin.* 1022.6
Vvenricus *Vercell.* 776.53
Vvlpianus Vvlpius *Novar.* 728.94

Z

ZEno *Cremon.* 581.27
Zilius *Laud.* 658.11

INDEX COGNOMINUM

Omnium Epiſcoporum ſingularum Civitat. qui in hoc Quarto Tomo Italiæ Sacræ continentur, ordine Alphabetico deſcriptus.

Primus numerus columnam, ſecundus numerum marginalem indicat.

A

Abbiatus Franciſcus Maria *Bobien.* 949.39
Accoltus Benedictus *Cremon.* 614.74
Petrus *Cremon.* 615.75
Adarcius Gabriel *Vigleb.* 824.11
Advocatus Aymo *Vercel.* 798.71
Anſelmus *Vercel.* 778.58
Giſulphus *Vercel.* 778.61
Martinus *Vercel.* 798.70
Pallainus *Epored.* 1075.31
Raynerius *Vercel.* 798.72
Ubertus *Vercel.* 801.73
Advogadrus Petrus *Alben.* 288.28
Affatatus Petrus *Accien.* 910.26
Agatia Jo.Stephanus *Aſten.* 403.67
Agnellus Scipio *Caſal.* 576.16
Alciatus Datius *Mediol.* 56.27
Aldegatus Ambroſius *Caſal.* 573.8
Aldegerius Ugolinus *Cremon.* 610.58
Ælgiſius Pirovanus *Mediol.* 41.10
Amidanus Guillelmus *Novar.* 714.67
Nicolaus *Mediol.* 257.109
Andreaſſus Alexander *Caſal.* 574.10
Anciſa Conradus *Savon.* 737.28
de Annibaldis Petrus *Neb.* 1012.15
Antiminianenſis Aycardus *Mediol.* 201.97
Eribertus *Mediol.* 101.70
Aproſius Nicolaus *Nebien.* 1014.32
Ab Aqua Ægidius *Laud.* 676.33
Archintus Hieronymus *Vigleb.* 826.18
Joſeph *Mediol.* 280.26
Philippus *Mediol.* 275.118
Romulus *Novar.* 724.80
de Arciago Arnulphus *Mediol.* 99.69
Arcimboldus Joannes *Novar.* 719.75.723.82
Jo.Angelus *Mediol.* 274.117
Vido Antonius *Mediol.* 272.114
Ardizzonus Lælius *Caſal.* 576.18
Aregacius Franciſcus *Berg.* 482.55
Areſius Paulus *Derth.* 653.85
Argenteria Carolus *M.Regal.* 1095.21
Arighettus Philippus *Neb.* 1013.23
Arigonus Jacobus *Laud.* 680.39
de Arſago Hieronymus *Nicien.* 1114.62
Aſinarius Conradus *Vercel.* 814.93
Octavius *Epored.* 1078.52
de Aſtis Jacobus *Brix.* 553.74
Aularicus Camilius *Bob.* 949.37
Auria Hieronymus *Naul.* 1008.21
Nebien. 1013.21
Maximilianus *Naul.* 1008.22

B

Baduarius Joannes *Brix.* 507.107
Bagarottus Jo.Baptiſta *Bobien.* 947.30
Baldanus Stephanus *Brugn.* 998.33
Balduinus Balduinus *Marian.* 1002.34
Lambertinus *Brix.* 552.75
A Baldus Jo.Baptiſta *Neb.* 1013.28
Baleoneus Auguſtinus *Alex.* 324.32
de Balma Princevallis *M.Reg.* 1089.5
Bandonus Guala *Vercel.* 782.63
Barbadicus Gregorius *Berg.* 510.73
Jo.Franciſcus *Brix.* 567.108
Barbavaria Joannes *Derth.* 650.75
Bargagli Joſeph *Naul.* 1010.29
Baroccius Joannes *Berg.* 483.57
Baſilicapetri Carolus *Novar.* 726.92
Baſſus Hieronymus *Albing.* 921.44
Beccarinus Bartholomæus *Alex.* 322.22
Beccius Camilius *Aquen.* 331.54
Bellonius M.Antonius *Bob.* 949.38
Othobonus *Albiat.* 308.21
Bembus Petrus *Berg.* 490.62
Bentius Benignus *Mediol.* 51.21
Cæſar *Aſten.* 403.60
Berardus Timotheus *Naul.* 1010.24
Bergera Julius Cæſar *Taurin.* 1063.69
B Bernerius Antonius *Laud.* 681.41
Bernutius Antonius *Bob.* 942.25
Berolanus Felix *M Reg.* 1091.19
de Berſatoribus Nicolaus *Aug.Præt.* 1100.28
Nicolaus II. *Aug.Præt.* 1100.32
Bertodamus Antonius *Vercel.* 815.101
Bertoni Mauritius *Foſſan.* 1084.9
Berutus Amadeus *Aug.Præt.* 1101.44
Beſaudus Bertrandus *Januen.* 890.39
Beſutius Branchinus *Bergom.* 481.52
Beyamus Michael *M.Reg.* 1096.24
Tauria. 1063.70
Billus Anſelmus *Mediol.* 76.50
Blancus Raymundus *Brix.* 554.67
Blandrata Cæſar *Alben.* 300.58
Franciſcus *Aquen.* 331.53
Boba M.Antonius *Aug.Præt.* 1102.47
de Boga Petrus *Aug.Præt.* 1100.25
Bollanus Dominicus *Brix.* 562.97
Bonetus Ludovicus *Berg.* 481.53
C Bonivaldus Urbanus *Vercel.* 809.84
Bonus Joannes *Mediol.* 67.36
Bordatus Ludovicus *Nicien.* 1114.55
Borellus Andreas *Naul.* 1010.28
Borle Joannes *Nicien.* 1114.60
Borromæus S.Carolus *Med.* 276.119
Federicus *Med.* 277.121
Gibertus *Novar.* 730.101
Huguccio *Novar.* 713.65
Borſanus Simon *Med.* 252.101
Borſerius Septimius *Caſal.* 574.13
Boſſus Franciſcus *Novar.* 725.89
Botta Jacobus *Derth.* 650.78
Botti Albertus *Albin.* 924.60
Botticella Bonifacius *Laud.* 680.38
Jo.Stephanus *Crem.* 613.69
Braida Guillelmus *Alben.* 300.57
Breſcennius Bernardinus *Vigleb.* 821.4
Briccius Jo.Baptiſta *Crem.* 620.81
Paulus *Alben.* 300.57
D Brolia Angelus *Vercel.* 815.98
Carolus *Taurin.* 1062.65

Bro-

Brolia Octavius *Aſten.* 403.69
Brunus Ludovicus *Aquen.* 330.48
de Buccarinis Marlianus *Bob.* 942.24
Buccaureatus Hieronymus *Accien.* 909.25
Bulgarus Ardizzo *Vercel.* 718.60
Butrus Monas *Mediol.* 39.6
Buſettus Melchior *Derth.* 636.61
Petrus *Derth.* 636.60

C

de Caballariis Engleſius *Novar.* 712.62
Caballus Jacobus *Vercel.* 805.
Caccia Federicus *Mediol.* 279.125
de Cadamoſtis Paulus *Laud.* 679.36
Cadus Petrus *Epored.* 1076.36
Cæſius Federicus *Crem.* 616.77
Cagnalora Hugo *Taurin.* 1053.42
Calagranus Hieronymus *Mont. Reg.* 1090.9
de Calderinis Jo. Valerius *Albing.* 920.13
Savon. 740.42
Calepius Garibaldus *Novar.* 415.19
de Calvis Calvus *Bobien.* 941.18
Calzinarius Jacobus *Derth.* 639.62
Manfredus *Derth.* 639.64
de Camera Carolus *Mont.Reg.* 1091.15
Camillus Dadeus *Brugnat.* 997.32. *Foſſan.* 1081.1
Campana Petrus *Crem.* 620.82
de Campeſio Jo. *Taur.* 1057.56
Campionus Antonius *Mont.Reg.* 1090. 8
de Campo Fregoſo Paulus *Januen.* 898.50
de Campo Taxio Dominicus *Marian.* 1000.17
Camutius Eugenius *Bob.* 949.36
Canalis Guido *Taur.* 1055.48
Nicolaus *Berg.* 479.48
Capellus Petrus *Crem.* 610.59
Capiſuccus Jo. Anton. *Laud.* 683.47
de Capitaneis Marcus *Alex.* 323.26
Olricus *Mediol.* 135.78
de Capite Galli Jo. *Novar.* 717.70
Capra Bartholomæus *Mediol.* 254.105
Crem 612.64. *Laud.* 950.41
Caprianus Albertus *Alben.* 299.51
Anſelmus *Med.* 88.56
Caprius Gaſpar *Aſten.* 399.63
Caradengus Jacobus *Savon.* 737.32
Caramuel Joannes *Vigleb.* 824.15
Carcanus Landulphus *Med.* 98.68
Cardanus Milo *Mediol.* 269.85. *Taurin.* 1050.37
Carettus Bernardus *Alben.* 291.40
Carminatus Jo. Anſelmus *Alben.* 299.52
Carnetius Jacobus *Vercell.* 797.69
de Caromalis Albertus *Berg.* 420.22
de Carretto Bonifacius *Savon.* 736.20
Franciſcus *Alben.* 289.34
Matthæus *Albing.* 919.40
Petrus *Alben.* 291.41
Thomas *Caſal.* 575.14
Caſalis Alex. *Vigleb.* 831.3
Caſella Torpetus *Brugn.* 987.12
Caſinus Albertus *Accien.* 909.20
de Caſſia Ambroſius *Neb.* 1012.15
Caſtagnola Julianus *Nebien.* 1014.35
Caſtaldus Thomas *Brugn.* 998.37
Caſtellarius Bernardinus *Caſal.* 572.3
de Caſtello Joan *Marian.* 1001.18
Lucas *Laud.* 679.35
Caſtillioneus Bartholomæus *Derth.* 650.74
Bonus *Mediol.* 78.51
Franciſcus *Bob.* 948.35
Gottifredus intruſus *Mediol.* 114.
Honoratus *Mediol.* 58.30
Tachipaldus *Berg.* 435.17
Theobaldus intruſus *Med.* 115.
Caſtruccius Antonius *Mont. Reg.* 1095.20
de Caſulis Raynerius *Crem.* 610.55
Cataneus Georgius *Vigleb.* 826.10
Catena Ubertus *Aſten.* 376.38
Centurionus Alexander *Januen.* 902.57
Centurionus Jo.Baptiſta *Savon.* 743.56
Marian. 1003.37
de Cerreto Jacobus *Laud.* 674.27
Ceva Aleranus *Alben.* 289.35
Carolus Franc. *Derth.* 654.87
Federicus *Alben.* 289.31
Albing. 918.35
Joannes *Albing.* 918.36
Derth. 642.68
Joſeph *Epored.* 1078.51
Ludovicus *Aſten.* 389.30
Raphael *Aſten.* 394.54
de Challanch Bonifacius *Aug.Præt.* 1100.33
Chiabaudus Bernardus *Nicien.* 1112.36
de Chiaſiaco Aymon *Nicien.* 1113.54
de Chriſta Jacobinus *Aug.Præt.* 1101.40
Cibo Cæſar *Marian.* 1002.32
Taurin. 1060.62
Federicus *Savon.* 737.33
Innocentius *Albintim.* 310.28
Januen. 898.52
Marian. 1002.31
Taurin. 1060.60
Jo. Baptiſta *Savon.* 741.43
Laurentius *Naul.* 1007.17
Octavianus *Marian.* 1002.33
Cicada Carolus *Albing.* 922.51
Jo. Baptiſta *Albing.* 922.50
Marian. 1002.35
Nicolaus *Accien.* 910,29
Marian. 1003.36
Ciceri Carolus *Alexand.* 326.39
de Clavaro Simon *Brugn.* 988.22
Clivius Jordanus *Mediol.* 132.77
de Cocconate Bonifacius *Aſten.* 377.39
Conradus *Aſten.* 380.40
Columna Agapitus *Brix.* 554.79
Otho *Marian.* 1000. 7
Confalonerius Aſpertus *Mediol.* 86.55
de Conflecto Ogerius *Aug.Præt.* 1101.37
Contardus Cæſar *Nebien.* 1013.26
Guillelmus *Brugn.* 986.4
Corius Seraphinus *Laud.* 685.54
Cornelius Aloyſius *Bergom.* 499.65
Andreas *Brix.* 562.91
Federicus *Berg.* 499.66
Federicus 2. *Berg.* 509.70
Franciſcus *Brix.* 561.94
de Cornu Ambroſius *Laud.* 674.28
Aldericus *Lauden.* 674.26
Coſta Petrus Franciſcus *Albing.* 924.57
Savon. 743.57
Coſtacciarus Bonaventura *Aquen.* 331.51
Cotta Pomponius *Novar.* 725.88
Craſſus Landulphus *Mediol.* 89.57
Petrus *Crem.* 610.63
Thomas *Mediol.* 69.47
Creppa Franciſcus *Med.* 253.104
Cribellus Auſanus *Mediol.* 57.29
Jacobus Philippus *Novar.* 719.73
Ubertus *Mediol.* 165.84
Criſpus Benedictus *Med.* 69.41
Crorca Felix *Aquen.* 331.56
A Cruce Bernardinus *Caſal.* 573.5
Aſten. 318.62
Crucius Alexander *Cremon.* 622.87
Ambroſius *Bobien.* 950.43
Cuettus Bartholomæus *Nicien.* 1114.58
Cundonus Petrus *Epored.* 1076.31
Curlus Hieronymus *Albint.* 311.37
de Cuticis Franciſcus *Brugnat.* 987.16
de Cuturno Joan. *Januen.* 885.30

D

Dadecius Joannes *Brugn.* 998.39
Dalmaticus Nicolaus *Foſſan.* 1083. 6
Damianus Petrus *Aſten.* 393.53
Scipio *Aſten.* 392.51

Davolos Inoicus *Taurin.* 1061.63 A
Delphinus Joannes *Brix.* 563.98
Marcus *Brix.* 566.106
Diderius Goillelmus *Vercel.* 808.80
de Dominicis Dominicus *Brix.* 558.94
Donghus Jo.Stephanus *Vigleb.* 824.10
Donatus Ludovicus *Berg.* 484.68
Sebaſtianus *Bob.* 948.34
Doria Jo.Hieronymus *Neb.* 1014.35
Doſſerius Coſmas *Derth.* 652.83
de Durantibus Durantes *Brix.* 562.96
Duratius Franciſcus *Brugn.* 998.36
Marcus *Marian.* 1003.45
Stephanus *Januen.* 906.61
Vincentius Maria *Savon.* 744.69

E

ab Eccleſia Didacus *Nicien.* 1116.72 B
Emus Joannes *Berg.* 509.69
Erba Benedictus *Caſal.* 574.9
Eſtenſis Hippolytus *Mediol.* 273.215.116
Novar. 723.83
Scipio *Caſal.* 573.7
de Engeriis Bartholomæus *Brugn.* 987.20

F

Fallettus Guilielmus *Novar.* 708.53
Faunus Petrus *Aquen.* 331.54
Vigleb. 822.5
Fauzonus Franciſcus *Mont.Reg.* 1089.8
Federicus Hieronymus *Laud.* 684.48
Ferragatta Hieronymus *Aug.Præt.* 1102.48
Ferrerius Antonius *Naul.* 1007.18
Auguſtinus *Vercel.* 810.86
Auguſtinus *Nicien.* 1114.61
Bartholomæus *Aug.Præt.* 1102.52
Bonifacius *Vercel.* 810.86 C
Bonifacius *Epored.* 1077.44
Bonifacius *Nicien.* 1114.59
Cæſar *Epored.* 1077.49
Savon. 743.54
Ferdinandus *Epored.* 1077.48
Jo. Baptiſta *Taur.* 1062.67
Jo. Baptiſta *Vercel.* 809.85
Jo. Stephanus *Epored.* 1077.45
Petrus Franc. *Vercel.* 811.89
Philibertus *Epored.* 1077.46
Sebaſtianus *Epored.* 1077.47
Vido *Vercel.* 811.90
de Firmanis Joannes *Savon.* 739.38
de Fliſco Ambroſius *Savon.* 743.53
Antonius *Mont.Reg.* 1090.7
Auguſtinus *Marian.* 1003.43
Emanuel *Vercel.* 804.75
Georgius *Albing.* 920.41
Jan. 894.48
Gibertus *Albing.* 919.38 D
Gregorius *Marian.* 1001.23
Naulen. 1007.12
Jacobus *Savon.* 743.51
Jan. 891.44
Ibertus *Vercel.* 807.79
Albing. 918.37
Joannes *Naulen.* 1006.6
Vercel. 804.76
Laurentius *Brugn.* 988.23
Januen. 907.65
Mont.Reg. 1091.12
Lazarinus *Alben.* 288.29
Leonardus *Naul.* 1007.8
Lucas *Albing.* 923.54
Ludovicus *Vercel.* 805.77
Neapoleo *Albing.* 920.42
Naul. 1007.13
Nicolaus *Savon.* 743.72

A de Fliſco Octobonus *Mont.Reg.* 1091.13
Obizo *Januen.* 887.33
Princevallis *Brix.* 553.72
Derth. 640.66
de Fliſco Sinibaldus *Albing.* 916.28
Flumicellus Joannes *Brix.* 545.62
Foderatus Jo.Vincentius *Naul.* 1008.19
Fontana Franchinus *Med.* 200.95
Lancellottus *Bob.* 942.22
de Fornariis Leonardus *Marian.* 1001.26
Octavianus *Marian.* 1001.29
Foſcarus Polidorus *Berg.* 482.56
Foſſatus Franciſcus *Derth.* 654.85
Franciottus Galeottus *Crem.* 614.12
de Franciſco Jacobus *Epored.* 1075.32
Fregoſus Alexander *Albint.* 309.26
Friſſiraga Boojoannes *Laud.* 676.30
de Fundulis Conſtantinus *Cremon.* 612.65
de Furnariis Carolus Maria Joſeph. *Albing.* 924.62

G

B Gambara Cæſar *Derth.* 652.81
Jo.Jacobus *Albing.* 922.48
Matthæus *Derth.* 652.82
Ubertus *Derth.* 651.80
Gandulphus Franciſcus *Alben.* 300.56
Jo.Franciſcus *Albint.* 311.39
M.Hiacynthus *Naul.* 1010.30
Ludovicus *Brugn.* 987.14
Gara Petrus *Savon.* 741.44
Gariliatus Nicolaus *Epored.* 1076.43
Gaſtonius Philippus *Nicien.* 1113.43
Gattinara Franciſcus *Alexand.* 326.43
Gavottus Laurentius *Albint.* 311.40
Gazonius Petrus *Aug.Præt.* 1102.46
Gentilis Julios *Januen.* 906.63
A S.Georgio Jo.Antonius *Alex.* 322.27
Georgius Marinus *Brix.* 565.100
C Jo.Marinus *Brix.* 566.104
de Georgiis Petrus *Novar.* 718.78
Derth. 647.70
Januen. 894.47
de Germanis Michael *Marian.* 1001.24
Gerra Clemens *Laud.* 685.52
de Gibertis Matthæus *Aquen.* 829.43
de Gillaco Georgius *Vercel.* 809.82
Joannes *Vercel.* 808.81
Giſalbertus Matthæus *Vercel.* 806.78
Giſlerus Michael *Mont.Reg.* 1092.17
Gobbus Joannes *Bob.* 941.15
Gonzaga Albertus *Epored.* 1075.29
Ludovicus *Alben.* 300.55
M.Antonius *Caſal.* 574.12
Gozzani Carolus Antonius *Aquen.* 331.58
Goria Jacobus *Vercell.* 815.96
Gottifredus Joannes *Aug.Præt.* 1102.51
Gradonicus Bartholomæus *Brix.* 566.105
Grimaldus Andreas *Neb.* 1013.24
D Carolus *Albint.* 310.33
Albing. 923.52
Dominicus *Savon.* 743.55
Hieronymus *Albing.* 922.49
Brugn. 996.26
Melchior *Brugn.* 988.24
Grimanus Aloyſius *Bergom.* 510.72
Gromius Cæſar *Aug.Præt.* 1102.49
Guardalupus Himerius *Accien.* 907.5
Groſſolanus Petrus *Med.* 126.76
Guaſco Alexander *Alex.* 323.28
Carolus Octavianus *Alexand.* 326.41
Cremon. 622.88
Octavius *Alexand.* 323.30
Guttieres Joannes *Vigleb.* 824.9
Guttuarius Albertus *Aſten.* 390.48

Impo-

I

IMperialis Jacobus *Januen.* 895.49
Ilicinus Bernardinus *Bob.* 947.29
Iimbardus Auguſtinus *Cremon.* 622.85
Petrus *Cremon.* 622.84
Iſnardus Jo. Baptiſta *Mont.Reg.* 1096.27
Iſopo Julius *Marian.* 1001.28
Ex Judicibus Baptiſta *Albint.* 308.23
Juſtinianus Auguſtinus *Nebien.* 1013.20
Daniel *Bergom.* 522.74
Paulus *Naul.* 1007.14
Thomas *Naul.* 1014.36
Lambert Alexander *Epored.* 1078.56
Vincentius *Brin.* 563.104

L

LAmbertus Franciſcus *Nicien.* 1115.65
Lampugnanus Andreas *Mediol.* 90.58
Philippus *Med.* 175.87
Landrianus Beenardus *Aſten.* 390.49
Marſilius *Vigleb.* 822.6
Gerardus *Laud.* 681.40
Landinelius Vincentius *Albing.* 924.56
Lanfranchis Robertus *Bobien.* 942.19
de Lange Dominicus *Savon.* 739.32
Lantes Franciſcus *Crem.* 482.54.611.62
Brin. 552.85
Lanzanagis Gregorius *Alex.* 323.24
Laſcarus Honoratus *Aug.Præt.* 1102.50
Laurus Vincentius *Mont.Reg.* 1092.28
de Lazaris Lazarus *Mediol.* 49.28
de Leone Petrus *Foſſan.* 1083.2
Lippomanus Aloyſius *Bergom.* 497.64
Nicolaus *Berg.* 486.60
Petrus *Berg.* 486.61
Litta Alexander *Cremon.* 622.89
Alphonſus *Mediol.* 278.123
Laurentius *Mediol.* 54.24
Lomellinus Benedictus *Albint.* 310.32
de Longicato Bonifacius *Alexand.* 322.21
Longus Robertus *Berg.* 477.45
Cyprianus *Berg.* 478.47
Cyprianus 2.*Berg.* 480.51
de Lucurto Antonius *Brugn.* 997.28
Bartholomæus *Januen.* 891.43

M

MAdalbertus Ægidius *Cremon.* 610.56
Homobonus *Crem.* 606.51
Madius Berardus *Brix.* 550.70
Federicus *Brix.* 550.72
Malabayla Baldraccus *Aſten.* 386.44
Joannes *Aſten.* 387.45
Vaſinus *Aſten.* 393.52
Vaſinus 2.*Aſten.* 395.57
Maleſpina Conradus *Aquen.* 329.36
Alexand. 322.16
Horatius *Albing.* 923.53
Malettus Petrus Franc. *Nicien.* 1116.68
de Malocelio Petrus *Albint.* 307.11
Malvicinus Oglerus *Bob.* 929.9
Pio *Bob.* 928.8
de Molano Urbanus *Mont.Reg.* 1091.14
Manara Ildephonſus *Bobien.* 950.45
Maraviglia Joſeph Maria *Novar.* 730.99
de s. Marcello Jacobus *Aug.Præt.* 1100.31
Marchettus Leonardus *Albing.* 921.145
de s. Marco Ugolinus *Cremon.* 610.57
de Mare Franciſcus Camillus *Nebien.* 1014.34
Jo. Baptiſta *Albint.* 310.30
Jo. Carolus *Marian.* 1003.44
Philippus *Albint.* 310.29
A Marencus Jacobinus *Nicien.* 1116.69
Marerius Franciſcus *Brix.* 556.88
de Marinis Dominicus *Jan.* 905.60
Franciſcus *Albing.* 924.58
Joannes *Derth.* 650.75
Leonardus *Alben.* 299.48
Pileus *Januen.* 893.45
Venturinus *Cremon.* 612.66
Vincentius *Alben.* 299.48
Marinonus Marcus *Alex.* 323.25
Maripetrus Bartholomæus *Brix.* 558.90
Marlianus Fabritius *Derth.* 650.73
Fabritius 2.*Derth.* 650.77
Jo. Auguſtinus *Marian.* 1033.42
Michael *Derth.* 650.76
Martinengus Ambroſius *Berg.* 440.28
S.Martini Bonifacius *Epored.* 1076.37
Dominicus *Epored.* 1076.42
Federicus *Epored.* 1075.28
Joannes *Epored.* 1076.41
B Stephanus *Naul.* 1010.27
Maſcardus Angelus *Naul.* 1010.25
Carolus Maria *Albint.* 311.45
Joannes *Nebien.* 1014.32
Nicolaus *Brugn.* 997.31
Marian. 1003.38
de Maurico Raymundus *Alben.* 288.26
Maurocenus Jo. Franciſcus *Brix.* 564.99
Marcus *Brix.* 565.102
Medices Julius *Albing.* 922.47
Hippolytus *Caſal.* 573.4
Theodorus *Mediol.* 53.23
Menattus Bartholomæus *Laud.* 685.56
Merlinus Albericus *Laud.* 669.23
de Merlis Borſus *Bob.* 948.33
Michaelius Franzinus *Caſal.* 573.6
Ludovicus *Alben.* 299.50
Migliavacca Innocentius *Aſten.* 404.72
Milanus Jo. Baptiſta *Berg.* 507.68
Miletus Philibertus *Taurin.* 1062.66
C Mirolius Hieronymus Franc. *Caſal.* 576.17
Miſtralis Joannes *Epored.* 1076.33
Molus Antonius *Alben.* 202.44
de Monte Antonius *Novar.* 721.80
Petrus *Brin.* 557.89
de Montecucco Joannes *Bob.* 941.17
de Monteflori M. Anton. *Nebien.* 1013.27
Montegaza Michael *Albint.* 323.33
de Monteregio Hieronymus *Marian.* 1001.23
Montius Cæſar *Mediol.* 278.122
Moronus Joannes *Novar.* 723.84
Morotius Franciſcus *Aſten.* 987.46
Joſeph *Bob.* 952.42
de Moxo Jacobus *Taurin.* 1052.32
Mugiaſca Albertus *Alexand.* 325.40
de Mundanis Joannes *Bob.* 943.27
Muſinus Franciſcus *Brugn.* 998.34
Mutius Ambroſius *Bergom.* 450.32

D

N

NArdinus Stephanus *Mediol.* 266.212
Naſellius Jo. Hieronymus *Albint.* 311.42
De Nigro Lanfranchus *Albing.* 917.35
Nicolinus Victurius *Alben.* 301.59
de Nobilibus Benedictus *Accien.* 909.24
de Noceto Ugo *Cremon.* 600.46
Nores Amadeus *Vercel.* 809.83
Novellus Andreas *Alben.* 291.42
Hippolytus *Alben.* 291.43

O

Odeſcalcus Benedictus *Novar.* 729.95
Mediol. 281.127

Odeſcalcus Petrus Georgius *Aſten.* 329.35
Julius Maria *Novar.* 730.98
de Offredis Umfredus *Cremon.* 605.49
Oldradus Atho *Med.* 90.59
Petrus *Med.* 69.48
Venerius *Mediol.* 47.14
de Ormeſin Joannes *Marian.* 1002.30
Othobonus Petrus *Brix.* 566.103

P

de PAganis Daniel. *Bob.* 942.23
Paganus Euſebius *Mediol.* 50.19
Paggius Jo. Baptiſta *Brugn.* 998.38
Palatinus Leo *Laud.* 679.34
De Palatio Petrus *Aug. Prӕt.* 1100.26
Palatius Joannes *Brix.* 545.63
Palæologus Jo. Georgius *Caſal.* 572.2
De Paletis Deſiderius *Nicien.* 1116.70
Paſietinus Antonius *Brugn.* 997.30
Antoniottus *Albintimil.* 308.25
Carolus *Laud.* 182.42
Cyprianus *Januen.* 900.55
Jo. Ludovicus *Nicien.* 1116.66
Pallavicinus Hieronymus *Novar.* 720.76
Panicarola Franciſcus *Aſten.* 401.65
Paravicinus Eraſmus *Alex.* 325.36
Octavius *Alex.* 324.34
Paſchalis Scipio *Caſal.* 576.25
Paſtorius Jo. Stephanus *Albint.* 311.43
Pedrocca Gregorius *Aquen.* 331.55
Pendaſius Franciſcus *Albint.* 299.53
Penſorius Iſidorus *Aſten.* 403.68
Peregus Leo *Mediol.* 198.92
de Perfectis Franciſcus *Neb.* 1012.16
Petra Galeatius *Vigleb.* 819.1
Mauritius *Vigleb.* 820.2
Petraſancta Attilius *Vigleb.* 724.42
Philiargus Petrus *Mediol.* 253.103
Novar. 715.69
Piccolpaſſus Franciſcus *Med.* 255.106
Aquen. 329.44
Piolatus Thomas *Foſſan.* 1083.3
Pinellus Obertus *Neb.* 1012.17
Jo. Thomas *Albing.* 924.59
De Pingono Joannes *Aug. Prӕt.* 1101.39
De Pintio Guido *Novar.* 712.61
De Pipetis Bartholomæus *Mont. Reg.* 1092.16
Pitovanus Algiſius *Med.* 161.83
Obertus *Mediol.* 150.81
Ubertus *Mediol.* 175.88
De Placentinis Franciſcus *Aſten.* 388.47
Plancus Lando *Brugn.* 987.15
De Pomeriis Jacobus *Eporedien.* 1076.39
De Ponte Antonius *Albing.* 919.39
Caſatus *Crem.* 581.20
Pontonus Hercules *Aug. Prӕt.* 1101.43
Pontius *Crem.* 609.54
Petrus *Novar.* 726.91
Porrata Jo. Jacobus *Naul.* 1010.27
de Porro Marcus *Crem.* 610.60
Porrus Alexander *Bob.* 950.40
Portia Jacobus *Aſten.* 374.37
Aug. Prӕt. 1100.23
Antonius *Aug. Prӕt.* 1101.41
De Prato Franciſcus *Aug. Prӕt.* 1101.42
Priolus Auguſtinus *Bergom.* 509.71
Petrus *Bergom.* 518.76
Promontorius Marcus *Albint.* 311.41
Provana Aymo *Nicien.* 1114.56
Antonius *Taurin.* 1063.68
Henricus *Nicien.* 1116.73
Hieronymus *Alben.* 301.60
Jo. Baptiſta *Nicien.* 1115.64
Angilbertus *Mediol.* 79.53
Puſterla Anſelmus *Med.* 136.79
Guillelmus *Mediol.* 252.100
Brix. 556.87
A Puſterla Thomas *Brix.* 555.86
Puteus Hieronymus *Marian.* 1003.39
Julius *Marian.* 1003.40

Q

QUadrellus Albertus *Laud.* 671.24
de Quarto Aymericus *Aug. Prӕt.* 1100.29
Aymon *Aug. Prӕt.* 1100.20
Petrus *Aug. Prӕt.* 1100.30
De Queto Franciſcus *Actien.* 909.9
Quirinus Bartholomæus *Novar.* 713.64

R

RAblus Jo. Baptiſta *Lauden.* 685.55
Rada Andreas *Derth.* 628.42
Radicatus Petrus *Caſal.* 576.19
B De Radicoſano Dinus Ianuen. 889.37
Ragazzonus Hieronymus *Novar.* 724.87
Bergom. 505.67
Rambaudus Alerinus *Alben.* 290.39
Rampinus Henricus *Derth.* 647.71
Henricus *Mediol.* 256.107
Raſinus Franciſcus *Nicien.* 1116.67
Ioannes *Vigleb.* 824.14
De Recenatis Hieronymus *Nicien.* 1115.63
Recordatus Julius Cæſar *Albint.* 310.35
De Regibus Thomas *Aquen.* 330.47
Reſta Julius *Derth.* 654.88
Philippus Maria *Alex.* 326.42
Rezatus Albertus *Brix.* 546.64
Riarius Raphael *Savon.* 742.48
Thomas *Savon.* 742.49
Ricutus Jo. Ambroſius *Aquen.* 331.57
Ripa Carolus Antonius *Mont. Reg.* 1096.22
Guido *Mont. Reg.* 1089.4
Victorius Anguilinus *Vercel.* 815.99
C Rivarola Matthæus *Januen.* 903.58
Rivatus Thomas *Albint.* 307.20
Rocca Andreas *Marian.* 1003.46
Rocus Ferdinandus *Vigleb.* 826.16
Rodanus Guillelmus *Neb.* 1013.25
Rodinus Alvarus *Aug. Prӕt.* 1102.45
Romagnanus Andreas *Mont. Reg.* 1091.10
Aymo *Taurin.* 1056.54
Ludovicus *Taur.* 1056.55
Romerus Franciſcus *Vigleb.* 823.8
de Roſate Aloyſius Berg. 475.42
de Roſeto Arnaldus *Aſten.* 386.43
Rotarius Carolus *Mont. Reg.* 1091.11
Joſeph *Alben.* 301.61
Paulus Vincentius *Aſten.* 404.70
Scipio *Aſten.* 398.61
Philippus *Aſten.* 391.50
Rubeus Bernardus *Cremon.* 612.68
Novar. 719.74
De Rubiano Petrus *Bob.* 941.16
D de Rude Anſelmus *Mediol.* 515.73
Ruſcianus Jacobus *Neb.* 1014.30
De Ruvere Albertinus *Aſten.* 395.56
Dominicus *Aſten.* 399.64
Taurin. 1057.57
Galeottus *Savonen.* 742.46
Naul. 1007.16
Hieronymus *Taurin.* 1061.64
Vercell. 815.97
Jacobus *Savon.* 742.47
Jo. Franciſcus *Taur.* 1058.59
Jo. Ludovicus *Taur.* 1058.58
Julianus *Savon.* 741.45
Vercel. 810.86
Octavianus *Foſſan.* 1084.8
Papinianus *Novar.* 712.63
Ruſinus Aloyſius *Bergom.* 517.75
Ruzolius Guillelmus *Mediol.* 182.91

S

SAbaudus Petrus *Epored.* 1076.34
Thomas *Taur.* 1056.49
Sabellus Manſuetus *Mediol.* 68.49
Saccus Franciſcus *Bragn.* 998.40
Lanſrancus *Januen.* 891.45
Sala Cavalcaons *Brix.* 547.68
Galdinus *Mediol.* 156.82
Guiilelmus *Aug.Præt.* 1099.17
Salvagus Auguſtinus *Accien.* 910.27
Auguſtinus *Januen.* 900.54
Salvettus Lanfrancus *Bergom.* 480.50
De Salutiis Antooius *Mediol.* 252.105
Savon. 736.53
Baptiſta *Nebien.* 1013.28
Georgius *Aug.Præt.* 1101.38
B Sanſonius Hieronymus *Laad.* 683.44
Sanſeverinus Federicus *Novar.* 720.78
Saporitus Vinceotius *Naul.* 1014.33
Sasaca Antonius *Nrbien.* 1012.13
Sarnanus Conſtantinus *Vercel.* 813.92
Saulius Antonius *Januen.* 901.56
Bandincllus *Albing.* 921.46
Hieronymus *Jauaen.* 899.53
Julius *Brugn.* 997.29
Philippus *Bragn.* 988.25
Scalia Deodatus *Aleu.* 325.38
Scaliger Petrus *Laad.* 680.37
Scanius Joannes Berg. 477.46
Scarampus Antonius *Laad.* 684.48
Henricus *Aleu.* 353.29
Aquen. 329.40
Sceten Goido *Januen.* 890.40
Scribanus Andreas *Nebien.* 1014.29
Sedonenſis Matthæus *Novar.* 751.79
C Segaudus Aymericus *Mont.Reg.* 1090.6
Segaſenus Andreas Brix. 554.83
Segitius Michael Angelus *Laud.* 685.51
Septala Carolus *Derthon.* 654.86
Henricus *Mediol.* 577.90
Ludovicus *Cremon.* 628.58.
Senator *Mediol.* 52.52
de Seregno Alexius *Bob.* 942.21
Seronus Ferdinandus *Aſten.* 306.58
de Seſſa Gerardus *Mediol.* 177.89
Novar. 709.57
Henricus Berg. 474.40
Brix. 554.78
Ugo *Vercel.* 797.68
Seyſelius Claudius *Taur.* 1060.61
Sfondratus Franciſcus *Cremon.* 615.76
Nicolaus *Crem.* 617.78
Paulus *Crem.* 619.80
Sfortia Aſcanius Maria *Crem.* 613.71
Novar. 750.77
D Gabriel *Mediol.* 265.110
Jo. Maria *Januen.* 898.51
Octavius Maria *Laad.* 682.43
de Sigiſmundis Princevallis *Aquen.* 329.42
Silvius Henricus *Epored.* 1078.59.
Simoneta Jacobus *Laud.* 683.45
Joannes *Laud.* 683.46
Soardus Guiſcardus Berg. 476.44
Soiarius Agaſinos *Taur.* 1083.4
Hiacyothus *Nicieu.* 1116.71
Mont.Reg. 1096.55
Maoritius *Mont.Reg.* 1096.53
Solinus Dominicus *Aqaeu.* 330.49
de Solio Joannes *Mont. Reg.* 1189.2
Sonarii Petrus *Aug.Præt.* 1101.36
Sorbellonus Jo. Antonius *Novar.* 723.85
Sormanus Petrus Marious *Vigleb.* 826.17
Spacianus Cæſar *Cremon.* 617.79
Novar. 756.90
A Spinula Ambroſius *Albiae.* 311.44
Auguſtinus *Savon.* 743.50
Emaouel *Albing.* 917.33
Franciſcus Maria *Savon.* 744.58
Georgius *Albing.* 924.61
Horatius *Januen.* 903.59
Jo. Baptiſta *Januen.* 906.62.907.64
Nicolaus *Albiut.* 311.38
Petrus *Savon.* 740.40
Porchettus *Januen.* 888.35
Raphael *Neb.* 1012.6
Stephanus *Albiut.* 311.36
Savon. 744.59
Vincentius *Brugn.* 998.35
Stampa Hermes *Novar.* 753.81
Suardus Vincentius *Alben.* 299.54
Suſſettius Othobellus *Laud.* 674.29
de Sumoia Bernerus *Cremon.* 607.55
Cacciacomes *Cremon.* 608.53
Summa Ripa Raymundus *Laud.* 677.31
B Superaotius Victor Berg. 492.63
Superchius Julius *Accien.* 910.28

T

TAberna Fetdioandus *Novar.* 728.93
Ludovicus *Laud.* 685.50
Talentos Ambroſius *Aſten.* 397.59
Bernardus *Laud.* 677.35
De Taſſonis Vincentius *Accien.* 909.11
Taxius Petrus *Derth.* 639.63
Terziagus Ubertus *Mediol.* 174.86
Tertius Albertus *Berg.* 474.41
de Theobaldeſchis Bernardinus *Caſal.* 571.1
Thomaſortis Joannes *Nicieu.* 1113.49
Thomatus M. Antonius *Aſten.* 404.71
de Thomatis Simon *Brugn.* 987.17
de Torano Ubertus *Bob.* 942.20
Torniellus Antonius *Novar.* 729.96
C Goillelmus *Novar.* 707.55
Hugo *Alenand.* 351.3
Joannes *Berg.* 473.38
Odelbertus *Novar.* 710.58
Ugo *Aqaen.* 328.22
de Tortis Georgius *Cremon.* 610.61
Treviſanus Hieronymus *Crem.* 614.73
Trigardus Bernardus *Berg.* 479.49
Brix. 554.76
de Trigonis Thomas *Brugn.* 987.18
Trincherius Magnus *Mediol.* 55.56
de Troctis Federicus *Foſſan.* 1083.5
Guarnerus *Alex.* 324.33
Luchinus Bob. 947.28
A Turre Jacobus Antonius *Cre^m^.* 613.70
Torrianus Andreas *Jannen.* 890.41
Azzo Brix. 547.67
Caſſonus *Med.* 201.96
Lombsrdus *Vercel.* 803.74
Tiberius *Dert.* 640.65
D Trucchius Dominicus *Mont.Reg.* 1096.26
Hiacynthus *Epored.* 1078.55
Turchus Leonardus *Naul.* 1008.23
Trivultius Ambroſius *Bob.* 948.32
Antonius *Aſten.* 394.55
Auguſtinus *Aſten.* 397.60
Bobien. 947.31

V

VAccarius Domiolcus *Naul.* 1007.15
de Valetariis Antonius *Brugn.* 987.21
Dominicus *Albing.* 923.52
Valpergæ Bonifacius *Aug.Pr.* 1100.24
Guido *Aſten.* 383.42
Petrus *Alben.* 386.12
Pompejus *Epored.* 1078.54

Valvaſorius Vido *Med.* 127.72 A
Anſelmus *Mediol.* 116.75
Vaſconus Nicolaus *Albing.* 917.32
Gerardus *Savon.* 738.34
Vergafelcis Antonius *Brugn.* 997.28
de Vezano Gualterus *Januen.* 886.31
Vialius Antonius *Savon.* 739.37
Vincentius *Savon.* 740.41
Vibo Michaei Antonius *Taurin.* 1063.71
Vignatus Ardericus *Laud.* 662.18
Vicecomes Bartholomæus *Novar.* 718.72
Carolus *Albint.* 310.31
Federicus *Mediol.* 279.124
Franciſcus *Crem.* 620.83
Alex. 325.37
Gaſpar *Mediol.* 276.120
Hieronymus *Vigleb.* 824.13
Hortenſius *Laud.* 685.56
Jacobus *Dertb.* 643.67
Jo.Baptiſta *Novar.* 730.100
Jo.*Mediol.* 209.98.256.108 B
Novar. 714.66
Julianus *Alben.* 292.45
Othn *Mediol.* 199.93
Pallavicinus *Alex.* 323.29

A
Robertus *Mediol.* 250.99
Thomas *Brix.* 555.84
Ubertus *Albint.* 507.7
De S.Victoria Jacobus *Januen.* 889.38
Vida Hieronymus *Alben.* 292.46
Vidnnus Petrus *Laud.* 685.53
Viſia M.Antonius *Vercel.* 814.94
de Vnragine Jacobus *Januen.* 888.34
Vorſius Petrus *Aquen.* 330.50
Urſinus Jo.Joſeph Maria *Vercel.* 815.100
Joannes *Taurin.* 1056.51
Vulpius Vulpianus *Novar.* 728.94
Petrus *Novar.* 729.95

Z

ZAvalia Damianus *Mont.Reg.* 1088.1
Zanaſius Nicolaus *Brix.* 554.82
B
Zane Laurentius *Brix.* 560.93
Paulus *Brix.* 560.93
de Zanebonis Ubertus *Cremon.* 599.44
de Zaziis Jo.Dnminicus *Dertb.* 1650.79
Zibramontius Aurelius *Caſal.* 574.11

INDEX
MATERIARUM,
ET RERUM NOTABILIUM,
De quibus in hoc Quarto Tomo fit mentio.

A

ABbatia Laudæ veteris Germaoico Urbis colleg. unita. 656. A
Abbatia Lucedil unde dicta. 763. D
Eadem, deturbatis Monachis nigris, Ciſtercienſibus ettribute. 764. A
Abbatie Brumicenſis plurium Imperatorum privilegiis nobilitata. 980. B
Abbatia Novalicenſis ab Abbone Romano Patritio conſtructe, quingentis Monachis ſufficiens, inde à Longobardis everſa. 123. A
Abbatia Novalicen. iterum reſtituta, & ampliſſimis redditibus diteta. ibid. B
Abbatiam Graſſani fundaot Aleramus Marchio, & Gilberta ejus uxor. 769. D
Abbatiam Carburenſem erigit Landulphus Epiſcopus Taurinenſis. 1033. D
Abbatiem Pinarolenſem excitat Adaleida Merchioniſſa. 1040. A
Abbatiam de Ripalta prædiis, ac redditibus multis diteur Amedeus Comes, ac ejus uxor Maalda. 1047. C
Abbatiæ Clarævallis Mediolani ædificatio. 142. C
Ejuſdem Abbatum nomenclature. 143. B
Abbatiæ Morimundi Mediolani conſtructio cœpta à Megnilredo, & Renone de Aliatis, & unde dicta. 144. B
Abbatiæ Locedii fundetnres qui. 571. B
Abbatiæ Claræ vallis conſtructio quando incœpta. 850. C
Abbatiæ Broſonæ erectio. 873. A
Abbatiæ de Savilliano erectio. 1032. A
Abbatiæ S. Meriæ de Caramanja fundatio, perecte eb Oderico Securiæ Marchione, & Berta ejus uxnre. 1033. C
Abbatum cœnobii Sancti Simpliciani ſeries. 120. B
Abſolutionem obtinet à Summo Pontifice cœtus commuoicantium ſub otraque ſpecie in regno Bohemiæ. 618. C
S. Achillei corpus e Portu Romano Cremonam delatum à Landone Epiſcopo. 584. D
Acta Veticani Archivi de perſecutionibus & malis in Mediolenenſem Eccleſiam, & Aicerdum Archiepiſcopum à Matthæo Vicecomite illatis. 202. B
Æneo ſerpenti Mediol. Matrones infantes morbo affecti ſiſtuut. 21. D
Agilulphus ex Taurinorum Duce Rex. 1016. A
Alba Pompeje onde dicte. 281. D
Alba Ælii Pertinacis Imp. patria. 282. B
Alba S. Frontiniani miraculis, & martyrio illuſtrata. 283. B
Albenſibus Chriſtiana fides à quibus prædicata. 283. A
Albenſis Eccleſie Aſtenſi unita. 285. B
Albericus ex Merlini dominis primum lapidem novæ Laudis Pompejæ ædificandæ ponit. 669. D
Albericus Laudenſis Præſul Epiſcopetus honoris exors factos, Eccleſiæ contumax deperit. 671. B
Albertus Oldradus intuitu Divi Bernardi Monaſterium S. Meriæ de Cerreto ædificat. 665. B
S. Albertum de Quadrellis Laudenſis Clerus contra Albericum provehit ad Sedem Laudenſem. 671. B
Albertus Nobilis, Epiſcopus Novarienſis cæſus. 704. B
Albingaonenſes libertatem recuperaot. 911. C
Albingeuoenſes Jenuenſium leges recipiunt. ibid.
Albingeunenſes Evangelii lumine à S. Barnabe perfuſi. ibid. D
Albingaunenſis civitas à Piſanis diruta, & cives in ſervitutem adducti. 911. C
Albingeunum olim totius Liguriæ caput. 912. A
Albingaunum duorum Imperatorum patria. ibid. C
Albintimilienſes in fide à quibus eruditi. 301. B
Albuinus Longobardorum Rex, ducto in Italiam eeercitu, Galliam Ciſalpinam occupat. 58. A
Alexander Guaſco Epiſcopus Alexandrinus à latronibus cæſus. 323. C
Alexander II. confirmat omnia privilegia Eccleſiæ Cremonenſi indulta. 597. C
Alexander III. ſanctionem Ariberti Card. Apoſtolicæ Sedis Legati de vicedominatus honore Laudenſis Epiſcopetus confirmet. 669. A
Alexandria civitas Epiſcopali dignitate ſpoliata. 319. D
Alexendrina Eccleſie ab Aquenſi ſejuncta. 322. B
Altaris auri Ambroſienæ Baſilicæ erectio, ac deſcriptin. 82. B
Ambroſianæ Baſilicæ Divi Auguſtini baptiſmete celebris. 21. B
S. Ambroſio à SS. Gerveſio, & Protaſio lo tumulo locus datur. ibid.
S. Ambroſius ex Præfecto Ciſalpinæ provinciæ, Mediolani Epiſcopus ordinatus, Mediolanenſem Eccleſiem in Metropolim erigit. 44. C
Anagnina civitas ſchiſmaticis adempta. 905. D
Angelberta S. Sieti Placentiæ cœnobii fundatrix. 696. B
Anſalde Comitiſſa monaſterium S. Stephani de Cornu eecitat. 651. D
Anſelmus Mediolaoi Antiſtes ab Innocentio II. deſciſcit, & Anacleto Antipapæ adhæret. 138. B
Idem è ſede à Clero, & populo expulſus. 139. D
Idem Romam petens ad Anacletum, in via captus, ed Innocentium Papem mittitur. 141. A
Antonii Scarampi Præſulis Lauden. eximia pietatis opera. 684. B
Aquenſis civitas onde dicta. 306. D
Archiepiſcopi Mediolan. dignitas. 15. C
Archiepiſcopalis Mediolanen. menſæ annuus cenſus. 18. B
Archiepiſcopo Mediolan. jus conſtituendi, coronandique Reges à S. Gregorio Magno delatum. 15. C
Archiepiſcoporum Mediolanenſium opes. 17. B
Archiepiſcopus Mediolanen. urbis Imperium Comitis nomine ab Othone Imp. accipit, illudque per Vicecomitem eercet. 13. D
Archiepiſcopus Mediolenen. cum Clero abjurate

Simo-

Simonia, Nicolaitarumque hæreſi in gratiam, & communionem Rom. Eccleſiæ recipitur. 110.D A
Archiepiſcopus Mediolani renuit recipere ſtolam de manu Romani Pont. 136.D
Arduinus Rex in Fructuarienſi cœnobio nomen dicit. 1031.D
B. Arialdus Monachus Vallembroſanus à ſatellitibus Vvidonis Mediolani Archiep. Martyr efficitur. 111.B
Arnulphus Bergomen. Epiſcopus honore Epiſcopatus ſpoliatus, & Religionis telo percuſſus. 349.A
Arnulphus Cremonen. Præſul ſimoniacus telo Apoſtolicæ juſtitiæ jugulatus, Epiſcopatu privatur. 598.C
Aſta Romanorum Colonia. 332.D
Aſta à Gallis funditus deleta. ibid.
Eadem à Pompejo Magno reſtituta. ibid.
Eadem multos inſignes ſanctitate viros protulit. 332.C
Aſtæ originis opinio. 332.B B
Aſtæ primi fidei Chriſtianæ fundatores qui. 333.B
Aſtæ Epiſcopatus exordium quando. ibid.D
Aſtæ Epiſcopalis menſæ annuus cenſus. 335.A
Ejuſdem cives, & Epiſcopus captivi. 334.A
Aſtenſis civitas incenſa. 337.D
Eadem Epidemia corripitur. 359.C
Aſtenſes cives ſacro Hieroſol. bello ſuppetias mittunt, Roberto Turco Duce. ibid.
Aſtenſes s.Georgio templum excitant in gratiarum actiones victoriæ relatæ de exercitu Joannæ Neapolitanæ Reginæ, ubi ad triginta millia hoſtium deſiderata fuere. 386.B
Iidem de civitate Pontifici danda conſulût. 387.A
Aſtenſe S. Annæ nobile cœnobium à Theodelinda Regina fundatum, & ejuſdem Divæ ſubucula nobilitatum. 336.B
Aſtenſis civitas hæreſis labe nunquam aſperſa. 334.D
Aſtenſis Eccleſia plurium caſtrorum dominio ditata. ibid. C
Ejuſdem Eccleſiæ theſauri incendium. 339.D
Aſtenſis civitas à Sarracenis capta, direptaque. 344.D
S. Attalæ Abbatis Bobienſis miracula. 953.C
Auguſta Prætoria unde dicta. 1093.D
Auguſta Prætoria nunc Sabaudiæ Ducum faſces veneratur. ibid.
Auguſtæ Prætoriæ initia unde. ibid.
Ejuſdem Epiſcopalis menſæ annuus cenſus. 1098.A
Auguſtinus Juſtinianus Epiſcopus Nebienſis maris verticibus involutus perit. 1013.B

B

Bandinellus Card. Saulius in Adriana mole incluſus, roſeoque ſpoliatus pileo, priſtino deinde honori reſtituitur. 921.C
Bareſonus Rex Sardiniæ, Eccleſiæ, Archiepiſcopo, populoque Jannenſi plura in Sardinia dilargitur. 870.B D
S. Barnabas Mediolanum accedit, ibique Evangelium diſeminat. 14.D
S. Barnabæ corpus inventum. 51 C
Bartholomæi Cuthurni Archiep. Januen. miſerabilis exitus. 891.B
Bartholomæo Capræ Mediolanenſi Archipræſuli divinitus nunciatur fatalis dies. 255.A
Bartholomæo Vicecomiti Novarien. Epiſcopatus ab Eugenio IV. nomen abolitum, inde reſtitutum. 718.B
A Baſilica Petri gentiles unde dicti. 39.B
S. Baſſi nobilis de martyrio triumphus 1104.B
Berengarii Regis pietas erga D. Baptiſtam Præcurſorem. 62.C
Berengarius Imp. nundinas publicas Dagiberto Epiſcopo Novarienſi indulget. 696.D
Bergomenſis Eccleſia per S. Romulum reſtituta, quæ per ducentos & amplius annos viduata manſit Paſtore. 405.D
Bergomenſis Cathedralis plurium ſanctorum nobilitata reliquiis. 406.C
Bergomenſis Eccleſiæ annuus cenſus. 407.B
Bergomi conditorum opinio diſcutitur. 404 C
Bergomi Chriſt. fidei inſtitutores qui. 405.C
Bergomum unde dictum. 404.D
S. Bernardus Mediolanum ingreſſus, ibique multis patratis miraculis, Mediolanenſes in obedientiam Innocentii veri Pontif. confirmat. 140.C
Idem Archiepiſcopale onus ſubire detrectat. ibidem.
S. Bernardus Januenſi populo ſui memoriam in perpetuum pollicetur. 850.D
Idem à Senatu, populoque Januenſi Divus tutelaris renunciatur. ibid.
Idem Januam ſuorum Monachorum coloniam mittit. 852.B
Bernardus Badenſis Marchio inter Divos relatus. 1057.A
Bernerius de Summa Epiſcopus Cremonen. ab Epiſcopatu exulare compulſus, eo devenit inopiæ, ut ad vitam ducendam bona Epiſcopatus obligare ſit coactus. 608.B
Bertulphus Abbas Bobienſis irritum Proculi Berthonenſis Præſulis conatum reddit. 698.D
Bibliotheca Ambroſiana à Federico Card. Borromæo inſtituta. 277.C
Bobiani cœnobii conſtructio incœpta à S.Columbano. 925.B
Bobianus Epiſcopatus inſtitutus ab Henrico I. Imp. ibid.
Bobium unde dictum. 925.A
Bobienſium Abbatum ſeries. 951.A
B. Bobuleni Abbatis Bobienſis vita. 956.B
Boemundus Antiochiæ Princeps Januenſibus Eccleſiam S. Joannis Antiochiæ cum ſuis pertinentiis elargitur. 772.A
Boemundus II. donationem Januenſibus à Boemundo I. factam ratificat. 871.C
Bonifacius ex Epiſcopatu Aſtenſi abire coactus inter Monachos diem obit. 372.C
Bonitius de Narnis è catalogo Cardinalium, Epiſcoporumque Cremonenſium diſpungendus. 609.D
Brixiæ antiquitas celebris. 519.D
Brugnatenſis Epiſcopatus inſtitutus ab Innocentio II. 984.D
Brumicenſem Abbatiam Luitprandus, Rachis, & Deſiderius Longobardorum Reges, Carolus Magnus, Ludovicus Pius & alii Imperatores mirum in modum privilegiis augent. 981.C
Bulla Gregorii V. Papæ confirmationis privilegiorum Monachorum S. Ambroſii Mediolan. 98.D
Bulla Alexandri VI. unionis monaſterii S. Ambroſii Majoris Mediolani Ordini Ciſtercienſi. 267.C
Bulla Gregorii XII. confirmationis prærogativæ Præpoſiti Albenſis Eccleſiæ. 289.C
Bulla Greg. IX. de reſtitutione dignitatis Epiſcopalis civitati Alexandriæ. 320.A
Bulla Sergii 2. Papæ confirmationis bonorum Canonicis Aſtenſibus conceſſorum. 343.B
Bulla Eugenii III. qua rata eſſe jubet jura, & bona Aſtenſis Eccleſiæ. 363.A
Bulla Alexandri III. ad favorem Capituli Aſtenſ. 368.C
Bulla Leonis IX. Pont. pro Monalibus ſanctæ Gratæ Bergomi. 446.B
Bulla Honorii II. qua Canonicos S. Vincentii Bergomi ſub Apoſtolica tutela recipit. 450.D
Bulla Innocentii II. ad lites, quæ inter Canonicos S. Alexandri, & S. Vincentii Bergomi vertebant, componendas. 453.D
Bulla confirmationis ejuſdem Pontificis omnium bonorum Eccleſiæ Bergomenſis. 459.A
Bulla Anaſtaſii IV. ad favorem ejuſdem Eccleſiæ. 462.D
Bulla Julii III. Pontif. qua Eccleſiam Bergomen. adminiſtrandam tradit Nicolao Duranti, pro-

Digitized by Google

pter ſuſpenſionem à regimine Victoris Superantii ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopi. 442.D
Bulla ejuſdem Pontiſ. qua Victorem Superantium ſuæ Eccleſiæ reſtituit. 494.A
Bulla Sixti IV. de erectione Cathedralis Caſalenſis civitatis. 568 E
Bulla Innocentii III. qua Eccleſiam S. Evaſii de Caſali ſub B. Petri protectione ſuſcipit. 570.B
Bulla Alexandri II. ad favorem Eccleſiæ Cremonen. 597.D
Bulla Calliſti II. qua Oberto Epiſcopo Cremonen. concedit facultatem conſecrandi Abbatem S. Petri 600.D
Bulla edita à Lucio a. Pontifice ad favorem Oberti, & ſucceſſorum Cremonenſium Epiſcoporum. 602.C
Bullam alteram conſcribit Eugenius III. pro eodem Oberto. 604 B
Bulla confirmationis Eugenii III. omnium privilegiorum Capitulo Cathedralis Savonæ conceſſorum. 740.B
Bulla Joannis XXIII. de aſſumptione Ibleti de Flisco in Epiſcopum Vercellenſem. 807.C
Bulla Clementis V. ad favorem Raynerii de Advocatis Epiſcopi Vercellenſis. 799.B
Bulla Clementis VII. de erectione Cathedralis Viglevani. 816.D
Bulla confirmationis donationum factarum Cathedrali Savonen. Caliſti II. Pontif. 852.D
Bulla Eugenii III. confirmationis omnium bonorum, ac jurium Eccleſiæ ac Canonicis Januæ conceſſorum. 864.A
Bulla confirmationis Archiepiſcopatus Januen. ab Alexandro III. Pontif. edita. 867 C
Bullam conficit Honorius III. pro confirmatione omnium jurium, & privilegiorum Eccleſiæ Januenſis. 883.B
Bulla Alexandri IV. ad favorem populi Januenſis. 886 D
Bulla Eugenii IV. de erectione cœnobii S. Mariæ de Caſtello Ordin. Prædicatorum de obſervantia. 895.B
Bulla Honorii III. qua confirmat adjudicata in favorem Episcopi Bobien. ab Innocentio III. 937.C
Bulla Innocentii III. erectionis Epiſcopatus Brugnacen. 984.D
Bulla Gregorii XIII. de translatione Cathedralis Naulenſis peracta à Leonardo Turco. 1003.D
Bulla Clementis VIII. de erectione Epiſcopatus Foſſanen. 1080.A
Bulla Innocentii II. ad favorem Nicienſis Eccleſiæ. 1110.C

C

CÆleſtinus III. Pontifex privilegio munit Canonicos Cathedralis Savonæ. 735.D
S. Cajus Martyrum cœmeteria primus inſtituit. 37.B
Canonicis Medinlanen. Baſilicæ purpurearum veſtium inſigne datum. 19.B
Capita SS Gervaſii & Protaſii terræ gleba percuſſa ſanguinem fundunt. 21.A
Caroli à Baſilica Petri eximiæ laudes. 727.D
Carolus Magnus Eccleſiæ propugnator Italico Longobardorum Imperio finem imponit. 7.A
Idem ferreo diademate Modoetiæ coronatur à Thoma Craſſo Archiepiſcopo Mediolanen. 69.C
Carolus Andegavenſis Comes ditionem Aſtenſem invadit. 381.B
Carolus V. Imp. ſumma pietatis ſignificatione thenſarum baculum tenens Sacratiſſimam Euchariſtiam comitatur. 398.D
Carolus Pallavicinus Epiſcopus Laudenſis patriæ patris nomen aſſequitur. 682.B
S. Carolus Borromæus in exequiis Antonii Scarampi Laudenſis Præſulis perorat. 684.C
S. Carolus Borromæus alter Ambroſius habitus. 276.C
Ejuſdem egregia ſanctitatis ſigna. ibidem
Carolus Craſſus Imperator à ſuis jugulatus. 768.B
Caſtrenſis civitas, ac ejuſdem Epiſcopalis dignitas. 345.D
Cathedralis Vercellēſis divinitus cōſecrata. 762.A
Cenſus tertio quoque anno perſolvendus. 6.B
Chriſtophori Giardæ Epiſcopi Caſtrēſis nex. 274.A
Ciſtercienſis Ordo in Bergomum introductus. 460.A
Claudii Seyſelii egregia ingenii monumenta. 1060.D
Clemens VII. in Adriana mole obſidione cinctus. 651.D
Collegia duo Jeſuitarum à Duce Sabaudiæ erecta. 1061.B
Collegium Nardinum Romæ à Cardin. Stephano Nardino excitatum. 266.D
Colonienſis Archiepiſcopus cum ſuis Canonicis Lutherana labe attactus, eccleſiaſtica cenſura involutus, honore Archiepiſcopatus dejicitur. 813.C
B. Columbani Bobienſis cœnobii fundatoris, & Abbatis vita. 951.A
Idem Bobienſe Monaſterium Apoſtolicæ Sedis juris facit. 952.B
Comitatus Cimellienſis Monachis cœnobii S. Pontii à Carolo Magno donatus. 1108.B

Sacra Concilia in opere recenſita.

Concilium Sardicenſe. 41.C 525.B
Concilium Ariminenſe. 44.B
Concilium Epheſinum ſub Cœleſtino. 49.B
Concilium Calcedonenſe ſub Leone Magno. 50.B
Concilium ſeu Synodus Roman. ſub Hilario. ibid. & 335.D.
Concilium Conſtantinopolitanum contra Neſtorium, & Eutychium. 52.B
Concilium, ſeu Synodus, Romanum ſub Symmacho. 54.B
Concilium Chalcedonenſe contra hæreſim Theodori Mopſueſteni. 56.D
Concilium Conſtantinopolitan. ſub Vigilio. ibid.
Concilium ſeu Synodus Roman. ſub Martino I. 67.A 1011.C
Concilium Lateranenſe ſub Agathone anno 679. 69.A 530.C 336.B
Concilium Romanum ſub Clemente II. 110.C
Concilium Vercellenſe contra Berengarium, ſub Leone IX. ibid.
Concilium Roman. ſub Nicolao II. 111.A 844.B
Concilium Claramontenſe ſub Urbano II. 116.C
Concilium Roman. ſub Paſchale II. anno 1116. 134.B
Concilium Lateranenſe ſub Caliſto II. 135.D
Concilium Piſanum ſub Innocentio II. 141.D
Concilium Lateranenſe ſub Alexandro III. anno 1179. 161.D. 328.D. 545.B
Concilium Conſtantienſe an. 1414. 254.D. 322.C
Concilium Florentinum. 650.C
Cōcilium Cōſtantinopolitanum VI. an. 679. 285.A
Concilium Tridentinum ſub Pio IV. 295.C
Concilium Lateranenſe an. 1512. 323.B
Concilium Papienſe an. 877. 328.A
Concilium Roman. ſub Leone IX. 245.D
Concilium Lateranenſe ſub Innocentio III. ann. 1215. 474.B
Concilium Lugdunenſe ſub Innocentio IV. 475.A
Concil. Lateran. ſub Julio II. & Leone X. 1112.C
Concilium Aquilejenſe anno 381. 525.C
Concilium Lugdunenſe ſub Gregorio X. 548.A
Concilium ſeu Synodus Roman. II. ſub Symmacho ann. 500. 1022.C
Concilium ſeu Synodus Ravennaten. ſub Joanne XIII. an. 967. 589.B
Concilium Piſanum anno 1406. 681.A
Concilium Baſileenſe an. 1439. 681.C
Concilium ſive Synodus Roman. ſub Benedicto

VIII. an. 1015. 844.C
Concilium Arelatenſe. 1000.B
Concilium Matiſconenſe anno 588. 1109.C
Concilium Regienſe an. 439. 1508.C
Concilium Aurelianen. ibid.
Concilium Avenionen. an. 1337. 1112.C
Confirmatio Caroli Magni largitionis Petri Oldradi Archiepiſcopi Mediolanenſis erga Monachos S. Benedicti. 70.A
Confirmatio Lotharii Imp. bonorum monaſterii S. Ambroſii. 80.C
Confirmatio Gregorii V. Pontif. omnium privilegiorum Monachis S. Ambroſii Mediolani conceſſorum. 98.C
Confirmatio jurinm, & honorum Eccleſiæ Mediolan. peracta à S. Galdino Archiepiſcopo. 157.C
Confirmatio Henrici III. Imp. omnium privilegiorum ab Anteceſſoribus Impp. Aſtenſi Eccleſiæ conceſſorum. 354.D
Confirmatio Friderici Imp. bonorum ejuſdem Eccleſiæ. 366.C
Confirmatio Othonis Magni de dominio civitatis Eccleſiæ Novar. conceſſo. 698.C
Confirmatio S. Syri Archiepiſcopi omnium donationum Eccleſiæ Januenſi factarum. 860.D
Confirmatio donationis Flavii Adivaldi Longobardorum Regis de territorio Bobienſi. 954.D
Conradum coronat Archiep. Anſelmus contra Lotharium Imp. 537.A
Conradus Imp. & Anſelmus Mediolanen. Autiſtes ab Honorio II. ſacrorum fiunt exortes. ibid.
Conſecratio Eccleſiæ S. Sepulchri Mediolani; vide verbum, documentum conſecrationis.
Controverſia de tempore mortis S. Galdini Archiepiſcopi Mediolanen. dirimitur. 159.B
Controverſia, quo tempore Lambertus Cribellus Archiepiſcopatum geſſerit Mediolanen. ac de Vercellenſi ſacerdotio, deque Cardinalitia dignitate eidem oblata diſcutitur. 167.C. & ſeqq.
Corpora Sanctorum in Mediolani primario templo quieſcentia. 18.D
Coſmus Boſſerius è ſago ad togam converſus, quater Barnabitarum Generalis Præpoſitus, ac demum Epiſcopus Berthonen. evadit. 652.D
Cottiæ alpes unde dictæ. 1016.A
Cremona Romanorum Colonia. 577.A
Cremona a Veſpaſiani militibus exciſa. ibid.B
Cremonę Epiſcopalis menſæ cenſus annuus. 578.C
Cruciatam publicat Jordanus de Montecucco Epiſcopus Bobien. ex juſſione Joannis XXII. 941.D
Cruciatæ expeditio ab Anſelmo Archiepiſcopo Mediolan. inſtituta. 116.D
Cruciatæ teſſeram ſumit Petrus Abbas Locedii. 792.A

D

DAgibertus Epiſcopus Novarien. plura bona ſuis Canonicis elargitur. 696.D
S. Datus Archiepiſcopus, Mediolano à Gothis capto, ad Juſtinianum Imp. auſugit. 56.C
Decretum Federici II. quo irritat ſancitat à Concilio civitatis Aſtæ immuniati eccleſiaſticæ repuguantia. 376.A
Decretum Concordiæ inter Canonicos SS. Alexandri, & Vincentii Bergomi peractum ab Arnulpho Epiſcopo. 349.B
Decretum à Gerardo Seſſio Apoſtolicæ Sedis legato Placentinis Canonicis præſcriptum. 709.C
Demolitio Cathedralis S. Alexandsi Bergomi carminibus recitata ab Achille Mutio. 503.D
Derthonæ Romanorum Colonia. 623.B
Derthona funditus deleta, iterumque excitata. ibid.
Derthona Martiano Epiſcopo inſtituente Chriſtianæ Religioni nomen dicit. ibid.C
Derthonenſis Epiſcopatus annuus cenſus. 624.C
Diani caſtrum funditus everſum. 588.B
A Didacus Epiſcopus Vercellen. à Pannoniis fumo, igneque exanimatus. 769.A
Diœceſes in Lombardia quæ, & qnot. 10.B
Diœceſes Mediolanen. amplitudo. 18.B
Diſſenſio de anno, & loco obitus S. Honorati inter Scriptores Mediolaneuſes. 58.D
Documentum donationis factæ monaſterio S. Ambroſii. 507.D
Ducumentum conſecrationis eccleſiæ S. Sepulchri Mediolani, habitæ ab Anſelmo Archiepiſcopo. 124.A
Documentum fœderis inter Florentinos, ac alios Hetruriæ populos, cum Jo. Vicecomite. 222.D
Documentum inveſtituræ conceſſæ à Comitiſſa Matthilda Eccleſiæ Cremonenſi. 598.D
S. Dominicum Aſtenſes cives recipiunt. 374.D
SS. Dominicus, & Franciſcus Mediolani ab Henrico Septalio Archiepiſcopo excipiuntur. 178.A
S. Dominicus aquas amaras cujuſdam putei Cremonæ dulces reddit. 607.A
B Dona à Balduino Rege, & Beltramo Comite Cathedrali S. Laurentii Ianuæ elargita. 848.D
Donatio Lotharii Imp. facta monaſterio S. Ambroſii Mediolani. 80.C
Donatio alia facta eidem monaſterio, vide verbum documentum donationis.
Donatio Ludovici IV. Imp. Aſtenſi Eccleſię. 341.A
Donatio Ugonis, & Lotharii Regum eidem Eccleſiæ facta. 345.D
Donatio Alberti Epiſcopi Bergomen. ex bonis nundinarum ſuæ Cathedralis Canonicis facta. 427.D
Donatio ejuſdem ad ſavorem eccleſiæ, & Præpoſiti S. Alexandri. 434.C
Donatio Reginfredi Epiſcopi Berg. Canonicis Cathedralis. 437.D
Donatio Attonis Præſulis Bergomen. Cathedralibus Ss. Vincentii, & Alexandri. 447.C
Donationes alias in eamdem S. Vincentii Eccleſiam vide in num. 447.C & 468.A
C Donationis privilegium elargitum Abbatiæ S. Petri Landæ Veteris ab Andrea Epiſcopo Laudenſi. 658.C
Donatio S. Adelgiſii Epiſcopi Novarien. facta ſuis Canonicis. 695.B
Donatio Gualberti Epiſcopi Novarien. Canonicæ Inſulæ S. Julii. 702.C
Donatio Adelagiæ Imperatricis monaſterio S. Fructuoſi Martyris. 843.A
Donatio Oberti Epiſcopi Jannen. facta Eccleſiæ S. Syri. 844.C
Donatio Guillelmi Archiepiſcopi Calaritani Cathedrali S. Laurentii de Janua exhibita. 852.A
Donatio Caroli Magni facta Novalicenſi Abbatiæ. 1023.C
Donatio Immillæ Marchioniſſæ eccleſię ſancti Petri de Muainaſco. 1041.D
Donatio Amidei Sabandiæ Comitis, & Marchionis ad favorem Securienſis cœnobii. 1045.C
D Donum Serpentis ænei, cum aliis donariis à Conſtantinopolitano Imp. Archiepiſcopo Mediolan. Legato Othonis Imp. elargitum. 100.A
Ducatus qnatuor in Italia inſtituti. Forojulienſis, Spoletanus, Tuſcus, & Beneventanus. 5.C.D
Duciſtitulus Vicecomitibus datus. 14.D
Dnlciniana teterrima ſecta profligata. 799.A

E

ECcleſiarum Præſules politicis impliciti negotiis, haud ſemper tuto illa tranſigunt. 582.A
Eccleſiaſtica juriſdictio in Pedemontana provincia quomodo ſe habeat. 1018.A
Eccleſiæ Cathedralis Cremonæ erectio. 581.A
Eccleſiæ Lauſanenſis, & Gebennenſis Calvini errore ſeductæ. 1102.A
Elogia Petri Bembi Cardinalis. 491.C
S. Emanuel Monachus Ciſtercien. invitus trahitur ad Præſulatum Cremonenſem. 605.A

Idem jam Epiſcopus benedicere recuſat intonſam comam gerentes. ibid.B
Ennodii Ticinenſia in reparatione Baſilicæ S. Kalimeri Epigramma. 38.C
Epiſcopalis dignitas Laudenſi Eccleſiæ ademta. 675.D
Eadem eidem reſtituta. 676.B
Epiſcopi Vercellenſes Principis titulo ab Imp. exornantur. 787.D
Epiſcopi tres uno, eodemque tempore Vercellenſem Eccleſiam infeſtam habent. 805.B
Epiſcopus Taurinen. ſuffraganeus olim Archiepiſcopi Mediolanen. 1020.D
Epiſtola Pelagii Pontificia ad Narſetem. 57.B
Epiſtola Joannis VIII. Papę ad Epiſcopum, Clerum, Populumque Mediolanen. Eccleſiæ. 120.C
Epiſt. Eugenii III. ad Epiſcopum Bergom. pro reſtituenda unione inter Canonicos Cathedralium. 460. D
Epiſt. gratulatoria totius Cleri Bergomen. ad Aloyſium Lippomanum pro ejus tranſlatione ad Eccleſiam Bergomen. 497.B
Epiſt. Innocentii III. ad Joannem Paulinum Epiſcopum Brixien. 545.C
Epiſt. Henrici III. ad Populum Cremonen. 596.C
Epiſt. Gregorii IX. ad Homobonum Epiſcopum Cremonen. 607.B
Epiſt. Innocentii IV. ad Gregorium de Montelongo Legatum ſuum. ibid D
Epiſtola Cacciacomitis Præſulis Cremon. ad ſuum Archipresbyterum in favorem Fratrum S. Auguſtini. 609.A
Ep. Bened. XII. ad Fridericum Cibo. 738.A
Ep. objurgativa Urbani III. Pont. ad Priorem, Canonicoſque S. Sepulchri. 874.D
Epiſt. Marini Primi Pontif. ad Gerardum Lauden. Epiſcopum. 657.C
Epiſt. Innocentii III. ad Gerardum electum Novarien. 915.C
Epiſt. Sicardi Epiſcopi Cremonen. & Joannis Abbatia omnium Sanctorum Cremonæ Papæ delegatorum ad Innocentium III. 935.B
Epiſt. Benedicti XII. Albingaunen. Præſuli ſcripta contra Theodeſcum Epiſcopum Naulenſem. 1006.A
Epiſt. Innocentii III. ad Petrum Eporedienſem electum, qua illum ad Epiſcopatum, quem cum eremo commutaverat, revocat. 1070.B
Eporedia unde dicta. 1064.B
Eporedia Romanorum Colonia. ibid.
Eporediæ fundatores qui ibid.
Eporedię Epiſcopalis menſę annuus cenſus. 1065.A
Eugenius III. Eccleſiam S. Mariæ Majoris Vercelliarum conſecrat. 779.D
S. Euſebius Pagaous fracti calicis partes miraculoſe rejungit. 50.B
S. Euſebio Epiſcopo Vercellen. Cathedralis januæ clauſæ divinitus pateſcunt. 745.D
Idem Athanaſii cauſam defendit. ibid. C
S. Euſtorgii II. ordinationis controverſia diſcutitur. 55.C
S. Euſtorgius trium Magorum corpora à Conſtantino Imp. dono habita Mediolanum defert. 41.B
Exarchatus Pontifici redditus. 6.D
Excidium à Friderico Æneobarbo Derthonæ illatum. 635.A
Excommunicationis vinculo ſolvitur Joannes Vicecomea, quo innodatus fuerat propter invaſionem ditionis eccleſiaſticæ. 225.B
Exercitum Federici II. Aſtenſem agrum vaſtantem cives in fugã vertunt, ac ſpoliis potiuntur. 375.C
Exercitus Joannis Vicecomitis in Liguriam miſſus. 220.C

F

FAbuloſum commentum de nomine Terdonæ. 623.B
Facultas creandi, coronandique Reges Italiæ à D. Gregorio Papa Mediolanen. Archiepiſcopis conceſſa. 64.C
Fames maxima. 56.A
Federicus II. Morimundanum cœnobium privilegio exornat. 180.D
Idem anathematis fulmine ictus. 182.C
Federicus Card. Sanſeverinus Piſano conciliabulo contra Julium II. adhæret, ob id à Pontifice anathemate vulneratus, & cardinalitia purpura dejectus. 731.A
Felſina Hetruſcorum Tranſapennina clariſſima Colonia. 3.B
Ferreria gens, Florentię nobiliſſimum germen. 811.C
Fertilitas, & amęnitas Taurini agri magna. 1015.B
Feudatarii Principis Taurinorum ad ſeptem mille cenſentur. ibid.
Fidei fundatores in Gallia Ciſalpina qui. 9.A
Flavij prænomen Longobardorum Regibus addictum. 16.B
Flavii Agilulfi Longobardorum Regis donatio facta S. Columbano. 953.A
Flavii Adivaldi Regia confirmatio donationis de territorio Bobienſi. ibid.D
Florentini Pratum, Piſtoriumque occupant. 221.C
Fodinas auri donat Epiſcopis Vercellenſibus Otho III. Imp. 773.A
Fœderis firmati inter Albingaunenſes, Piſanoſque documentum. 914.A
Fœdus jungunt Carolus Bohemiæ Rex, & Joannes Vicecomes adverſum Ludovicum Bavarũ. 249.C
Fœdus initum inter Epiſcopum, & conſules Derthonæ. 635.C
Fons S. Barnabæ carminibus à S. Prothaſio illuſtratus. 42.B
Fons ſanguinis Januæ fluit. 841.C
Foſſan. Epiſcopatus annuus cenſus. 1079 B
Foſſani fundatores qui. ibid.
Foſſanum unde dictum. ibid.
Foſſanum horreum ſubalpinæ regionis. ibid.
Franciſottus Malabayla dominium Monticelli ſub annuo cenſu ab Epiſc. Aſtenſi obtinet. 386 B
S. Franciſcus Albæ à civibus exceptus, & cœnobio donatus. 374.C
Idem Taurini ſodalitium inſtituit Jacobo Epiſcopo excipiente. 1052.D
Fraxinetum à Sarracenis occupatum. 1027.B
Friderici Æneobarbi exercitus à Mediolanenſibus profligatus. 14.A
Fridericus Imp. Aſtenſem civitatem flammis donat: eamdemque iterum deinde ſpoliat, ac diruit. 366.B. 367.D
Idem ſub Imperiali protectione ſuſcipit Eccleſiam Cremonen. eidemque dono dat caſtrum de Maleo. 604.D
Idem Baſſiani corpus ſuis humeris ex veteri in novam civitatem Laudæ defert. 670.A
Idem, & ejus uxor pro ædificatione novæ Cathedralis Laudæ magnam ſummam denariorum offerunt. ibid.
Idem Aſtenſium, & Corienſium urbes direptioni, ac igni deſtinat. 1047.C
Fundatio cœnobii Fructuarienſis S. Benigni. 1066.C
Fundationem Abbatiæ Caburrenſis ratam habet Vido Epiſcopus Taurinen. 1037.C
Fundatores monaſterii S. Hieronymi de Quarto prope Januam qui. 892.C

G

GAleotto Roboreo Naulen. & Saonen. Eccleſiarum ſimul adminiſtratio demandatur. 1007.D
Galli Celtæ, bello apud omnes formidabiles, Tuſcos Inſubrica poſſeſſione deturbant. 8.C
Galli Mediolani, Brixiæ, Comi, Veronæ, aliarumque urbium conditores. ibid.

Galli Romanis bellum inferunt, urbemque capiunt. ibid.D
Galli ea Italia ejecti à Matthæo Card. Sedunenſi Apoſtolicæ Sedis Legato. 721.C
Gallia Ciſalpina unde dicta. 3.C
Galliæ Ciſalpinæ partitio. 8.B
Galliæ Ciſalpinæ populi Religioni addictiſſimi. 9.B
Gallorum cædes. 4.B
Gallorum Reges ab hoſtibus fracti, alter captivus ducitur, alter ſibi manus affert. ibid.
S. Gaudentii Epiſcopi Novarien. vaticinatio 691.C
Ejuſdem Eccleſia à Carolo Quinto diruta. ibid.D
Geuua à Magone Annibalis filio capta, exciſaque. 829.B
Genua à Lucretio Spurio inſtaurata, ibid.
Eadem Romanorum Municipium. ibid.
Eadem Chriſtianorum vexatorum Aſylum. 822.B
Gerardus de Capitaneis Nuntius à Patribus Baſilien. Concilii ad Regem Brittaniæ miſſus. 681.C
Gerardus Seſſius ea Monacho Ciſterclenſi, & Abbate Tileti Epiſcopus Novarien. tum & Cardinalis adlectus. 709.B
Geſta B. Alberti Epiſcopi Vercellenſis. 792.D
Girlemus Aſtæ Epiſcopus Nicolaitarum errore implicitus, excommunicatus, & ea urbe abire coactus. 357.D
Gothifredus Caſtelloneus in Mediolanenſi Eccleſia intruſus ſacris à Pontifice innodatur. 114.C
Gothi Ravennæ ſedem figunt, per Narſetem demum delentur. 5.C
Gothorum in Italiam adventus. ibid.
S. Gratus Legatus deſtinatus à Patribus Concilii in Græcia celebrati ad Carolum Magnum Imp. pro Eccleſiaſticæ pacis reformatione. 1098.B
Gregorius X. ad favorem Salvanæ familiæ ſcribit Reipub. Senenſi. 609.C
Gregorius Nonus Eccleſiam Lauden. dignitate Epiſcopali cauit. 675.D
Gregorius Præſul Vercellen. adulterii expoſtulatus, objecta crimina diluit. 775.A
Guala Epiſcopus Vercellen. Epiſcopalibus apicibus cautus. 783.B
Guido ex Comitibus Valpergæ Aſtæ Epiſcopus pedibus æger à B. Virgine ſanus redditur. 384.A
Guillelmus Tornie̜lla Epiſcopus Nuvar. telo Religionis percuſſus, & Epiſcopatu ſpoliatus. 708 A

H

HÆreſim in ſibi commiſſum gregem ſpargit Claudius Epiſcopus Taurinenſis. 1026.A
Hæreſes Theudori Mupſueſteni. 56.C
Hæretica labes ab Helvetiis, & Gallis in ſubalpinas gentes aſperſa. 1017.B
Helvetii, ac Mediolanen. Duces multa jura Eccleſiæ Novarienſi adimunt. 720.B
B. Henrici Martyris Patriarchæ Conſtantinopolit. oſſa per mare Aſtam divinitus aſportata. 389.C
Henricus Imperator publice excommunicatus declaratur in Metropolitana Baſilica Mediolani. 155.B
Henricus II. Imp. Bergomen. Eccleſiæ civitatem cum ſuo territorio donat. 244 B
Henricus VII. Laudenſi Eccleſiæ omnia eidem indulta confirmat. 678.A
Henricus V. Anſelmum pſeudo Epiſcopum in Novarienſi Eccleſia intrudit. 704 A
Henricus Imp. Taurini honorifice excipitur ab Arduino Epiſcopo. 584 D
Herembaldus Cotta Martyrio coronatus. 111 B
Hermolai Barbari de Aquenſis civitatis origine opinio refutatur. 316.C
Hetruſci omnium trans padum rerum domini, 3.B
Hieronymus Vida Albenſis Epiſcopus poetica Laurea illuſtris, 292.C
Hiſtoria deſolationis Morimundani cœnobii à Papienſibus perpetratæ. 183.D
Homobonus Tucengus in Sanctorum numerum relatus. 605.D
Homobonus Epiſcopus Cremonen. anathemate ab Archiepiſcopo Mediolanen. defixus. 607.A
Honorius III. ſancita ab Innocentio III. ſuper iis, quæ vertebantur inter Epiſcopum Bobien. Abbatem, Monachoſque rata eſſe jubet. 937.C
Idem minacem ſcribit epiſtolam conſulibus & populo Placentino, quod contra proprium Paſtorem populum Bobienſem foverent. 940.B
Hoſpitale majus Mediolani à Franciſco Sfortia fundatum, ædificii magnitudine, & opulentia nobile. 24.C
Ejuſdem forma, & deſcriptio. ibidem
Hymnus Ennodii in laudibus S. Dionyſii. 43 D

A.

I

JAnua à Lucretio Spurio inſtaurata. 829.B
Janua Romanorum Municipium. ibid.
B. Janua in libertatem aſſerta. 830 A
Janua à Rothario Longobard. Rege everſa. ibid.
Janua a Carolo Magno iterum excitata. ibid.
Eadem Syriæ civitatibus frænum imponit. ibid.B
Eadem Chriſtianorum vexatorum Aſylum. ibid.
Eadem Nobilibus Mediolanenſibus illuc fugientibus aucta. ibid.
Eadem ob Innocentio II. Metropolis efficitur. 831.A
Eadem nobilibus plurimorum ſanctorum reliquiis exornata. ibid.
Ejuſdem annuus cenſus. 832.B
Ejuſdem nomen unde, & origo diſcutitur. 829.A
Eidem Chriſtiana ſacra à S. Barnaba illata, 830.B
Januam Sarraceni capiunt, homines occidunt, mulieres, & infantes captivos ducunt. 841.C
Januenſes ad bellum ſacrum profecti Antiochiam expugnant. 846.D
Januenſes magna ſui nominis laude multa jura acquirunt in regno Hieroſolymitano. 848.C
C. Januenſes Auguſtinum Centurionem in Gallias legant, ut Reipub. nomine D. Bernardi Abbatis Lipſanis argenteam lampadem cum annuo cenſu offerat: unde ipſe ab Abbate Claræyallis ejuſdem divi coſtam dono habitam Januam defert. 851.A
Januenſes Matronæ muliebrem ornatum dant ad Sarracenos è Palæſtina expellendos. 889.B
Januenſis Eccleſia in Metropolim erecta. 859.A
Immnnitatem eccleſiaſticam in Hiſpaniarum regnis firmat Leonardus de Marinis. 294.D
Incendii civitatis Mediolani narratio. 113.B
Indulgentiam elargitur Bonifacius IX. eccleſiæ Cathedrali Savonæ. 739.B
Indulgentiam gratitudinis ergo Gregorius XI. concedit Eccleſiæ S. Hieronymi de Cervaria, ubi fuerat hoſpitatus.. 896.C
Innocentii II. Pontif. privilegia Epiſcopis, & Canonicis Novarienſibus conceſſa. 704.D
Innocentii II. Epiſcopum Bergomen. cum ſea aliis
D. Præſulibus Epiſcopalibus apicibus exuit. 453.C
Idem ſub ſua tuitione ſuſcipit Canonicos Vercellen. 779.A
Innocentius IV. unionem Brugnatenſis, & Naulen. Eccleſiarum diſſolvit. 986.B
Idem erectionem Naulenſis Epiſcopatus peractam à Jacobo Pecoraria confirmat.. 1004.D
Idem ſub Apoſtolica protectione ſuſcipit Secuſianum cœnobium. 1054 B
Inventio corporis S. Martiniani primi Epiſcopi Derthonen. 624.D
Inventio corporis S. Valentini Ep. Jan. 833.C
Inveſtitura à Joanne Epiſcopo Derthonen. de Caſtro Sorle Joanni Vicecomiti conceſſa. 643.C
Ejuſdem renovationem obtinet de eodem caſtro Philippus Vicecomes ab Henrico Rampino. 647.C
Inveſtituram recipit Ægidius ab Aqua de omnibus feudis Eccleſiæ Lauden. ab Henrico VII. 678.D

Joan-

Joannes Vicecomes Archiepiſc. Mediolan. Eccleſiaſtico telo ictus, ac dignitate dejectus ob invaſam Eccleſiæ ditionem. 221.C
Joaones, & Luchinus de Vicecomitibus Mediolaneoſis principatus beneficiarios titulos obtinent. 217.A
Joannes Malabayla à Joan. Galeatio Vicecomite in carcerem truſus. 387.B
S. Joao. Epiſcopus Bergomen. in templo S. Alexandri ab Arrianis trucidatus. 413.D
Joannes XXII. Pontificatu deturbatus. 681.A
Joan. Medices Pontificis Legatus, à Gallis captus, hoſtium cuſtodiam eludit. 721.A
Joan. Angelus Arcimboldus Legatus Leonis X. à Carolo V. ſacri Imperii principis titulo inſignitus. 723.B
Jo. Vicecomes in Florentinos arma movet. 221.D
Idem Cardinalitia purpura ſe abdicat. 714.C
Joan. de Fliſco Epiſcopus Vercellen. acerrimus ſuę Eccleſiæ jurium propugnator. 904.C
S. Joan. Baptiſtæ cineres à Januenſibu ſe Myra Lyciæ Ianuam aſportati. 846.C
Ira divini Numiois in Frontonium pſeudo Archiepiſcopum. 59.A
Italia io Romanorum poteſtate reſtituta. 5.A
Italiæ imperium ad Francos tranſmiſſum. 7.A
Italiæ Regis nomeu deſignato Imperatori attributum. ibid.
Jus, civium bona decimandi, Theodoro Mediolaneu. Archiepiſc. à Pontifice conceſſum. 53.C

K

S. KAlimerus divino monitu Mediolanenſis Epiſcopatus oneri collum ſupponit. 38.A

L

LAndulphi de S. Paulo de Groſſolani Archiepiſc. Mediolanen. ordinatione Chronicon. 126.B
B. Landulphus de Vareglate Epiſcopus Aſten. bis à ſua civitate ſchiſma propulſat. 360.B.D
Landulphus Cremonen. Epiſcopus in exilium pulſus, & tandem in carcerem truſus. 595.A
B. Laurentius Litta Archiepiſc. Mediolaoi Theodoricum regio diademate ornat. 54.B
Laus Pompeja Romanorum Colonia. 654.C
Laus Pompeja à Julio Cæſare Dictatore civitate Romana donata. ibidem.
Eadem à Tiberio Cæſare ædificiis ornata. ibidem.
Ejuſdem fidei Catholicæ fundatores qui. 655.B
Eadem à Mediolanenſibus excisa. 662.C
Laus Pōpeja nova inchoata à Friderico Imp. 668.D
Laudenſis Eccleſia Epiſcopali dignitate ſpoliata à Gregorio IX. 675.C
Eidem idem honor reſtitutus ab Innoceotio IV. 676.A
Legati Nicolai II. pro ſeditione inter Clerum, & populum Mediolanenſem ſedanda. 110.D
Legati Sixti V. ad Pariſinos obſeſſos. 401.C
Legati Honorii II. lites inter Epiſcopum, Canonicoſque S. Alexandri Bergomi dirimunt. 451.B
Legati Joanuis XXI. ad Michaelem Imp. Conſtantinopolit. 1055.C
Legatio S. Euſebii per totum Orieotem feliciter obita. 748.C
Legatus Gregorii IX. ad Federicum II. pro expeditione contra Saracenos ſuſcipienda. 182.C
Leges Longobardorum Juſtinianis non inferiores. 6.A
Leo Palatinus Laudeo. Epiſcopus veneficiis extinctus. 679.B
Leo X. Pontif. canonicatuum inſtitutionem peractam à Philippo Saulio Epiſcopo Brugnaten. confirmat. 988.D
Leonardus de Marinis reſtactarios hæreticos obmuteſcere facit. 223.B
Ejuſdē doctrina, ac munera pro S.R.E. obita. 295.B
Leonardus de Fornariis Marianen. Antiſtes ab inimicis miſere confoſſus. 1001.C
Librum contra Monothelitas ad Conſtantinopolitan. Imp. S. Deuſdedit Brix. Preſul mittit. 531.A
Lilium aureis literis AVE MARIA exaratum ex ore demonui Guillelmi montis Peſulani domini prodit. 862.A
Litaniæ triduanæ in Rogationibus à S. Lazaro inſtitutæ. 49.D
Literæ Gregorii IX. ad Vercelleo. Epiſcopum interceptæ. 196.B
Literæ Communis Mediolani ad Clementem IV. Pontif. ibid.C
Literæ Honorii IV. ad Epiſcopos, Abbates, & Priores Lombardiæ. 197.C
Literæ Joannis XXII. ad Aicardum Mediolanen. Archiep. & Inquiſitores hæreticæ pravitatis Lombardiæ. 202.B
Lit. Benedicti XII. ad eundem Archiepiſcopum. 207.C & 208.B
Lit. ejuſdem Pontificis ad Joannem & Luchinum fratres de Vicecomitibus. 211.C
Lit. Innocentii VI. ad Maffeum, Bernabonem, & Galeatium Mediolanenſes Principes. 251.B
Lit. Nicolai V. ad Bartholomæum Cotiam. 258.C
Lit. ad Nicolaum V. Bartholomæi Cotiæ, & repudiatio Archiepiſcopatus ejuſdem. 259.A
Lit. ſacri Cardinalium Collegii ad Leonardum de Marinis. 294.A
Lit. Innocentii IV. ad Capitulum Vigintimilien. & ad Nicolaum quondam ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopum. 304.D
Lit. Alexandri III. ad Clerum Eccleſiæ Alexandrinæ. 314.C
Lit. Innocentii III. ad eumdem Clerum, & populum. 317.D
Lit. Algiſii Archiepiſc. Mediolaneo. ad eoſdem. 315.C
Lit. Adriani IV. ad Anſelmum Epiſcopum Aſten. 365.C
Lit. Innocentii III. ad Vercellen. Aotiſtitem, & Abbatem de Tileto Ord. Ciſtercien. 372.B
Lit. Innocentii IV. ad Obertum Abbatem monaſterii S. Jacobi, & ad Prioré S. Auguſtini Aſtę. 378.B
Lit. ejuſdem ad Poteſtatem, & Commune Aſtæ. 380.A
Lit. Innocentii II. ad Epiſcopum, Clerum & Populum Bergomen. 455.C 456.A
Lit. Honorii IV. ad Archiepiſc. Conſanen. in cauſa abſolutionis Marchionis Montisferrati. 637.A
Lit. Joannis VIII. ad Carolos Mannum, Craſſumque Impp. & ad Clerum Vercelien. 765.C
Lit. Innocentii III. ad Albertum Epiſcopum Vercellen. & Petrum Abbatem de Lucedio. 789.A
Lit. Innocentii VII. ad Matthæum Giſalbertum Vercellen. electum. 806.B
Lit. Cæleſtini III. ad Albertum Vercellen. Epiſc. & Petrum Locedieu Abbatem. 881.C
Lit. Ionocentii III. ad Tyrenſem Archiep. Patriarcham Hieroſolymit. Acconenſemque Epiſcopum ad favorem Januen. Capituli. 882.C
Lit. à Bobienſibus Monachis Friderico Imp. ſcriptæ ob injurias ab Epiſcopo Bobienſi acceptas. 929.B
Lit. Clementis VIII. ad Camillum Daddeum primum Epiſc. Foſſanen. & ad Carolum Emanuelem Sabaudiæ Ducem. 1081.C
Lombardiæ habitatores primi qui. 3.B
Lombardiæ, Galliæque Ciſalpinæ, ac Longobardorum regni terminorum deſignatio. 7.B
Lombardiæ civitates quæ, quibuſve Principibus obnoxiæ. 8.A
Longobardi Ticini ſedem ponunt. Galliamque Ciſalpinam in poteſtatem rediguot. 5.C
Longobardi Mediolanenſibus fidem frangunt. 58.C
Longobardorum origo. 5.B
Longobardorum Reges qui, & quot. 5.C
Eorumdem io Pontificem reverentia. 6.C

Lotharius Imp. Modoetiæ regio diademate redimitur. 77.A
Lodovicus de Fliſco Cardinalatu, & Epiſcopatu dejectus. 805.D
Luitprandi opinio de Natale Toletano Antiſtite refellitur. 40.C
Luitprandus Rex tumulum erigit Cumiano Epiſcopo Bobien. 959.D

M

B. MAcoldiæ e Pulladiorum familia obitus. 372.B
Margherita Amidei Achajæ Principis filia, ſe, ſuaque omnia Chriſto dicat. 290.C
B. Mariæ Virginis imago, ipſa revelante, reperta. 144.B
Mariana civitas unde dicta. 999.A
Mariana urbs Romanorum Colonia. ibid.
Ejuſdem Epiſcopalis menſæ redditus. 1000 A
S. Martiniani doctrina Neſtoriana dogmata enervata. 48.C
Martinus Turrianus Mediolani dominiū capit. 14.C
Mathilda Comitiſſa Eccleſiam Cremonen. de Comitatu inſulæ Fulkeri inveſtit. 598.C
Matthæo Giſalberto Epiſcopatus honorem abrogat Joannes XXIII. 807.A
Matthæus Vicecomes tanquā contumax hæreticu ſolemni anathematis ignominia notatus. 202.A
Maximilianus opera Octaviani Mariæ Sfortiæ amiſſum Mediolanen. principatum recuperat. 682.D
Mediolanenſibus jus creandi Prætorem conceſſum. 14.B
Mediolanenſes à S. Barnaba in fide eruditi. 14.D
Mediolanenſium Archipræſulum dignitas. 15.C
Eorumdem opes. 17.B
Mediolanenſes Federicum II. Imp. fundunt, urbemque ab eo conditam evertunt. 14.B
Mediolanenſes, repudiatis Anacleto Antipapa, Conradoque Imp. Innocentio Pontifici, Lothariogue Cæſari obſequium præſtant. 139.D
Mediolanenſis Ducatus imperium ad Reges Hiſpaniarum delatum. 14.D
Mediolanen. Eccleſia plurium Ss. Martyrum ſanguine illuſtrata. 15.A
Mediolani, ac Lombardiæ libertas firmata. 14.A
Mediolani fundatores qui. 11.A
Mediolanum unde dictum. ibid. B
Mediolanum everſum, inde reſtitutum. 13.D
Mediolanum in Guelphos, & Ghibellinos ſciſſum. 14.C
Idem libertatem amittit. ibid.
Idem interdictum, ac Metropolitana dignitate privatum. 138.B
Melchior Buſettus Epiſcopus Derthonen. interemptus, ac diu ſepultura privatus. 637.C
Memoria Adelberti Epiſcopi Bergomen. 435.C
Metropolitanæ Eccleſiæ Mediolani primum lapidem ponunt Antonius Saluzzius Archiep. & Galeatius Vicecomes. 252.D
Michaelem de Jacobis puerum quadrimulum hebræi inflictis plagis ſæviſſime necant. 399.B
Miracula eximia S. Secundi Martyris. 393.A
Miracula à Sacroſanctæ Euchariſtiæ ferculo Taurini patrata. 1056.D
Miraculum quot annis ſpectatur in Cathedrali Nebienſi in die SS. Apoſtolorum Philippi, & Jacobi. 1010.D
Mitræ uſus Præpoſito S. Laurentii Giſalbæ conceſſus. 413.B
Modoetia coronæ regiæ ſuſcipiendæ locus. 6.B
Modoetiæ Baſilicæ ædificatio, ac conſecratio. 60.A
Monachi S. Salvatoris de Septimo Florentiæ ad reformandum Morimundenſe cœnobium vocati. 145.D
S. Monas, divino exigente Numine, Mediolanen. Eccleſiæ ſufficitur. 39.B
Monaſterium S. Ambroſii Majoris Mediolani à Petro Oldrado Archiep. ædificatum, & Monachis attributum. 71.B
Monaſterium Morimundi Congregationi Ciſtercienſi Tuſciæ perpetuo unitum. 145.D
Monaſterium S. Ambroſii Mediolani Ciſtercienſibus Monachis datum. 267.B
Monaſterium S. Laurentii Cremonæ Benedictini Monachi ab Ulderico Epiſcopo recipiunt. 594.A
Mnnaſterium S. Stephani de Cornu erectum. 661.D
Monaſt. S. Mariæ de Cereto ab Alberto Oldrado conſtructum. 665.B
Montis Regalis conditores qui. 1084.C
Montis Regalis urbs unde dicta. ibid.
Ejuſdem menſæ Epiſcopalis annui fructus. 1521.B
Monumentum donationis Odelperti Craſſi Archiepiſcopi Abbati S. Ambroſii factæ. 75.D
Monumentum donationis Thadonis Archipræſulis Mediolanen. ad favorem monaſterii S. Ambroſii. 84.B
Monumentum concertationis inter Groſſolanum, Jordanumque Clivium Archiepiſcopos Mediolanen. 132.C
Monum. donationis ab Anſelmo Pacia, & Petro Caniolo Abbatiæ de Morimundo Mediolani factæ. 144.C
Monum. donationis ab Archintea familia cœnobio Clarevallen. præſtitæ. 143.A
Monumentum tranſactionis inter Præpoſitum eccleſiæ de Caſolate, & Philippum Priorem monaſterii de Morimundo. 172.C
Monum. donationis ab Henrico Septalio Archiep. Metropolitanæ Eccleſiæ lectoribus cōceſſæ. 178.D
Monnmentum ſubjectionis, ac fidelitatis exhibitæ ab Alexandrino populo Alexandro III. ejuſq; ſucceſſoribus. 312.C
Morimundenſis cœnobii Abbatum ſeries. 148.C

N

NArſes falſis criminibus circumventus, atque Italicam adminiſtrationem deponere juſſus, barbaros in Italiam evocat. 5.A
Naulēſes Sepeturnium diruunt, diripiuntq; 1005.A
Naulenſis Epiſcopatus à Card. Jacobo Pecoraria inſtitutus. 1004.D
Ejuſdē erectionē ratam habet Gregorius IX. ibid.
Ejuſdem menſæ redditus. 1005 D
Nebienſis Cathedralis à Mauris conſtructa. 1010.C
Nebienſis Epiſcopus ſuffraganeus Archiepiſcopo Januenſi ab Innocentio II. addicitur. 1011.B
Nicia à Longobardis vaſtata. 1103.D
Niciæ conditores qui. 1103.D
Niciæ Epiſcopalis menſæ annuus cenſus. 1104.D
Niciæ conveniunt Paulus III. Pontif. Carolus V. Imp. & Franciſcus I. Galliæ Rex pro pace coeunda. 114.C
Nicienſes à S. Nazario in fide edocti. 1104.A
Nicolao Cicadæ Pius IV. Eccleſiarum Marianenſis, & Accienſis ſimul junctarum adminiſtrationem demandat. 1003.A
Nicolaus Albintimilien. Præſul Epiſcopatu perpetuo amotus. 304.D
Nicolaus V. Pſeudopontifex Bandinum quendam in Epiſcopatum Cremonen. contra Ugolinum de S. Marco legitimum Præſulem intrudit. 610.C
Norgandus Vercellen. Antiſtes Canonicos ad communem convictum traducit. 769.A
Novaleſia reſtaurata, dignitatiq; reſtituta. 1031.A
Novalicenſe cœnobium à Longobardis deletum. 1023.A
Novaria plurium virorum toga, armiſque illuſtrium mater. 689.C
Novaria ab Attila everſa. 692.B
Eadem Chriſtiana ſacra à quibus ſuſceperit. 689.C
Novariæ nomen unde. ibid. B
Novarienſes cives ſacrorum fiunt exortes. 710.D
Novarien. diœceſis plurimorum Sanctorum reliquiis ornata. 691.A
Novarien. Capitulo Innocentius Tertius literas dirigit. 710.B

Digitized by Google

Novarienſi Eccleſiæ privilegia omnia confirmat Albertus Imp. 718.C
Nuncium mittit Ubertum Gambaram Clemens VII. ad Galliæ, Britanniæque Reges ad colligendum exercitum pro Adrianæ molis obſidione ſolvenda. 655.D
Nuncius Apoſtolicus Colonienſem Archiepiſcopum, Canonicoſque honore, officioque exutos diris innodat. 691.L

O

Obedientiam præſtare renuit equus S. Ambroſii, nec illum inſalutato amico Gaudentio tranſire permittit. 691.C
Obitus Angelicæ Veronicæ Bavæ Monialis Ciſtercienſis. 1083.C
Olationes Canonicis S. Alexandri Bergomi à Gerardo Epiſcopo indultæ. 461.C
Octavianus Maria Sfortia Archiep. Mediolano à Ludovico XII. capto, exul è ſua Eccleſia excedit, iterumque ad eam redit. 682.D
Octavianus, & Adauctar Thebanæ legionis ſtrenui milites Taurini martyrio coronati. 1020.A
Oddo Epiſcopus Novarien. Legatus Henrici Imp. ad Theodoram Auguſtam. 703.D
Odoacer Herulorum Rex prope Laudem Pompejam cum Oreſte collatis ſignis, Occidentis Imperium invadit. 656.C
Oglierum Abbatem S. Columbani, & ejus eccleſiam ſub Apoſtolica protectione ſuſcepit Lucius II. Papa. 977.A
Oglierus Malvicinus Præſul Bobienſis, corroſis manibus, impœnitens expirat. 929.A
Oldaricus Lauden. Epiſcopus in acie corruit. 661.D
Oppidum Setala à Septalia gente conditum. 52.D
Oppidum Cremenſe infectum hæreſi exciditur. 588.C
Oppidum Seſtri pro Caſtelliono permutat Philippus Saulius Brugnaten. Antiſtes cum Archiepiſcopo Januenſi. 990.C
Orator ad Carolum V. Philippus Saulius pro Reipub. Januenſis unione ſancienda deſtinatur. 988.C
Ordo Clericorum Regularium Mediolani initium ſumit. 273.C
Ordo S. Dom. Taurini accipit incunabula. 1052.D
Orthodoxæ fidei apud Pedemontanos obſervantia maxima. 1017.A
Oſſa SS. Martyrum in Cathedrali Eporediæ quieſcentia. 1064.D
Otho Archiepiſcopus, Turrianis cæſis, Mediolani Imperium arripit. 14.C
Otho IV. in Ambroſiana Baſilica regni inſigne accipit. 175.D
Idem Morimundi cœnobium privilegio ornat. ibid.
Otho Magnus Inſulam S. Julii, quam Berengarius ademerat, Eccleſiæ Novarien. reſtituit. 697.B
Otho Tertius Imp. invidioſis donariis Saonenſem Eccleſiam locupletat. 733.A
Otho IV. Taurini reſidens, multa privilegia Abbatiæ Ripaltæ dilargitur. 1052.D
Othobellus Suffientinus Lauden. Epiſcopus plenarium jus ſui Epiſcopii ab Alberto Magdeburgen. Archiep. Sacri Imperii Legato obtinet. 674.D

P

Padi fluvii ortus unde, & ejus defluxus. 2.A
Pallavicinus Vicecomes Epiſcopus Alexandrinus in carcerem truſus. 323.D
Panigarolæ in concionando mira facundia. 402.C
Ejuſdem volumina impreſſa, & imprimenda ib.D
Papienſes ab Archiep. Mediolanen. ſacrorum fiunt exortes. 182.D
Parochiarum Mediolani prima diviſio Mona auctore. 39.B
Paſchalis II. monaſterium S. Stephani de Cornu Apoſtolicæ Sedis protectione munit. 664.C
Paſſio S. Euſebii Vercellenſis Antiſtes. 749.C
Pedemontani populi unde dicti. 1015.A
Pedemontani Principatus nomine, quæ loca veniant. B1018
S. Petri Conzavii precibus aqua miraculoſe emanat. 361.C
Petrus Oldradus Archiep. Mediolanen. à Carolo Magno politico ejuſdem civitatis principatu donatus. 70.A
Petrus Albenſis Epiſcopus ab Alexandro III. excommunicatus. 286.B
Petrus Malabayla ab Aſtenſibus contra Galeatium Vicecomitem Dux conſtitutus. 387.D
Petrus Epiſcopus Derthonen. Epiſcopatu à Pontifice deturbatus. 634.C
Petrus Vidonus pluribus pro Apoſtolica Sede functus muneribus clarus. 687.D
Petrus Filiargus Præſul Novarien. Joan. Galeatium Vicecomitem ducalibus inſignibus cohoneſtat. 717.B
Petrus de Georgiis Præſul Novar. Martinum V. Pontif. hoſpitio excipit. 718.A
Petrus Vercellen. Antiſtes fato violento conſummatus. 771.D
S. Petrus de Caſtronovo Abbas Ciſtercien. primus hæreticæ pravitatis Inquiſitor. 784.C
Petrus Abbas Lucedii inter electores pro eligendo in Imperatorem Orientis Balduinum Flandriæ Comitem, numeratus. 792.A
Petrus Monachus, & Abbas Ciſtercienſis electus Epored. Epiſcopus, relicto Epiſcopatu, in eremum fugit. 1070.A
Philippos Imp. S. Pontius Cimilien. Antiſtes ſacris abluit lymphis. 1108.A
Philippus Gallus Savonæ Epiſcopus proditoris crimine notatus. 740.A
Pileus de Marinis Archiep. Januenſis ad Benedictum Pſeudo pontificem deficit. 894.A
Pipinus in auxilium à Pontifice accerſitus. 6.D
Piſani Albingaunum capiunt, evertuntque. 911.C
Pœnæ atrocitas in fures. 914.D
Præceptum Ducis Maximiliani Sfortiæ ad favorem Joan. Dominici de Laziis Epiſcopi Derthonen. 651.D
Principatum civitatis Novarien. cives Epiſcopo adimunt. 710.D
Privilegia confirmationis Conradi Secundi Imp. omnium bonorum, & privilegiorum Eccleſiæ Bergomen. 241.D 242.D
Privilegium Berengarii Imperat. Modoetienſi Eccleſiæ conceſſum. 61.C
Privilegium à Carolo Magno Petro Oldrado Mediolaneſi Archipræſuli elargitum. 70.A
Privilegium confirmationis bonorum monaſterii S. Ambroſii Lotharii Imperatoris. 81.C
Privilegium Thadonis Archiep. Mediolanen. Abbati S. Ambroſii conceſſum. 84.B
Privilegium Anſelmi Caprę Mediolanen. Archiep. ad favorem Ambroſiani cœnobii. 88.C
Privilegium ab Alexandro Tertio Abbati S. Simpliciani indultum. 121.B
Privil. ejuſdem Pontificis pro Morimundanis Monachis. 146.C
Privil. Obertus Archiep. Mediolani Monachis S. Ambroſii dilargitur. 151.C
Idem præſtat Milo Archiepiſcopus. 170.D
Privil. Friderici Imp. ad favorem eccleſiæ, & cęnobii Morimundi. 164.B
Privil. à Commune Papienſi pro eodem cęnobio conditum. 169.B
Privil. ab Henrico VI. eidem cęnobio datum. 173.C
Privil. Othonis IV. & Federici II. Impp. pro eodem monaſterio. 175.D 180.D
Privil. à Ludovico II. Aſtenſi Eccleſiæ indulto. 337.D
Privil. Indulget Fridericus Imper. Aſtenſi Capitulo. 371.B
Privil. Conradi II. quo Aſtenſibus civibus jus cudendi nummos concedit. 362.B
Privil. Caroli III. Garibaldo Epiſcopo Bergomen. conceſſa. 416.B 418.B.

pri-

Privil. Arnulphi Regis, quo immunitates, Bergomati Eccleſiæ conceſſas, confirmat. 420.D
Privil. Ludovici IV. Berengarii, & Henrici Impp. ad favorem ejuſdem Eccleſiæ, 422. C. 424. B. 44. C. A. 445. B
Privil. Rodulphi Regis pro reſtaurandis mœnibus, & civitate Bergomi. 430.D
Privil. Lotharii Imp. pro Eccleſia Cathedrali S. Vincentii Bergomi. 452.C
Privil. cudendi argentum dat Fridericus I. Eccleſię Bergomen. 464.B
Privilegia Lotharii, Ludovici II. Caroli Craſſi, & Othonis III, ad favorem Eccleſiæ Cremonen. 582. B. 583. C. 585. A. 592.D
Privil. ab Henrico Imp. pro Landulpho Epiſcopo Cremonen. conditum. 594.B
Privil. obtinet Ubaldus Epiſcopus Crem. à Conrado Imp. contra ejuſdem civitatis populum. 595.B
Privil. confirmationis indultorum Eccleſiæ Crem. ab Henrico IV. Imp. editum. 599.C
Privil. Otho IV. monaſterio SS. Petri, & Martiani Derthonæ indulget. 630.A
Privil. ornatur Eccleſia Lauden. ab Othone Magno Imp. & Arduino Italiæ Rege. 660.B.661.A
Privil. munit eamdem Eccleſiam Fridericus Ænobarbus. 670.B
Privil. monaſterio SS. Fabiani, & Damiani concedit Alexandri III. 672 D
Privil. Henrici II. Conradi, Vinceslai Impp. & Franciſci I. Gallorum Regis ad favorem Eccleſiæ Novarienſis. 700.A.701.C.716.B.722.A
Privil. confirmationis omnium bonorum ſuæ Eccleſiæ ab Othone Imp. Jo. Epiſcopus Saonen. obtinet. 732.B
Privil. exornat Henricus Imper. Saonen. Eccleſiam. 733.D
Privil. Cœleſtini III. Papæ Canonicis Cathedralis Savonæ conceſſum. 735.D
Privileg. donationis factæ Luiduardo Epiſcopo Vercellenſi à Carolo Craſſo Imp. 767.D
Privilegium Eccleſiæ Vercellen. ab Ugone, & Lothario Imperatoribus indultum. 769.B
Privileg. Innocentii II. Abbati S. Salvatoris, & S. Jacobi de Beſſa datum. 776.B
Privil. Henrici VI. quo Epiſcopum Vercellenſem titulo Principis cohoneſtat. 787.D
Privil. Syri Archiepiſcopi Januen. ad ſavorem ſuæ Cathedralis, & Canonicorum. 869.A
Privilegium Canonicis Januenſibus a Jorico Archiepiſcopo Tyrenſi datum. 876.B
Privil. Beomondi II. Principis Antiocheni ad favorem Januenſium. 878.B
Privilegium inſigne Januenſes Canonici à Cœleſtino III. Pontifice obtinent. 879.B
Privil. Columbano cœnobio, & eccleſiæ à Friderico Imp. indulta. 931.A.933.A
Privileg. Honorii Papæ ad ſavorem Bobien. cœnobii. 955.A
Privil. à Lotario, Carolo III. Lamberto, Vidone, Berengario, Othone II. Othone III. Imp. Hugone, & Lothario Regibus eidem cœnobio indulta. 960.A.964.B.968.B.971.A.973.A
Privil. Caroli Craſſi, Othonis III. & Henrici I. Brumicenſi Abbatiæ conceſſa. 980.C
Privileg. Benedicti VIII. ad ſavorem Bremetenſis cœnobii. 1023.C
Privil. Innocentii III. Cluſino monaſterio conceſſum. 1028.C
Privil. Federici II. in Eporedienſem Eccleſiam. 1072.D
Privil. Federici Imp. pro eccleſia S. Mariæ de Vezolano. 1074.B

Q

Quadraginta horarum inſtitutio prima. 28.C
Quæ ſint Lombardiæ urbes, quibuſve Principibus obnoxiæ. 7.D
Quæ, & quot diœceſes in Lombardia. 10.B
Quatuor urbium delectabilem ſpeciem Montiſregalis civitas aſpicientibus offert. 1084.D
Quereiam contra Abbatem, Monachoſque S. Columbani coram Lucio Papa B. Albertus Bobien. Antiſtes exponit. 934.C
Qui, & quot Longobardorum Reges. 5.D
Qui, & quot Abbates cœnobii de Ripalta fuerint. 1046 D
Qui ſint Montiſregalis diœceſis termini ab Eugenio IV. Papa definiti. 1089.C

R

Rangibertus Dux Taurinatium Longobardorum regno potitur. 1016.B
Rangonia Marchioniſſa collegium Romæ ad Columnam Antonianam Barnabitis erigit. 653.A
Raymundus de Monteforte Aſtenſem Eccleſiam hæredem de Monteforte, aliiſque caſtris facit. 370.B.
Raymundus Cardonius Pontificii exercitus contra Matthæum Vicecomitem Dux. 803 C
Raymundus Comes Barchinonenſis Inſula Iberi fluminis eccleſiam S. Laurentii Januę donat. 862. C
Regularibus Canonicis, deturbatis Monachis nigris, monaſterium S. Petri in Cælo aureo Honorius III. attribuit. 797.B
Reliquiæ inſignes à D. Gregorio Modoëtiæ Baſilicæ dono datæ. 60.C
Reliquiæ templi Metropolitani Albæ. 283.D
Reliquiæ, quæ in Metropolitana Eccleſia Albintimilii ſervantur. 302.C
Reliquiæ SS. Martyrum Mauritii, & ſociorum divinitus repertæ, & in Agaunenſi cœnobio honorifice reconditæ. 1098.C
Reſpublica Januen. Philippum Saulium ad Carolum V. pro unione ſaucienda Legatum declarat. 988.C
Revocat Benedictus XII. omnia, quę in Borgalienſi conventu ab Aycardo Archiepiſc. ſancita fuerant. 217.D
Ritum Romanum in Vercellen. Eccleſiam Joannes Franciſcus Bonomus inducit. 813.A
Ritus Romanus ubique terrarum diffuſus. 20.B
Ritus officii Divini Auguſtæ Prætoriæ diverſus à Romano. 1067.C
Roberto Turco Duce Aſtenſes ſacro bello ſuppetias mittunt. 359.C
Rolinda Comitiſſa oppida S. Viti, & Caſtalionis menſæ Epiſcopali Laudenſi offert. 655.B
Roma à Gallis primo victa. 3 D
Roma incendium paſſa. ibid.
Romani cum Carthaginenſibus fœdus renovant. 4. A
Romani, profligatis Gallis, Mediolanum capiunt. 4.C
Romani, univerſa Gallia Ciſalpina in poteſtatem redacta, finem Gallico bello imponunt. ibid.
Romani, Ambroſianique ritus controverſia divinitus deciſa. 20.C
Romani tres in Subalpinis locis urbes excitant. 1016.A
Romani per Auguſtum Alpes & ſubalpinos omnes ſuæ ditionis faciunt: ibid.
Romanorum belli apparatus tantus, quantus nunquam antea. 4.A
Eorundem, Gallorumque in agro Piſano dimicatio. ibid.B
B. Romuli Januen. Epiſcopi vita, & trãslatio. 839.A
Roſeum pileum per manus S. Caroli Borromæi Vviduo Ferrerius Vercellen. Antiſtes recipit. 818. A
Rotharis Rex Longobardorum Januam evertit. 830. C

S

SAbaudiæ ducatum Galli ſub Franciſco I. invadunt. 1102.A
Sacris in Metropolitana Mediolanen. Baſilica miniſtrantium numerus. 19.B
S. Salvatoris imago non manu facta in eccleſia s. Baſilii Armenorum à Leonardo Montaldo collocata. 891.C
Sanctimoniales Ciſtercienſes Aſtæ ab Epiſcopo excipiuntur. 374.C
Sanguis ex Sacratiſſima Hoſtia emanat. 398.B
Saraceni Fraxinetum occupant, Novalicenſe cœnobium, eccleſias, ac domus flammis donant, & Monachos ad necem verberant. 1027.B
Savona duorum ſummorum Pontificum natalibus nobilis. 731.D
Savonæ fundatores qui. 730.D
Savonæ veterem Cathedralem in novam arcem convertit Reſpublica Januenſis. ibid.
Savonæ Epiſcopalis annuus cenſus. 731.D
Schiſmatici, Divina ultrice juſtitia, vario mortis genere mulctati. 210.D
S. Secundus ſuper equo candido pro Aſtenſibus pugnans viſus. 396.C
Secuſia igne, ferroque à Federico vaſtata. 1050.D
Secuſianum cœnobium ſub Apoſtolica tuitione ab Innocentio IV. ſuſcipitur. 1054 A
S. Senator in Conciliis Conſtantinopolitano & Chalcedonenſi S. Leonis Papæ Legatus. 52.B
Sententia Archiepiſcopi Mediolanen. in favorem Abbatis s Simpliciani. 118.B
Sententia Oberti Archiep. Mediol. de lite, quæ vertebat inter Abbatiam Morimundi & Canonicos s. Victoris. 551.C
Sententia Victorelli aſſerentis Ubertum Tertiagum creatum Card. tit. s. Stephani in Cœlio monte ab Innocentio III. reiicitur. 175.A
Sententia Ripamontii affirmantis Aicardum Archiepiſcopatum Mediolanen. cum Novatien. ſacerdotio commutaſſe refellitur. 201.D
Sententia lata à Pontificis legatis ad lites inter Epiſcopum, Canonicoſque s. Alexandri Bergomi componendas. 451.B
Sententia Robaldi Archiep. Mediolanen. ad controverſias inter duarum Cathedralium Bergomi Canonicos dirimendas. 436.C
Sententia ab Olrico Archiepiſcopo ad favorem Arderici Viguati Epiſcopi Lauden. lata. 653.A
Sententia lata ab Alberto Epiſcopo Vercellen. & Petro Abbate Lucedii ſuper iis, quæ inter Abbatem S. Ambroſii, & ejuſdem Eccleſiæ Canonicos vertebantur. 789.C
Sententia Alberti Hieroſolymitani Patriarchæ, & Gualteri Acconenſis Epiſcopi de quibuſdam vertentibus inter Janoenſes, Piſanoſque. 795.B
Sententia Pennotti de Guaia Cardinale improbatur. 787.A
Septaliæ perveſtutæ familiæ origo. 52.D
Series Abbatum monaſterii S. Ambroſii Mediolani. 271.A
Severus Epiſcopus Maſſilien. ob fractionem imaginum Sanctorum à D. Gregorio Papa corripitur. 693.D
Sicardus Caſelanus Cremonæ Epiſc. copioſo exercitu Terræ ſanctæ ſubſidium affert. 606.A
Simoniaca Groſolani Archiep. Mediolanen. electio. 126.A
Simonia ejuſdem tranſitu per ignem probatur. 128. B. & ſeq.
S. Simpliciano inſtitutore D. Auguſtinus Catholicæ doctrinæ intellectum captivat. 45.D
Sindone ſacroſancta, SS. Martyrum Mauritii, Secundi, ac Catherinæ lipſanis Taurinen. Cathedralis ditatur. 1021.B
Smyrnam Turcæ expugnant, capſamque, in qua corpus B. Henrici Patriarchæ Conſtantinopolitani claudebatur, in mare proiiciunt. 389.C
Sol præcipuus Deus Eporedienſium. 1064.B
Speturnium à Naulenſibus dirutum. 1005.B
Suffraganei aliquot Mediolanen. Eccleſiæ ab Archiepiſcopo deficiunt. 59.D
Synodus Conſtantien. Mediolani Ducem anathemate mulctat. 390.C
S. Syrinus Cremonæ Præſul ab Arrianis neci datus. 380.D

T

TAgliaferrus Epiſcopus Albingaunen. deturbatus è ſede. 916.C
Tanagrii fluvii aqua in tranſitu corporum Ss. Frontiniani, & Sylveſtri ſe dividit. 285.D
Tancredus Normandus plura bona, ac jura in Hieroſolymitano Regno Januenſibus dilargitur. 847.C
B Taurienſis Cathedralis in Archiepiſcopatum à Leone Decimo erecta. 1058.C
Taurini agri amœnitas, & fertilitas. 1019.A
Taurini Civitas caput regionis, ac Ducum ſedes. ibid.B
Taurinenſes in Longobardorum poteſtatem deveniunt. ibid.
Taurini fidei Cath. fundatores qui. ibid.C
Ejuſdem Epiſcopalis menſæ cenſus. 1021.A
Taurinum a Tauro Maſſilienſium dictum contendunt. 1019.A
Taurinum Romanorum Colonia. ibid.
Idem aliquando Regum Longobardorum Sedes. ibid. B
Templa Mediolani ab Odoacre Herulorum Rege diruta, à s. Benigno magnificentius reſtituta. 51.C
Templi Metropolitani Mediolani ſtructura, ac magnificentia. 18.C
C Templum s. Cæciliæ à Card. Sfondrato reſtauratum. 619.B
Templi Ambroſiani ſacri operantium ordo duplex. 19.B
Templum Cluſinum D. Michaelis divino nutu ædificatum. 1028.B
Teſtamentum Ariberti Archiepiſcopi Mediolanen. 104 B
Teſtamentum Alberti Epiſcopi Bergomen. 451.D
Teſtamentum Gualæ Cardinalis. 784.D
Theodelindæ Reginæ in Modoetienſem Baſilicam liberalitas. 60.B
Theodelinda in Modoetiano templo funere elata. 64.D
Tranſlatio corporis S. Himerii Epiſcopi ex oppido Ameliæ Cremonam. 589.C
Tranſlatio S. Simpliciani. 46.C
Tranſlationem novæ civitatis Laudæ ſuo diplomate Alexander III. confirmat. 672 C
Trium Magorum ſacra corpora Mediolano in Germaniam delata. 551.A
D Tumulus Bernardi Regis, & Anſelmi Archiep. detectus. 77.A
Tumulus Joan. Vicecomitis. 249 D
Tum. Henrici Rampini Card. 256.B
Tum. Amidani Card. & Archiep. 257.C
Tum. Gabrielis Sfortiæ Archiep. Mediol. 266.A
Tom. Stephani Nardini Card. ibid.D
Tum. Petri Abbatis S. Ambroſii Mediol. 271.B
Tum. Faſii de Ferrariis. ibid.D
Tum. Joan. Angeli Arcimboldi. 274.C
Tum. Philippi Archinti Archiep. Mediol. 275.D
Tum. S. Caroli Borromæi Card. 276.D
Tumulus Gaſpari Vicecomitis Archiep. 277.B
Tum. Federici Card. Borromæi. ibid D
Tum. Ceſaris Montii Cardinal. 278.C
Tum. Andreę Novelli Epiſcopi Albenſis. 291.B
Tum. Hieronymi Vidę Epiſcopi. 292.D
Tum. Leonardi & Vincentii de Marinis. 298.C 299.C

Tum.

Tum. Thomæ Rivati Epiſcopi Vigintimil. 308.B
Tum. Antoniotti Paliavicini Card. 309.C
Tum. Caroli Vicecomitis Card. 310.C
Tum. Marei de Capitaneis. 322.D
Tum. Octavii Paravicini Card. 324.D
Tum. Guidonis de Valpergia Aſtæ Epiſc. 385.D
Tum. Joan. Stephani Agathiæ. 403.C
Tum. Dominici de Ruvere Aſtæ Præſulis. 401.B
Tum. B. Jacobi Martyris. 412.B
Tum. Guilielmi Lungi Card. 479.A
Tum. Ludovici Boneti Card. 481.C
Tum. Laurentii Gabrielis Epiſc. Bergomen. 485.C
Tum. Card. Petri Bembi. 491.B
Tum. Aluyſii Card. Cornelii. 499.D
Tum. Hieronymi Ragazonii Epiſc. 506.D
Tum. Joan. Baptiſtæ Milani clericorum Regularium Generalis. 508.B
Tum. B. Amphridii Epiſcopi Brixien. 532.C
Tum. Oberti Baltrici Epiſc. 541.A
Tum. S. Gandentii Epiſcopi. 528.C
Tum. Berardi Madii. 550.D
Tum. Federici Madii Epiſc. 551.B
Tum. Lambertini Balduini Epiſc. 553.D
Tum Petri de Monte, Bartholomæi Maripetri, & Dominici de Dominicis Brixiæ Epiſcoporum. 557.B. D. & 558.C
Tum. Card. Durantis de Durantibus. 562.D
Tum. Dominici Bolani. 563.B
Tum Card. Franciſci Mauroceni. 564.C
Tum. Franzini Michaelii. 573 C
Tum. Benedicti Herbæ Epiſc. 574.B
Tum. Card. Franciſci Sfondrati. 616.B
Tum. Cæſaris Speciani. 618.C
Tum. Pauli Sfondrati Card. 619.D
Tum. Petri Card. Camporei. 620.D
Tum. Hieronymi Card. Vidoni. 621.C
Tum. Card. Uberti Gambaræ. 652.A
Tum. Pauli Areſii Epiſc. Dertbonen. 653.D
Tum. Raymundi Summaripa. 677. B
Tum. Leonis Palatini Epiſc. Lauden. 679.B
Tum. Joan. Antonii Capiſucci Card. 684.A
Tum. Antonii Bernerii Epiſc. 682.A
Tum. Antonii Scarampi Epiſc. 684.C
Tum. Hieronymi Federici Epiſc. 685. A
Tum. Clementis Geræ Epiſc. 687.B
Tum. Guilielmi Amidani Epiſc. Novarien. 715.C
Tum. Romuli Archinti Epiſc. 724.B
Tum. Caroli à Baſilica Petri Epiſc. 727.C
Tum. Vulpiani Vulpii Epiſc. 729.B
Tum. Thomæ Riarii Epiſc. Savonen. 742.D
Tum. S. Euſebii Epiſcopi Vercellen. 749.A
Tum. S. Honorati Epiſc. 761.C
Tum. S. Flaviani Epiſc. 762.D
Tum. Card. Petri Franciſci Ferrerii. 811.D
Tum. Card. Vidonis Ferrerii. 812.D
Tum. Galeatii Petræ. 820.D
Tum. Alexandri Caſalis Epiſc. 821.C
Tum. Marſilii Landriani Epiſc. 822.D
Tum. Alphonſi de Vadaterra. 893.C
Tum. Georgii de Fliſco Januen. Archipræſul. 894.D
Tum. Innocentii Card. Cibi. 899.C
Tum. Auguſtini Salvagi Archiep. 900.B
Tum. Cypriani Paliavicini Archiep. 901.A
Tum. Matthæi Rivarolæ Archiep. 903.B
Tum Dominici de Marinis Archiep. 905.D
Tum S. Benedicti Pabienſis. 913.B
Tum Joan. Mundani. 947.A
Tum. Jo. Baptiſtæ Bagarotti. ibid.D
Tum. Borſii de Merlis Epiſc. 948.C
Tum. Fran. Abundii Card. Caſtilionei. 949.A
Tum. Octavii Fornarii. 1002.B
Tum. Antonii ex Com. Lucurri. 997.B
Tum. Dominici, & Joan. Ludovici de Ruvere Epiſc. Taurinen. 1057.D 1058.A
Tum. Hieronymi de Ruvere Card. 1061.D
Tum. Caroli Broliæ Archipræſul. Taurin. 1062.B
Tum. Alberti Gonzagæ. 1075.C
Tum. Andreæ de Montelmenſi. 1077.C
Tum. Amadei ex Marchionibus Romagnani Epiſc. Montiſregal. 1091.A
Tumulus Laurentii de Fliſco. 1091. B
Tumulus Bartholomæi de Piperis. 1092.B
Tumulus Vincentii Laurei Card. 1093.B
Tum. Ogerii de Confletto. 1101.B
Tuſci veteri Inſubriæ poſſeſſione deturbati, Rheticos receſſus adeunt. 3.C

V

VBaldus Epiſcopus Cremonen. anathemate vulneratus, Epiſcopalique honore dejectus. 597.C
S. Venerius Archiepiſc. Mediolanen. ſynodum contra Origeniſtas celebrat. 48.A
Vercelliæ plurimorum ſanctorum, virorumque illuſtrium patria. 745.A
Vercellarum exordium unde, 744.C
Vercellienſes Romanorum Municipes. ibid.
Vercellenſis Clerus totus ab Arrianis detruncatus. 768.C
Vercellenſis Eccleſia uno eodemque tempore à tribus Epiſcopis vexata. 805.B
Victoria Aſtenſium de exercitu Joannæ Reginæ Neapolitanæ. 386.B
Victorini Rhetoris doctrina, ventoſa à S. Simpliciano reddita. 45.D
Ugolinus de S. Marco, Epiſcopatu relicto, ad clauſtrum redit. 610.C
Vido Mediolani Archipreſul Religionis telo defixus. 111.A
Idem Archiepiſcopali dignitate ſe abdicat. 113.A
Viglevanum mœnibus exutum à Mediolanenſibus. 815.D
Idem dono datum Jacobo Trivultio. ibid.
Idem in Cathedralem erectum à Clemente VII. 816.A
Villanovanum cœnobium Ord. Montis Oliveti ab Angelo Card. de Anna conditum. 682.A
Unio Aquenſis Eccleſiæ cum Alexandrina. 314.C
Unio inter Canonicos SS. Alexandri, & Vincentii Bergomi ſancita. 470.A
Unio Brugnatenſis & Naulenſis Eccleſiarum. 986.A
Urbanus II. bellum ſacrum indicit. 359.B
Urbanus VI. Montem regalem Epiſcopali dignitate nobilitat. 186.B
Vvalfredus Cremonæ Epiſcopus, Epiſcopatu ſpoliatus. 584.A
Vulpianus Vulpius Novarien. Antiſtes fortunæ vices variantis ludibrium. 728.C

X

XEnodochio majori Mediolani, dites bonorum Abbatiæ Morimundi pars attributa. 146.A
Idem à Franciſco Sfortia Duce fundatum. 265.D
Xenodochia ſexdecim Taurinorum Auguſtæ numerantur. 1020. D

Z

ZAulia primus Montis regalis Epiſcopus Dominicanos in ſuam urbem introducit. 1089.A

Digitized by Google

INDEX
SANCTORUM EPISCOPORUM,
De quibus in hoc quarto tomo agitur.

S. Adalbertus de Caradualis *Bergom.* 420.22
S. Adelgiſius *Novar.* 695.32
s. Æmilianus *Vercell.* 762.11
s. Agapitus *Novar.* 691. 2
B. Alarinus Rambaudus *Alben.* 290.39
B. Albertus *Savon.* 737.25, *Vercel.* 787. 64. *Bobien.* 934.11
s. Albinus *Vercel.* 761. 6
s. Ambroſius *Mediol.* 44. 12
B. Amicus *Savon.* 735.22
s. Ammonius *Derth.* 626. 3
s. Ampelius *Mediol.* 68. 39
s. Anaſtaſius *Brix.* 530.25
s. Anathalonus *Mediol.* 36. 2
s. Antherius *Brix.* 530.24
s. Antoninus *Bergom.* 414.15
s. Antoninus Fontana *Mediol.* 68. 37
s. Apollonius *Brix.* 524. 4
s. Aribertus *Derth.* 626. 2
s. Auſanus *Mediol.* 57. 29
s. Barnabas *Mediol.* 36. 1
s. Baſſus *Nicien.* 1107.1
s. Baſſianus *Laud.* 646. 3
s. Benedictus *Alben.* 285.4 *Albing.* 913. 6
Criſpus *Mediol.* 69. 41
s. Benignus *Mediol.* 51. 21
s. Bernulſus *Aſten.* 337. 8
s. Cajus *Mediol.* 37. 3
s. Caſtritianus *Mediol.* 37. 4
s. Conſtantius *Vercell.* 762.13
s. Cyprianus *Brix.* 529.17
s. Cyriacus *Laud.* 656. 4
s. Datius *Mediol.* 56.27
s. Deusdedit *Brix.* 530.28
s. Dionyſius *Mediol.* 43.21. *Alben.* 284. 1
s. Dominator *Brix.* 529.21
s. Dominicus *Brix.* 530.26
s. Duſcelius *Vercel.* 761. 4
s. Dutherius *Nicien.* 1109. 7
s. Emanuel *Cremon.* 605.48
s. Evaſius *Aſten.* 335. 1
s. Euſebius *Mediol.* 50.19 *Vercel.* 747.1. 762.12
s. Euſtorgius *Mediol.* 41.9. & 55.25
s. Fauſtinus *Brix.* 525. 6
s. Felix *Brix.* 530.27
s. Flavianus *Vercel.* 762.13
s. Flavius *Brix.* 524. 3
s. Galdinus de Sala *Mediol.* 156.82
s. Gaudentius *Brix.* 528.8. 528. 12. *Novar.* 691. 1
s. Geruntius *Mediol.* 50. 20
s. Glicerius *Mediol.* 49. 17
B. Guala *Brix.* 547.65
s. Herculanus *Brix.* 529.18
s. Honoratus *Mediol.* 58.30. *Vercel.* 761. 3
s. Honorius *Brix.* 529.19
s. Innocentius *Derth.* 626.11
s. Joannes *Bergom.* 413.14
A s. Joannes Bonus *Mediol.* 67. 36
s. Jocundus *Aug. Ptur.* 1099.6
s. Julianus *Laud.* 656. 1
s. Juſtianus *Vercell.* 762. 7
s. Kallmerus *Mediol.* 38.5
B. Lætus *Mediol.* 69.46
B. Landulphus *Aſten.* 359.59
s. Lanfrancus *Vercel.* 762.10
s. Laurentius Litta *Mediol.* 54.24
s. Lazarus *Mediol.* 49.18
s. Limenius *Vercel.* 761 2
s. Magnus Trincherius *Mediol.* 55.26
s. Majoranus *Aquen.* 327. 1
s. Manſuetus *Mediol.* 68.40
s. Marolus *Mediol.* 48.15
s. Martianus *Mediol.* 46.16 *Derth.* 624. 1
s. Maternus *Mediol.* 39. 7
s. Mauricillus *Mediol.* 68.38
s. Maximianus *Vercel.* 762. 9
s. Maximus *Taurin.* 1022.2
B s. Mirocles *Mediol.* 40. 8
s. Monas *Mediol.* 39. 6
s. Narnus *Bergom.* 410. 1
s. Natalis *Mediol.* 70.43
B. Octavianus *Savon.* 735.16
s. Optatianus *Brix.* 528.13
s. Paulinus *Brix.* 529.16
s. Paulus *Brix.* 528.9. 530.23
s. Petrejus *Marian.* 1000. 1
s. Petrus *Vercel.* 774.50
s. Philaſtrius *Brix.* 525. 7
s. Philoſophus *Vercel.* 763.18
s. Pontius *Nicien.* 1108. 2
s. Protaſius *Mediol.* 41.10
s. Romulus *Bergom.* 412.3. *Januen.* 839.5
s. Ruſticanus *Brix.* 529.20
s. Salomon *Januen.* 837. 1
s. Secundus *Aſten.* 335.4
s. Senator *Mediol.* 58.22
B. Siacrius *Nicien.* 1109.11
C s. Silvinus *Brix.* 528.11
s. Simplicianus *Mediol.* 45.23
s. Simplicius *Vercel.* 762. 8
s. Siſinius *Cremon.* 580.15
s. Sylvinus *Cremon.* 581.28
s. Syrus *Januen.* 838. 4
s. Terentianus *Derth.* 626.5
S. Theophilus *Brix.* 528.10
S. Titianus *Brix.* 529.15 *Laud.* 656.5
S. Valentinus *Januen.* 837.2
S. Valerius *Nicien.* 1108.5
S. Vedaſtus *Vercel.* 763.15
S. Venerius Oldradus *Mediol.* 47.14
s. Viator *Bergom.* 411.2 *Brix.* 524. 2
s. Vido *Aquen.* 328.15 *Savon.* 735.18
s. Vigilius *Brix.* 528.14
s. Urſicinus *Brix.* 525. 5

FINIS.

RE-

REGESTUM.

*ABCDEFGHIKLMNOPQRSTUXYZ;

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd.

Omnes ſunt Terniones.

AOL 1470452

Digitized by Google

Digitized by Google

[illegible]ized [illegible]